D. D. NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI,

QVONDAM COLLEGÆ
DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ,

PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Eccleſiæ Auſturicenſis; & poſt Canonici Pœnitentiarij Valliſoletanæ Eccleſiæ, & in eius Tribunali Sanctæ Inquiſitionis (Fiſcali Electi) iam Inquiſitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiſcatorum dictæ Inquiſitionis etiam Intitulati; demum Fiſcalis Electi pro Supremo Conſilio Sanctæ & Generalis Inquiſitionis, nunc eiuſdem Conſiliarij.

TRACTATVS III. TOMVS II.

DE

PROBATIONIBVS,

AD TITVLVM VII. LIBRI II. DECRETALIVM
GREGORII PONTIFICIS IX.

Ad Titulos de Fide Inſtrumentorum, de Præſumptionibus, & de Iureiurando.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum, Quæſtionum; Canonum, Legum, Iurium, Locorum, Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXII.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI,
IN TRIBVNALI VALLISOLETANO, Sanctæ Fidei Inquiſitoris,
AD RVBRICAM ET TITVLVM DE FIDE INSTRVMENTORVM.

SVMMARIVM.

2 *Inſtrumentorum alia publica, alia priuata, & quæ, n.3. 4. & 5. & quorumlibet plures ſpecies à n.6.*

6 *Publici inſtrumenti ſpecies protocollum originale, Authenticum exemplar.*

7 *Publica inſtrumenta diuiduntur in iudicialia, & extraiudicialia, n.8.*

9 *Priuati Inſtrumenti ſpecies, & Appocha, Antapocha, Singrapha, Libellus rationum, Epiſtola, & quæ n.10. 11. 12. & 13.*

14 *Inſtrumẽtum publicum fidem facit plenam, n.16.*

15 *Inſtrumentum priuatum regulariter fidem non facit in Iudicio.*

17 *Inſtrumentum publicum quando dicatur redactum in publica forma, n.18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Inſtrumenti nomine comprehenditur omnis ſcriptura facta de quocumque hominum actu.*

26 *Inſtrumenti nomine cõprehenditur omnis ſcriptura priuata teſtibus, & ſubſcriptione munita.*

27 *Inſtrumentum probat etiam quæ ſub expreſſis tacitè, aut directè comprehenduntur, ita vt in eis executioni mandetur, n.38.*

29 *Inſtrumentum, quæ aſſertiuè, & diſpoſitiuè, & quæ enuntiatiuè partes ſenſerunt, probat: fallit, n.30. 31. & 32.*

33 *Inſtrumentum quod ex omnibus fide dignis conſtat, appellatur probatio probata.*

34 *Inſtrumentum vt probet quid continere debeat, n.35. 36. 37. 38. & 39.*

40 *Inſtrumentum vt probet debet continere rem veriſimilem, n.41.*

42 *Inſtrumenti Cancellatio quãdo eius fidem minuat.*

43 *Producens inſtrumentum, totum approbaſſe videtur, tam in diſpoſitiuis, quàm in narratiuis, & enuntiatiuis, num.44. etiam ſi proteſtabis eſſet eo vti aliqua parte, n.45.*

46 *Inſtrumentorum appellatione teſtes continentur.*

47 *Ordo literæ in inſtrumentis quem præferat, creditorum, & n.48.*

INTER probationum ſpecies, 1
quæ in Iudicio deducuntur, vt litigatores probent, ſolent etiam eſſe inſtrumenta, & cum *ſuprà in tribus præcedentibus titulis*, egerim de probatione, quæ fit per confeſſionem, & quæ fit Teſtibus, & aliis modis, vt adduxi, *in Rubrica de Probationibus*; nunc

ergo iam ſuo ordine deuenio ad eam probationem, quæ fit inſtrumentis quorum alia ſunt publica, alia priuata, *l. 3. Codic. de probat. leg. Scripturas, Codic. qui potiores in pignora habeantur Nouella* 73. *de inſtrument. cautel. & fide.*

2 † Publicum inſtrumentum dicitur, quod alicuius Tabellionis, ſeu Notarij manu ad id deſignanti fit vt caueatur, *in dicta Nouella de inſtrument. cautel. & in Nouella* 44. *de Tabellion.*

3 *cap. 1.* † Priuatum inſtrumentum generaliter eſt omnis ſcriptura à priuata perſona non autem à Notario confecta, ſiue ſit Authenticum, ſiue non quod alio nomine vocatur domeſti-

4 cum, *leg. inſtrumenta, Codic. de probat.* † Et hac ratione ſcriptura Iudicis etiam ſi habeat teſtes ſubſcriptos, cenſetur priuata, quia ſcribere, non eſt officium Iudicis, ſed Tabellionis.

5 Et ſic litteræ propria manu Regis, vel Principis, vel Parochi ſcriptæ cenſentur ſcripturæ priuatæ, quia iſtæ perſonæ, quoad ſcribendum publicæ non ſunt, ſed priuatæ.

6 Horum inſtrumentorum ſpecies plures ſunt, quia ad inſtrumenta publica pertinent protocollum originale, & Authenticum exemplum, & exemplar, & quæ iſta ſint dico *infrà cap.* 1.

7 *& fin.* † Sed nota quod publica inſtrumenta diuidi poſſunt in iudicialia, & extraiudicialia, iudicialia ſcilicet quæ publicè fiunt apud acta, & in Iudicio, authore Iudice, iuxta ea, quæ adduxi, *ſuprà in cap. quoniam contra falſam* 11.

8 *de fide inſtrument. & cap. fin. eodem.* † Latè cum multis Gaito *de credito cap. 3. tit. 2.* Extraiudicialia quæ fiunt in contractibus à Notario extraiudicium ad id rogato, alioqui ſi ad id rogatus non fuerit cenſebitur illud confeciſſe, tanquam priuatus, & ſic erit priuatum, non publicum inſtrumentum, de quibus latiſſimè, & cum multis Gaitus *de credito cap. 3. tit. 1. & 3.*

9 Priuati inſtrumenti ſunt etiam nonnullæ ſpecies, & quæ communiter ſolent dici ſunt *Apocha*, quæ nihil aliud eſt, quam ſcriptura à creditore debitori dari ſolita, quâ creditor fatetur ſe recepiſſe pecuniam ſibi ab eo debitam,

10 de qua *in l. acceptilatum, ff. de acceptilat.* † Item *Antapocha*, quæ viceuerſa eſt ea ſcriptura priuata, quam debitor creditori de ſolutis facit, & tradit quæ vulgò *contracedula* vocatur. Et hæc eſt neceſſaria in penſionibus, & præſtationibus annuis ad impediendam præſcriptionis exemptionem à ſolutione, & ſolet ita fieri, *fateor me tantùm penſionis, aut vſurarum nomine*

11 *ſoluiſſe.* Alia dicitur *ſyngrapha*, & hæc dicitur ſcriptura, ſiue ſchedula, quæ fit propria manu eorum, qui paciſcuntur in alicuius rei fi-

12 dem. † Alia dicitur libellus rationum, & eſt ille; quem quilibet ſibi ſponte facit, de quo *in l. rationes, & in l. inſtrumenta, Cod. de probationis*, & ego latè dixi, *ſuprà in cap. cum cauſam*

13 *quæ* 13. *de probationibus, quæſt.* 4. †. Alia dicitur *epiſtola*, quæ nihil aliud eſt quam ſcriptura, quam aliquis alicui, vel ſocius ſocio mittit.

14 Sed quia ex communi Doctorum placito dicitur quod publicum inſtrumentum, publicam fidem faciat, etiam ex originali, & protocollo deſumptum de eo, quod diſpoſitiuè cõtinet, ſiue pro proferente, ſiue contra proferentem, vt colligitur, *ex cap. 1. & 2. hoc tit.* dummodo viſu Iudicis deſumptum, ſeu exemplum ſit, vt loquitur Pontifex, *in cap. fin. hoc tit.* de quo videbis quæ tradit Couarruu. *pract. cap.* 19. non ſi in eo enunciatiuè, ſeu incidenter aliquid narretur, quia tunc non probat in tertij præiudicium, iuxta textum, *in leg. ex hac, ff. de donat.* niſi in antiquis, iuxta ea, quæ dixi, *ſuprà id dicto cap. cum cauſam* 13. *de probat.* & interim dum aduerſùs fidem publici inſtrumenti contrarium non probatur, iuxta ea, quæ dico *infrà in cap. cum Ioannes, vt infrà.* † Et econtra priuatum inſtrumentum regu- 15
lariter fidem in Iudicio non faciat, ſcilicet pro ſcribente, ex *dicta l. inſtrumenta, & leg. rationes, Cod. de probat.* quamuis eſſet confectum manu Notarij, ſi in eo deſint ſolemnia ad ſcripturam publicam iuxta ea, quæ adduxi, *in dicto cap. cum cauſam* 13. *de probat. q.* 1. aut conſcriptum manu Epiſcopi, quia nullo iure cauetur quod huiuſmodi ſcriptura habeat vim publicæ ſcripturæ iuxta ea, quæ adduxi, *ſuprà in cap. poſt ceſſionem* 7. *de probat. & in cap. cum à nobis* 28. *de Teſtibus*, cum ſubſcriptum ſit inſtrumentum manu trium teſtium, *cap. 2. hoc tit.* quia tunc quaſi publicè confectum cenſetur, & aliis modis, de quibus *ibi* dico, & contra ſcribentem benè probet, ſi habeat cauſam expreſſam, ex qua debitum petatur, veluti ex mutuo, exempto, & locatò, & aliis modis ſecundùm ea, quæ adduxi, *ſuprà in cap. dilect. 6. de probat. q. 2. à num. 8.* & hoc etiam nullo teſte ſcripto, dum tamen is, qui ſcripſit, fateatur ſcripſiſſe, quia quiſque debet ſuæ confeſſioni contra ſe ſtare, *leg. generaliter, Cod. de non numerata pecunia*, de quo videbis notata, *infrà in cap ſi cautio* 14. *hoc tit.* vbi dicitur quod ſi cauſa ſcripta non eſt non probat etiam contra ſcribentem, quia cenſetur indiſcretè ſcripſiſſe, *l. de indebito, ff. de probationibus.* Ideo vt probent inſtrumenta producta in Iudicio notabis dicenda *numeris ſeqq.* quibus ferè tota probationum materia, quæ fit per inſtrumenta ſatis apparet.

Igitur dicendum eſt quod vt inſtrumentum 16
per ſe probet abſque aliis indumentis, debet eſſe publicum in publicam redactum formam, & ſigillo ſubſignatum per publicum Notarium, ſeu Tabellionem, de quo *in l. 1.* vbi omnes notant, *Cod. de Iureiurando propter calumn. leg. Imperatores* 29. *Cod. de probat. dicta l. ſcripturas* 11. *Cod. qui potiores in pignore habeantur, & in dicta Authent. de inſtrum. fide, l. 54. tit. 16. p. 3.* Doctores in prædictis locis, Couarruu. *pract. cap. 20. n. 5. & 6.* Parladorius *rerum quotid. cap. 20. per totum*, Maſcardus *de Probationibus, q. 6. à n. 73.*

Quare ſi dubites qualiter dicatur tale inſtru- 17
mentum in publicam redactum formam, dico eam conſiſtere in eo quod fiet à Notario publico ex mandato Iudicis, aut à partibus ad hoc rogato, rei de qua agitur, gnaro cum expreſſione anni, indictionis, menſis, diei, loci, in quo fit contractus ipſe, vel actus, qui inſtrumento continetur; quod præterea ſcribantur nomina teſtium, cum ipſius Notarij, ſeu Tabellionis ſubſcriptione, *cap. 2. cap. inter dilectos hoc tit.* & licet de iure communi requiritur quoque expreſſio nominis, aut Imperatoris, aut Principis, in cuius indictione conſcribitur: tamen id vſus non obſeruat: tradit Couarr. *pract. d. cap. 20. num. 1.* de quo dixi, *ſuprà de Teſtibus, in cap. in nomine Domini* 2. *in ordine.*

Sed licet videatur requiri, vt ad effectum 18
dicendi publicum inſtrumentum, neceſſum ſit, quod manu Notarij, ſeu Tabellionis ſubſcriptum ſit, quia iſtæ ſunt ſolæ perſonæ publicæ: tamen alia ſunt quædam inſtrumenta, quæ ad effectum

effectum probandi , adhuc publica dicuntur,
etſi ſic ab his publicis perſonis conſcripta
non reperiantur , eo quod perinde plenam
fidem faciunt , ac ſi eſſent à publica perſona
confecta. † Huius generis ſcriptura , debet
19 eſſe alicuius priuati ſigillo aliquo publico , &
Authentico ſignata , *dicto cap. 2. hoc titulo* , quale
eſt ſigillum Epiſcopi , cui ſtatur , donec contrarium
oſtendatur , vt latè dixi , *in dicto cap. 7.*
de probat. † Item Principis ſæcularis iuxta
20 dicta *in dicto cap. cum à nobis 28. de Teſtibus,*
quæſtione 2. & infrà in cap. dilectus hoc tit. † Item
21 & capituli , *cap. 3. ſuprà de probationibus* , Ciuitatis
, Vniuerſitatis , & alterius communitatis
ius ſigilli habentis , *dicto cap. inter dilectus.*

Deinde etiam ſcripturæ qualeſcumque , quæ
22 ex Archiuo publico extrahuntur , *cap. audientiam* , vbi Felinus *infrà de præſcript.* de quo dixi
latè, *in dicto cap. cum cauſam 13. de probationibus,*
l. in fraudem, §. quoties, ff. de iure fiſci. † Item illæ,
23 quæ fiunt apud acta publica, *l. 1. & 2. Cod. qui in*
Eccleſiis manumittuntur , de quo notabis adducta,
in dicto cap. quoniam contra falſam 11. de probat.
quæſt. 1. item & notata, *ibi in dicto cap. fin.* † Item
24 etiam ſcriptura, quæ habet ſubſcriptionem ſcribentis
, & teſtium , ex iam relatis per textum, *in*
d. l. ſcripturas , Cod. qui potiores.

Vnde infero, primo quod nomine inſtrumen-
25 ti , comprehenditur omnis ſcriptura facta de
quocumque hominum actu , ſiue pendeat ab
vnius tantùm voluntate , vt gratia , quæ priuilegium
dicitur , & vltima , voluntas , teſtamentum
& codicillus , ſiue à plurium placitis, &
conſenſu , item lauda , & ſententiæ , & generaliter
omnis charta continens geſta inter partes,
item confeſſio : tenent Speculator *de inſtrument.*
edit. §. 1. Abbas *in Rubrica hîc* , & *in dicto cap. 2.*
VVeſembech. *in Rubric. ff. eodem* , Cardinalis
Tuſchus *in pract. concluſ. 235. à num. 3. & 8.* Farinac.
in praxi quæſt. 255. num. 16. vide textum,
in l. ſi idem 7. Cod. de Codicillis.

Secundò quod etiam ſcriptura priuata Teſti-
26 bus , & ſubſcriptione munita , & quælibet alia,
quæ probationem efficiat , inſtrumenti nomine
comprehenditur , *leg. notionem* , *§. inſtrumentorum
, ff. de verb. ſignific. leg. inſtrumenta , leg.*
exempla 7. Cod. de probat. l. 1. titulo 18. parte 3.
Maſcardus *de Probationibus , quæſtione 6. num. 119.*
& 125. Tuſchus *dicta concluſione 235. à princip.*
multis adductis Scobar *de puritate ſanguin. p. 1.*
quæſtione 15. §. 1. à num. 9. hanc comprehenſionem
intelligendam eſſe impropriè , & non ſecundùm
communem vſum loquendi , & ſic non
comprehendi ſcripturam priuatam ſub ſtatuto
inſtrumenti menſionem faciendi ex Bartolo *in*
dicta leg. notionem 29. §. inſtrumentorum , quia
ſtatutum ſemper propriè intelligendum venit,
l. 1. §. ſi qui , ff. de exercit. actione, l. 3. vbi Gloſſa
Cod. de noxal. act. cap. porrò 7. de priuilegiis , ſecundum
vulgarem loquendi conſuetudinem ,
l. librorum 54. §. quid tamen 4. ff. de leg. 3. idem
latè , *in q. 4. de puritate.*

Tertiò, quod inſtrumentum non tantùm pro-
27 bat ea , de quibus expreſsè loquitur , ſed etiam
quæ ſub expreſſis tacitè, aut directè comprehenduntur
, quæ nihilominus pro expreſſis habentur
, aut ſi colligantur ex natura ipſius diſpoſitionis
, aut contractus , aut ex contrahentium
méte, aut ex ſuadente neceſſitate, *l. tale pactum 40.*

§ *fin. ff. de pactis* , Menochius *conſ. 95. num. 30.*
Molina *de primogen. libro 1. cap. 17. numero 28.*
Pelaez *de maioratibus , 1. p. quæſt. 15. num. 26.* Auguſtinus
Barboſa *axioma 89. à num. 5. & 6.* Antonius
, & Abbas *in cap. cum olim de cenſibus* ,
ſiue ex vſu quotidiano , *leg. fin. Cod. de fideicommiſſ.*
Baldus *in leg. errore , col. 1.* verſic. *& eſt alia,*
Cod. de teſtam. Boërius *deciſ. 217. num 6.* † At- 28
que ideo inſtrumentum mandari poſſe executioni
non ſolùm in expreſſis , ſed etiam tacitè , ſeu
indirectè ſub intellectis, probat Parladorius cum
pluribus , *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §. 11. ampliatione 4. à n. 18.*

Quartò , quod inſtrumentum , non tantùm 29
probat quod aſſertiuè , & diſpoſitiuè continet,
& de quo principaliter partes ſenſerunt , & inuicem
ſtipulatæ fuerunt , ſed etiam quæ enuntiatiuè
profert , vt iam *ſuprà* , in verſic. *ſed quia* dixit
, & probat textus , *in l. publica 26. §. fin ff.*
depoſiti , l. vltimam 14. Cod. de contrah. & comit.
ſtipulat. Authent. *ſi quis in aliquo* , vbi Bartol.
Bald. & Doctores , *Cod. de edendo* , maximè inter
ipſoſmet enuntiantes , & contrahentes ; &
cum neceſſaria fuerunt ad actum , de quo
principaliter quæritur , Maſcardus *de Probationibus
, concluſione 622. numero 28. & à num. 51.*
Guttierrez *libro 3. practic. quæſtione 17. num. 64.*
Gregor. Lopez *in l. 32.* verbo *creida , tit. 11. p. 5.*
† Secus autem ſi propter aliud non æquè prin- 30
cipale fuerint emiſſa , & poſtea de eis principaliter
dubitetur , quia nihil tunc probant textus,
in leg. non epiſtolis 13. cum lege ſequenti , Cod. de
probat. cap ſi Papa 10. de priuileg. libro 6. cap. fin.
de ſucceſſ. abinteſt. vbi communiter Doctores,
Guttierrez *vbi ſuprà , num. 60. & 61.* Maſcardus
à num. 1. † Itaque fiet , vt ſi neceſſaria fuit enun- 31
tiatio ad actum , & falſa appareat , reddit totum
inſtrumentum falſum , Doctores, *in leg. ſi ex falſis
, Cod. de tranſact.* vbi Bartol. *num. 12.* Paulus
2. Ang. 2. Alexand. 11. Salicetus 12. Fulg. 8.
Romanus 35. Maſcardus *de Probationibus , concluſione
742. num. 2.* Menochius *lib. 5 præſumpt. 21.*
num. 6. & 27. † Aliter verò ſi emiſſa fuerit pro- 32
pter aliud non æquè principale , quia , etſi falſa
exiſtat non totum reddit inſtrumentum falſum,
vt expendunt præcitati, Menochius *num. 6.* Maſcardus
num. 3.

Quintò , quod inſtrumentum ſi ex pluribus 33
fide dignis conſtet , videlicet ex perſona publica
, Teſtibus , & partium præſentia , quæ
omnia rem manifeſtam efficiuntur merito appellatur
probatio probata à Baldo *in l. 3 Cod. de*
Iudic. Angelus *in leg. interſt. notab. 2. Cod. de ſolut.*
Hipolytus *in Rubrica de probat.* Menochius
de Arbitrariis caſu 105. num. 41. Maſcardus *de*
Probationibus concluſione 907. à num. 1. multis adductis
Scobar *de puritate ſanguin. dicta quæſt. 15.*
§. à num. 16. vbi reddit rationem , quia inſtrumentum
ad probandum , nullâ indiget fori diſceptatione
, vt tradit Baldus *in leg. Imperator ,*
col. 1. ff. de ſtatu hominum , Craueta *conſ. 11.* niſi
ſuſpendatur eius fides per oppoſitas obiectiones
, aut tollatur per contrarias probationes,
vt limitauit idem Maſcardus *dicta concluſ. 907.*
num. 2. & 3. & faciunt tradita à Felino *in cap.*
quoniam contra 11. de probat num. 10. Rota *in*
nouis deciſ. 2. de reſcript. Æmilius *deciſ. 99. n. 1*
& 3. parte 2.

Sextò , quia ad hoc vt inſtrumentum probet, 34
debet quid certum continere , & ſub oratione

perfecta, indubitabili referre, *l.3. Cod. de falſa cauſ. adiect. legat.* Speculator *de inſtrument. edit.*
35 *§. reſtat. paulò antè finem.* † Quod ſi per relationem ad aliud nihil probabit, niſi prius de illo conſtet ex textu, *in l. ait Prætor, §. ſi Iudex, ff. de re iud. l.1. & quaſi per totum titulum, Cod. de ſent. quæ ſine certa quantitate*, Auth. *ſi quis in aliquo, Cod. de edendo*, latè Maſcardus *concluſ.924. à num.1.* Parladorius *rerum quotid. lib.2. cap. fin.*
36 *limit.3. à n.24.* † Etſi relatio ita fiat, vt de relato expreſsè, & exſpecificè in forma diſponenti, conſtet in ipſamet Scriptura etiam probabit, vt referunt præcitati, & Pelaez *de maioratibus, 1. p. q.64. n.19.* aliis adductis Scobar *d. q.15. §.1. à n.19.* vbi ait quod ſi inſtrumentum certæ quantitatis, obligationem contineat, licet eius cauſam ad aliud referat, optimè probat, & nocet, quia tunc certum exiſtit inſtrumentum, certa res, & obligatio, & pro conſequens diſpoſitio.
37 † Sed aliud eſſe ſi vtrumque incertum, & offuſcatum maneat ex Bald. doctrina *in l.1. & 2. C. de*
38 *except. rei iudicatæ.* † Item ſi conditionaliter loquatur, nihil probare niſi conditionis exiſtentia conſtet, probat Suarez *in l. poſt rem iudicatam, limit.5.* Anton. Gomez. *in l.64. tauri, num.7.* Couarruu. *lib.2. Variar. cap.11.* Parlador. *d. lib.2. cap. fin. quotid. §.12. limit.5. n.36.* videndus Gut-
39 tierrez *lib.3. pract. q.39. à num.13.* † Baldus verò *in l. vbi adhuc, n.17. & 18. Cod. de iure dotium,* docet expreſſum dici, quod inſtrumentum continet virtualiter, & in conſequentiam, vt docent, Bartol. Paulus, & Iaſon per textum, *ibi in l. ſi cum tibi 4. Cod. de Iudiciis:* plures adducit Barboſa *axioma 89. à n.4. 5. 9. & 12.*

40 Septimò, quia vt inſtrumentum probet, debet continere rem veriſimilem, aliàs nihil probare docent DD. per textum, *in l. qui habebat 101. ff. de leg. 3. cap. quia veriſimile 10. de præſumpt.* Maſcardus, qui multa congerit *concluſ.914. à n.1.* & alij qui ſunt intelligendi circa partem, in qua eſt inueriſimilitudo, non verò, vt in totum reddatur inſtrumentum falſum, quia cum falſitas à præſumptione proueniat, non poterit extendi ad cæteras veriſimiles partes, vt communiter tenent Doctores, *in dicta l. ex falſis, Cod. de tranſact.* Maſcard. *concluſ.742. n.17.* ſuper quo poſuit Bartol. optimum exemplum, *in leg. filius,*
41 *§. ſequens, ff. ad leg. Cornel. de falſis.* † Sed Bald. *ibi num.14.* Salicetus 12. Menoch. *de adipiſ. remed.1. n.719.* cum aliis, dicunt quod ſi inueriſimilitudo, aut falſi ſuſpicio ſit in principaliori parte inſtrumenti, à qua cætera pendent, & vim capiunt, tunc omnia corruant.

42 Octauò, quod licet inſtrumenti Cancellatio eius fidem non minuat etiamſi fuerit facta per eundem Notarium, & teſtes, ſecundùm Doctores, *in l. ſi vnus, Cod. de teſtam.* Speculator, & eius additionator Ioannes Andreas *de inſtrument. editione 1. oſtenſo,* verſic. *illud,* verbo *verior eſt:* tamen ſi interſcindant partem ſubſtantialem illud ita nullum reddit, vt nec ſemiplenè probat, vt *infrà* dicetur, *in cap. ex litteras 3. & cap. inter dilectos 6. hoc tit.* latè tradit Parladorius *dicto cap. fin. 1. p. §.12. limit.8.* Maſcardus *concluſ.255. à n.1. & concluſ.256. à n.4.* Anton. Gomez. *in l.45. tauri, n.145.* & colligitur: argumento text. *in l. cum pater 77. §. cum in perfecto 22. ff. de leg.2. cap. cum venerabilis 7. de relig. Domibus.*

43 Nonò, quod producens inſtrumentum, totum approbaſſe videtur, & ſicut ei proſũt, quæ pro eo ſunt ita & ei nocere debent quæ aduersùs ipſum queant retorqueri, *l. ſi quis ex argentariis 6. §.1. de edendo, l. ſi aduerſarius 3. Cod. de Fide Inſtrum. l. cùm precum 9. Cod. de liberali cauſa, cap. cum venerabilis 6. de except.* vbi Abbas *n.40. in fine,* verſic. *nota quod,* Tiraquellus *de retractu ad finem tit.9.* plures Maſcardus *concluſ.916. à num.1. & per totam,* Barboſa *clauſula 104. n.3.* † Quod verum eſt, tam in diſpoſitiuis, quàm in narratiuis 44
& enuntiatiuis per textum, *in cap. olim 19. de cenſibus,* & per notata, *in l. poſt legatum 5. Cod. de his quibus, vt indignis,* docet Iaſon *in l. ſi cui ſerui, §. ſi à filio, n.17. ff. de leg.1.* Baldus *in leg. alia, Cod. de his quibus. vt indignis,* pluribus adductis Scobar *de puritate dicta q.15. §. 1. à n.30.* licet aliqui doceant tantùm habere locum in eis, quæ diſpoſita ſunt, non tamen in acceſſoriis narratiuis, nec enuntiatiuis, *ex l. Aurelius 28. §. fin. ff. de liber. legata.*

Notabis autem quod ſicut producens teſtes 45
in Iudicio, non poteſt proteſtari ſe in tali, & tali parte eis vti velle, & aliis non, vt benè cum veriori docet Gratianus *diſcept. forenſium tit.4. cap.749. à num.10.* ſic etiam procedere ſi producens inſtrumentum in Iudicio proteſtatus fuerit ſe tantùm vti velle eo inſtrumento in eis, quæ ſibi prodeſſe valent, non verò in aliis, quia & tunc ei nocebunt omnia, quæ ei aduerſa inde deducantur, vt patet ex Gloſſa verbo *die in l.1. §.1. ff. de edendo,* Iaſon *in l. non ſolum, § morte 16. ff. de noui operis nuntiatione, & in leg. edita in fine, Cod. de edendo,* Menchaca *Illuſtrium quæſt. libro 1. cap.2. num.9.* Tiraquell. *de retractu, conuent. ad finem, tit.9.* Zeuallos *in pract. q.696. num.1.* Parladorius *lib.2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. p. §.5. n.21.* & cum aliis Valenzuela *1. p. conſ.40. num.60.* de quo *infrà.*

Item notabis quod appellatione Inſtrumen- 46
torum, teſtes continentur, Scaccia *de Iudiciis, lib.2. cap.11. n.7.* Tuſchus *litter. I. concluſ.255. n.9. & littera P, concluſ.771. num.2.* Surd. *conſ.71. num.6. & deciſ.144. num.12.* Pareja *de vniuerſa inſtrument. additione, tom.1. reſol 2. num.11.* vbi *num.12.* ait verum, & ſine difficultate procedere, quando in Teſtibus, & inſtrumentis eſt eadem ratio, iuxta ea, quæ in hac Rubrica *quæſt.1.* noto ex dictis, *in cap.32. de Teſtibus, q.2.* verſic. *ad ſecundam.*

Noto pro complemento ex Gloſſa verbo *præ-* 47
cedat, in verſic. ibi, *nec ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potiùs id quod de iure ſumitur, in cap. cauſam quæ 18. de reſcriptis,* dubium excitare Doctores, num ſumi poſſit argumentum ab ordine literæ, ita vt primò ſcripti aliis poſtea ſcriptis præferantur, etenim quod ad ordinem Scripturæ ſit inſpiciendum, vt præferatur primo in ea nominatus probant Doctores per iura, *in l. cum pater 75. §. à te peto, ff. de leg.2.* ibi, *non eſſe datam electionem, ſed ordinem ſcripturæ factum ſubſtitutioni reſpondi, l. generaliter 24. §. quid ergo 17. ff. de fideicommiſſar. libertatib.* Et fortaſsè quis rectè dixerit ordinem Scripturæ ſequendum, *leg. quoties 34. ff. de vſufructu,* & de hac materia videbis quæ notant Menochius *conſ.51. n.55.* Gutt. *in repetit. l. vnic. n.44. Cod. quando non petent. partes.* Cardinalis Tuſchus *litter. O, concl.196.* Florian. *deciſ.1. n.63.* Boërius *in tract. de ordine graduum vtriuſque fori, p 2. n.24.* Anton. Monachus Lucenſi *deciſ.13. num.51. & deciſ.64. num.39.* plures adducit Rendina *in promptuario receptorum*

rum ſententiarum in fine, tomi in Miſcel. num.2.

48 Et ſic infero vt quando duo ſeu plures creditores concurrunt aduersùs debitorem inſtrumentis confectis in eodem die & coram eodem Notario eſt attendendus ordo ſcripturæ, & collocationis in protocollo, vt ſic primo ſcriptum, aut collocatum præferatur poſteriori collocato eo quod antiquus præſumitur antea collocatum, Bartol. *in §. quibus ſpecialiter de Iuſtinianeo, Cod. confirm.* & *in l.2. §. prius 27. ff. de vulgari.* Felin. *in cap. paſtoralis de reſcriptis, n.6. & 8.* Maſcard. *de Probationib. concluſ.2229.* aliàs 1234. *num.3.* Boër. *in tract. de authoritate magni conſilij n.141.* Peregrinus *de Iure fiſci, lib.6. tit.6. n.38.* Baldus *in d. §. quibus, n.16.* ibi, *Septimo nota quod prius tempore, prius debet eſſe in ordine ſituationis.* Debet inquam allocutio inſtrumẽti in protocollo iuxta antiquitatem confectionis cuiuſlibet ad probandum, iuxta ſequentia verba dicti, *§. quibus,* ibi, *vt ordo temporum earum conſtitutionum non ſolùm ex adiectis diebus conſulibuſque, ſed etiam ex ipſa compoſitione earum clareſcat primis quidem in priori loco, poſterioribus vero in ſecundo ponendis,* & huc exiſtimo etiam reſpicere. *l.12. & 13. tit.25. lib.4. recopil.* vbi cauetur de forma ſeruanda, à Tabellionibus in ſuis protocollis, & aggregabis dictum, Menoch. *de Arbitrar. libro 2. caſu 187. num. 52.* Fontanellæ *de pactis nupt. clauſula 1. num.20.* Narbonæ *in antilogliorograph. iuris n.92.*

Qvæstio I.

An efficacior dicatur probatio, quæ fit per inſtrumenta, quàm quæ fit per teſtes: Et an ſi Notarius ſcripſerit in inſtrumento mulierem renuntiaſſe Vellaiano: Et interrogatus quid ſit Vellaianum, neſciat an renuntiatio valeat: Et quænam oriatur obligatio, ex chirographo de recepta pecunia: Et an clauſula conſueta in inſtrumentis opponi cenſeatur ſemper poſita: an valeat inſtrumentum confectum per Notarium putatiuum, vbi aliqua de publico Tabellario: Et aliqua de inſtrumentis inuentis in Archiuo publico?

Svmmarivm.

2 *Vellaiani renuntiatio facta à Notario, qui interrogatus, dixit ſe neſcire quid ſit Vellaianum non valet, n.3. 4. & 5.*

6 *Obligatio, quæ oritur ex chirographo de recepta pecuniâ, n.7. & 8.*

8 L. qui pecuniam, ff. ſi certum petatur.

9 *Clauſula conſueta cenſentur appoſita in inſtrumentis, priuilegijs, & reſcriptis.*

10 *Inſtrumentum confectum per Notarium putatiuum ex communi errore valet, num.11.*

12 *Tabellarium publicum quid fuerit, & ſit, n.13. & 14.*

15 *Inſtrumenta inuenta in Archiuo publico, quàm fidem faciant.*

16 *Metus amittendi publicum inſtrumentum; pertinens ad ſtatum perſonæ iuſtus eſt.*

1 Ad primam quæſtionis partem, quæ pertinet ad hanc Rubricam dixi, *ſupra in cap. in noſtrâ 32. de Teſtibus, q.2.* verſic. *ad ſecundam,* vbi videbis, & quæ adducit Barboſa *in cap.4. de Teſtibus cogendis, n.3.*

Ad ſecundam partem quæſtionis video Doctores diuersè loqui, nam Decius *in Rubrica, ff. ſi certum petatur, num.11.* diſtinguit dicens quod aut Notarius interrogatus fuit tempore confecti inſtrumenti, quid eſſet Vellaianum, & reſpondit ſe neſcire, & tunc nihil valere renuntiationem, aut interrogatus fuit ex interuallo, & tunc valere renuntiationem. ✝ Alexander verò *in l. ſciendum, col.10. ff. de verb. oblig.* motus ex doctrina Bartol. *in l. ſi quis, §.1. ff. ad Silanian.* docet nihil nocere parti, in cuius fauorem teſtis depoſuit, ſi ipſemet teſtis conſtitutus in articulo mortis dixerit ſe falſum depoſuiſſe: ita ſequitur Fulgoſius *ibi*, & Alciatus *in l.1. ff. ſi certum petatur.* 3

Sed reuera dici debet non valere renuntiationem Vellaiani Iuriſconſulti à muliere factam, atque in inſtrumento ſcriptam, ſi Notarius interrogatus quid ſit Vellaianum, neſciat, docet Albericus *in l. vlt. §. pen. ff. ad Vellai.* Bolognet. *in dicta l.1. ff. ſi certum petatur ſub num.29.* verſic. *quia*, ex eo quia nemo intelligitur renuntiare iuri, quod neſcit ex ignorantia, impedit renuntiationem, *l. ſi mater, ff. de inofficioſo teſtam.* ergo ſi Notarius neſciat quid ſit Vellaianum, non poteſt intelligere, nec atteſtari mulierem ei renuntiaſſe. Et cum ignorantia renuntiationem impediat, & ſit impedimentum perpetuum, quod omni tempore locum habeat, ſequitur vt Decij diſtinctio non ſuſtineatur, & minus doctrina Alexandri, ex Bartolo, & aliis, quia in noſtro caſu ex inſtrumento nullum eſt ius quæſitum; nam renuntiatio non valet cum mulier ignoraret quid eſſet Vellaianum, Notario quoque idem ignorante: ita expendit Faquin. *lib.11. contrcuerſ. cap.65.* 4

Et confirmari videtur hæc aſſertio, quia Tabellio, ſiue Notarius conficere inſtrumentum non poteſt, niſi de ipſis rebus, quæ tempore ſcripturæ extant, quas ipſa vidit, aut quis à præſentibus accepit partibus aliquid de nouo, volentibus quod in eorum conſiſtat voluntate; ita vt de factis, aut volitis in ſua præſentia, & conſpectu fidem præſtet, ex textu, *in cap. teſtes 153. q.9.* Gloſſa verbo *cognitor, in cap. ſtatutum,* aliàs ſtatuendum eſt. 383. *q.6.* Paulus Caſtrenſis *in l. cum res, num.4. in fine, ff. de probat.* Gregorius *in l.6. gloſſa 1. circa finem, tit.5. p.5.* Azeuedus *in l.3. num.29. tit.25. lib 4. recopilat.* & alia inferens tradit Scobar *de puritate ſanguinis, q.15. p.1. §. 2. n.2. & 5.* 5

Ad tertiam quæſtionis partem, quænam oriatur obligatio ex chirographo, de qua video plura diſerta adduci à Faquineto *libro 2. Controuerſ. cap.88.* & *lib.13. cap.26.* breuiter dico cum Bartolo *in l. cum quis, Cod. de Iuris & facti ignorantia,* & *in leg.1.* vbi latè Iaſon *ff. de cond. indebiti,* ante biennium oriri ciuilem obligationem tantùm, poſt biennium autem ciuilem, & naturalem, nam cum ante biennium huic confitenti de recepta pecunia poſſit accedere fideiuſſor, *l. tam mandatori, Cod. de non numerata pecunia:* ſequitur, vt confitens ſit aliquomodo obligatus, ſed non obligatus naturaliter, cum repugnat æquitas, ſiquidem nihil acceperit, quo æquitatis vinculo ſuſtinetur naturalis obligatio, *l. Stichum, §. naturalis, ff. de ſolutionibus,* 6

lutionibus, & ſic erit obligatus ſaltem ciuiliter.

7 † Tamen poſt biennium elapſum, nulla querela propoſita non numeratæ pecuniæ, lex præſumit numerationem factam, & conſequenter producet naturalem obligationem, perinde, ac ſi pecunia fuiſſet numerata, cum plerumque debitores non ſoleant obligari, tamdiu ſi pecuniam verè non acceperunt tacere, & exceptionem non opponere, vt optimè deducit Franciſcus Conanus, *lib.1. comment. iuris ciuil. cap.6. num.* 11. & probatur ex verbis Iuſtiniani *in* §.1. *inſt. de litterarum obligat*, ibi *ſic fit vt & hodie dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur, & ex ea naſcatur conditio*, & ita tenendum licet alij exiſtiment; nec ciuilem, nec naturalem oriri, vbi numeratio non in re credit, de quo videbis quæ tradit Aretinus *in* §. *idem iuris inſt. de except. n.* 10. Eguinar Baro *in comment. inſt. tit. de litterarum obligat.*

8 Nec obeſt Textus *in l. qui pecuniam, ff. ſi certum petatur*, quia Textus ille loquitur de efficaci obligatione, per quam debitor cogi poteſt ad ſoluendum & non negat interim, obligatum eſſe, licet pecuniam non receperit, quando confeſſus eſt ſe recepiſſe, eſt enim obligatus ciuiliter, & poterit ſe tueri exceptione non numeratæ pecuniæ, optimè expendit Faquineus *dicto lib.* 13. *controuerſ. cap.*26. vbi adducit Fortunium *in l. ſi vnus*, §. *pactus ne peteret, ff. de pactis, n.* 48. & 49. vbi videtur affirmare ex tali confeſſione vtramque oriri obligationem, eo quod ante biennium oritur actio, *l. ſi ex cautione, & l. in contractibus, Cod. de non numerata pecunia*, vbi Textus dicit exceptionem dari, & ſic præſuponere actionem ex, *l.* 1. *ff. de except.* quia reſpondet actionem dari tantùm propter ciuilem obligationem. Nonnulla dico de hac exceptione non numeratæ, *infra in cap. ſi cautio:* Et de efficaci obligatione chirographi, & quæ requirat, vt probber, videbis quæ dico, *infra in cap.* 2. *hoc tit.* plura tradit Couarruuias *pract. cap.* 22. *à num.* 2.

9 Ad quartam quæſtionis partem vtrum clauſula conſueta apponi in inſtrumento, ſemper cenſeatur appoſita, dico quod licet in praxi ſi omittatur ſoleant partes ex hoc non infringere inſtrumenta, quia ad eam non attendunt: tamen reuera de iure dicendum eſt quod clauſulæ conſuetæ apponi de conſuetudine in priuilegiis, reſcriptis, & inſtrumentis, cenſentur appoſitæ, vt probari videtur ex Textu, *in l. fine, Cod. de fideiuſſoribus, l. quod ſi nolit*, §. *qui aſſiduam, ff. de adilitio edicto, l. excepto, Codice de locato, l. Dominus prædiorum, Cod. de agricolis, & cenſitis, libro* 10. *l. pen. ff. de iuſt. & iure, l. vniuerſorum, ff. de pignoratitia actione, cap. cum*, M. Ferrarius, *de conſtitutionib. cap. ex litteris de conſtitut. cap. cauſam de reſcriptis, cap.* 1. *de precario, cap. quod dilectio* 3. *de conſanguinit.* plura tradit Ripa *in l. Centurio, ff. de vulgari, numero* 81. ſic tenent relati à Tiraquello *in l. ſi vnquam, Codic. de reuocandis, & de iure conſtituti, part.* 3. *limit.* 31. *numero* 13. Minchaca *de ſucceſſionum creatione*, §. 6. *numero* 53. optimè declarat Salazar. *de vſu, & conſuetudine, cap.* 3. *numero* 4. circa clauſulam guarentigiam, & Antonius Gabriel, *libro* 6. *commun. tit.* 1. *de conſuetudine concluſ.* 3. vbi poſuit 14. ampliationes: plures refert Zeuallos, *pract. quæſt.* 179. vbi refert alios aſſerentes clauſulas conſuetas apponi ex communi vſu notarioriorum, non deberi attendi, ſed haberi pro non poſitis, vt docet Bartolus, *in libro* 1. *quæſtionib.* 6. *in fine, ff. de iure codicillorum*, Abbas *in cap. quintabalis, numero* 32. *de iureiurando*, & alij relati à Tiraquello, *vbi ſupra*, Couarruuias *in* 2. *pract. de teſtam. in Rubr. numero* 14. Cum pluribus Matienco *in lib.*1. *tit.*4. Gloſſa 10. *num.*65. *lib.*5. *recop.*

Ad quintam quæſtionis partem, an valeat 10
inſtrumentum factum per notarium putatiuum, & in hoc dubio multi dixerunt non valere illud inſtrumentum factum per putatiuum Notarium, vel non legitimè creatum, vt ſunt, Bartolus, *in l. Herennius, ff. de decurionibus*, & Iaſon *in l. Barbarius Philippus in fine, ff. de officio prætoris*, vbi dicit communem opinionem, & Tiraquellus poſt leges connubiales Gloſſa 6. *numero* 141. & alij relati à Zeuallos *in pract. quæſt.* 386. † Sed verius eſt vt inſtrumentum 11
valeat quando communis eſt error, quod talis Notarius legitimè fuit creatus, & vt talis ſcribit iuxta opinionem Textus *in dicta l. Barbarius, & in lib.* 4. *tit.* 4. *part.* 3. *lib.* 8. *tit.* 5. *libro* 3. *recop.* vbi Azeuedus, *numero* 13. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 648. *à numero* 47. *vſque ad* 56. vbi bene declarat: tradit Albericus *in dicta l. Barbarius*, cui dubia adiunges quæ adduxi, *ſuprà*, Et in terminis multa refert Patianus *de probationib. libro* 2. *cap.* 21. vbi videbis, quia bene loquitur.

Ad vltimum de publico Tabellario, vt ali- 12
quid antiquitatis hic referam, ideo dico cum Vlpiano *in l.* 9. §. 1. *de pœnis*, eſſe *Archiuum, ſeu grammato - philucium*; ad quem locum deferebantur cuſtodienda inſtrumenta teſtamentorum, contractic um, aliarumque conuentionum, & ſic Liuius vocauit illum locum libertatis atrium, *libro* 43. ibi *cenſores ex templo in atrium libertatis aſcenderunt*, & ibi *ſignatis Tabellis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis ſeruis publicis negarunt ſe prius quidquam publici negotij geſturos, quàm iudicium populi de ſe factum eſſet.* Hæc tradit Liuius, aut dubie quod ab Vlpiano, *archiuum*, dicitur hoc tabularium cum Cicerone appellans, nam pro Archia Poëta ſcripſit ad hunc modum Cicero *hic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas*, italico bello incenſo Tabulario in teriſſe ſcimus omnes. † Itaque feſtus in verbo *probrum*, Ciceronis 13
locum de atrio libertatis accipiendum ſatis indicat his verbis, *lex fixa in atrio libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt, vt ait M. Cato in ea oratione, quæ de augeribus inſcribitur.*

Quare de huiuſmodi Tabellario ſentiens 14
Paulus *libro* 4. *ſent. tit.* 6. cum de teſtamentis ſcriberet ſic loquitur, *ac deinde ſigno publico obſignatum in archiuum redigatur, vt ſi quando exemplum eius incideret ſit vnde peti poſſit*, atque ita quidem in atrio libertatis, *archiuum*, ſiue *Tabularium*, Populi Romani fuiſſe videtur, & Vlpianus de pragmaticis, quibus interdici ſolet, ne huiuſmodi loco ſedeant differens de his Tabellionibus, ſcribis, ſeruis quæ publicis ſenſiſſe, qui tranſcribendis in atrio libertatis publicis priuatis, qui tabulis operam dabant. Et hæc ita congerens Reuardus *coniectam*,

iectam libro 1. *cap.*3. de publico tabulario ait ſe credere appellari idem Archiuum apud Auguſtinum, Tertullianum, Ambroſium, alioſque Authores, quod de Vlpiano iam dictum eſt, nec alio ſpectare quod in Auguſto Suetonius, ait ab Aſinio Pollione atrium libertatis extructum fuiſſe.

15 Vnde infero ad fidem, quam faciunt inſtrumenta inuenta in Archiuio publico, veluti in ſecreto Sanctæ Inquiſitionis, ſeu in Archiuio, quod vulgò vocatur *de Simancas*, aut alicuius Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Cœnobij, & ſic dico quod cum publici Archiui magna ſit authoritas ex adductis à Seſſe *deciſ. Regni Aragon.*21. *per totam*, Maſcardus *de Probationibus, concluſione* 399. *à num.*2. Pelaez *de maioratibus*, 1. *parte, quæſt.*6. *à num.*56. inſtrumenta, & proceſſus inuenta in ſecreto Sancti Officij, aut in alio publico Archiuio plenam fidem facere; etſi aliquot patiantur defectus, qui ratione loci ſupplentur ex adductis ab eodem Pelaez *ſuprà q.*45. *quaſi per totam*, Zephal. *conſ.*139. *num.*5. Craueta *conſ.*274. *num.*6. & *conſ.*758. *num.*7. Scobar *de puritate, quæſt.*15. §.3. *num.*70. plura tradit videnda 2. *part. de Catalogis, & regiſtris, quæſt.*5. *à num.*36. vbi ait ſcripturas defectuoſas vim capere ex Archiuio publico, quia Archiuium dat robur ſcripturis, præcipuè in antiquis, dum tamen alia concurrant, quibus roborentur, veluti ex longo tempore, ſiue ex littera alicuius probi viri, aut notam aliquam habeant, quæ cauſam, aut certum authorem demonſtrent, ex quo fidem mereantur, nam tunc ex eis, & ratione loci, poterunt magnum præſtare adminiculum, quo aliæ veſtiri valeant probationes; ad quod applicabis aliqua, quæ dixi, *ſuprà in cap. cum cauſam* 13. *de probationibus.* Videbis aliqua quæ dico *infrà in cap. cum P. hoc tit.* in verſic. *ad quartam.*

16 Notabis quod metus amiſſionis inſtrumentorum, dicetur iuſtus quando agatur de libertate, vel ſtatu perſonæ, & ideò talem metum ſufficere ad reſcindendum contractum, *l. iſti quidem*, vbi Gloſſa, & Doctores, *ff. quod metus cauſa*, ſecùs quando agitur de aliis inſtrumentis, niſi in eis conſiſteret verificatio maioris partis bonorum, quæ aliundè haberi non poſſit, Tondutus *lib.* 2. *cap.*66. *à num.*31.

QVÆSTIO II.

An inſtrumentum poſſit Teſtibus improbari: Et an ſtetur inſtrumento, donec contrarium probetur: Et an Notarius teneatur cognoſcere contrahentes: Vbi alia de validatione, ſeu liquidatione inſtrumenti: Et an ſcriptura publica referens ſe ad aliud, de quo non conſtat vitietur?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quando, & quibus Teſtibus queat improbari*, *n.*2.3.4.5.6.7.8.9.10. *& à n.*11. *ad* 171. *vbi diſtinguuntur caſus.*

18 *Teſtes inſtrumentales ad impugnandum, vel confirmandum inſtrumentum, an debeant eſſe omni exceptione maiores.*

29 *Inſtrumento ſtatur, donec contrarium probetur.*

20 *Notarius, ſiue Tabellio non tenetur cognoſcere contrahentes, etſi id congruat.*

21 *Inſtrumentum liquidum, quando dicatur remiſſiuè.*

Notarius notorius non præſumitur aliquid addidiſſe ex capite ſuo ibi numero 21. *in fine.*

22. *Scriptura publica, ſeu alia Iuris, aut hominis diſpoſitio referens ſe ad aliud, de quo non conſtat, quando fidem faciat, vel nonn.*23.24. 25. 26. 26.27.28. *& n.*29.30.31. *ſub diſtinctione.*

AD primam quæſtionis partem multa conducibilia videbis *infra in cap. cum Ioannes hoc tit.* cumque apud Doctores hæc quæſtio non parùm difficilis ſit, cum Doctores ſint diſſentientes, nec conueniant in numero teſtium, qui ſufficiunt ad improbandum inſtrumentum; ob id varij varia dixerunt, & Abbas *in dicto cap. cum Ioannes, num.* 3. poſtquam diuerſas Doctorum opiniones retulerit, dixit poſt Innocentium, & Ioannem Andream duobus teſtibus falſitatem inſtrumenti comprobari, vt nulla fides ſcripturæ publicæ adhibeatur: ſequitur *ibi* Felinus *numero* 35. & Baldus *conſ.*21. *num.*3. *volum* 4. dixit quod tales teſtes debent deponere de toto tenore inſtrumenti, & probare concludenter ſubſtantiam negotij: argumento textus *in l. ſi quis iniquum, Cod. de edendo, l. Lucius*, vbi Gloſſa, *ff. de infamibus*, & eſt textus, vbi notat Gloſſa in verbo *per teſtes, in leg. optimam, Cod de comittenda & contrahenda ſtipulatione* ibi, *vel ſaltem per teſtes vndique idoneos, & omni exceptione maiores oſtenderit ſe, vel aduerſarium ſuum eo die, à ciuitate abfuiſſe*, & textus *in cap. tertio loco de probationibus*, vbi Gloſſa magiſtralis, quæ aſſignat rationem, quia magis creditur viuæ voci, quàm mortuæ, vt *in Auth. de fide inſtrumentorum §. ſi verò dicto cap. cum Ioannes, §. porrò de fide inſtrumentorum.* 1

Cumque fides & authoritas inſtrumenti à Notario, & Tabellione pendeat, *cap. ad audientium de preſcript.* & Notarius vnus tantùm ſit, ſequitur, vt duorum Teſtimonia inſtrumento, ſeu Tabellioni præferantur iuxta plura quæ adduxi *ſupra in capite cum à nobis* 18. *de Teſtibus.* 2

Alij autem dixerunt quatuor Teſtes prærequiri, vt ſenſit Gloſſa *in dicto cap. tertio loco*, & alij relati à Menochio *de arbitrariis, caſu* 105. *numero* 38. alij autem antumant, vt duo Teſtes nunquam ſufficiant ad impugnandum inſtrumentum publicum, Gloſſa *in dicta leg. optimam, & in dicto capite tertio loco*, vbi quatuor vel tres ſunt neceſſarij, ex eo quia inſtrumentum de per ſe habet vim, & authoritem duorum Teſtium, propter Notarij, vel Tabellionis authoritatem, vt docent Ruinus *conſilio* 36. *numero* 1. *lib.* 4. Ioannes de Anania *conſ.* 97. *num* 4. & probat textus *in leg.* 54. *titulo* 97. *parte* 3. ibi *abonda en toda carta publica queſeandos eſcriuanos publicos per teſtigos, y ſi noſe pudieren hallar reciban tres omes buenos*; & ſic ex multis Zeuallos *in pract. quæſtione* 43. ait non ſufficere ad impugandum inſtrumentum duos teſtes, quia eſſet æqualis probatio, & ſic potius eſſe credendum Tabellioni. 3

Sed quia de Iure Regio videatur quod prærequirantur quatuor Teſtes omni exceptione 4

maiores

requirantur quatuor Teſtes omni exceptione maiores ad impugnandum veritatem ſcripturæ publicæ, & dico ſi Tabellio non interueniat, vt probat textus *in leg.* 117. *titulo* 18. *parte* 3. ibi *ſi lo pudieſe probar con quatro omes leales deuele valer e no debe ſer creida la carta que moſtraban*, ſeu tres teſtes ſufficere, vt probat textus *in leg.* 32. *titulo* 11. *parte* 5. & ob id Gloſſæ *in d. capite tertio loco, & in d. c. tertio loco, & in d. c. cum Ioannes hoc titulo, & in l. in exercendis, Cod. de fide inſtrumentorum*, Gloſſa *in* §. *item verborum Inſtituta, de inutilibus ſtipulat.* dixerunt tres Teſſes neceſſarios eſſe, & quandoque quatuor expendit Maſcardus *de probationibus, concluſione* 919. & Menochius *vbi ſupra*, plures adducit, iterùm Zeuallos *in pract. queſtione* 55.

5 Sed Bartolus *in leg.* 1. §. *ſi quis neget*, *numero* 12. *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, nonnulla referens diſcedens ab hac Gloſſarum opinione, exiſtimat Iudicis arbitrio hoc totum relinquendum eſſe, quaſi Iudex cautè, & diligenter inſpicere debet perſonam Notarij quæ ſi ſuſpecta eſt, vel ſcriptura vitio aliquo laborat, teſtibus magis credendum ſit Si verò omnis ceſſet ſuſpicio, tunc magis inſtrumento, quàm teſtibus credi debeat iuxta textum *l. optimam in fine, Cod. de contrahenda ſtipulatione.*

6 Ego tamen, vt huic difficultati clara reſpondeam, quoad reprobandum inſtrumentum Teſtibus, qui ſcripti non ſunt in inſtrumento diſtingui debere exiſtimo: Nam vel quis vult reprobare inſtrumentum contra ſe productum, directè, vel indirectè, in priori caſu diſtinguendum eſt: Nam vel viuit Tabellio, aut non viuit, & tam ipſe, quàm Teſtes inſtrumentarij concordant pro inſtrumento, aut contra illud, & tunc inſtrumento ſtandum erit, niſi pleniori probatione contrarium probetur ex *dicto capite cum Ioannes*, §. *Tabellionem hoc titulo*, quod ſi differant, & Tabellio deponat contra inſtrumentum, nec in contrarium adſit probatio, refellitur inſtrumentum *ex lege* 115. *in princ. hoc tit* 18. *parte* 3. Si vero adſit in contrarium probatio Teſtium eorum teſtimonio ſtandum eſt contra malitiam Tabellionis ex Gregorio *ibidem*, verbo *no debe valer.*

7 Si verò econtra Tabellio ſit pro inſtrumento, & Teſtes contra inſtrumentum; Tunc ſi concordat cum regiſtro, & Tabellio ſit bonæ famæ, & factum antiquum, creditur Tabellioni, & non Teſtibus ex *dicta lege* 115. quando verò per indirectum reprobatur inſtrumentum, vt in exemplo *dicta leg.* 117. *part.* quatuor Teſtes reperiuntur ex *eadem lege* 117. vel tres ex *eadem lege* 32. *titulo* 11. *parte* 5.

8 Quando verò ex præſumptionibus inſtrumentum de falſo redarguitur, tunc Iudicis arbitrio ſtandum eſſe *ex lege* 118. & in hac ſpecie deſiderari Teſtes omni exceptione maiores ex *dicta leg. optimam*, *Cod. de contrahenda & comitt. ſtipulatione*: tradunt Couarruuias *lib.* 2. *variar. capite* 13. *numero* 10. *&* 11. Menochius *dicto caſu* 105. *num* 38. & cum aliis expendit Balboa *in dicto capite tertio loco de probationibus à numero* 70. Zeuallos *dicta quaſtione* 43. *à num.* 72. vbi videbis.

9 Et melius Rodriguez. de *ordinando proceſſu*, *capite* 7. *à numero* 13. vbi dixit de Iure Regio, *numero* 15. inſtrumentum publicum quale eſt, quod authoritate Notarij, vel Tabellionis publici confectum eſt minori Teſtium numero, quàm quatuor impugnari, aut reprobari minime poſſe, ex *dicta lege* 117. Sin autem inſtrumentum priuatum ſit, & non manu publici Tabellionis factum, tunc duobus Teſtibus improbari omni exceptione maiores, ex *dicta l.* 117. verſic. *e ſi por auentura.*

10 Hæc autem omnia procedunt quando agitur de reprobando inſtrumento teſtibus in eo non ſcriptis, ſed quid erit ſi ageretur de reprobando inſtrumento cum Teſtibus inſtrumentariis, & in hoc caſu deciſionem textus *in dicta l.* 115. *tit.* 18. *p.* 3. ſeruandam eſſe dicit Gregorius *in dicta l.* 117. Gloſſa verbo *omes buemos*, qua cauetur quod ſi in inſtrumento ſcripti ſcripturæ contradicunt, ita præſumatur pro inſtrumento, ſi Notarius eſt bonæ famæ, & opinionis, vt potius ei credatur, quàm teſtibus, nec per eos poſſe impugnari inſtrumentum ſi concordat cum nota regiſtri, & reddit rationem; quia & hoc fit propter Teſtium memoriæ habilitatem, quam legem ſummè commendat *ibi* Gregor. verbo *elos teſtigos*, & menti tenendam cum approbet partim plures communes Doctorum opiniones; partim verò reprobet, & in fine eleganter docet etiam eam legem intelligendam, & procedere prout tradit ipſa lex quando Tabellio viuit & atteſtatur pro inſtrumento, & eſt benè famatus; nam ſi non viueret, ſeu viuens non atteſtaretur pro inſtrumento, tunc ea lex non procederet; imò per teſtes deſcriptos, vel non deſcriptos reprobaretur inſtrumentum ſecundùm notatâ per Doctores *in dicto cap. cum Ioannes hoc tit. & in l. in exercendis*, & facit *dict. l.* 117. *part.* & quæ notat Gregorius *in fine. dict. Gloſſa* verbo *e los teſtigos*, quod benè exornant Zeuallos *pract. dicta q.* 43. *à n.* 11. Rodriguez. *de ordin. proceſſu*, *cap.* 7. *num.* 15. in verſic. *ſi verò*

11 Verùm in hoc puncto exiſtimo nonnullos caſus diſtinguendos, vt clarè pateſiat doctrina prædictarum legum Regiarum 115. *&* 117. quia ſi contingeret, vt omnes teſtes inſtrumentales ei aduerſarentur inſtrumento; dicentes ſe non interfuiſſe, proculdubio inſtrumentum reprobari docent Baldus *in dict. lib.* 1. §. *ſi quis neget*, *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *num.* 6. & relati à Couarruuias *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 10. in verſic. *ſecunda concluſio*, & facit Textus *in d. cap. tertio loco de probat.* vbi omnes aſſerebant nunquam tale quid factum in capitulo, & Textus *in cap. tam litteris*, *de Teſtibus.* Et facit Textus *in dict. l.* 1. §. *ſi quis neget*, vbi dicitur fidem inſtrumenti variare, ſeu vacillare, quando vnus ex inſtrumentariis contradicit; quod ſi omnes contradicunt proculdubio falſum probabitur inſtrumentum cum fides inſtrumenti tota pendeat à teſtium fide, vt *in Authentica de inſtrument cautela, & fide*, *ſed & ſi quis, &* §. *ſi vero*, Gloſſa *in l generali, C. de tabulariis, libro* 10. Boërius *quæſtionib.* 118. *numero* 1.

12 Quod ſi vnus teſtium contradicit, & adhuc ſupereſt integer teſtium numerus, qui ad illius perfectionem deſideratur, veluti ſi in teſtamento octo teſtes ſcripti ſint, & vnus contradicat, tunc teſtamento non reddetur ſuſpectum, cum remaneat integer teſtium numerus in teſtamento

mento neceſſarius, vt aduertit Bald. *in dict. l. 1. §. ſi quis negat, ff quemadmodum teſtam. aperiantur, num.2. & num 7* Boſius *in tit. de falſis, numero* 39. & reddit rationem Balboa *in dicto cap. tertio loco de probat. num* 65. quia teſtis ille, qui contradicit, ſingularis eſt, tum etiam, quia eo ſubducto, actus remanet integer, & ſolemnis. Sin autem vnus ex ſeptem Teſtibus neceſſariis contradicat, tunc ſuſpectum reddi teſtamentum; & eius fidem vacillare dicit, *ibi num.66.* Sed non reddi falſum; ita vt fides inſtrumenti reddatur infirma: ita Couarruuias *vbi ſupra dict. lib.1. variar. cap.13. num* 10. verſic. *ſecunda concluſio*, Afflictis *deciſ.* 166. Bartolus *in dict. §. ſi*
13 *quis neget.* † Et Felinus *in dict. cap. cum Ioannes, num.* 51. Boërius *dict. deciſ.* 118. *num.* 7. dicunt non vacillare inſtrumentum, ſeu teſtamentum, eo quod vnus teſtis impugnet quando ageretur de leui præiudicio, vel ſi teſtis contradicens de mendacio conuinceretur, v.g, ſi ipſe dicat ſe non interfuiſſe teſtamento, & alij ſex conformiter, dicant interfuiſſe. Et adiunges quæ tradit Barboſa, *hic numero* 9. *&* 10. *& à numero* 11. *in cap. cum Ioannes, hoc tit.*

14 Tertio autem dicendum eſt quod ſi duo teſtes contradicunt inſtrumento, ſed adhuc in eo ſupereſt integer numerus teſtium neceſſarius ad eius validitatem, vt ſi cum dico ſufficiant teſtes adſcripti ad robur inſtrumenti, & in eo quatuor ſcripti inueniantur, & dico illorum dicant ſe nunquam fuiſſe præſentes contractui, tunc ait Bartolus *in dict. l. 1. §. ſi quis neget, numero* 8. & Amon *conſ.* 56. *numero* 2. Vacillare fidem inſtrumenti: Et ſic etiam vacillare, ſi in eo inſtrumento quinque teſtes ſcripti, tres eorum illud contradicant: ita Couarruuias, *vbi ſupra*, & facit Textus *in dicta l. optimam, Cod. de comit. ſtipulat.* videbis quæ tradit Boërius *dict. deciſ.* 118. *numere* 19. Balboa *in dict. cap. tertio loco, numero* 67. vbi refert quod ſi vnus, vel duo ex Teſtibus in inſtrumento ſcriptis, negarent ſe interfuiſſe cæteris tacentibus, vel mortuis; etiam ſi centum ſint ſcripti, fidem inſtrumenti vacillare, & debilitari: videbis Boerium, *ſupra numero* 20. Boſium *de falſis, numero* 34. Menochium *de arbitr. caſu* 105. *libro ſecundo*, vbi reprobat Paulum Caſtrenſem, qui *in l. hæredes palam in principio, ff. de Teſtament.* & dixit quod ſi in inſtrumento deſcripti ſint ſex teſtes, cum duo ſufficiant, ſi duo contradicant, & reliqui ſint mortui, non reddi inſtrumentum
15 ſuſpectum. † Tamen ſi duo contradicant & remanent ad inſtrumenti fidem, numerus integer teſtium viuentium non vacillare inſtrumentum ex multis concludit ipſe Balboa *in dicto cap. tertio loco, numero* 68. eo quod in eo caſu, non obſtante contradictione, re-
16 manet teſtium integer numerus. † Quod ſi duo, vel tres teſtes inſtrumentarij illud non contradicant, ſed tantùm aſſerant ſe non recordari, an præſentes fuiſſe tempore celebrati contractus, aut teſtamenti, tunc firmum remanere inſtrumentum; nec vacillare, docet Bartolus *in dicta l. primo, §. ſi quis neget*, quia in caſu nihil dicitur contra inſtrumentum. *l.*
17 *cum precibus, Cod. de probationibus.* † Sin autem teſtes inſtrumentarij deponunt contra ſubſtantiam inſtrumenti, veluti ſi dicant ſe in eius celebratione interfuiſſe; ſed in eo ſcripta non eſſe vera, vera tunc reuera falſum dici inſtrumentum, dicit Felinus *in dicto cap. cum Ioannes, hoc titulo, numero* 48. Balboa *in dicto cap. tertio loco, numero* 69. Bartolus *in dicto §. ſi quis neget, numero decimo*, argumento Textus, *in dicta l. cum precibus.*

Quod ſi dubites an iſti teſtes inſtrumentales 18
debeant eſſe omni exceptione maiores, ſiue ad impugnandum, ſiue ad confirmandum inſtrumentum, dico quod & ſi Iaſon *conſ.* 124. verſiculo, *ſed ad iſtud, libro primo*, Baldus *conſ.* 37. *libro primo*, Cæpola *inter criminalia, conſ.* 21. *numero quinto, & ſexto*, dicant eo in caſu teſtes debere eſſe omni exceptione maiores, reuera dicendum eſſe quod & ſi reſpectu teſtium non inſtrumentalium, illorum doctrina vera ſit ſecundùm quæ dixi, *à numero primo.* Tamen quando ad impugnandum inſtrumentum deponunt ipſi teſtes inſtrumentales, non prærequirit quod ſint omni exceptione maiores, quia vt docet Aymon inſtrumentales cenſentur rogati, & approbati à partibus, habito reſpectu, ad tempus confecti inſtrumenti, *l. ſi quis Teſtibus, Cod. de Teſtibus*, ſecus ſi poſteà ſubeſſet cauſa impugnandi teſtes, Socinus Iunior, *conſ.* 189. *numero* 52. *libro ſecundo, & conſ.* 17. *numero* 15. *libro tertio*, Balboa *in dicto cap. tertio, loco de probationibus, num.*62. *&* 63. Vbi ait fallere etiam ſi teſtes exceptiones nouas patiantur poſt confectum inſtrumentum quid de his, quæ de nouo ſuperuenerunt, non videtur, fides approbata teſtium. Alexandr. *conſ.* 191. *numero primo, libro ſeptimo.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, quia ſatis 19
ex dictis præberi poteſt reſponſum breuiter dico quod ſtatur inſtrumento, donec contrarium probetur, & ob id illi in dubio ſtandum eſſe, quia dicitur probatio probata, & veritas docet. latè Ioſeph. Ludouicus *in deciſ.* 54. *lucenſ. & peruſ.* 50. Verallus *in deciſ.* 421. *p.*2. cum aliis Riccius *collect.* 1090. ad textum *in dicta l. cum precibus, Cod. de probat.* vbi etiam infert cum Rota Genuenſ. & aliis, quod habens pro ſe inſtrumentum, dicitur habere intentionem fundatam; quia inſtrumentum facit rem notoriam, & quia illud, quod apparet per inſtrumentum, dicitur certum, ac manifeſtum; aliquid notaui infra *in cap. cum Ioannes* ex Cyriaco *tom.* 3. *cent.* 407. quem leges.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Notarius 20
teneatur cognoſcere contrarium, dico cum Gloſſa *in l. fin. in verſic. cognoſcant, Cod. de Iure deliberandi* ad id non teneri, & deciſum teſtatur Franchis *in deciſ.* 262. & propterea excuſari Notarium, qui recipit inſtrumentum inter partes contrahentes ſibi minime notas, nec ſimiliter puniatur ſi ipſo inſcio vna perſona pro altera fuerit ſuppoſita, vt decidit Senatus Pedmont, ſecundum Gaſpard. Theſaur. *in deciſ.* 78. *p.* 2. Sed Riccius *collect.* 713. ad dictam Gloſſam ait bonum eſſe ſtatutum, vt Notarius, ſiue Tabellio tenerentur ad cognoſcendos contrahentes, cum inſtrumentum conficitur, ne daretur occaſio contrahentibus ſupponendi perſonas ignotas Tabellioni, prout ſimilia extant ſtatuta in Gallia, vt teſtatur Du Laurens *in deciſ. Rotæ Auen.* 64. *&* 107. ſed quia longè Guttierrez. *lib.* 1. *practicarum q.* 143. 144. *&* 145. ſcripſit de ſpectantibus ad

ad hoc dubium, ideò ipſum leges, nec ago ipſius dicta, repetam quæ ſcripſit ad textum *in l.14. tit.25. lib.4. recop* plura de fide Notarij, & quod non præſumatur aliquod addidiſſe ex ſuo capite. Cyriacus legendus *tom.3. cent.*408.

21 Ad quartam quæſtionis partem de validatione, ſeu liquidatione inſtrumenti dico *infra* cum ago de exequendo inſtrumento liquido interim videbis quæ congerit Riccius *collect.*152. Vincentius de Franch. *in deciſ.*161. *&* 366. 200. 670. 221. 420. 353. Minand. *de deciſ.*2. Afflictis 64. Maſtrillus 8. *&* 157. Mont. *in deciſ.*22. Annan. *in ſingulari* 252. qui de pluribus caſibus liquidationis inſtrumenti agunt, & addit Riccius hanc materiam liquidationis ita eſſe frequentem, quod nulla ferè dies eſt, quin tractetur de ea, *vt infra in cap.*1. *ſub q.*6. ago.

22 Ad quintam quæſtionis partem, an ſcriptura publica, vel alia Iuris, aut hominis diſpoſitio referens ſe ad aliud, de quo non conſtat, vitietur dico duplicem eſſe Doctorum ſententiam: alia docet quando inſtrumento non refertur totus tenor ſcripturæ, ad quam refertur dici inſtrumentum nullum, ſeu ſcripturam, Bart. *in Auth. ſi quis in aliquo documento* vbi Paulus declarat, Angelus *in l. ſciendum, ff. de verb.* Baldus *in l.2.*
23 *num.4. Cod. de errore Aduocatorum.* † Vbi dicit quod confeſſio, quæ ſe refert ad aliquod inſtrumentum, non probat, niſi conſtet de inſtrumento, ſequitur Maſcardus *de probation. con-*
24 *cluſ.*1319. *num.* 21. † Vbi reſoluit aliis citatis, quod ſolutio facta per relationem ad libros rationum, non probat, niſi per libros conſtire-
25 rit de tali ſolutione. † Et in venditione facta per Procuratorem referentem ſe ad mandatum, de quo non conſtat; tenet Afflictis *in deciſ.*293. vbi refert pro hac ſententia fuiſſe Iudicatum: ſequitur Socinus *conſil.* 266. *volum.* 2. Gerardus *in ſingul.*39. *in fine.*

26 Alij autem exiſtimant non eſſe neceſſarium, quod oſtendatur ſcriptura, ſeu priuilegium, aut Apocha, de quibus fit mentio in alia ſcriptura publica: ita Gloſſa communiter recepta *in cap. Sancti Siluani de verb. ſig.* Boërius *in deciſ.*281. *num.*13. Bart. *in l.*1. *num.*13. *ff. ſi certum petatur.* vbi reſoluit quod ſi teſtis dicat Titium mutuaſſe Seio centum, ſicut continetur in tali inſtrumen-
27 to, quod hoc dictum non probat, niſi appareatur de inſtrumento. † Quia vbi nullum eſt ſubſtantiuum, non congruit relatiuum, Gloſſa *in cap.*1. *de fide inſtrum.* pro qua opinione facit textus *in l. in teſtam.* 28. *ff. de cond. & demonſtr.* vbi illud notat Bald. Speculator *de fide inſtrum. in §.*
28 *reſtat in fine.* † Vbi dicit, quod ſi in aliquo inſtrumento continetur, quod Titius promiſit Sempronio centum, quæ ſibi debebat ex cauſa venditionis cuiuſdam equi provt continetur in inſtrumento ſcripto talis Notarij, quod valet talis diſpoſitio, & obligatio, etiam ſi non conſtet de tali inſtrumento ad quem fit relatio, & rationem Iaſon aſſignat *in l. admonendi in* 1. *lectura, num.*19. *ff. de Iureiurando*, vbi pluribus rationibus confirmat iſtam concluſionem.

29 Et hanc ſequutus Zevallos *pract. q.* 44. expendit vtramque dicens iſtam opinionem procedere, quando illa verba *provt conſtat ex aliis ſcripturis*, ponuntur per modum relationis, cum in dicta ſcriptura contineatur diſpoſitio certa & non conditionalis, ſecus tamen quando ponuntur per modum diſpoſitionis: Nam tunc procedit contraria relata Bartoli, & aliorum opinio, † Et licet Maſcardus *de probat. conclu-* 30
ſione 913. poſuerit regulam, nempe vt inſtrumentum faciens de alio mentionem, non probet; tamen ipſe *ibi* octo limitationes ponit, quarum ſecunda facit pro hac noſtra doctrina, cuius rationem præſtat Ioannes Garcia *de nobilitate Gloſſa* 41. Ceruantes *in l.* 1. *Tauri, n.* 30.
& 31. † Et Paulus *in d. l. admonendi, num.*14. 31
ait quod illud verbum, *ſecundùm quod conſtat ex alio inſtrumento*, non ponitur conditionaliter pro *ſi*, ſed totaliter pro *quia*, vt *in cap. Abbas de verborum ſignif.* Gloſſa *in cap. ſi Romanorum* 19. *diſt.* quod ampliat Iaſon. *in dicta leg. admonendi in* 1. *lectura, num.*40. *& in* 2. *num.* 27. ad contractus, & vltimas voluntates, & ad reliquas diſpoſitiones, etiam legales, vt *in l. fin. Cod. de dotis promiſſione* ibi, *nec enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt*: tradit Ioannes Garcia *de nobilitate Hiſpan. dicta Gloſſa* 41. *num.*1. Et videbis etiam quæ doctè diſputat Faquineus *de inſtrumento ad aliud ſe referente*, de quo *infrà in cap. fin.*

QVÆSTIO III.

An inſtrumentum confectum inter duos probet contra tertium: Et an Tabellio ex inſtrumento à ſe confecto Guarentigia obligetur alij: Et an ſibi obliget, & debitorem ſic, vt iuxta inſtrumenti datam præferatur aliis creditoribus inſtrumentariis poſterioribus?

SVMMARIVM.

1 L. Capite quinto, ff. de adult. l. quæro, §. fin. ff. de ædilitio edicto, n.3. cap. fin. de ſucceſſ. abinteſtato, & n.3.

2 *Inſtrumentum confectum inter duos ſolùm facit præſumptionem contra tertium.*

4 *Tabellio, ſiue Notarius proprio inſtrumento ſibi non obligat alium, ſed ipſe obligatur aliis, num.* 5.

6 *Argentarij, Campſores, Nummularij, & Bancharij quare ſibi alios obligent propria ſcriptura, num.*7. 8.9. *& libro, n.*10. *&* 11. *vbi quando non.*

QVia huius dubij determinatio pendet ex regula, an res inter alios acta aliis noceat, de 1
qua *in cap. cum ſuper* 17. *de ſententia, & re Iudicata*, ideò nunc breuiter dico, quod etſi nonnulli exiſtiment ſemiplenam probationem inducere contra tertium id, quod in inſtrumento continetur inter alios celebrato, vt ſenſerunt Bartol. *in l. admonendi. ff. de Iureiurando*, Iaſon *n.* 157. vbi communem opinionem dicit Ripa *num.* 155. Maſcardus *de probat. concluſ.* 347. *n.* 24. moti ex deciſione textus *in l. capite quinto, & ibi Gloſſa ff. de adulteriis, l. quæro, §. vlt. ff. de ædilitio edicto cap. vlt. de ſucceſſ. abinteſtato.*

Tamen reuera eam probationem non facere 2
exiſtimo, & ſi aliquam præſumptionem inducat iuxta textum, *in l. ſi duo, ff. de Iureiurando*, cum ex regula res inter alios acta, aliis non nocet, de qua *in dicto cap. cum ſuper*, cum etiam ex textu *in l. certum, §. ſi quis abſenti, ff. de confeſſis, & in l. vltima, ff. de interrogatoriis actionibus*, ſecundùm vulgatam eorum interpretationem: ita do-

cet Faquinetus *lib.11.contr.cap.36.* Salicet. *in l. in bonæ fidei*, vbi Bald. *Cod. de rebus credit.* & alij
3 relati à Maſcardo *vbi ſupra n. 25.* † Nec obſtat fundamentum contrariæ ſententiæ, quia ea non probatur in illis Iuribus, ſed tantùm hoc probari, nempe ſi alia concurrant indicia, confeſſionem iſtam inter alios factam probare contra confitentem, & *in dicto cap. fin.* confeſſio fuit facta præſente Abbate, & ſic non eſt confeſſio prorſus inter alios.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem communiter reſpondent Doctores, vt quemadmodum quilibet particularis ſchedula propria, & recognita alij executiuè eſt obligatus ex dictis *infra in c. 1.*
5 *hoc tit.* † Sic etiã obligetur ipſe Tabellio publico, & guarentigio inſtrumento à ſe confecto, quia cum perſonam publicam agat reſpectu aliorum vt *infra in cap. S. P.* ſic contra ſe poterit inſtrumentum conficere, cuius virtute exequatur. & faciunt dicta *infra q 9.* vbi de fide quam habent parcellæ libri rationum inter Mercatores contra ſe. Maius eſt dubium quando inſtrumento proprio à ſe confecto obligat ſuum debitorem ipſe Tabellio, in quo videtur idem reſpondendum ſi tamen nec Debitor, nec alij Creditores opponant aduerſus tale inſtrumentum. Argumento eorum quæ dico *ſupra in cap.3. & aliis de reſcriptis* vbi valet, reſcriptam de alio mentionem non faciens, dum aduerſus illud non opponitur; ſed tu dic primam concluſionis partem veram eſſe; quia quemadmodùm quilibet poteſt contra ſeipſum teſtificari, & dicitur confeſſio partis *ex l. de ætate 11. §. 1. ff. de interrogat. action.* Bart. *in l. impuberem,* qui autem *fin. n.2. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ſic eſſe conſentaneum æquitati, vt Notarius inſtrumentum contra ſe conſcribere poſſit in quo ſe obliget, Bartolus *in d. leg. impuberem, §. qui autem, n.2. & in l. ſi filius 14. §. ſequens quæſt. ff. eodem,* Suida *q.318. & ſingulari 323.*
6 *§. Notarius & ſingulari 175.* † Secundam autem concluſionis partem aliter procedere, non enim poteſt facere inſtrumentum, in quo alium ſibi obliget, quia ſi in eodem inſtrumento plures correos ſuos nominaret, ſaltim contra ipſum Notarium credetur, non contra alium quem facit ſecum correum, vt ſi ue dicat ego Caius Notarius fateor hac propria mea manu nihil vnà cum Titio inſolidum obligari Sempronio incentum ex cauſa mutui, quia tunc contra Caium Notarium ſtat probatio ſed eo inſtrumento non probatur Titij Apocha: ita Bartol. *in d.l. filius 14. §. ſequens quæſtio, n. 2.* qui id intelligit: itavt ipſe Notarius nequeat Correum conuenite, verùm ſi Creditor vtrumque conueniat, tunc nihil obſtare ait idem Bartol. vt ſequitur Nicolaus Emptonius *in ſynt. 11. de fide inſtrum. cap.26. à n. 3.* qui plura adducens *ibi* etiam *à n.17.* confirmat, quia inſtrumentum à Notario factum ſuper ſuo proprio lucro non valet per titulum, *Cod. de his qui ſibi in teſtamento adſcribunt 110. leg.15. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Romanus *ſingul.350.* Bart. *in l. ex ſentent. ff. de teſtam. tutel. argum. tit. Cod. de his qui ſibi adſcribunt in teſtam. l.1.§.7.n.22. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* & faciunt quæ dixi *ſupra in cap.12. de Iudic. q.11. & cap. tertio loco de prob.* vbi ait nemo teſtari in propria cauſa *à n.58.* de praxi & ſolutioni obſtar dicere quod Argentarij, Nummularij, & Campſores tanquam perſonæ publicæ obligant ſibi alios ſecum agentes, ſiue contrahentes per ſolas parcellas ab eis inſcriptas in ſuis libris rationum, & ſic multòmagis poſſe Tabelliones alios ſibi obligare; quia reſpondeo vt licet prædicti Argentarij ſibi aliis obligent, eo quod officium quod exercent ſit de publico ſtabilitum per textum *in l. 4. 6. & 8. ff. de edendo,* qui & Notariis noſtri temporis adæquabantur ſecundùm Ioſium & Oroſium *in l. Prætor ait, ff. de edendo,* & Mariencum *in leg. 1. Gloſſa 7. tit.18. lib.5. recopil. n.4.* & intantum fidem fieri libris iſtorum Campſorum, Nummulariorum, ſiue Banchariorum, vt tam pro ſe quam etiam contra ſe, & etiam contra tertium, cum quo geſtum eſt negotium credendum ſit, vt voluit Conſultus *in l. Argentarius, in princ. ff. de edendo* ibi, *nec intereſt cum ipſo Argentario controuerſia ſit, an cum alio, fruſtra enim cogeret Prætor edere etiam contra ſe niſi illi tertio fides libri nocere poſſet.* † Ta- 7
men non ſic reſpectu Tabellionum, Notariorum & Scribarum, qui etſi de publico ſint deputati inſtrumentis confectis per illos neutiquam fides habetur in eorum fauorem alios ſibi obligando debitores, vel in quibus caueatur aliis ſoluiſſe, vt *in l. de eo, & in l. Diuus, ff. de falſis,* vt defendunt Craneta *de antiquitate q.6 particula primæ partis principalis, n.66. & 67.* cum Bart. & & Bald. *in l. ſi conſul. ff. de adopt.* Scobar. *de ratiociniis p.1. cap.51. n.12.*

Et ratio differentiæ eſt, quia cum munus Ar- 8
gẽtariorum & Bancheriorum, item Campſorum, ſit circa pecuniariam mutationem fauendo quæſtum in permutandis, aut fœnerandis pecuniis & rationes de hoc diligenter conficiendo, vt cognoſcerent Argentarij quantum lucri ij qui cum aliis negotia tractarent habere deberent, quos hodie in Hiſpania *Cambios* appellamus, in Italia vero, & Venetia *Bancos,* Corraſius *in leg.1. §. præterea, ff. de officio Præfecti vrb.* cum aliis Scobar. *dicto cap. 11. ſub n.5.* vbi credit Nummularios maiorem, & ampliorem negotiandi cauſam habuiſſe, quam Argentarij, quod ſolùm argenti negotiationem importat, teſte Seneca *lib. 1. declamationum,* & Cicer. *in Oratione pro Cecina,* & ſic de negotiando ipſi cum aliis, ideò rectè in Iure diſpoſitum eſt, vt libris eorum fides adhibeatur etiam pro ſe contra alios per textum *in l. ſi quis ex Argentariis §. rationem, ff. de edendo.* Aymon vbi *ſupra n.62.* Molineus *in conſuetudine 6.* Pariſienſ *tit. 1. §. 5. num.23.* Menochius *de arbitr. lib.2. caſu 91. n.22. l. quædam, § Nummularios, ff. eodem* vbi Bartol. per verba Conſulti ibi *quarum probatio ſcriptura, Codicibuſque eorum maximè continetur, & frequentiſſimè ad fidem eorum decurritur,* quibus DD. probant, inter quos Menoch. *ſupra num.8.* Maſcard. *de probat. concl. 971. n. 9.* Petrus Surdus *deciſ.149. n.11.* Scobar *d. cap. 11. n.8.* librum Cambij ſeu Bancharij facere fidem ad commodum eorum, cuius nomine rationes conſcribuntur. † A quibus inquam differunt Tabelliones, 9
Scribæ, & Notarij eo quod etſi iſtorum officium ſit publicum: Tamen eſt in id inſtitutum, nempe vt aliorum contractus & geſta tantùm in ſcriptis redigere poſſint, in quo ſolùm eorum officium verſatur, & fides eorum tantùm probetur, non illis enim permittitur propria negotia gerere, eaque in ſcriptis pro ſe redigere; Quo pacto dicunt Bartol. *in d. §. Nummularios,* Scob. *d. c. 11. de ratiociniis, n.13.* explanari differentiam inter Argentarios, Nummularios, Banchiarios, Campſores, & inter Tabelliones, & Scribas,

vt fides de publico prædictorum ſcriptis credatur, vel non Iuris facultate.

10 Notandum veró eſt ex *dicta leg. ſi quis ex Argentariis, §. rationem.* Argentariorum ſiue Nummulariorum, Campſorum, aut Banchariorum ſcripturis fidem non fieri quando quid præter eorum officium geſtum ſit idem Scobar *dicto cap. 11. de ratiociniis ſub num 13. & alij.*

11 Et confirmatur, quia etſi conſuetudine, aut priuilegio, vel ſtatuto receptum ſit, quod libris priuatis Mercatorũ plenè credatur in ſui fauorem vt prorelati *ſupra*, & teſtantur de conſuetudine totius Italiæ vt pro ſcribente probent Folerius *ad Marant. q. 6. ſub n. 37.* ex Socino *apertius*, Flaminius Cartarius *deciſ. 127. num. 3.* Burſat. Turret. Henrriquez. Piaggo, Aufrerius, Rolandus, Beroius, Ludouicus, & infiniti, quos ſequitur Genua *de ſcriptura priuata lib. 4. de libris Mercatorum, fol. 239. num. 12.* omnium ſingulariſſimè Scaccia *de Iudic. cauſæ ciuiles c. 10. n. 129.* Sed hoc debet intelligi vt operetur in pertinentibus ſolum ad mercaturam, quam Mercator exercens ſcribit, quia ſi in libro ſcriberentur, quæ non concernunt mercantiam liber non probaret vigore conſuetudinis Priuilegij, aut ſtatuti ita citati, & Stracha *de mercatura,* Craueta, Menochius, Gailius, Franc. Marcus, & alij quos ſequitur Maſcard. *de probat. concl. 975. num. 28.* alij relati per Scacc. *dicto cap. 11. à num. 148.* Surdus, Borell. Rim. Mazol. Marc. Burſat. Turret. Vibius, Decius & alij citati per Genuam *ſupr. fol. 240. à num. 30.* quod indubitatum referant Stephanus Gratianus *diſcept. forens cap. 171. à num. 9.* Gaito *ſupra de credit. p. 1. cap. 2. tit. 3. à num. 96.* addens *num. 99.* librum non factum ſecundum morem Mercantilem non probare, quia ſine requiſitis eſſet confectus, & alia. Qui etiam de credito *dicto cap. 2. tit. 1. num. 55.* dixit per textum *in l. non putauit, § ſi quis in ſuo, ff. de bonorum poſſeſſione* contra tabulas inſtrumentum celebratum per ipſum Notarium contrahentem facere plenam fidem contra illum Bellam, *in clem. ſi vna, num 89. de rebus Eccleſiæ,* Baldus, Alexand. Signor. quos probat Tuſch. verſic. *Notarius concluſ. 78.* Molfeſ. *p. 10. tom. 2. q. 12. num. 2. ad conſuetudines Neapoli.*

AD TEXTVM
IN CAPITE I. ET II.
De fide Inſtrumentorum.

PRÆMISSVM.

I. HIc expenduntur textus *in c. 2. cap. penult. & cap. vltimo hoc tit.*

QVÆSTIO I.

Quare inſtrumenti exemplum fidem non faciat ſolemniter ſumptum abſque originali, cum ſæpe videamus exemplo legitimam dari fidem?

SVMMARIVM.

1 Cap. fin. cap. cum P. Tabellio hoc tit. & num. 27.

2 *Exemplum abſque originali, regulariter fidem non facit, num. 2. 3. 4. 5. & num. 29. fallit num. 30. vbi quid de exemplatione.*

6 *Authenticum inſtrumentum quare ſic dicatur n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. vbi vocatur originale & protocollum, n. 13. 14. 15. 16.*

13 *Tabellio ſemel dat partibus Authenticam ſcripturam.*

15 *Protocollum quid ſibi velit, num. 16. 17. 18. 19. quod ſi Tabellio non ſeruat, punitur, n. 20. 21.*

22 *Exemplar quale inſtrumentum dicatur actiuè, & paſſiuè, n. 23. 24.*

25 *Exemplar tranſcriptum ex originali alterius Tabellionis regulariter fidem non facit declaratur, & n. 26. 27. 28.*

28 L. 9. tit. 19. p. 3. l. 17. in princ. tit. 25. lib. 4. recop

30 *Traſſumptum, ſeu ſumptum de regiſtro ſupplicationum Papæ, quando probet.*

31 *Copia ex originali quando probet, vide q. 4. à num. 10.*

FAcit primò difficultatem textus *in cap. fin. hoc tit.* vbi inſtrumentum exemplatum per Tabellionem authoritate ordinarij eandem vim habet cum originali; Idemque induci videtur ex textu *in cap. cum P. Tabellio 15. eodem.* Secundo nam quando exemplum reperitur inter acta Iudicij, & proceſſus traductum plenam fidem facit, & aliis in caſibus, de quibus *infra* dico ergo. 1

Sed reuera dicendum eſt regulariter exemplis fidem non eſſe adhibendam in Iudicio, nec exemplaribus inſtrumentis ex noſtro textu *c. 2. hoc tit. l. 2. ff. de fide inſtrumentorum l. 2. & fin. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur l. 1. §. ſed ſi vnum, ff. de bonorum poſſeſſione, ſecundum tabul. l. 5. & 6. Cod. de probat. l. 3. Cod. de diuerſ. reſc. l. Procurator, Cod. de edendo, l. exempla 11. ff. eodem, l. vnum 24. ff. de Teſtamentis l. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur, l. contract. Cod. de fide inſtrum. Auth. de Tabellion. §. nos autem, col. 4. l. 54. tit. 18 p. 3. & l. 114. eodem tit.* Oſualdus ad Donellum *lib. 25. comment. cap. 7. littera F, & eodem lib. cap. 8. littera A, & V.* Duarenus *ad titulum, de fide inſtrumentorum, cap. 3.* Faquinetus *lib. 11. cont. cap. 31. & 38.* Maſcardus *de probat. concluſ. 110 & 111. & 1303.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 2. cap. 113. & 187.* Couarr. *in pract. cap. 19. & melius cap. 21. à num. 2.* Morla cum aliis *in Emporio tit. 11. quæſtione 1. per totam*, Azeuedus *in l. 1. num. 27. & l. 2. num. 1. tit. 21. lib. 4. recopilat.* Riccius *collect. 1897. ad noſtram Rubricam*: Rodriguez. *de executione,* cum multis ab eo relatis *cap. 1. art. 4. à numero 5. & 12.*

Et taliter procedere ait Panormit. hic, vt etiam S. Princeps non poſſit adhibere fidem exemplaribus: quia negatio propoſita hic per verbum *poſſumus* præciſam inducit neceſſitatẽ iuxta gloſsã celebratiſſimam, 2

celebratiſſimam,*cap.*1.*de Regulis Iuris,lib.*6; benè
loquitur Couarr. *in cap. quamuis pactum de pactis*
*lib.*6.2.*p.*§.4.*n.*4. & *n.*10. de quo alia addo *q.ſe-*
3 *quenti*,verſic.*ad vltimam.* † Et addo cum Noguc-
rol. *allegat Iuris*, *tom.*1. *allegat.* 25. *n.* 306. cum
Pareja *de vniuerſa inſtrument. edit tit.*5. *reſ.*3. §.3.
*à n.*3. procedere doctrinam textus noſtri,etiam ſi
iuuans ſe tali exemplo eſſet perſona valdè priui-
legiata,vt putà Eccleſia, vel fiſcus

4 Et ratio noſtri textus ea communis eſt, quia
Tabellioni publico non creditur, niſi fidem fa-
ciat de his, quæ à parte negantur, vt vnico, &
eodem tempore præſens ſit, *Auth. de Tabell.* §.
nos autem iuncta Gloſſa verbo *iniungatur collat.*3.&
cum in exemplari ſimul à partibus non ſit roga-
tus, fides exemplari adhiberi non debet, niſi in
ipſo exemplari à partibus ſit rogatus, vel partes
conſenſerint, vt exemplari fidem faciat: argu-
mento textus *in l. optimam*, *Cod. de contrahenda*
ſtipulat. Sic ex Innocentio *in cap. quoniam contra*
falſam 11. *de probat.n.*6. tradit Graña *hic n.*2. vbi
hanc rationem iuuat ex eo, nam quando vnum
inſtrumentum reducitur ad aliud, oportet, vt de
primo conſtet, vel ſic omnis ſuſpicio fraudis ceſ-
ſet, Auth. *vt ſponſalitiæ largitatis*, §.2. *collatione* 9.
quia ſi exemplo tantùm crederetur materia fa-
bricandi falſum, cum abſque originali de falſi-
tate conſtare non poſſit, vt tradit Innoc. *hic nu-*
mero 6. & 9.

5 Tamen vt litteram textus noſtri congruè in-
telligas, repetes nonnulla quæ adduxi *ſupra in*
principio Rubr. & quia hic agit textus de inſtru-
mento authentico,ſeu originali,& Decius exem-
plari, vt colligitur etiam ex *dicta l.*3.*ff. eodem*,&
*ex l.*4. §. *vltimo*, *ff. familiæ erciſcundæ* his verbis
hæredem enim exemplum debere dare, tabulas verò
Authenticas ipſum retinere, & ex textu *in dicta l.*
fin.ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.

6 Ergo Authenticum inſtrumentum ideò ap-
pellatur, quod ipſiuſmet Authoris eſt, & ex ſe
authoritatem habet, vt docet Alciatus *lib.*2. *pa-*
rergon cap. 46. quæ refert Couarr. *in pract. c.* 19
*num.*1. qui ex multis tradit Authenthicum dici,
quod certum Authorem habet,& idcircò inſtru-
menta Authentica illa dici,quæ certam & iuſtam
auhoritatem ac fidem habent, nempe ipſiuſmet
certi Authoris, ſic Cicero *Epiſtola ad Attic.*189.
*lib.*9. & rurſus *lib.*10. *Epiſtola* 200. vſus eſt par-
ticulari aduerbio *quaſi ex certa fide*, *certoque Au-*
7 *thore.* † Et ob id poſſumus dicere Iuſtiniani no-
uellas Authenticas dici, eo quod certam fidem
habeant, & ſint ex ipſomet Græco originali ad
8 litteram traductæ. † Itaque fit, vt Authenticum
inſtrumentum ex ſua prima & propria interpre-
tatione dicatur ipſum originale quod ſit ipſiuſ-
met primi Authoris, ab eoque, & non aliundè
fidem trahens, & deinde dici Authenticum in-
ſtrumentum omne illud, quod habet certam, &
indubitatam fidem.

9 Quare Authentica & publica ſcriptura illa
erit quæ per ſe de Iure, aut conſuetudine, ideò
fidem facit quod ad ſui validitatem aliud admi-
niculum non requirat ex textu noſtro, & *dicta l.*
*fin.ff. quemadmodum teſtam. aperiantur in leg.*1. *ff.*
ſed ſi vnum, *ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundùm tabulas*,
& *in dicta l.*1. *ff. hoc tit.* & *in dicto Auth. de inſtru-*
mentorum cautela, & *fide*, §. *ſed ſi inſtrumenta col-*
10 *lat.*6. † Et taliter quod licet teſtes in eo con-
tinenti mortui ſint, nihilominùs probet iuxta
doctrinam Gloſſæ verbo *publicum in l.*2. *quemad-*
modum teſtamenta aperiantur, tenet Speculator
in tit. de inſtrument. edit.§. *nunc dicendum in princ.*
*p.*2. *num.*13. Ioannes Oroſcius *in l. ſi quis ex Ar-*
gentariis, §. *tabularum. n.*5. *ff.de edendo*, Alphon-
ſus à Villad. *in l.*1. *tit.*5. *lib.*2. *fori Iurgo* Gloſſa 1.
n. 5. alios referens.

Cumque Authenticum inſtrumentum iam di- 11
xerint idem eſſe quod originale, ideò quod ori-
ginale dicitur ipſa prima ſcriptura euenit, vt ſit
quaſi origo ipſius actum, & omnium exempla-
rium, quæ inde deduci, ac traduci poſſunt ex
noſtro textu, & aliis *ſupra* relatis, maximè *in*
*dicta l.*2. *hoc tit. l.*4. & *l.Pomponius*, *ff. familiæ er-*
ciſcundæ, *cap. ieiunium* 76. *diſt.* Tametſi nullibi
huius dictionis mendationem fieri dicat Couarr.
*dicto cap.*19.*pract.n.*1. quam in hac ſignificatione
communis recipit vſus. † Et Tertullianus *lib.de* 12
carne Chriſti originalia inſtrumenta appellat ea
teſtimonia, quæ probant Chriſti quoad huma-
nam & veram omnem originem; his opinor
conſiliis tot originalia inſtrumenta Chriſti de-
lere Marcion auſus eſt, nec caro eius procaretur
& ob id Couarr. *vbi ſupra* concludit ex noſtro
textu, & aliis, originale inſtrumentum dici
ſcripturam Authenticam ea profectò ratione,
quod Authenticum dicatur id, quod ipſiuſmet
Authoris eſt, & ab eomet Authoritatem habeat,
non aliunde.

Quo fit vt Tabellio non amplius quàm ſemel 13
poſſit hanc ſcripturam Authenticam dare parti-
bus, niſi caſu commiſſionis coram Iudice pro-
bato, & cum partis citatione, & authoritate
eiuſdem Iudicis interueniente, vt docet idem
Speculator *in dicto tit. de inſtrum. editione*, §.
poſtquam,verſic. *ſed nunquid.* † Quod tamen pu- 14
blicum & Authenticum inſtrumentum, quod
Notarius partium rogatu, & in perſona Teſtium
primitus confecit, vtpotè originalis ſcriptura
protocollum, ſiue mundum in Iure appellatur, vt in
Auth. *de Tabellionibus*, §. *illud quoque*, *collat* 4. &
*in l.*2. *contractus*, *C. de fide inſtrum.* & *in cap.quo-*
niam 11.*contra falſam de probat.* tradit Gloſſa *in*
*dicta l.*2.*ff hoc tit.* quod apud nos *nota*, aut *regi-*
ſtrum appellatur vt *in l.*51. *tit.*18. *p.* 3. & *in l.* 13.
*tit.*25. *lib.*4. *recopil.* Rodriguez. *de executione*. *di-*
*cto cap.*1. *art.*4. *num.*8. † Et Hermolaus *in Pli-* 15
nium, *lib.*13. *cap.*12. interpretari videtur proto-
collum quaſi primam membranam, aut primam
chartam, & vulgò protocollum etiam *regiſtrum*
dici. † Quod quandoque latinè aliud nomen 16
habet, nam & Matrices dicuntur protocolla, id
eſt, quod prima ſcriptura *Matrix* appellari
poſſit: tradit omninò videndus ad multa Co-
uarr. *dicto lib. pract. cap.* 19. *num* 2. vbi loquitur
ex multis bonis Authoribus; ideò ſic appellari
poſſe, quia inde traducuntur aliæ, & ab ea ori-
ginem ac authoritatem habent. † Sicut apud 17
Suetonium *in Auguſto*, *cap.*94. *Palma* Matrix di-
citur, à qua velut à matre palmites alij proce-
dunt, de qua voce plura idem Couarr.addit.

Qui quidem prior & originalis ſcriptura, ſeu 18
protocollum: id eſt regiſtrum apud Tabellio-
nem ipſum, à quo confecta eſt, remanere debet
ad perpetuam rei memoriam, vt notat Bald. *in l.*
noſtram, *n.*3. *Cod. de teſtament.* Felinus *in cap quo-*
niam contra, *de probat.notab.*3.quo in textu fit mē-
tio de his protocollis & originalibus, vbi Panor.
& *in textu*; *cap. penult hoc tit.* & *in l.*9. *tit* 19.
*p.*3. quæ appellat hæc protocolla *Regiſtros.* † Et
ſtatuit hoc ipſum, vt tandem ſcriptura illa, quæ 19

primùm eſt à Tabellione confecta, & ſcripta, & quæ penes ipſum manere debet, protocollum appelletur, quod annotarunt Baldus *in l. noſtram col. 2. Cod. de Teſtament.* Bartol. *in l. Sempronius, ff. de leg.* 3. & Gregor. Lopez. *in dicta l. 9. partita* doctiſſimè plura circa protocollum obſeruanda refert in Gloſſa verbo *regiſtro*, & de requiſitis protocolli plenè ſcripſit Rebuffus *tom. 2. ad leges Gallicas in tit. vt contractus ad teſtamenta art. 1. Gloſſa* 4.

20 Quod ſi Tabellio non confecerit protocollum, nec ſeruauerit, punitur arbitrio Iudicis ſecundum Bald. *in Rubr. Cod. de fide inſtrument.*
21 *num.* 28. † Imò Iure Regio debet non tantùm ſubſcribere Tabellio huic protocollo, ſed & quolibet anno ſignum proprium adiicere his, quæ eodem anno in protocollo ſcripta fuerint *leg. 31. anno* 1515. hodie *l. 12. tit. 25. lib. 4 recopil. & l. 86. anni* 1534. hodie *l. 13. tit 25. lib. 4. recopil.*

22 Alterum verò inſtrumentum, quod exemplar dicitur in textu noſtro eſt illud quod ab originali & Authentico ſumitur ex noſtro textu, vt iam *in Rubr.* dixi, & licet multoties exempla fidem faciant, & indubitatam habeant authoritatem, vt patet *à n* 1. & *infra* dicam, ſed diſtinguntur ab Authenticis ſcripturis, ſecundùm priorem ſignificationem, quia hæc originalia & ipſius Authoris ſunt; illa verò aliundè conſequuntur authoritatem, & fidem iuxta tradita *in dicto cap. cum P. Tabellio, & in dicto cap. fin. hoc tit.* tradit Couarruuias *dicto cap. 19. pract. num. 1.* verſic. *hinc.*

23 Itaque dico quod ſi exemplar ſumitur actiuè idem eſt, quod Authenticum & originale, ad cuius exemplum aliud fit iuxta illud Horatij, *vtile propoſuit nobis exemplum Vliſſes*, Bartolus per textum *ibi in l. Sempronius* 48. *ff. de leg.* 2. textus ſic intelligendus *in l. 2. §. ſi quis in duobus exemplar* & *ibi* Gloſſa, *ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundùm tabulas, & in l. ſi duobus exemplaris, ff. quemadmo-*
24 *dum teſtamenta aperiantur.* † Sin autem exemplar paſſiuè ſumatur, idem eſt, quod ſcriptura ex originali deſumpta, & ex protocollo à ſe confecto Notarius deſcribit, & ſuo ſigno ſubſcripta partibus præſtat, quæ vulgò. *Copia, o traſlado* nuncupatur ex noſtro textu, *& in dicta l. 2. ff. eodem. l. exempla, ff. de edendo, & in l. Procurator, Cod. eodem tit.*

25 Hoc igitur inſtrumentum exemplar, ſi tranſcriptum ſit ex originali alterius Tabellionis regulariter fidem non facit ex textu noſtro, & *in dicta l. 2. ff. eodem* niſi cum ad vnius partis petitionem cum alterius citatione, & Iudicis authoritate tranſcriptum ſit *ex dicto cap. cum P. Tabellio, & in cap. fin. hoc tit.* docent Alciatus, & alij Doctores *in dictis Iuribus, & in Auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo* latè, & eleganter omninò videndus Couarr. *pract. cap. 21. à num.* 2. plures relati à Zenedo *collect. 132. ad decretales,*
26 *n. 1.* † Quod ſi tranſcriptum ſit ab eodem Tabellione, qui interfuit originali, etiam ſine Iudicis authoritate plenam fidem facit ita intelligendo textum *in cap. dudum 20. de conuerſione coniugator, & in l. ſi vnum, ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, vbi tenet Gloſſa communiter recepta, Bart. *in dicta Auth. ſi quis in aliquo documento*, plenè & doctè Couarr. *in dicto cap. 19. pract. n.* 3. & relati à Zenedo, vbi proximè Rodriguez *de executione, dicto cap. 1. Art. 4. num. 12.* & probat textus *in l. 19. tit. 19. p. 3.* vbi Gregor. Lopez.

Ex dictis enim iam vides non obſtare textum 27
in dicto cap. fin. hoc tit. & in dicto cap cum P. Tabellio, quia ea Iura procedunt, quando exemplar deſumptum eſt authoritate Iudicis interueniente ſimul cum partis citatione, vt iam dixi quæ citatio vim conſenſus retinet, *cap. qui tacet, de Reg. Iuris, lib.* 6. Maſcardus *de probat. concluſ. 711. n. 19.* Graña *hic n. 3.*

Nec obſtat textus *in dicta l. 9 tit. 19 p. 3. & l. 17.* 28
in princ. tit. 25. l. 4. recopil. vbi Notarius cuilibet parti abſque citatione, & Iudicis mandato poteſt inſtrumentum tradere, & publicum, ac ſolemne dicitur quia Iura illa procedunt in inſtrumento tranſcripto ex protocollo, quod originale dicitur, de quo aliud primum inſtrumentum poteſt deduci, & cuilibet parti abſque citatione tradi quia tempore celebrationis contractus, quo primum inſtrumentum conficitur partes ipſæ conſentiunt, vt cuilibet detur tranſcriptum, quod Authenticum dicitur: tradit Maſcardus *concl. 211. n. 36.* Graña *hic dicto n. 3.*

Nec iterùm obſtes dicendo ſuperfluum eſſe di- 29
cere, quod non valet exemplum, niſi originale producatur ſiquidem ſi originale producitur ipſum per ſe tantùm probat, & ſic nihil curandum eſſe de exemplo, quia reſpondetur quod in eo differunt, nam exemplum producitur intra terminum præfinitum productioni inſtrumentorum vt in hoc regno intra 20. dies *l. 2. tit. 5. lib. 4. recop.* & ſi originale poſt terminum producatur, confirmatur fides exempli, & quaſi videtur originale in termino productum, ita Graña *hic dicto n 3. in fine* Decius *n.* 1. Bald. *n.* 1. Maſcard. *d. concl.* 711. *n.* 86. Paz. *in praxi 1. tom. p. 7. c. vnico, n.* 101. Et ex hoc intelliguntur tradita à Barboſa cum aliis *hic à num.* 2.

Vnde infero, quod ſi exemplatio ſit Iudicis au- 30
thoritate, benè probat etiam ſi originale non exhibeatur, Rubeus *deciſ.* 13. per textum *in d. c. fin. hoc tit.* Item etiam quod etſi ſumptum, ſeu tranſſumptum de regiſtro ſupplicationum Papæ non probat, ſecùs tamen erit de tranſcriptio de regiſtro Bullatarum Papæ, litterarum, *ſic deciſ.* 10. Rotæ in antiquis de citatione, & ſic fuiſſe deciſũ in Curia Archiep. Neapol. in materia probat Iuriſpatronatus: tradit Ricc. *collect.* 1897. & ipſe *ibi in deciſ. 3. vol. 2.* vbi etiam refert quod exemplatio facta de conſenſu partium probat, ſicut quæ fit Iudicis authoritate. Item etiam probare exemplũ ſiue tranſumptum & dici Auth. cum originale teriatur regiſtratum à Conſulibus alicuius regni, & ex illo deſumpta Authentica & ſolemnis ſcriptura cum ſigillo & ſubſcriptione Magiſtratuum, vt fuit dictum in cauſa Regis Polloniæ deciſum in Sancto Conſilio, vt tradit Anna *deciſ.* 108. & aliis
modis. † Item probat copia recepta in actis pro- 31
bata omiſſione, Mohedan. *deciſ. 1 hoc tit* Item probat quando originale eſt penès Aduerſarium recuſantem oſtendere, vel non permittentem exhiberi formiter, Rota *in diuer. in deciſ. 94. p. 1. & deciſ. 160. p.* 3. Item probat copia inſerta in ſententia, Creſcent. *deciſ. 160. de probat.* Et quando exemplum eſſet collatum cum originali parte citata, & Iudice mandante. Faber *in deciſ. 12. hoc tit.* Item probat exemplum inſtrumenti deperditi, quod eſt conforme ſchedulæ Notarij, ſi extent aliæ probationes, Faber *in deciſ. 25. hoc tit.* & in exemplo traducto ex Notarij mortui protocollo, modo concurrant ea quæ dico *in c. cum P. hoc tit.* Item in antiquis Mynſ. *cent. 3. obſeruat. 75.* alia dico *in d.*
cap.

*cap.cum P.*videbis Riccium *col.*183.& videbis, *q. ſequenti*, verſic. *ad tertiam*: De exemplo inquam cuiuſlibet ſcripturæ; Gaito *de credit. part.*3. *tit.*4. *per totum*, vbi de exhibitione originali circa probationem illius & effectum.

25 Ad ſecundam difficultatem reſpondebis ex dictis,*q.ſeq.*verſic.*ad ſecundam.*

Qvæstio II.

An ſi aliqua ſcriptura publica producatur in iudicio pereclitetur, ex eo quod protocollum non inueniatur: Et an exemplo credatur, ſi reperiatur inter acta iudicij Aut mereatur fidem traductum ex originali, propter antiquitatem: Et quid de exeptatione priuilegij: Et qua ſolemnitate tranſcribatur exemplum, vt probet: Quæ differentia inter exemplum, & exemplar: Et quibus præiudicet, vbi de eius obſeruatione: Vbi an Princeps facere poſſit, vt ei credatur?

SVMMARIVM.

1 L. contractus, Cod. de fide inſtrument, eſt, num. 3.

L.publicati,Cod.de teſtamentis,& num.5.

2 *Scriptura publica producta in iudicio fidem facit etiam ſi eius protocollum non inueniatur, n.*4.5.

3 *Scriptura,quæ incipit à matrice ipſa,& in breuiatura quod protocollum appellatur non ſufficit.*

6 *Protocollum debet produci, quoties præſumitur eſſe apud producentem ſcripturam ex eo, & quare,n* 7.8.

9 *Exemplum inuentum inter acta iudicij, & proceſſus,probat,n.*10.11. *& vbi coniecturæ concurrunt.vt ei credatur,n.*12.13.14.15.16.*vbi de aliis caſibus.*

10 *Originale probat per regiſtrationem factam in actis,n.*11.*ſi præcedant appoſita hic, num.*10.

17 *Exemplo fides adhibetur propter antiquitatem centum annorum,n.*18.

19 *Exemplar deductum ab originali priuilegio quid requirat vt probet,n.*20.

21 *Exemplum ex originali vt probet qua tranſcriptione egeat & Princeps poſſit officere, vt ei vtique credatur,n.*29.

22 *Exemplar quando probet deductum ab alio exemplari.*

23 *Exemplar, & exemplum qualiter differant, n.*24.25.

26 *Exemplum traductum ex originali,quibus præiudicet,& quam probationem faciat,n.*27.

1 AD primam quæſtionis partem nonnulli dicunt eam ſcripturam fidem non mereri, inter quos Baldus *in Rubrica de fide inſtrument, n.*20. qui dicit hoc verum eſſe,vbi contractus celebratus fuerit in ſcriptis. Romanus *conſ.*174. Riccius *in c. quoniam contra falſam,*11. *de probationibus.* Et confirmari videtur, *ex l.contractus.Cod hoc tit* in illis verbis,*non aliter vires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſub ſcriptionibuſque partium confirmata; & ſi per Tabellionem conſcribantur, etiam ab ipſo completa, & poſtremo à partibus abſoluta ſint*, ex quibus Doctores inferunt neceſſariam eſſe ſcripturam matricem; ſiue protocollum ipſius Notarij, niſi probaretur caſu, deperditum eſſe originale, ſiue protocollum, quia tunc huiuſmodi publicatum exemplum fidem faceret, *l. publicati, Cod. de teſtamentis*: Tum ſecundo ex Authentica 2. *de Tabellionibus*, §. *illud*, vbi habetur talem ſcripturam non probare.

Sed in contrarium adeſt communis Doctorum ſententia, quæ affirmat eam ſcripturam probare ex Textu, & *ibi* Gloſſa *in l. vnum, ff. de teſtament.* nam fides habetur huiuſmodi Inſtrumento publico, quamuis non appareat protocollum, ſeu archetypum, nec probet qui Inſtrumentum producit illud eſſe deperditum aliquo caſu, etiamſi in ſcriptis fuerit contractus geſtus, quia ea ſcriptura; quæ conſcripta eſt ab ipſomet Tabellioni protocolli authore, coram quo res acta eſt, & ab eodem tradita proprio ſigno ſignata, originalis eſt proculdubio ex iam adductis, *quæſt. præcedenti*, & non exemplum, hanc ſententiam docet Bartolus, Alexandr. & Iaſon *in l. ſi quis*, §. *prætor ait, ff. de edendo*, Bartolus, Baldus, Salicetus, & Decius *in Authentica ſi quis in aliquo documento, Cod. de edendo*, Antonius *hic num.* 1. Felinus *in cap vlt. hoc tit. fallent.* 2. acerrimè defendit Couarruuias videndus *pract. cap.* 19. *num* 3. in verſic. *quod ſi aliqua*, vbi opinatur ſic in praxi ſemper receptum eſſe ex aliis ſequitur. Faquinetus *lib.* 11 *cont.cap* 38. 2

Nec obſtant verba Textus *in dict. l. contractus, hoc tit.* quia reſpondet Paulus *ibi num.* 14.illa verba non probare aſſumptum primæ opinionis, cum ſufficiat ſcripturam eſſe confectam, & perfectam, ita vt partes nihil addere, vel minuere velint, quod probetur per exemplum in Authenticam formam redactum à Notario, qui inſtrumentum ſcripſit; & ſic Faquinetus, *vbi ſupra dict.cap.*38. in verſic. *quod autem*, ait quod ſi res incipiat à matrice ipſa, & in breuiatura (quod protocollum appellatur etiam) non ſufficit, quia nondum eſt in mundum redacta ſcriptura; ſed ſi res incipiat ab vltima ſcriptura in mundum redacta,ſatis dicitur contractus in ſcriptis celebratus, & propterea valet, & tenet, licet matrix non reperiatur eo quod Authenticum exemplum huiuſmodi obtinet vim originalis,& matricis,*d.l.vnū,& ibi* Gloſſ.notat *ff.de teſt.* 3

Quæ explanatio eadem eſt cum his, quæ tradit Couarruuias *vbi ſupra dict.cap* 19.*pract.num* 3. qui ex multis à verſic.*primum*, pro explanatione dictæ legis contractus,& noſtræ ſententiæ tradit nonnulla.Primum quod vbi non fuerit actum de celebrando contractu in ſcriptis, nec ipſe ſic factus ſit, omnino fidem faciat inſtrumentum ab ipſomet Notario traditum, ac ſignatum eius ſigillo, etiam ſi protocollum non reperiatur nec probetur perditum fuiſſe,cum potuiſſet multis caſibus perdi;ita Baldus *in dict.l.& in conſ.*464. *lib.*4 Secundum nam vbi actus in ſcriptis præceſſerit iuxta tradita *in dict.l.contractus,*fides habenda eſt huic inſtrumento,quod ab ipſomet Notario traditum fuerit, etiam ſi protocollum non appareat,nec probetur à producente inſtrumentum eius amiſſio, ſic aduerſùs Baldum, & cum Paulo *in d.l.contractus,*tenet idem Couarr.*d.n.*3.in verſic.*ſecundum.* 4

Quare infero quod & ſi ex *dict.l.publicati,C.de teſt.* requiratur, vt caſu deperditum ſit protocol- 5

lum, ſeu originale, vt ea ſcriptura, ſiue exemplum fidem faciat, licet non probaretur caſu deperditum eſſe originale: tamen cum eodem Couarruuias & Faquineto ex doctrina Pauli iam relata, ſatius eſt, vt exiſtimem iuxta *d.l.1.contractus*, ſiue contractus celebratus ſit in ſcriptis, ſiue non, exemplum quod in manibus habemus fidem mereri, quod exemplum vocat originale Couarruuias *vbi ſupra*, dicens eum non eſſe exemplar, ſed originale, ſed videbis ea quæ *infra*, refero de differentia inter exemplum, & exemplar, vbi aliter videtur referri ex Bartolo.

6 At vbi producens inſtrumentum, haberet protocollum, aut præſumeretur id eſſe apud ipſum cogendus erit petente aduerſario protocollum exhibere, præmiſſo iuramento, aut probatione, quod ſi illud habeat ex his, quæ adduxi, *in cap.1. de probat.* nam cum alter inſtrumentum producat, & è contrario eijci fides ex ipſomet inſtrumento, vel eius protocollo (quod idem eſt) impugnetur, tenetur illud edere qui produxit: tradit idem Couarruuias *dict. cap.19. pract.num.3.* verſic.*tertium*, vbi ait quod Tabellio tenetur omnino exhibere protocollum, quoties de fide Inſtrumenti controuertitur.
7 † Et *ibi* in verſic. *quarto*, ait maximam ſubeſſe ſuſpicionem falſitatis contra inſtrumentum, quod producitur, quoties reperiuntur protocolla ipſius met Tabellionis, eiuſdem anni, & menſis qui conſcripti ſunt in inſtrumento; & tamen nulla in his huius inſtrumenti repetitur mentio.
8 † Et in verſic. *quinto*, addit ex prædicta cauſa, & ſuſpicione, vel ex alia præſumptione Tabellionem torqueri poſſe quoties non reperitur protocollum inſtrumenti producti, niſi ipſe probauerit caſu, vel aliàs protocollum perditum fuiſſe, vt notant Baldus *in Rubr. Cod. hoc tit. num.* 28. Lanfrancus *in dicto cap. quoniam contra*, 11. *de probationib. col.* 5. verbo *inſtrumentorum productione*.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem dico quod inter caſus, quibus exemplo creditur, quorum nonnullos adduxi *ſupra quæſt. præcedenti in fine*, eſt alter videlicet quando exemplum reperitur inter acta iudicij, & proceſſus traductum ab ipſo originali apud iudicem productum per ipſummet cauſæ Notarium ad integrum originalis tenorem: ita Ang. & Alex. *in dict. Authent. ſi quis in aliquo documento, Cod. de edendo*, & Iacobinus, *in l.2.ff. eodem*, quod verum dicit Couarruuias cum multis ab eo relatis, *pract.cap.21.num.6.* vbi ex mandato iudicis, eiusque Authoritate, parte ad hoc vocata fuerit exemplum illud traductum ex originali.
10 † Et ſatis eſſe ait quod iudex ad petitionem producentis iubeat Notario dare producenti originale inſtrumentum, facta prius eius exemplatione, modo hæc petitio, vel iuſſio iudicis ſit cognita parti aduerſæ, quæ non contradixerit, & ſic practicari in Granatenſi ſenatu, cum aliquod originale inſtrumentum profertur in iudicium, nam petitur ſtatim à producente, darique ſolet vocato aduerſario, eove citato, manente tamen apud Notarium, exemplo ſiue copia eiuſdem ſcripturæ, vt optimè expendit Guido Pap.*q.471.* & pro-
11 cedit quotidie in praxi. † Et Gratianus *in reg. 366.* quem cum multis ad plures videbis caſus, ait quod originale probat per regiſtrationem factam in actis, nec neceſſum eſſe id in iudiciis producere, de quo *in cap.fin.hoc tit.*

12 Vnde infero quod & ſi exemplo non credatur regulariter, vt iam dixi, *quæſt. præcedenti*, ex Textu noſtro, taliter vt incertum facultatis teſtandi in teſtamento non probet facultatem teſtandi per rationem, de qua in Textu noſtro, vt notat Verallus *in dec.96.part.1.* Tamen prædicta Textus noſtri regula limitatur, vt non procedat, concurrentibus coniecturis, ad mouendum iudicis animum, ad credendum ſufficientibus. Caputaq.*deciſ.134.part.1.* Maynardus *in deciſ.13.lib.3.* vbi ait hoc in caſu credi etiam copiæ. † Et ſic 13
per inſertum ſufficere quoad colorandum titulum in ſpolio. Creſcent.*deciſ.1.de reſtitutione ſpoliat.* qui & *in deciſ.10. de probationib.* ait credi incertis in ſententia: tradit ex noſtro Textu Riccius *collect.516.*

Itaque addo cum Farinac. quod & ſi traſſumptum, ſiue exemplum non concludat inſtrumentum præſentationis in eo enuntiatum eſſe à Notario ſubſcriptum: tamen confectum ſufficienter probat vti ſcriptura priuata fuiſſe præſentationem factam in perſonam; de qua agitur. 14

Et ſic etiam & ſi de iure copia non probet, tamen ſi fuerit dimiſſa in actis concernentibus aliquibus adminiculis, bene facere probationem tradit Caputaquen, *dec.22.lib.1.* Riccius *collect.1897.* verſic.*limita quinto*, & *limita ſexto*, vbi refert ſic fuiſſe reſolutum in vna Cremonenſi beneficij 3. Iulij 1590. † Qui etiam ex Farinac.*deciſ.544.* id probat, vbi Notarius poteſt ex ſuis notis exemplum abſque ſolemnitate deſumere, & illud originale dici ad exemplum probatum. 15 16

Ad tertiam quæſtionis partem dico quod propter antiquitatem adhibetur fides exemplo, licet non conſtet in eius exemplatione illa fuiſſe ſeruata, quæ iure exiguntur ad ſolemnitatem exempli, & probatur ex eo, quia in antiquis propter difficultatem probationis, ſufficiunt leuiores probationes, nec neceſſariò exiguntur plenæ, *l.pen. ff.de probationib. cap.cum cauſam ſupra eodem*, vbi latè dixi, *quæſt.2.* Et latè loquitur Couarruuias *in pract.* omnino videndus, *cap.21.num.7.* vbi plures caſus adducit, qualiter hæc antiquitas probetur, quibus adiunges quæ iterum dixi *ſup.in dict. quæſt.2. in fin.* † Et quæ ex multis adducit Barboſa *in additionib.ad hunc Textum part.6.num.2.* Vbi ex Gregorio *15.deciſ.293.* & ex Rota *deciſ.187. num.12. & 13.p.5.recent.* & ex aliis tenétibus quod exemplum ſcripturæ, ex temporis diuturnitate non fiat ſolemne, nec fide dignum, cum poſſint confici inſtrumenta, quæ antiqua videantur indata; cum tamen recenter ſcripta fuerint. Ipſe verò admittit Couarruuiæ dictum; ſi conſtet ab antiquo iam tempore, excedéte centum annos, tale inſtrumentum, fuiſſe exemplatum quando ſcilicet alia adminicula pro eius fide aſſiſtunt, ſic cum Caſtillo *controuerſ.lib.2.cap.16 à num.56.* Gratiano *diſcept. forenſ.cap.268. num 3.* quem contrarium videbis, *cap 554. num.38.* & ad aliud *à num.35.* alia addit idem Barboſa videndus. 17 18

Ad quartam quæſtionis partem breuiter dico quod exemplar deductum ab originali priuilegio Authoritate ſolius iudicis, & Notarij fidem integram habet, vbi ex eo nullum præiudicium alicui fit in ſpecie, quia non requiritur alicuius citatio ſecundùm communem, *in Auth.ſi quis in aliquo documento, Cod.de edendo.* † Et licet *lex* 114. *tit.18. part.* 3. exigat, præter Notarij authoritatem in exemplatione priuilegij ſigillum Regis, vel alicuius Domini inferioris habentis publicam iuriſdictionem. Tamen tenera in multis 19 20

priuilegiis

priuilegiis Regiis conceſſis circa exemptionem, v. g. gabellarum vt vidi ſæpius, ſolet apponi clauſula, vt fides adhibeatur exemplari tranſcripto authoritate publici Notarij, dum tamen fiat abſque tertij præiudicio, cui rex nunquam offendere intendit, quia tunc neceſſaria eſſet Iudicis authoritas, & citatio aduerſarij, vt benè aduertit Couarruu. *dicto cap.21. pract. n.8.*
21 vbi alia refert.

Ad quintam quæſtionis partem quâ ratione, & forma ſit tranſcribendum exemplum ex originali, vt probet, dico ſolere hanc tranſcriptionem fieri non ab ipſo protocollo, ſed ab ipſa ſcriptura criminali, quæ data fuit ab ipſo primo Tabellione; igitur hæc petitio fit, vt propter eius vetuſtatem, aliudve periculum, ſimilemve cauſam ab alio Tabellione in nouum exemplar, & Authenticum reducatur, quod planè fieri poſſe, & quotidie practicari: tradit ex multis Couarruuias *d. cap.21. pract. num.4.* ſi concurrant nonnulla, nempe vt concurrat iuſta cauſa, iuxta textum, *in dicto cap. fin. hoc tit.* item quod hæc exemplatio non aliter queat fieri, quàm ſi fiat ex eo inſtrumento publico, quod probaret omnino, ac fidem faceret, eſſetque originale, vt conſtat *in d. cap. fin.* quaſi aliud dicendum ſit in exemplo etiam ſolemni, cum exemplo exempli credendum non ſit, etiam ſi ſolemniter traducatur. Tertiò, vt ad hanc ſolemnem traductionem fiat citatio, & vocatio
22 illorum, quorum intereſt, Felinus, & antiquiores, *in d. cap. fin.* † Sed ſi protocollum, & originale Iureiurando aſſerentis probetur deperditum poſſe exemplar authoritate Iudicis traduci ab alio exemplari ritè, & ſolemniter confecto, vt ei detur ea fides, quæ primo exemplari tradit, Bartol. *in d. Authent. ſi quis in aliquo col.2.* nam vt ait Couarruuias alia congerens, *vbi ſuprà*, primum exemplum ſolemniter exemplatum quoad eos, qui vocati legitimè fuerint Authenticum eſt, & vim habet originalis; & ob id nihil impedit quod ex iuſta cauſa iterum traducatur, authoritate Iudicis, & exempletur, præſertim inter eos, & quoad eos, qui præſentes fuerunt, & conſenſerunt, aut non contradixerunt primæ
23 traductioni.

Ad ſextam quæſtionis partem de differentia inter exemplar, & exemplum, videtur exemplar ab exemplo in eo diſtingui, quod exemplar ſit ſcriptura ipſius authoris, & principalis à qua traducitur, alia, quæ exemplum dicatur: ſic adnotauit Bartol. *in leg. Sempronius, ff. de leg.2.* vbi Iuriſconſultus tradit vnius teſtamenti factas eſſe duas ſcripturas exemplarij cauſa. Nec tamen probatur ibidem exemplar dici originale, ſed quod vnius teſtamenti fiat duplex ſcriptura, exemplarij cauſa nempe, vt duo inſtrumenta ſint ad facilius probandum teſtamenti ſeriem
24 ipſius originalis exemplaris.

Sed cum huic diſtinctioni Bartoli refragetur textus noſter, vbi *exemplar* dicitur ipſa ſcriptura traducta ex originali, & eadem ſignificatione vſus ſit, Plinius *lib.6. cap.29.* & Laurentius Valla qui *lib.6. elegantiarum, cap.33.* dicit hæc duo paſſim confundi quoad ſignificationem, & ſic conatur probare, Corraſius *in leg. humanitatis,*
25 *Cod. de impuberum, & aliis de ſubſtitutionibus, n.16.* † Et quod *exemplum* ſignificet ſcripturam traductam ex originali, ſint plura teſtimonia id ſignificantia, vt *in l.2. ff. hoc titul. l.1. §. ſi quis duobus, ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabulas, l.2. ff. de edendo*, Cicero *ad Atticum epiſtola ad me Cæſaris oſtendi eam, cuius exemplum ad te anteà miſi*, idem Cicero *ad Atticum, lib.7. epiſtola 241. Cæſaris litterarum exemplum tibi miſi*: quare Couarr. alia congerens, *pract. d. cap.19. n.4.* has voces *exemplum*, & *exemplar* inter ſe ſatis confundi; ita vt diſtinctio Bartoli non ſit omnino certa;
etſi alia ratione poſſit harum vocum ſignifica- 26
tus conſiderari.

Ad ſeptimum quibus præiudicet exemplum traductum ex originali, & quam probationem faciat, dico ex traditis *ſuprà*, in verſic. *ad quartam*, quod exemplum ſolemniter traductum illis tantùm præiudicet, qui vocati fuere ad hanc traductionem, & hic, qui horum iura obtinuerint, vt tradit Innocentius, Abbas, & Imola *in d. cap. fin. hoc tit.* ſed aliis non præiudicare, nec fidem aduersùs eos facere præcitati notant, & iure probatur ex regula eorum, quæ dico *infrà in cap. ſuper eo 17. de ſententia, & re iud.* vbi
refero de ſententia inter alios lata, quibus præ- 27
iudicet.

Verùm Couarruu, *d. lib. pract. cap.21. n.5.* ex Carolo Molineo, & aliis, ait hoc exemplum tantùm facere aliquam præſumptionem, nec inducere ſemiplenam probationem, niſi eo caſu, quo conſtaret originale perditum eſſe, aut non extare penes ipſum producentem, nec potuiſſe ab eo reperiri, præmiſsâ diligenti Inquiſitione, tunc enim ait exemplum ſolemniter tranſcriptum facere ſemiplenam probationem, contra eum, qui vocatus ad iſtam exemplationem, ſiquidem habet hoc exemplum teſtimonium Authenticum publicæ perſonæ atteſtantis diligenter vidiſſe, ac diſcuſſiſſe originale Authenticum integrum, non vitiatum talis tenoris, prout in exemplo deſcribitur, quod teſtimonium procedit à Tabellione, qui teſtis publicus eſt, & ob id ſemiplenam facere probationem: alia tradit vi-
denda Couarr. ex Bartol. *in l. admonendi, ff. de* 28
Iureiurando, n.32.

Vnum tamen notabis, quod Tabellio, qui ſemel dedit inſtrumentum alicui proprio ſigno ſignatum, non tenetur, nec debet regulariter, idem iterum ei dare, cum poteſt ex repetita editione imminere præiudicium, vt in inſtrumento crediti, niſi Iudicis authoritate, & parte citatâ, ſic expendunt Bartol. Albericus, Alexander, & Iaſon *in leg. ſi quis, §. Prætor ait, ff de edendo.* Decius *in cap.1. de probat.* Couarr. *dicto cap.19. pract. num.3. poſt principium*, in verſic. *& ideo*, quæ eſt quotidiana praxis, ſi illam traductionem petens: iuret primam ſibi conceſſam deperditam eſſe. Et quando inſtrumentum probet, vel non, parte non citatâ, videbis Maſcar-
dum *de probat. concluſ.927. & 929.* Morlam *in* 29
emporio tit.11. & 9.1.

Ad vltimam partem dico breuiter, quod Princeps ſupremus non poteſt efficere vt exemplo credatur, docent Maſcard. *concluſ.711. n.14. de probationib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.859. à n.10.* Pareja *de editione inſtrum. tom.1. reſ.3. n.133.* vbi *n.134.* id intelligit procedere de poteſtate Principis ordinaria; ſecus de abſoluta: videbis Anguianum *de leg. lib.1. Controuerſ.6. à num.15.* vbi *à n.19.* reſpondet communem, & intelligit textum procedere, & intelligendum, vbi Ripa, vel alius Princeps ſupremus procedit ſecundùm leges, & regulas iuris: notat hîc Barboſa *tom.6. in addit. num fin.*

QVESTIO III.

An priuata ſcriptura, quam teſtes recognoſcunt, qui fuerunt præſentes, ſed non ſubſcripſerunt faciat fidem: Et an priuata ſcriptura, non recognita, aliquam fidem faciat: Et an priuata ſcriptura viuentis plus probet, quàm mortui: Et quam fidem faciat priuata ſcriptura inter liberos: Et An priuata ſcriptura inducat plenam probationem: Et quid de ſyngrapha recognita ab eo, qui ſcripſit negante in eo contenta vera eſſe: Et an Epiſtola negata, & non recognita per comparationem litterarum, plenam fidem faciat?

SVMMARIVM.

1 Auth. at ſi contractus, Cod. de fide inſtrum. & n.4. *ſcriptura priuata quam teſtes recognoſcunt, quando faciat fidem*, n.2. 3. 4. 5. 6. & 7.

5 *Comparatio litterarum, non requiritur, vt probet priuata ſcriptura, quando teſtes recognoſcunt ſubſcriptum, nec in caſu*, n.6.

7 *Teſtes qualiter deponere debeant, cum dicunt ſe fuiſſe præſentes priuatæ ſcripturæ.*

8 *Scriptura priuata non recognita, qualem fidem faciat*, n.9. & 10.

11 *Scriptura defuncti plus probat, quàm viui.*

12 *Scriptura patris priuata probat ſine Teſtibus inter liberos.*

13 *Scriptura priuata generaliter, non inducit plenam probationem*, n.14. *etiam ſi confecta ſit manu Notarij*, n.15.

16 *Scriptura priuata probat ex conſenſu partium, & aliis modis*, n.17. 18. 19. 20. & 21.

22 *Scriptura priuata, quæ chirographum eſt, ſi probetur ſcriptam, aut ſubſcriptam eſſe ab eo, contra quem producitur, & qualiter probetur*, n.24.

23 *Syngrapha recognita ab eo, qui eam ſcripſit, negante in ea contenta vera eſſe, quando fidem facit.*

25 L. comparationes, Cod. de fide inſtrumentorum, & n.27. 28. 29. & 30.
Epiſtola negata, & non recognita, vt probet nihil facit comparatio litterarum, n.26. 27. 28. 29. & 30.

27 *Epiſtola recognita per ſcribentem, probat plenè contra ipſum.*

28 *Probatio, quæ fiebat per comparationem litterarum, iam eſt derogata*, n.29. & 30.

30 *Epiſtola contra eam recipientem, & ſeruantem probat: Et recognita executioni quit Epiſtola mandari.*

1 AD primam quæſtionis partem Bartolus *in l. admonendi, ff. de Iureiurando*, & Ripa *ibi*, docent huiuſmodi ſcripturam fidem facere, ſi concurrat comparatio litterarum, quia teſtes qui deponunt ſe fuiſſe præſentes decipi poſſunt in recognitione ſcripturæ, vt notat ex aliis Couarruuias videndus *pract. cap.*21. *n.*4. & facit text. *in*
2 *Authent. at ſi contractus, Cod. hoc tit.* † Sed Iaſon *in dicta l. admonendi, n.*88. ait non eſſe veriſimile, vt teſtes decipiantur cum deponant per ſenſum corporis appropriatum actui, *l. teſtium, Cod. de Teſtibus*; etenim teſtes optimè poſſunt recordari de tenore ſcripturæ, & de contractu, & de perſonis contrahentibus; quapropter credo omnino ſtandum eſſe eorum depoſitioni, cum ſit valde veriſimilis, *l. in exercendis, Cod. hoc tit.* Et videtur probari, *ex* §. *ſi quis igitur in Authent. de inſtrum. cautela, & fide*, ibi, *etenim tales teſtificationes ſuſcipimus, quas præſentes teſtes dicant, quia his præſentibus ſubſcripſit qui documentum fecit, & hunc nouerunt.* Et rurſus in illis verbis, *non ex ipſo videatur credibile quod ſcribitur ſuper mutuo documento, niſi etiam teſtium habeat præſentiam fide dignorum, non minus trium, vt ſiue veniant, & propriis ſubſcriptionibus atteſtentur, ſiue alij quidam teſtificentur, quia præſentibus confectum eſt documentum fidem cauſa ex vtroque percipiat.*

Et licet idem Ripa potius ſuam ſententiam 3
fundare queat in relatis vltimis verbis ibi, *fidem ex vtroque percipiat*, quaſi ſenſus ſit, *id eſt Teſtibus, & litterarum comparatione:* tamen ego cum Faquineto *controuerſ. cap.*30. *lib.*11. dico ea verba *fidem ex vtroque percipiat*, ita ſubaudi, id eſt, ex documento, & teſtium depoſitione, cum textus ibi dicat non ſufficere documentum ſolum. Et quia de litterarum comparatione nihil eſt dictum, quod ſola non ſufficiat, ſed dictum eſt de documento quod ſcilicet ipſum ſolum non ſufficit, non enim textus ibi aliquid de comparatione, licet eam ſolam non ſufficere, ſed teſtium depoſitione confirmandam eſſe dicat, quia ſi res incipiat à comparatione, opus eſt teſtibus, ſecus autem ſi documentum recognoſcatur, à teſtibus qui præſentes fuerunt, cum ſcriberetur documentum.

Et ſic non obſtat fundamentum Ripæ, quod 4
teſtes non poſſunt ſcire ſcripturam eſſe illam eandem, quam viderunt ſcribere, niſi per ſimilitudinem litterarum, cum hæc ſimilitudo valde fallax ſit, vt tradit idem Faquinetus; & ob id nec aliquid aliud probat textus, *in d. Authent. at ſi contractus*, ſiquidem tantùm ex eo inſpicitur comparationem ſolam non ſufficere ex dictis *num. præcedenti.* Et licet diſtinguendo Bartoli opinionem acerrimè defendat Couarruu. legendus *d. cap.* 21. *pract. n.*4. verſic. *quarto:* tamen ipſe plures ex antiquis refert noſtræ opinionis Doctores, veluti Abbatem, Felinum, & Decium *in cap.*2. *hoc tit.* videbis quæ refert Graña *in d. cap.*2. *hoc tit. n.*6. cum Oſualdo *ad Donellum lib.*25. *comment. cap.*8. *littera S.*

Vnde infero, quod ſi teſtes, qui præſentes 5
fuerunt etiam ſubſcripſerint ſchedulam ſcriptam à parte, tunc ſatis probare, nec requiri comparationem litterarum, cum hi teſtes iam in propriarum ſubſcriptionem recognitione falli non poſſint; ob idque aduersùs Bartolum adeſt authoritas Gloſſæ *in cap.*1. *hoc tit.* vbi Ioannes Andreas, & Imola *num.*7. & Romanus *in l. nuda ratio, ff. de donat.* & procedit de Iure Regio fortiori ratione, *ex l.*119. *tit.*18. *p* 3. & hoc quantumuis Bartoli ſententia iam *ſuprà* relata locum habeat, quando teſtes non ſubſcripſerunt, quia tunc eſt neceſſaria litterarum comparatio ex rationibus iactis *ſuprà*, quas refert idem Couarr. *in dicto* verſic. *quarto in fine.*

Item ſecundo infero contra Antonium *in* 6
dicto cap 2. *hoc tit.* & Bartol. *in dicta Authentica at ſi contractus, Cod. hoc titulo*, quod ſi ſcriptura ſubſcripta aduersùs eum contra quem producitur;

producitur ; & inſimul teſtimonio trium teſtium eidem ſubſcriptorum, proprius ſubcriptiones recognoſcentium, qui teſtificantur eam ab illo ſubſcriptam eſſe, tunc non requiri in hoc caſu comparationem litterarum, cum habeat ſubſcriptiones partis, & teſtium, iuxta Textum optimum, *in l. ſcripturas, Cod. hoc tit. & in dict. Authent. de inſtrument. cautela*, §. *ſi quis*, ſiquidem caſus iſte idem eſt, ac ſcriptura priuata alterius ſcripta manu, ſi ſubſcripta ſit à Sempronio, contra quem producitur, vel ſi eiuſdem manu Sempronij ſcripta, licet ab ipſo ſubſcripta non ſit ex Textu *in dict. l. ſcripturas in* 1. *p. l. cum antiquitas*, §. *cum autem*, *Cod. de teſtamentis*: notat Bartol. *in l. cum tabernam*, §. *idem quæ ſit de pignor.* Romanus *conſ.* 303. Felinus *in dict. cap.2. num.*7. Couarruuias *dict. cap.*21. *pract.n.*4. in verſic. *tertio*, vbi ait quod quemadmodum ſola comparatio non ſufficit, quando chirographum eſt ſcriptum ab eo, contra quem producitur propria manu, & ſubſcriptum à Teſtibus, *dict. Authent. de inſtrument. cautela*, §. *ſed ſi quis*: Sic nec ſufficere in præſenti caſu quando fuit ſubſcriptum à parte, & à Teſtibus ſimul.

7 † Et Riccius *in collect.* 774. refert duas opiniones, vnam aſſerentem quod ſuper recognitione priuatæ ſcripturæ, debent deponere teſtes ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe eam ſcribi alteram ſcilicet ſufficere quod teſtes depoſuerint, ſe habere notam manum ita ex Rota *diuerſorum*, *deciſ.*114. *part.* 1. & aliis, quod intelligit aliis adminiculis concurrentibus, & hanc procedere de ſtylo Curiæ Romanæ, vt teſtant Rota *diuerſ. in deciſ* 570 *part.*1.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem an priuata ſcriptura, non recognita, aliquam fidem faciat, Bartolus dixit quod priuata ſcriptura in hoc caſu aliquam fidem facit, licet non plenam, nec ſemiplenam *in dicta l. admonendi*, *ff. de iureiurando*, Iaſon *ibi num* 89. Ripa *num.*98 tradit alios Maſcardus *de probat.volum. concl.* 3. *num.*4. & dicit eam communem Couarruuias *pract. cap.*11. *num.*6. ex eo nempe quia non eſt veroſimile quempiam confecturum aliquam ſcripturam, propter periculum incurrendæ falſitatis, cui maximæ pœnæ ſunt impoſitæ,& poteſt confirmari ex ponderatis dubio præcedenti, *ex dicto*, §. *ſi quis igitur*, *in Authentica de inſtrument. cautela*, *in fine*, in verſic. *ſed & ſi quis*, quatenus dicitur ibi priuatam ſcripturam recipere fidem ex vtroque ſcilicet ex ipſo documento,& ex teſtium recognitione:ergo ſola ipſa ſcriptura aliquid valet.

9 Hæc tamen Bartoli opinio dubia videtur Curtio Iuniori, *in dicta l. admonendi*, *num.* 36. & falſa Curtio ſeniori, *fol.*12. *col.*4. verſic. *ergo ſolus*, & aliis quos adducit Couarruuias, *vbi ſupra dicto num.*6. in verſic. *hac tamen*, Decio *in dicto cap.2.num.*8. & 9. Authoritate illius Textus, dum tractatur de ſcriptura priuata nullo adminiculo communita, & reſpondet Pontifex hanc non habere robur alicuius firmitatis: ita ſequitur Couarruuias. Et licet dicant Iaſon, & Ripa, *vbi ſuprà*, non habere robur firmitatis ex eo eſſe quia non facit plenam, nec ſemiplenam fidem, in quibus firmitas præcipuè conſiſtere videtur, nec veroſimile eſſe propter modicam fidem, & pro exiguo huiuſmodi lucro quempiam commiſſurum falſitatem, vt notat Menochius *lib.*5. *præſumpt.*3. *num.*20. ex Iuribus *in l. ſi oleum*, §. *vlt. iuncta l. ſequenti*, *ff. de dolo*, Faquinetus, *d lib.*11. *cont. cap.*31. Et faciunt pro hac parte adducta à Graña *in dicto cap.2. hoc tit. num.* 1. *videbis dicta ad quintam quæſtionis partem.* † Et quod 10
ſcripturæ priuatæ nulla adhibeatur fides, adducit plures ſic docentes Barboſa *in cap.*2. *hoc tit. part.*6. *in addition. num.*1. quem numeris ſequentibus, videbis agentem de caſibus, in quibus priuata ſcriptura probat, de quibus *infra*.

Ad tertiam quæſtionis partem breuiter, vt 11
reſpondeam dico poſt magnam Doctorum concertationem maiorem adhiberi fidem ſcripturæ defuncti, & ratio eſt, quia non eſt vero ſimile, vt defunctus talem ſcripturam dimiſiſſet, ſi vera non eſſet, Afflictis *in deciſ.*400. Gratianus *in deciſ. Rota Marchia* 94. *num.*13.& ob id Adrianus Calman *lib.2. rerum indicatar. Camer. imperial. deciſ.*30. ait quod nemo cum mendacio præſumitur mori, & in peccato. Et hinc Riccius *collect.* 1790. *ad Textum in l. rationes*, *Cod. de probat.* ait quod nonnullæ fuerunt opiniones, ſcripturam ſcilicet mortui ſemiplenè probare, quando fuit vir legalis ſtante, quod mors illius, qui ſcripſit æquipollet, ac ſi viuus iuraſſet, idem tradit *in deciſ.*155. *Curia Archiepiſcop.*

Ad quartam quæſtionis partem breuiſſimè dico quod inter liberos valet ſcriptura patris ſine 12
Teſtibus, quando conſtat de perfectione conſenſus. Baldus *in l. fin. col.*2. verſic. *ſed hic quæro*, *num.*6. *ff familiæ erciſcundæ*, Decius *conſ.* 488. *in cauſa*, & latè *colum.*2. *in fine*, verſic. *venio ad ſecundum*, *num.*8. tradit Gratianus omnino ad alia videndus, *diſcept. forenſ.*235. *num.*1. ſed oberunt ſupra relata, & dicenda.

Ad quintam quæſtionis partem vt reſpondeas 13
adiunges *dict. ſupra*, in verſic. *ad ſecundam*; & ſic generaliter dicendum eſt ſcripturam priuatam non inducere plenam probationem, vt ait pleniſſimè Valaſcus *in deciſ* 177. quod maxime procederet, quando non reperiretur iuſtificata. Afflictis *in deciſ.*85. *num.*6. † Item ſi agatur de 14
præiudicio tertij, Rota Genuenſ. *in deciſ.* 146. Gailius *lib.2. obſeruat.*25. Rota *diuerſ. in deciſ.*50. *part.*1. Riccius *collect.*1794. *ad Textum in l. nuda*, *Cod. de donationibus*. † Vbi ampliat dicens, 15
vt prædicta regula vera ſit, licet ipſamet ſcriptura priuata fuerit confecta manu Notarij, ſi tamen non habeat ſolemnia ad ſcripturam publicam detinentia: ſic cum Gratiano *in deciſ.* 104.

Tamen ſi contrahentibus eſſet conuentum, vt 16
ſcriptura aliqua merè priuata, valeret in vim publici inſtrumenti, tunc valeret ſcriptura ſimilis ad probandum: ita Riccius *dict. collect.*1794. in verſic. *nunc limita.* † Vbi etiam probare ait, 17
quando ipſa ſcriptura priuata reciperet aliquod fomentum, vel ſupplementum, ex quo fit Authentica Rota *diuerſorum*, *deciſ.* 813. *volum.*1.
† Item etiam ſcriptura priuata in iudicio recognita probat contra ipſum ſcribentem, vel quan- 18
do in actis iudicij eſſet reperta, & à Notario in libris actorum eſſet inſinuata, ſua probata, Boërius *in deciſ.*105. & Guid. Pap. *in deciſ* 175.
† Item ſi agatur de ſcriptura priuata patris, quo- 19
ad probandam ætatem filij, Vibius *in deciſ.*443.
† Item plenè probat ſi pars contraria, contra 20
quam producitur, nihil apponat, quia tunc habetur pro publica, præcipuè ſi pars ipſa fuerit citata ad apponendum; & non appoſuerit.
† Nam ſic videmus, vt copia inſtrumenti mi- 21
nus

nus ſolemniter ſumpta, fidem faciat, parte ipſa non opponente, vt tradit idem Riccius *vbi ſupra*, vbi alia addit, & Afflictis *in deciſ.* 48. *num.* 8.

22 Vnde infero quod priuata ſcriptura, quæ Chirographum eſt fidem faciat plenam, ſi probatur eam ab eo, contra quem producitur ſcriptam, aut ſubſcriptam fuiſſe iuxta Textum, *in d. l. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur*, & Gloſſa *in d. cap. 2. hoc tit.* idem ſenſit, quoties ſcriptura priuata ſcripta ſit ab aliquo extraneo, mandato tamen illius, quia per eam obligatur; licet ipſe non ſubſcripſerit, quod tenent Imola *ibi n.* 8. Felinus 5. hoc ipſum intelligentes, quando teſtes deponerent, ac teſtificarentur chirographum, aut ſcripturam illam priuatam ſcriptam fuiſſe à Sempronio mandato Titij, & multis aliis adductis ſequitur Couarruu. dicens vt plenam fidem faciat abſque alia comparatione litterarum, & probari de Iure Regio *in* 114. 118. aliàs 119. *tit.* 18. *p.* 3.

23 Ad ſextam quæſtionis partem, de ſyngrapha recognita ab eo, qui ſcripſit negante tamen, contenta in ea vera eſſe; & quia in hoc componendo dubio nonnulli errores inueniuntur; ideo cum Baldo *in conſ.* 198. *lib.* 1. dico ſcripturam priuatam probare contra confidentem manu ſuâ ſcriptam eſſe; licet cætera neget, & probatur: argumento textus, *in l. generaliter, Cod. de non numerata pecunia*, cum aliis ſimilibus, quibus probatur neminem poſſe negare id, quod ſemel confeſſus eſt, donec contrarium probetur: vnde, & conſequenter ſcriptura ſic cognita, fidem faciet, niſi contrarium fuerit probatum, vt *in d. l. generaliter*, & *in l. cum de indebito, ff. de probat.* notat & tenet Faquinetus *libro* 11. *controuerſ. cap.* 29. vbi expendit Salicetum *in l. ſupra chirographariis, Cod. ſi certum petatur*, & Ripam *in d. l. admonendi, ff. de Iureiurando, n.* 102. Non enim Ripa loquitur de confitente ſcripturâ manu ſuâ ſcriptam, ſed quando quis confitetur ſcripturam manu tertij ſcriptam, & contenta in ea negat, & ſic debet intelligi Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 109. niſus authoritate eiuſdem Ripæ *ibi n.* 8. Et quæ ſit differentia inter ſyngrapham, & chirographum dico *infrà quæſt.* 10. verſic, *ad quintam*, verbo *quare*.

24 Vnde ſi dubites qualiter probetur ſcriptura priuata ſcriptam, vel ſubſcriptam fuiſſe ab eo, contra quem producitur, dico id contingere, vel per propriam confeſſionem, & recognitionem, iuxta dicta *n. præcedenti*, & probat textus, *in d. l. ſcripturas, p.* 1. *Cod. qui potiores in pignore habeantur, l. publica, ff. depoſiti, d. l. cum de indebito, ff. de probat. d. l.* 118. *aut* 119. *tit.* 18. *p.* 3. vel ſi teſtes ſubſcripti, aut inſcripti, aut qui præſentes fuerint dum ſcriptura conficiebatur, eandem recognouerint, ea quidem recognitione, de qua Gloſſa, & Bartolus *in l. & ſi contractus, Cod. hoc tit.* videlicet ſi teſtes etiam duo, & etiam non ſubſcripti depoſuerint de tenore priuatæ ſcripturæ, ac de contentis in ea, aſſerentes eam rem geſtam eſſe, ac contigiſſe eo pacto, quo ſcriptura ipſa enarrat, & hanc vocant ordinariam probationem, & legitimam Abbas, & Imola *in d. cap* 2. *hic tit.* argumento textus, *in l. in exercendis, Cod. hoc titul.* alia adducit Couarruuias videndus *d. cap.* 21. *pract. n.* 1. vbi addit quandoque teſtes non deponere de contentis in ſcriptura, ſed quod viderint illam ſcriptam, vel ſubſcriptam à partibus, aut ab eo, contra quem producitur, & hanc eſſe propriam recognitionem teſtium, nec enim ſatis erit teſtes vtcumque legitimos dicere, ſe certo ſcire illam eſſe ſcripturam, manu Titij ſcriptam, niſi dixerint hoc ſcire, quia viderunt illam per Titium ſcribi, vt tradit Ripa *in d. l. admonendi, n.* 104. *ff. de Iureiurando*, Socinus *conſ.* 274. *col.* 10 *lib.* 2. Alex. *conſ.* 150. *libro* 5. *col.* 5. Couarr. *ſuprà*, & idem probat *prædicta lex Regia* 119. *tit.* 18. *part.* 3. & addit Couarruu. *d. cap* 21. *n.* 2. in verſic. *ſecundo*, eam recognitionem probare, poſtea accedente litterarum comparatione, qui optimè diſputat *ibi n.* 3. de numero teſtium ad recognoſcendam ſcripturam priuatam modo dicto, an ſint neceſſarij tres, vel ſufficiant duo, ſed Regia lex citata in qualibet priuata ſcriptura ſatis eſſe cenſet, quod duo teſtes ad eius teſtificationem, teſtificentur, reſpondentes eam ſcriptam fuiſſe ipſis præſentibus ab eo, contra quem producitur in Iudicium, aut ab alio eius mandato, & acceſſerit littaratum comparatio modo relato.

Ad ſeptimam quæſtionis partem de epiſtola negata, & non recognita, an per comparationem litterarum, plenam fidem faciat, videtur quod ſic, tum ex dictis *dubio præcedenti*, tum ex textu, *in l. comparationes, Cod. hoc tit.* tum quia imputandum eſt ei, qui cautionem habet ex chirographo, cum teſtes non adhibuerit: quare hanc ſequutus ſententiam Bartolus *in d. l. admonendi, ff. de Iureiurando, num.* 30. & Alexand. *num.* 38. Decius *in cap.* 2. *hoc tit. n.* 16. Felinus *n.* 19. Maſcardus *de Probat. concluſ.* 347. *n.* 24. eam fundant in eo quod lex antiqua inducere, plenam fidem ex comparatione oriatur, quæ in epiſtolis correcta non eſt; itaque veriorem dicunt Ripa *in dicta l. admonendi, num.* 132. & *ibi* Curtius Iunior *num.* 41. 25

Sed quod epiſtola non probet plenè, ſed tantùm ſemiplenè, licet ei comparatio litterarum ſuffragetur parte illud negante, docent Panormitanus *in d. cap.* 2. *hoc tit. n.* 8. Iaſon *in d. leg. admonendi, n.* 139. Curtius Iunior *num.* 41. Faquin. *lib.* 11. *cont. cap.* 35. ex eo quia comparatio litterarum fallax eſt, vt inquit text. *in §. oportet de inſtrum. cautel. & fide*, optimè Couarr. *pract. d. c.* 21. *n.* 7. vbi ita tenens admonet Iudices hac in re, non ita eis liberum ſupereſſe arbitrium, imò deberè cautè circunſtantias perpendere, vt communem opinionem ſequantur, & *ibi* refert plures loquentes de comparatione litterarum de cuius probatione plura dicit nouiſſimè Gaitus *de credito tit* 8. *cap.* 2. *à n.* 1859. 26

Vnde non obſtant tradita pro prima ſententia, quia *ibi* dicta longè loquuntur in caſu diuerſo, & ſic ſecundùm eum etiam dico quod ſi epiſtola ſit recognita per ſcribentem, probat plenè contra ipſum, vt de ſcriptura à ſcribente confeſſata iam *ſuprà* dixi, vt ſine controuerſia ex *d. l. publica, ff. depoſiti*, Doctores fatentur, & Panormitanus *in d. cap.* 2. *hoc tit.* Couarruuias *dicto n.* 7. *in princ.* † Nec obeſt ſecũda conſideratio ex *d. l. comparationes*, quatenus olim plenè probauerint comparationes ſecundùm Bartolum *in l. nuda ratio, ff. de donation. col. vlt.* & ſecundùm alios iam *ſuprà* relatos. Quia reſpondeo cum Faquineto *ſuprà*, quod illa diſpoſitio fuit derogata per leges poſteriores, iuxta textum, *in l. vlt. ff. de conſtitut. princip.* 27 28

Et ſi replices dicendo quod correctio facta 29
fuit

fuit in Chirographis, & Apochis, non autem in epiſtolis; tamen reſpondeo quod cum comparatio litterarum fallax ſit, ideo illa extenſio porrigitur de Chirographo, ſeu Apocha ad Epiſtolam, quia ratio legis corrigentis expreſſa, locum habet, & extenditur iuxta Iaſonis mentem, *in Auth. quas actiones, n.22. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Ripa *in l. ſi conſtante, num.63. ff. ſoluto matrimonio.*

30 Nec impedit vltima primæ opinionis conſideratio, quia reſpódeo, quod is, qui produxit epiſtolam, non potuit ſibi de teſtibus proſpicere, cum epiſtola ſcriberetur, & vt ait Iaſon vera ratio, propter quam comparatio fidem plenam non facit, ea nempe eſt, quia ſit valde fallax, & periculoſa, vt *in d. §. oportet*, non autem ex negligentia teſtes adhibendi: ita relati à Maſcardo noſtram amplectuntur ſententiam, *concl.626. n.3. & 4.*

31 Vnum tamen notabis ex textu, *in l. ſi Filiusfamilias, ff. ad Senat. Conſult. Maced.* quod ſi ego alicui epiſtolam mittam, in qua ei ſignificem mihi decem debere, & ipſe tacendo epiſtolam ſeruet, ex hoc viſũ eſſe approbare, & cõſentire vera eſſe contenta in ea epiſtola: ita ad hoc illum textum nimis exclamat Cæpolla *cautela 9.* Iaſon *in l. admonendi, ff. de Iureiur. n.142. ex ea de pactis, n.52.* Hipol. *in Rub. de Probationib. n.246.* Ioan. Oroſcius *in l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, num.7.* cum aliis, *col.921.* Gratian. *reg.426. n.12.* vbi dicit cum Couarruu. *lib.2. variar. cap.11. n.4.* epiſtolas recognitas executioni mandari poſſe, *ex l.5. tit.21. lib.4. compilat.* ad quod applicabis plura, quæ dico *quæſt. ſeq.*

32 Et quia infinita proſequitur, Nicolaus Genua *in ſubtract. de ſcriptura priuata de effectibus ſchedulæ, Chirographæ, Syngraphæ, Apoſtolis, libro 1. & 2.* & *in lib.3. de epiſtola*, & quænam obligatio ea induci poſſit inter partes apud ipſum leges nec hic aliter ſignantur cum ad effectum exequendi debitum contemptum in ſcriptura priuata, & epiſtola ſufficiente, *in hac quæſt. & n.3.4. & 5.* Expeditur. Item leges quæ nouiſſimè ſcribit Gaitus *de credito cap.2.* congerit omnes ſpecies priuatarum Scripturarum, vbi *in tit.8. de Apocha, & ſcriptura priuata, eiuſque fide*, latiſſimè modos peragit recognoſcendi ſcripturam priuatam, & *à num.2932* ponit quæſtiones quaſdam circa materiam recognitionis, & *tit.9.* latè agit de Apocha Bancharia.

QVESTIO IV.

An ſcriptura priuata introducat hypothecam: Et an copia faciat plenam probationem: Et ad recognitionem ſenſus emphyteuſis, vel alterius priuatæ ſcripturæ, in qua ætate quis eſſe debeat: Et à quo tempore ſcriptura recognita faciat fidem: Et quantum probet ſcriptura priuata confecta à Notario putatiuo: Et an creditor hypothecarius prior ex ſcriptura priuata præferatur poſteriori creditori habenti hypothecam ex publico inſtrumento?

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata recognita, introducit hypothecam, & de aliis, num.2. 3. 4. & 5. fallit ſi non habet diem, nec annum, n.6. & 7.*

6 *Chirographum recognitum ſi non habet diem, nec annum, non retrotrahitur in præiudicium tertij, nec recognitio qualificata retrotrahitur. n.7. fallit, à n.13. 14. & 15.*

8 *Recognitio Chirographi poteſt peti in cauſa appellationis.*

9 *Apocha integra debet exhiberi, vt ſecurè ſoluant Bancharij pecuniam in ea contentam.*

10 *Copia Authentica deſumpta ex originali regiſtrato à conſulibus cum ſigillo, & ſubſcriptione Magiſtratus illius loci, plenè probat: fallit, n.11.*

12 *Recognitio cenſus, emphitheuſis, vel alterius priuatæ ſcripturæ, vt fidem faciat, fiet à maiore 25. annorum.*

13 *Scriptura priuata recognita à quo tempore fidem faciat, n.14. & 15.*

16 *Scriptura priuata confecta à Notario putatiuo, quantum probet.*

17 *Creditor hypothecarius prior ex ſcriptura priuata, quando præferatur poſteriori ex inſtrumento publico.*

AD primam quæſtionis partem, de qua Doctores ad Bartolum *in leg. repetita, ff. hoc tit.* videtur dicendum cum Antonio Fabro *in deciſione 8. Cod. in quibus cauſis pignus*, & aliis, quos refert Riccius *collect. 1463. ad dictam leg. repetita.* vt inducatur tacitè hypotheca à die recognitionis tantùm, & eam docet ſententiam Polidor. Ripa *in obſeruatione 159.* vbi diſtinguit inter recognitionem factam à parte, & illam, quæ fit à iudice. † Et Antonius Faber *vbi ſuprà deciſ. 9.* Caualcan. *deciſ. 27. parte 2.* † Dicunt etiam procedere in litteris, ſeu epiſtolis, & Boërius *deciſ. 343.* & Rota Genuenſ. *in deciſione 9. 76. 80. & 142.* ſic tenentes. † Affirmant etiam procedere in litteris miſſiuis inter mercatores publicè tenentes ſtationes, quia hæ litteræ habent vim publicorum documentorum, & mercatorum, codicibus ſtatur. 1 2 3 4

Item Rota Florentina, de qua Magon *in deciſione 81.* Rota Genuenſ. *in deciſione 192.* docent procedere etiam in recognitione, eorum, qui apodixam ſcripſerunt, vel ſubſcripſerunt de ordine debitoris, cum paria ſint ſcribere per ſe, vel alium ſubſcribere vice eius. Et de hoc puncto leges quæ congerit Gaitus nouiſſimè *de credito cap.2 tit.8. à num.3181.* vbi Apocha, & ſcriptura priuata pariat Hypothecam. 5

Quod ſi Chirographum non habet diem, vel annum, licet recognitio locum habeat, & inducat hypothecam, non tamen retrotrahitur in tertij præiudicium, quia deficit extremum: tamen in præiudicium debitoris benè valet recognitio hæc, & inducitur prædicta hypotheca, etiamſi ſcriptura careat die, anno, & huiuſmodi, prout dicitur de annotationibus, de memorialibus, & de ſchedulis in forma, ſecundùm Rotam *deciſ.781. p.1.* vtpotè non nocet ſi recognitio facta eſſet per contumaciam debitoris, etiam ſingulari ſucceſſore minimè vocato, cui ius iam quæſitum ſit, Rota Genuenſ. *deciſ. 208.* Boër. *deciſione 295.* † Recognitio vero qualificata non retrotrahitur quoad qualitates in eo præſentatas, quando recognoſcens qualificatiuè haberet præſumptionem iuris contra ſe, aliàs ſecus, docet Surdus *in deciſ.582.* 6 7

Notabis

8 Notabis autem quod in cauſa appellationis poteſt peti recognitio chirographi ex vi illius regulæ in cauſa appellationis non deductum de ducam, & non probatum, probabo: ſic Paponius *lib.8.tit.2. arreſto* 1. Riccius *vbi ſupra*, *dicta collect.* 1463. in verſic. *amplia quinto*, per regulam Textus *in l.per hanc, Cod.de temporibus appellat*, de qua iam *alibi*.

9 Notabis ſecundò quod cum accidere ſoleat vt nummularij, ſeu Bancherij ſoluant pecuniam cum ſchedulis, ſeu apochis falſis, quæ eis præſentantur, & quas ipſi veras præſupponunt, quando ſoluunt, & poſtea à veris Dominis pecuniarij coguntur iterum ſoluere, quia malè ſoluerunt, ideo cenuenit, vt integra apocha exhibeatur, & recognoſcatur, vt euitetur fraus, de qua optimè ſcribit in caſu ſibi contingenti, & iudicanti, de Franchis *in deciſ. Neapol.* 304. videbis Rotam Romanam *deciſ.* 550. *part.* 3.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, an copia faciat plenam probationem, vt plenè reſpondeas applicabis nonnulla *ex dictis ſupra quaſt.* 2. *de fide exempli*, *aut exemplata ſcriptura*. Quibus ſuppoſitis dico breuiter, quod quando originale Inſtrumentum reperiretur regiſtratum à conſulibus alicuius Regni, & ex illo originali eſſet deſumpta copia Authentica cum ſigillo, & ſub ſcriptione Magiſtratus illius loci, tunc talis copia probabit, & plenam fidem faciet, quamuis pars aduerſa inſtaret pro exhibitione originalis, ex qua præſumitur copiam illam eſſe veram, & fideliter deſumptam, ita rationibus, & authoritatibus probat conſiliarius de Anna *conſ.* 108. *volum.* 2. tradit Riccius *collect.* 1891. *ad Textum in l.ſi tamen, Cod. hoc tit.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum in cauſa Regis Poloniæ iunctis Tribunalibus ſacri Regij conſilij, & Regiæ cameræ.

11 Tametſi ſcriptura originalis, veluti *procuratio*, eſſet præſenrata in vno proceſſu, & ex illo proceſſu ſumeretur copia Authentica illius ſcripturæ regulariter ei fides non daretur iuxta Textum *in Authentica ſi quis in aliquo documento*, vbi omnes, *Cod. de edendo*. Verum ſi aliquo modo appareret, vt pars aduerſa approbaſſet illam ſcripturam, tunc daretur ei fides, iuxta ea, quæ bene notat Franchis *in deciſ.* 490. quam refert, *ſupra*, Riccius, ſed eam legi, & non ita clare loquitur, vt Riccius idem, qui ait ita fuiſſe deciſum in ſacro conſilio die 26. ianuarij in cauſa illuſtriſſimæ Comitiſſæ Caſtri, cum Duce Atri anno 1611.

12 Ad tertiam quæſtionis partem in qua ætate quis eſſe debeat ad recognitionem cenſus, emphitheuſis, vel alterius priuatæ ſcripturæ D. Didacus Narbona *anno* 25. *quaſt.* 73. qui longe ſcribens cum ab eo relatis, *num.* 2. ait omnem omnino minorem, ſiue pupillum, ſiue puberem, nec cenſum, ſcripturam, ſigillum, computum, aut quid aliud poſſe in iudicio recognoſcere. Primo quia recognitio coram iudice facta vim habet iudicialis confeſſionis. Secundo quia ad id recognitio interponitur, & à creditoribus deſideratur, vt poſſit competere Ius executionis aduersùs ipſum recognoſcentem, Couarruuias *lib.* 3. *variar.cap.*7.*num* 6. Felicianus *de cenſ. lib.* 3. *cap.*6. *num* 7. verſic. *tertio inquirendum, lib.*5.*tit.*21. *lib.*4. *recop.* Deinde quia talis recognitio, vt in plurimum excepta cenſus recognitione in iudicio fieri debet, vt probat, *num.* 8. pluribus exemplis; & ita concludit, *num*,4.& aliis ad prædictam recognitionem deſiderari 25. annum impletum.

Ad quartam quæſtionis partem à quo tempore ſcriptura recognita faciat fidem, dico quod ſcriptura priuata à debitore recognita retro trahitur ad diem, qua fuit celebrata in præiudicium ipſius recognoſcentis; in præiudicium tamen aliorum creditorum habentium ſcripturas publicas huiuſmodi ſcriprura priuata non vindicat ſibi prælationem, & alia priuilegia prioritatis ab illa die, qua in iudicio fuit recognita. 13

† Vnde creditores habentes ſcripturas publicas, ſunt præferendi, & prius debet eis ſolui, quamuis ſcriptura priuata fuerit priori tempore. Quod tamen intelliges niſi ſcriptura priuata eſſet trino teſte notata, & propriâ manu eorum ſubſcripta cum hypotheca alicuius rei, vt ſic non obſtent quæ dico, *infra*, in verſic. *ad ſextam.* 14

† Et videbis quæ congerit Rodriguez *de executione*, *cap.*1. *art.*2. *num.* 10. vbi plures adducit, & Couarruuias *dicto lib.* 2. *variar*, *cap.*11.*num.*4. in verſic. *vnde*, dixit quod recognitio ſcripturæ non trahitur retro ad tempus ipſius ſcripturæ niſi contra recognoſcentem, non contra tertium habentem medio tempore hypothecam, ſi quidem is habebit priuilegia prioris, & poſterioris creditoris, ſic probans cum Molineo, & Pariſio ad notata *in l.ſcripturas*, de qua *infra in d. verſic.ad ſextam.* 15

Ad quintam quæſtionis partem quantum probet ſcriptura priuata confecta à Notario putatiuo, vt reſpondeas applicabis dicta *ſupra ad Rubricam*, *quaſt.* 1. in verſic. *ad quartam*, & ex *ibi* dictis, & ex relatis à Doctoribus, dico quod ex quo valet inſtrumentum confectum à Notario putatiuo, plenè probat, ſecundùm diſtinctionem, de qua dixi in aliis inſtrumentis à veris Tabellionibus ſcriptis: Et *in cap. cum P. Tabellio*, dicam de qualitatibus Notarij, ſeu Tabellionis, vt eorum inſtrumētis plena detur fides. 16

Ad ſextam quæſtionis partem an creditor hypothecarius prior ex ſcriptura priuata ſubſcripta tribus teſtibus integræ opinionis præferatur poſteriori creditori habenti hypothecam ex publico Inſtrumento Hæc difficultas pendet ab intellectu Textus *in l.ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur, l.*31.*tit.*13. *part.*5.& vt expendas leges quæ tradit Couarr. *lib.p.c.*22. Guttier. *l.*3.*p. quaſt.*103. *& fin.* vbi docent quod & ſi ex dictis legibus creditor hypothecarius prior ſcriptura priuata ſubſcripta tribus, vel pluribus Teſtibus integræ opinionis, præferatur poſteriori creditori habenti hypothecam ex publico Inſtrumento, dum vera ſit data illius priuatæ ſcripturæ, quia paria ſunt fieri probationem per teſtes ſubſcriptos in eadem ſcriptura priuata, vel per alios, dummodo conſtet de veritate, & fraus ceſſet: ita relati à ſupra dictis, de quo agam plenius *in cap. ex litteris de pignoribus*, vbi multa dico de prælatione creditorum, quibus addo Paz *in praxi* 4. *p.cap.*1.*num.*31. Couarruuias *lib.*2.*var. c.*11.*n.*4.*in fin.* Negnſantium *de pignor.in membro* 2. *part.*5. *à num.*47. Didacum Perez *in lib.* 4. *tit.*8. *lib.*3. *ordinam. col.*1090. *in fine:* Tamen vbi illæ ſolemnitates deficiunt; aliud dices ex dictis ſupra in verſic. *ad quartam*. verbo *vnde*, videbis quæ nouiſſimè congerunt Marlinus in ſuo tractatu 17

de Prioribus, & Gaitus de credito toto, cap.4. qui & in cap.2. titul.8. à num.3036. ponit notabilia plura ad textum, in ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur, vbi quando exequatur priuata ſcriptura.

QVÆSTIO V.

An ſcriptura priuata recognita executioni mandetur, etiam per confeſſionem fictam: Et an cautio priuata habita à Iudice pro recognita ob contumaciam debitoris nolentis comparere: Et ſcriptura priuata recognita à teſtamentariis, habeat executionem paratam: Et an inſtrumentum priuatum recognitum à parte, exequi poſſit, quando ex eo conſtat debitum iam eſſe praſcriptum: Et an confitens debitum in teſtamento, reuocatâ confeſſione, conueniatur: Et an authoritas curatoris requiratur ad recognitionem adulti cautionis priuatæ, vt exequi poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata ab ipſo debitore recognita coram Iudice, habet executionem paratam; idem de Epiſtola, theſſera taliola, de legationis ſchedula, libro rationum, n.1. fallit, n 4.*

3 *Recognitio priuatæ ſcripturæ coram quo fieri ſufficiat, vt plenè probet.*

5 *Scriptura priuata recognita per confeſſionem fictam partis, verius eſt vt nequeat exequi, n.6. & à n 8.*

9 *Recognitio priuatæ ſcripturæ, vt fiat à parte; quid Iudex iubeat, n.9. & proceditur viâ ordinariâ, n.14. quibus Teſtibus queat ea probari, num.18. & 19.*

9 *Citatio fit in perſonam ad recognitionem faciendam priuatæ ſcripturæ.*

10 *Recognitio priuatæ ſcripturæ, debet fieri per proprium debitorem, non ſufficit per tertiam perſonam, n.11. 12. 13. & 14.*

13 L.119. tit.18. p.3.

14 *Scriptura priuata ſubſcripta à debitore, ſcripta à tertio qualiter executionem debeat paratam, n.17. 18. & 19.*

20 *Cautio priuata habita à Iudice pro recognita, quantum probet, n.21. & 22.*

23 *Scriptura priuata recognita à teſtamentarijs, non habeat executionem paratam.*

24 *Inſtrumentum priuatum recognitum à parte, ſi conſtat debitum ex eo iam eſſe præſcriptum, non exequitur, n.25. fallit, n.26.*

28 *Confeſſio teſtatoris facta in teſtamento, quando probet, n 29.*

30 *Curatoris authoritas ſit ne neceſſaria, vt adultus poſſit recognoſcere ſuam propriam ſchedulam, cautionem ſiue Chirographum, n.31. & 32.*

31 L. ſi curatorem, C. de in integrum reſtit. L.4. & 5. tit.11. p.5.

32 L.5. tit.21. lib.4. recopilat. n.33.34. & 35.

1 AD primam difficultatis partem vt reſpondeam præmitto quod de Iure huius Regni ſcriptura priuata ab ipſo debitore recognita coram Iudice habet executionem paratam ex textu, in l.5. tit.2. lib.4. recopil. ibi, *ordinamos y mandamos que de aqui adelante los conocimientos reconocidos por las partes ante el juez que manda executar, o las confeſiones fechas ante juez competente trayan aparejada execuzion.* † Quod idem reputari debet de aliis, quæ eidem ſcripturæ probatæ, ſeu Chirographo ſimilia ſunt, qualis eſt epiſtola recognita, & theſſera, linea, ſeu taliola vulgò *tablilla de eſcriuir, o tarja*, item delegationis ſchedula, vulgò *librança*, ſi coram publico Tabellione per debentem ſoluere, ſit acceptata, item rationum liber fidem faciet ex dictis *infrà quæſt. ſequenti*, & probatur, *ex l. quadam*, §. *Nummularios. ff. de edendo*, Couarruuias *in pract. c.22. num.8.* & taliter procedit, vt aliquando paratam habeat executionem vt rectè declarant Parladorius *lib. 2. rerum quotidianarum, 1. parte, §.5. à num.17.* 2

Et licet ipſa lex Regia dicat à partibus eam recognitionem fieri debere coram Iudice competente: tamen lex ſexta ſtatim ſequens, *dict. titulo 21. lib. recopil.* extendit vt etiam recognitio hæc fieri poſſit, nedum coram Iudice, ſed etiam coram *Alguacelo*, vel Tabellione de commiſſione eiuſdem Iudicis; itavt ſic facta, executioni, poſſit mandari, & ad hoc legitimè faciendum praxis obſeruat, vt præſentata, vel producta apud Iudicem ſcriptura priuata cum iuramento, & ſolemnitate neceſſaria, ſtatim reo præcipiatur, vt intra breue tempus ad Iudicium accedat eam recogniturus ante litis conteſtationem: ita Couarruu. *lib.2. Variar. cap.11. num.4.* Paz *in praxi, 4.p. cap.7. n.1.* Rodriguez *de executione cap.1. art 2. n.9.* † qui *n.8.* dicit quod ſi quis extraiudicialiter ſchedulam, aut Chirographum ſe debere confeſſus fuerit, licet hæc confeſſio in Iudicio fidem faciat, vt probet: tamen eam extraiudicialem recognitionem non ſufficere ad effectum, vt paratam habeat executionem. 3 4

Vnde iam ad difficultatem reſpondeo, dico quod inter ſe admodum Doctores diſcordant, nam quidam affirmant, quod ſi vocatus à Iudice, vt recognoſcat priuatam ſcripturam, non vult comparare, aut contumax ſit in reſpondendo, tunc haberi talem ſcripturam pro recognita, & ſic per confeſſionem fictam, hoc eſt per cõtumaciam fateri ſcripturam ex ratione text. *in cap. fin. de confeſſis lib.6* quæ pars iuuatur duplici ratione. Prima quia tantum debet operari fictio in caſu ficto, quam veritas in caſu vero, iuxta textum, *in leg. Filiusfamilias, ff. ſi certum petatur*, ſed ſi pars recognoſceret ſcripturam, executio debet fieri, *ex d l 5. tit.21. recop.* vt iam dixi, ſic tenet Guttierr, *lib.1. pract. q.122. in fine, n.2.* Rebuff. *de Chirographorum recognit n 98.* Secunda nam ſi ficta confeſſio non obligaret confitentem, itavt ſcriptura pro recognita haberetur, nec executio ſtatim fieret, eueniret vt contumaces præmio afficerentur, & eſſent melioris conditionis, quam comparentes contra diſpoſitionem textus, *in l. unica, tit.9. lib.3. ordinam.* ibi, *los reueldes que no quieren venir ante el juzgador a los emplacamientos, que le ſon pueſtos no deben ſer de mayor condizion, que los que venieren ante ellos apareçer*: tradit Couarruu. *lib.2. variar. cap.11. n.4.* in verſic. *quid autem.* 5

Et Parladorius *in dicto lib.2. rerum quotid. 1.p. §.5.* 6

§.5. *num.* 8. & Azeuedo *in dicta l.5. recopilat. gloſſa* 1. *n.*20. dicunt nos hodie praxi eo iure vti, vt producta ſcriptura, ſeu priuata ſchedula modo, & forma ſupra relato, pars citetur ad recognoſcendum, etſi comparet recognoſcit, aut negat ſi non comparet, & accuſatur contumacia in termino aſſignato, & data fide per nuntium, ſeu alguacellum, quod vocauit illum perſonaliter ad recognoſcendum ſchedulam, ſeu Chirographum illud ad petitionem Titij, habetur pro recognita, & iubetur executionem fieri; ſed ſi comparet, & non recognoſcit teſtibus, & comparatione comprobari poſſe, ait ex his, quæ iam adduxi, *q.*3.

7 Verum pro contraria opinione, nempe vt talis confeſſio ficta minimè facere poſſit, vt Chirographum executioni mandari queat docent alij ex eo quod *dicta l.5. tit.*21. *lib.*4. *recopilat.* tribuens priuatis ſcripturis in iudicio recognitis executionem, eſt iuris communis declaratoria, vt benè tradit Couarruuias *dicto lib.*2. *Variar. cap.*11. *num.*4. *in princip.* ibi videndus, quæ extendi non debet, vltra caſum, de quo loquitur, ſed *dicta lex* 5. loquitur de vera, & propria recognitione priuatæ ſcripturæ factæ in iudicio à parte, vt apparet ex verbis ibi, *reconocidos por las partes ante el juez que manda executar*; igitur non eſt cur ficta confeſſio dimanans à contumacia rei nolentis comparere, aut coram Iudice fateri, habeat executionem paratam, præcipuè cum dicat Rebuffus *ſuprà de Chirographorum recognitione in præfatione*, *n.*69. executionem fieri non debere, niſi inſtrumentum apud Iudicem ſit recognitum, quia multa valent propter calorem Iudicij, quæ alias non valerent.

8 Et hanc ego doctrinam ſic tenẽdo in iudicando, & conſulendo, exiſtimo cum Paz *in praxi*, 4. *p.* 1 *tom. cap.*1. *n.*25. Rodrig. *de executione à n.*10. *&* 11. longè aliter contra hos reos in praxi procedendum eſſe, nempe ſi præſentata priuata ſcriptura intra terminum aſſignatum coram Iudice reus citatus recognoſcere, aut comparere noluerit eo modo, & forma, qua praxis vti ſuperius prædixi, Iudex ſtatim præcipiat reum incarcerari, aut pignore capi, vt ſic Iudicio veniat reſponſurus iuxta ea, quæ alibi adduxi, *in c.*1. *de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ*, *& in tit. de dolo*, *& contumacia*, & ſic his remediis hodierna praxis vtens, nempe, *ſi citada la parte por el alguacil a que pague, o reconozca ſi dentro de el termino Señalado no pareziere a reconocer el juez, damandamiento depriſion, o para que les aquen prendas haſta que reconozca, o que parezca.* Quæ praxis confirmatur ex Vlpiani reſponſo, *in l.*1. *§. ex hoc reſcripto*, verſic. *ſecundum quid*, *ff. de ventre inſpiciendo*, vbi ait conſultus poſſe mulierem ad Prætorem vocari, & apud eum interrogari an ſe prægnantem putet, cogendámque eſſe reſpondere. Et ſubdit ſtatim hæc verba; *quid ergo ſi non reſponderit, aut non veniat ad Prætorem, nunquid Senatuſconſulti pœnam adhibemus, ſcilicet vt marito liceat non agnoſcere, cogenda igitur erit remediis prætoriis, & in ius venire, etſi venerit reſpondere, pignoráque eius capienda, ſi contemnet, vel mulctis coercenda, &c.* ſic conſiderauit Rodriguez *vbi ſuprà dicto num.*11. Paz *dicta* 4. *p. cap.*7. *num.*2. Auendañus *de exequendis mandatis*, 2. *p.* verſic. *quinto requiritur in fine.*

9 Pro complemento huius praxis notabis primo reum citandum eſſe in perſonam ad hanc recognitionem faciendam, niſi fraude, aut dolo hanc citationem effugeret, quo caſu perſonaliter citato haberetur, ſi ad domum citatio fieret, vt patet ex his, quæ adduxi, *in cap. penult. de foro comp.* & *in cap.*1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Couarruuias *dicto*, *libro* 2. *Variar. cap.*11. *num.*4. *in fine*, benè, & eleganter Didacus Perez *in l.*4. *tit.*8. *lib.*3. *ordinam. gloſſa* 1. verſic. *quid obſecro iuris erit*, Parladorius *dicto lib.*2. *rerum quotid. p.*1. §.5. *num.*11. Azeued. *in dicta l.*5. *lib.*4. *tit.*21. *recop. n.*18. *gloſſa* 1.

Secundo notandum eſt recognitionem priuatæ ſcripturæ fieri debere per proprium debitorẽ, nec ſufficere per tertiam perſonam recognoſci, vt executioni poſſit mandari, vtputa ſi Chirographum, vel ſchedula ſcripta, & ſubſcripta ſit manu cuiuſdam tertij, quia fortaſſis debitor ſcribere ignorans rogauit quendam teſtem, vt pro illo, & tanquam teſtis ſubſcriberet, poſtmodúmque ſi ille tertius recognoſcat eam ſcripturam, dicendo debitoris mandato, & vt Hiſpanè dicimus, *a Ruego* eam ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe, non fiat executio illius priuatæ ſcripturæ eo modo agnitæ, niſi ipſemet debitor eam recognouerit, & mandato ſuo ſubſcriptam fateatur, cuius doctrinæ ea nempe ratio eſt, quia mandatarius, qui mandato alterius Chirographum ſcriptum, vel ſubſcriptum dicit, licet ita recognoſcat, non poterit mandanti præiudicare, ſi ipſe mandaſſe non profiteatur, & faciunt verba, *dicta leg. Reg.* ibi, *recenocidas por las partes*, quæ æquipollentia verba non admittunt; & ſic docent Rebuffus *de Chirographorum recognit. in præfatione*, *num.*57. notant Auendañus *de exequend. cap.*30. *num.*4. verſic. *ſexto*, Parladorius *dicto libro* 2. *rerum quotid.* §.5. *num.*5. Paz *in praxi* 4. *parte*, *cap.*1. *num.*29. *&* 30. latè Guttierrez *lib* 1. *pract. quæſt.*121. *per totam*, Azeuedus *in dicta l.*5. *recop.* 10

Et confirmatur quia cum mandata eius ille ſic recognoſcens, ſolum habeat vicem vnius teſtis, qui *ex dictis ſuprà in cap. cum à nobis* 28. *de teſtibus*, in hac ſpecie fidem contra tertium facere non poſſit, nec probare, ideo non admittitur eius recognitio, ne vnius dicto condemnatio procederet, vt ait Hipolytus *de Marſilis in ſua criminali praxi*, §. *diligenter*, *n.*9. 11

Tum etiam facit ſingularis deciſio textus, *in l. Diuus Claudius*, §. *item Senatus cenſuit*, juncto verſic. *& quatenus*, *ff. ad legem Corneliam de falſis*, in illis verbis ibi, *ſi tamen accedat authoritas ſcribentis ſe ea dictaſſe, & recognouiſſe*, videri enim ait ipſius Domini manu ſcripta, cuius voluntate ea ſcripta ſunt: ita docet Rodriguez *de executione dicto cap.*1. *art.*2. *n.*12. 12

Nec obſtat textus, *in l.*119. *titulo* 18. *part.*3. quæ probat nihil referre Chirographum manu propria debitoris ſit ſcriptum, & ſubſcriptum, vel eius voluntate, & mandato tertius alius ſcripſerit, vt tanquam publicum inſtrumentum manu Tabellionis confectum, debeat valere. Quia reſpondetur, quod id quod *d. lex partita*, diſponit verum eſt, quantum ad hoc, vt talis priuata ſcriptura fidem faciat in Iudicio, & plenè probet, tanquam publicum inſtrumentum, non tamen quoad hoc, vt ſi debitor negauerit, licet tertius recognoſcat, poſſit executioni mandari, nam Couarruu. *in dicto lib.*2. *Var. cap.*11. *n.*4. vbi in verſic. *cui*, ait illud adjiciendum priuata ſcriptu- 13

ram

tam etiam recognitam tantum præiudicare, aut nocere confitenti à ſe ſcriptam, vel ſubſcriptam, non tamen tertio, niſi inquantum talis ſcriptura de iure tertio poteſt nocere à die factæ recognitionis, vt tradunt Abbas *col.2.* & Felin.3. *in cap.2. hoc tit.* & in terminis tradunt Guttierr. *dicto libro 1. pract. cap.121.* qui ſequitur Paz *in*
14 *praxi ſupra dicta 4. parte, cap.1. num.30.* † Vbi reſoluit quod ſi debitor non recognouerit Chirographum, cuius mandata ſcriptum aſſeritur via ordinaria agendum eſſe, & ad probationem intentionis, plenam probationem in Iudicio faciat, *ex l.114. eius tit.18. p.3.*

15 Verum Rodericus Suarez *in l. poſt rem iudicatam declaratione legis Regni,* verſic. *ſecundo extende, n.6.* videtur tenere, quod ſi ſcriptura hæc priuata à tertio ſcripta ſit, manu tamen debitoris ſubſcripta, paratam habere executionem, licet ſubſcriptionem fateatur, ſcripturam vero neget, pro qua ſententia faciunt ſequentia, nempe textus, *in l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus, ff. de verb. obligat. in principio,* ibi, *Chryſogonus Flauij Candidi ſeruus actor ſcripſit coram ſubſcribente, & ſignante Domino*; Tum quia qui ſubſcribit ſe alicui ſcripturæ omnia præcedentia confirmare videtur, & ſcripta manu propria, reputantur ea, quæ tali modo ſic ſcripta ſunt, vt notat Ioannes Guttierrez *dicto libro 1. pract. quaſt.123.*
16 *num.2.* † Sed Rodriguez *de executione dicto cap.1. artic.2. num.13. in* verſic. *limita*, dicit vt per tertiam perſonam facta recognitio executionem paratam non adducat in perſona hæredis defuncti debitoris qui recognoſcere ſcripturam ipſius tenetur iuxta doctrinam Rebuff. quam ſequitur Azeuedus *in d. l.5. tit.21. lib.4. recop. n.16.*
17 † Et cenſet idem Rodriguez cum Parladoro *d.2. p. rerum quotid. §.5. n.9.* hæredem defuncti obligati ad recognoſcendum, compelli non debere ex ratione tradita à Iuriſconſulto *in l. Marcellus, ff. de actione rerum amotarum*, ſcilicet quia iniquum eſt ſucceſſorem de alieno facto iurare: applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. quia* verſic. *de Iudiciis.* Et huic primo dubio adjunges quæ adducit
18 Barboſa *in cap.2. hoc tit. n.5.* † Vbi multa de priuata ſcriptura quando probet, aut non, *vbi n.8.* in verſic. *illud*, & in verſic. *deinde*, ait quod ſcripta manu alicuius, etiam ſine Teſtibus die, & anno contra ipſum probant, concurrentibus aliquibus adminiculis, quæ efficiunt vt ſcriptura
19 informis probet. † Item quod recognitio priuatæ ſcripturæ, debet fieri per teſtes, qui viderint illam ſcribi, & deponant ſe illius confeſſioni interfuiſſe, & generaliter non ſufficere ſi deponant habere notam manum, niſi in aliquibus caſibus adductis per relatos à Barboſa *ſuprà*, de quo dico *infrà*.

20 Ad ſecūdam quæſtionis partem an cautio priuata, habita à Iudice pro recognita, executioni queat mandari, videtur ſatis reſponſum præberi, *ex dictis ſuprà, q. præced.* ad intellectum textus, *in d. l.5. tit.21. lib. comp.* quare licet Ioannes Guttierrez *lib.1. pract. q.122.* in verſic. *ſed his*, cum multis ab eo relatis dicat in iudicando, & conſulendo verius eſſe, vt ea cautio, ſiue ſcriptura priuata, habita à Iudice pro recognita ob contumaciam debitoris nolentis comparere ad eam recognoſcēdam perſonaliter citati poſſit exequi, pro qua tradit eadem fundamenta, quæ adduxi, *ſuprà*, in verſic. *vnde*, & ſatisfacit fundamentis noſtræ ſententiæ, iam relatis, in verſic. *verum*, eo quod conſuetudo, ſiue ſtatutum; loquens in caſu vero, procedit aliquando in caſu ficto, iuxta text. *in l.1. §.1. ff. ad leg. falcid.* vbi plenè Alex. & hoc quando æquiparatur per viam regulæ, vt *in cap. cum. dilectus*, & *in cap. ad audientiam de Clericis*, non reſident, vel quando habent eandem cautionem, ſeu producunt eundem affectum ſecundum Alex. 178. *incipit in occurrenti, col. ult. vol.1.* ſed in propoſito manet eadem, & fortior ratio militat in caſu ficto, nempe, quia alias melioris eſſet conditionis contumax, quam comparens, quod eſſe non debet, vt dicit, *l.1. tit.4 de los aſentamientos, lib 4. recop.* videbis quæ iterum dicit Guttierez *conſ.37. n.1.* cum ab eo relatis. Tamen reuera cum ſecundum prædictam, *l.5. recop.* in verbis ibi, *los reconocimientos reconocidos por las partes*; partis recognitio, ſeu confeſſio vera prærequiritur, dicendum eſt hunc caſum componendum eſſe, vt præcedens, *in d.* verſic. *verum*, ſiquidem quando conſuetudo, vel lex loquitur in caſu vero, non habet locum in caſu ficto, qualis eſt iſte, de quo loquimur ex textu, *in d. l.1. ff. ad leg. falcidiam*, & *ex l.3. §. hac verba, ff. de negotiis geſtis.*

Et confirmari videtur quia quando quis habe- 21
tur pro confeſſio ob ſuam contumaciam in non comparendo pro tali, condemnari debet, vt iam alibi plenè dixi, ſed ab ea ſententia, qua ipſe condemnatur pro confeſſo appellare poteſt, & in cauſa appellationis probare contrariū ex textu, *in l.1. tit.4. lib.4. recopil.* & tunc non habere locum viam executiuam. † Et ſic ait Guttier. *ex doctrina* 22
Pax in praxi, 4. p. cap.1. n.25. in fine, ſolere Iudices ſuperiores executionem mandatam fieri ab inferioribus Iudicibus ex tali ficta confeſſione annullare, & irritare.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſcriptura 23
priuata recognita à teſtamentariis habeat executionem paratam, negatiuè reſpondeo, tum *ex dictis ſuprà in princip.* huius *quæſtionis*, in verſic. *ſecundo notandum eſt*, & in verſic. *verum Rodericus*, ibi, *ſed Rodriguez de execution.* & tum etiam ex ibi dictis, *verum pro contraria*, debet enim recognitio fieri à parte, non autem à tertio: quare euenit, vt factum, ſiue non factum executoris teſtamentarij in hac parte nocere non debet tertio, hoc eſt animæ defuncti: alia plura tradit omnino videnda Ioannes Guttierrez *conſil. 23.* cum multis Doctoribus, quos non refero, eo quod fundamentum habent *in dicta l.5. libro 4. tit.21. recopilat.* de qua *ſuprà*, latè *in principio.*

Ad quartam quæſtionis partem, an inſtrumen- 24
tum priuatum recognitum à parte, exequi poſſit, quando ex eo conſtat debitum iam eſſe præſcriptum. In quo dubio reſpondeo tale inſtrumentum exequi non debere, etiam contra illum recognoſcentem, quia cum debitum ſit legitimè præſcriptum, idque opponitur cum bona fide, talis recognitio non eſt cur habeat executionem paratam, ex eo quia qui conueniri non poteſt, non præiudicat ſibi recognoſcendo ex ſingulari doctrina Bald. *in cap. ſtatuimus n.12. de officio deleg.* at ſic eſt quod cum debitum eſt præſcriptum, non poſſit quis de iure conueniri, *vt in toto tit. Cod. & ff. de praeſcript.* Vnde etſi reus interrogatus à Iudice teneatur reſpondere ſub iuramento an fecerit talem ſcripturam priuatam, vel fieri mandauerit ob vitandum periurium fatendo, ſibi non præiudicabit, quando

debitum eſt præſcriptum; ita latè agens, & reſpondens contrariis, reſoluit Ioannes Guttierrez *pract. libro 1. cap.124. ad declarationem dicta l.5. tit.21. lib.4. recopil.* ex doctrina Auendañ. *in 2.p. de cap. Prat. cap.30. n.11.* verſic. *ſi ergo, & n.14.* verſic. *vbicunque ergo*, Parladorij *rerum quotid.*
25 *cap.1. §.13. num.46.* † Et idem Guttierrez *ibi num. fin.* in verſic. *& mea*, ait hanc ſententiam probabiliorem eſſe in caſu, quo ſcilicet tranſacti ſunt 20. anni, nam per 20. annos præſcribitur actio perſonalis, qua præſcripta non poſſe viam executiuam conſiſtere.

26 Etenim prædicta lex Regia, quæ dat formam vt exequatur priuata ſcriptura à parte recognita debet intelligi, quando reuera conſtat de debito exigibili, ſecus quando iam debitum eſt legitimè præſcriptum, & ob hoc exigibile. Tamen ſi pars ipſa, hoc eſt debitor, non obſtante termino tranſacto ad præſcribendum ſufficiente, fateatur ſe debere debitum; tunc enim ex vi confeſſionis habebitur pro Iudicato, eritque ex ea locus executioni, iuxta textum, *in l. vnica, Cod. de Confeſſis*, juncta, *l. à Dino Pio, §.1. & ſequent. ff. de re iudicata:* ita tenent in terminis Caſtillus *in l.63. tauri, n. 25.* Abiles *cap.10. Prætor, in gloſſa execution. n.69.* Parlador. *vbi ſuprà d. §.13. n.45.* Guttierrez
27 *in l. nemo poteſt, ff. de leg.1. n.488.* † Imò præfatam doctrinam etiam procedere, reſpectu inſtrumenti publici, cuius actio præſcripta eſt: probo eiſdem fundamentis, & in terminis docent Couarr. *lib.1. var. cap.9. n.5. & 6.* Petr. Dueñas tradit optimè, *in reg.6. & 306.* Gratian. *reg.179. n.16.* & Doctores per textum, *in l.63. tauri.*

28 Ad quintam quæſtionis partem breuiter dico, quod confeſſio facta teſtatoris in teſtamento, non probat debitum, quia poteſt eam reuocare; imò nec conueniri poterit ea confeſſione non reuocata, niſi ex modo confitendi colligatur quod teſtator voluerit contrahere, animúmque habere ſe inter viuos obligandi, párſque in cuius fauorem confeſſus eſt, ſit præſens, & conſentiens; prout in dubio præſumitur præſens, tacitè conſentire id, vel etiam poſtea ante reuocationem acceptauerit, vel iurata fuerit, tūc enim prædicta confeſſio præiudicat teſtatori, adeò vt poſteà reuocari non poſſit: ita docent in terminis Auendañus *in cap. Prætor, 2.p. cap.19. n.11.* Azeuedus *in l.2. tit.16. lib.5. recop. n.16.* Guttierrez *de Iuramento confirmat. 2.p. cap.6. n.5.* vbi reprobat Rebuffum, & Tiraquellum, idem Gutrierrez expendens *dictam l.2. tit.16. lib.5. recopil. lib.3. pract. à n 4.* vbi benè loquitur dicens, quod & ſi ſola confeſſio debiti in teſtamento facta in fauorem tertij, non probet debitum in dubio, & nec ex
29 ea poſſit teſtator conueniri. † Tamen ſi facta eſt per viam contractus in præſentia partis, vel illam acceptantis, vel ſi ab eodem teſtatore fuerit iurata, tunc ei præiudicare, & per eam poſſe Iudicem ad credendum inducere animum, vt verè debitum ſit; & ſic contra teſtatorem pronuntiare, licet viuum, dummodo in hoc arbitrio recti, & cauti Iudicis vtatur, ne forte capite potius motus, quam recta ratione decipiatur: ita ipſe *num.7.* quod ego ex natura confeſſionis ſic factæ dico exequi poſſe iuxta doctrinam *dicta l.5. tit.21. lib.4. recopil.*

30 Ad ſextam quæſtionis partem dico, quòd authoritas curatoris noc requiritur ad hoc vt adultus poſſit recognoſcere ſuam propriam ſchedulam, cautionem, ſiue Chirographum à ſe factum, cum propriè ex tali recognitione non obligetur de nouo, ſed veterem obligationem bona fide agnoſcat: ita docent in terminis Auendañus *p.2. cap. Prat. cap.30. n.5.* idem *in reſponſo 4. num.7.* Guttierrez *pract. lib 1. q.123.* in verſic. *ſed his*, vbi in comprobationem adducit textum, *in l. certum, §. in pupillo, ff. de confeſſis*, vbi confeſſio adulti ſine curatore valet mero iure, licet aduerſus eam poſſit reſtitui in integrum. Quare ſi in ipſa obligatione læſus fuerit, poterit aduerſus eam reſtitui, quamuis contracta ſit abſque curatore; itavt opponi poſſit reſtitutio aduerſus inſtrumentum guarentigium in eo caſu, quo executio peteretur, ſed hæc dicta caſum noſtrum recognitionis non offendunt, ſed ſolam obligationem.

Nec obſtat communis regula textus, *in leg. ſi curatorem habens, Cod. de in integrum reſtitutione, l.4. & 5. tit.11. p.5.* quibus probatur quod adul- 31
tus curatorem habens, non poteſt probare abſque ipſius licentia, & authoritate, ergo nec recognoſcere cautionem, ſiue ſchedulam à ſe ſubſcriptam in fauorem alterius. Et quia minor 20. annis non habet legitimam perſonam ſtandi in Iudicio, vt iam alibi latè dixi, *in cap.9. de Iudiciis.* Quia reſpondeo hæc procedere in actibus, qui ordinantur ad ſententiam, vtpotè ſi adultus comparet in contradictorio Iudicio; non vero quantum ad alios actus, qualis eſt iſte recognitionis; ita expendit Guttierrez *vbi ſuprà.*

Ex his pro complemento ad intellectum *d. l.5. tit.21. lib.4. recopil.* noto quod ſi non proce- 32
dat prædicta recognitio, aliàs per Iudices priuatum inſtrumentum, quantumcunque fuerit teſtibus comprobatum, exequendum non eſſe. Quare licet Chirographum trino teſte notatum, habeat vim publici inſtrumenti, iuxta textum, *in d. l. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur*, & *l.31. tit.21. part.3.* tamen non ob id executioni mandabitur abſque recognitione iudicialiter facta, quia licet talis ſcriptura ex teſtium comprobatione authoritatem habeat publici inſtrumenti, illud tamen erit, vt plenius in Iudicio probet, vt benè adnotauit Auendañ. *in dicto cap.30. Prat. n.5.* ſed non vt executioni mandatur, *ex dictis quæſtione præcedenti*, in verſic. *ad ſextam*, & in verſic. *ad quartam:* ſequitur Rodriguez *de executione d. cap.1. art.2. n.16.* † Qui 33
n.17. ait cum Ioanne Guttierrez *dicta quæſt 124. lib.1. pract. num.30.* quod ſi quis recognoſceret ſuam ſubſcriptionem tantum, vel ſcripturam, licet negaret debitum adhuc executionem fieri debere dicit Salius tamen ſuis defenſionibus.
† Et *num.18.* agit benè de remedio, quo vtitur 34
actor in Iudicio, ad hoc vt debitorem ad recognoſcendum inducat, de quo iam alibi dixi.

Vbi etiam *n.19.* agit de praxi, qua vtitur Iu- 35
dex contra negantem ſuam ſcripturam, nempe vt faciat quod debitor propria manu aliam ſcribat, vt ſic habeatur litterarum comparatio, quæ non plenè probat per ſe, ſed ſimul cum teſtibus, vt iam in hoc textu adduxi.

QVÆSTIO

Qvæstio VI.

An inſtrumenta publica regulariter executioni mandentur: Et an inſtrumentum publicum abſque clauſula guarentigia habeat executionem paratam: Et an vt executionem habeat: debeat continere certam quantitatem: Et quid de inſtrumento in diem, aut ſub conditione: Et quando exaquatur inſtrumentum ſocietatis, Vbi de formula inſtrumenti executiui pro cauſis pecuniariis remiſſiue?

Svmmarivm.

1 *Inſtrumenta publica, vt hodie exequi poſſint à quo Tabellione debeant eſſe confecta, n.*2. 3 4. 5.6.7.8.9.

10 *Inſtrumenta publica de iure ciuili executionem paratam non habet: fallit, num.* 11. *quid ſi habeant guarentigiam, num.* 12. 13. *tam de iure ciuili, quam Regio, n.* 14.15.

16 *Inſtrumenta guarentigia, vt exequi poſſint, debent habere certam quantitatem, num.* 17.18. 19.20.

25 *Inſtrumentum habens clauſulam guarentigiam, & certam quantitatem, ſed non liquidam, qualiter exequi poſſit, n.*22.

23 *Inſtrumentum guarentigiarum conceptum ſub conditione, vel in diem nequit executioni mandari, etiam ſi hæc tantum ſubintelligantur, num.* 24. 25. *vbi declaratur, & vt exequi valeat, quid actor probet, numero* 27.

25 *Confeſſio inſtrumentalis de dote exequi poteſt.*

28 *Inſtrumentum ſocietatis finita ſocietate, exequi poteſt, præcipuè liquidatione facta, vel de conſenſu partium, n.*29.30.

31 *Inſtrumenti executiui formula pro cauſis pecuniariis & de aliis remiſſiuè.*

1 VTcunque ſatisfaciam præfatis difficultatibus memento eorum, quæ addaxi, *ſupra ad Rubricam de inſtrumentis Authenticis*, & quæ retuli, *ſupra in hoc cap.*1.*quæſt.*1. Et quia nunc intendo diſceptare de inſtrumentis publicis, quæ habent executionem paratam, tam de iure communi, quam de Iure Regio; ideo ſcire neceſſum eſt à quo Tabellione debeant talia inſtrumenta confici. Eſt ergo dicendum primo quod licet inſtrumenta confecta à publicis Tabellionibus publica ſint, ſed non ob id veniunt illico executioni mandanda, quia Iure Regio diſpoſitum eſt, vt Inſtrumentum, quod exequi poteſt, debet eſſe publici Notarij, aut Tabellionis numerarij ciuitatis vel loci, vbi contractus fuit celebratus manu confectum, quia Tabellionibus numeratiis, & non aliis Regiis Tabellionibus, niſi in certis, & ſpecialibus caſibus Iure Regio conceſſum eſt contractus, obligationes, ſeu ſcripturas, & teſtamenta conficere, vt ſancitum extat, *in l.*4. *tit.*18. *lib.*2. *ordinam.& in l.*1.*tit.*25.*lib.*4 *recop.& in l.*10. *tit.*19. *lib.*9. *recop.* tamen inſtrumenta ab iſtis confecta, non poſſe executioni mandari tradunt Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*19. *part.*1.*in Gloſſa*, verbo *vecinos* Didacus Perez *in l.*5. *tit.*8. *lib* 3.*ordin.in Gloſſa* 2. verſic. *Cartas y contratos publicos*. Parlador *lib.*2.*rerum quotidianarum*, §. 12. *limit.* 1. *n.*1. & 2.

Et Paz *in praxi* 4.*pract.cap.*1. *num.*6. *in fine*, ait quod ſi in loco certus numerus Tabellionum deputatus non ſit, tunc poſſe Inſtrumenta confici coram publico Tabellione Regio, quæ executionem habeant paratam. 2

Quare infero ſecundo quod ſcriptura facta à Notario ciuitatis conſilij, vel populi, vbi contractus ſit, publica ſit, tamen executioni mandari non poterit, etiamſi ſigillo ipſius Tabellionis, ſit ſigillata, & quamtumuis ſuper rebus conſilij ad ciuitatem pertinentibus facta ſit, quia licet aliquando his publicis Tabellionibus permittatur ſcripturas aliquas conficere de rebus ad conſilium ſpectantibus, & aliquarum rerum obligationes facere, id ſolum proderit, quoad probationem, non ad executionem niſi aliud de conſuetudine habeatur: ita Azeuedus *in l.*1.*tit.*11.*l.*4.*recop.* *n.*31. Amator *de executione*, *c.*1.*art.*4.*n.*22. verſic. *vnde.* 3

Et ſic tertio infero, quod inſtrumenta confecta à Tabellionibus Regiis vulgo *Reales*, qui aſſignati non ſunt numero alicuius ciuitatis, aut populi non merentur executionem, & huius metri reputantur Tabelliones Regij, qui in curia Regia, & in publicis Cancellariis Regiis reſident. 4

Item infero quarto Inſtrumenta ab Imperialibus Tabellionibus, ac Notariis Apoſtolicis confecta, non habere paratam executionem, cum ex Regia diſpoſitione id eis prohibitum ſit circa contractus ſeculares, ſcripturas, aut obligationes conficere ex Textu *in lib.*19.*tit.*25 *lib.*4. *recopil.* tradit Couarruuias *in pract cap.*19. *num.*9. *in fine*, melius Didacus Perez *in lib.*2. *tit.*6. *lib.*2. *ordinamenti in Gloſſa* 1. verſiculo *eleganter* 11. & Parladorius aliorum doctrina id comprobans, *dicto*, §. 12. *limit.* 1. *num.*9. † Rectè Palacios Rubios *in Rubrica de donationib. inter*, *num.*10. vbi docet Notarium Apoſtolicum in Regno Siciliæ de rebus temporalibus conficere Inſtrumentum poſſe, quia eſt feudum, Eccleſiæ, † Et ſic idem Palacios, *num.*25. ſubiungit quod ſi imperialis Notarius, ſeu Tabellio conficeret Inſtrumentum in eius imperio, & adduceretur ad noſtrum Regnum, integram fidem faceret, imo & exequendum eſſe attento Iure Regio *in l.*1. & 2. cum aliis. † Quare idem ex doctrina Baldi *in l.*1. *quæſt.*4. *Cod.ne filius pro patre*, & ex Gregorio Lopez *in l.* 8. *tit.*18.*part.*3.*in Gloſſa finali*, & ex Gomezio *in l* 64. *tauri*, *num.*8. docet Inſtrumenta facta à publicis Tabellionibus, ſeu Notariis extra Regnum paratam habere executionem in noſtro Regno, dummodo in eo eorum executio petatur. † Ac paritur publica Inſtrumenta in hoc regno exequenda fore in Regno extraneo ex eo nam licet quoad deciſionem cauſæ, vtpote ſi ageretur de validitate contractus, ſpectari debet ſtylus illius loci, ſeu prouinciæ, vbi talis eſt celebratus contractus: tamen quoad ordinem iudicij, & executiones faciendas non locus contractus, ſed iudicij ordo, & ſtylus attendẽdus erit, in quo ipſius Inſtrumenti executio poſtulatur *vt ex l.*2.*C.quemadmodum teſtamenta aperiantur*, & *ex doctrina Bartoli*, & *illic*, Iaſon *in l. cunctos populos*, *n.*58. notant Paz *in praxi* 4. *p. tom.*1. *cap.*3. *num.*18. & 29. Parladorius cum aliis *d.*2. *p. rerum quotidianarum*, §. 12. *ampliatione* 3. *n.*13. Rodriguez *de executione* *d.c.*1.*art.*4 *n.*14. 5 6 7 8 9

10 His ergo iactis iam ad primam difficultatis partem reſpondeo, dico de Iure communi regulariter Inſtrumenta publica non poſſe executioni mandari ex Textu *in l. minor 25. annis cui fideicommiſſum in princ. ff. de minor.* per quem ita tenet Iaſon *in l. pactum inter heredem, ff. de pactis, & in l. 2. num. 9. ff. de Iureiurando:* bene Angelus *in l. cum dotem, §. eo autem tempore col. 1. ff. de ſoluto matrimonio*, Felinus *in c. tranſlato, num. 3. de conſtitut.* ſequuntur multi, quos refert Salcedo *in additionibus ad Bernardum Diaz in Regula* 344. vbi hanc communem appellat ſententiam: Sed idem Iaſon *in l. 2. Cod. de dicto Diui Adriani tollendo col. 2.* hanc regulam limitat ſex modis, & Boërius *in deciſ. 295. à num. 5.* regulam ampliat duobus modis, & limitat vndecim. † Et 11 Franciſcus Baldus *de præſcript. 2. p. tertia partis, princ. num. 16.* ait poſſe ſtatuto fieri quod Inſtrumenta habeant executionem paratam, & Decius *conſ. 682. num. 4.* limitat in Inſtrumento guarentigio, & Inſtrumento iurato: multa alia videnda refert Gratianus *Regula* 179. & tenet præfatam Regulam Paz *in praxi dicta 4. p. cap. 1. num. 6.* & de rationibus ad ſaturitatem videbis Rodericum Suarez *in repet. l.* poſt rem iudicatam in declaratione ad legem Regni, *à num. 6.* Alios adducit Amator *de executione d. art. 4 n. 13.* videbis quæ longe ſcribit Gutier. *de iuram. confirmat. p. 1. q. 62.*

12 Ad ſecundam reſpondeo ſi prædicta Inſtrumenta, & ſcripturæ clauſulam habent guarentigiam, tam apud Italos, quam apud nos de Iure noſtro Regio, habere executionem paratam omnes, & indubitanter tenent, licet noſtra guarentigia clauſula à noſtris Tabellionibus ſolita apponi in Inſtrumentis deferre videatur ab illa, quæ apud Italos apponi conſueuit, vt animaduertit Baldeſius *in additionibus ad Rodericum Suarez in dicta declaratione legis Regni in princip. littera C*, Quare non eſt cur admitti videatur ſententia Doctorum dicentium Ius commune eſſe per Ius noſtrum Regium correctum, quatenus probare conantur publica Inſtrumenta de Iure noſtro Regio etiam abſque clauſula guarentigia poſſe illicò executioni mandari: ita notat Paz *dicta 4. p. cap. 1. num. 6. per Textum in l. 1. & 21. tit. 2 lib. 4. recopil.* dum tamen confecta ſint à Tabellione, ſeu Notario, *del numero*, vt iam dixi, & ſic Didacus *de ſegura in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obligat. tom. 101. col. 3. cum pluribus ſequentibus*, verſic. *tertia deferentia*, docet de conſuetudine, & Iure præſcripto Regio in hac parte Ius commune correctum eſſe, & Palacios Rubios *in l 63. tauri, n. 1.* affirmat hoc modo practicari in quolibet Inſtrumento confecto per Notarium, licet non ſit guarentigium.

13 Vnde valde dubium eſt inter Doctores noſtros an de Iure Regio ſit aliquid ſpeciale, quod non adeſt de Iure communi, nam ſi vt dixi de Iure communi, Inſtrumentum publicum iuratum ſiue cum clauſula guarentigia exequi valet, & hoc idem procedit de Iure Regio; ſequitur vt ſi iſto Iure Inſtrumenta publica abſque clauſula guarentigia à Tabellione *del. numero* Confecta executioni mandari non poſſent, nulla ratio ſpecialitaris adeſſet; imo ratio vtriuſque Iuris eſſet exequata, quod non admittunt Parladorius *lib. 2. rerum quotid. dicto, §. 12. ampliatione 2. per totam*; Auiles *in capitibus prat. cap. 10. Gloſſa executionib. num. 1. per totum, & allegat. cap. 10. prator. & l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ordin. qua eſt dict. l. 1. & 2. tit. 21. lib. recop.* Antonius Gomez. *in l. 64. tauri*, Auendañus *in ſuo dictionario*, verbo *ſcriptura.* Et hanc ſententiam vt veriorem admittit Gratianus *dicta Regula 179. num. 10.* contra alios infra referendos ex verbis Textus *in dicta l. 2. tit. 21. lib. 4. recopil.* ibi *cartas y contractos publicos*, *& ex l. 10. tit. 17. lib. 5. recopil.* ibi *obligationes publicas que traen a pare jada execucion*; Sed ſic eſt quod illud dicitur Inſtrumentum publicum, quod fit per Notarium publicum, vt iam ſupra notaui: ergo. Et iſto fundamento ſic tenuit Ioannes Baptiſta *in antinomia Iuris communis*, verbo *Inſtrumentum 21.* Matienco *in dicta l. 10.* & addit Gratianus id etiam probari, ſiquidem chirographus recognitus, ideo exequi poteſt, quia haber vim publici Inſtrumenti, vt bene iam ſupra adnotaui, *ex l. 5. & 6. tit. 22. lib. 4. recopil.*

Verum quia ſicut de Iure communi, deficiente clauſula guarentigia Inſtrumentum publicum non exequitur, ſic nec de Iure Regio abſque ea exequi valere notat alia communior, & practicabilior opinio, quam vt veriorem, ſequitur Rodericus Suarez *vbi ſupra in dicta declaratione ad legem Regni, num. 10.* Couarruuias *lib. 2. variar. cap. 11. num. 3.* plures refert Rodriguez *de executione dicto cap. 1. art. 4. num. 19.* in verſic. *caterum.* vbi ita tenet, & Paz *vbi ſupra dicto cap. 1. p. 4. à num. 10.* eam dicit in praxi receptam, & vſu forenſi totius Hiſpaniæ ſic ſeruari affirmat *ſegura vbi ſupra.* Rebuffus *in tractatu de litter. oblig. in præfatione, num. 8.* & probant Iura *in dicta l. 1. & in l. 5. & l. 19. tit. 21. lib. 4 & recop.* à quibus debet intelligi diſpoſitum *in dicta l. 2. & in d. l. 10.* quibus fundata eſt prior Doctorum ſententia; etenim *dicta l. 5.* expreſsè loquitur in finalibus verbis *de los contratos guarentigios.* 14

Has tamen opiniones conatur componere Didacus Perez *in l. 4. tit. 8 lib. 3. ordin. Gloſſa 1.* verſic. *probari tamen*, ſcilicet quod cum formis traditis à Tabellionibus in contractibus conficiendis prædicta clauſula ſolita ſit apponi, ſemper appoſita cenſetur, quando omiſſa fuerit: argumento Textus *in l. fin. Cod. de fideiuſſoribus*, Minchaca *de ſucceſſionum creatione, lib. 1. §. 6. num. 53.* verſic. *denique*, & tunc quia ex fictione Iuris præſumitur talis clauſula appoſita; ideo executioni mandari poſſe, & in hoc caſu Saluari primam ſententiam, tradit Paz *vbi ſup. n. 12.* 15

Ad tertiam quæſtionis partem, an vt hæc Inſtrumenta guarentigia habeant executionem paratam, debeant habere certam quantitatem, & affirmatiuè reſpondeo, non debent habere certam quantitatem, certumque contractum, & conuentionem in ſe continere, vt colligitur ex Textu *in dicta l. ordin. & in dicta l. 1. tit. 21. lib. 4. recop.* ibi *cartas y contratos publicos, y recaudos ciertos de obligaciones*, ibi bene Azeuedus *num. 34.* optime Rodericus Suarez *in dicta l. poſt rem indicatam in declaratione, l. Regni, limitatione 4.* Auendañus *ibidem, num. 22.* qui docent quod certa obligatio, & conuentio dicetur quando in ea certum debitum continetur, quod oculo, ac ſenſu patet. † Et dici etiam poſſe Inſtrumentum certum, ſi per confeſſionem aduerſarij patet de quantitate, cum confeſſio in ciuilibus facta à maioribus 29. annorum pro 16 17

veritate

veritate habeatur, *leg. certum, ff. de confeſſis.*

18 Vel quando illud, quod in Inſtrumento continetur certum ſit Iure, aut ſtatuto, aut aliqua conſuetudine approbata, de quo ponit exempla Innocentius, *in cap. cum ad ſedem de reſtitutionibus ſpoliatorum*, expendit vlterius Auendañus *ſupra*, in verſic. *item poteſt dici:* Et de clauſula guarentigia videbis Carleualum *de Iudiciis, part. 2. cap. 6. tit. 3. à numero 7.* vbi cum infinitis agit de effectibus huius clauſulæ.

19 Itaque fit vt Inſtrumentum publicum à Tabellione numerario confectum, vbi numerus Tabellionum fuerit, vel à Tabellione publico Regio vbi numerus defuerit, habens prædictam clauſulam guarentigiam mandari poſſit executioni, licet in tali executione non fuerit appoſitum verbum, *promitto*, vt puta ſi in tali Inſtrumento apparuerit debitorem recepiſſe certam quantitatem pecuniæ ex dotis cauſa, vel mutui abſque, eo quod promittat ſe redditurum, vt eleganter docet Rodericus Suarez *in dicta l. poſt rem iudicatam in declaration l. Regni*, verſic. *ſecundo extende:* notat Paz *dicta 4. p. cap. 1. numero 13. & 14.* Et ad hoc applicabis quæ dico *infra*, in verſic. *ad ſextam.*

20 Sed ſi Inſtrumentum incertam quantitatem, aut debitum habeat, aut liquidum non ſit, non meretur executionem, ex dictis legibus Regiis, & docent in terminis Auiles *in capitibus Prætor, dicto cap. 10. in Gloſſa*, verbo *execucion, num 49.* Rebuffus *in comment. conſtitut. Franciæ tit. de litteris obligator. art. 1. Gloſſa 9. num. 8.* Menochius *de adipiſcenda poſſeſſione remedio 5. quæſt. 9. num. 59.* probat doctiſſime rationibus, & authoritatibus Couarruuias *dicto lib. 1. variarum, cap. 11. n. 1.* vbi videbis, quia longe diſputat.

21 Quod ſi quantitas in Inſtrumento adiecta, certa ſit, ſed non liquida, poterit nihilominus, ſi habet clauſulam guarentigiam executioni mandari, veluti pro intereſſe damnorum, vel expenſarum, dummodo ſummariè, citato prius reo illa quantitas incerta liquidetur, & probationibus ab vtraque parte productis ſuper hac liquidatione, executio fiat, deturque mandatum à iudice de capiendis pignoribus, vel in eorum defectum, de detrudendo reum in carcerem; itaque ante prædictam ſummariam quantitatis diffinitionem, non debet dari illud iudicis præceptum, qua in re praxis obſeruanda eſt, ſcilicet quod habens Inſtrumentum publicum incertum, & non liquidum, producat illud coram iudice petens eius executionem, aſſerenſque quod in primis, & ante omnia iudex citato reo recipiat ſummariam informationem ſuper certitudine & liquidatione illius contractus, quam in continenti probare paratus ſit; & quod præcipiat reo reſpondere cum iuramento poſitionibus ab eodem actore poſitis ſuper liquidatione, & certitudine quantitatis contractus, & liquidata quantitate pro ea iudex mandet executioni prædictum Inſtrumentum, quod tunc exequi: ſic tradit Paz *dicta 4.*
22 *p. in praxi, cap. 1. à num. 15. vbi num. 17.* aduertit, vt actor caueat, ne ſuper tali liquidatione petat à iudice, quod ſententiam interlocutoriam pronuntiet. Et hanc praxim colliges ex Couarruuias *dicto lib. 2. variar. cap. 11. num. 11.* verſic. *in ſumma*, poſt Baldum, Bartolum, & alios contra Paulum de Caſtro eam docuit Auiles *in dicto cap. 10. præt.* Gloſſa *execucion, num. 53.* Rodericus Suarez *limitatione 4.* Alia plura tradit Amator *de executione, dicto cap. 1. art. 4. à n. 29.* vbi aduertit quod ſi iudex non facta liquidatione illud exequatur, non nullitatis defectu, ſed appellationis remedio emendabitur per ſuperiorem, de hoc puncto late ſcribit Zeuallos *de laſſ. p. 2. cap. 39.* ad vtranque partem agens & dico *infra in c. quoad conſultationem 15. de ſententia & re Iud. q. 4. à n. 1.*

Ad quartam quæſtionis partem de Inſtru- 23
mento ſub conditione, vel in diem guarentigiato concepto, exequi valeat, dico executioni mandari non poſſe, tanquam non liquidum, donec purificetur conditio, vel dies veniat, etenim conditio expreſſa habet effectum ſuſpenſiuum, & impedit natiuitatem actionis, & obligationis, *l. cedere diem ff. de verb. ſignif. Gloſſa communiter recepta.* verbo *male in l. item quia ff. de pactis*, & ſic Couarruuias *lib. 2. variar. cap. 11. num. 2.* Auiles *in capitibus prætor 10. num 48. & 57.* Rodericus Suarez *vbi ſupra num. 5.* & alij communiter tenent, *& in dicta l. 1. tit. 22. lib. 4. recopil.* vbi Azeuedus *num. 21. & 36* Gomezius *tom. 2. variar. cap. 21. num 29* verſic. *item etiam*, dicens ita demum contractus conditionalis, adimpleta conditione, mandabitur executioni, ac ſi purè fuiſſet celebratus, vbi alia tradit: ſequitur ex multis Amator. *de execut. d. c. 1. art. 4. à n. 31.*

Et ex præcitatis infero quod ſi conditiones 24
tacitè in contractibus ſubintelligantur, nullo modo poſſint executioni mandari, donec adueniat, veluti ſi in Inſtrumento fructus ex fundo mihi promiſſi ſunt, aut dos aliqua ſtipulata, & promiſſa ſit, quia tacita illa promiſſio intelligitur, ſi fructus naſcantur, aut matrimonium ſequutum ſit iuxta Textum *in l. interdum*, & ibi communiter Doctores, *ff. de verb. obligat. & in l. 1. §. vltimo, ff. de condit. & demonſtrat. & in l. ſtipulationem, ff. de iure dotium*, ſed verificatam eſſe conditionem non oportere, vt probet actor quando de per ſe clarè conſtiterit, aliàs fore neceſſarium tradit idem Amator *in dicto num. 31.* verſic. *idemque*, cum Gomezio, Azeuedo, Suarez, & aliis iam relatis. † Vbi *num. 32.* ex aliis etiam refert quod 25
executio fieri, non ſolum valet pro rebus puris, & liquidis in publicis Inſtrumentis expreſſis, & comprehenſis, verumetiam pro his, quæ non ita expreſſa continentur, ſed tacitè cōprehenduntur.

Quare ſi quis confiteatur in Inſtrumento ſe 26
habuiſſe mille aureos in dotem ſoluto matrimonio, habebit executionem hoc Inſtrumentum, licet nulla fiat reſtitutionis mentio, quia à Iure intelligitur, vt ſoluto matrimonio, dos reddatur, & promiſſio reſtitutionis facta præſumitur de Iure: argumento Textus *in l. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione & in l. iuriſgentium, §. quidfere, ff. de pactis, l. ſi duo patroni, § patronus, ff. de Iureiurando, l. pluribus, ff. de verb. oblig. l. à ſe toto, ff. de hered. inſtituendis, l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtrat.* Baldus *in dicta l. vnica, §.* & vt plenius: late Parlador *2. p. rerum quotid. §. 11. ampl. 4. à num. 18.*

Et pro complemento notabis ad praxim, quod 27
vt tale Inſtrumentum conditionale exequi

valeat, debet probare actor prius ſummariè, citato aduerſario conditionem adimputam, ſeu diem veniſſe ſic Couarruuias *dicto cap. 11. lib. 2. variar. num.2.* cum multis aliis Paz *in praxi, dicta 4. p. cap. 1. à num. 18.* & iudex ſeruabit eandem praxim, de qua dixi reſpectu Inſtrumenti liquidi in verſic. *quod ſi quantitas*, ſed eam limitat in vno caſu Rodericus Suarez *in dicta l. poſt rem iudicatam limitat. 4. num. 9.* & in alio caſu procedere ait Couarruuias *in dicto cap. 11. num. 1. verſic. quarto*, vbi videbis.

28 Ad quintam quæſtionis partem quando exequatur ſocietatis Inſtrumentum, ſi Socini teneas ſententiam *conſ. 265.* Gregorij *in lib. 10. tit. 10. p. 5.* Gloſſa verbo *pudiendoſe* in fine, dices poſſe Inſtrumentum ſocietatis, finita ſocietate mandari executioni pro ſorte principali, & ſtatim à ſocio, hoc eſt ab eo, qui eſt (Caja, alterum ſocium qui poſuit capitale executiuè repetere poſſe antequam liquidum ſit amiſſum, vel aliquid amplius, vel lucratum ſit in tali ſocietate, & procedere etiam ſi poſitus non fuerit calculator, nec rationes fuerint reuiſæ, cum ſocius intra decem dies oppoſitionis de amiſſione, vel compenſatione poſſit opponere, & probare: ita ſequuntur Socini ſententiam relati à Scobar. *de ratiociniis, c. 21. n. 5. in fine.*

29 Sed Parladorius *dicto lib. 2. rerum quotid. §. 11. num. 35.* putat ſententiam Socini non eſſe veram nam cum huiuſmodi Inſtrumentum liquidum non ſit, & ſocietatis ea ſit natura, vt damna & lucra ſecundùm pactum, & conuentionem in ſecunda ſocietate dicta communicentur, *vt in l. 1. Cod. pro ſocio, & l. mutuis*, cum aliis, *ff eodem tit.* ideo dicit non exequendum inſtrumentum ita incertum, niſi prius rationibus factis reliquorum legitima facta ſit liquidatio: faciunt notata ab Auendaño *in cap. prat. 2. p. cap. 29. num. 5.* verſic. *nec obſtat*, & à Neguſantio *de pignor. 5. p. membro 1. num. 36.* in ſingulari caſu cuiuſdam matris ex inſtrumento obligatæ filiorum tutelæ, aut curationis rationes reddere.

30 † Tamen ipſe Parlador putat Socini ſententiam poſſe ſuſtineri, cum à principio in contrahenda ſocietate expreſsè id cautum fuerit per pactum, vt finita ſocietate pro data pecunia, executio peti poſſit. Et de hoc dubio ſocietatis nouiſſimè cum multis agit omnino videndus Carleual. *de iudiciis, p 2. tit. 3. cap. 7. per totum*, vbi agit de quæſtione, an poſſit fieri executio pro capitali ſocietatis, vel adminiſtrationis ante redditam rationem; & quia longè agit pro vtraque ſententia cum multis ipſum videbis.

31 Ad vltimam de formula Inſtrumenti executiui pro cauſis pecuniariis cũ ex adductis ſatis colligatur, non tracto, ſed ſi deſideras curioſa videre, leges Matthæum Collerum *de proceſſibus executiuis, p. 1. cap. 10. per totum*, legendus etiam *à c. 1.* cum aliis cum ex propoſito nouiſſimè agat, leges etiam ipſum tota ſecunda parte 2. infinita de executione debiti qualiter & contra quos *& ibi cap. 2.* de inſtrumentis quæ merentur executionem paratam, *& part. 3. cap. 1. ibi* de exceptionibus impedientibus paratam executionem, *& cap. 2.* de exceptionibus in continenti probabilibus de quibus latè non repeto cum practicis non ſint abſconditæ.

QVÆSTIO VII.

An ex inſtrumento publico in quo aliquid factum promiſſum eſt poſt moram commiſſam, habeat locum executio pro intereſſe: Et an Inſtrumentum, in quo debiti cauſa deducta, non eſt, paratam habeat executionem: Et an in ratiociniis, ſeu adminiſtratione tutelæ: Et an clauſula guarentigia, ſecundùm praxim hodiernam, differat ab ea, quæ Italico Iure ſolebat inſeri: Et an vt Inſtrumenta publica obligent, & mandari queant executioni, debeant prius legi à Tabellione partibus ipſis?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, quod continet aliquid factum, quando executionem habeat, & n. 2.*

3 *Inſtrumentum, in quo debiti cauſa deducta non eſt, non habet executionem paratam.*

L. 2. tit. 116. lib. 4. recopilationis.

4 *Executio Inſtrumenti an fiat facta liquidatione accepti antequam addati partitas perueniatur n. 5. & 6.*

7 *Adminiſtrator, tutor, curator, finito officio per executionem compelluntur ad rationem reddendam, n. 8. 9. 10.*

11 *Clauſula guarentigia in Inſtrumentis, quid ſibi velit apud nos, & apud Italos, num. 12. 13. 14. 15.*

16 *Inſtrumenta publica, vt exequi valeant, debent poſt eorum confectionem legi à Teſtibus, n. 17. 18. 19.*

17 L. fideicommiſſa, §. quoties, ff. de leg. 2. l. contractus, C. de fide inſtrum.

18 *Teſtamentum legi debet à Tabellione ipſi teſtatori, & eius Teſtibus:* fallit, n. 19.

20 *Lectum fuiſſe Inſtrumentum partibus, & teſtibus non præſumitur, niſi caueatur per Notarium in ipſo lectum eſſe: Quid de ſigillo, num. 21.*

Ad primam quæſtionis partem, de qua longè agunt Doctores *infra* referendos, breuiter dico, quod ſi factum aliquod promiſſum ſit Inſtrumento guarentigio, ſi in eo nominatim expreſſum ſit, vt ſi factum illud, non adimpleatur poſt moram commiſſam, aliquid pro intereſſe præſtetur, & tunc conueniunt Doctores pro illo intereſſe, locum habere executionem facta prius liquidatione eius quod intereſt, vt iuxta Bartoli mentem *in l. 1. ff. de leg. 2.* teſtantur Couarruuias *lib. 2. variar. cap. 11. num. 1.* Azeuedo *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil. num. 42.* Meneſes *in dicta l. 1. num. 47.* Tamen ſi factum aliquod promiſſum fuit in tali contractu, & Inſtrumento publico, nec damnum aliquod, vel Inſtrumentum ibi ſit expreſſum, ſed vt ipſi dicunt intellectualiter, & iuris diſpoſitione comprehendatur, vt in obligationibus faciendi, in quibus poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe iuxta Textum *in l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus, ff. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio, §. fin ff. de re iudicata. §. fin. inſtit. de verb. obligat.* vt docent Gomez *tom. 2. variar. cap. 10. n. 21.* 1

Pichardus

Pichardus *in diſputatione de mora num.*165. veluti ſi promiſiſti mihi facere domum inſtrumento publico, & eam non feciſti, eris obligatus ad intereſſe, tamen pro eo locus non datur viæ executiuæ, quia hoc intellectuale intereſſe non meretur executionem, tanquam incertum, & non liquidum quod in termino executionis poſt modum liquidabitur.

2 Et quod dictum eſt quando locum habet executio pro intereſſe intelligitur, dummodò ex Iuris diſpoſitione talis ſit facta obligatio in inſtrumento comprehenſa, vt non obliget preciſè ad factum ipſum promittentem, ſiquidem ſolent eſſe caſu, in quibus facti promiſſio præciſa eſt, & non alternatiua, licet generaliter ſit obligatio alternatiua, ſcilicet ad factum, ſeu intereſſe iuxta ea, quæ docent Antonius Gomez. *dicto lib.*2. *var.cap.* 10. *num.*27. videndus Parladorius *lib.*1. *rerum, quotid. cap.*6. §.11. *à n.* 1. videbis eundem *ibi limit.* 4. *num.*34. *& in* §. 2. *ex n.*8. vbi videtur eſſe contra diſtinctionem iactam videbis Iaſon. *in l. certi conditio, num.* 20. *ff. ſi certum petatur*, Didacus Perez *in l.* 4. *tit.*8. *lib.*1. *ordin. in Gloſſa* 1. verſic. *vtrùm executio*: tradit Amator *de excutione cap.*1. *art.*4. *à n.*38.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt pleniùs reſpondeas applicabis nonnulla quæ adduxi *ſupra in cap. dilecti 6. de Iudic. & dicenda infra in cap. ſi cautio hoc tit.* Quibus ſuppoſitis ad punctum, de quo nunc dico, quod vt inſtrumentum contractus trahat ſecum executionem paratam, debet habere incertam & expreſſam cauſam debiti & obligationis: ſic *ex dicto cap. ſi cautio item* ex textu *in l. fin. tit.*13. *ibi enon dicen ſenalada raçon porque deben dar aquello*, vbi eleganter Gregorius Lopez. *& in l.* 119. *tit.*8. *p.*5. ibi *el otorgamiento que eſta eſcrito es con raçon* probat efficaciſſimis rationibus, Antonius Gomez. *tom.* 2. *var. cap.*11. *num* 5. Ioannes Guttierrez. *de Iuramento confirmatorio cap.*47. *n* 4. Matienço *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.*4. *recop. Gloſſa* 5. *num.*3. 8. Azeuedo *ibi in* verſic. *enqualquier manera*, Paz. *in praxi* 4. *p. tom.* 1. *cap.*3. *n.* 10. Rodriguez. *de executione dicto cap.*1. *art.*4. *num.*44. verſic. *ſed contrariam* vbi addit quod etſi cauſa non ſit expreſſa, ſufficiet quod probetur per partem ex doctrina Baldi *in l. generaliter, Cod. de fide inſtrument.* quam exornat Gregor. Lopez. *Gloſſa* verbo *ſenalada raçon in dicta l. fin. tit.*13. *p.*5. Nec huic doctrinæ obſtant Doctores alij qui affirmant cauſam non eſſe neceſſariam ex textu *in l.*3. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinam, quæ ex l.* 2. *tit.*16. *lib.* 4. *recopil.* quia iſta lex in illis verbis *pareçiendo que alguno ſequiſo obligar aotro por promiſion, o por algun contracta, o en otra manera ſe ha temido de cumplir a quello a queſe obligo*, & in verſic. *mandamos* tantùm voluit tollere ſolemnitates verborum, & præſentiam contrahentium requiſitam de Iure communi, non verò fomentum, & ſubſtantiam obligationis, quod vtique contingeret, ſi cauſa in ea non exprimeretur, nec inſtrumento adiecta eſſet non enim præſumitur animus obligandi, vbi cauſa deficit, ſed potius error, qui conſenſum tollit: argumento textus *in l. ſi per errorem, ff. de Iuriſd. omnium Iudicum, l. Procurator la.* 2. *ff. de acquirendo rerum dominio* quare non eſt ſuſtinendus Parladorius, qui *in cap.* 3. *lib.*2. *rerum quotid. num.*54. *& in* §.12. *ampliatione* 5. *& in* §.11. *amp.*4. *num.*23. Dueñas *regula* 11. *& reg.* 118. *in fine Author Curiæ Philipicæ* 2. *p.* §. 7. *num.* 6. *ſegura in l. ſi ex legati cauſa*, verſic. *tertio infero, ff. de verb. oblig.* affirmantes contrariam ſententiam eſſe veriorem, quæ mihi non apparet improbabilis, cum Iudex crebriùs conſideret modum ſe obligandi, & non aliam perfectiorem formam, ſcilicet cauſam, ſiquidem de ea expreſsè non cauetur *in dicta l.*2. *ibi mandamos que toda via vala la dicea obligaçion o contracto que fuere fecco en qualquier manera que parezca que quiſo obligar aotro.*

4 Ad tertiam quæſtionis partem an facta liquidatione accepti ex inſtrumentis publicis, & guarentigiis, antequam ad dati partitas perueniatur pro partitis accepti liquidi, & confeſſatis Adminiſtrator executari poſſit, & affirmatiua ſententia fulcitur, ex eo quia cum partitæ accepti vulgò *de el cargo* ſunt liquidæ, earum executio non debet retardari oppoſita exceptione de non liquidis, cum liquidi ad non liquidum locum non habeat compenſatio, *l. fin. Cod. de compenſat. l.* 20. *tit.* 14. *p.*5. Tum etiam quia quoties quis reddendo rationem, ſe debitorem confitetur, etſi appellauerit à confeſſione debiti confeſſati, audiri non debet iuxta textum *in l. abſtinendum, ff. quorum appellationes non recipiantur.*

5 Verùm vt interim quod expenſi ratio non recipitur, non poſſint capitula accepti quantumcunque clara, liquida, & guarentigia executioni mandari alij tenuerunt, quia cum ratio ſit quædam dati & accepti commemoratio, *vt in l. ſi quis ex argentariis*, §. *rationem, ff. de edendo*; Ideò ante liquidatas hinc inde rationes minime locum habere executionem contendunt ex textu *in l.* §. *præterea, ff. de contrahenda actione tutelæ.*

6 Et facit etiam, nam ſi Adminiſtrator ſe obligauit, quod finito officio redder rationem, & reliqua ſoluet, quod vulgo dicitur *dar quenta compago*, adhuc illa verba non ſortiri talem effectum, vt principaliter, & de per ſe teneatur aliquid reſtituere, donec, & accepta, & data ſimul fuerunt computata, quia rationes ſunt indiuiduæ, & quia actus reddendi rationem, ſimultatem, & concurſum accepti & expreſſi ſui natura continet, docent Alexander *conſ.* 192. *n.* 1. *&* 2. *volum.*7. Baldus *in l. ſi plures, num.* 1. *Cod. de condit. inſertis* Menochius *lib.* 2. *de arbitrariis caſu* 209. *num.*31. Gutt. *de tutelis lib.*3. *cap.*1. *n.*53. Bouadilla *in ſua politica lib.*5 *cap.*4. *num.*72 *&* 78. proſequitur lariſſimè Scobar. *de ratiocin. cap.* 21. *per totum & ibi à num.*12. & facit de Iure Regio *leg.*3. *tit.*5. *lib.*9. *recopil.* ibi *porcargo, y deſcargo*, quod intelligitur quando acceptum, & expenſum procedit ab eadem obligatione, ſecùs ſi à diuerſis.

7 Ad quartam quæſtionis partem de adminiſtratione tutelæ videtur reſpondendum per fundamenta præfatæ proximæ difficultatis; Igitur Alexander *conſ.*193. *volum.*7. quem Parladorius maxime commendat *lib.*2. *rerum quotid.* §. 11. *in limitatione* 4. *num* 34. docent quod inſtrumentum tutelæ vel curæ paratam habet executionem ſuo ſcilicet officio, in hoc ſcilicet, vt cogatur Tutor, aut Curator rationes reddere, & ad eam rem continuò arbitrum rationum, & calculatorem nominare, quod ſi recuſet, vel detractet, tunc carcere, vel pignoribus captis cogatur facere, & ſic non eſſe hoc intendendum via ordinaria, quare Parladorius *exclamat contra Aduocatos* eam intendentes.

8 Imo ait Amator *de executione dicto cap.*1. *art.*4. *n.*35. cum Bartolo, Baldo, & reliquis poſſe minore aduerſus hoc diſpendium poſtulare beneficium

cium reſtitutionis in integrum iuxta textum *in l. minor. 25. annis, ff. de minoribus.*

9 Et ſic Scobar ait ex multis agens de ratiociniis *dicto cap. 21. à num. 24.* quod quando Tutor, vel Adminiſtrator in inſtrumento tutelæ, vel ſimili promiſit finita tutela accepta reddere non facta mentione rationis reddendæ via executiua poſſit compelli pro acceptis, antequàm data vi-

10 deatur & examinetur. † Et addit *num. 25.* quod Adminiſtrator, qui finita adminiſtratione librum rationis inuentarium non exhibet, ſtatim pro quantitate, quam Dominus in litem iurauerit executari poterit, quinimò Tutorem de periurio puniri, eò quod inuentarium facere prætermiſit.

11 Ad quintam quæſtionis partem quid ſibi velit clauſula guarentigia, quæ in inſtrumentis publicis ſolet apponi, vt eius virtute ſecum afferant executionem paratam, dico breuiter quod ipſa ſic poſita habet vim ſententiæ tranſactæ in rem Iudicatam, perinde ac ſi à Iudice competente factum eſſet præceptum de ſoluendo, itavt per clauſulam guarentigiam pars obligans pro condemnata ſe Iudicat, vt benè eam expendendo docent Rodericus Suarez. *in declaratione legis Regni,* Olanus *in antimonia Iuris littera I, ex n. 32.* optime Parladorius *lib. 2. rerum quotid.* §. 12. *in 2. ampliatione, à num.* 10. & alij.

12 Hæc tamen clauſula licet quantum admodum de Iure Italico deferret à clauſula, de qua nos Hiſpani vtimur, tamen quoad ſubſtantiam eundem operantur effectum; Nam inſtrumentum quod guarentigium, aut confeſſionatum apud ipſos dicitur idem ſonat, atque firmum & ratum, vt docent Azeued. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. noua recopil.* & Iaſon. *in leg. 1. §. ſi quis ita, num. 17. ff. de verb. oblig. & ex ſegura in l. ſi ex legati cauſa*

13 *num. 72. ff. eodem.* † Etenim clauſulæ *guarentigia* nomen deſcendit à verbo *guarentare*, quod apud Tuſchos, vt notat Parladorius *vbi ſupra* nihil aliud eſt, quam firmare, vt apparet *ex §. ſin autem inter partes tit. de lege Conrradi in vſibus feudorum*, vbi Baldus inquit *guarentare* eſt verbum Tuſchorum, qui appellant inſtrumentum guarentigiæ firmitatis, & præciſum, cui ſtandum eſt.

14 Etenim apud Italos eſt præceptum quoddam de ſoluendo, & erat factum à Tabellione partibus confitentibus debitum inſtrumento coram ipſo, vt notat Baldus *in l. etiam, Cod. de executione rei Iudicatæ* cum pluribus citatis à Roderico Suarez, Olano, & Parladorio, *vbi ſupra.* Habebant ergo Notarij authoritate municipali, lege, vel ſtatuto ſibi data, & conceſſa in his locis, in quibus vtebantur huiuſmodi contractibus Iuriſdictionem cartulariam, vt facere poſſint qui hac de cauſa vocabantur Iudices cartularij; Et ſic tales Iudices, qui ſimilia præcepta faciebant in creatione ſuorum officiorum efficiebantur ad hunc effectum Iudices ordinarij, vt tradit Iaſon. *in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb.* Rebuff. *in comment. ad leges Gallicas in præfatione tituli de liter. oblig. num 15.* meminit Accurſ. *in l. 1.* verbo *pro tribunali. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* exemplificat optime Azeuedus *in dicta l. 1. tit 21. lib. 4. recop. num. 15.* dicens quod poſtquam pars inſtrumentis his confitebatur ſe eſſe debitorem Titij in centum ſoluenda tali die dicebat ipſe Iudex cartularius *ego talis Notarius cartularius Iudex iubeo & præcipio tibi quod des centum hac Titio intra terminum aſſignatum ſolutioni eorum,* & hoc præceptum apud Italos erat clauſula guarentigia, quæ paratam ſecum executionem trahebat.

Tamen cum nos Hiſpani hos non habeamus 15
Iudices cartularios, nec Notarij nullam cartulariam Iuriſdictionem habere videantur hoc præcepto, & clauſulæ non vtimur tenore. Et ſic quæ ſolet in Hiſpania ad inſtrumentorum executionem publicorum à Tabellionibus publicis & numerariis apponi in his inſtrumentis, per quam pars ſe obligans dat poteſtatem omnibus Iudicibus exequendi illud inſtrumenti eſt tenoris ſequentis *para loqual todo lo que diceo es y qualquier coſa y parte de ello cumplir, pagar y mantener doy poder atodos, y qualeſquier Iuſticias de eſtos Reynos, y ſeñorios de ſu l ageſtad, ante quien eſta carta fuere moſtrada, y pedido cũplimiẽto de ella que portodo remedio y rigor dederecho mecopellan, y apremien atodo loque deo es cumplir, y pagar por mi perſona, y bienes bien anſi, y tam cumplidamente, como ſitodo loſobradiceo por ſentencia diſinitiua contramidada, y no apelada, y paſada en coſa iuſzgada, fueſe iuzgado, y ſentenciado*, de qua clauſula videbis Paz. *in praxi 4. p. tom. 1. cap. 1. à num. 9.* Azeuedum *vbi ſupra in dicta l. 1. num. 15.* Rodriguez. *de executione cap. 1. art 4. n. 17.*

Ad ſextam quæſtionis partem dico quòd Abbas *hic n. 3.* Felinus *ibi n. 17.* idem Abbas *in cap. P. Tabellio hoc tit.* docent quod ſi inſtrumentum de ſui natura ſcripturam non requirit ad eius validationem, ſi poſt eius confectionem Teſtibus non legitur, *non ob id in valid.* Verùm Decius *hic, num. 14.* & alij communiter docent vtcumque inſtrumentum ſemel confectum & ſcriptum à Tabellione legendum eſſe partibus ad eius validationem, & tradit Couar. *de Teſtamentis cap. relatum 1. num. 11.* verſic. *prima equidem* hanc doctrinam procedere in contractibus, & cæteris actibus, qui geruntur a Tabellionibus, nihilque referre an is actus neceſſariò, ac præciſè ſcripturam exigat; Nam vtcumque ſit alicuius actus inſtrumentum ad eius probationem oportet id legi teſtibus, & ipſis eundem actum agentibus, vt poſtmodùm fides inſtrumento adhibeatur, & hanc tenet Bartolus & alij *in l. fideicommiſſa, §. quoties de leg. 2. & in l. ſtatutis, Cod. de ſentent. exper. recit. idem in l. 1. num. 21. Cod. de fide inſtrum. & Iure haſtæ fiſcal lib. 10.* 16

Et licet pro hac ſententia adducant Doctores 17
textum *in dicto §. quoties, & in l. contractus, Cod. hoc tit.* Tamen ea Iura, vt benè expendit Couar: *hic num. 11.* loquuntur quando actus, alias perfectus non erat, non quando ſolemnitas, de qua loquimur deficit, & ſic ait veram eſſe huius ſententiæ rationem, ob defectum ſolemnitatis prædictæ, quæ ſeruanda eſt ob publicam vtilitatem, nempe vt fraudes Tabellionum euitentur, vt certior ſit eorum publica fides.

Quod idem de legendo teſtamento ſcripto à 18
Tabellione Teſtatori, & teſtibus, qui ipſi interfuerunt, quando Teſtator ipſe rogauit Notarium, cumque vocari fecit ad ſcribendum Teſtamentum, quia donec Teſtamentum lectum fuerit coram Teſtatore, & teſtibus imperfecta eſt eius voluntas, & ideò nec teſtibus probari poſſe, cum ex lectionis defectu præſumatur voluntatis imperfectio ex Baldo *in Auth. quod ſine, Cod. de teſtam.* Carolus Ruinus *conſ. 1. volum. 3. n. 21.* & probat textus *in l. hac conſultiſſima, §. at cum humana*

humana fragilitas, Cod. qui teſtamenta facere poſſunt.

19 † Tamen ſi dictante Teſtatore teſtamentum à Tabellione coram teſtibus ſit tunc eis neceſſario legi non debet, vt valeat quando actus ipſe teſtandi à Teſtatore ita perfectus fuit, vt nihil ei addere tunc propoſuerit, nec eiuſdem actus probatio ſcriptura ſit, ſed ipſorum teſtium depoſitione: ita Ruinus *conſ.2. num.22. & conſ.12, n.25.* & ſequenti *volum.2.* Paulus Caſtrenſis *in conſ.75. volum.1. in reſponſione ad textum in dicta leg. fideicommiſſa, §.1. ff. de leg.3.* tradit Couarr. vbi *ſupra dicto num.11.* cum aliis, qui in verſic. *tertia concluſio*, ait nihil referre non eſſe lectum teſtamentum à Notario iuſſu Teſtatoris ſcriptum coram teſtibus, ſi per legitimos teſtes teſtantis nuncupata voluntas teſtetur; Nam ſi ſcriptura ad probandum non adducitur, non eſt cur tractandum ſit de eius ſolemnitate, ſuffragatur Gloſſa *in dicta l. hac conſultiſſima*, verſic. *ſed quia:* alia tradit ex multis videnda ipſe Couarr. *dicto n.11.* verſic. *ſecunda concluſio.*

20 Quod ſi dubites an præſumatur lectum fuiſſe inſtrumentum à Tabellione confectum ipſis Teſtibus, ſeu contrahentibus partibus, dico minime præſumi à Notario lectum fuiſſe, vt notat Felinus *hic, num.27.* Baldus *in dicta leg. fideicommiſſa, §.1.* idem *in l. ſi quis, ff. de teſtam. l. quæcunque, §. vltimo, ff. de public.* & ſic omnes docent, niſi in inſtrumento dictum fuerit à Notario *actum coram me, & teſtibus infra ſcriptis*, quia tunc ex eis veriſimilibus verbis, ex quibus perfectio actus colligitur, præſumitur lectum fuiſſe inſtrumentum illud ex eodem Baldo *in dictis locis, & in Auth quod ſine, Cod. de teſtam.* vbi Doctores. Bartol. *in l. ſciendum, col. vlt. ff. de verb. obligat.* quem Doctores ibi ſequuntur, idem Bartol. *in dicta l. ſi quis*, Iaſon. *in l. ſi ita ſcriptum,*

21 *col.3. ff. de leg.1.* † Dicens idem præſumi ex ſigillo Tabellionis eidem ſcripturæ appoſito poſt Baldum *in dicta l.1. Cod. hoc tit. lib. 10. num.22.* Couarr. *dicto cap.11. de teſtamentis, n.11 dicto* verſic. *prima*, ibi in verſic. *illud.*

QVÆSTIO VIII.

An teſtamentum ſit de ſui natura inſtrumentum, quod eius virtute legatarij poſſint contra hæredes petere executionem: Et inſtrumenta publica queant exequi, non ſolùm contra debitorem, ſed contra eius hæredem: Et an eorum executio peti poſſit non ſolùm ad petitionem principalis Creditoris, ſed & Ceſonarij: Et an mandari queant executioni, etiam contra quemlibet ſingularem Succeſſorem, vel Poſſeſſorem: Et an contractu ſpeciei: Et de nonnullis aliis à quibus, ſeu contra quos peti executio poteſt?

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſolemne non cancellatum habet paratam executionem, num. ſequentibus.*

4 *Legatarij qualiter, & quando queant pro legato ex teſtamento petere executionem, n. 5. 6. 7. & de praxi petendi, n.8.9.10.*

12 *Inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita poſſunt exequi contra debitorem, & contra eius hæredem, ſeu hæredes, n.13.*

14 *Executio publici inſtrumenti poteſt fieri ad petitionem creditoris, & eius Ceſonarij.*

15 *Emptor poteſt petere executionem inſtrumenti, ex quo id poſſet venditor.*

16 *Inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita poſſunt exequi contra tertium ſingularem poſſeſſorem, vel ſucceſſorem: qui debent citari n.17.*

18 *Inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita poſſunt exequi contractu ſpeciei.*

19 *Inſtrumenta publica, ſeu priuata confecta nudo pacto poſſunt exequi.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeam, premitto quod teſtamentum ſolemne non cancellatum, nec abolitum; ſed quod prima ſui figura ſine vituperatione appareat paratam habet executionem ad eum effectum, nempe vt hæres immittatur in poſſeſſionem earum rerum, quæ defunctus vltima valetudine, id eſt mortis ſuæ tempore poſſidebat iuxta textum elegantem, & vulgarem *in l. fin, C. de edicto D. Adriani tollendo*, vbi notat Baldus *notabili 4.* Iaſon 2. Decius 6. Tapia 16. Zuchardus 146. Parlador. *rerum quotid. 2. p. cap. fin. §.9.* de qua idem Parlador. *lib.1. rerum quotid. cap.5.* & faciunt de Iure Regio *l.2. & 3. tit. 14. p. 6. & l. 3. tit. 13. lib.4. recopil.* † Itaque de Iure Regio filius, cui factum eſt prælegatum trientis, & quincuncis hæredis loco habetur, eique competere remedium *dicta leg. fin. Cod. de edicto Diui Adriani Tol.* taliterque vt pro indiuiſo, pro quo ſua parte in poſſeſſionem bonorum mittatur tanquam hæres. 1 2

Et ſic fit, vt ſi filius ſua legitima hæres inſtitutus habeat prædictæ legis remedium, quamuis legitima quota ſit bonorum, non quota hæreditatis, docet Baldus *ibi q.1.* Menochius *de adipiſc. remedio. 4. q.22.* vides quæ tradit idem Parlador. *ſupra à num.9.* & quæ continere debeat teſtamentum, vt paratam habeat executionem: tradit pluribus adductis Carleual. de Iudicio executiuo *p.1. tit.3. ſub cap.5. ex n.14. vbi n.17.20. & 21.* probat quod non habet executionem paratam, quoad ſubſtitutiones extenſas, *& ibi numero 22.* probat quod habeat executionem paratã in maioratibus Hiſpaniæ ratione ſubſtitutionis extenſæ, vbi ponit diſcrimen inter illum, ex textu *in l. fin. Cod. de edicto Diui Adr. Tol.* quia hic ex coniecturata mente Teſtatoris videtur admiſſum, vt extendatur, ſecùs in aliis. 3

Vnde iam ad primam difficultatis partem reſpondendo, dico Doctores eſſe inter ſe multùm diſcordes, nam quidam ex iam dictis abſolutè tenent legatariis ex teſtamento competere ius exequendi, vt hæredi competit, ſic ex textu *in Auth. de hæredibus, & falcid. §. illud, collat.1.* tenet ibi Accurſius verbo *decreto apertius*, Angel. *n.57.* & Alex. *in dicta l. fin. num.13.* Iaſon. 16. Decius *in l. in teſtamentis, n.6. ff. de reg. Iuris*; Socinus Senior, *conſ.103. lib.3.* Alciatus *in l. pecuniæ verbum, §. actionis, num.10. ff. de verb. oblig.* Dueñas *regula 15. ad finem*, & Didacus Perez. *in l.2. tit 14. lib.5. ordinamenti.* † Alij autem docent legatario non competere remedium, *dictæ l. fin. Cod. de edicto Diui Adr. Tol.* vt docet Gloſſa ibi verbo *ex parte*, & proinde pleriſque placet non habere legatarium ius exequendi legatum, ſed ordinario Iure experiri debere: ita docent Alexander 4 5

in

in l. ſi cum dotem, §. *ſi eo tempore*, *ff. ſoluto Matrim. & in l. ait Prator*, §. *ſi Iudex*, *ff. de re Iudicata*, Decius *in dicta l.fin.Cod.de edicto Diui Adr. tollendo*, *num.*16. Menochius *de adipiſc. poſſeſſione, rem.*4. *num.*693. Gomezius *in l.*45. *tauri*, *n.* 137. Rodericus Suarez. *in l. poſt rem*, §.6. Peralta. *in l.*1.*ff. deleg.*2. *Segura in l. ſi ex legati cauſa*, *n.*64.*ff. de verb.oblig.* & probari videtur, ex textu *in l. ait Prat.*§.*ſi Iudex*,*ff. de re Iud.* & *ex l.*38.*tit.*9.*p.*6.tum etiam quia lex Tol, quæ inſtrumẽtis publicis tribuit ius executiuum, non ſuffragatur legatario: quia loquitur de contractibus & obligationibus inſtrumentalibus.

6 In hac ergo controuerſia, licet hæc vltima ſententia de iure ſit probabilior, tamen quia vſu & conſuetudine aliter receptum eſt; Ideò prima ſententia in praxi receptior eſt ex eo, quia hodie in condendis teſtamentis vſurpatur, vt Teſtatores plenam fidem faciant teſtamentariis executoribus poteſtatem apprehendendi quælibet bona hæreditaria ad voluntatem ſuam exequendam, quia quod executores exequi detractant, non male poterit Iudex exequi iuxta notata à Bart. *in l.*2. *num.*7. *ff. delegatis* 2. Parlador. *dicto* §. 9. *num.* 3. benè ex multis tradit vtramque ſententiam referens Paz. *in praxi*, *tom.*1. *p.*4. *cap.*1. *num.*19. vbi dicit Iura contrariæ opinionis, vbi dicitur quod legatum, vel fideicommiſſum fuit petitum via ordinaria, non negant, etiam legatario competere viam executiuam legatario, vel fideicommiſſario: benè expendit Author *Curia Philippica p.*2. §. 7. *num.* 2. ex eo quia Teſtamentum ſolemniter factum, æquiparatur inſtrumento publico iuxta textum *in l. ſi idem in prima Gloſſa*, *Cod. de condic. l. ſeruum filij*, §. *eum qui Chirographum cum concordatis*, *ff. deleg.*1.

7 Et addens quod in hoc puncto ſunt duæ diuerſæ opiniones, ait poſſe Teſtatorem in teſtamento cauere quod in quantum ad præſtandum legatum ſit per viam executiuam, vel quod ipſe hæres Iudicialiter recognoſcat legatum legatario petenti in teſtamento, quo ipſe hæres eſt fuiſſe relictum.

8 Quare ea communis eſt praxis, vt legatarius, ſeu fideicommiſſarius producat teſtamentum coram Iudice petens ab eo quod hæredem compellat reſpondere, & de plano confiteri, quod teſtamentum illud eſt ſui defuncti, cuius eſt hæres, qui ſi confeſſus fuerit, tunc Iudex præcipit ſuo edicto, ſeu decreto; vt ſoluat legatum, & virtute illius præcepti, ſeu confeſſionis in Iudicio factæ, executio fit, vt notant Baldus *in Auth. hoc amplius*, *Cod. de fideicommiſſis*, Rodericus Suarez. *in dicta l. poſt rem Iudicatam*, *caſu* 6. *n.*6. Paz. *vbi ſupra*. *num*10. Guillelmus Benedict. *in cap.* Rainucius *de teſtam.* verbo *ſi abſque liberis*, *num.*191. & cum eo Parladorius *dicto* §.9.*num.* 4.

9 † Vbi ait quod ſi hæres neget, vel ſi iuſtas recuſandi cauſas habuerit contra Iudicem præcipientem, tunc audiendum eſſe Iure ordinario, quare hæc omnia exiſtimo exequenda admodum ſcripturæ priuatæ coram Iudice recognitæ ex his quæ iam *ſupra* adduxi.

10 Vnum tamen notabis, quod vt hæc exactio fiat à legatario, ſufficit vt coram Iudice exhibeat ſolam clauſulam teſtamenti, in qua legatum continetur, nec enim eſſe neceſſarium, vt integrum, aut totum edatur teſtamentum, vt præſenſit Bart. *in leg. Argentarius*, §. *edi*, *ff. de edendo*, Parlador. *dicto* §. 9. *num.*4. *in fine*, Curia Philippica, vbi *ſupra dicto num.* 2. *in fine*, & faciunt quæ adduxi *in cap.*1. *de probationibus*, vbi *de inſtrumentorum editione*, *aut exhibitione*. † Et 11
idem Parladorius *dicto* §. 9. *num.*5. ſentit idem procedere in prælegato, quod de legato dictum eſt.

Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter di- 12
co inſtrumenta publica, ſeu priuata & recognita modo iam dicto poſſe exequi, ne dum contra debitorem principalem, ſed etiam contra eius hæredem; Nam ad id quod defunctus compelli poterat eius hæres cogi poteſt iuxta textum *in l. poſtulante*, *ff. ad Trebel. l. ex contractu*, *ff. de re Iudicata*. Sed debet priùs citari, & liquidari quod hæres ſit debitoris, ſecundùm Baldum *in l. per diuerſas*, *Cod. mandati*, *quæſtione* 10. Roderic. Suarez. *in dicta l.* poſt rem Iudicatam in declaratione huius Regni *extenſione* 1. & 2. Decium *in cap. quia v. de Iudic.* vbi *ego plura conducibilia adduxi*, Iaſon. *in l. cum debitoris*, *num.*1. *in fine*, *Cod. de Iudic.* Gregorius Lopez. *in l.*11. *tit.*2. *p.* 3. verbo *non valdria*, Antonius Gomez. *in l.*64. *Tauri n.*5. Dueñas *in Regula* 276. Paz. *in praxi dicta* 4. *p. cap.*1. *à num.*36. Videndus vſque ad *num.* 49. vbi multa adducit pro hoc dubio, & *num.* 37. ait hanc executionem fieri debere pro hæreditariis portionibus, ſi plures fuerint hæredes *l.*1. & 2. *Cod. de hæreditariis action.* & *in l.* 1. *Cod. ſi certum petatur.*

Et hoc dicit verùm, & procedere etiam ſi de- 13
bitor inſtrumento contractus apponat clauſulam & conditionem, nempe quod creditor poſſit quantitatem debitam, & promiſſam inſolidum, & integraliter ab vno ex ſuis hæredibus exigere tantùm provt quotidie à Tabellionibus maximè in contractibus annui cenſus ponitur, quia adhuc in hoc caſu à reliquis hæredibus proportionibus hæreditariis creditor tenebitur exigere; Et ſic reſtatur vidiſſe à Iudicibus peritis in praxi obſeruari, & probatur expreſsè *in l. eum*, *qui* §. *te & Titium*, *ff. de verb.oblig.* & ibi Iaſon. *num.* 2. rationem aſſignat, & eleganter explicat ſatisfaciens fundamentis in contrarium adductis.

Ad tertiam quæſtionis partem dico executio- 14
nẽ ex inſtrumento publico non ſolùm fieri poſſe ad petitionem principalis creditoris in eo nominati, verùm & ad petitionem Ceſſionarij, nam & Ceſſionarius dicitur creditor *vt in l. ab Anaſtaſio*, *Cod. mandati*, de cuius intellectu egi *latè ſupra in cap. quia v. de Iudiciis*, *q.*23. & ibi *num.*8. & notat in terminis Baldus *ibi notabili* 3. quod verùm eſſe dicit Paz. *in praxi dicta* 4. *p. tom.* 1. *cap.*1. *a num.*32. dummodò priùs ſummariè liquidetur Ius creditoris ceſſum, & tranſlatum fuiſſe in Ceſſionarium, docent Rodericus Suarez. *in dicta l. poſt rem Iudicatam ad declarationem legis Regni*, *limit.*7. Boërius plures referens *in deciſ.* 10. Rebuffus *de liter.oblig. Art.*3.*Gloſſa* 2. *num.*17. optimè de hoc puncto agit Parladorius videndus *lib.* 2. *rerum quotidianarum*, *capite fin. tertiæ partis*, §. 4. & alij communiter poſt eum.

Itaque infero Emptorem hæreditatis poſſe 15
petere quod inſtrumenta, quibus Venditor poterat executionem petere executioni mandentur, cum in eo transfusè ſint actiones vtiles, vt *in l.* 1. *Vend.C. de hæred.vel actione vend.* docet Bartol. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. de actionibus*, & *obligat.* Paz. *vbi ſupra*, *num.* 34. vbi alium refert caſum

ſum, & plures caſus adducit idem Parl. *vbi ſupra Curia Philip. 2. p. §.9. per totum.*

16 Ad quartam quæſtionis partem etiam breuiter dico inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita, poſſe executioni mandari contra quemlibet tertium ſingularem poſſeſſorem, vel ſucceſſorem alicuius rei ſpecialiter hyppotecatæ pro debito conſtituto in tali inſtrumento, quando debitor promiſit illam rem ſpecialiter hyppotecæ traditam ſe non venditurum, nec alienaturum, cum tunc talis venditio, ſeu alienatio eſſet nulla ſecundùm Bartolum *in l. Creditores, num.*10. *Cod. de pignoribus* per textum, *in l. ſi Creditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor.* nam res ciſa alienatione ipſius rei à lege executio fieri poſſe aduerſus ſingularem tertium poſſeſſorem, reſoluit cum Bartolo Rodericus Suarez *vbi ſupra limit.*1. *num.*5. Couarruuias *lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.*6. verſic. *hinc etiam in fine*, Paz. *in praxi. dicta* 4. *p. cap.*1. *tom.*1. *num.*49. *&* 50. vbi videbis.

17 † Et Parladorius *dicto lib.* 2. *rerum quotid. n.*10.*c.*10 reſoluit cautius tunc eſſe tertiũ poſſeſſorem citandum ad ſententiam additionis, id eſt *para el trançe y remate*, licet ſufficeret principalem debitorem fuiſſe citatum.

18 Ad quintam quæſtionis partem breuiter etiam dico inſtrumenta publica, vel priuata executioni mandari poſſe in contractu ſpeciei, quia ſi in venditione alicuius rei celebratum fuerit inſtrumentum, Venditor compellendus erit via executiua ad rem tradendam, nec liberabitur præſtando intereſſe: cum tale inſtrumentum habeat vim ſententiæ, & Venditor ex ſententia præciſè cogatur ad rem tradendam iuxta textum *in l. qui reſtitu re, ff de Rei vindic.* quem ad hoc dicit Baldus mirabilem ibi, & confirmat *in l. vnica, col. penultima, Cod. de ſentent.* quæ pro eo, & ſic Rodericus Suarez *in dict. leg. poſt rem Iudicatam in declaratione ad legem Regni, extenſione* 3.

19 Notandum eſt tamen quod quamuis inſtrumenta publica, & priuata nudo pacto eſſent confecta, adhuc eſſe excutioni mandanda, quia de Iure Regio nuda conuentio parit actionem, & obligationem, vt *in l.*2. *tit.*16. *lib.* 5. *recop.* tradunt Ant. Gomez. *lib.*2. *variar. cap.* 9. *num.* 3. Couarr. *lib.*1. *variar. cap.*14. *n.*13. Abiles *in cap. Prætor, cap.*10. verbo *execuçion, n.* 20. Paz. cum aliis *dicta* 4. *p. tom.*1. *cap.*1. *n.*51. verſic. *obſeruandum.* Et de his, aduerſus quos executio procedi poteſt virtute inſtrumenti publici, ſeu priuati recogniti poſt Parladorium, & alios: videbis quæ congerit Amator Rodriguez. *de executione cap.*4. Et per quas perſonas peti poſſit *ibi cap.*3. vbi benè, & doctè loquitur Curia Philippica 2. *p.*§.9.*&* 10. qui alios plures referunt.

20 De inſtrumentis publicis, item & guarentigiis eorum, quæ fide & executione leges quæ nouiſſimè ex pluribus congerit Gaitus *de credito cap.*2. *tit.*1.2.3.*&* 4. Vbi *à n.*127. *de requiſitis inſtrumentorum ſolemnium*, & *à n.*690. de requiſitis ad reaſſumptionem inſtrumentorum, & ſolemnia, de quibus dico infra *ſub cap. P, & S, & à n.*884. quod inſtrumentum habens omnia requiſita dicitur guarentigiatum, & de omni ſcriptura publica, *tit.*3.

QVÆSTIO IX.

An liber rationum probet contra Scribentem? Et an liber rationum probet pro Scribente in connexis: Vel an liber priuatus probet pro tertio contra tertium: De fide, qua adhibetur in rationibus, libris Campſorum, Bancheriorum, vel Mercatorum: Et qua fides adhibeatur libro Societatis: Vbi de parcellis annexis, & ſeparatis: Et quando rationes legitimè deſpunctæ executioni mandari valeant?

SVMMARIVM.

1 L. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. & n.3.

2 *Liber rationum probat in Iudicio contra Scribentem.*

3 *Confeſſus parte abſente, iam hodie quit condemnari.*

4 *Connexorum idem eſt Iudicium, & quando dicantur connexa, ſeu ſeparata capitula numero* 15.16.17.

5 *Libro rationum pro ſcribente non credi multi probant, quid tamen verius, n.*6. *& quid de parato probare partitam contra ſe in illo ſcriptam. num.*7.

8 *Liber priuatus pro tertio contra tertium, non plenè probat, num.*9.

10 *Mercatoris viua voci creditur, vel alterius iurantis à principio de rectè exercenda negociatione.*

11 *Libris Campſorum, Mercatorum, vel Bancheriorum creditur contra ſe: quid pro ſe, & in quibus locis, n.*12.

13 *Liber ſocietatis plenè probat inter ſocios, & qua forma ſcribatur vt credatur, & n.*14.

14 L.2. Cod. de naufragio.

15 *Liber rationum quando dicatur connexis in parcellis, quando vero dicatur habere capitula ſeparata, n.*16.17.

16 *Parcella ſeu capitula ſeparata in libris rationum quæ ſint, n.*17.

18 *Rationes legitimè diſpunctæ quando executioni mandentur, n.*19.20.21.22.23.

19 *Rationes præſtare qualiter quis compellatur, & reliqui apparentes, n.*22.
Quid ſi rationes ſint additionatæ in termino à iudice aſſignato vt reddantur.

22 *Liquidationes ex ratiociniis regiis, Eccleſiaſticis, ſeu conſilij alicuius ciuitatis exequi valent.*

23 *Regula ſecum trahunt executionem paratam, & de anomiis, à n.*27.

24 *Decima, & primitiæ ad Eccleſias pertinentes per executionem exiguntur.*

25 *Annonæ liber, & depoſitarij confeſſio habet executionem paratam, n.*28.29.30. *vbi quid de reſtitutione vſurpantis.*

28 *Reſtituere tenetur vſurpans annonæ vel poſiti ex publico horreo aliquam ſpeciem frumenti, num.*33.

29 *Triticum creſcit ſemper, licet cætera granorum ſpecies ſoleant decreſcere.*

30 *Error calculi reſultaret ex ratiociniis trahentibus executionem paratam ſimiliter, & ipſe exequitur.*

31 *Condemnatus ad reddendam rationem, cenſetur virtualiter condemnatus ad reliquorum reſtitutionem.*

1 AD primam quæſtionis partem, licet Imola, & Romanus *in l. nuda, ff. de donationibus*,& Baldus *in Rubr. Cod. de conſtituta pecunia*, doceant librum rationum non probare contra ſcribentem, ex eo quia confeſſio facta abſente parte non probat *leg. certum*, §. *ſi quis abſente*, *ff. de confeſſis*, & quia hoc ſanè modo liber rationum, videatur continere confeſſionem quandam ſcribentis in abſentia partis.

2 Tamen Bart.*in l. admonendi*, *ff. de Iureiur.* Iaſon. *ibi*, *num.*110. Ripa *n.*3. & alij, quos refert Maſcardus *de probationibus*, *volum.*2. *concluſ.*976. quibus addo Faquinet. *lib.*11. *controuerſ. cap.*32. docet librum rationum probare in Iudicio contra ſcribentem, ex eo, quia ſi liber non probaret contra Scribentem,non erat opus Vſurarium compellere ad Codices rationum ſuarum edendos contra regulam textus *in Clem.*1. §. *caterum de vſuris*, & textus *in l. Lucius*, §. *tutela*, *ff. de adminiſtrat. Tutor. & in l. vltima*, *Cod. arbitr. tutel.* ſecundùm ea quæ adduxi *ſupra in cap.* 1. *de probat. q.*6. verſic. *ad vltimam*, & licet ibi dicta videantur, ſic conſtituta odio ſcilicet Vſurariorum, ſeu aduerſus Tutores fauore pupillorum: Tamen reſpondet Faquinetus, quod ſi textus illi perpendantur, non faciunt in odio, vel fafauore perſonarum; quantum ad hoc, vt libris credi debeat contra ſcribentem.

3 Quare non obſtat Imolæ, & aliorum contraria ſententia: quia reſpondeo textum *in dicta l. certum.* §. *ſi quis abſente* procedere in quæſtione àn confeſſus habeatur pro Iudicato iuxta ea,quæ adduxi *ſupra in Rubr. de confeſſis*, iuxta textum *in l.*1. *ff. eodem* vt indicant verba ibi, *ſi quis abſente Aduerſario confeſſus ſit videndum, nunquid non debeat pro Iudicato haberi, quia nec qui iurat de operis obligatur, nec ſolet quis abſenti condemnari*; Itaque fit argumentum à conſulto Vlpiano non ſolet quis abſenti condemnari, ergo confeſſus parte abſente non poteſt haberi pro condemnato, quia fictioni locus non eſt, vbi veritas locum non habet,*l. qui ad certum*, *ff. locati* Vnde ait Faquinetus *ſupra dicto lib.*11. *cap.*32. in verſic. *fin.* ſe non videre quomodo ex textu *in dicto* §. *ſi quis abſente*, inferri poſſit confeſſionem factam abſente parte non probare,quia nihil impedit quominùs probare, vt ſuper tali confeſſione fundari ſententia poſſit, licet confeſſus non habeatur pro Iudicato; itavt ampliùs nulla ſententia requiratur, *vt in dicta l.*1. *ff. de confeſſis*, ſed notat quod iam hodie quis abſenti damnari poteſt *l. properandum*. §. *ſin autem Reus*, *Cod. de Iudic.* licet ſecundùm ius antiquum contra factum eſſet obidque Faquinetus ibi improbat reſponſionem Bartoli *in dicta l. nuda*, *ff. de donation. num.* 4. & Decij *in cap.*2. *de fide inſtrument num.* 19. Et de hoc dubio vide quæ notat ex multis Gratianus *Regula* 401. alia tradit videnda *Regula* 299. & videbis *quæ ſupra adduxi in cap. cum cauſam* 13. *de probat. q.*1. Igitur vt plura de probatione per libros Campſorum, Tutorum, Rationum, Mercatorum, Officialium, & aliorum pleniſſimè leges apud Genuam *de ſcriptura priuata*, & apud Gaitum *de credit. cap.*2. *tit.*1.2.3.4.& 5.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an liberationis probet contra Scribentem in connexis, præmitto dicendum connexorum idem eſſe Iudicium, itavt non poſſit fieri de vno, quin fiat de alio *cap. ſi quis obiecerit*, *cap. ſi quis probandus* 1. *q.*3. *quando*, vbi Decius *de Iudic.* de quo aliqua dixi ibi, & Aymon. *conſ.* 275. *num.*3. & 4. ait connexa pro vno reputari ex textu *in leg. quod conclaue*, *ff. de damno infecto*. Itaque Bartolus *in l. quædam*, §. *Nummularios*, *ff. de edendo*, Baldus *in l. rationes*, *Cod. de prob.* Menochius *de arbitrariis. caſu* 93. Maſcardus *de probationibus concl.*975. *eum* 79. docent, quod ſi quis velit vti libro rationum contra Scribentem, cogitur eidem ſtare pro ſe.

Sed quia multi negant non eſſe credendum libro rationum pro ſcribente, vt docent Abbas *in cap.*2. *num.*10. *hoc tit.* Pariſius *conſ.*47. *num.*10. *lib.* 1. Romanus *conſ.* 346. Laurentius de Pin. *conſ.*158. quorum non leuia ſunt argumenta, & Menoch. vbi *ſupra* hoc Iudicis arbitrio committat, & ob id Baldus *in Rubr. Cod. hoc tit. num.*35. ait quæſtionem hanc, an libro rationum credatur, tam pro Scribente quam contra Scribentem Iudicis arbitrio terminandam eſſe, refert plures ſic tenentes, Scobar. *de ratiocinijs p.*1. *n.*3. qui ita probant ex textu eleganti *in l publica menſa*. §. *vlt. ff. depoſiti* ibi *Iudicem æſtimaturum*, & eius integra verba referens Faquinetus *lib.* 11. *contr. cap.*33. ita ſingulariter probat, & licet ibi Conſultus loquatur de eo, qui in eadem Epiſtola cauit ſibi deberi, quaſi non idem dicendum ſit de eo, qui in eodem libro acceptum, & ſibi debitum ſcripſit, quia Epiſtola differt à libro, eo quod Epiſtola ſit vnum corpus continens plura capita, ſed liber rationis continens plures partitas. 5

Tamen idem Menoch. *num.*16. ſentit nullam conſtitui differentiam inter librum & Epiſtolam in caſu *dicti* §. *fin.* quam ſequitur Faquinetus *ſupra contra Bolognetum*, *in dicta l. Nummularios*, *num.*21. *Cod. de edendo*, plura vt explicet tradit omninò legenda Scobar. *vbi ſupra à num.*13. verſic. *ſexto*, vbi dicit, quod quando agitur de vna parcella deſcripta in libro rationum inter eaſdem partes, & eodem tempore hoc caſu exemplificando ait Iudicis arbitrium verſari id probans ex multis, & ex eo quia qui ſcripturæ fidem in vna parte probauit in altera illi annexa vel connexa non debet poſſe improbare, *vt in l. Gaius*, *ff. de vſuris*, docuit Decius *in l.* 1. *num.*5. *Cod. de edendo*, Iaſon. *in l. admonendi num.*125. *ff. de Iureiurando*. 6

Tamen ſi ille, qui librum producit pro ſe paratus eſſet probare partitam contra ſe in illo ſcriptam falſam eſſe, tunc quantumcumque partita ſit connexa, adhuc tamen non tenebitur illi in totum aſſentiri, docent Bartolus *ſupra*, & ſentire videtur Menochius iam relatus, *num.* 19. & probat Scobar. *in dicto cap.*13. *num.*16. ex textu *in l. Aurelius*, §. *idem quæſit*. *ff. de liberatione legata*, vbi probatur poſſe quem verbis Teſtamenti in aliquibus credere, quantùm in fideicommiſſo impenſum ſit, & aliquibus de eiſdem impenſis non credere, ſi modo illa, quæ negat probare paratus ſit, & ibi Scobar *à num.* 17. optimè expendit, quando dicantur partitæ connexæ, ſeu ſeparatæ, qui etiam legendus erit ibi, *à numero* 4. Vbi ponit ſex concluſiones, quibus ſatis probat, quando libro rationum ſit credendum, vel non, & de aliis dico in verſic. *ad ſextam*. 7

Ad

8 Ad tertiam quæſtionis partem videtur dicendum non plenè probare librum priuatum pro tertio contra tertium nec ſemiplenè, quia acta inter alios, aliis prodeſſe, nec nocere non debent iuxta dicenda *in cap. cum ſuper* 17. *de ſententia, & re Iudic.* & quia plus non debet credi ſcripturæ, quam viuæ voci, §. *ſi vero tale quid in Auth. de inſtrument. caut. & fide,* ſed viuæ voci Teſtis non creditur abſque Iuramento, *l. Iuriſiur. C. de teſt. cap. quoties* 5. vbi plenè adduxi *ſupra de Teſt.* ergò nec ſcripturæ credendum eſt. Quod reuerà intelligi debet de libro priuato, non tamen de libro publicè approbato per ſententiam, quia tunc faciet maiorem fidem, quo pacto debent intelligi Caſtrenſis *in l. admonendi. col. penultima, ff. de Iureiur.* Ripa *ibi, num.* 130. Maſcardus *concluſ.*977. *num.*6. *moti ex Bartoli doctrina in l. quædam, §, Nummularios, ff. de edendo,* qui docent ſaltim ſemiplenè librum rationis probare; loquitur enim Bartolus in argumentariis, & Nummulariis, & ſimilibus, quorum officium quodammodò publicam habet cauſam iuxta ea quæ adduxi *ſupra in cap* 1. *de probat.q* 6.

9 † Econtra tamen, vt iam dixi, nec plene, aut ſemiplenè probare dico, licet aliquam probationem inducant, vt tenent Imola *in l. nuda ratio, ff de donat.* Felin. *in dicto cap.* 2. *hoc tit. n.*33, *à num.* 15.

10 Faquinet. *lib.*11. *controuerſ cap.*34 vbi dicit, quod creditur viuæ voci Mercatoris, vel alterius negotiatoris Iurantis à principio directè, & fideliter exercendi negotiationem, quod meo videri æquiualet fidei publici libri.

11 Ad quartam quæſtionis partem de fide, quæ adhibetur libris Campſorum, vel Bancheriorum, ſeu Mercatorum infero ex dictis libris iſtorum credendum eſſe pro ſe contra ſe, ac etiam contra tertium, in quo geſtum eſt negotium, *l. Argentarius in princ. ff. de edendo ibi nec intereſt cum ipſo Argentario controuerſia ſit, an cum alio; fruſtra enim cogeret Argentarium Prætor edere contra ſe, niſi illi tertio fides nocere poſſit.* Itaque *deciſio genuenſis* 18. *num.* 2. ait libris Bancheriorum, etiam in his parcellis quæ ſcripta ſunt in eorum parcellis fides adhibetur, & tradit Scobar. *de ratiociniis cap.*11. per totum id mirum non eſſe, cum eorum fides eſſet de publico approbata ex textu *in dicta l. quædam, §. Nummularios, ff. de edendo,* vbi Bart. Menoch. *de arbitr. dicto caſu* 91. *lib.* 2. *n.*8. dicit communem Maſcard. *de probationibus, concluſ.*971. *num.*9. vbi exiſtimat ſecus eſſe in libris Mercatorum, cui pro ſe credendum non eſſe niſi ſaltem pro ſe habeat adminiculum vnius Teſtis, & Iuramentum ipſius Mercatoris interueniat, ac tandem arbitrio Iudicis hoc Iudicandum relinquit, & Petrus Surdus *deciſ.*199. *n.*11. aliquando plenè probare, quando concurrunt multæ coniecturæ & adminicula, alia tradit omninò videnda Scobar *à num.*7. vt plenè hoc dubium diſſoluas, & notabis *dicta ſupra in dicto cap.* 1. *de probationibus*, verſiculo *ad tertiam*, vbi de differentia Argentariorum, & Mercatorum.

12 Vnum tamen notabis, quod libri Campſorum, vel Bancheriorum, vel Mercatorum, ſi ſcripti ſint in forma conſueta., vel lege approbata, non ſolùm fidem faciunt in loco, vbi lex vel conſuetudo viget, ſed etiam alibi Iaſon. *in l. cunctos populos, num.*13. *Cod. de Summa Trinitate, num.* 13. Maſcardus *dicta concluſ* 976. *num.* 20. & 21. vbi dicit, quod ſi Mercator codicem rationum conſcripſit in illa ciuitate, vbi pro ſe plenam fidem faceret & producat illum in alia ciuitate, vbi non vigeret ſimilis conſuetudo ſcribendi librum in illa forma; tamen virtute conſuetudinis, vbi liber ſcriptus, ſcriptus fuit, plenam faceret probationem, vbicunque ratio libri diſpungeretur: tradit Scobar. *vbi ſupra, qui à n.*17. refert nonnullos intellectus.

13 Ad quintam quæſtionis partem breuiter dico, quod liber rationis ſocietatis plenè inter ſocios probat: tradit Bald. *in Rubr. Cod hoc tit. n* 35. & non ſolùm contra ſcribentem, verùm etiam pro ſcribente. & licet Purpur. *in dicta l. admon. n.*107. *ff. de Iureiur.* dicat hoc eſſe terminandum Iudicis arbitrio: tamen Scobar. *de ratiociniis, lib.*1. *cap.*12. *n.*1. ait plenè probare, pro ſcribente, & contra ſcribentem, dummodò concurrant duo, nempe quod veriſimilia contineat, ac rurſus quod connexæ ſint parcellæ hoc eſt quod contineant data & accepta in eadem ſocietate, ita cum Alexand. *conſ.*18. *n.*1. *per notata in l. inter cartulas, Cod. de conuenie. d. Fiſci debitor.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.*92. *n.* 2. quæ doctrina venit intelligenda, ſi talis liber ſocietatis ſcriptus eſſet ſecundùm formam traditam *in l.* 10. *tit.* 8 *lib.*5 *recop.* hoc eſt vt data, & accepta contineret contra illum tantum qui librum ſcripſit, non verò aduerſus alios ſocios, expendit Menoch *ſupra, n.*6. Maſcard. *de prob. concluſ* 976. *n.* 86. Scobar. *vbi ſupra num.*5. *vbi in verſic. illud,* addit quod ſi liber rationis ſocietatis in aliquibus probaretur veritate ſcriptus, tunc etiam in aliis eſſet credendum propter præſumptionem bonæ fidei, vt voluit Paulus *conſ.* 301. Aymon. *conſ.*198. *n.*6.

14 Quibus ſic poſitis non obſtat textus *in l.*1. *C. de naufr.* ex quo Bart. & Plat. deducunt quod ſi quis dedit pecuniam ſuam Mercatori ad honeſtam partem lucri, & Mercator in libro ſcribat ſe damnum furti, rapinæ, incendiis, vel naufragiis paſſum fuiſſe, talis Mercator intra annum de tali damno fidem facere debeat, aliàs eius libro non credatur, ſed reſpondetur textum illum loqui in peculiari ratione, vt ibi nos tamen regulariter loquimur, id eſt in his, quæ ſunt veriſimilia connexa, & ſubordinata ſecundùm Bald. *ſupra* Greg. Lopez *in l* 7. *tit* 20. *p.*5. Gloſſa verbo *o parengaño,* Maſcard. *ſupra, n* 38. Menoch. *d. n.*6. qui omnes, & alij relati à Scob. *ſupra, n* 3. docent noſtram doctrinam limitari, quando parcellæ non eſſent ſcriptæ de manu alterius ex ſociis, ſed ab alio tertio, niſi ille tertius eſſet mandatarius inſtitor, ſeu factor ſociorum, quia liber ab aliquo iſtorum ſcriptus, fidem faciet contra quemcunque ex ſociis ſcripta ſit parcella, ex quo ab omnibus eius perſona fuit approbata ſuper illo ſcribendi miniſterio, tradunt Menoch. *ſupra, n* 9 Maſcardus 48. Scobar. 4.

15 Ad ſextum de parcellis connexis & ſeparatis, vt benè intelligas, dico, quod liber rationis dicitur eſſe connexus, quando continet recepta, & data inter eaſdem perſonas, vel etiam continet plura facta, quæ ab eodem negotio ſiue ab eadem cauſa dependent, vt voluit Bald. *in l.*1. *n.*6. verſic. *quid ergo, C. de conſ.* Iaſon. *in d. l. admon. num.*109. verſ. *quid tenendum ff. de Iureiur.* Greg Lop. *in l. fin. tit.*18. *p.*3. *Gloſſa* 1. vbi ponit exempla, quæ refert ex aliis Scobar. *de ratiociniis dicta* 1. *p. c.*13. *n.*18. *qui num.*20. ait connexum, & cohærens vni adminiſtrationi illud etiam dicitur, ſine quo ad-

miniſtratio benè perfici non poteſt, ſiue illud antecedat adminiſtrationem, ſiue ſubſequatur, vel tunc dici facta connexa quando liber rationum continet plura facta, quæ ab eadem cauſa negotio, vel adminiſtratione deſcendunt, & n. 23. addit quod capitula non ex eo ſolum, quod ſub vno generali Iure poſſint comprehendi, dicuntur connexa, ſed quando talem connexitatem habent, vt non poſſit benè vnius ratio, ſine alio diſcerni, vbi exemplificat ex multis.

16 Econtra tamen tunc dicetur, quod liber habet capitula ſeparata, quando v. g. Mercator ſcripſiſſet ſe debere centum Sempronio ex cauſa depoſiti, & rurſus in alia parcella ſcripſiſſet Sempronium ſibi centum debere ex cauſa mutui, cumque iſtæ partitæ diuerſæ ſint, & ex diuerſis cauſis proficiſcantur, quid mirùm vt doceat Abbas *in cap. 1. hoc tit. n. 10.* ea dici capitula ſeparata, quando Mercator vna die ſcripſit ſe recepiſſe depoſitum decentum à Sempronio, & in alia parcella ſcripſit, quod ex iſtis quinquaginta dicto Sempronio reſtituit: Videbis quæ tradit Patianus *de probat. p. 1. cap. 25. n. 27.* verſic. *ſexto, & cap. 28. num. 26.*

17 Et ſic eleganter Bald. *in l. edita, num. 94.* verſic. *decimoquinto quæritur, Cod. de edendo*, regulam hanc de partis ſeparatis exemplificando ait quod quando plures cauſæ genere differunt, licet in eadem charta ſcribantur: Tamen ſi quælibet per ſe diſcernitur non poſſunt dici connexæ, cum refert alia addens Scobar. *dicto cap. 13. de ratiociniis, n. 19.* vbi videbis.

18 Ad vltimam quæſtionis partem quando rationes legitimæ factæ, ſeu diſpunctæ executioni mandentur: Videbis latè, quæ tradit ſuper hoc dubio, Scobar. *de ratiociniis, lib. 1. cap. 31. per totum.* eſt ergo diſtinguendum, quia libri, ſeu ratiocinationes factæ inter partes extraiudicialiter, & abſque Iudicis authoritate non mandantur executioni, niſi approbentur, & recognoſcantur in Iudicio per inſtrumentum publicum: Ita tenent Caſt. *in l. 27. Tauri, num. 19.* Abil. *in cap. 30. Prætorum*, verbo *hagapagar*, Parladorius *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 1. n. 1.* at de praxi benè, & latè loquitur Scobar. *vbi ſupra à num. 5.* quem videbis, & facit ſecundum eos pro hac doctrina textus *in l. 1. § præterea, ff. de contrario & vtili Iudicio tutelæ* ibi, *ſed ſi reprobata eſt hæc reputatio, & acquieuit, non debet Index contrario Iudicio id reſarcire.*

19 In cæteris autem litibus rationum, ſeu calculationum Iudicialium ſi pars petat coram Iudice, vt ſuus aduerſarius rationes præſtet, ſi Iudici conſtet de tali obligatione ad id impellente mandauit, vt rationes det ſub ea tamen praxi, vt quælibet pars aſſignet pro ſe Calculatorem, ſed ſi aliqua, aut vtraque non nominet Iudex in defectum nominat aliquem Calculatorem qui etiam in diſcordia Calculatorum vtriuſque partis ſolet alium tertium nominare, & Calculatores aſſignati cum Iuramento diſpungunt rationes, & factæ eas præſentant Iudici, qui decernit, vt vtrique parti fiat earum copia, vt intra certum & aſſignatum terminum eas videant, & addant ſub monitu vulgò *aperçibimiento*, quod termino tranſacto eas approbabit, & mandabit exequi, quo partibus notificato, ſi partes non additionauerint eas in prædicto termino, tunc Iudex eas approbat, & confirmat, & aliquem terminum aſſignat breuem, vt debitum liquidatum ſoluat, quo etiam tranſacto, tunc appellatione remota, exequitur, & abſque vlla contradictione; ita docent Azeued. *in l. 21. tit. 6. lib. 3. recopilat. num. 3. 4. & 5.* Guttierrez *lib. 1. pract. cap. 37. num. 22.* Curia Philippica *p. 2. de executione*, §. 4. *num* 3. & videbis quæ tradit Scobar. *vbi ſupra, à num. 8.* † Vbi *num. 11.* ait 20
quod condemnato Adminiſtratore, ad hoc vt reddat rationem reliquis apparentibus abſque alia noua condemnatione pro illis executari poſſit.

Sed ſi rationes in termino per Iudicem aſſi- 21
gnato ab aliqua parte ſint additionatæ, tunc Iudex alteri parti copiam facit, & cognita cauſa via ordinaria proſequitur Iudicium, & ſententiatur per Iudicem approbando, & confirmando rationes, aut eas reuocando, à qua ſententia eſt locus appellationi, ſaluo ſcilicet vt illud, quod per omnes Calculatores, aut à maiori eorum parte ſit approbatum id ipſum, ſi ſententia ſit confirmatum, illicò exequetur ſine metu appellationis, dum tamen pars ad cuius fauorem ſit executio fideinſſorem det de reddendo quidquid acceperit, ſi ſententia ſit reuocata, & hoc cum fructibus, & ſecundùm formam præſtitam à Iudice, ita docet textus *in l. 14. tit. 21. lib. 4. recop.* Curia Philippica *vbi ſupra num. 14.* tradit Gutt. *dicta q. 37. lib. 1. pract. n. 3.* dicens prædictam legem Regiam locum habere in hoc caſu, ſed non in contractibus, & in eorum liquidatione.

Pro complemento notandum eſt primo, quod 22
liquidationes ex ratiociniis Regiis, Eccleſiaſticis, ſeu Conſilij alicuius loci, ſiue eorum, quæ pertinent ad Gabellas, & contributiones, ſi factæ ſint Iuridicè, & à Iudice competente, qui eas approbauit & confirmauit, ſecum trahunt executionem paratam, & exequi debent, non obſtante appellatione, aut contradictione aliqua, quod ſi hoc ceſſauerit, econtra tenendum eſt iuxta textum *de ſanctiſſimis Epiſcopis, & Oeconomos, dicta l. 22. tit. 6. lib. 3. recop.* vt docent Gutt. Azeued. *vbi ſupra*, Curia Philippica, *n. 2.*

Secundò notandum eſt Regalia, & publica 23
tributa, quæ ſolui conſueuerint, tam gabellarum, quam aliorum ſeruitiorum ſecum trahere paratam executionem, vt refertur *in tit.* 14. *lib.* 7. *tit.* 6. *& in tit.* 7. *lib.* 9.

Quod idē de decimis, & primiciis pertinētibus 24
ad Eccleſias dici debet *ex tit. 19. & tit. 20. p. 1. tit. 5. lib. 1. recop.* dum tamen fiat contra earum debitores, ſi ex inſtrumento executiuo conſtet de facto, ſiue de quantitate principali, à qua tale debitum procedit, quia ſi de hoc non conſtet, non eſt cur Iudicio executiuo conueniri queant, cum priùs ſuper eo ſit cognoſcendum ſummariè, breuiter de plano, & ſine figura Iudicij comperto de veritate: arg. eorum quæ adduxi *in cap. dilecti 6. de Iudic. q. 15. & 16.* & probat textus *in l. 5. tit. 7. lib. 9. recop.* vbi Azeued. *n. 2.* Girond. *de gabell. p. 4. in princ. n. 7.*

Tertiò notandum eſt quod quando ex libro 25
depoſitarij, ſeu adminiſtrationis annonæ, qualiter in alios vſus concurſum fuit conſtaret, quia ex quo per eius librum rationum, & ſic per depoſitarij confeſſionem de vſurpatione appareret Iudex, nullo alio ſpectato ad reſtitutionem, & executionē procedere debet, quia in conuicto, & cōfeſſo nullæ ſunt partes Iudicis, niſi ad exequendum, vt *in l. poſt rem Iudic ff. de re Iud.* ſecundum dicta *ſupra in Rubr. de conf.* † Imò & textus *in l. 54.* 26

tit. 5.

tit.5. lib.2. recopilation. inhibet, vt Iudices Cancellariæ non deferant appellationi, ſeu attentata reuocent in rebus bonam Reipublicæ gubernationem concernentibus. † Et ſic Scobar de ratiociniis, *dicto cap.13. num. 25.* poſtquam longè egit, *à num.21.* colligit ex verbis prædictæ legis Regiæ quod vbi ex libro rationis ab ipſo adminiſtratore producto coram calculatoribus, vel confeſſione adminiſtratoris apparuerit adminiſtratorem poſiti, vel publicæ annonæ, vel etiam minoris aliquid ex bonis ſui principalis in alios vſus vertiſſe ſtatim, & in continenti pro eo, quod ita ex talibus bonis vſurpauit, debeat appellatione, *remota*, executari, quia de facto vſurpatum fuit, debet etiam de facto reſtitui, iuxta Textum *in l.2. §. quod de frumentaria, ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium*, vbi ſententia lata aduerſus adminiſtratorem publicæ annonæ frumentariæ circa reliqua ex ratione ſui libri liquidata executioni mandari poteſt: ſic Bartolus *in l. inſtar, num.8. Cod.de iure fiſci:* plura tradit ex pluribus Scobar *dicto cap. 13. num. 22.* qui *num. 23.* in verſic. *mihi*, expendit verba, *dicti*, §. *quod defrumentaria.*

27 (margin, beside "bernationem")

28 Quarto aduertendum eſt, *ex dicto*, §. *quod de frumentaria*, in verſic. *cum incremento debito reſtituatur*, quod vbi adminiſtrator annonæ, vel poſiti, vel alius Officialis publicus aliquam tritici quantitatem ex publico horreo vſurpauit, vel in proprios ſuos vſus conuertit, non ſolum quod vſurpauit, verum etiam debitum incrementum tritici à ſe vſurpati reſtituere debet; de quo caſu, & praxi plura ſcripſit videnda Caſtillus de Bobadilla *lib.3. politica, cap. 3. num 46.*

29 Scobar *de ratiocin. dicto cap. 13. num.26.* † Vbi aduertit quod licet cæteræ granorum ſpecies ſoleant decreſcere: tamen triticum creſcere ſolet ad rationem ſex fanecarum pro quolibet centum, & licet oppidorum, ſeu ciuitatum conſilia aſſueſcant adminiſtratoribus, ſiue depoſitariis horreorum aſſignare pro ſalario creces tritici: tamen inuehit, cum Caſtillo iam relato aduerſus hanc praxim, cum aliàs prædicti depoſitarij, vt ampliores creces habeant, ſoleant cum tritico paleam inuoluere, ſeu ſtercus.

30 Quintò venit notandum quod error calculi, qui eſt ille, qui reſultat ex ratiociniis trahentibus ſecum executionem paratam, ita ſimiliter ipſe trahit executionem paratam, ſicut eædem rationes deſpunctæ, quia ſi parcella nota eſt, non eſt cur ſumma negari queat; ſed ſi error contingat in ipſa re, contrarium dici debet, vt patet, *ex l.19. tit.22. p.3.* refert Curia Philipica

31 *dicta 2. p. ſua praxis*, §.4. *num.5.* † Itaque cum Afflictis *deciſ.157.* & Azeuedo *in dicta l.22.tit.6. lib.3. recopil. num. 9.* dico ex eo ſolo quod quis ad reddendum rationem fuit condemnatus, virtualiter cenſetur condemnatus ad reliquorum reſtitutionem, nullo alio adminiculo, vel ſententia iudicis interueniente.

Qvæstio X.

An ſignum Tabellionis ſit de ſubſtantia ſcripturæ: Et quid de Iure communi: Et quid de ſubſcriptione Tabellionis, ſeu teſtatoris: Et quæ nominibus obligatio dicatur, & de ſignatoribus: Et an ſigillatis litteris credatur: Et qualiter Bullis Apoſtolicis: Et an rogatus Tabellionis, ſiue Notarij, ſit neceſſarius: Et qui teſtes præciſè requirantur in ſcripturis publicis pro ipſarum valore?

Svmmarivm.

1 *Signum Tabellionis eſt de ſubſtantia ſcripturæ, num. 2. 3. 4. quæ aliter mandatur executioni.*

6 *Subſcriptio Tabellionis eſt de ſubſtantia ſcripturæ, n.7. declaratur, n.8.9.& 10.*

9 L.13.tit.25.lib.4.recop.n.10.

11 *Subſcriptio, ſeu firma teſtatoris eſt neceſſaria in codicillis, & teſtamento numcupatiuo: quid in ſcriptis, n.12.*

13 *Obligatio nominibus ex antiquitate quæ, n.14. 15. 16.*

14 *Tabula ſignatoria quæ apud antiquos, num.15.16. 17. 18.*

19 *Tabulæ ſubſignatæ ſyngraphi, vel chirographi vicem obtinebant, num. 20.*

21 *Chirographi, & ſyngraphi differentia.*

24 *Rogitus Notarij, vel Tabellionis, non eſt neceſſarius in conficiendis publicis ſcripturis, num. 25.*

25 Auth.de Tabellionib.§.nos autem.

26 *Teſtes duo ſufficiunt pro integra cuiuſlibet Inſtrumenti ſolemnitate, niſi aliter cautum ſit.*

27 L.54.tit.18.p.3.

Ad primam, & ſecundam quæſtionis partem, dico controuerſum eſſe de Iure communi, vtrum ſignum Tabellionis ſit de ſubſtantia ſcripturæ publicæ. Et quia Doctores antiqui ſolent de Iure communi diſputare per Textum *in l.fin. Cod. de aſſeſſoribus ibi ſignum, quod ſolitum eſt chartis imponat, & in Authentica de Inſtrument. cautel, §. oportet autem*, de quo dixi aliqua *ſupra in Rubrica*; ex his ergo iuribus multi dixerunt ſignum eſſe de ſubſtantia publicæ ſcripturæ, vt docet Gloſſa *in dicta Authentica, § ſed & ſi Inſtrumenta*, in verſic. *oportet*, vbi Bartolus *num.5.* Rolandus à Valle *conſ.44. num 40.* Couarruuias *in pract.cap.20.num.5.* plures adducit Ioannes Guttiertez *pract.lib.1. cap.138.* ad Textum *in l.12.tit.22.lib.4.recopil.* Zeuallos *in pract. quæſt.32.* 1

† Alij autem dixerunt ſignum non eſſe de ſubſtantia ſcripturæ publicæ, dixit communem Imola hic, imo & Bertrandus *conſ.133. in 2. parte*, ait quod fatuus eſt iudex, qui fidem adhibet ſcripturæ ex ſola ſigilli appoſitione: ſequitur Caſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ:* plures tradit Maſcardus *de probationibus concluſ.920.* videbis quæ tradit Gutierrez, *vbi ſupra.* † Ob idque Bartolus *in l.1 ff.de noui operis nuntiatione, num.6.* Cagnolus *num.104.* dixerunt, vt prior opinio procedat de conſuetudine taliter, vt Couarruuias *ſupra dicto num.5.* 2

num.5.cap.20.pract.dixerit penes omnes eſſe con-
ſtitutiſſimum hanc ſolemnitatem potius conſue-
tudinis Iure,quam lege ſcripta inductam.
4 Sed iam de Iure Regio deciſam habemus pri-
mam relatam opinionem, ex l.54.tit.18. p.3,vbi
Gregor.verbo y el ſigno de el eſcribano, & in l.12.
tit.25. lib.4. recopil. ibi ſignar los regiſtros, quæ
lex licet loquatur in protocollis, tamen ex iden-
titate rationis idem debet eſſe in cæteris ſcri-
turis: pluribus adductis docet Zeuallos dicta
quæſt.32. in verſic. prima opinio, Guttierrez dicta
quæſt. 138. contra Padillam in l. ſi qua beneficia,
num.15. Cod.de diuerſis reſcriptis. Oroſcium in l. ſi
5 quis argentum, §. initium, ff. de edendo. † Et in
tantum verum eſſe docent doctores practici ve-
luti Didacus Perez in l.2. tit.5. lib.5. ordinamenti;
col 434, Azeuedus in l.13. tit.25. num.44. lib.4.
recop. & in l.2. tit.4. num.19. lib.5. recop. vt exi-
ſtiment non mandari executioni ſcripturam, in
qua deficiat Tabellionis ſignum taliter, vt ſit
optima exceptio ad impediendam executionem,
cum ſit Iuris exceptio, & quæ prouenit ex ipſo
Inſtrumento, addit enim Gutierrez hoc pro-
cedere in ſcripturis publicis ſcriptis extenſe.
6 Ad tertiam quæſtionis partem quid dicen-
dum ſit de ſubſcriptione Tabellionis, ſeu te-
ſtatoris, & quantum ad Tabellionem, aut No-
tarium,breuiter dicendum eſt quod etſi perTex-
tum in dicta l.12. & in l.13. tit.25. lib.4. recop. vi-
deatur non eſſe de ſubſtantia, cum ibi ſolum re-
quiratur ſignum Tabellionis in fine regiſtro-
rum cuiuſlibet anni: tamen de Iure, & de com-
muni praxi dicendum eſt requiri in protocollo,
& regiſtro ſubſcriptionem ipſius Tabellionis,
aut Notarij: docet de Iure communi Baldus in
l. contractus, in verſic. ſed quæro hic num.5. & 6.
Cod. hoc tit. Vbi ait quod imbreuiaturæ non
probant: vbi non eſt ſubſcriptio Tabellionis
cum ſigno: ſequitur alios referens Decius
conſ.447. plures refert Burgos de Paz conſ. 20.
num.4. aduerſus alios relatos à Curtio Iuniore,
7 conſ.162.num.1. †. Quod idem de Iure Regio
probo ex verbis Textus in dicta l.12. recop. ibi
por eſcuſar la dificultad que ay en aberiguar la letra
de los regiſtros deſpues de fallecidos los eſcriuanos:
Nam ex quo per hæc verba lex prærequirit Ta-
bellionis ſignum, ita & neceſſaria eſt eius ſub-
ſcriptio, nam aliàs ex ſolo ſigno, ſiue ſubſcri-
ptione euenire poſſet quod non excuſaretur ea-
demmet difficultas, quæ adeſt, en aberiguar
la letra de los regiſtros: affirmant Padilla in dicta
l. ſi qua beneficia, num.5. Cod. de diuerſis reſcriptis
Ioannes Oroſcius in d. l.ſi quis ex argentariis, §. ſi
initium, num.69. & 70. ff. de edendo, dicentes
procedere de Iure Regio, & eſſe conſuetum; &
ſic Couarruuias pract. cap.20. num.2. ait in pro-
tocollo Iure Regio opus eſſe prædicta ſubſcrip-
8 tione. † Et latè agens Ioannes Gutierrez dicto
lib.1. pract. quæſt.129. ait num.2. prædictam do-
ctrinam limitari, ſi in fine protocolli, ſiue re-
giſtri illius anni eſſet ſubſcriptio, vel ſignum il-
lius Tabellionis, vel Notarij atteſtantis omnes
ſcripturas contentas in regiſtro præſentis anni,
apud ſe receptas fuiſſe, quia ſubſcriptio Nota-
rij videtur includere effectum omnium præmiſ-
ſorum, ad quæ habet relationem, & ſic docet
aduerſus Matiencum in l.2. Gloſſa 7. num.3. tit.4.
lib.5.recop.affirmantem ex dicta l.12. recop. tene-
ri Tabellionem in quolibet anno, & in qualibet
ſcriptura illius anni ſignum apponere.

Nec his obſtat Textus in dicta l.13.tit.25.lib.4. 9
recopil. in verſic. ibi y que en las eſcrituras que an
ſidieren ſignadas,niquiten,ni anadan palabra alguna
de loque eſtuuiere enel regiſtro, ſaluo la ſubſcrip-
cion, quia reſpondeo verba illa ſaluo la ſubſcri-
cion, intelligi de alia ſubſcriptione, quæ appo-
ni deber in ſcriptura ſignata, præter illam, quæ
fuit facta in regiſtro, vt communiter fieri vide-
mus; & ſic Baldus in l.2. Cod. de conuen. fiſci
debitor. col. fin. & Lucas de Peña col.2. per Tex-
tum ibi lib. 10. docent in ſcripturis extensè de-
ſcriptis præter ſignum Tabellionis requiri, &
ipſius ſubſcriptionem, aliàs Inſtrumentum abſ-
que ea non valere: facit Gloſſa in Authentica
de Inſtrument. cautel, & fide, §. ſed & Inſtru-
menta collatione 2. & in Authentica de tabellion,
in principio collatione 4. ibi ſubſcriptionem habens,
Gloſſa magna in l. generali, Cod. de tabulariis,
lib. 10. & de Iure Regio, l. 54. tit.18. p.5. in-
ſinuat. l.55. ſtatim ſequens, & l.10. tit.13. ea-
dem partita, facit elegans Textus in l. ad te-
ſtium, §. ſi quis, ff. de teſtamentis, vbi Baldus,
& Paulus hoc expreſsè notant, & ita tenendum
dicit Gutierrez ſupra, num. 4. licet Meno-
chius plures allegans, conſ.48. vol. 1. num. 15.
dicat contrarium eſſe magis receptam opi-
nionem.
Sed poſtquam Burgos de Paz ex pluribus ad- 10
ductis ita retulit, in l. 3. tauri 2. p. concluſ. 7.
num. 1246. deinde, num. 1251. ait prædicta Iu-
ra & Doctores procedere, non de ſubſcriptio-
ne, quæ vulgo firma, vocatur, ſed de ſub-
ſcriptione à Tabellione efficienda, in qua eius
ſcribens nomen propria ſubſcribit manu illum
ad fuiſſe ſcripturæ, Teſtibus præſentibus ea ſub-
iungens verba,quæ continentur,in d.l.54.recopil.
& quæ Doctores in locis per eum allegatis com-
memorant, quæ ſubſcriptio, non vulgo firma
nuncupata, quotidie à Tabellionibus in ſcriptu-
ris conſueſcit,ſecundùm ipſum,& illam à Tabel-
lione effici neceſſarium eſſe probat.
Ad quartam quæſtionis partem breuiter dico 11
neceſſariam eſſe ſubſcriptionem teſtatoris, hoc
eſt eius firmam in codicillis, & in teſtamento
nuncupatiuo; ita vt aliàs erunt nulli codicilli
ſiue teſtamentum: ita probat Didacus Perez in
l.1. tit.2. lib.5. ordin. folio 90. aduerſus Auenda-
ñum in cap. prat.16. p.2. num.1. latiſſimè diſpu-
tant ad vtramque partem Matiencus in l.1. tit.
de los teſtamentos, lib. 5. recopil. Gloſſa 3.à num.7.
optime ad vtramque partem examinauit Burgos
de Paz in dicta l.3. tauri concluſ.3. num. 1084. &
pluribus aliis ſequentibus, vbi affirmatiuam
opinionem probauit reſpondens fundamentis
contrariis docet hanc partem Gregorius Lopez
in l.2. tit.1. p.6. Gloſſa ſu nome, & approbat Gu-
tierrez dicto lib.1. pract. quæſt. 142. per Textum
in dicta l.13. tit.25. lib.4. compil. quæ generaliter
loquitur in omnibus ſcripturis, nec diſplicet
Couarruuiæ in cap. cum eſſes de teſtam. num.2. in
ſecunda editione, & iuuant ſupra relata.
Vnde infero quod & ſi Burgos de Paz in di- 12
cta l. 3. tauri, quæ hoc hodie eſt, l. 2. tit.4.
lib. 5. recopil. exiſtimet, & probet hodie non
requiri in teſtamento in ſcriptis Tabellionis
ſubſcriptionem, ſed eius ſignum tantum. Ta-
men dicendum eam ſubſcriptionem, id eſt Ta-
bellionis firmam prærequiri, tam in teſtamen-
to in ſcriptis, quam in aliis ſcripturis publi-
cis ſignatis, vt patet, ex dicta l.13. recopil. ibi
ſaluo

ſaluo la ſubſcripcion, quæ lex, vt iam dixi loquitur in omnibus ſcripturis, & comprehendit teſtamentum: bene probat Ioannes Matiencus *in dicta l.2.Gloſſa 7.num.4.* & expendit Gutierrez *d. lib.1.pract.quæſt.139.num.fin.* dicens in protocollis aliam ſubſcriptionem, quam firma Tabellionis interuenire non ſolere, requirique ſignum, & ſubſcriptionem ex iam dictis pro tertia quæſtionis parte.

13 Ad quintam quæſtionis partem optimè quidquid ex antiquitate dictatum eſt, tractat Reuardus *lib.3.variar. cap.1.* & nonnulla ex multis congerit Pichardus *in §. 1. de litterarum obligationib. num.21. & 22.* vbi id deducunt ex bonis Authoribus; igitur apud veteres dixit Theophilus ibi nominibus fieri ſolitam obligationem, vt is, qui rem aliquam emptionis, locationis, ſtipulationis, aut ſimili quouis titulo ſibi habet obligata maioris ſecuritatis cauſa tabulas proferret, quibus debitorem ad præſcribendam debiti, ſeu nominis quantitatem, & cauſam veterem hac intentione vrgebat, vt omiſſa veteris obligationis cauſa commodius ſuccederet, & litterarum ſubſignatione ciuilis debiti perſecutio.

14 Vel vt Othomanus, Balduinus & Minſinger dixerunt, *in d.§ 1.inſt.de litterarum oblig.* moris Romæ fuit, vt vnuſquiſque paterfamilias tabulas domi haberet, in quibus quidquid per ſingulos dies, aut acciperet, aut expenderet, ordine præſcriberet, quarum tabularum maxima erat fides, de qua cenſores quinto quoque anno Iuſiurandum à ciuilibus exigebant; & ſic ait Pichardus *ibi num.21.* quod nomina conſueuerunt dici articuli debitorum, qui in tabulis præſcribebantur, tunc maxime cum præſens non numerabatur pecunia; & ſic intelligi poſſe nominibus contractam ſcripturam, dici conſueuiſſe, cum in tabulis ſcriptum erat aliquem alicui certam pecuniam debere, quod non tantum in creditoris, verum etiam in aliorum quorundam tabulis fieri ſolebat, quæ idcirco in iudicium interdum aſſerebantur; & vt ait Rebuffus *in l.nominis ff.de verborum ſignif.* vbi alij Doctores; quod & ſi nomina ſiue eorum formula non ſint in vſu, tamen appellatio manet, & iam nunc accipi nomina pro debitoribus, vel debitis ipſis, & quandoque pro cauſa obligationis.

15 Cumque Seneca *de beneficiis, lib. 2.* in verſic. *cum nomina. & in lib.3. cap.15.* in verſic. *vtinam*, loquatur de ea obligatione, quæ olim fieri nominibus dicebatur, & nomina tunc fieri interpretetur cum interpoſitis parariis plurium fiunt nomina, cuius verba referens Reuardus *dicto lib.variar. cap.1.* paulo poſt principium exiſtimat, vt non ſolum plurium, qui adhibiti ſunt ornatorum virorum annulli chirographo imprimantur, verum etiam vt teſtium, ſignatorumque nomina in ipſis chirographi tabulis exprimantur, & qui nomina plurium per tabulas faciebant, vtrinque teſtes adhibebant, & *Parariosj*, hoc eſt, *Librarios*, ſiue vt Plautus ſentit actuarios, vel vt Vlpianus ſcribit Tabelliones, & teſtes erant viri ornati ſecundùm Senecam, nimirum Romæ Equites, alij

16 clari nominis, & integræ famæ viri. † In prouinciis decem viri decuriones, alij que non ignobiles, & qui erant adhibiti tabulis tranſcriptis, non ſigna ſolum inponebant, ſed nomen etiam ſuum quiſque ſubſcribebat, iuxta deciſionem Textus *in l.39.ff.de verb.ſignif. & in l.22. §.4. ff.* qui teſtamenta facere poſſunt, *& in l.fin. ff.de anthorit. tutor.*

Quare cum Equites Romani huiuſmodi tabulas ſignaſſent, licet ex Seneca non euincatur, vt ſentit idem Reuardus inferens hos Equites habere Ius annullorum, & quod Prætor Equites aliquot certo numero, qui in albo ſcribebantur, ſelectos habuerit olim, ex quorũ numero in priuatis cauſis liberã faciebat litigatoribus iudicem, iudiciiſve elligendi poteſtatem, vt cognoſci poteſt ex eodem Seneca *de benef.lib.3.c.7.* & ex Aulo Gellio *lib.14.cap.2.* ſic mirum non eſſe, vt quos priuatis controuerſiis dirimendis Prætor præfecerat eoſdem ſignandis etiam obligationibus priuatis, operam etiã dediſſe, quæ Romæ ſic erant in vſu; in prouinciis vero decem viros, decuriones, alioſque viros ornatos, teſtes vel ſignatores olim ſolitos adhiberi, quod amplecti videtur Venuleius Conſultus *in l.22.ff. de Teſtib.* ibi *curene magiſtratus cuiuſque loci teſtari volentibus, & ſe ipſos & alios teſtes, vel ſignatores præbere quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit*, id eſt vt expendit idem Reuardus *d.cap.1. circa finem*; ideo teſtes, ſeu ſignatores poſuit Venuleius, quia cum iam ſuis temporibus ſignandi ratio non ita vigeret, ideo vbi ſignatores erant incogniti teſtes magiſtratus adducerent; ſignatores verò vbi in vſu ſignandi vigebat ratio. 17

Quod ſi dubites quando huiuſmodi tabulæ ſignari debuiſſent, eleganter reſpondet Iulius Paulus *lib.5.recept.ſent. tit.25.* idi *ampliſſimus ordo decreuit eas tabulas, quæ publici, vel priuati contractus ſcripturã continẽt, adhibitis teſtibus ita ſignari, vt in ſumma marginis ad mediam partem perforata triplici lino conſtringantur, atque impoſita ſupra linum ceræ ſigna imprimantur, vt exteriores ſcripturæ fidem interiori ſeruent aliter tabulæ prolatæ, nihil momenti habent*: & Suetonius in Nerone docet hoc ſenatuſconſultum factum fuiſſe temporibus Neronis ibi *aduerſus falſarios tunc primum repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto obſignarentur*, & ſic qui tabulas ſignabant, *ſignatores*, dicebantur iuxta *d.l.22.ff. de teſtibus, & in l.32. ff.de furtis, & in l fin ff. com. de leg.* 18

Sed an tabulæ ſubſignatæ habuerint nomen ſyngraphæ, vel Chirographi, & Seneca videtur eas appellaſſe Chirographa quod expendens vbi ſupra Reuardus, in verſic. *eas igitur*, ait tabulas, de quibus hic actum eſt rectiùs chirographa, quam ſyngraphas appellari, ſiquidẽ in obligationibus, quæ fieri nominibus dicebãtur ea dumtaxat, quæ geſta erant continebantur, quemadmodum iam eſt probatum ex Seneca, Theophilo; & aliis. 19

† Cui dicto obſtat Pichardus *in dicto, §.1. inſtit. de litterarum obligationibus, n. 22.* dicens quod fœneratores, qui pecunias ſuas apud argentarios depoſitas habebant, & in eorum menſa fœnus exercebant, cum quis qui pecunia indigebat, cum eis conueniebat, cautionemque illis faciebat, id eſt, ſyngrapham qua confitebatur ſe illis ex muto debere, & fœneratores apud menſam ſecundùm commoditatem argentarij, vel debitoris iubebant ei numerari, & huiuſmodi ſyngraphas cùm argentarij rationibus, in quibus nomen illius debitoris erat ſcriptum, nomine vocari ait & probat *ex l peculij 4.* ibi *ſi vero nomina, ff. de peculio ex l.1.ff annuis, leg. & ex l.thais 41. §.fin.* in verſic. *ſtichus, ff.de fideicommiſ.libert. & in l.fin.C.de pact.conu.* 20

Quare Pedianus talem conſtituit differentiam inter chirographum, & ſyngraphã, quod in chirographis 21

graphis tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſoleant; in ſyngraphis vero etiam contra fidem veritatis pactio veniat, & non numerata quoque pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria hominum voluntate more inſtituto, quæ Græcorum, & cæteræ tabulæ ab vna parte ſeruari ſolent ſyngraphæ ſignatæ vtriuſque manu vtrique parti ſeruandæ tradantur, vt refert idem Rebardus *vbi ſupra*, in verſic. *inter ſyngraphas*, in quo dubio poteſt dici promiſſiuè ſyngrapham, & chirographum ſummi. argum. eorum, quæ adduxi, *ſupra,q.3.& 4.*

22 Ad ſextam quæſtionis partem an ſigillatis litteris credatur, dixi *ſupra in cap.7.& de probationibus*, interim videbis quæ dico, *infra hoc tit. cap. 3.*

23 Ad ſeptimam quæſtionis partem dico etiam *ibi in d.c.3.hoc tit.*

24 Ad octauam quæſtionis partem breuiter reſpondeo quod in ſcripturis publicis conficiendis, non eſt neceſſarius rogitus Notarij, ſeu Tabellionis, eo quod Iure noſtro Regio eſt lex, quæ ſcribit ſolemnitates ſubſtantiales cuiuſlibet Inſtrumenti, ſine quibus illud non valet, & nihil cauit de hac ſolemnitate, quæ ſi ſubſtantialis eſſet exprimeretur ibi inter alias, tamen ex quo *ibi in dicta l.13.tit.25. lib.4. comp.* ſunt plures clauſulæ, quæ indicant rogitum ſubintelligi, quia non eſt credibile, quod aliquis Tabellio ſe introducat ad conficiendum Inſtrumentum ſine conſenſu, aut rogitu contrahentium, ideo dici debet ſemper illum ſubintelligi, ſed non eſt neceſſarium quod ſub tenore ſcripturæ exprimatur ad eius validitatem, vt requiritur quod in eis opponatur dies, menſis, annus, & locus, vel domus, vbi conficiuntur; & alia de quibus patet ibi in verſic. *que fue*, & ibi in verſic. *que an ſi como.*

25 Quo pacto intelligendus venit Textus *in Authentica de Tabellionibus,§.nos autem*, iuncta Gloſſa verbo *iniungatur*, & Innocentius, & alij Doctores *in cap. 1. hoc tit.* dicentes prærequiri rogitum Tabellionis pro forma ſubſtantiali huius opinionis: refert plures Ioannes Gutierrez omnino videndus, *d.lib.1.pract.cap.141.* qui circa finem ait quod ad minorem cautelam nonnulli vel plures Tabelliones ſoleret in Inſtrumentis publicis ſignatis, quæ partibus tradunt adijcere verba ſequentia, *yo fulano Eſcriuano que preſente fuey en vno conlos teſtigos al otorgamiento dela dicha eſcriptura depedimiento delas dichas partes la hice hacer, y laſigne, &c.*

26 Ad nonam, & vltimam quæſtionis partem videtur dicendum duos tantum ſufficere teſtes pro integra cuiuſlibet Inſtrumenti publici ſolemnitate, niſi aliter expreſsè caueatur in aliquo caſu iuxta ea, quæ longe adduxi *in cap. cum à nobis 28. de Teſtibus & de Iure Regio*, probat Textus *in l.111. tit.18.p 3.* ibi *elos nomes de los teſtigos alomenos & in l.114.* ibi *eaun decimos que toda carta, que ſea fecha por mano de Eſcriuano publico, en que aya eſcrito*

27 *los nomes de dos teſtigos.* † Nec obſtat *l.54. eiuſdem tituli*, ibi *tomen por teſtigos tres homes buenos*; quia licet Couarruuias *pract. cap.20 num.4.* & alij relati à Guttierrez *d.lib 1 pract. quæſt.140.* dicant tres requiri, & ſi in praxi ſeruari, vt videmus quotidie; tamen vt ait Gregorius Lopez *illa lex 54.* intelligitur per leges.111.& 114 ſequentes: & ad alia videbis Guttierrez, vbi expendit, *num.2.* verba Textus *in dicta l. 54.* ibi *ea bonda entoda carta publica, que ſeandos Eſcriuanos publicos*, ſed ſecurius eſt, *vt tres teſtes*, apponantur, & praxis ita obſeruat ad abundantiam.

QVÆSTIO XI.

An concedenda ſit executio Inſtrumenti, ſi de validitate oppoſita cancellationis dubitetur. Et an ſi Inſtrumenti nullitas ex parte creditoris praueniendo petatur poſſit interim exigere cenſus ex eodem contractu impugnato. Et an Inſtrumento annullato, reciſo, vel aliter ſententia iudicis vulnerato, deneganda ſit executio?

SVMMARIVM.

1 *Cancellationis tres conſiderantur caſus ad effectum denegandi, aut non executionem Inſtrumento.*
2 *Cancellare eſt lineam ſuper Inſtrumento per tranſuerſum ducere in modum crucis.*
3 *Cancellationis Inſtrumenti cauſa legitima conſtare debet.*
4 *Cancellationi aliquid obiectum, quod non vitiet, non denegatur Inſtrumenti executio.*
5 *Cancellatio tollit prorſus diſpoſitionem actus.*
6 *Cancellatione deficit originalis ſcriptura.*
7 *Cancellationes illegitimæ non euacuant Inſtrumentorum fidem quominus exequi valeant.*
8 *Nullitatis promptuaria, & Notaria replicatio admittitur in executiuis.*
9 *Cancellationis legitima dubietas facit ſuperſederi in executione Inſtrumenti; donec de dubio ventiletur, & in quo iudicio fiat, n.10.*
10 *Cancellationes iudicium ventilari debet in iudicio ordinario, cum ſit exceptio requirens altiorem indaginem, & n.11.*
12 *Inſtrumentum guarentigiatum aliquo modo offuſcatum non meretur executionem.*
13 *Inſtrumenti executio non ceſſat ſecundùm aliquos ex eo, quod ipſe creditor illum impugnaret, vt num.14. & quod in tali dubio fuit electa pecunia depoſitio apud tertium, vt n.15.*
16 *Executio Inſtrumenti cenſualis per hæredem grauatum qualiter oppoſito de nullitate, ceſſet.*
15 *Cenſum bullarem redimens à manu hæredis grauati, quando deſinat liberari ab executione.*
18 *Cancellatio, & ſuppreſſio cenſus redditualis per ſolum fructuarium, aut proprietarium ſpernitur.*
19 *Executio Inſtrumenti denegatur, ſi annulletur, aut reſcindatur ſententia iudicis, ſi ipſum Inſtrumentum vulneraſſet, non autem, ſi ſuper executione, aut reuocatione vt n.20.*
21 *Executio Inſtrumenti non ſuſpenditur ex ſententia vulnerante illum interim quo appellatio durat ab ea contra aliquos, vt n.22.*

AD primam difficultatis partem, ſuppoſitis 1 quæ dixi *in cap. 5. & in cap. cum Ioannes, hoc tit.* & diſtinguendo tres caſus. Primus, quando Cancellatio eſt euidenter legitima, & non dubitatur. Secundus, quando non dubitatur Cancellationem eſſe illegitimam, vel ratione poteſtatis Cancellationis, vel ex errore Notarij, vel ratione illegitimatis cauſæ cancellationis vel aliter. Tertius, quando Cancellatio dubitationem continet, ſi legitima ſit, vel ne, cuius

cuius diſcuſſio altiorem requireret indaginem.

2 Quibus intellectis, & etiam quod cancellare ſit, lineam ſuper Inſtrumento per tranſuerſum ducere in modum crucis, vt declarat Gloſſa *in l. ſi quis libertatem*, in verb. *inducere, ff. de petit. hæredit.* quam ſequitur Bartol. *in l.1. §.1. l. cancellaueras, n.3. ff. de his, quæ inteſt. debent*, Alex. *conſ.14. n.9. vol.6.* Iaſon *in l. ſi vnus, n.1. Cod. de teſtam.* Surdus *conſ.16. n.1.* Ponte *conſ.46. n.9.*

3 *lib. 2.* † Et item quod de cauſa legitima cancellationis conſtare debet, Maſcardus *de Probat. concluſ.162. n.14.25.32. & concluſ.256. n.4. & 5.* Farinac. *q.103.* Graſſ. *except.13. à num.24. ad 33.* Vibius *deciſ.17. n.7.* Baiard. *ad Clarum*, §. *homicidium, n.249. in fine.*

4 Iam ad primum caſum reſpondemus, quod quando cancellationi aliquid obijcitur, vel ratione poteſtatis cancellantis, vel ex errore Notarij, vel ratione cauſæ Cancellationis, tunc, ſi Cancellatio eſt legitima, & non dubitatur, inſtrumentum exequendum non eſſe, quia executio ceſſat, quando inſtrumentum non eſt abolectum, Cancellatum, vel in aliqua ſui parte vitiatum; tunc enim tali inſtrumento denegant DD. Cancellationem, vt docent Lucardus *in leg. fin. Cod. de edicto Diui Adriani, n.326.* Surd. *conſ.16. n.263. à num.12.* Podius *ſuper tit.101.* qui allegat Bartol. *in dicta l.1. §. fin. de his, quæ in teſtam. delentur*, Bald. *in l.1. num.12. Cod. vt in poſſeſſ. eatur*, Aſſinius *de execut.* §.1. *cap.23. ſub num.2. & 3.* Maſtrill. *deciſ.47. & 72. n.2.* Suarez *in l. poſt rem iudicatam ampliat.6. ff. de re iudic.* Sfortia *de reſtit. in integr. q.93. n.27.* Maranta *de Iudic. p.6.* & producantur ſcripturæ, *n.11.* Giurba *deciſ.79. n.24.* Cancer. *var. reſol. lib.2. cap.3. num.23.* Campan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.42. n.52. & 53. volum.1.* Rebuffus *de lit. obligat. 1. gloſſ.1. num.58.* Cumia *ritu 6. n.110. & 111.*

5 Et in hoc caſu plenè videtur verificari ea, nempe regula, quod ex Cancellatione tollitur prorſus actus diſpoſitio, cum ſic inſtrumentum

6 Cancellatum non prohibet. † Et quia per Cancellationem deficit originalis ſcriptura, quæ rem faciebat notoriam; quare ceſſante notorio, quod erat cauſa executionis, tanto magis ceſſare debebit executio, *ex l. præſes*, in verb. *circunduxerit, ff. quomodo, & quando Iudex*, Decian. *conſ.91. n.16. lib.3.* Surdus *dicto conſ.16. num.2.* Sfortia *de reſtit. in integ. q.93. n.29.* Moron *conſil.69. num.7.* Bertazol *conſ.535. n.7. & 8.* Amat *reſol.81. n.3. & 8.* Craueta *conſ.288. n.4.* Lucard. *in dicta l. fin. n.288.*

7 Quoad ſecundum caſum, cum Cancellationes indebitæ, ſiue inualidæ inſtrumenti vigorem non derogent, & actus nullus, nullum operetur effectum iuris, nec præſtet impedimentum, quia nomen actus non meretur, tunc non dubitari tale inſtrumentum exequi poſſe, quia in tali

8 caſu tollitur Cancellatio, tanquam nulla. † Etenim in executiuis, etiam admittitur nullitatis promptuatiæ, & notoriæ replicatio, vt docent Surd. *deciſ.5. & 51.* & poſt Bartol. Bald. Salicet. *in d. l. præſes*, in locis iam adductis, alióſque antiquiores, & neotericos, Menoch. *de Arbitr. lib.1. q.90. n.24. & conſ.60. n.2. & lib.3. de præſ.141. n.6.* Farinac. *dict. q.103. n.106.* Moron *de tregua, & pace, quæſt.106. in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.593. n.16. & cap.699.* Entrigliol. *ſingul.197. lib.2.* Pariſ. *conſ.95.* Amat cum aliis multis *dicta reſol.81. n.9. & 10.*

Quoad tertium vero caſum, quoties Cancellatio dubitationem continet, ſi legitima ſit, vel 9
ne, cuius diſcuſſio altiorem indaginem requiret, tunc inſtrumentum; donec declarata non fuerit Cancellationis nullitas, exequi poſſe non videri; quia pendente Iudicio ſuper viribus Cancellationis, ſuperſedendum eſſe in executione inſtrumenti, dixerunt Bertr. *conſ.43. lib.1.* Lancellor. *de attent. p.2. cap.5. n.9.* Magon in Lucenſib. & poſt Paul. *in d. l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani*, Bart. *in dicta l.1. §. fin. ff. de his, quæ in teſtam. delentur.* Bald. *in l.1. n.12. Cod. vti poſſidetis*, & *in l. penult. n.13. de fideicommiſſ.* Iaſon *in l. ſi vnus, n.6. Cod. de teſt.* dixerunt etiam Menoch. *libro 3. dict. præſ.141.* Ripa *reſponſ.5. de appell.* Vibius *deciſ.17 & deciſ.45.* Intrigl. *d. ſing. 197. lib.2.* Aſſin. *de execut.* §.1. *cap.33.* Maſtr. *deciſ.72. ſub num.2. & n.7. in fine*, Amat *d. reſol.81. à n.12.* Franc. de Podio *in rit.101. n.6.* dicentes prius eſſe exequendum de Cancellatione, eiúſque validitate.

Dubium vero eſt, an prædicta diſquiſitio queat 10
fieri in Iudicio executiuo, ſeu requiratur, vt fiat in termino ordinario? Et reſpondent DD. Rebuffus *ad Regias conſt. tit. de demat. poſſeſſ. artic.7. gloſſa 1. n.14. & 15.* Socin *conſ.59. lib.2.* Seraphin. *deciſ.1107. n.4.* Giurba *deciſ.60. n.19.* Burgos de Laudemio *p.3 inſpect.40 n.275. in modern. addit. eiuſdem*, Muſcatell. *in praxi Ciuili, part.4.* Gloſſa *Iudicate, n.15.* Aſſinius *in praxi*, §.18. §.4. Caſſanet. *conſ.9. n.66.* Couarruu. *pract. quæſt. cap.7. num.4. verſic. non.* Molina *de primogen. lib.3. cap.13. n.15.* de Cancellationis nullitate non poſſe cognoſci in ſummariſſimo executiuo Iudicio, cum altiorem indaginem requirat. † Nec minus altiorem 11
indaginem diceretur requiri, ſi in facto, quam in iure dubia exceptio, quam explicatio eſſet, docuerunt Muſcatell. *in praxi ciuili, p.5. gloſſa reſeruatis, n.21. & 23.* Alex. *conſ.165. col. penult. in fine, vol.2.* Surd. *conſ.93. n.30. & conſ.125. n.10.* Capic. *deciſ.10. num.19. & 20.* Puteus *deciſ.233. lib.3.* Caſtill. *deciſ.124. n.8. & 9. cum aliis lib.2.* Amato *d. reſol.81. n.14. & 15.* Franc. *deciſ.289. n.5.* Treuiſant. *deciſ.2. n.2.*

Etenim inſtrumentum guarentigiatum ali- 12
quo modo offuſcatum, non meretur executionem, vt dixerunt Rota *in vna Rom. de trinciis 16. February 1615. coram Buratto per Farin. dec.648. in fine, p.2. tom.4.* Lanfranc. *de Arbitr. p. vlt. q.50.* Borrell. *in ſumma deciſ. tit.19. n.183. vol.2.* Bald. *in l.2. Cod. de execut. rei iudicatæ.* & *in l.1. ff. de leg.2.* Socinus *conſ.4 n.3. vol.1.* Galles *ad formam Cameral. oblig. p.2 tertia part. princip. n.8.* Surdus *deciſ.27. n.5.* Entrigliol. *ſingul.36. lib.3. poſt Lancellot. de attent. p.3. cap.12. limit.9. n.7.* Blanc. *de compromiſſ. q.4.* verſic. *cauſa ex inſtrum. guarentigiato circa finem.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, quia ſolet 13
à creditore impetrari prouiſio Pro-Regis Neapol. quod poſſit exigere abſque præiudicio ad id, nempe, vt non cenſeatur ſibi præiudicare in nullitate tentata, vel tentanda. Et licet Franc. *deciſ.373.* dixerit denegari creditori parenti prædictam exactionem per regul. text. *in cap. ex eo de reg. iuris in 6.* vt non conſequatur, quis fructus ex eo, quod nixus eſt impugnare, vt refert Amato *reſol.36. n.26.* vbi de hoc puncto vtiliter ad partes diſcuſſu refert, *ex n.25.* & quod prædictam regulam non tetigerit Franc. & ex illa doctrina Bartol *in Auth. in cauſa, n.19. Cod. de liber. præter.* vbi quod filius impugnans teſtamentum patris

tris ex vitio præteritionis, non poteſt petere legatum, licet quoad legata, teſtamentum ſit validum, & hoc, quia teſtamentum impugnat Surdus id probans, & contra Franc. *deciſ.*6. & Gargiare Patrocin. 26. *lib.*6. & ex aliis.

14 Verum quia ex alio capite reperiatur relatam prouiſionem ſolitam eſſe dari, vt queat exigere abſque præiudicio, & inſuper aliam conſiderent implicationem idem Franc. *d. deciſ.*373. & prius *deciſ.*269. *&* 303. *n.*1. *&* 2. Entrigl. *de ſing.*155. *lib.*2. Maſtrill. *deciſ.*160. *à n.*2. *per tot. libro* 2. Giurba *deciſ.*2. *n.*1. *&* 2. & *deciſ.*55. *n.*11. & *deciſ.*100. *per tot.* Caſtillo *deciſ.*63. *&* 195. *n.*1. *&* 2. Caualcan. *deciſ.*31. *n.*360. *&* 361. *p.*2. & *deciſ.*37. *à n.*47. *& per tot. p.*3. Borrell. *in ſumma deciſ.*19. *n.*114. *vol.*2. Rota Roman. *deciſ.*301. *num.*3. *p.*1. Carroc. *deciſ.*97. *n.*13. Surd *deciſ.*108. *n.*14. & *conſ.*183. *n.*94. Honded. *conſ.*17. *n.*45. *lib.*2. Maſcard. *de Probat. concluſ.*686. *n.*14. *&* 15. Pelaez *de maior. p.*1. *q* 44. *n.*4 Campan. *ad ſtatuta Mediol. cap.*444. *lib.*1. Guttierrez *de Iuram confirm. p.*1. *cap.*2. *n.*23. Rebuff *ad conſtit. Gallic. tom.*2. *tit. de reciſ. contract gloſſa* 4. *art vnic. n* 7. verſic. *notandum*, Stephan. Gratian. *diſcept.*141. *num.*35. Marcer. *var. reſol. lib* 1. *reſol.*61. *n.*4. verſic. *quod verum eſt*, Puteus *deciſ.*35. *lib.* 1. dicentes non velle Principem, nec intendere, imò velle, quod in omnem euentum cenſus deberetur quia actio non concederetur, ſi de iure impugnando con-
15 tractum non poſſet illo vti. † Ideo in caſu ſic difficili mediam viam amplexam fuiſſe reſoluit Amato *ſuprà d. n.*26. *in fine*, non ſequendo totaliter Francum, nempe quod pecuniæ depoſitentur, & ſpectetur litis euentus, ſicut tunc fuit per caſus particulares concurrentes in cauſa Ducis S. Ioannis cum Comite Caſtri, quam praxim quotidianam apud nos videmus, & aliquoties video practicari in Noſtro Conſilio ſupremo Inquiſitionis, interim, dum diſcutitur de nullitate inſtrumenti ceſſionis, aut aliorum.

16 Hinc fluit diſquiſitio alterius caſus, nunquid in executione inſtrumenti caſualis per hæredem grauatum, recipiendo debitum, vel ſortem redditus, Cancellari ſuperſedendùm ſit cum interiectiuo Iudicio de Cancellatione opponitur, & de inualiditate eiuſdem ex cauſa poteſtatis cancellantis replicatur, & fuit terminatum quod ſic per textum, *in l. ante reſtitutam, ff de ſolutionibus*, ac tenent Rodriguez *de annuis redditibus, q.*15. *n.*87. *lib* 2. Entrigl. *de cenſib. q* 71. *n.*5. *& additionator*, ibi, *littera C*, qui latius firmat Binnius *conſ.*123. *lib.*2. Fontanella *de pactis dotalib. clauſula* 4. *gloſſa* 18. *p.*5. *à n.*2. *vol.*1. Seſſe *dec.*10. *lib.*1. *& de inhibitionib. cap.*4. § 8. *n.*4. Caſſanete. *conſ.*7 *& conſ.*9 in terminis fuiſſe obtentum pro vrbe Panormi contra V, I, D, Ioan. Baptiſtam, ſeu D. Dorotheam eius vxorem petentem executionem contractus ſubiugatorij initi per Syndicum Vrbis Cancellatum per D. Marianum eius auum, quem cancellare non poſſe dicebatur, prætextu quod erat hæres grauatus fideicommiſſo; tradit Amato *reſol.*81. *p.*2. *n.*17. referens malè in alia cauſa condemnatam fuiſſe Vrbem cum Barone Solanti, in qua ſuccubuit, vt refert Maſtrill. *deciſ.*47. ſequendo Felicianum *de cenſib. lib* 4. *cap.*1. *n.*4. *&* 5. Cancer. *lib.*2. *Var. reſolut cap.*6. *n.*106. ſed malè quidem ait; quia non fuit allegatus textus, *in d l. ante reſtitutionem*, vbi expreſsè cauetur, nec vllus ex præfatis Doctori-
17 bus. † Qui & *num.*18. reſoluit quod redimens cenſum Bullarem à manu hæredis grauati, non liberatur, ſi teſtatoris diſpoſitio, quod ſors in alios redditus inueſtiatur fuerit reddituali debitori notificata, alia etiam adducens ibi, *vſque ad num.*23.

Tamen ſpetni Cancellationem, & ſuppreſſio- 18
nem redditualis cenſus per vſufructuarium ſolum, & ſolum proprietarium factam, ſecundum magis tutam ſententiam, tanquam & à perſona illegitima executionem paratam remanendo contractui cenſuali, docuerunt Cagnol. *in l.*2. *Cod. de pactis inter emptionem, & vendit. n.*329. Tiraquell. *de retract. conuent.* §.1. *gloſſa* 6. *n.*26. Foller. *ſuper Bulla.* in verb. *inſtrumentum gratia, n.*35. *&* 36. per textum, *in l. vxori mea, ff. de vſufructu legato*, Alexand. *in l. diuortio*, §. *ſi fundum, col. penult. ff. ſoluto matrim.* & *in l. acta, n.*9. *ff. de re iudicata*, Felician. *de cenſib. lib.*4. *cap. vnic. n.*7. Cumia *ritu*, §. *n.*112. *&* 113. Maſtrill. *dec.*47. *n.*7. & ad Petr. Gregor. *de cenſ. q.*5. *n.*298. Surdus *conſ.*16. *à n.*9. & *conſ.*162. *num* 14. Fontanella *de pactis dotalibus, clauſula* 4. *gloſſa* 18. *p.*5. *à num.*5. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. q.*71. *lit. A*, Amato *d. reſol.*81. *n.*11. dicens ita tenendum, & ſi aliter de ſtricto iure ſentiant Roderic. *de annuis redditib. lib.*2. *q.*15. *n.*84. Seſſe *deciſ.*63. *lib.*1. & alij per Giurbam *deciſ.*79. *n.*39.

Ad tertiam quæſtionis partem, an inſtrumen- 19
to annullato, reſciſo, vel aliter ſententia Iudicis vulnerato, deneganda ſit executio? in quo dubio Gonzal. *ſuper regul.*8. Cancel. *gl.*6. *à n.*202. Rota Romana *diuerſ. deciſ.*182. *in princ. & n.*1. *lib.*2. Seraphin *deciſ.*674. *num.*2. Rota Romana apud Coccinum *deciſ.*78. Giurba *deciſ.* 100. *ſub n.*34. Syluester Zacchiæ *in additionib. ad Anton. Maſſam*, Gellis *de oblig. cameral. q.*37. *n.*16. *&* 17. Honded. *conſ.*17. *n.*45. *vol.*2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*667. *n.*21 Rota Romana *deciſ.*73. *num* 2. *deciſ.*74. *n* 1. *deciſ.*95. *n.*1. *deciſ.*76. *n.*2. *in impreſſ.* poſt Galleſium *in d. tract. de obligat. cameral.* docent denegandam eſſe executionem, ſi vulnerans ſententia in iudicatum tranſierit, quia tunc lethaliter dicitur vulneratum inſtrumentum; cum ſententia faciat (vt dici ſolet) de albo nigrum; eo quod ampliat Rota Romana *in deciſ.*149. *n.*3. *in impreſſ.* poſt Galles *in d tract.* & Zacchia *dicto loco*, *n.*18. *&* 19. etiamſi per compromiſſum, & laudum inde ſequutum fuerit vulneratum inſtrumentum.

Verum hoc intelligunt, atque declarant DD. 20
quando ſententia ipſum inſtrumentum vulneraſſet; non autem ſi ſuper exequutione, ſeu reuocatione mandati executioni prolata ſit; quia dicta ſententia non vulnerat inſtrumẽtum ipſum, ſed ſolum mandatum executiuum: ſic à Rotæ Romanæ Dominis diſtingui obſeruant deciſum Coccinus *d. deciſ.*78. *n.*11. *in fine*, Rota Romana *diuerſor deciſ.*132. *n.*11. *in fine*, *p.*2. Marcheſan. *de commiſſ. p* 1. *appellat. à Camer. oblig. cap.*16. *n.*19. Rota Romana poſt Galles *ſupra deciſ.*95. *num.*7. Quod ſi ſententia prædicta inſtrumentum vulnerans notoriè oſtenderetur nulla tunc poſſe de nullitate iſta replicari in executione inſtrumenti, docuerunt Coccinus *dict. deciſ.*78 Rota Romana *deciſ* 45. *n.*5. *coram R. P. D. Corduba Veneuentana pecuniaria Veneris* 15. *Iunij* 1599. & *dec.*95. *n.*3 *in impreſſ.* poſt Galles *de oblig. cameral.* Amato *d. reſ.*81. *n.*22. *& per d. num.*10. *&* 14. ex eo quia quod nullum eſt, nullum operatur, & inre effectum; ſecus ſi non ita in promptu de nullitate doceretur,

doceretur, vel ſententia eſſet iniuſta, niſi ex euidenti iniuſtitia notoria nullitas reſultaret, quod notorium nulli ſubſit controuerſiæ, vel altiori indagini iuxta ea, quæ longè diſtinxi, *in cap.1. de ſent. & re iudic.*

21 At ſi fuerit ſuſpenſus effectus vulnerationis reſultans ex ſententia ipſa vulnerante per appellationem ſuſpenſiuam ab eadem petitam, vel per aliud ſuſpenſiuum remedium aduerſus eam propoſitum, non impeditur interim executio inſtrumenti, vt docent Hondedeo *conſ.17. num.45. lib.2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.667. num.21.* & *cap.796. n.39. 40. & 41.* Giurba *deciſ.100. n.34. in fine*, Cæſar de Graſſ. *deciſ.4. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Caputaq. *deciſ.321. part.1.* Ludouiſ. *deciſ.313. n.4.* Amato *d. reſ.81. n.28.* quia vulnus remanet poſt appellationem, & ſuſpenſiuum remedium in pendenti; donec tollatur per contrariam ſententiam, vel lethale efficiatur confirmatione poſterioris ſententiæ.

22 Et licet alij ſentiant, appellatione quidem pendenti à ſententia vulnerante, interim non poſſe exequutiuè procedi; quia vulnus ſemper remanet, licet in pendenti, inter quos Rota Romana *coram R. P. D. Litta in Romana Cenſus Lunæ 5. Iunij* 1600. *in impreſſ.* poſt Gallos *de obligat. cameral. deciſ.96. n 3. & 4.* Scaccia *de appellat. lib.3. cap.2. q.17. limit.9. ſubn.58.* verſic. *ſub extende*, fortius dicens, quod ſi fuerit lata ſententia, vulnerans inſtrumentum, & ſuccumbens, appellet, & fuerit prolata ſententia reuocatoria ſententiæ vulnerantis, ſi ab iſta reuocatoria fuerit appellatum, executionem ſuſpendi inſtrumenti ex adducta ratione. Tamen Amato primam complectens, *ſuprà d. n.28. in fine*, referens iuxta illam cenſuiſſe, M.R.C inter D. Ferdinandum de Bono, & Sancta Columba, & Illuſtr. D. Arnaldum, S. Columba Comitem Vnelli firmat non eſſe diſcedendum à prima, cum vere ex appellationis remedio, ſuſpendatur vulnerationis effectus, de quo latè dixi, *ſub Rub. & tit. de appellat.* additque Amato non eſſe inconueniens, quod executio inde per confirmatoriam ſententiam, vulnerantis ſententiæ retractetur.

AD TEXTVM IN CAPITE III. Ex litteris, hoc Titulo.

QVÆSTIO I.

Quare reſcriptum Apoſtolicum, propter raſuram in loco non ſuſpecto, non dicatur vitioſum, cum certum ſit in Iure inſtrumenta, priuilegia, cancellata abolita, ſeu ex quacumque parte vitiata: vt ſuſpecta non facere fidem?

SVMMARIVM.

1 Cap. inter dilectos hoc tit. cap.2. cap. ſuper litteris de reſcriptis, cap. ad audientiam eodem l. Plautius, ff. de auro & argento, l. fin. *verſic.* ſancimus, Cod. de edicto Diui Adriani tollend. l. fin. de Fide Inſtrument. & n.4. & 5.

2 *Reſcriptum Apoſtolicum, quod patitur raſuram, aut Cancellationem in loco non ſuſpecto, probat, n.3.*

4 *Cancellatio reſcripti in principali diſpoſitione non probat: Quid ſi contingat in facti narratione, n.5.*

Difficvltatem faciunt primo textus *in cap. inter dilectos infra hoc tit. cap.2. cap. ſuper litteris de præſcript.* Secundo textus, *in cap. ad audientiam de reſcript. l. Plautius, de auro, & arg. leg.* Tertio textus, *in l. fin.* verſic. *ſancimus, Cod. de edicto Diui Adriani tollendo, leg. fin. Cod. hoc titulo.* 1

Sed cum plura notentur infrà *in d. cap. inter dilectos*, & *in cap. cum Ioannes hoc titul.* vbi ago qualiter inſtrumentum manu publica confectum, non probet; item & qualiter eius falſitas probari queat, breuiter dico. Ideo reſcriptum Apoſtolicum, cuius Cancellatio, ſeu raſura in loco non ſuſpecto exiſtit probare; quia præſumitur facta ab eodem notario; & quia veritas non eſt cur immutata præſumatur ex minima inſtrumenti Cancellatione, & in loco non ſuſpecto, cum de minimis non ſit curandum iuxta doctrinam textus, *in cap. etſi quæſtiones de Simonia, c.13. de probat.* Gloſſa *in cap. venerabilis de religioſis domibus, cap. licet ad regimen*, verſic. *quinto de crimine falſi, cap. cum olim de priuileg.* Et ex hac ratione aſſertio textus noſtri probatur, *ex cap. ex parte 11. cap. accepimus, hoc tit. d. cap. cum olim de priuileg.* vbi gloſſa, verbo *raſura, dict. cap. fin. de crimine falſi*, Gloſſa verbo *vitiatum, l. ſi vnus, Cod. de teſtam. l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani, tol.* & probatur per argumentum textus, *in l. ſi ſeruus plurium, §. fin. l. qui filiabus, ff. de leg. 1. l. 1. & 2. ff. de his, quæ in teſtamento delentur, l. errore, l. ambiguitates, l. quoniam indignum, Cod. de teſtam. l. in legatis, Cod. de legatis, l. imperatur, ff. de ſtatu homin. l.2. Cod. de errore aduocator. leg. qui habet, ff. de manumiſſ. teſtam. l. 44. & 111. tit. 18. part.3. l.12. tit.19. p.3.* † Et de raſura, vel inſtrumenti Cancellatione doceo, *infrà in dict. cap. inter dilectos.* 2 3

Quibus præmiſſis, & nonnullis referendis, non obſtant tradita iura in contrarium; ſiquidem ea loquuntur, quando Cancellatio contingit in principali diſpoſitione; ſecus tamen quando contingit vitium in facti narratione, ſeu præfatione. Quare licet falſa latinitas vitiat reſcriptum, ſed non vitiatur ex litteræ alicuius defectu, cum medicus ſit, *d. cap. ex parte hoc tit.* 4

Quod ſi replices ex textu, *in d. cap.2. cap. ſuper litteris de reſcript. & cap. inter dilectos hoc tit.* dicendo, quod ſi Cancellatio contingat in facti narratione, reſcriptum non poteſt eſſe validum: tamen illud verum exiſtimo, quando à vera tali narratione pendeat omnimoda quidditas, & eſſentia reſcripti. Videbis quæ de hoc congerit Barboſa, & Graña *hîc*, & quæ dico *infrà quæſt.2.* verſic. *ad quintam.* 5

QVÆSTIO II.

An ſi inſtrumentum falſum ſit in aliqua parte, in totum præſumatur falſum: Et an qui mutat ſcripturam in aliqua re, quæ innititur veritati, ſit falſarius: Et an ſit licitum amiſſa aliqua vera, & legitima ſcriptura, aliam ſimilem confingere: Et an Tabellio non implens inſtrumentum, ſit falſarius: Et an raſura inſtrumenti, ipſum vitiet: Et an Bullis Apoſtolicis credendum ſit, ſeu qualiter: Et quid de litteris ſigillatis?

SVMMARIVM.

1 L. ſi aliquid 12. Cod. de ſuſceptor. & arcanis, lib. 10. ſemel malus, ff. de reg. iur. *Inſtrumentum in aliqua parte falſum, verius eſt, vt non totum præſumatur falſum, n. 2. 3. 4. & 5. & à n. 6. idem ſi falſitas ſit in acceſſoriis, ſeu eſſet præſumpta, n. 7. 8. & 9.*

10 *Falſitas commiſſa ſine vitio Notarij, non vitiat capitula ſeparata ab illa parte, in qua ineſt.*

11 *Inſtrumentum falſum in vna parte, non in totum improbatur, niſi falſitas per ſe totam fidem adimat inſtrumento, n. 14.*

Malus ſemper præſumitur malus reſpectu temporis futuri, non præteriti, n. 12. & 13.

15 *Mutans ſcripturam in aliqua re, quæ innititur veritati, falſarius non eſt, expenditur, n. 16. 17. 18. & 19.*

16 *Mutans ſubſcriptionem teſtis in aliqua ſchedula deperdita, aliam eius loco ſubrogando, falſarius non eſt.*

17 *Mutans inſtrumentum pecuniæ mutuatæ, in quo deficit numerationis expreſſio, non eſt falſarius, eo quod loco illius faciat alium cum ea expreſſione.*

18 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo audiendi confeſſionem, qualiter careat falſitate, ſi notarius in ea exprimat, &* abſoluendi à reſeruatis.

19 *Litteras corrigens iuxta mentem Papæ, falſarius non eſt.*

20 *Scripturam confingere, ſeu ſubrogare loco alterius amiſſæ abſque citatione partis non licet; imò eſt peccatum, n. 21.*

23 *Raſura inſtrumenti in parte ſubſtantiali, illum vitiat, num. 24. & 25. vbi quid circa annos Domini.*

24 *Teſtamentum vitiatum legato, ſeu in alio non ſubſtantiali non vitiatur in totum.* Vide *n. 31. vbi de poſſeſſionis miſſione in hæreditatem,* ex edicto Diui Adriani.

26 *Inſtrumentum emendatum in corpore, & ante ſubſcriptionem cum fide emendæ à Notario factæ, valet; ſecus ſi in margine, fallit num. 27.*

27 L. ſi quis ex argentariis, §. initium, ff. de edendo.

28 *Emendatio inſtrumenti non præſumitur, quando littera eſt omnino ſimilis.*

29 *Raſura inſtrumenti non obumbratur comparatione litterarum, n. 30.*

32 *Bullæ Pontificiæ probant, vt cætera inſtrumenta publica, & faciunt fidem, ac regiſtrum, vt protocollum Romanæ Curiæ, num. 34.*

33 *Bullarum regiſtrum idem eſt, ac protocollum aliorum inſtrumentorum.*

35 *Litteris ſigillatis creditur, & Bullis Mercatorum, ſi earum ſigillum ſit Authenticum, alias non, n. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.*

38 *Epiſtola ſigillata, ſigillo Authentico, fidem non facit quando nec amiſſa eſt, aut contradicta ab eo, cui mittitur, vel ſi mortuus eſſet, mittens, n. 40. vel ſi non habet nomen ſcribentis, n. 41.*

42 *Sigillum non probat mandatum procuratorium, admittitur illud demonſtrans cum cautione rati.*

43 *Dominium non transfertur in ſegete vineæ emptæ per ſolam ſignaturam.*

AD primam quæſtionis partem diſcordant Doctores; ſiquidem nonnulli exiſtimant, quod inſtrumentum in aliqua parte falſum vitiatur in totum, huius ſententiæ fundamentum eſt, *in l. ſi aliquid 12. Cod. de ſuſceptoribus, & arcanis lib. 10.* & *in l. ſemel malus ſemper præſumitur malus, ff. de reg. iur. & gloſſa 1. in cap. ſi ſcripturas 9. diſt.* docent Bartol. *in l. quintus. ff. de auro, & argento,* & *in l. ſi ex falſis, Cod. de tranſact.* vbi Modernus, & Romanus *n 36.* Iaſon *n. 6.* & facit argumentum illud axioma *in l. vulgaris eſt quæſtio, ff. de furtis: qui autem alicuius tetigit, totum hominem videtur tetigiſſe.* 1

Et ſecundum præfatam opinionem Doctores inferunt, etiam procedere, ſi falſitas procederet in verbis narratiuis Notarij, vt in appoſitione confinium loci, vt per Innocentium *in cap. cum in Iure de offic. deleg.* & Paulus Pariſius *in conſ. 23. n. 253. vol. 1.* Salcedus *in additionibus ad Bernardum Diez,* docent idem procedere in libro rationum, & ſic econtra, Iaſon *in leg. admonendi, ff. de Iureiurando, n. 128.* Paulus de Caſtro *conſil. 301. n. 3. lib. 1.* dixerunt, quod ſi inſtrumentum in aliqua ſui parte eſt verum, præſumitur in in aliis verum. 2

Quare inſtrumentum eſt nullum, nullæ erunt clauſulæ omnes in eo contentæ, vt oſtendit Maranta *de ordine Iudic. diſput. 6. n. 29.* & ſic Caſſan. *conſ. 44.* & Bellon. *conſ. 77. n. 12.* dixerunt quod inſtrumentum falſum reſpectu vnius perſonæ, vitiabitur quoad alias. † Imò & Caſſaneus *tract. de gabellis,* verſic. *imò quidquid, n. 16.* dixit quod ſi inſtrumentum eſt falſum, debet contractus talis reputari. † Et ob id communis Doctorũ tenet quod talis, qui in parte eſt periurus, in totum veniat repellendus: ita Felin. *in c. licet cauſam de probat. notab 9.* & *in cap. 1. de re iud. col. 6.* De his ampliationibus plura, tradit Gratianus *regula 186.* Bernardus, & eius Additionator Salcedus ſex limitant modis, *in reg. 348. de quibus infrà.* 3 4 5

Sed ego contra communem teneo inſtrumentum in aliqua parte falſum; non ob id falſum præſumi in aliis eius partibus. Et ex eo probo, quia non eſt in Iure cautum, nec ſatis iuris rationi cõſonum, vt quod in vna parte nullum, & vitioſum eſt, in alia parte quoque vitioſum præſumatur; non enim delictum eſt præſumendum, nec dolus, ſed potius error, & non ſi in vna parte dolus eſt; idcirco ſequitur etiam in alia parte adhibitum cenſeri, ita docent Aretinus *in l. ſi ex falſis, Cod. de tranſactionib.* & relati multi à Menochio *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 21.* 6

*ſumpt.*21. & à Gabrielio *lib.7. comm. opin. tit. de maleficiis concluſ.3.* tradit Faquineus *lib.9. Controuerſ.cap.79.*verſic.*alij igitur*, qui ad id probandum facit argumentum, *ex leg. iubemus*, *Cod. de teſtamentis*, in verſic. *quod ſi non fuerit*, & ibi in verſic. *ſcituris*, dicimus enim teſtamentum vitiari quoad hæredis inſtitutionem, cætera firma manere, *in Authentic. præterea*, *Cod. de liberis præteritis*, *& ex generali reg.* textus *in l.1. §. ſed ſi mihi*, *ff. de verb. obligat.* vbi vtile per inutile non vitiatur.

7 Itaque fit vt ſi inſtrumentum ſit vitioſum in acceſſorio, non debet vitiari principalis diſpoſitio inſtrumenti, docent Paulus de Caſtro *conſil.*314. *num.* 1. *& 2. libro 2.* Hipolytus *conſil.*30. *num.*9. Nicolaus Belon *conſil.*77. *n.*10.
8 & *conſil.*75. *num.* 9. † Vnde ſi falſitas eſt in parte non ſubſtantiali inſtrumenti, vt in demonſtratione alicuius rei, non vitiatur inſtrumentum, vt tradunt Doctores contrariæ ſen-
9 tentiæ. † Qui etiam dicunt procedere quando falſitas eſſet præſumpta; vtputa ſi ſit raſura inſtrumenti in vna parte ad quæ duo videnda eſt ſingularis, *lex* 111. *titulo* 18. *p.*3. præter alios, quos ſequitur Gratianus *dicta regula* 186. *à n.*9.
10 † Qui etiam, *num.*12. ait ex ſententia Doctorum primæ opinionis, quod ſi falſitas eſſet commiſſa ſine vitio Notarij, ſed ob falſam partis aſſertionem, tunc non vitiari capitula ſeparata ab illa parte, in qua ineſt falſitas: ſic probat optimè textus, *in dicta l.*111. *partita*, & Boërius cum multis *deciſ.*253. *num.*6. vbi multos Doctores congerit.

11 Vnde etſi alij dixerint ſi dolo Notarij falſum ſit inſtrumentum in vna parte in totum vitiari, vt tenuit Bartolus *in dicta leg. etſi ex falſis in lect. circa finem*, *Codic. de tranſact.* per text. *in dicta leg. ſi aliquid*, *Codic. de ſuſceptor*, *& arcanis libro* 10. tamen reſpondetur inſtrumentum tantum reddi nullum in ea parte, in qua falſitas deprehenditur; imò nec valere inſtrumenta poſtea à Notario confecta; eo quod non benè, deinde poteſt Notarius amplius officium notariatus exercere, vt benè probat prædicta lex, ex qua nullo modo colligitur, vt aliæ inſtrumenti partes nullæ ſint; quia ſi ex eis falſitas non apparet, non eſt cur inſtrumentum improbent: ſic optimè expendit Faquineus *dicto libro 9. controuerſiar.* vbi dicit quod *regula ſemel malus*, inducit diſpoſitionem reſpectu futuri temporis, non autem præteriti, quia ſi ſemel quis eſt calumniatus, in futurum calumniari præſumitur *leg. ſi cui*, *§. iiſ-*
12 *dem*, *ff. de accuſat.* † Item ſimiles *male ſe geſſit in militia*, præſumitur, & in futurum *malè ſe geſturum*, *leg. non omnes*, *§. à barbaris*, *ff. de*
13 *re militari.* † Et addit quod reſpectu temporis præſentis aliter dicendum eſt; quia non ex eo quod inſtrumentum reperiatur falſum in aliqua parte, debet idcirco præſumi Notarium commiſiſſe in omnibus falſitatem, nam alias eueniret, vt omnia inſtrumenta à Notario retrò ſcripta, falſa præſumerentur, quod dictum
14 dicit abſurdum eſſe. † Ait tamen quod ſi talis ſit falſitas in vna parte, quæ per ſe totam fidem inſtrumento adimat, vtputa ſi dicatur actum fuiſſe in vno loco, cum in alio loco fuerit actum; tunc reuera in totum falſum dicetur, vel ſi dicat Notarius inſtrumentum factum de die, quod de nocte eſſet confectum, iuxta ea, quæ tradit Platea *in l.1. colum. penultim. Cod. de Apochis publicis libro* 10. refert Gratianus *dicta regula* 187. *num.*2. Itaque primam opinionem veram eſſe dico quando falſitas in vna parte facit in præiudicium ad aliam inſtrumenti: quia tunc totum corruit ex dicendis, *infrà in cap. inter dilectos hoc tit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, de qua 15
Menochius *de præſumpt. libro 5. præſumptione* 20. *à num.* 53. Craueta *conſil.* 46. *num.* 8. Corneus *conſil.* 26. *num.* 15. Grammaticus *voto* 26. *n.*12. Alciatus *conſil.* 461. *num.* 6. Iulius Clarus *lib.*4. *ſent.* §. *falſum*, *num.* 34. docent quod qui mutat ſcripturam in aliqua re, quæ tamen innititur veritati, non eſt falſarius, quia non poteſt dici falſum, quod innititur veritati ex textu, *in leg. cum filius*, §. *hæres meus*, *ff. delegat.* 2. † Quare infert Gyptius *de caſibus re-* 16
ſeruatis, *cap.* 13. *caſu* 7. *num.*7. quod ſi teſtis ſubſcripſit ſe in Apocha, ſi poſtea ea perdatur, & alia conficiatur, in qua denuo confecta fiat ſubſcriptio nomine illius teſtis, tunc in tali caſu: etſi reuera non ſe ſubſcripſerit, ille teſtis non dicetur ſubſcribens falſarius: quia illa ſubſcriptio iuuatur primordio veritatis: nam aliàs reuera in Apocha eiuſdem tenoris ſe ſubſcripſit.

Inde euenit quod ſi Titius, v. g. mutuaſſet 17
Caio centum *pecunia numerata*, & ſit de tali mutuo rogatus Notarius Seius, qui dum fecit inſtrumentum de præfato mutuo, non appoſuit, *pecunia numerata*, ſi poſtea præfatus Notarius mutat ſeriem, & apponat *pecuniæ numeratæ talis*, & ſi mutet veritatem narrationis factæ in inſtrumento: non tamen dicetur falſarius: quia quod agit iuuatur primordio veritatis: ſic docet Gyptius *d. tract. de caſib. reſeruatis*, *cap.*13. *caſu* 7. *num.*7. ſequitur Diana *tract.*14 *miſcell.*2. *reſol.*40. *p* 5.

Vnde infertur primo quod ſi aliquis porrexit 18
Epiſcopo aliquam ſupplicationem, qua peteret ſibi dari licentiam excipiendi confeſſiones, & ſimul abſoluendi à reſeruatis in foro conſcientiæ, & Epiſcopus vtrumque ei concedat, & contingat, vt in litteris ab Epiſcopo latis, exprimatur facultas excipiendi confeſſiones tantum, nec aliquid adſcriptum ſit de facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis, prout petebat in ſua ſupplicatione ſignata: tunc non dicetur ille falſarius, ſi dicat, *& abſoluendi à reſeruatis*: ita docent Belloquius *in Theologia Morali*, *part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 113. & Capea Villa *de caſibus reſeruatis*, *caſu* 17. *q.*1. ſed huius dubij vera reſolutio videtur impugnari ex dicendis *in dubio* 3.

Secundo infertur quod qui corrigit litteras 19
iuxta mentem Pontificis non eſt falſarius, nec incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, vt ſi verbi gratia, dicebatur in ſupplicatione Petro Panormitano, & Notarius ſcripſerit Petro Neapolitano, vel in ſupplicatione exprimebatur quartus gradus *conſanguinitatis*, & Notarius appoſuerit *affinitatis*: tunc corrigens, non erit falſarius iuxta ſupplicationem, nec in aliquam cenſuram incurret: quia talis mutatio innititur veritati; ita docent Souſa *in Bulla Cœnæ*, *cap* 7. *diſputat.*42. *num.*8. Suarez *de cenſuris*, *diſputat.*21. *ſect.*2. *num.*47. verſic. *alio modo*, Antonius Naldus *in Summa*, verb. *falſarij*, aliis adductis Diana *dicta 5. parte*, *miſcell.*2. *tract.*14. *reſ.*40. in verſic.

notandum. Et in confirmationem applicabis multa, quæ tradit Guttierrez *conſ.37.& 38.* quibus reſpondetur ad dubium.

20 Ad tertiam quæſtionis partem videtur reſpondendum, *ex dictis* in toto verſic. *ad ſecundam*, proximè relato, cum videatur non contrauenire primordio veritatis contentio in prima ſcriptura amiſſa: tum etiam quia in ea re nulli fit iniuria, vt docuit Emanuel Sà *in Summa verbo falſarius, num.2.* Tamen reuera in hoc caſu, cum non agatur de ſupplenda aliqua parte ſcripturæ, quæ iuxta vocem concedentis debuit in ea exprimi, ſed de ſubroganda alia conſimili ſcriptura loco amiſſæ; & hoc fieri non valeat, niſi parte citata, ſecundum aliqua dicta *ſuprà in Rubrica, & in cap.1. & 2. hoc. titulo*, & ſoleant tales falſificationes, ſeu Scripturarum confinctiones eſſe admodum nociuæ Reipublicæ; ideo prohibitæ ſunt, & iuſtè: & ſic fit vt licet per tales falſificationes non violatur particularis iuſtitia; quia nemini ius ſuum læditur; & ideo nec reſtituenti obligatio aliqua oriatur; tamen peccatur contra veritatis virtutem cum Reipublicæ pernicie: nam graue eſt ius ſibi vindicare publicorum inſtrumentorum conficiendorum, etiam alio quouis damno ſecluſo: ita docent Couarruuias *Variarum reſolut. libro 1. cap.2. num.2.* Layman *in Theologia Morali, libro 3. ſectione 3. p.1. cap.4. & additiones ad ſummam ſilueſtrinam*, verb. *falſarius in fine:* ſequitur Diana *p.3. tractat.6. miſ-*
21 *cell.4. reſolut.56.* † Vbi reſpondens ad noſtrum caſum, ait illicitum eſſe, & peccatum mortale amiſſa ſcriptura *de hæreditate, nobilitate, debito*, &c. aliam ſimilem confingere, vel conuento de pecunia, v.g. *mutuo accepta*, factæ ſolutionis falſum inſtrumentum producere; & ob id ex aliis, *in dicta reſolut.40. miſcell. 2.p.2. tract.14.* in verſic. *faciunt circa finem*, refert aliquid, quo impugnatur dictum *ſuprà in d.* verſic. *ad ſecundam*, ibi, *infertur primo*. Sed iam vides caſum illum differre ab iſto.

22 Ad quartam quæſtionis partem, an Tabellio non implens inſtrumentum, dicatur falſarius reſpondebis ex his quæ dico *in dicto cap. inter dilectos*, & *in cap. cum Ioannes hoc tit.*

23 Ad quintam quæſtionis partem, an raſura inſtrumenti ipſum vitiet? Reſpondebis, *ex dictis ſupra, quæſt.1.* ad noſtrum textum, & in terminis videbis quæ tradit Antonius Gomezius *in l.45. tauri, ex num.145.* verſic. *item adde*, Bartolus *in l. fin. num.3. Cod. de edicto, Diui Adriani, col.* Paulus *ibi num.2.* verſic. *tertio requiritur*, Baldus *num.5. in 4. oppoſit.* Salicetus *colum.3.* & alij communiter per Gloſſam notabilem verb. *vitiatum dicta leg. fin.* dicentes quod vitium viſibile, vt Cancellatio, vel raſura teſtamenti, ſeu cuiuſlibet inſtrumenti; ita demum vitiat, quando eſſet in parte ſubſtantiali; vtputa circa inſtitutionem hæredis, vel alia ſimili parte, ex qua pendet; ſecus vero ſi reperiatur benè correctum, vel emendatum ab eodem Notario, vel Tabellione; vt quia dicat quod ſupra in tali parte, vel loco raſum, vel Cancellatum, vel additum eſt, manu mea factum eſt; quia tunc non vitiatur inſtrumentum, vt obſeruatur quotidie in praxi, & probat textus, *in l.1. §. ideo, ff. de his, quæ in teſtament. delentur*, vbi Bartol. *in §. & ideo*, & Baldus *col.2. notab.5.* & ipſi cum aliis, *in d. l. fin.* aliis adductis Gomezius *in dicto n.145.* verſic. *item adde, l.45. tauri.* † Vbi dicit quod 24
ſi teſtamentum ſit vitiatum in legato, vel in alia clauſula, aut parte non ſubſtantiali tantum teſtamentum in ea parte vitiari, & non in totum; idémque eſſe in alio quouis inſtrumento ſecundum Gloſſam *in dicta l. fin. in dicto*, verbo *vitiatum.* Vide Doctores in textu noſtro, vbi Abbas *col. fin. & quæſt.* & Innocentium *in cap. fraternitatis de hæret.* vbi etiam DD. communiter. † Qui omnes dicunt quod ſi in inſtrumen- 25
to adſit vitium circa annos Domini, vel aliam ſolemnitatem ipſius, tunc totum vitiari; quia deficit in parte ſubſtantiali.

Sed quod dixi, vt ſi Tabellio, vel Notarius 26
det fidem de emendatione raſuræ, ſeu Cancellationis; non ob id inſtrumentum ſit nullum, ſeu falſum, intelligitur, quando talis raſura, vel Cancellatio corrigitur, vel declaratur in corpore ipſius inſtrumenti ante ſignum, & ſubſcriptionem Notarij, vel Tabellionis; ſecus vero, ſi extra, puta in margine; quia tunc non habet diem, nec teſtes inſtrumentales, & potuit facere ex interuallo, & falſo; & ſic redditur inſtrumentum ſuſpectum, vt ſingulariter dixit Baldus *in l. ſi vnus, Cod. de teſtament.* & Paul. ibi reputat perpetuò menti tenendum, & Angelus *ibi* idem dixit, & iterum Baldus *in leg. noſtram, Cod. eodem titulo, colum.2.* Ioannes Andreas *in addition. ad ſpeculationem in titulo, de inſtrument. editione, §. oſtenſo*, verſic. *illud quoque in additione*, quæ incipit *verior eſt in princip.* Eandem ſententiam docent Alexand. *in dicta l. ſi vnus, col. fin.* & ibi Corneus *col. fin. & penult.* Iaſon *col. fin.*

Nec obſtat textus, *in leg. ſi quis ex argentariis,* 27
§. ſi initium, ff. de edendo: argumento cuius, Baldus *in Rubrica, Cod. hoc tit. colum.9. in medio, num. 20.* dixit quod valet, & probat; & quod ſufficit talis correctio, & emendatio in margine; quia cum ſit de cohærentiis, videtur habere diem, & alia ſolemnia ſcripturæ principalis; dummodo conſtet quod ſit eiuſdem Notarij: idem dixit, *in leg. Labeo, §.1. ff. de pactis, col. 2. in fine.* Quia reſpondeo textum illum procedere in ſcripturis habentibus ordinatam ſcripturæ conſequentiam; & eſt vnus contextus, nam tunc in eo caſu cenſetur repetitus idem dies, & ſolemnitas inſtrumenti; ſecus vero aliàs, vt in noſtro caſu, ita reſpondet Alexand. *in d. leg. ſi vnus*, vbi dicit iſta notanda eſſe, & menti tenenda: quia non poſſunt eſſe magis quotidiana: eum ſequitur Antonius Gomez. *in l.45. tauri, n.146.* vbi adducit expreſſam legem Regni pro hac ſententia.

Et licet non requiratur prædicta correctio, 28
vel emendatio, quando littera eſt omnino ſimilis, vt videatur manu eiuſdem Notarij ſcripta ſecundum Gloſſam ſingularem, *in leg. fin. Codic. de edicto Diui Adriani tollendo*, in verbo *prima figura*, quam commendat, & dicit ſe neſcire alibi Angel. *ibi, colum.2. num.3.* commendat Bartol. *colum. 3. num. 3.* Alexand. *colum.6. num.18.* Corneus *col.4. num.10.* & eſt ſimilis Gloſſa *in cap. cum venerabilis de religioſ. domibus in gloſſa fin.* † Tamen etſi raſura inducat 29
præſumptionem falſitatis inſtrumenti, & comparatio litterarum inducat præſumptionem contrariam magis præponderabit falſitatis præſumptio, quam comparatio litterarum cum faciliter poſſit fieri littera ſimilis; & ſic

Salicetus

Salicetus *in dicta leg. fin. Codic. de edicto Diui Adriani, tollend. col.* 3. Baldus *in* 4. *oppoſitione*, Philippus Decius *col.* 11. *in principio*, Iaſon *col.* 7. *n.* 19. Abbas *hic col.* 3. contrarium dixerunt ex eo, quia comparatio litterarum, non facit plenam fidem, & redditur ſuſpecta propter variationem: ſequitur hanc partem, vt veriorem Go-
30 mez. *in dicta l.* 45. *tauri*, *n.* 146. *circa finem.* † Vbi addit vt ſi illa raſura, vel Cancellatio deberet ſtare ſecundum quod colligitur ex præcedentibus, vel ſequentibus; quod non viciatur in aliquo inſtrumentum iuxta, *notabilem gloſſam fin. in dicto cap. cum venerabilis de Religioſis domibus*, Bartol. *in dicta leg. fin. col.* 3. Salicetus *col.* 3.
31 Alexand. *in* 6. Corneus *vbi ſuprà.* † Alia omnino videnda tradit Gomezius *in dicta l.* 45 *tauri*, *num.* 145. vbi dicit quod ad hoc, vt hæres poſſit mitti in poſſeſſionem virtute, *dict. leg. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo*, oportet, vt teſtamentum ſit non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, vt patet ex verbis ibi: *non Cancellatum*, &c. & de quo vitio hoc procedat optimè expendit ibi cum multis, & intelligitur ex diſtinctione iam adducta in toto hoc verſic. *ad quintam.*

32 Ad ſextam quæſtionis partem, an Bullis Apoſtolis credendum ſit? Valenzuela Velaſquez *conſil.* 51. *p.* 1. *n.* 2. Paulus Æmilius *in deciſ.* 424. *n.* 1. *p.* 2. Menochius *libro* 2 *de Arbitrariis*, *caſu* 105. *num.* 41. Flaminius Pariſius *de Confidentiis beneficialibus*, *quæſt.* 28. ex Bald. *in leg. quoties in vltimis verbis*, *Cod. de Iudiciis*, & *in leg. interſt. Cod. de ſolutionibus*, docent, vt quemadmodum inſtrumentum dicitur probatio probata; ita ſimiliter Bullas Pontificias efficere probationem probatam; cum ergo de fide protocollorum inſtrumentorum, & exemplarium, *iam ſuprà in cap.* 1. & *in cap fin.* & in aliis capitibus huius noſtri tituli dixerim; & quod exemplaria ſumpta, & publicata Iudicis authoritate, fidem faciant, & originalibus comparentur, *ex dictis iuribus*, & *ex leg. publicati*, *Cod. de teſtam. leg. vltima*, §. *ſi quidem Dominus*, *Codic. de Iure emphyteuſ. leg. geſta*, *Codic. de re iudic.* Couarruu.
33 *practic. cap.* 19. *num.* 9. † Et regiſtrum Bullarum idem fit, quod protocollum aliorum inſtrumentorum, Rota *deciſ.* 28. *n.* 2. *de probat. in antiquis*, & *deciſ.* 10 *hoc tit.* Bellamera *deciſ.* 252. Staphil. *de litteris gratiæ, & iuſtitiæ, fol* 140. verſic. *conceduntur, & fol.* 141. verſic. *vitium*, Paul. Emil. *deciſione* 74. *num.* 3. & Menochius cum aliis *lib.* 2.
34 *de Arbitr. caſu* 187. *n.* 3. † Et quod deducitur à protocollo verè, & realiter ſit originale, Capicius *deciſione* 40. *num.* 3. & ſicut protocollum facit fidem, & ſtari debet, *leg. ſi quis ex argentariis*, §. *penultim. & fin. de edendo*, Morla *in emporio hoc titulo* 11. *p.* 1. *num.* 9. & eodem modo probet ſumptum ab originali, Lapus *allegatione* 77. *num.* 2. Ita ſimiliter dicendum eſt, quod Bullæ Pontificiæ fidem facient, vt regiſtrum, & ſumptum ex regiſtro Romanæ Curiæ eam faciunt de gratia conceſſa. Alia omnino videnda circa fidem Bullarum penſionum, & executionem earum tradit Valenzuela *vbi ſuprà.*

Ad ſeptimam quæſtionis partem, poteris re-
35 ſpondere, *ex dictis ſupra in cap. poſt ceſſionem* 7. *de probat.* vbi ſcripſi, an litteris Epiſcopi credatur? Nunc vero in terminis huius dubij dico cum Bartolo *in leg. nuda ratio*, *ff. de donationibus*, quod litteris ſigillatis credendum eſt, docent Panormitanus *in cap.* 2. *hoc titulo*, *n.* 8. Felinus *numero* 19. Hipolytus multa tradit in corroborationem, *in leg.* 1 §. *qui in rationibus*, *ff. ad leg. Cornel. de falſis*, *numero* 5. cum aliis, & *in Rubrica de probation. numero* 300. & deinceps Boërius *in deciſione* 282. *num.* 6. Quod idem dices in Ballis Mercatorum, quia præſumuntur eſſe eorum, quorum ſunt ſigilla, Bartol. *in leg. cum. qui*, §. *fin. ff. de furtis*, Boërius allegans alios, *in deciſione* 105. *num.* 9. Afflictis *in deciſion. Neap.* 253. *numero* 2. Gratianus *regula* 426. *numero* 1. & 2. & comprobatur *de Iure Regio in leg. fin. titulo* 9. *libro* 2. *fori*, *l.* 1. *tit.* 18. *p.* 3. & melius, *in l.* 114. *eiuſdem tituli*, & *partita.* Et qualiter iſtud ſigillum habeat eſſe, benè tradit Viglius *in* §. *poſſunt autem inſtit. de teſtam. n.* 3. & 4

Hæc tamen doctrina nonnullis limitatur mo- 36
dis. Primo quando ſigillum non eſt Authenticum; quia tunc non nocet tertio; licet noceat ſigillanti, latè tradit Felinus *in dict. cap.* 2. *hoc titulo*, *numero* 38. 40. & 41. Item quando litteræ ſunt ſigillatæ ſigillo non conſueto, fidem non faciunt, vt *in cap. ſignificauit de appellat.* per quem ita docet Guido Pap. *in diſcurſu Curiæ*, Parladorius *deciſione* 481. Socinus *regula* 364. vbi ponit pro regula, quod ſigillis ignotis, ſeu litteris ſigillatis, ſigillis ignotis, credendum eſt pluribus concurrentibus, de quo etiam per Baldum *conſilio* 464. *volumine* 1.
† Item idem Guido Papa *vbi ſuprà*, quod 37
non faciunt fidem litteræ, quæ ſigillatæ non ſunt, ſeu ſignatæ ſigillo Secretarij, vel Notarij ordinarij, vt *in leg. in fraudem*, §. *quoties*, *la* 1. *ff. de Iure fiſci*: ad quod videbis Speculatorem *in hoc titulo*, §. *inſtrumentum publicum*,
verſiculo *item quod non eſt ſigillatum.* † Dein- 38
de quando Epiſtola ſigillata ſigillo Authentico, non fuit acceptata per eum ad quem deſtinatur; imò expreſſe contradixiſſet, non facit fidem, Romanus *in dicta leg. nuda ratio*, *ff. de donationibus*, *columnn. penultim.* Iaſon *in leg. admonendi*, *ff. de Iureiurando*, *columnn.* 61. Bernardus *in regula* 243. *limitatione* 1. Felinus *in dicto cap.* 2. *hoc titulo*, *num.* 19. Couarruu. *pract. cap.* 22. *num.* 7. Dueñas *regula* 119. & eſt regula textus, *in l.* 119. *titul.* 18. *p.* 3. de quo dixi, *in*
cap. 2. † Vel ſi iam mortuus eſſet mittens, an- 39
tequam perueniret ad eum, ad quem mittebatur, vt docent Romanus, Iaſon, & alij *ſuprà*, Abbas *in dicto cap.* 2. *hoc tit. num.* 8 verſic. *Authenticum probat.* ibi Felinus *limit.* 1. Hipolytus *in d. Rub. de probat. n.* 148. & *ſingulari* 371. & *in l. fin. n.* 40. *ff. de quæſtionibus*, Gratianus *dicta reg.* 426.
n. 11. & 14. † Vbi *n.* 8. ait quod ſcriptura publica 40
non probat licet habeat Notarij ſigillum, ſi non habeat teſtes in ea, vel ſubſcriptionem Notarij; ad quod videbis nonnulla, quæ adduxi,
ſuprà in dicto cap 2. † Item etiam limitat, quan- 41
do ſcriptura, vel epiſtola non habet nomen ſcribentis; quia tunc cum ſigillo non probat, Bart. per textum, *in l. ad teſtium*, §. *ſi quis ex Teſtibus*, *ff. de teſtam.*

Pro complemento notabis ſigillum minimè 42
probare mandatum alicuius procuratorium, vt tradunt Anton. & Imola *in cap. ſi quorundam de ſolution.* Baldus *in Extrauaganti de pace*, *conſtan. in fine principij*, & *in leg. ſi procuratorem abſentem*, *column.* 2. *ff. de Procurator.* vt benè declarat

Felinus *in dict. cap. 2. de hoc tit. num. 19.* docet Gratianus *dicta regula 426. num. 4. vbi num. 5.* ait cum Marſilio *in Rub. de probat. num. 304.* quod demonſtrans ſigillum alicuius, admittitur pro eo cum cautione rati: ita intelligens textum, *in l. 1. lib. 1. fori tit. 10.*

43 Secundo notabis quod dominium non transfertur in ſegete vineæ emptæ per ſolam ſignaturam, iuxta text. *in l. 1. §. ſi dolium, ff. de periculo, & commodo rei venditæ*; licet aliud dicatur in arboribus venditis, *vt in leg. quod ſi neque, ff. eodem titulo*, vt voluit Baldus *in Rubr. Cod. de periculo, & commodo rei venditæ*, Iaſon *in leg. quoties limitat. 6. Cod. de rei vindicat* Boërius *in dicta deciſ. 105. num. 9. ad finem*, & *n. 10.* & de vtriuſque caſus differentia notabis, *dictum, §. ſi dolium.*

QVÆSTIO III.

An recepta, ſeu priuilegia Principis ſecularis, aut Pontificia, trahant executionem paratam? Et quid de Bullis penſionum?

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum datum contra ius diuinum, naturale, ſeu contra ius publicæ vtilitatis, non habet executionem paratam, n. 2. niſi habeat clauſulam derogatoriam.*

3 *Reſcriptum ſecundum exequi nequit, dum adeſt primum ſuper eadem re.*

4 *Reſcriptum Principis in præiudicium tertij, non habet executionem, vel datum ſub ſiniſtra relatione, n. 5. ſeu impetratum aduerſus ſtylum, n. 6. fallit, n. 10. & 11.*

7 *Reſcriptum impetratum abſque mandato partis, non valet, aut ab excommunicato, n. 8.*

9 *Reſcriptum latè ſumptum, priuilegium, & diſpenſationem comprehendit.*

10 *Schedulæ, ſeu prouiſiones Regiæ liberata ſtylo conſueto, exequi valent.*

11 *Reſcriptorum executio ſi ſuſpendatur, quæ praxis tunc obſeruetur?*

12 *Penſionis executio* remiſſiuè.

1 VT de praxi huius dubij melius ſcribam, præmitto ea, quæ adduxi, *in cap. 12. de Iudiciis*, vbi dixi ad quem ſpectet cognoſcere de dubiis reſcriptorum, legum, ſiue priuilegiorum: etenim per text. *in l. 29. & 36. tit. 18. part. 3.* & *l. 44. tit. 3. p. 4.* conſultum eſt de dubiis, ſeu cauſis reſcriptorum ſolum cognoſcere ea dantem, ſed de eorum executione, aut de aliis concernentibus ad eam, cognoſcere poterit executor, cui remittuntur.

2 Quo ſuppoſito dico primo reſcriptum Principis datum contra Ius diuinum, naturale, vel contra Ius publicæ vtilitatis, non habere paratam executionem, vt patet, *ex l. 2. & 9. titulo 18. p. 3. l. 31. eadem partita*, & *in l. 39.* vbi cauetur ſpecialiter de reſcripto dato contra bonum commune: & *in l. 29. eiuſdem partita*, de dato contra poſitiuum ius, non valere quouſque iterum Principe Conſulto, aliud probetur, niſi habeat clauſulam derogatoriam legis, aut iuris, ſeu ſi conceſſum ſit ex proprio motu, & ex certa ſcientia, quia tunc debet exequi iuxta, *leg. 1. 2. 3. 4. & 7. titulo 14. libro 4. recopilationis.*

3 Quod ſi accidat iam antea primum reſcriptum conceſſum fuiſſe ſuper eadem re, qua latum eſt aliud; tunc hoc ſecundum non valere, nec exequi poſſe, niſi faciat ſpecialem mentionem de primo; ob idque eius executionem fore ſuſpendendam, quouſque, conſulto Principe, aliud prouideatur; & hoc ſi contra illud exceptum ſit iuxta mentem, *in leg. 27. & 30. titulo 18. part. 3.* vbi Gloſſa *leg. 5. titulo 14. lib. 4. recopilat.* argumento textus, *in cap. cæterum de reſcript.* & quæ *ibi* dico.

4 Item ſi reſcriptum, quod datum eſt à Principe fuerit in tertij præiudicium non trahere ſecum paratam executionem, quouſque pars, cui intereſt ſit citata, & aliud prouiſum ſit; licet habeat clauſulas derogatorias, & certæ ſcientiæ probat textus, *in l. 20. tit. 18. p. 3. l. 2. & 7. tit. 23.* & *l. 2. 3. & 4. tit. 14. lib. 4. recopil.*

5 Nec etiam valet, aut exequi poteſt Principis reſcriptum datum ſub ſiniſtra relatione, taliter, vt eius executio veniat ſuſpendenda, quouſque Princeps iterum ſit informatus, & aliud ſit prouiſum; & tunc qui ſic tale reſcriptum impetrauit, tenetur ſoluere aduerſario damna, & expenſas iuxta textum, *in l. 36. & 53. titul. 18. p. 3.* 6 † Etenim reſcriptum impetratum aduerſus ſtylum conſuetum, præſumitur falſum iuxta textum, *in l. 4. tit. 20. p. 3.* vbi Gloſſa *Gregoriana 2.* Quæ omnia notabis ad materiam textus, *in cap. ſuper litteris 20. de reſcriptis.*

7 Huic prouenit non valere, aut exequi poſſe reſcriptum impetratum abſque mandato partis in ſpectantibus ad iuſtitiam, ſecus ſi eius tenor ad res gratiæ ſpectet, de quarum differentia dico, *in dicto cap. ſuper litteris 20.* & in terminis probat textus, *in l. 39. titulo 18. p. 3. vbi gloſſa 4. Gregorij.* 8 † Nec etiam valet, aut exequi poteſt reſcriptum ab excommunicato impetratum iuxta textum, *in cap. 1. de reſcript. libro 6.* & Doctores, *in cap. ab excommunicato eodem tit.* 9 † Et licet reſcriptum latè ſumptum comprehendat priuilegium, & diſpenſationem, vt benè tradit Parladorius *quotid. differentia 13. num. 4.* tamen ibi diſparitatem eorum affert, *vbi num. 5.* tradit quid propriè dicatur, & *n. 6.* quid vocetur breue, de quibus dico *ad Rub. & tit. de reſcriptis.*

10 Tamen quando reſcripta, ſchedulæ, ſeu prouiſiones Principis non recognoſcentis ſuperiorem, liberatæ ſunt in forma, & ſtylo conſueto, tunc reuera valere, & exequi poſſe, ſicut alia inſtrumenta publica, ſatis colligitur ex textu, *in l. 1. ff. de conſtitutionibus Principum*, & *ex l. 29. 30. & 31. & 52. titul. 18. part. 3.* tradit Ioannes de Hebia Volaños *in 2. p. Curiæ, §. 2. à num. 1.* 11 † Ibi *num. 5.* in verſic. *y noteſe*, ait vt ſi contigat aliquo bono reſpectu, executionem talis reſcripti ſuſpendi, tunc debere ad ſuperiorem remitti informationem, & teſtimonium cauſarum, quibus factum fuit, ne exequeretur tale reſcriptum quo facto ſpectanda eſt iuſſio ſecunda Principis, quæ tunc preciſè, & in omni caſu, & re, exequi, & adimpleri debet iuxta textum, *in leg. 19. titulo 28. p. 3. vbi gloſſa 4. & 6.* quod in prouiſionibus Regiis Cancellariarum, & conſiliorum ſupremorum in praxi vidimus quotidie.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem ex prædictis infero;

inſero; ſed quia non male poteris reſpondere ex his, quæ adduxi *ſupra in cap. fin. de libelli oblation. quæſt.* 4., vbi ad ibi annotata te remitto: benè, & optimè præ cæteris loquitur de praxi, & de fulminando via executiua hunc proceſſum penſionis exigendæ, Nicolaus Garcia *de beneficiis, p.* 1. *cap.* 5. *à num.* 443. Bayo *in praxi Eccleſiaſtica, lib.* 8. *cap.* 4. *per totum, & p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. Flores de Mena *variarum, quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 17. qui dicunt quod in hoc proceſſu poſt mandatum de ſoluendo in termino 30. dierum illi, à quo penſio exigitur, intra quem terminum alleget, & probet ſuas legitimas exceptiones.

QVÆSTIO IV.

An Apoſtilla, ſiue notula ſcripta, aut in margine laterali, aut infra ſubſcriptionem Inſtrumenti ſiue ſchedulæ priuatæ habeat obligare in plus perſonas in Inſtrumenti littera, & contextura comprehenſas: Vbi de obligatione per epiſtolam?

SVMMARIVM.

1 *Apoſtilla, etiam manu Notarij conſcripta non probat; eo quod non habet diem, nec conſulem, & n.* 3. *niſi in ſubſcriptione Inſtrumenti fiat à Notario mentio de illa, n.* 2.

3 *Notula in margine teſtamenti ſcripta, fidem non faciunt; etſi teſtamentum reperiatur in protocollo Notarij.*

4 *Apoſtillæ per viam memoriæ, nec promiſſionem, nec ſolutionem inducunt.*

5 *Annotatio in cartafaciis non oſtendit rem perfectam.*

6 *Inſtrumentum vt probet debet quid certum continere ſub oratiòne perfecta, aliàs per relationem ad aliud non probat, niſi prius conſtet de illo.*

7 *Apocha à partibus ſubſcripta eas obligat.*

8 *Apoſtillæ ſiue notationes minus probant, quam notæ per viam memoriæ factæ.*

9 *Scriptura facta pro memoria, non inducit promiſſionem & nouationem.*

10 *Epiſtola quando obliget accipientem, & ſcribentem.* remiſſiue.

1 IN hac difficultate quia Felinus hic ſub, *num.* 9. verſic. *quinta declaratio*, voluit per alia, quæ ibi dicit, quod quamuis conſtaret apoſtillam fuiſſe manu ipſius Notarij conſcriptam, cum non fuerit in ſubſcriptione de ea facta mentio, vt non probet ex eo, quia non habet requiſita, nempe diem, conſulem, &c. idemque tenuerint antea Paul. Caſtrenſis *conſ.* 131. verſic. *nec nocet quod Notarius volum.* 2. Ricinus *conſ.* 67. *num.* 3. & 5. *volum.* 4. addens etiam ſi conſtaret de manu ipſius Notarij poſitam, & ſcriptam non facere fidem
2 † Niſi in ſubſcriptione facta fuerit mentio, ſequitur neceſſario dicendum, vt non adhibeatur fides Apoſtillæ, quæ poſt confectum Inſtrumentum, & ſubſcriptionem ipſius inuenitur, nec Notario aſſerenti eam: ita Baldus *in l. ſi vnus, Cod. de teſtament.* Vbi Paulus Caſtrenſ. Angelus *conſ.* 176. Alex. *conſ.* 59 *columna penult. n.* 5. *volum.* 2.

3 Quo fit, vt ſi teſtamentum reperiatur ſcriptum in protocollo Notarij, & in margine ſint additæ nonnullæ Apoſtillæ continentes ſpectantia ad teſtamentum, & in fine teſtamenti nulla facta ſit mentio de illis Apoſtillis, debeat illud tale teſtamentum accipi, ſine illis, cum ipſæ Apoſtillæ non dicantur habere diem, & alia ſolemnia, docent relati, & cum multis longè videndus Maſcardus *de probationib. concluſ.* 113. *per totam*, Vbi agit de iſtis Apoſtillis. Et eſt ratio ad vtrumque dictum; quia vt dicunt eleganter Baldus *in dicta l. ſi vnus*, vbi Angelus, Paulus de Caſtro, Alias de facili daretur via fraudibus diſſimulatis litteris, vt ſequitur ex aliis Felinus, vbi reſpondet Baldo *argumenti in Rubrica. Cod. de pactis per leg. ſi quis ex argentariis,* §. *ſi initium, ff. de edendo*, dicens legem illam loqui in ſcriptis habentibus ordinatam conſequentiam ſecundùm Baldum *ibi.*

Et confirmatur, quia illæ Apoſtillæ ſunt 4
tanquam quædam notæ, quæ & ſi per viam memoriæ factæ ſint, non ſolùm ſolutionem non inducunt, ſed nec promiſſionem, ſeu nouationem, Socinus *conſ.* 267. *volum.* 2. Purpuratus *in l. ſingularia, num.* 88. vbi Angelus *col. fin. ff. ſi certum petatur.* Alexandr. *conſ.* 16. *num.* 2. *volum.* 3. Rota Genuenſ. *deciſ.* 1. *num.* 20. vbi dixit ſcripturam factam pro memoria non inducere ſolutionem, promiſſionem, ſeu nouationem. † Et 5
ibi, num. 17. quod annotatio in cartafaciis, non oſtendit rem perfectam, ſed perficiendam. Alia omnino videnda adducit idem Maſcard. *vbi ſup. d. concl.* 113.

Cum ergo vt Inſtrumentum probet, de- 6
beat quid certum continere, & ſub oratione perfecta indubitabili referre, *l.* 3. *Cod. de falſa cauſa adiecta*; ſin autem per relationem ad aliud nihil probare, niſi prius de illo conſtet ex Textu *in l. ait Prætor*, §. *ſi index, ff. de re iudicata.*, *l.* 1. *& quaſi per totum, Cod. de ſentent. quæ ſine certa quantitate, Auth. ſi quis in aliquo, Cod. de edendo.* Parlador. *rerum quotid lib.* 2. *cap fin. limit.* 3. *num.* 24. Maſcardus latè *concluſ.* 924. *à num.* 1. † Et 7
apocha à partibus ſubſcripta obliget ipſas ad omnia in ea contenta, tum ex natura ſubſcriptionis; tum quia in ſubſcriptione expreſsè promittunt in ea contenta, Greg. Papa 15. *deciſ.* 328. *n.* 1. *ad cumulata per Gabriel de præſcript. concluſ.* 3 *n* 1. & alij communiter, ſequitur neceſſario dicendum ex adductis, vt quidquid apoſtillatum, ſiue annotatum in margine, ſiue poſt ſubſcriptionem Inſtrumenti, ſchedulæ, Chirographi, ſiue Epiſtolæ, non probet.

Tales ergo Apoſtillæ, ſiue notationes nihil 8
amplius; imo & minus probationis continent, quam notæ per viam memoriæ factæ, quæ nec ſolutionem, nec promiſſionem, nec nouationem inducunt, vt dixerunt Socinus *conſ.* 267. *num fin. vol.* 2. Purpuratus *in l. ſingularia, num.* 88. vbi Angel. *col. fin. ff. ſi certum petatur*, Alexandr. *conſ.* 16. *num.* 2. *volum.* 3. expreſſius Rota Genuenſ. *deciſ.* 1. *num* 20. † Vbi dixit ſcripturam factam 9
pro memoria non inducere ſolutionem, promiſſionem, & nouationem: *& ibi num.* 17 quod annotatio in cartafaciis non oſtendit rem perfectam, ſed perficiendam.

Ad ſecundùm de Epiſtola poſt dicta *ſupra in* 10
cap. 1 *quæſt.* 3. in verſic. *fin.* & relata ibi de ſcriptura priuata hic applicanda, & quæ dixi *ibi quæſt.* 4. & quæ tradit latè Genua *de ſcriptura priuata, lib.* 3. *tit. de Epiſtola*: leges nouiſſimè Gaitum *de credito cap.* 2. *tit.* 6. *de Epiſtola*, vbi definit Epiſtolam obli-

gatoriam, vbi quod regulariter non producit obligationem, & quandò eam, & in quibus contractibus inducit, & quando tacens recipiendo illam ſit obligatus, & quod ea recognita habet executionem, & de aliis: leges Doctores *in cap. 2. hic, & in l. inſtrum. C. de prob.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IV.
Accepimus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

PER Textum iſtum agi valet de editione Inſtrumentorum in iudicio facienda, & qualiter hoc contingat: videbis quæ late adduxi *in cap. 1. de probat. & ibi, quæſt. 1. à n. 19. & 21. & d. infra in cap. ſeq.* & Gloſſa ad hunc noſtrum Textum mouet congrua, & practicabilia quædam. Et videbis quæ tradit Graña *hic.* I. Et in verſic. ibi: *& periculoſum, & difficile, ea apud ſedem Apoſtolicam exhiberi præcipimus, vt vel exhibeantur eidẽ Archiepiſcopo.* Ex his verbis poteris applicare quæ adduxi, *ſupra in cap. 12. de Iudic.* vbi ad quem ſpectet cognoſcere de dubiis reſcriptorum, ſeu priuilegiorum. II. Item & applicabis illam communem, & practicabilem quæſtionem, an Epiſcopus ob periculum recurrendi ad Pontificem, poſſit diſpenſare in impedimento matrimonij: de quo videbis quæ adduxi, *ſupra in cap. at ſi Clerici 4. de Iudiciis, quæſt. 29. & 30.* de quo nonnulla dixit nouiſſimè Diana *p. 9. tract. 7. miſcell. reſ. 39. & 40.* III. Et in verſic. *in clauſtro prædictorum fratrum, vel in alio loco congruo, & ſecuro.* Hic applicare poteris quæ de citatione ad locum ſecurum, & tutum adduxi, *ſupra in cap. accedens 4. vt lite non conteſtata*, non procedatur ad teſtium receptionem.

IV. Et ibi *vſque ad natiuitatem proximam ſancti Ioannis Baptiſtæ:* Et ibi, *ſi vero non venerit, nec ſufficientem reſponſalem miſerit, ei perpetuum ſilentium imponatis ipſa vlterius arguendi, &c.* Per hæc verba ſatis inquiri valet de termino aſſignato ad aliquid faciendum, quo tranſacto amplius non fieri. De quo *ad rub. de dilationib.* & applicabis dictum, *in cap. 10. de iudiciis. quæſt. 7.* verſic. *ad ſecundam, n. 7.* Et aliqua quæ dixi, *ſub cap. dilect. de dolo & contumac.*

V. Et ibi *iubemus etiã, vt Archiepiſcopum in inſpectione priuilegiorum 12. hominum numero faciatis eſſe contentum:* ad hæc verba applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap. 4. de probat.* vbi dixi de numero Matronarum requiſitarum ad inſpectionem virginitatis. VI. Et applicabis adducta *in cap. cum cauſam 37. de Teſtibus*, quatenus ibi dixi de numero teſtium adhibendo; ita vt vltra non excedatur. Ad alia conducibilia videbis quæ dico, *in c. 16. de re Iud.* & videbis, *d. in c. ſicut 9. de Teſtibus, quæſt. 2.*

QVÆSTIO I.

Quare dum non conſtat de falſitate priuilegij, ſeu reſcripti, licet aduerſus ipſum de falſo oppoſitum ſit, ſtetur ſententiæ ſecundùm ipſum latæ: Et an qui vult arguere Inſtrumentum de falſo, poſſit qui produxerit cogi ad exhibendum protocollum: Et an nolenti mandante Iudice Inſtrumentum exhibere, denegetur Ius id in poſterum in Iudicio ad fidem obtinendam producendi: Et an Iudex poſſit ferre ſententiam ex Inſtrumento in Iudicio non producto: Et an ſententia lata ex falſis Inſtrumentis, ſit ipſo Iure nulla, aut veniat retractanda?

SVMMARIVM.

1 L. fin. Cod. ſi ex falſis inſtrum. & n. 4. & n. 13. cap. ſuper eo de crimine falſi, & n. 4. & 8.
2 L. qui agnitis, ff. de exceptionibus, & n. 5. 7. & 8.
3 *Sententia lata in fauorem reſcripti, ſeu priuilegij valet, dum non conſtat de eius falſitate, etiam ea oppoſita*, fallit, n. 4. 5. & 6.
7 L. fin. § Cod. de fide Inſtrum.
9 L. ſi prætor 75. §. Marcell. ff. de iudiciis, & n. 10. & 23.
11 *Falſitatis exceptio etiam poſt ſententiam opponi quit*, & quare, n. 12. fallit, n. 13.
14 *Protocolli exhibitio fit, quando Inſtrumentum de falſo arguitur*, n. 15. fallit, n. 16. 17. 18. & 19. *Et quid queat Iudex facere contra nolentem exhibere Inſtrumentum*, n. 19.
20 *Sententia ex Inſtrumento in iudicio non deducto, nequit à Iudice ferri.*
22 *Sententia lata ex falſis Inſtrumentis valet mero Iure, verum reſcinditur exceptione falſitatis: Quando ſit ipſo Iure nulla*, n. 23. 24. & 25.

AD primam partem, mouet difficultatem 1
Textus, *in l. fin. Cod. ſi ex falſis Inſtrumentis; & in cap. ſuper eo de crimine falſi*, quibus probatur quod falſi Inſtrumenti exceptio impedit eius executionem; ergo non eſt cur valeat ſententia lata interim, dum pendet ſuper falſitate cognitio. † Et confirmatur, quia ſi quis 2
ex falſis Inſtrumentis condemnatus fuerit, & ſoluerit, repetere poterit; ita vt nec exceptio rei Iudicatæ admittatur Iuxta Textum *in l. qui agnitis ff. de exceptionib.* ergo.

Adhuc tamen ex noſtro Textu, *& in cap. licet cauſam, §. poſt hoc de probat. cap. cum venerabilis de exceptionib. l. 1. l. 2. l. his. ff. de tranſact. l. ſi ex falſis Inſtrumentis, l. Diuus, ff. de re Iudicata, l. 2. l. querela, Cod. ad leg. Cornel. de falſis, l. fin. in fine, Cod. de ordin. cognition. l. 1. & 2. tit. 26. p. 3. l. 31. tit. 14. p. 5.* dicendum 3
eſt quod interim ſtabitur ſententiæ latæ per priuilegium, dum Iudex facit illud exhiberi coram eo, & ex aliis viris in loco congruo, & ſecuro ipſum redarguenti de falſo; eo quod executio talis priuilegij, ſeu reſcripti non impeditur falſitate obiecta, cum falſitas illa maiorem indaginem requirat, *ex dicta l. fin. Cod. de ordine cognition. argumento eorum, quæ adduxi ſupra*

in

in cap. 1. *& 2. de ordine cognit.* cumque Inſtrumenta redargui non poſſint, niſi inſpecto eorum tenore: argumento Textus *in dicta l. de his, ff. de tranſactionibus*, & Gloſſa hic verbo *ſcilicet*, ſequitur vt præſumatur talis falſitas calumnioſè oppoſita, *dict. l. 2. Cod. ad legem Cornel. de falſis:* quo fit, vt non retardetur executio: argumento eorum, quæ adduxi, *ſupra in cap. præced.* videbis quæ docent Paulus, & Iaſon *in dicta l. Diuus, ff. de re Iudicata*, Padilla *in dicta l. ſi ex falſis eodem*, Motla *in emporio, tit.* 11. *quæſt.* 7. *per totam*, Oſualdus ad Donellum, *l.* 13. *comment. cap.* 6. *littera, N, & lib.* 27. *cap.* 8. *littera, X, & littera, Z*, Duarenus *de fide Inſtrument. c.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 1254.

4 Nec obſtant Iura, *num.* 1. adducta, non Textus *in dicta l. fin. Cod. ſi ex falſis Inſtrum & in dicto cap. ſuper eo de crimine falſi*, quia reſpondeo ideo ibi exceptionem falſitatis oppoſitam aduerſus Inſtrumentum, impedire eius executionem; quia de ipſa falſitate in Inſtrumento conſtabat abſque vlla extrinſeca probatione, vel vt alij docent; quia in continenti probatio fuit oblata argumento eorum, quæ adduxi, *de probatione incontinenti oblata in cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* quia tunc ceſſat calumnia & malitia opponentis *ex d. l. fin.* verſic. *falſi crimine.*

5 Nec Textus, *in dicta l. qui agnitis, ff. de except.* quia reſpondeo ideo ibi exceptionem rei Iudicatæ non admitti, ſed repetitionem tantum competere; quia poſtea elidi ſententia poterat per reſtitutionem in integrum authoritate, Prætoris conſtitutam, docet Cujacius *in l. 1. Cod. ſi ex falſis Inſtrum.* tradit Graña *hic num.* 7. Conſtat enim quod ſi de falſitate, poſtea appareat, & Iudex reperiatur fraudatus, parti ſubueniendum eſſe per reſtitutionem in integrum Iuxta Textum *in l. Iudices* 33. *ff. de re Indicata* Gloſſa verbo *retractari in cap. venerabilis de ex-*
6 *ceptionibus.* † Quæ reſtitutio ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa, ex dicta l. Diuus, ff. de re Iud.* intra quadrienniumpoſtulari poterit ex Textu *in cap. fin. de in integr. reſtit. cap. penult. de rebus Eccleſiæ*, vbi dico, etiam alibi nonnulla dixi.

7 Tamen prædictæ ſolutioni obſtat Textus *in l. fin. §. fin. Cod. hoc tit.* vbi deciſum eſt, quod ſi quis ex falſis Inſtrumentis condemnatus fuerit, & ſoluerit, repetere non poſſit, ſed reſpondeo multum intereſſe, an pars à principio cognoſcens falſa eſſe Inſtrumenta ſoluerit; an vero ignorans; quia in primo caſu non repetit: & ſic factum eſt, *in dicta l. fin. §. fin.* ſecus vero eſſe in ſecundo caſu, Iuxta quem venit intelligendus Textus *in d. l. qui agnitis*, vt communiter eam intelligunt Doctores.

8 Iterum tamen videtur dicendum in eadem ſpecie loqui dictam legem qui agnitis, ac Textum, *in dicta l. fin. §. fin.* ſiquidem ex primis eius verbis inferri poteſt partem cognouiſſe falſitatem Inſtrumentorum: Sed adhuc reſpondetur verba illa, *agnitis*, intelligenda eſſe de agnitione Inſtrumenti mera, non quidem circa falſitatem, cum recte dici poſſit agnitum eſſe Inſtrumentum, etiam ſi illius falſitas agnita non ſit: ita docent Duarenus *in d. l. Diuus* 33. *ff. de re Iud.* Graña *hic dicto num.* 7. *in fine:* plura videnda tradit, Balboa *in dict. cap. venerabilis de except. à num.* 49. vbi an falſi exceptio poſſit opponi poſt ſententiam. Et patet ex verbis *ibi: ſi poſtea cognita rei veritate, &c.*

His tamen omnibus obſtat Textus, *in l. ſi* 9
Prætor. 75. *§. Marcellus, ff. de Iudic.* vbi executio ſententiæ ſuſpenditur, & poſt ſententiam querela falſitatis admittitur, præcipuè ſi conſideremus falſi exceptionem, etiam poſt ſententiam opponi poſſe Iuxta Textum *in dicta l. Diuus, ff. de re Iudicata, l. querela* 12. *Cod. ad legem Cornel. de falſis, dicta l. ſi ex falſis* 42. *Cod. de tranſact. dict. cap. licet cauſam, §. poſt de probationibus, l.* 2. *tit.* 26. *p.* 3. *l.* 5. *tit.* 7. *p.* 7. Farinacius *in praxi crimin quæſt.* 10. Boſius *in tit. de falſis, à num* 145. Antonius Gomez *tom.* 3. *var. c.* 1. *num* 5.

Reſpondeo tamen ad Textum, *in dicta l. ſi* 10
Prætor, §. Marcellus, quod ibi ſuſpenditur ſententiæ executio ex eo, quod ſententia lata fuit faſis Teſtibus, & Inſtrumentis dolo aduerſarij contra abſentem productis: quo in caſu cum ſententia ſit ipſo Iure nulla, eius executio impeditur, *ex l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re ind.* Bartolus *in dicta l. Diuus, num.* 1. Alexandr. & Iaſon, *ibidem, num.* 4. Oſualdus ad Donellum, qui bene loquitur, *lib.* 27. *comment. cap.* 6. *per totum, & libro ſecundo, cap.* 8. *littera, t, e, i*, Cuiacius *lib.* 3. *obſeruat. cap.* 38.

Ad illud nempe, quod dictum eſt falſi ex- 11
ceptionem poſt ſententiam opponi poſſe cum aliis, *ex dicta l. Diuus*, Reſpondeo quod & ſi regula Iuris ſit, vt omnis exceptio, ſiue dilatoria, aut peremptoria, opponenda ſit ante ſententiam Iuxta diſtinctionem, de qua dixi, *in dicto cap.* 1. *de ordine cognition. inter dilatorias, peremptorias, ſiue anomalas exceptiones:* tamen illud eſt ſpeciale reſpectu exceptionis falſitatis, vt etiam poſt ſententiam opponi poſſit; ita vt ſi lata ſit ex falſis probationibus retractari poſſit intra viginti annos, *ex dicta l. querela, Codice ad leg. Corneliam de falſis*, quo tempore omnes accuſationes præſcribuntur, vt docet Gloſſa *ibi* in verbo *ſicut cætera*, vbi limitat quibuſdam caſibus, de quo videbis Gomezium *vbi ſupra dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *à num.* 5. Decianum *tom.* 1. *crimin. lib.* 3. *cap.* 37. Cujacium *lib.* 4. *obſeruationum, cap.* 14. alia adducit omnino videnda Balboa *in dict. cap. venerabilis* 6. *de exceptionib. à num.* 54. vbi aliter interpretatur, *dictam l. quarelam*, ex verbis Textus *in dicto cap. cum venerabilis*, Applicabis quæ adduxi, *in cap. teſtimonium de Teſtibus, quæſt.* 4. verſiculo *ad ſecundam.*

Quod ſi dubites de ratione huius ſpecialita- 12
tis, dico ideo fieri, vt falſi exceptio poſt ſententiam oponi poſſit; quia cum res Iudicata pro veritate habeatur. *l. res Iudicata* 207. *ff. de reg. Iuris. cap. in præſentia* 6. *de renunciat* & veritati nihil magis aduerſetur, quam falſitas, & graue reputetur crimen. *l.* 1. *cum ſequentibus, ff. ad leg. Corneliam de falſis, cap.* 2. *cap. olim. de reſcript.* verſic *tamæ temeritatis excuſſus, cap.* 1. *cap.* 2 *cap. ad falſariorum de crimine falſi, l.* 6. *tit.* 7. *p.* 7. merito comperta veritate, & falſitate probationum, res etiam iam Indicata retractetur Iuxta Textum *in dicta l. agnitis, ff de exception dict. l. ſi Prætor. §. Marcellus, ff. de Iudiciis, l.* 1. *Cod. ſi ex falſis Inſtrumentis, dicta l. Diuus. cap. ex literis de in integrum reſtit.*

13 Nec obſtat Textus *in dicta l.fin. Cod. hoc tit.*in verſic. *ſi enim*, vbi hæc falſitatis exceptio contra Inſtrumentum poſt ſententiam non admittitur. Quia reſpondeo ibi non admitti: nam præter Inſtrumenta aliæ interuenerunt probationes, ex quibus iudex potuit plenè inſtrui, vel quia ibi iam ante de falſitate fuerat exceptum, Bartolus *in dicta l. Diuus, à numero* 1. *ibi*, Alexandr. & Iaſon,*n.*11.

14 Ad ſecundam quæſtionis partem, communiter Doctores tenent ex Textu *in dict. l. fin. Cod. hoc tit.* quod quando quis velit arguere Inſtrumentum de falſo, poſſit qui produxerit cogi ad exhibendum protocollum in tantum quod hoc procedat etiam ſi produxerit Inſtrumentum ſolemniter publicatum: ſic docet Capicius *deciſ.* 40. Riccius *collect.* 390. de Franchis *deciſ.* 194. ex eo quia probatio, quæ fit per inſpectionem libri, ſiue regiſtri, eſt plena, certa, & euidens, vt notat Molfeſ. *in deciſ.* 20. *num.* 2. qui refert ſe ita vidiſſe ſeruatum Panormi *in Conſiſtorio ſacra Regia conſcientia*: Nam ſcriptura originalis erat in Curia Prætoriana: & ſic fecerunt ſpectabiles illi conſiliarij, etiam ſibi aſportare à conſeruatore, & ex inſpectione eius viderunt falſitatem, & ex
15 his. † Iterum Riccius *collect.* 1891. in verſic. *eſt tamen*, ait quod ſi pars aduerſa vellet aliquam ſcripturam redarguere de falſo, tunc altera pars, non ſolum originale, ſed etiam protocollum Notarij, qui talem ſcripturam fecit, teneatur exhibere: itavt aliàs copia præſentata nullam fidem faceret. Et adiunges quæ ex pluribus tradit Couarruuias *pract.* *c.*19.*n.*3. verſic.*tertium.*

16 Hæc tamen doctrina nonnullis limitatur modis, primo quando cogitur Notarius exhibere protocollum, & non pars, vt contingit in caſu, de quo loquitur de Franchis *in deciſ.* 94. & tradit Couarruuias *dict. cap.* 19. *pract.* verſiculo, *tertium*, *dict. num.* 4. *in fine*, dicens quod Tabellio tenetur omnino exhibere protocollum, quoties de fide Inſtrumenti controuertitur, quando nemo negat, nec vnquam
17 negauit. † Secundo quando quis produxerit Inſtrumentum in nulla ſui parte ſuſpectum, vt tradit Antonius Faber *in deciſ.* 6. *Cod. hoc*
18 *tit.* † Tertio ſtante amiſſione Inſtrumenti, vt Conſtat *in dicta l. fin. Cod. hoc tit.* & tradit Minad. *deciſ.* 40. Quarto vt non teneatur pars ad exhibitionem protocolli ante inſcriptionem inſtitutam falſi accuſationem, Antonius Faber,*C.hoc tit.dec.*16.

19 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter reſpondeo, quod ſi iudex aliqua ratione motus præceperit in iudicio Inſtrumenrum quoddam exiberi;eius vero poſſeſſor obedire noluerit, poterit interloquendo pronuntiare nullam fidem exhibendam fore ei Inſtrumento, ſi quando ab eo contumace fuerit in iudicio productum, *ex dicta l. vlt. Cod. hoc tit.* Bartolus *in l.* 1. §. *edenda*, *ff. de edendo*, Innocentius, Panormit. & alij, *in cap.* 6. *perpetuis*, *hoc tit. col. penult.* Bartolus, Angelus, Salicetus, Alexandr. & Iaſon *in l.* 2. *col.*3. *Cod. hoc tit.* Decius *in cap.*1. *de probationib: col. penult.* idem *in cap. cum Eccleſia de appellation.* Ancharranus *in clem.* 1. §.*caterum ad finem de vſuris*, Et licet Innocentius aliqua ex parte diuerſam ab hac propoſuerit ſententiam, frequentiſſimè tamen ab eo propter ſimilitudinem rationis concluſio deducitur. Sequitur Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.*18. *num.* 1.

Ad quartam quæſtionis partem, an iudex 20
poſſit ferre ſententiam ex Inſtrumento in iudicio non deducto; reſpondeo negatiuè, etiam ſi priuatim ei taliter exhibitum fuerit, vt cognouerit ex eo Ius actoris, vel rei, *cap. cum dilectus*, *hoc tit.* Et in tantum Inſtrumentorum exhibitio: & productio debet coram iudice fieri, vt non ſufficiat ea coram Notario, & Teſtibus exhiberi, vt colligitur, *ex l. adoptio*, *ff. de adoptionibus*, *& probat.* Textus noſter? & magis aperte Textus, *in cap. contingit ſtatim ſequens*, vbi Gloſſa, & Felinus latius *in cap. quoniam contra*, *quæſt.* 1. *de probation.* vbi Textum tradit Hypolitus *ſingulari* 17. ſequitur cum aliis Couarruuias *lib.*1.*variar. cap.*1. *num.*5. ver-
ſic? *quinto.* † Vbi ait non ſufficere Inſtrumen- 21
tum coram iudice exhiberi, & produci ante litis conteſtationem ad articulum aliquem incidentem, niſi, & poſt reproducatur, cum principalis cauſa diſcutitur: ex quibus, & idem eſſe tradit, quando Inſtrumentum poſt litem conteſtatam producitur in iudicio ad principalem quæſtionem litis, niſi eius productio fiat, & fuerit aduerſario denunciata, vt ſeipſum ab eius teſtimonio ſcripturæ, aut Inſtrumenti defendat ex Baldo *in l. eos*, §. *ſin autem*, *col. pen. de appellat.* & pro hac doctrina faciunt quæ adduxi *ſupra in cap.* 6. *de iudiciis*, quatenus per nonnullas quæſtiones egi iudicem ſecundum acta, & probata iudicare debere, non ſecundùm eius probatam ſcientiam.

Ad quintam quæſtiſtionis partem, an ſcien- 22
tia lata ex falſis Inſtrumentis, ſit ipſo iure nulla, aut veniat retractanda; quia mero iure fuit valida: applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap. ſicut* 9. *de Teſtibus*, *quæſt.* 2. in verſiculo *ad primam*, quibus ſatis reſponderi poteſt. Et illis ſuppoſitis nunc breuiter dico veriorem eſſe opinionem, eorum qui dicunt talem ſententiam mero iure validam eſſe, & reſcindendam exceptione falſitatis, veritate comperta: ita probari videtur, *ex dicto cap. ſicut de Teſtibus ibi ſententia eſt reuocanda*, melius ex Textu *in dicto cap. venerabilis* 6. *de exception.* ibi: *valeat retractari*, *dicta l. Diuus*, *ff de re Iudicata ibi in integrum reſtitutione*, *dict. l. ſi ex falſis*, *Cod. de tranſact.* ibi *retractari præcipimus*, *dict. l.* 2. §. *ſi ex falſis Inſtrument.* quod enim nullum eſt, retractari non poteſt, *l nam & ſi ſub conditione*, §. *& poſt defectum*, *ff. de iniuſto rupto*; quia non entis, nullæ ſunt qualitates, *cap. ad diſſoluendum de diſpenſat. impub.* probat Textus *de Iure Regio in l.* 1, *tit.*26. *p.*3. Panormitanus *in dict. cap. venerabilis de except. num.*41. Decius *num.*32. Pariſius *num.* 64. Sfortia *de in integr. reſtit.* 2. *p. quæſt.*77. *art.* 5. Menochius *de arbitr lib.* 2. *caſu* 15. Couarruuias *in cap. alma mater. de ſent. excom.in* 6.*p.*1.§.11.*n.*1.

Vnde & ſi valaſcus, & ab eo relati exiſtiment 23
nullam eſſe ſententiam falſis Inſtrumentis latam; ita vt ſic probetur, *l. Portugalia*, *lib.*3. *ordinam. tit.* 6. tamen horum ſententiam nonnullis in caſibus receptam eſſe exiſtimo. Primo in ſententia lata contra abſentem, quando lata eſt dolo aduerſarij: & ſic venit intelligendus Textus *in dicta leg. ſi prætor*, §. *Marcellus ff.*

ff. de Iudiciis, tenent communiter Doctores quos refert Sfortia *dict.2. p. q. 77. art.7.* quidquid in contrarium dixerint Gloſſa *in l. ſeruo inuitò 66. §. cum Prætor, ff. ad Trebell.* Decius *in dicto cap. licet cauſam de probat. n.164. & in cap.2. de crimi-*
24 *ne falſi, n.32.* † Secundo in ſententia lata contra minorem, vel Eccleſiam, vt *in l. 1. & 2. Cod. ſi Tutor, vel Curator, Gloſſa fin. in dicta l. 2. Cod. ſi ex falſis inſtrum.* vbi communiter Doctores Gloſſa in verbo *reſtue in dicta l. Diuus, ff. de re Iud.* Balboa *in dicto cap. venerabilis, à n.56.*
25 Tertiò quando ſententia lata eſt ex falſo reſcripto, veluti quando ex eo delegatus protulit eam; quia tunc ex defectu Iuriſdictionis erit ipſo Iure nulla iuxta communem Doctorum ſententiam *in dicto cap.2. de crimine falſi*, de quo latè ſunt videndi, Maſcardus *de probat. concluſ.740.* Oſualdus *in Pedemontanis deciſ.161.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 36.* Sfortia, Odus *de reſtit. dict.2. p.q.77. & 78.* quem caſum notabis ad declarationem textus noſtri.

QVÆSTIO II.

An Inſtrumentum productum ante litis conteſtationem probet, niſi poſt in tempore probatorio iterum producatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum productum in Iudicio ante litis conteſtationem, non probat, niſi poſt eam reproducatur cum partis citatione, n. 2. quid ſi tale Inſtrumentum fuit impugnatum, n.3.*

1 DE tempore, quo inſtrumentum produci debeat in Iudicio, vt probet, dico infra *in cap. cum Ioannes hoc tit.* Nunc verò reſpondendo ad difficultatem breuiter dico, quod inſtrumentum productum in Iudicio ante litis conteſtationem non probat, niſi poſt tempore probatorio iterum producatur. Ratio eſt; quia eo tempore non poterant fieri probationes, vt habetur in rubro & nigro, vt lite non conteſt. optimè tradit Marſilius *ſingulari 170.* Butrius *in cap.2. de ordine cognit.* multis adductis probat Maſcard. *de probat. concl. 923.*

2 Vbi dicit non ſolùm neceſſariam eſſe inſtrumenti productionem, ſed prærequiri, vt fiat cum partis citatione, vel parte præſente, *l. Iudices, Cod. de fide Inſtrum.* ad quod applicabis dicta *in cap.2. de teſtib.* & dicta infra *in cap. cum P, hoc tit. q.1.* verſic. *ad quartam* & illud ait procedere ſi petatur *ex l.4. § hoc autem Iudicium, ff. de damno infecto*, aliàs ait ſatis eſſe conditionaliter decernere, ſi copiam habere voluerit, *l. Iure ciuili, ff. de condition. & demonſtrat.*
3 † Quod ſi huiuſmodi inſtrumentum fuit impugnatum, & inſinuatus terminus ad impugnandum non procedat doctrina concluſionis; quia cùm hæc facta ſunt & conuentus accepit copiam non oporteat ampliùs reproducere per id, quod notat Baldus *in l. eos, §. ſin autem, Cod. de appellat.* vbi dicit, quod poſt litem conteſtatam non eſt opus reproducere exceptiones oppoſitas peremptorias ante litem conteſtatam; quia ſcriptura ſemel producta & accepta ſemper loquitur, maximè quando eſt producta ad finem probandi; ſecùs ſi ad alium finem.

AD TEXTVM
IN CAPITE V.
Contingit interdum, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Productio Inſtrumenti debet fieri coram Iudice; nec ſufficit coram Notario, & datur copia Aduerſario.*

INTEGRA huius textus ſeries ſatis intelligitur ex dictis ſupra *in cap.1. de probat.* & de eius vero intellectu dixi ibi *q.1.* & applicabis notata ſupra *in cap. præcedenti*, præcipuè in verſic. *ad quartam*, & etiam quæ noto infra *in cap. G. perpetuus hoc tit.* Applica dicta ſupra *in cap. 1. hoc tit. q.2.* verſic. *at vbi*, & ad alia *in dicto cap.1. de probat. q.4.*

Et ex hoc textu notat hic Barboſa *n. 2.* cum Couarr *lib.1. var. cap.1. n.5. in princ. & cap. 20. pract. n.6.* verſic. *inſtrumenta, & n.7.* quod inſtrumenti productio ita debet coram Iudice fieri, vt non ſufficiat coram Notario, & teſtibus exhiberi; quod intelligunt in illo inſtrumento, quod plures habet partes, & varia rerum capita diſtinctos actus continentia, vt illud omninò & integrè Iudici exhibeatur, quominùs ille totum legere poſſit, ſi velit, & ſic exhibito Aduerſario copia danda eſt, aut editio facienda illius capitis, quo producens vti velit; de quo adducit *Gloſſam 1. poſt princ. & Gloſſam 4. tit. 9. lib. 2. legum fori*, addens cum Abiles *in cap. Prætorum in proœmio, n.13. fol.21.* non debere pro legatario edi totum Teſtamentum, ſed particulam tantùm, quæ illi pertinet, quæ omnia ſatiùs explanantur *ſupra in cap.1. de probat.* 1

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Inter dilectos, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD textus huius materiam applicabis dicta *ſupra in cap.1. & 2. de inſtrumento non confecto publica manu, vel de neceſſitate Tabellionis, aut Notarij ad eius valorem*, de quo etiam *in cap. G. perpetuus hoc tit.* Item applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. ex litteris 3.* vbi de raſura inſtrumenti, & nonnulla de redarguendo inſtrumento *in cap.4.* item alia de falſitate inſtrumenti *in c. cum Ioannes 10. eodem*, & alia generalia *de crimine falſi* videbis *in tit. de crimine falſi.*

I. Hunc verò ad Paraphraſim multa mouet Gloſſa hic omninò videnda præter alia ab ordinariis DD. ſcripta, quare de eius exacta præfatione non curo, & nonnulla de ſingulis eius partibus tradit Graña *à n.6.*

II Et ibi in verſic. *petebat* vſque ad verba. *Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus ibi perceptis,* conducunt

conducunt plura quæ adduxi *ſupra in cap. 2. de ordin. cognition. & de libello generali admittendo, vel non cum Iudicio*, dixi late *in cap. 2. de libelli oblat.* Et ibi *ſaluo in omnibus Iure addendi, vel diminuendi.* Ad hæc verba applicabis quæ latè adduxi *ſupra in cap. examinandi 15. de Iudiciis*, vbi de addendo, ſeu emendando libello. IV. Et ibi *ſatagens comprobare omnia* &c. Hic agit Pontifex de aliquibus modis probandi poſſeſſionem; ad quod applicabis aliqua adducta *ſupra in Rubr. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & ibi *in cap. cum Eccleſia Sutrina, & in dicto cap. 2. de ordine cognit. & in cap. licet de probat.*

V. Et ibi *tertiò quia falſum Sigillum*: ab iſto verſic. poteſt agi de forma adhibenda in priuilegiis Pontificiis, ſeu Regiis.

VI. Et ibi *cum inter alias perſonas, & in alio Iudicio recepta fuiſſent*, applicabis dicta *ſupra in cap. fin. de probationibus, & in c. cum ſuper 17. de re iud.*

VII. Ibi *quod meum eſt ex alia cauſa fieri meum non poſſit, niſi deſierit eſſe meum.* Videbis Pichard. *in §. ſi itaque diſcretis de actionibus à n. 8. & 96. & in §. ſed ſi rem legatarij Inſtit. de legatis*, & applicabis quæ notaui *ſupra in cap. licet 9. de probationibus.*

VIII. Et ibi *ab impeditione ipſius Procuratorem tuum nomine tuo ſententialiter duximus abſoluendum.* Per hæc verba quotidiana praxis confirmatur; nempe: vt dato Procuratore ad totam cauſam in Iudicio ſententia profertur, eo memorato, videlicet *en el pleyto que es entre Titio, y ſu Procurador de la vna parte*, &c.

IX. Et ibi *quoniã cum obſcura ſunt partium iura cõſueuit contra eum, qui petitor eſt Iudicari* Hic applicabis quæ dico *infra in c. fin. de iure i, §. ſanè, & in c. fin. de ſent. & re iud.* X. Et de intellectu huius textus dixi *ſupra in c. ex litt. q. 1. & q. 2. verſ. ad quintã*; Sed quia quamplura congerit Barboſa hic eum videbis: nec de aliis curo ſi inſimul videas quæ proximè iam pro paraphraſi dixi.

peregrinationis. Hic applicare poteras ad quem ſpectet abſolutio, ſeu diſpenſatio voti reſeruati, quale eſt peregrinationis, ad quod Ieroſolimam ad Diuum Iacobum, & ad viſenda Romæ limina Apoſtolorum Petri & Pauli, & ad Virginem vulgò nuncupata *de Loreto*, de quo videbis quæ adduco infra *ad titulum de voto, & voti redemptione.*

Et ibi *circa Cruce ſignatos*, & ibi *quod animarum ſaluti & ſuccurſui terræ ſanctæ*, & ibi *ad voti executionem compelli.* Per hæc verba videbis quod iſti Cruce ſignati deſtinati ſunt ad ſuccurſum terræ ſanctæ, & qui dicantur, videbis *in cap. tuarum 11. de priuileg.* 3

Et quod dum non conſtat de abſolutione voti teneantur illud implere, dico ex aliis generaliter *infra in tit. de voto & voti redempt.* Et ad alia, quæ hic valent moueri notabis quæ adducunt hic Doctores antiqui: Alia breuiter refert Barboſa, 4

Igitur pro perfecta declaratione textus noſtri videbis quæ nouiſſimè hic notat ex multis Barboſa iterùm *tom. 6. in additionibus*, vbi ex multis docet quod relatio Principi facienda, debet eſſe vera, clara, & ſpecificè facta; non enim ſufficit in genere, vbi requiritur notabilis expreſſio, nam oportet, vt Princeps habeat integram omnium notitiam, & ſpecificè illa ſcire, ac de ſingulis benè eſſe inſtructum, *ex l. ſi purè. ff. de fideicom. liber l. at qui natura, §. Sceuola, ff. de negotiis geſtis, l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtrat. Clem. cauſam, §. fin.* vbi Gloſſa verbo *plena, & certa de elect.* † Et tunc dicetur ſcire quando ita inſtructus eſt, vt falli non poſſit; Nam ſi contingat, vt ſciat rem, vel actum, & ignoret eius cauſam, & circunſtantias rei vel actui conuenientes non habetur pro conſentiente, ſed ignorante; & ſic dixit textus *in cap. quiſquis 38. diſt.* vt qui exiſtimat ſcire, quod neſcit pro vero approbat falſum, quod eſt erroris proprium. 5 6

AD TEXTVM
IN CAPITE VII.
Quod ſuper, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

5 *Relatio Principi facta debet eſſe vera, clara, & ſpecifica, alias non dicetur ſufficienter inſtructus, num. 6.*

HVIVS textus materia dependet à materia textus *in cap. ſuper litteris de reſcrip.* vbi de litteris, ſeu reſcripto impetratis tacita veritate, vel expreſſa falſitate.

1 Et ibi in verſic. *ad quod*, & ibi *illis, qui perſonas & facultates plenius nouerunt hoc modo ſcribemus.* Executio reſcripti, ſeu litterarum, ad quas perſonas, ſeu Iudices debeat mitti, videbis quæ dico *in cap. de cætero, de ſent. & de re Iud.* Et applicabis quæ ex multis refert Garcia *de beneficiis p. 6. cap. 1. & 2. per totum cum ſuis §§.*

2 Et ibi *ſuper abſolutione* expendit Gloſſa *à voto*

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Paſtoralis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD materiã huius textus applicabis quæ adduxi *ſupra in c. cum veniſſent 12. de Iudic.* vbi latè egi ad quam ſpectat cognoſcere de dubiis priuilegiorum, & applicabis quæ adducunt Doctores *in cap. ſi quando, de reſcript.* Quæ omnia poteris adiungere ad verba huius textus ibi; *verum ſi Iuri communi ſit diſſona ſecundùm ipſam non Iudicet, ſed ſuperiorem conſulat ſuper ea.*

II. Et ibi *authoritate præſentium*, &c. De authoritate decretalis extrauagantis, dico *in Rubr.; & tit. de conſtitut.*

III. Et ſecundùm quas leges, ſeu iura Iudex debeat Iudicare, dixi nonnulla *ſupra in cap. quod Clerici 9. de foro comp & in cap. in cauſis 15. q. 1.* à verſic. *igitur de Teſt.* vbi plena manu adduxi.

Ad

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Cum dilectus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. QVATENVS textus iſte loquitur quod poſt publicatas atteſtationes, poſſunt vſque ad concluſionem in cauſa, inſtrumenta produci: Applicabis quæ longè adduxi *in cap.* 17. *cap.* 18. *cap. cum veniſſet* 25. *cap. præſentium* 31. *cap. ex tenore* 35. *cap. cum cauſa* 42. *cap. cum in tua* 44. & in aliis *ſupra de Teſtibus.* Et applicabis plura quæ adduxi de concluſione in cauſa, & quæ poſſint tunc proponi *in cap. paſtoralis* 5. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & alia quæ adduxi *in cap. cum clamor de Teſtibus.*

II. Et quatenùs in ſecunda parte huius textus in verſic. *ſuper tertio*, ait Pontifex quod conſuetudo loci facit inſtrumentum Authenticum: applicabis nonnulla, quæ addnxi *de conſuetudine, & ibi cap.* 2. *in cap Clerici* 8 *de Iudic. & in cap. quod Clerici* 9. *de foro comp. cap. cum contingat* 13. *eodem.* Alia *in cap.* 2. *de probat.* præter ea, quæ *in cap. fin. & toto Titulo de conſuetudine*, add uco, *& infra* dico nonnulla propria huius tertiæ partis.

QVÆSTIO I.

Quare poſt publicatas atteſtationes poſſint in Iudicio inſtrumenta produci, cum Teſtium receptio regulariter amplius non admittatur: Et an produci poſſint poſt concluſum in cauſa: Et ſub qua forma: Et an per Procuratorem præſentari valeant abſque ſpeciali mandato?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta poſſunt in Iudicio produci poſt publicatas atteſtationes, n.* 2. *& quæ differentia Teſtium, n.* 3. *&* 4.

5 *Teſtes publicatis atteſtationibus poſſunt produci, ſi vnà cum inſtrumentis producantur.*

6 *Inſtrumenta poſt concluſum in cauſa, regulariter nequeunt produci, fallit, num.* 7. 8. 9. *&* 10.

7 L. videamus, §. fin. ff. in Litem Iurando.

11 *Inſtrumenta, ſub qua forma producantur in cauſa publicatis atteſtationibus, vel poſt concluſum in cauſa n.* 12, & 13.

14 *Inſtrumenta per Procuratorem nequeunt produci poſt concluſum in cauſa, abſque ſpeciali mandato.*

1 AD primam quæſtionis partem facit dubium, quod latè adduxi *ſupra in dicto cap. fraternitatis. cap. intimauit, cap. præſentium de Teſtibus* cum aliis quibus probatum eſt poſt publicatas atteſtationes locum non dari vt in eadem cauſa alij teſtes recipiantur, niſi ſuper nouis Articulis. Ergo cum in exercendis litibus eandem vim habeant Teſtes, ac inſtrumenta, *leg. in exercendis, Cod. hoc tit. cap. cum Ioannes infra eodem*, idem videtur dicendum, etiam in inſtrumentorum productione.

Tamen ex noſtro textu aliud dicendum eſt, 2
nempe publicatis atteſtationibus vſque ad concluſionem in cauſa poſſe inſtrumenta produci, cuius ea nempe ratio eſt; quia in hoc caſu ceſſat timor ſubornationis, qui adeſt in productione Teſtium ſecundùm ea, quæ latè adduxi *in dicto cap. fraternitatis*, cum aliis adductis, vt notat Gloſſa hic, probant de Iure Regio Iura, *in l.* 34. *in fine, tit.* 16. *p.* 8. vbi Gregor. Lopez. *in Gloſſa* verbo *charta, & in l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 3. *ordinam.* vbi Didacus Perez. *in Gloſſa* verbo *des pues que fueren publicados.* qui expendens prædictam regulam ponit ad eam ſex fallentias, & limitationes, quibus poſt concluſionem in cauſa, etiam publicatis atteſtationibus admittuntur inſtrumenta in Iudicio. Et huic concluſioni plures intellectus tradiderunt Felinus, Abbas, & alij hic, Bartolus, & omnes *in dicta l. admonendi, ff. de Iureiur.* videndaque tradit Faquinet. *lib.* 11. *controuerſ. cap.* 26. Morla *in emporio tit.* 11. *q.* 4. Maſcardus *de probat. concl.* 973. *n.* 16. Menoch. *de arbitrar. caſu* 241. Couarr. *in practicis cap.* 20. *n.* 8. Zeuallos *in pract. q.* 650. aliis adductis Graña *hic à num.* 1. Riccius *collect.* 1972. Amator Rodrig. *de ordin. proceſſu cap.* 8. *à n.* 15.

Vnde non obſtat ſimilitudo adducta *ſupra, n.* 1. 3
de Teſt. ad inſtrumenta: Nam circa Teſtium productionem poſt publicatas atteſtationes adeſt timor ſubornationis ex his, quæ longè adduxi *in dicto cap fraternitatis de Teſtibus*, niſi aliud ſit prouiſum de Iure ſecundùm quæ ibi adduxi, quod in productione Inſtrumentorum, non eſt cur timeatur, præcipuè ſi conſideres probationem per inſtrumenta dici probationem probatam, & liquidiſſimam iuxta textum *in leg. cum precibus, Cod. de probationibus*, Abbas *in cap. cauſam de probat. n.* 20. & ſi aliter ſentiat Decius *ibi n.* 15 † Tum etiam, quia terminus datus à Iu- 4
dice ſimpliciter ad probandum, ſolùm comprehendit productionem Teſtium, non autem refertur ad Inſtrumenta; quoniam hæc à Iure terminum præfixum habent, ſcilicet vſque ad concluſionem in cauſa ex noſtro textu.

Vnde infert Maranta *de ordine Iudiciorum* 6. *p.* 5
memb. 10. *tit. de Inſtrumentorum productione, n* 47. quod quando Teſtes producuntur, & præſentantur vnà cum Inſtrumento, poſſunt admitti poſt publicationem cauſæ, vt notant Baldus, & Doctores *in l. certi conditio, §. quoniam, ff. ſi certum petatur* cum aliis ab eo relatis ibidem tradit Rodriguez. *de ordinando proceſſu dicto cap.* 8. *ſub num.* 15.

Ad ſecundam quæſtionis partem dico regula- 6
riter non poſſe Inſtrumẽta produci poſt concluſum in cauſa; itavt ſi producantur, poſſit ea Iudex etiam ex officio recipere; eo quod per cõcluſionem in cauſa inducitur renuntiatio, & concluſio allegationum, & probationum iuxta Gloſſam *hic* verbo *concluſum*, etiam Gloſſa *in Auth. de Teſtibus, §. quia verò multi de Teſtibus, collat.* 7. verbo *concluſerint*, taliter vt poſt eam andiri non debeant, cùm Iuri ſuo renuntiauerint: arg. eorum, quæ adduxi *ſupra in cap. cum ſit generale de foro compet.* Etenim poſt probationum & allegationum renuntiationem, omnis via videtur præcluſa probationis: arg. textus *in l. ſi rem. §. quodlibet tempore* iuncta Gloſſa fin. *ff. de euictionibus,*

nibus, Rodriguez. *ſupra dicto n.15. in fine*. Graña *hic n.2.* Morla *ſupra dict. quæſt.4.n.2.*

7 Nec obſtat textus *in leg. videamus, §. fin de in litem Iur.* vbi poſt concluſum in cauſa, inſtrumenta admittuntur, *& in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſ. & prop. cum aliis*, quia reſpondeo cum Bart. *in dicta l. admonendi*, *ff. de Iureiur. num.* 3. quem omnes ſequuntur ſecundùm *ibi*, *num.* 58. Ripa *n.45.* ea iura procedere quando inſtrumenta nouiter ad partis notitiam perueniſſent, & ſic de nouo reperta, vt notant Abbas *hic*, *n.* 3. Imola *n.2.* Graña *hic*, *n.4.* Couarr. *dicto cap.* 20. *pract. ſub num.*8. Rodriguez *dicto cap.*8. *num.* 17. Riccius *collect.* 1991. verſic. *primo*, vbi ait quod quando quis allegat ad ſui notitiam perueniſſe poſt concluſum in cauſa, tunc poſſe poſtea in-
8 ſtrumenta produci. † Et ſic dixit Cancerius *deciſ.*20. *de inſtrument. editione*, quod ſi ſint deuenta ad nouem notitiam partis, quod probatur mediante Iuramento, poſſint poſt concluſionem cauſa produci, faciunt iura *in cap. præſentium de Teſtibus*, & *in cap. Paſtoralis de exceptionibus*: Et vt optime expendas leges, quæ adducit Faquinetus *lib.*11. *cont. cap.*26. vbi refert diuerſos dicendi modos.

9 Quare ſi iuſta ſubeſt cauſa, vt ſi v. g. Inuaſor impedimento adhibito ſubtraxit ſpoliato facultatem probandi dominium, quia tunc poterit poſt concluſionem in cauſa intentare poſſeſſorium, quod aliter non permitteretur; Et ſic inſtrumenta producere: Sic intelligit Graña *hic dicto n.4.* textum *in dicto cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis.*

Et ex eodem fonte ſi talis eſſet perſona, cui
10 beneficium reſtitutionis competeret, vt putà minor, Eccleſia, vniuerſitas, pupillus, & ſimiles; quia tales beneficio reſtitutionis admittuntur ad probandum, ſic & ad producendum inſtrumenta poſt concluſionem in cauſa, docent Rubeus *deciſ.*92. Riccius *dicta collect.* 1972. verſic. *ſecundò*, ad quod applicabis notata *ſupra in dicto cap. fraternitatis*, *q.*3. verſic. *ad ſecundam, & in cap. præſentium de Teſtibus*, verſiculo ad *quartam.*

11 Ad tertium ſub qua forma ante, vel poſt concluſum in cauſa inſtrumenta à partibus debeant produci, non ſatis liquet inter Doctores ſecundùm ea, quæ benè more ſuo tradit Couarr. *pract. dict. cap.*20. *n.*8. vbi videbis, tam de Iure ciuili, quam de Iure Regio, quibus ſuppoſitis, dico quod quamuis attento Iure Regio in præſentatione, & productione Inſtrumentorum varia diſpoſita ſint, vt videre poteris *in l.*1. *tit.*2. *lib.*4. *recopilat. & in l.*1. *&* 2. *tit.*5. *eodem lib.* 4. *& in l.*6. *tit.*11. *lib.*3. *ordinat.* ſiquidem ſi ab Actore producantur ſimul cum petitione, ſeu libello, debeant produci ante concluſionem cauſæ, ſin autem cauſa concluſa non æque admittant, niſi cum Iuramento, quod nouiter reperta ſint, & in eius peruenerunt notitiam, quod ſi à Reo venirent præſentanda, tunc requirebatur, vt præſentarentur intra viginti dies, & non vlterius, niſi cum Iuramento, quod in eius de nouo peruenerunt cognitionem, *vt in d. l.*1. *tit.*2. *& l.*1. *tit.*5. & poſt modum, *in l.*2. *in fine tit.*5. *lib.*4. *compilat.* diſpoſitum fuit, vt vterque, tam alter, quàm Reus ſi iurauerint nouiſſimè reperta fuiſſe & facta diligenter Inquiſitione, in eorum perueniſſe notitiam Actorem poſſe ſcripturas, & Inſtrumenta producere vſque ad ſententiam interlocutoriam probationis, Reum verò vſque ad ſententiam definitiuam, optimè ex legibus Madrititiis referr idem Couarrun. *dicto cap.* 20. *pract. num.*8.

Tamen iam hodie, tam ab Actore, quàm à 12
Reo poſſunt Inſtrumenta produci, & præſentari in Iudicio quocumque litis tempore, vſque ad concluſionem cauſæ, nullo ad hoc præſtito Iuramento; ſed ſi producenda veniant poſt concluſum in cauſa, tunc id fieri debere cum Iuramento, & ſolemnitate, quod nouiter in eius peruenerunt notitiam, & cognitionem admittenda fore, docent Bartol. *in dicta l. admonendi*, *ff. de Iureiur. n.*3. quem omnes ſequuntur Couar. *dicto cap.*20. *ſub num.*8. verſic. *hodie.* Rodriguez. *de ordinando proceſſu dicto cap.*8. *n.*17. *&* 19. & in verſic. *cæterum*, Paz. *in praxi tempore* 8. *p.*1. *num.* 144. vbi ait id communi praxi, & ſtylo obſeruari, & ſumma æquitate niti, ne veritas, & ius partis pereat, ſi inſtrumenta non fuiſſent admiſſa, iuxta quam obſeruatiouem veniunt intelligenda *l.* 1. *&* 2. *tit.*9. *lib.*4. *comp.* quæ præſcribunt formam in præſentatione & productione inſtrumentorum in ſecunda inſtantia, vt refert idem Couarr. *ſub dicto num.* 8. qui prædictam praxim ait præſumptam eſſe ex generalitate textus noſtri, quæ robur accipit ex textu *in cap. Paſtoralis de except.* qui pariter admittit probationem exceptionum poſt terminum à iure, vel à Iudice aſſignatum ad proponendas exceptiones ſi pars dicat nouiter ad eius notitiam perueniſſe, & Iuramento id aſſerat, vt tradit prædictus Couar. *dicto num.*8. dicens ita admiſtum eſſe praxi totius Hiſpaniæ, & ante eum dixit Rodericus Suarez. *allegat.*5. *num.* 8. *&* 17. motus eo fundamento, quia renuntiatio allegationum, quæ reſultat ex concluſione, non debet extendi ad ea, quæ quis non ſciebat ſibi competere: argumento textus, *in l. legitimam*, *ff. de petit. hæredit. l. mater decedens*, *§. cæterum*, *ff. de inofficioſo Teſtam.*

Et licet prædicta Bartoli opinio ita ſit admit- 13
tenda, faciliùs tamen admittitur provt dixit Couarr. *dicto cap.*20 *pract.* in verſic. *quibus*, dicens faciliùs admitti, quoties eſt in cauſa concluſum ad eam ſententiam, quæ nec appellationem, nec prouocationem admittit; provt eſt in ſententia reuiſionis, quæ in ſupremis tribunalibus profertur, & in his caſibus, quæ per appellationem ad conſiſtoria Ciuitatum, deferuntur iuxta formam, *leg.*7. *tit.*18. *lib* 4 *compilat.* maximè ſi ea inſtrumenta palam Actore, vel Reo ſuffragentur, & rem de qua controuertitur manifeſtam efficiant, nec enim æquum eſt propter Actoris vel Rei negligentiam eorum ius omninò perire, quod arbitrio boni viri, & æquiſſimi Iudicis relinquendum erit ex textu notabili *in l. fin. Cod. ſi pendente appellatione mors interuenerit* ibi, *nec ignorantes negotium priuſquàm* aliquod commodum ſentiant, damnis affici compellantur, tradit Amator *dicto cap.* 8. *de ordin. proceſſu num.*17. *circa finem*, Vide eundem Couarr. *ſub dicto numero* 8. *in fine*, verſic. *& ſi hæc.*

Ad quartam quæſtionis partem, an per procu- 14
ratorem inſtrumenta, vel ſcripturæ valeant in Iudicio præſentari, ſeu produci abſque ſpeciali mandato Domini litis? in quo dubio, quia Couarr. *dicto lib pract. cap.* 20. in verſic. *eſt tamen ſub dicto num.* 8. vt diſſoluat, longè tradit reſolutionem, an ad præſtandum iuramentum de calumnia

lumnia pro Domino, debeat habere Procurator mandatum ſpeciale, de quo dixi latè *in cap. 3. de Iuram. Calumniæ, q.1. & ibi q.2. egi de hac quæſtione*, vbi videbis ideò nunc breuiſſimè dico, non poſſe poſt concluſum in cauſa abſque ſpeciali mandato inſtrumentum in Iudicium producere? quia cum ad talem præſentationem præquiraturIuramentum *ex dictis ſuprà* in verſic. *ad tertiam*, & de Iure ad Iurandum nomine alterius prærequiratur ſpeciale mandatum, cum tractetur de obligatione ſpirituali quæ conſenſum ſpecialem principaliter exigit *cap. fin. de Iuramento calumniæ, lib.6. cap. fin. de procurat. eodem lib.* Ideò fit vt mandatum ſpeciale ad Iurandum de calumnia, in certa cauſa, Procuratori conceſſum non ſufficiat, vt ipſe Procurator abſque alio mandato ſpeciali queat Inſtrumenta producere, & in animam ſuæ partis Iurare nouiter in eius notitiam perueniſſe, quod in Granatenſi Prætorio ita definitum fuiſſe Couarr. teſtatur, vbi *ſuprà, & in cap. quamuis pactum 1. p. §. 5. num.8.* Rodriguez. *de ordinando proceſſu dicto cap.8. n.18.*

QVÆSTIO II.

An poſt concluſum in cauſa teneatur Litigator Iurare ad inſtantiam colligantis; Et an poßit Iudex poſt concluſum in cauſa ex officio partes interrogare: Et quem effectum habeat cauſa concluſio: Vbi de denuntiatione proceßus, & concluſione in cauſa: Et an ſententia retractetur, reperto Inſtrumento, vel teſtamento?

SVMMARIVM.

2 *Concluſio ad effectum excludendi probationes, habet idem quod ſententia: Et quibus modis fiat num. 3. 4. 5. & 7.*

5 *Concluſio cauſæ? quid ſit? Et qualiter fiat, numero 6. 7. 8. & 9. eſt regulariter neceſſaria, num. 9.*

8 *Renuntiationes partium, & concluſiones in cauſa differunt.*

1 Ad primam & ſecundam quæſtionis partem reſpondebis ex adductis *ſuprà in cap. cum clamor 53. de teſtibus ibi, q.3.* in verſic. *ad primam:* Et conducunt adducta *ibi q.1. & 2.* vbi videbis: Interim applicabis quæ adducit Zeuáll. ex multis *in pract. q.167. & q.821.*

2 Ad ſecundam quem effectum habeat cauſæ concluſio, dico ex Felino *hic à num. 1.* quod cauſæ concluſio, quoad effectum excludendi probationes, habet eandem vim, ac habet ſententia, vt habet etiam Baldus *conſ. 358. lib. 3. & conſ. 255 lib. 4.* quod tripliciter fieri poteſt. Primò quando litigantes omnibus probationibus renuntiant, vt ait Felinus *hic num. 27.* Balboa *in cap. Paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & prop. num. 35.* quod aliquando expreſsè, aliquando tacitè ſolet fieri, expreſsè quando partes petunt ferri ſententiam, tacitè quando actum faciunt, quo demonſtratur non eſſe ampliùs locum probationum productioni: v. g. quando ponunt cauſam commitri conſilio ſapientis, idem Felinus *hic n.30.* Iaſon. *in l. admonendi, ff. de Iureiur. num. 66.* ex eo, quia coram Conſultore nihil in facto ampliùs deduci poteſt: Ita Bart. *in l. 1. Cod. de relation.* Iaſon. *in leg. pecuniariis, numero 57. ff. de Iudiciis*, Baldus *conſ. 309. lib. 2.* in verſiculo *modo venio.*

Secundò fit concluſio legis diſpoſitinæ, quando ſcilicet à Iure certus præfixus eſt terminus cauſæ, vt aduertit Bald. *in l. ſi Accuſatoribus ad finem, Cod. de accuſat. & conſ. 67. lib. 1.* Felinus *hic n.27.* Balb. *in dicto cap. paſtoralis de cauſ. poſſ. n.36.* ad quod faciunt quæ adduxi *ſupra de dilat.* vbi *in q. 1. cap. 1. & q. 4. & in aliis de Rubr. plura dixi de termino legali.* 3

Tertio fit, cum Iudex expreſsè deſignauit terminum ad probandum, & in caſu declarat eſſe concluſum in cauſa, vt aduertit Gloſſa *in Clem. ſæpè de verb. ſignif.* in verbo *concluſione*, Felin. *hic, n.19.* vel partes citet ad audiendam ſententiam, Romanus *conſ. 176.* & hoc modo in vitis litigantibus effici cauſæ concluſionem, tradit Guid. Pap. *q. 587.* Iaſon. *in dicta l. admonendi, n. 52.* de quo benè loquitur Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 35. per totam.* Et applicabis alia de termino à Iudice aſſignato *in dicta Rubr. & tit. de dilationib.* Benè & latè de his omnibus loquitur videndus Rodriguez. *de ordinando proceſſu, cap. 11. per totum.* 4

Ad tertiam quæſtionis partem de denuntiatione proceſſus, & de concluſione in cauſa, latè loquitur videndus Ripol *variar. cap.6.* quæ ex iam dictis, & ex dicendis patent. Etenim cauſæ concluſio nihil aliud eſt, quàm finem imponere probationibus, et iam ad ſententiã deuenire: nam facta concluſione, dicimus Iudici de cauſa liquere, vt aduertit Gloſſa *in cap. ſignificauerunt de Teſtibus*, verbo *liquere* ab omnibus communiter recepta Farinacius *de delict. q. 21. à n. 15.* per concluſionem in cauſa omnibus probationibus & defenſionibus renuntiatum eſſe videtur ex hoc noſtro textu in verbo *concluſum, & in Auth. de Teſtibus, §. quia verò multi* verbo *concluſerint*, Maranta *de ordine Iudicior. p.6. actu 15* Maſcard. *de probat. concl. 339.* Balboa *ſupra num. 39.* Rodriguez *dicto cap. 11. à num. 1.* 5

Vnde notandum eſt non propriè in cauſa concluſum dici, quando ſolùm à partibus facti probationibus renuntiatum eſt, ſed etiam à legationibus iuris, quia nihil aliud in facto probare volunt, & nihil aliud in Iure allegare, & ita à Iudice petant in cauſa concludi, vt docet Iaſon. *in dicta l. admonendi, num. 50. ff. de Iureiur.* & ſic Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 35. à num 1. & lib. 2. caſu 51. num. 23.* dixit concludere in cauſa eſſe finem imponere probationibus, & quamprimum ad ſententiam deuenire; nam facta concluſione, dicitur Iudici liquere de cauſa, vt notauit Gloſſa *in cap ſignificauerunt de teſtibus* verbo *liquere*, & ad hoc ponderabis textum *in l. ſi rem, §. vltimo ff. de euictionibus iuncta Gloſſa ibi*, verbo *condemnationem* textum *in l. qui pœna, §. Diuus ibi. qui iam lege Cornelia damnatus eſſet, vel iam futurum proſpiceret, ff de manumiſſionibus* & textum *in l. quamuis indubitati iuncta Gloſſa* verbo *confecto, Cod. de adult.* optimè Didacus Perez plures referens *in leg. 6. tit. 11. Gloſſa* verbo *concluſo*, verſic. *eſt tamen, fol. 677. lib. 3. ordinam.* Menoch. *vbi ſupra dicto caſu 51. num 23.* 6

Item notandum eſt facta concluſione, nihil poſſe produci in cauſa, nihil ſupereſſe aliud præter ſententiam, vt colligitur *ex Auth. in-* 7

bemus, *Cod. de Iudiciis*, in illis verbis; *cauſa cognitor non amplius ſpectans ſententiam omnibus modis, legibus, & moribus conſonantem proferat*, *cap. Iudicantem* 3. *q*.5. ibi, *nec litigantibus Iudex prius vellet ſua ſententia obuiare, niſi quando iam peractis omnibus, nihil habeant in quæſtione, quod proponant*, *cap. auditis iuncta Gloſſa*, verbo *ad illum de procurat.*

8 Tertiò notandum eſt quod renuntiationes partium, & concluſiones in cauſa differunt inter ſe iuxta ea quæ adduxi per textum *ibi*, *cap. quoniam contra falſam de probat.* in verſic. *renuntiationes*, *concluſiones*; eo quod renuntiatio probationum, & allegationum fit à partibus voluntariè, vt deducitur *ex dicta Auth. iubemus*, *Cod. de Iudiciis*, concluſio autem fit à Iudice, partibus inuitis, Gloſſa communiter recepta, *in Clem. ſæpè in fine de verb. ſignif.* verb. *concluſione*: tradit Paz. *in praxi*, *p*.1. *temp*.9. *num.* 10. ob id dicendum eſt tunc verè in cauſa dici concluſum, quoties partes, non ſolùm allegationibus renuntiauerunt, ſed in cauſa concluſum ſit.

9 Itaque ſit regulariter in omnibus cauſis concludendum eſſe in lite & cauſa, vt litibus aliquando finis imponatur, vt probatur *in cap. paſtoralis*, §. *ſi verò de cauſa poſſeſſ.* notat Felinus *hic n*.1. confirmatur de Iure Regio *in l.1. propè finem tit.4. lib.3. ordinam.* verſic. *el qual termino ibi*, *ſea aſignado oto termino peremptorio de otros ochodias paro concluir, y cerrar racones*, *& in l.10. tit.6. lib.4. compilat.* vbi habetur quæ forma hodie in cauſa obſeruanda ſit, & facienda præſcribitur, quam aſſignat Paz. *dicta* 1.*p.temp*.10. *n*.3.

10 Ad quartam quæſtionis partem, an ſententia retractetur, ex eo quod nouiter inſtrumentum vel teſtamentum reperiatur, dico *infra in cap. ſub orta de ſent. & re Iud.*

Qvæstio III.

An concluſio in cauſa ſit de ſubſtantia Iudicij, taliter quod ea omiſſa, proceſſus poſtea ſequutus non valeat: Et an poſt concluſum in cauſa, vel poſt ſententiam in cauſa nobilitatis, ſeu puritatis ſanguinis poſſint Iudices, ſeu electores iterum inquirere? Et an poſt concluſum in cauſa Confeſſio, ſiue Iuramenoum admittatur? Et an ſi Iudex poſt factam concluſionem in cauſa, & partibus intimatam aliquos probationum admittat articulos, videatur reuocaſſe concluſionem in cauſa? Et an ſint alij caſus, in quibus poſt concluſum in cauſa admittantur probationes per Teſtes, aut Inſtrumenta?

SVMMARIVM.

1 *Concluſio in cauſa de Iure ciuili, non eſt vtique de ſubſtantia Iudicij, ſecus de Iure Canonico, & Regio, n.2. & 3. fallit à n.6.*

4 *Concluſio cauſæ, ſi à partibus petita non ſit, nunquid reddat proceſſum nullũ eius omiſſio.*

6 *Concluſio in cauſa, in cauſis ſummariis, & criminalibus, beneficialibus non aufert probationem faciendam, num. 7. & 8. quid in appellationis inſtantia, num. 9. & de aliis, à num. 19.*

10 *Concluſio in cauſa non claudit nouas probationes faciendas in cauſis nobilitatis, & puritatis ſanguinis, n.11, 12. 13. 14. 15.*

12 *Libellus infamatorius contra nobilitatem, ſeu puritatem alicuius ſub ſecreto*, & *ſine ſubſcriptione porrectus factis iam informationibus ſufficit ad inquirendum de nouo num.* 13. 14. & 15.

16 *Iuramentum quit offerri poſt concluſum in cauſa, & quando iam Actor probauit per Teſtes intentionem, n.* 17.

18 *Concluſio in cauſa, quando non cenſeatur reuocata, eo quod Iudex poſt eam admittat nouos probationis Articulos.*

29 *Concluſio in cauſa non aufert, vt detur tempus ad comprobandas ſcripturas præſentatas, nec vt recipiantur Teſtes ſuper habilitate, n.* 20. *vel ſi fiat cum clauſula iure producendi, numero* 21. & 22.

22 *Concluſio in cauſa cum clauſula*, ſalua ſcripturarum productione *non comprehendit ſcripturas priuatas.*

1 VT exactè primam noſtræ quæſtionis partem tractes, applicabis quæ adduxi *de publicatione Teſtium, & eius neceſſitate in cap. præſentium de Teſtibus*, Quo ſuppoſito, & aliis, quæ adduxi de neceſſitate citationis *in cap.1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. in cap. penult. de foro comp. in cap.1. de Teſtibus, & de neceſſitate Litis conteſtationis in Rubr. eodem*; nunc vt Doctores reſpondeant, nonnulla adducunt; ego tamen diſtinguendum eſſe exiſtimo inter ius ciuile, Canonicum, & Regium: Nam de Iure ciuili, dico, quod etſi concluſio in cauſa debeat fieri in omnibus negotiis; non tamen eſſe de ſubſtantia Iudicij in foro ſæculari, taliter vt ſi omittatur euaneſcat proceſſus, niſi aliud ſuadeant ſtylus, & conſuetudo alicuius Regionis: Sic Abbas *in cap. cum L. & A, de re Iud.* & ibi Felinus *num.* 12. Vantius *de nullitatibus*, *tit. de nullitate ex defectu proceſſus*, *num* 45. quem ſequitur Menochius *de arbitr. q* 35. *n*.8. Matienço *in Dialogo Relatoris*, *p*.3. *cap*.51. Didacus Perez *in l.6. tit.11. lib.3. ordin.* Gloſſa verbo *pleyto concluſo* in fine Paz. *in praxi p.1. tempore* 10. *in princ.* Gloſſa *in Clem. ſæpè de verb ſignif.* verbo *concluſione*.

2 Sed in foro Eccleſiaſtico docent Doctores ex noſtro textu, *& in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. auditis de Procuratoribus*, taliter concluſionem proceſſus prærequiri, vt ſit de eius ſubſtantia, docent Vantius *ſupra n*.45. Paz. *n*.1. & Menochius *n*.8. Amator *de ordinando proceſſu cap.11. num.7.* verſic. *in foro*, vbi dicit ita procedere, exceptis cauſis ſummariis, & beneficialibus, in quibus non requiritur cauſæ concluſio, *ex dicta Clem. ſæpè in eadem Gloſſa concluſione.*

3 † De Iure tamen Regio vtique etiam neceſſarium eſſe, vt in cauſa concludatur: probat textus *in l.2. tit.4. lib.3. ordinam.* §. *el qual termino* ibi *des pues de la concluſion, l.10. tit. 6. l.1. tit. 7.* ibi *hallare el juez que pueda dar ſentencia difinitiua, concluſo el pleyto lade, & in l.10. tit.17. lib. 4. recop.* ibi, *y concluſo el pleyto para dar ſentencia*, per quas leges practici Doctores ita docent, inter quos Auendañus *reſponſione* 1. *numero* 9. Matiencus *in Dialogo Relatoris*, *cap.* 51. *ad finem*,

nem, vbi dicunt quod ſi ea forma non ſeruetur proceſſus erit nullus : argumento textus, in l. cum hi, §. ſi Prætor, ff. de tranſact. l. Diuus, ff de in integrum reſtit. ibi, & ſi nihil facilè mutandum ſit ex ſolemnibus, & ex aliis Iuribus tenent Didacus in dicta l 6. tit. 11. ordinam. Gloſſa concluſo el pleyto fol.677. Azeuedus in dicta l.10.recop.n.31. Paz. dicto tempore 10. n.2.& 3.

4 Eſt tamen non leue dubium inter Doctores, an vt nullus dicatur proceſſus, vbi deficit concluſio, procedat etiam ſi à partibus ea non petatur? In quo articulo dixit Paz. in praxi dict. 1. p. temp. 10. n.3. nullum dici ex l. 9. tit.6. lib. 4. comp. qua diſponitur, quod poſtquam vnaquæque pars duos libellos præſentauerint cauſa habeatur pro concluſa; quamuis à parte non petatur, & ſic ait Rodriguez. de ordinando proceſſu, dicto cap.11. num.8. ſecundùm communem ſtylum, & praxim ſemper à Iudicibus iuuari, vt partes cauſam concludant, aliàs ipſos cauſam, vt concluſam habere, quam diffinitiuè ſententiabunt.

5 Alij autem dicunt tunc concluſionem eſſe de ſubſtantia proceſſus, qua omiſſa proceſſus reddatur nullus, ſi à partibus petatur, & hoc ex dicta l. 10. tit.17 lib.4.recopil. l.11. tit.1. & ex l. fin. tit.4. lib 3. ordinam. ibi que ſe omite, y de ala orden ſubſtançial de el Iuicio, O ſi la parte demandare que ſe guarde, y no ſe guardare, que el proceſo ſea nulo: Ita Azeuedus in dicta l.10. num. 32. Didacus Perez. in dicta l.6. tit.11. lib 3. ordinam. verb. el pleyto concluſo, Villalobos in antinomia Iuris litt. C, num.5. Rodriguez. dicto num.8. dicentes tunc textum in d. l. tit.6 recop. annullare proceſſum ex defectu concluſionis, ſi à parte petita ſit aliàs, & ſi ſit neceſſaria; ea tamen omiſſa non annullari proceſſum: videbis Ricc. collect.85. in verſic. item omiſſa.

6 Vnde etſi regula ex noſtro textu præterquiratur cauſæ concluſio; itavt ea facta non admittantur partes ad probandum, nec ad excipiendum, tamen nonnulli, in quibus partes admittuntur, veluti in cauſis ſummariis, in quibus concludi non eſt neceſſe, Gloſſa in dicta l. Clem ſæpè de verb. ſignif verbo concluſione, Vantius ſupra n.45. Menoch. cum aliis ab eo relatis q.35. n.11. Didacus Perez. in dicta l.6. ordinam Gloſſa 1. ver-
7 ſic. fallit.6. fol.676. † Item in cauſis criminalibus, Didacus in dicta l.6 verſic. fallit 2. Azeued. in l. 3. tit. 10. lib.4. recop.n. 78. Ant.Gom. lib. 3. variar. cap.13 n.33. vbi dicit in his cauſis criminalibus concluſionem factam non tollere partibus probationem ex eleganti textu in l. vnius §. cogniturum, ff. de quæſt. ibi, quamuis defenſionem quocumque tempore poſtulanti, Reo negari non oportet, vt notant ibi Gloſſa, Bart. & alij relati à Gomez. & à Iulio Claro receptarum ſentent. lib.5. §. fin. q.61. n.2. Menoch. de arbitr. dicta q.35 n.22. Riccius collect.85. ad textum noſtrum verſic. ſed quid; Mynſing. centuria 4. obſeruat.81.

8 Item etiam procedit in cauſis beneficialibus, in quibus minores, & aliæ priuilegiatæ perſonæ poſt concluſionem factam ad probationem admittantur, vt in dicto cap. auditis de in integrum reſtit. vbi Panorm. & reliqui Doctores, Menoch. ſupra, n 19. Didac.Perez in d.l.6. tit.1. Gloſſa 1. verſic fallit tertio, Paz. in praxi dict.1.p.tempore 10. n.10. qui Iure Regio idem obſeruari docet: dum tamen intra quindecim dies poſt publicationem factam, & eis elapſis petatur in integrum reſtitutio iuxta diſpoſitionem textus in l.3. tit.8. lib.4. recopilat. quam latè expendit Rodriguez. de ordinando proceſſu cap.8. verſic. ſextò aduertendum erit, nonnulla adduxi in dicto cap. præſentium, & in cap. cum clamor de Teſtibus. Riccius collect.85. ad textum noſtrum verſic. item num. vbi addit in verſic. ſequenti cum Minad. in deciſ. 15. poſt concluſum in cauſa concedi primum, & ſecundum beneficium.

Quartò dicunt Doctores, quos ſequitur Me- 9
noch. dicta q 35. num.20. de arbitr. per textum in l. per hanc, Cod. de temp. appellat. Capicius deciſ.28. num.3. Speculator in tit. de renuntiatione, & concluſione in principio, num.4. in cauſis appellationis poſt concluſum in cauſa principali facta, nouas admitti probationes, quia per appellationem tollitur in cauſa concluſio, & quia concluſio, ſeu renuntiatio in cauſa principali facta, non extenditur ad cauſam appellationis, nec creditur partes de hoc cogitaſſe. Alia dico infra ad vltimam quæſtionis partem: plura de noſtra quæſtione, & de concluſione in cauſa congerit nouiſſimè Fragoſus cum multis de Republica Chriſtiana p.1. lib.5. diſp.13. §.6. à n. 140. legendus.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an in cauſa 10
nobilitatis, ſeu puritatis ſanguinis poſſint partes iterùm ad probandum admitti poſt concluſum in cauſa in fauorem Prætenſoris, ſeu contra illum, vt ſi v. g. poſt factas Informationes de aliquo Prætenſore ad Collegium, ſeu Eccleſiam de ſtatuto, vel ad actum puritatis ſanctæ Inquiſitionis, & contingit, vt cum veniant in forma probanti, & in fauorem ipſius Prætenſoris, aliquis Epiſtolam, ſeu Schedulam mittat ad ſecretum illius communitatis, qua loquatur aduerſus nobilitatem Prætenſoris ei notam imponendo, ſit iterùm inquirendum & probandum, vel econtrà ſi per Informationes primò factas veniat Prætenſor notatus, admittatur ipſe, vel eius deſcendentes, aut cognati, ſeu de parentela ad probandum iterùm, vel opponendum in Teſtium perſonas.

In quo dubio, quod eſt grauis momenti, dico 11
duplicem eſſe modum loquendi inter Doctores. Nam quidam docent, quod iterùm non ſit facienda Inquiſitio iuxta textum ſingularem, in cap. Inquiſitionis, §. tertio dubitat de accuſat. ibi, nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto procedendum eſt. † Et ſic Doctores 12
per illum textum notant, quod Schedulæ, quæ dantur in occulto, non debent Iudicem mouere ad inquirendum, docent Ioannes Andreas ibi, n. 6. Antonius de Butrio num. 22. Abbas in 2. notabili, num. 4. Anania num. 2. Franciſcus de Aretino num. 6. Felinus num. 11. & 12. notab. etenim textus in l. vnica, Cod. de famoſis libellis in fine, ait quod famoſus libellus alterius opinionem non lædit: quare Franciſcus de Aretino, vbi ſupra, dixit quod clamoſa inſinuatio, quæ fit per frequentem delationem multorum ad aures Iudicis, non inducitur per libellum porrectum in ſecretò; quia iſta porrectio libelli diffamatorij in occulto eſt ſuſpecta, cum Clandeſtina regulariter ſunt ſuſpecta.

Alij enim dixerunt Iudicem debere ad ſecun- 13
dam Inquiſitionem procedere, quia quæ conſiſtunt in facto, debent ad inſtruendum Iudicem probari, vt ait Bartolus in leg. ſeruus, Cod. de Teſt. & huius metti ſunt inueſtigationes puri-

tatis ſanguinis, ſeu nobilitatis, vt intellexit Egidius Boſius *in practica crim. tit. de Inquiſitione col.1.& 2.* ſed ad inquirendum de facto, quilibet Teſtis eſt ſufficiens, etiam inimicus, qui Iudicem dirigere poteſt in viam intelligendi per circunſtantias à Teſte aſſignatas, vt tradit idem Boſius *in tit. de denuntiatione, num.* 12. quia benè poteſt vt teſtis ſit inimicus, & doceat veritatem cum aliud ſit perſona teſtis, & aliud eius dictum, vt tradit Ioſephus Ludouicus *deciſ.*86. *n.*12.*in* 2.*p.* maximè, quia dicta Inquiſitio non eſt ad punitionem, ſed potiùs ad eruendam ve-
14 ritatem ergo. † Quare Bartolus *in extrauag. ad reprimendum*, verb *ad denuntiationem* circa principium, dixit quod vbicumque Iudici fieret denuntiatio de crimine, poteſt procedere ad inquirendum,& excitandũ ſuum officium denuntiante non nominato, ſed eius nomine habito in ſecreto, & hoc dictum tanquam ſingulare adnotauit Franciſcus de Aretino *in cap. ex parte, n.*13. *&* 14. *de Teſtib.* & pro hac parte facit textus *in cap.*2. *de colluſione deteg. & in cap. licet in Beato Petro de accuſat.*

15 Sed quia iam nunc temporis legem Regiã habeamus, qua huius dubij determinatur ambiguitas, latam Matriti anno præterito 1623. quam longiſſimè expendit Scob. *de purit. ſanguinis, p.*2. & de hoc noſtro dubio *ibi, q.*2. Ideò libuit pragmaticæ verba referre, quæ extant *in l.* 35. *tit.*7. *lib.*1. *recop.* ibi *ordenamos, y mandamos que deaqui adelante ninguna perſona de qualquier eſtado, y condiçion què ſea, no queda dar, ni de, nicomo tam poco admitir memoriales ſinſirma, y que ſi ſe admittieren en algun conſejo Tribunal, Igloſia, collegio, votra communidad. don deſca neceſaria calificaçion denobleca, y linpieca, no ſeles decredito, ni hagan fe ſi fueren generales, y no dieren racon particular de las coſas, que contunieren aunque citen, y ſeñalem teſtigos, y aunque aleguen fama publica, y ſolo ſe pueden admitir en orden a inquirir, y no par a otro efecto, quando indiuiduaren, y ſeñalarem ſant Benito, o penitençia, y elaſio enqueſedio con expreſion de la perſona aquientoca, de la Igleſia. o parte don de eſta del parenteſco que tiene conel Pretendiente, ò con otros indiuiduos, tam particulares, que veriſimilmente induzgan el animo, a que no es maliçia. Zanſi meſmo ſe puedan admitir quando manifeſtaren eſcrituras con ignales calidades a las diccas, o encaſo, que çitando teſtigos ſeden antes que el informante parta; por quecental caſo ſe podran examinar los teſtigos, que en el ſe çita, como, pudiera el informante examinarlos por ſi miſmo, y anſi no harenſe en quanto çitados en el memorial, ſino en quanto, dixerem examinados.* Quibus ſanè veritas noſtræ difficultatis dilucidatur, de qua præter longè congeſta à Scobar. vbi *ſupra dicta q.*2. *per totum*, videbis quæ tradit Zeuallos *in pract. q.*821. *à num.*10. Perez de Lara. *de Capellaniis & anniuerſ. cap.*4. *à n.*123. *p.*2. & idem Scobar ponit *dicta q.*2. *à n.*65. ſex concluſiones, quibus dilucidè rem hanc expendit, ponderans prædicta legis Regiæ verba, quæ in ſe ſatis demonſtrant difficultatis ſenſum: Et videbis quæ tradit Simancas *de Chathol. inſtitut. tit.*44. *num.*10. idem Zeuallos *dicta q.*821. *à n.*27. Boſium *in tit. de indiciis, n.* 70. vbi dicit parum curandum in Romana Republica *de Paſquino* vulgo *Paſquin.* Tamen viſis Informationibus prætendentium, ſolent ad nouas diligentias admitti ad petitionem eorum, vel ex officio Iudicis, vt de Tribunali ſanctæ Inquiſitionis Valliſoletanæ ſæpius teſtari poſſum, vt Fiſci Patronus & Inquiſitor: Quam praxim in aliis communitatibus admiſſam audiui, & video in hoc ſupremo Inquiſitionis Tribunali, vbi ſum ad præſens Fiſci Patronus.

Ad tertiam quæſtionis partem, an poſt concluſum in cauſa confeſſio, ſiue Iuramentum admittatur? vt expendas applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. cum clamor* 53 *de Teſtibus, quaſt.* 3. verſic. *ad ſecundam*, & verſic. *ad tertiam.* Interim videbis, quæ in terminis congerunt, præter ibi adductos Chacheranus *in deciſ.*11. *&* 97. Boërius *deciſ.*95. dicentes poſt concluſum in cauſa poſſe Iuramentum offerri. 16

Et in caſu quando iam Actor probauit per Teſtes intentionem ſuam; tradit Riccius *in collect.*85. ad textum noſtrum, verſic. *& num.* ſed cum modificatione, de qua Theſaurus *in deciſ.*93. *Senatus Pedmont.* 17

Ad quartam quæſtionis partem reſpondet Afflictis *in deciſ.*115. quod ſi poſt concluſionem in cauſa admittantur Articuli, tacitè videatur cauſæ concluſio reuocata, ex eò quia Iudex tacitè vel expreſsè poteſt reuocare ſuam ſententiam interlocutoriam, *leg. quod iuſſit, ff. de re Iud. cap. cum ceſſante de appellat.* qualis eſt ſententia, qua cauſa concluditur, tradit Azeuedus *in l.*10. *tit.*17. *lib.* 4. *compilat.* qui ait ita intelligendum, ſi Iudex ſciat eſſe concluſum, ſecùs ſi ignorat, quia eſt Succeſſor in officio, vel concluſio eſt nimis antiqua; quia tunc non videtur concluſionem reuocare, quantumcunque Articulos admittat, & ipſe conſulit, ne reuocata concluſio videatur vt à Iudice prouideatur, *quod admittantur petita abſque præiudicio Actorum, & concluſionis in cauſa:* plura in confirmationem adducit Afflictis *ſupra* Menochius *de arbitrariis lib.*1. *quæſtione* 35. *n.*16. Hypolitus *in practicis.* §. *ſequens, n.*57. Amat. Rodrig. *dicto cap.*11. *n.*10. 18

Ad quintam quæſtionis partem ſub compendio aliqua notabilia referam conducibilia ad primam noſtri textus partem: Quare primò dico cum Afflictis *in dicta deciſ.*115 poſſe poſt concluſum in cauſa dari terminum ad comprobandas ſcripturas præſentatas ante cauſæ concluſionem, ſed concluſionem in cauſa impedire inſtrumentorum, & ſcripturarum productionem dixit Amator, Ror. March. *in deciſ.*95. ſed in praxi video non impediri in hoc ſupremo Conſilio Inquiſitionis.. 19

Secundò, quod concluſione facta, poſſunt recipi teſtes ſuper habilitatibus impetrantis, ſuperque Sigillorum recognitione, ad ſignorum Notariorum pro informatione Iudicis: arg. eorum quæ adduxi *ſupra in dicto cap. cum clamor* 53. *de Teſt.* docent in terminis Domini de Rota *in* 20
*deciſ.*2. *tit. de Teſt. in nouis.* † Tertiò quod ſi 21
concluſio fiat cum clauſula *Iure producendi* poſſunt aliqua produci, vt refert deciſum Cappella
Tholoſana *deciſ.* 14. † Et Afflictis *deciſ.* 272. 22
dixit quod clauſula *: ſalua ſcripturarum productione* in concluſione cauſæ appoſita non comprehendit ſcripturas priuatas, qui etiam *deciſ.*352. docet quomodo ſint reuocanda attentata poſt concluſum in cauſa, & quæ ſint licita fieri, ponit Mynſing. *cent.* 6. *obſeruatione* 56. & plura ſcribit Gratianus, Rotæ March. *deciſione* 198. Et pro complemento applicabis Zeuallos *in practicis, quæſtione* 650. an poſt concluſum in cauſa, producantur teſtes, ſeu Inſtrumenta

menta de nouo reperta? De qua dico, *infra in cap. ſub orta de re Iudicata, quæſt.* 3. ex Textu noſtro.

QVÆSTIO IV.

An Inſtrumentum inualidum, poſſit ſtatuto, vel conſuetudine validari? Et quid de aliis probationibus inualidis?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum inualidum, quit validari ex ſtatuto, vel conſuetudine, n.* 2. *&* 3.

2 *Conſuetudo poteſt facere, vt credatur ſcripturæ alicuius perſonæ valde legalis: Expenditur, n.* 3.

4 *Probatio inualida poteſt ex euidenti vtilitate validari ſtatuto, vel conſuetudine, num.* 5. *ita vt faciat vbicumque fidem, num.* 6. *quid in criminalibus*, num. 9. & 10. fallit, n. 14. & 15.

7 *Iuramentum damni paſſi poteſt ſtatuto, vel conſuetudine credi in principali, & in incidenti.*

8 *Conſuetudo poteſt minuere teſtium ſolemnitatem: quid ſi ſit in diſcreta, n.* 12. 13. 14. 15. 16.

9 *Statutum generale diſponens, vt dicto accuſatoris, vel vnius teſtis credatur, vel alterius generis probationis non officit, n.* 10. 11. 13. *&* 16.

16 *Conſuetudo, ſeu ſtatutum poteſt facere, vt plena fides adhibeatur priuatæ ſcripturæ, libris mercatorum.*

1 QVæſtio præſens pertinet ad ſecundam noſtri Textus partem; igitur primam partem latè diſputat Gulielmus Benedictus *in cap. Raynutius de teſtament.* verbo *teſtamentum primo, num.* 55. concludit poſſe ſtatutum ex cauſa validare Inſtrumentum inualidum; quod idem de conſuetudine ex noſtro Textu probatur ibi: *ſuper tertio vero articulo reſpondemus; quod ſi conſuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt Inſtrumentis illius Regis, fides adhibeatur, vos ea ſecurè poteritis admittere, &c.*

2 Nec obſtat dicere talem conſuetudinem, vt iniquam reijciendam, cum ex ea occaſio ad delinquendum detur, & ad fabricandas falſas ſcripturas, *cap. ex parte de conſuet.* Tamen reſpondeo non repugnare, quod conſuetudine induci poſſit, vt credatur ſcripturæ alicuius valde legalis perſonæ, cum conſuetudo illa vim habeat publicæ authoritatis: ita ex nonnullis reſpondet, Graña *hic num* 6. & faciunt ſequentia noſtri Textus verba ibi, *præſertim cum ſupradictus Rex tantæ fuerit honeſtatis, quod ipſius Inſtrumenta maximè authoritatis ſit in partibus*, & faciunt quæ, longè adduxi, *ſupra in cap. cum à nobis* 28. *de Teſtibus, q.* 2. vbi egi de quæſtione, *an ſoli aſſertioni Principis ſupremi ſeu Pontificis ſit credendum.*

3 Nec tunc ex aduerſo obſtat dicere ex ibi dictis, vt quemadmodum ſoli ſcripto, vel dicto Pontificis creditur, ita & Imperatoris, ſeu Regis, *ex clementina Paſtoralis de re Iudicata.* & Gloſſa ibi *aſſerente, l* 32. *tit.* 16. *p.* 3. fruſtra in præſenti requiri conſuetudinem vt ſcriptis Regum fides adhibeatur: tamen reſpondeo hanc abiectionem; & Iura, quibus probaui, *ſupra in dict.*

c. cum à nobis per totum, & in dicta quæſt. 2. procedere in Rege non habente ſuperiorem; ſed Textum noſtrum procedere in Rege ſuperiorem recognoſcente, vt tradit Decius *in cap. poſt ceſſionem de probationibus*; qui rationem differentiæ aſſignat, *num.* 15. Quare applicabis quæ ibi dixi, *de credendo litteris ſigillatis Epiſcopi*, ſequitur Graña *hic n.* 5.

Vnde infero primò, quod probatio inualida 4 poteſt ex euidenti neceſſitate, & vtilitate validari ſtatuto, vel conſuetudine, vt tradunt Antonius, Abbas, & alij per hanc vltimam noſtri Textus partem; quia conſuetudo licitum, facit illicitum, & econtra, Iaſon *in l. certi conditio*, §. *ſi nummos, num.* 27. *ff. ſi certum petatur*, Panormitanus *in cap.* 1. *de appellat. num.* 8. latè Mieres *de Maioratib.* 1. *p. quæſt.* 62. *num.* 8. vbi multis adornat exemplis. † Et facit, *l.* 4. *ad* 5 *finem, tit.* 3. *p.* 7. *& l.* 13. *tit.* 21. *lib.* 4. fori quibus probatur no ſufficere teſtes non generoſos in caſu recepti facti inter nobiles; quia regulariter contra deciditur, *in cap dudum el.* 1. vbi Abbas *notab.* 4. *de electione, & in cap. in noſtra de Teſtibus*; eſt enim contrariorum eadem diſciplina; ob idque Gratianus *reg* 383. ait quod probatio valida, inualidatur ex cauſa.

Secundo infero hoc probationis genus vali- 6 datum per tale ſtatutum, facere vbicumque fidem, vt probat plenè Iaſon *in l. ſi arrogatur, ff. de adoption. num.* 41. Philippus Portius *in ſuis regulis, lib.* 5. *concluſ.* 26. *&* 29. vbi latè: Et econtra valere ſtatutum inualidantem probationes alias validas, docent Bartolus, Iacobus, Butrig. & Modern. *in l. certi conditio*, §. *quoniam, ff ſi certum petatur*, Hypolitus qui dicit communem, *in Rubrica de probation. à num* 32. bene defendit Tyraquellus *lib.* 1. *de retractu*, §. 2. *Gloſſa* 1. *num.* 16. † Itaque ſi ſtatuto ca- 7 ueatur, vt credatur iuramento damnum paſſi, non ſolum eſſe ei credendum in cauſa principali, ſed etiam in quolibet incidenti, vel emergenti articulo, vt tradunt Bartolus *in l. ſolent. col. fin. ff de Aliment. & cibariis legatis*, Baldus *in l.* 1. *col.* 2. *Cod. de rebus creditis*, Paulus *in l. cum hi in principio, ff de tranſact.* Iaſon *in l. quamuis, num.* 6. *Cod. de edicto diui Adriani tollendo.*

Infero tertio, quod etiam conſuetudo poteſt 8 minuere ſolemnitatem teſtium in teſtamentis, vt docet Bartolus *in l. de quibus, ff. de legibus*, Iaſon latè, *in l.* 1. *Cod. de ſumma trinitate*, Gutierrez *in l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1. *numero* 67. multis adductis Gratianus *d. reg.* 383. *num.* 3. & facit, *l.* 1. *&* 2. *tit.* 4 *lib.* 5. *recopilat.* quæ diminuit teſtium ſolemnitatem in teſtamenti confectione, vt notant ibi Regnicolæ.

Infero quarto prædictam doctrinam, etiam 9 procedere in criminalibus ad imponendam pœnam ordinariam per Textum *in l.* 3. *Cod. de aſſeſſoribus*: per quem Textum ita docent Bartol. ibi, & al j. dicit ex multis communem Antonius Gomez. *in l.* 76 *tauri, num.* 10. quod intelliges procedere in aliquo ſpeciali caſu, quia generaliter id ſtatuto fieri non poteſt, vt plenè probat Marſilius *conſ.* 33 *num.* 31. non enim creditur ſtatuto generali aſſerenti, quod ſtatur ſacramento accuſatoris, vel aliàs aſſertioni vnius teſtis, vel alterius generis probationis aliàs inualidæ, vt tradit Gratianus *dicta regula* 383. *numero* 7. *&* 11. † Qui *numero* 4. cum Anto- 10 nio

nio hic,& aliis,ait ampliari, *ſupra*, relatam Doctrinam in cauſa laicorum quæ agitatur in foro Eccleſiaſtico; quod probo ex his, quæ adduxi, *in cap. quod Clerici 9. de foro compet.* per Textum ibi.

11 Quod ſi conſuetudo ſit indiſcreta, vt puta quod credatur omni ſcripturæ mercatoris pro ſe videbis quæ tradit Felinus *in cap. 2. de probat. fallent. 2.* & quæ ſingulariter docet Catel. Cotta *immemor. Iuris*, verbo *conſuetudo indiſcreta*: Et de pluribus limitationibus prælibatæ doctrinæ idem Felinus *ſupra*, *à num.* 10. Vbi limitat quin-

12 que modis. † Item etiam limitatur quoad Clericos,quia ſtatuta laicorum eos non ligant agentes, vt tradit Alciatus *in cap. cum contingat. de Iureiurando*, *num.* 244. faciunt Iura *in cap. 7. & 10. de conſtitut. cap. 2. de Iudiciis*, & Hoſtienſis *in cap. 1. de appellat.* Ludouicus Romanus *ſing.* 358. Iaſon *in Rubrica de Iureiurando*, *num.* 3. docent non eſſe ſtandum ſtatuto deponenti, quod credatur teſti de credulitate; de quo, *ſupra de Teſti-*

13 *bus*, dixi, *in cap. cauſam* 37. † Nec etiam procedet in ſtatuto dicente, quod credatur teſti non aſſerenti rationem, vel eam reddentem, ſeu non talem, Hoſtienſis, Ioannes, Andreas, Antonius, de Butrio *in dicto cap. 1. de appellat.* Iaſon *in dicta l. de quibus*, *num.* 67. *ff. de legibus.* Alia

14 tradit Gratianus *dicta regula* 383. † Qui *num* 8. ait,quod & ſi Regula præfata vera ſit,tamen admitti probationem in contrarium, niſi in eodem ſtatuto caueatur, quod non admittatur probatio in contrarium; vel diceretur quod Iuramentum; vel aliud genus probationis, habeatur pro pleniſſima, ſeu pro omnimoda probatione, docent Angelus *in l. qui reſtituere. col. 2. ff. de rei vindic.* Abbas *in tractatu de ſtatutorum, p. 2. princip. quæſt.* 14. Iaſon *in §. ſed iſta quidem, num. 59. inſt. de actionibus*, Hypolitus *in ſingulari* 357. idem *in l. 1. §. ſi ſerui*, *num. 3. ff. de quæſtio-*

15 *nibus.* † Vbi etiam ſubintelligit, *num.* 5. niſi probatio fiat per euidentiam rei; quia iſta probatio nullatenus tolli poteſt, vt tradit latè Marſilus *Rubrica de probat. num.* 158. de quo latè Andreas,Tyraquellus *lib. 1. de retractatu Gloſſa* 1. *per totam.*

16 Et ex dictis benè cum Barboſa *hic num.* 4. 5. & 6. & cum aliis ab eo relatis poteſt dici, quod conſuetudo, vel ſtatutum poteſt facere de non plena, probationem plenam; item vt conſuetudine introduci poſſit, vt plena fides adhibeatur priuatæ ſcripturæ: Et quod valeat ſtatutum, ſeu conſuetudo, iubens plenam fidem adhiberi libris mercatorum: Videbis Couarruuias *pract. cap. 22. num. 8. in fine*, Maſcardum *de probat. concluſ.* 111. *num* 12. *& concluſ.* 973. *num* 2. Panciroluſ *conſ.* 57. *num.* 4. Menochium *conſ* 787. *num.* 5. Parejam *de vniuers Inſtrument. editione, tit. 1. res 3. §. 5. num.* 62. Nicolaum Genua *de priuata ſcriptura, lib. 1. quæſt. 4. ex num.* 200. Scobar *de ratiociniis ſub cap.* 11. *&* 14. *cum aliis multis*, Gaito *de edito, cap. 2. tit. 3. ex n.* 107.

AD TEXTVM
IN CAPITE X.
Cum Ioannes, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. Littera huius Textus diuerſa comprehendit, de quibus ſuis propriis locis inuenies ſcriptum. Et ſic ad propriam huius Textus materiam, quatenus agit de falſitate Inſtrumenti, & de aliis conducibilibus, applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap. ex litteris* 3. *cap. inter dilectos* 6. *cap. quod ſuper his* 7. *cap. ex parte* 11. *cap. imputari* 13. *hoc tit.* & de nonnullis aliis ago infra per quæſtiones.: Et quia ad Paraphraſim huius Textus multa ſcribunt Ordinarij, & Gloſſa hic; ideo breuiter accipies quæ ſequuntur. II. In Textu ibi: *centum, & triginta libras ex cauſa mutui*, & ibi *in centum, & octoginta libris tibi pro pretio domus, quam eidem vendideras, &c.* Per hæc verba in verſic. *libras*, poteſt agi de monetis, & earum variatione, & quid libra ſignificet? De quo noto multa *infra in cap. quanto 18. de Iureiurando.* III. Item in verſic. *ex cauſa mutui*, agi poterat de mutuo; ad quod applicabis quæ dico, *in cap. 1. de commodato*, & Satius *in Rubrica & tit. de vſuris.* IV. Et in verſic. *vendideras*, poteſt agi de materia emptionis, & iuſto rerum pretio: de quo latè dico *in Rubr. & titulo de emptione, & venditione.*

V. Et ibi *non immerito debeat compenſari*: de materia compenſationis dicto latè *in cap. 2. de depoſito in §. ſane*, vbi quando locum habeat compenſatio? Et ad nonnullas quæſtiones, ſeu caſus, applicabis quæ dixi, *ſupra in cap. 1. de ordine cognit. à num. 31. & in cap. 2. quæſt. 7. num. 2. & in cap. grauis de reſtit ſpoliator. quæſt. 7. à num. 1. & 5.* VI. Et ibi *publicatis atteſtationibus*: de neceſſitate faciendi publicationem teſtium, & atteſtationum, & ad alia de hac materia dixi plura, *in cap. 17. & 18. in cap. præſentium 31. de Teſtibus*, & in aliis Iuribus eiuſdem tituli.

VII. Et ibi *ad noſtram audientiam appellandum*: per hæc verba poteſt agi de quæſtione, an appellatio ad Papam, omiſſo medio, licita ſit? De quo dico latè, *in cap. ſi duobus de appellationibus.* VIII. Et ibi: *ex parte tua fuit propoſitum ſupradicta Domus venditionem, non puram, ſed conditionalem extitiſſe.* Per hæc verba poteſt agi de contractibus conditionatis, ſeu puris, & de eorum differentia, vt obligent contrahentes: De quo videbis quæ dico, *infra in cap. verum de conditionib. appoſitis.*

IX. Et ibi *tali adiecta conditione, vt tu Domum ipſam inhabilitares liberè, in vita tua, & poſt obitum tuum. M. & Rodex natis tuis; & eiuſdem Ioannis nepotibus remaneret, &c.* Per hæc verba agi poteſt de rebus immobilibus, quæ dantur in feudum, ſeu in emphiteuſim: de quo dico latè, *in cap fin. de locato, & in tit. de feudis.*

X. Et ibi *anni vero, menſis, & diei, quo venditio facta fuit, idem teſtes ſe dixerunt minime recordari.* Per hæc verba poteſt inquiri de duobus. Primum, an Inſtrumentis à Tabellione confectis, debeat poni menſis, annus, & dies celebrati

lebrati contractus ? De hoc iam aliqua dixi, & dico, *infra in cap. imputari* 13. *hoc tit.* Secundùm, an teſtes debeant deponere, vt fidem faciant, non ſolum dando rationem dicti, ſed aſſignando annum, menſem, diem, & horam: ad quod leges quæ adduxi, *ſupra in cap. cum cauſam* 37. *de Teſtibus*, & quæ adduxi, *ſupra in cap. quoniam contra falſam de probat.* & in aliis iuribus ibi aſſignatis.

XI. Et ibi *actis in modum exceptionis:* applicabis ad hæc verba quæ adduxi; *ſupra in cap.* 2. *de ordine cognition.* de quo notanter Gloſſa *hic*, verbo *exceptionis.* XII. Et ibi in verſic. *poſtquam*, quod iudex poſſit interrogare ex officio teſtes etiam poſt cauſæ concluſionem, dixi latè, *in cap. cum Clamor* 53. *de Teſtibus*, & notat Gloſſa *hic* in verſic. *poſtquam.* XIII. Et in verſic. *pronunciamus*, arguit Gloſſa *hic* quod ſuper exceptione incidenti, eſt pronunciandum, de quo dixi latè *in cap.* 1. *de ordine cognit.* & notabis quæ notat eadem Gloſſa hic *in dicto*, verſic. *pronunciamus*, & ibi in verſic. *huiuſmodi exceptio.*

XIV. Et ibi: *quoad dictum capitulum infirmamus eam quoad alios articulos confirmantes.* Per hæc verba queis diſputare, quando iudices poſſunt pro parte condemnare, & pro parte abſoluere, ſeu quando abſolutè ad condemnandum, ſeu ad abſoluendum teneantur? De quo dico hic. Et pro ampliori declaratione Textus noſtri adiunges quæ adducit Barboſa hic.

QVÆSTIO I.

Quare falſitas Inſtrumenti, vel quod illi deeſt, poßit Teſtibus probari, cum probatio per teſtes debilior videatur, aut ſaltim æqualis ei, quæ fit per Inſtrumenta? Et quot Teſtibus poßit reprobari Inſtrumentum? Et an Inſtrumentum non veriſimile probet? Et quando reddatur Inſtrumentum ſuſpectum, ſi teſtes Inſtrumentarij, ſeu ex non ſcriptis ei contradicant?

SVMMARIVM.

1 Cap. ad audientiam de probationibus, & num. 9.
2 L. cenſus 10. ff. de probat. & n. 10.
3 L. cum in debito, §. fin. ff. de probat. & n. 11.
4 L. 3. Cod. ſi minor ſe maiorem, & n. 12.
5 L. in exercendis, Cod. hoc tit. cap. in noſtra de Teſtibus, & n. 14.
6 *Falſitas Inſtrumenti poteſt Teſtibus probari, & quod illi deeſt.*
7 *Voci viuæ plus creditur, quam mortuæ.*
8 *Probatio per teſtes eſt naturalis, & Iure Diuino inuenta. Per Inſtrumenta eſt de Iure poſitiuo inuenta.*
L. 14. Cod. de probationibus, l. 15. eodem, & l. 9. eodem.
13 L. optimam, Cod. de contrah. ſtipulatione, l. Iuris gentium, §. quid fere, ff. de pactis.
16 *Inſtrumentum non veroſimile non probat, n.* 17.
18 *Inſtrumentum, quando reddatur falſum, ſi teſtes Inſtrumentarij examinati, ei contradicunt. Et quando ſi reſpondeant ſe non recordari, ſi fuerunt præſentes eius confeßioni, n.* 19.

AD primam quæſtionis partem, dubium facit Textus, *in cap. ad audientiam de præſcriptionibus*, vbi probatio Inſtrumenti præfertur probationi, quæ fit per teſtes. † Et Textus *in l. cenſus* 10. *ff. de probationibus*, Vbi probatur Inſtrumenta viua voce improbari non poſſe ex verbis ibi: *publica Inſtrumenta potiora Teſtibus eſſe.* † Textus, *in l. cum de in debito*, §. *fin. ff. eodem*. Vbi iuxta ſpeciem noſtri Textus, ait Conſultus, quod cauſa ſtipulationis mutui, vel depoſiti in ſcripto redacta nonniſi alio ſimili Inſtrumento improbari poſſit. † Et Textus *in l.* 3. *Cod. ſi minor ſe maiorem*, vbi ſi minor tempore contractus ſe maiorem dixerit, & iurauerit, & poſtea tanquam minor deſiderer, conſequi reſtitutionem non auditur, etiam ſi id Teſtibus velit probare, niſi Inſtrumenta ætatis exhibeat. † Denique facit, quia cum Inſtrumenta parem vim obtineant, ac teſtes, *l. in exercendis*, *Cod. hoc tit.* euenit quod neutra præualeat iuxta Textum, *in cap. in noſtra ſupra de Teſtibus:* Ergo videtur dicendum nullo in caſu poſſe Inſtrumentum Teſtibus improbari.

His tamen non obſtantibus contrarium ex noſtro Textu patet, & Textu, *in cap. tertio loco*, *cap. poſt ceßionem*, verſic. *quibus ſtandum eſt de probationibus*, *cap. cum à nobis de Teſtibus*, *l. cum precibus*, *l. cum res*, *Cod. de probationibus*, *l. optimam*, *Cod. de contrahenda ſtipulat.* & ex aliis iuribus; eo quod Ius noſtrum non adaptatur ad vnam tantum ſpeciem probationis, ſed ad plures, vt iam dixi, *in Rubrica de probationibus*; cum ergo ea, quæ Teſtibus fit, efficaciſſima in iure reperiatur, iuxta iam dicta, & longè relata, *in dict. cap. in noſtra de Teſtibus.* † Imo & potius ſit credendum viuæ voci, quam mortuæ, *Auth. de Inſtrument. cautela, & fide*, §. *ſi vero*, digniorem que fidem, faciant quæ viua voce proferuntur, quam Inſtrumenta; ſiquidem Inſtrumentorum fides pendet ex ſola Tabellionis authoritate: argumento Textus, *in l. ſi quis Decurio*, *Cod. ad leg. Corneliam de falſis*; ſequitur vt iuſta de cauſa falſitas Inſtrumenti, ſeu quod ei deeſt poſſint Teſtibus probari. † Præcipuè ſi conſideremus probationem, quæ Teſtibus fit, eſſe naturalem, & iure Diuino inuentam iuxta ea, quæ adduxi, *in cap nouit de Iudiciis*, *à quæſtione* 17. *dicti cap. cum à nobis* 18. *de Teſtibus*, & Textu *in cap. in omni negotio* 4. *cap. licet* 23. *eodem.* Eam tamen, quæ fit per Inſtrumenta eſſe tantum de Iure poſitiuo inuentam, & introductam, ad futuram, maioremque rei memoriam; probant Ordinarij hic, & in iam relatis iuribus, & præter eos Maſcardus *concluſ.* 1095. *num.* 3. Menochius *de arbitrariis caſu* 105. *num.* 32. Morla *tit.* 11. *quæſt.* 5. Couarruuias *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 11. Graña *hic num.* 1. cum Rebuffo, *de reprobatione teſtium, num.* 115. & cum Donello *lib.* 25. *comment. cap.* 8. *littera, K, & L.* & ſequentibus, *& lib.* 21. *cap.* 10. *littera, H*, quibus addo Zeuallos, *quæſt.* 455. Balboam *in dicto cap. tertio loco de probat. à num.* 61. *&* 70. Faquinetum *lib.* 11. *controuer. c.* 55. Sanchez *clem.* 2. *de Teſt. à n.* 15. *&* 37.

Nec obſtant iura in principio adducta, non Textus, *in d. c. ad audientiam de præſcript.* quia procedit tantù in Inſtrumento priuilegiato, quod ad ſui eſſentiã requirit ſcripturã, *c. porro de priuileg.*

Nec Textus *in dicta l. cenſus. ff. de probat.* quia Text. ille procedit in rebus antiquis iuxta ea quæ

 adduxi,

adduxi, *ſupra in dicto cap. in noſtra de Teſtibus, quaſt.*2. verſic. *ad ſecundam*, & verſic. *nec obſtant*, & longiſſimè *in cap. cum cauſam* 13. *de probat.* quæ adiunges pro plena intelligentia, *dictæ legis cenſus* ad quæ reducuntur quæ pro ſolutione adducit Graña *hic num.* 5. vbi adducit Textum *in l. Imperatores*, §. 1. cui obſtat Textus *in l.* 14. *Cod. eodem*, quatenus Textum *in dicta l. cenſus cum*, *l.* 15. *de probationib.* cui obſtat Textus, *in l.* 9. *eodem*, procedere in natalibus, & publicis Tabellis, quæ ſunt talia, vt Teſtibus non improbentur, cum ita ſint publicè, & ſolemniter acta, vt perpetuam firmitatem retineant.

11 Nec obſtat Textus *in dicta l. cum de indebito, §. fin.* verſic. *tunc enim*, *ff. de probat.* quia loquitur quando Reus Chirographum à ſe ſcriptum fatetur; negat tamen id ex ea cauſa deberi quod in Chirographo continetur, cumque eo in caſu nullus reperiatur teſtis, qui id iurare valeat merito; probat conſultus teſtimonium teſtis non admitti, ſed aliàs deſiderari probationes ſcriptas Iuxta Textum *in l. generaliter*, *Cod. de non numerata pecunia*, de quibus dixi, *in dict. cap. in noſtra*, *dicta quaſt.*2. *in dicto*, verſic. *nec obſtant. num.*3. Cujacius *in quaſtion. Pauli in dict. l. cum de in debito*, §. *fin.* Oſualdus ad Donel. *lib.*25. *comment. cap.*2. idem Donel. *in dict. l. in exercendis, C. hoc tit.*

12 Nec Textus *in dicta l.*3. *Cod. ſi quis minor ſe maiorem dixerit:* ſed reſpondeo in ea ſpecie deſiderari Inſtrumenti exhibitionem, nec ſufficere teſtium depoſitionem; quia difficile eſt, vt hominum memoria annos retineat ex mente Bartoli *in dicta l.*3. *num.*4. ad quod applicabis quæ iam dixi de ætate probanda *ſupra in cap.*

13 Et ſimili modo venit interpretandus Textus *in dicta l. optimam*, *Cod. de contrahenda ſtipulat.* Cui repugnat Textus *in l. Iuris gentium*, §. *quod ferè*, *ff. de pactis:* ad cuius intellectum videbis Cujacium *in l. ſciendum, ff. de verb. obligation. & in d. l. optimam.*

14 Nec obſtat vltima conſideratio *ex dicta l. in exercendis*, *Cod. hoc tit.* cuius ſanè intellectus pendet ab his, quæ adduxi *in dicto cap. in noſtra de Teſtibus*, *dict. quaſt.*2. in verſic. *ad ſecundam*, per totum dubium, vbi adduxi, quando maior fides ſit Teſtibus adhibenda, quam Inſtrumentis, vel econtra. Etenim regula illius legis habet locum, quando teſtes, & Inſtrumenta producuntur ab eadem parte, vel quando teſtes non contradicunt Iuſtrumento.

15 Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondebis abundè ex his, quæ ſcripſi *ſupra in Rubrica, quaſt.*2. verſic. *ad primam*, & verſic. *ad ſecundam.* De qua latè agunt DD. per Textum noſtrum, & aliis traditis *dicta quaſt.* 2. addo quæ tradit Zeuallos *in practicis*, *quaſt.*445. cum multis ab eo relatis: Et de praxi quæ probanda ſint à Teſtibus Inſtrumentum reprobantibus, & quales hi debeant eſſe, videbis quæ tradit Maſcardus *de probat. concluſ.*910. cum multis ab eo relatis, *& concluſ.*913. vbi an probatio per ſcripturam admittatur contra Inſtrumentum in ſcriptis?

16 Ad tertiam quæſtionis partem Baldus *in l. ſcriptura*, *num.*6. *Cod. hoc tit.* Felinus *in cap. auditis de præſcript. col.*12. *num.*23. & Maſcardus *de probat.* cum aliis ab eo relatis, *concluſ.*914. ait quod Inſtrumentum non veroſimile non probat, quia Inſtrumentum continens non veroſimile; præſumitur falſum, vt tradit Baldus *in dicta l. ſcriptura col.*2. *circa medium*, *& in cap. quoniam veroſimile de præſumpt.* & addit Maſcardus ex aliis, *num.* 3. vt nec probaret; licet contineret poſſibile: ſic ex ſententia Nauarri *in conſ.* 64. *num.*14. qui allegat Felinum *in dict. cap. auditis*, & Curtium Iuniorem, *conſ.*17. *col.*2. *num.*6. qui & *in conſ.*178. ait dici etiam Inſtrumentum ſuſpectum, nec probare; licet teſtes contra ipſum non deponant: ſic Crauetta *in conſ.* 75. *num.* 20. Abbas *in conſ.* 99.

Et pro ampliori enodatione huius dubij, applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap. licet ex quadam de Teſtibus*, *quaſt.*12. & 3. vbi egi de Teſtibus, veroſimile, aut in veroſimile deponentibus, & de auditu. 17

Ad quartam quæſtionis partem; quando reddatur Inſtrumentum ſuſpectum, ſi teſtes, vel Inſtrumentarij; vel ex non de ſcriptis ei contradicunt, agit in terminis Menochius *de arbitrariis*, *cap.*105. Sed quia eam, & ſimilimodo diſſolues ex his, quæ adduxi, *ſuprà ad Rubricam in dicta quaſt.*2. verſic. *ad primam*, & verſic. *ad ſecundam*; ideo parum inſiſto. Et ſolum addo hic plura, quæ tradit Ciriacus ex multis, *tom.* 3. *cont.*407. vbi abundantiſſimè, *par* 380. *num.* tractat, qualiter vacillet Inſtrumentum, ſeu teſtamentum per teſtes Inſtrumentarios, & teſtamentarios, aut alios, cum videbis cum pluribus, vbi tradit, & refert plura exempla, vt teſtes ſaluentur à contrarietate: quæ adiunges ad tradita, *ſupra in cap. per tuas de probation. à quaſt.* 5. *& infra in cap. præterea* 16. *& alibi, hoc tit.* 18

Item notabis quod ſi teſtes Inſtrumentarij reſpondeant, ſe non retractari præſentes fuiſſe Inſtrumento confecto à Tabellione, vel Notario, qui narrat eos, vt teſtes, & à confectione Inſtrumenti non multum temporis interceſſit, tunc dicatur Inſtrumentum falſum, Paulus de Caſtro *in l. in exercendis*, *num.*10. *Cod. de fide inſtrument.* verſic. *hoc tamen videtur*, Salicetus *num.*5. Farinac. *de falſit. & ſimul, quaſt.*150. *num.*122. ibi: *ſed ſi notandum temporis interceſſit, ſitque veriſimile, quod ſi teſtes interfuiſſent, recordarentur, tunc dicendo ſe non recordari habentur, ac ſi dixiſſent ſe non interfuiſſe:* videbis vberem Gloſſam Gregorij Lopez *in l.*115. *tit.*18. *p.*3. verbo *teſtigos*, in verſic. *intellige etiam*, & ibi *ſi enim aliter*, & D. Ioan. de la Rea *p.*2. *allegat. fiſcal. alleg.* 95. *num* 6. vbi ex ſolo vnico teſte, qui examinatus dixit ſe non recordari, cum eſſet bonæ memoriæ, videatur contradicere fidem Inſtrumenti: Sed Couarruuias *lib.*2. *variar. cap.*13. *num.*12. *per dictam l.*115. *partita* 3. ad reprobandum Inſtrumentum, vt falſum, requiri vt teſtes Inſtrumentales vniformiter deponant aduerſus illud; & quod ſint bonæ opinionis, & Tabellio non item; & quod factum non ſit antiquius. 19

QVÆSTIO II.

An ſi Tabellio poſuit in inſtrumento mutui pecuniam eſſe numeratam, ſit falſarius, ſi contrarium probetur: Et an inſtrumentum reddatur falſum, ſi teſtes deponant pecuniam non fuiſſe depoſitam: Et an valeat inſtrumentum ab excommunicato confectum: Et an quæſtio falſitatis impediat expeditionem cauſæ ex actis extra eam: Et an dicatur falſum inſtrumentum, ſi deficiat in ordine regiſtrationis cum cæteris inſtrumentis protocolli?

SVMMARIVM.

1 *Falſarius eſt Tabellio, qui poſuit in inſtrumento mutui pecuniam eſſe numeratam, ſi contrarium probetur.*

2 *Falſum dicitur inſtrumentum, in quo Notarius ſcripſit pecuniam eſſe numeratam, ſi teſtes contrarium dicant: & n.6. contra, num.3. 4. & 5.*

3 *Verba* dedit, vendidit, tradidit, *qualiter in iure ſumantur, n.7. vbi de verbo confeſſio de recepto probat naturalem ſolutionem & realem numerationem, & n.6.* peruenit, ſoluit, accepit.

4 *Saluta dicitur pecunia ſi alteri ſoluatur de conſenſu eius.*

6 *Numerationis verbum, ſignificat actum naturalem.*

8 *Inſtrumentum ab excommunicato factum, num. valeat?*

9 *Falſitatis quæſtio non impedit expeditionem cauſæ.*

10 *Ordo interuerſus in protocollo inſtrumentorum, facit præſumptionem falſitatis.*

1 AD primam quæſtionis partem dico cum Bartolo *in l. ſingularia, col.7. ff. ſi certum petatur*, Decio, & Iaſone *ibi n.47.* Felino *in cap. ſi cautio, n.57. hoc tit.* & cum Gratiano *reg.* 185. qui alios adducit, falſarium eſſe Notarium, qui poſuit in inſtrumento mutui pecuniam non numeratam fuiſſe, ſi contrarium probetur; licet Angelus de maleficiis verbo *falſario, n.47.* contrarium affirmat: & Bernardus Diez de Luco *in reg.*491. Socinus *in reg.*61. Iulius Clarus *in pract. crimin. lib.5. §. falſum, n.26.* hanc regulam cum vna ampliatione, & quatuor limitationibus, penes eos, videbis. Et amplius reſpondebis ex dictis *num. ſeq.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem inferri videtur ex præcedenti; igitur idem Bart. *in d. l. ſingularia*, Iaſon *num.*46. Decius *num.*33. Bolognet. *n.*110. & Angelus *in l. pradia, ff. de acquirenda poſſeſſ.* dicunt inſtrumentum reddi falſum, ſi Notarius ſcripſerit Titium pecuniam dediſſe, & numeraſſe, & teſtes deponant nullam interueniſſe numerationem ex eo fundamento; quia Verbum *numerationis* ſignificat veram, & non fictam numerationem, *toto tit. Cod. de non numerata pecunia, & C. de dote caut. non num.* Gloſſa, & Bartolus *in leg. ſi ex cautione, Cod. de non num. pecunia.*

Tamen idem Bart. contrarium docuiſſe videtur, *ex d. l. prædia, ff. de acquirenda poſſeſſ.* quem conatur defendere idem Decius *in d. l. ſingularia, n.*33. Bolognetus ibidem *d. n.*110. primo *ex dicta l. prædia*, vbi illa verba *dedit, vendidit, & tradidit*, accipiuntur fictè; & non verè; quia non ſignificant veram traditionem poſſeſſionis, ſed facultatem, & licentiam datam eam accipiendi propria authoritate. Et ſic verbum *numerationis*, ſignificari in ficta numeratione, quæ per confeſſionem inducitur. Et textus, *in l. publia, §. vlt. ff. depoſiti*, ait, quod numeratio probatur per confeſſionem: & ita etiam textus, *in l.3. §. vlt. ff. de donationib.* interdixit quod verbum *dare* verificatur in ficta datione. Probat enim confeſſio realem numerationem ad textum, *in l. pecunia*, & ibi Baldus *Cod. de ſolut.* & *in l. fin. Cod. de inſtit. act.* Gaito *de credito, p.2. cap.4. quæſit. num.*1718. qui *p.1. q.2. tit.3. à num.*516. & *p.2. quæſito* 11. *à num.*1816. cum infinitis agit, *de quæſt.* an inſtrumentum realis numerationis poſterius præferatur inſtrumenro confeſſatæ numerationis, qui *d. cap.2. n.*528. *probat.* cum Bald. Barboſa, Bart. quod confeſſio de recepto probat naturalem numerationem quando conſtat non eſſe factam ſub ſpe futuræ numerationis congerit innumeros, Giurba *deciſ.*79. *n.*44. 3

Et confirmatur, quia ſoluta dicitur pecunia, ſi alteri ſoluatur de conſenſu eius; ita vt verbum *ſoluere*, verificetur in ſolutione ficta, & ciuili: ita Bolognetus *vbi ſupra*, qui etiam ad hoc probandum, addit non eſſe aliam rationem, cur verbum *numerare*, non poſſit verificari in actu ficto, ſicut verbum *tradere, ſoluere, dare, accipere, & peruenire.* 4

Vnde Decius, vt componeret hoc diſſidium, diſtinguit *in d. l. ſingularia*, quod, aut Notarius dixit numerationem factam fuiſſe in præſentia ſua; & tunc inſtrumentum dici falſum, aut dixit ſimpliciter factam fuiſſe *numerationem*; & *tunc ſecus eſſe.* Tamen ipſi Bolognetto non placuit hæc diſtinctio, tanquam verbalis, & nullam continens rationem diuerſitatis. 5

Ego tamen exiſtimo primam ſuſtineri ſententiam; ex eo, quia verbum *numerationis* ex ipſa verbi ſignificatione, denotat actum naturalem, & non ciuilem; & ſic vbi agitur de mutuo naturali ad differentiam ciuilis, requiritur numeratio actualis, vt notat Gloſſa, & Bart. *in l.2. §. appellata, ff. ſi cert. petatur*, & Alciatus *in d. l. ſingularia*, dixit quod verbum *numerare*, non eſt nomen iuris, ſed naturæ. Quare in quæſtione noſtra dicendum eſt aliud eſſe quærere, an verbum *numerationis* verificetur per confeſſionem, quaſi liceat Notario dicere pecuniam numeratam; licet non fuerit numerata: dummodo pars confeſſa ſit numerationem ſibi factam, quia tunc reuera non verificetur, cum aliud ſit *confeſſio*, aliud *numeratio*, vt notat Faquinet. *lib.*11. *Controuerſ. cap.*55. in verſic. *ſecundo*, Alexand. *in concluſ.*179. *lib.*1. *n.*2. & probatur, *in toto tit. de dote cauſ. non num.* maximè *in l.*1. & alibi vide *ſuprà ſub n.3. in fine.* 6

Itaque ad fundamenta contraria vnico verbo reſpondetur; quod vera relata, *vendidit, tradidit, dedit, peruenit, ſoluit, accepit*, ſunt verba iuris, quæ in ficta traditione queunt verificari; præcipuè ſi res non ſit in conſpectu: ita idem Faquinetus, qui alia tradit videnda, & addit in verſic. *vltimo*, quod etſi Alciatus moneat hoc in 7

in caſu Notarium excuſari à pœna falſi, vbi nullum præiudicium partibus illatum eſt, vtputa ſi non poſſit competere exceptio non numeratæ pecuniæ iuxta textum, *in leg. fruſtra*, & *leg. aduerſus, Cod. de non numer. pecun.* de qua dico *in d. c. ſi cautio hoc tit.* quia falſitas nemini nocens non punitur, *ex l. damus, Cod. de falſis:* tamen verum dicit in pœna ordinaria, non ſic in extraordinaria, docuit Menoch. *de Arbitr. caſ.* 106. *n.* 15. ſolet enim falſitas, nemini nocens, pœna extraordinaria puniri, ſecundum ea, quæ dico *in tit. infrà de crimine falſi.*

8 Ad tertiam quæſtionis partem, an valeat inſtrumentum ab excommunicato confectum? vt reſpondeas applicabis ea, quæ adduxi, *ſuprà in c. intelleximus de Iudiciis à quæſt.* 36. cum aliis ſequentibus, & antecedentibus. Item applicabis quæ infrà dico *in cap. ad probandum* 24. *de re iud.* & *in c. paſtoralis, §. cæterum de appellationibus*, vbi plura de inualiditate actus, ſiue iudicialis, aut extraiudicialis geſti ab excommunicato, & quæ dixi, *in c. ab excommunicato* 41. *de reſcript.*

9 Ad quartam quæſtionis partem, an quæſtio falſitatis impediat expeditionem cauſæ ex actis extra eam? Reſpondebis ex his quæ adduco ad titulum *de crimine falſi*, interim, vt videas plura de falſitate inſtrumenti. Leges quæ tradit Maſcardus *de probation. à concl.* 739. *vſque ad* 46. *vbi concluſ.* 745. de quæſtione agit, an falſarius quis præſumatur. Tamen breuiter dico ad dubium propoſitum, quod falſitatis quæſtio non impedit expeditionem cauſæ, niſi conſtet ex eiſdem actis, iuxta textum, *in l.* 2. & *leg. penult. Cod. de falſis.* Sed quomodò falſitas dicatur conſtare ex eiſdem actis, videbis Afflictis *in deciſ.* 103. idem *in deciſion.* 219. ex mulis alia tradit Riccius *collect.* 1775.

10 Ad vltimam quæſtionis partem, etiam breuiter dico, quod ſi inſtrumentum reperiatur introcluſum in protocollo, variato numero paginarum, notatur ſuſpicione, & tale protocollum ſic vt fide careat, Craueta *conſil.* 28 *n.* 15. in verſic. *Quarto oritur ſuſpicio falſitatis ex ordine regiſtrationis: nam aſſertum teſtamentum factum, dicitur die quarta menſis Martij anni prædicti* 1512. *& tamen reperiuntur plura alia inſtrumenta recepta de eodem anno, & de menſibus Septembris, & Nouembris: & ſic longè poſt aſſertum teſtamentum regiſtrata, & protocollata litteris antiquis ante ipſum teſtamentum: & ideo veriſimile eſt, quod ſi ipſum teſtamentum veritatem contineret, ſeu ex veritate factum eſſet. quod ſuo loco, & ordine collocatum, & regiſtratum fuiſſet.* Comprobat aliter Riminaldus *conſ.* 30. *lib.* 1. *num.* 37. in verſic. *ſecunda ratio*, & *n.* 38. ibi: *quarta ratio*, Maſcardus *de probat. concluſ.* 740. *n.* 38. Menoch. *de Arbitr. caſu* 187. *n.* 48. *de præſumptionibus, lib.* 5. *præſumpt.* 20. ibi: *quarta coniectura eſt, conſeruato ſtylo, & modo ſolito, vt ſi non debito loco facta eſt regiſtratio*, Farin. *lib. conſ. deciſ.* 78. *in addit. litt. A, & B, & deciſ.* 128. *n.* 3. *in addit. litt. A.* Ordo enim collationis in inſtrumentis eſt neceſſaria, *§. quibus ſpecialiter, Cod. de Iuſtin. Cod. Confir.* vbi Bald. *n.* 16. *locum Pater* 77. *§. à te peto, ff. de leg.* 2. *l.* 24. *§. quid, ff. de fideicommiſſ. libert. l. quoties* 34. *ff. de vſufructu.* Vide *infrà in c. imputari, q.* 2. *n.* 11. & comprobatur ex Craueta *conſ.* 28 *n.* 5. ibi: *quarto oritur ſuſpicio falſitatis ex ordine regiſtrationis: nam aſſertum teſtamentum, factum dicitur die quarta menſis Martij anni prædicti* 1592. *& tamen reperiuntur plura alia inſtrumenta recepta de eodem anno, & de menſibus Septembris & Nouembris; & ſic longè poſt aſſertum teſtamentum regiſtrata*, &c. Et ſic ait: *ideo veriſimile eſſe, quod ſi ipſum teſtamentum ex veritate factum eſſet: quod ſuo loco, & ordine collocatum, & regiſtratum fuiſſet.* Congerunt alia Riminaldus *conſ.* 30. *n.* 37 *&* 38. omnino videndus, Maſcard. *de probat. concluſ.* 740. *n.* 38. Menoch. *de Arbitr. caſu* 187. *n.* 48. *& de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 20. Farin. *lib.* 1. *conſ. deciſ.* 78. *in addit. litt. A, & E, & deciſ.* 128. *n.* 3. *& in addit. litt. A.*

QVÆSTIO III.

An vendita res ſub conditione, æſtimatur minori pretio, quam ſi purè vendatur: Et quæ differentia adſit inter contractum purum, & conditionatum?

SVMMARIVM.

1 *Vendita res ſub conditione, non tanti æſtimatur, ac vendita purè.*

2 *Contractus purus differt à conditionato:* remiſſiuè.

QVia per verba textus noſtri de his legitimè agi poterat ibi: *Tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipſam inhabitares liberè in vita tua.* Et ibi: *cuius conditionis intuitu domum ipſam eidem pro minori pretio vendidiſti:* Quare dixit Couarruu. *lib.* 3. *variar. cap.* 10. pactum de retrouendendo, diminuere iuſtum pretium, quo res ipſa abſque ea pactione æſtimanda foret; quia pactum appoſitum in fauorem venditoris, pars pretij cenſetur, iuxta textum, *in l. fundi partem, ff. de contrah. emptione:* quare ex noſtro textu dixit Couarruu. quod res minoris eſt æſtimanda, cum venditur aliquid cum onere, ſub alia conditione, quam ſi liberè venderetur. Ad quod applicabis quæ adduco infrà *in cap. ad noſtram de emptione, & venditione*, cum ibi ago latè, *de pacto de retrouendendo.* 1

Vnde ad aliud dubium, de differentia, quæ adeſt inter contractum purum, & conditionatum, latè hic agi valebat; ſed videbis quæ dico *infrà in cap. verum de conditionibus appoſitis.* 2

QVÆSTIO IV.

An ſententia continens plura capitula, ſit vna, vel plures ſententiæ ſint: Et quid in aliis contractibus, ſeu vltimis voluntatibus: Et an Iudex appellationis poſſit addere, ſeu ſupplere ea, quæ à Iudice omiſſa fuere capitula?

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ continet diuerſa capitula, dicitur pluralis: Et quos effectus pariat, num.* 7. 8. 9. *&* 10.

2 *Inſtrumentum, ſiue teſtamentum, continens diuerſa, plurale dicitur.*

3 *Obligationes tot dicuntur, quot contractus in eis deducti.*

4 *Nuntiatio vna noui operis, ſufficit ſi plura ædificia fiant in pluribus diuerſis locis præſentibus,*

ſentibus, ſecus in diſtantibus.
5 *Procurator poteſt comparere pro pluribus Dominis in diuerſis cauſis: vbi de authoritate Curatoris. quid de marito pro vxore?*
6 *Legata plura ſub vna clauſula queunt poni.*
7 *Decuriones quando dicentur Iudices in ſummis non excedentibus taxam ſibi competentem.*
11 *Appellationis Iudex poteſt addere, & ſupplere omiſſa à Iudice à quo, n. 12.*

1 AD primam quæſtionis partem, vt adæquatè reſpondeas repetes quæ adduxi, *ſuprà in cap. 15. de Iudiciis, q. 13. n. 29. & 30.* vbi dixi quod ſententiæ tot ſunt, & proceſſus, quot ſunt actiones deductæ in Iudicio, intellectu, & legaliter: vbi qualiter Iudex procedat. Igitur ex verbis finalibus noſtri textus optimè de hac quæſtione inquirunt nonnulli: & pro affirmatiua ſententia dices quod vbi ſententia continet diuerſa capitula, tot ſunt ſententiæ, quot capitula iuxta textum, *in l. etiam ſi ex parte, §. ſi ex cauſa, ff. de minoribus*, ibi Gloſſa Ordinaria, Bartol. & communiter Doctores textus, *in l. quædam mulier, ff. familiæ erciſcundæ*, text. *in l. Carmelia Pia, ff. de Iurepatron.* text. *in l. quid tamen, ff. de arbitris*, & ibi Doctores.

2 Et confirmatur primo; quia idem eſt in qualibet alia ſolemnitate inſtrumentali; quia ſi in vna, eadémque ſcriptura contineantur plura teſtamenta, vel contractus plurium, & diuerſarum perſonarum ſub vnica tantum ſolemnitate omnia illa teſtamenta, vel contractus valebunt: nam illa ſolemnitas reſpicit quodlibet teſtamentum, vel contractum de per ſe, & vnicuique attribuitur, vt probat textus, *in l. ſcire debemus, ff. de verb. obligat.* textus, *in l. ſingularis, in l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium, ff. de edendo*, vbi Bart. & DD. textus, *in leg. eo quod à multis, ff. ſi certum petatur*, vbi expreſsè notant Baldus, Salicet. & alij; docet expreſsè Bartol. *in l. Patris, & Filij, ff. de vulgari, col. 2. q. fin.* & alij Doctores.

3 Vnde euenit vt communiter dicant DD. tot eſſe obligationes, & contractus, quot res in eis deductæ, vel ſummæ comprehenſæ in ipſo contractu; licet ſub vnica conceptione verborum exprimantur iuxta textum expreſſum, *in d. l. ſcire debemus, l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum, ff eodem tit. de verb. obligat. l. Titius, §. fin. l. vbi autem non apparet, §. penult. l. quod dicitur, la 1. leg. in pluribus eodem tit. l. pluribus, ff de acceptilationibus, §. quotiens inſtit. de inutilibus ſtipulationib.*

4 Itaque ſi fiant plura ædificia in pluribus, & diuerſis locis præſentibus, ſufficit vnica tantum nuntiatio pro omnibus ſi poteſt exaudiri; ſecus ſi fierent in locis diſtantibus; taliter quod nuntiatio exaudiri non poſſit; quia non valeret, vt probat text. *in l. de pupillo, §. ſi in pluribus, ff. de noui operis nuntiat.* tenent ibi expreſsè Iacobus de Aret. Paulus de Caſtro, Cumanus, & Iaſon.

5 Idémque eſt in authoritate Tutoris; vel Curatoris; quia ſi in pluribus actibus debet interponere ſuam authoritatem, ſufficit vna tantum pro omnibus iuxta textum, *in l. accipientis, ff. de anthorit. tutor.* Ex quo infert Bartolus, quod Procurator poteſt comparere pro pluribus Dominis in pluribus, & diuerſis cauſis. Imò & Gomezius *Variar. tom. 2. cap. 11. ſub n°4.* verſic. *ſecundo infertur*, ait quod in noſtro Regno maritus poterit dare licentiam generalem vxori pro contrahendo, & ſimiliter poteſt plures contractus genericè approbare, & ratificare, vide textum *in l. 56. & 58. Tauri.*

Et confirmatur exemplo vltimarum voluntatum; quia ſi teſtatur legat plures res in vna, eademque clauſula, & oratione, tot ſunt legata, quot res, vt probat textus *in l. ſi ex toto fundo, §. fin. ff. de leg. 1.* vbi Gloſſa *ordinaria*, Et communiter Doctores: Cuius effectus eſt; quia ſi eſſet vnitum vnicum legatum, non poſſet legatarius partem eius agnoſcere, & partem repudiare, ſi vero ſint plura legata, poterit vnum agnoſcere, & aliud repudiare, iuxta textum *in l. 2. cum quatuor ſequentib. ff. de legat. 2.* vbi communiter Doctores. 6

Quare infero ad ſecundam dubij partem de effectibus, qui producuntur ex prædictis: nam in primis, quatenus ſpectat ad ſententiam, ſi iudex non poſſet agnoſcere, niſi de certa ſumma, & in ſententia ſunt plura capitula, tunc valebit ſententia in capitulo continente ſummam ſuæ Iuriſdictionis. Si vero eſt vnum capitulum continens majorem ſummam non valebit ſententia in aliquo, vt tenet Gloſſa notabilis, & ordinaria *in l. fin ff. de Iuriſdict. omni iudicum, in gloſſa fin.* & ibi Bart. Baldus. Angelus, Albericus, & alij, & Doctores *in l. 2. Cod. de re Iudic.* cum aliis Antonius Gomez *vbi ſupra dicto lib. 2. var. cap. 11. ſub n. 16.* vbi addit notabilem declarationem *ad legem Regiam 6. tit. 16. lib. 3. ordin. & ad Pragmaticam. 97. de valladolid*, quod licet iudices regiminis, & Conſiſtorij non poſſint Iudicare in cauſa appellationis vltra ſummam ibi contentam. Tamen debet intelligi, quando eſt vnum capitulum, vel plura annexa illi ſummæ; ſecus vero ſi ſint plura, & nullus eorum excedat illam ſummam; quia licet iuncta excederent, poſſint Iudicare, & valebit ſententia. 7

Secundus effectus eſt; quia ſi appellatum eſt ab vno capitulo, vel petita eſt reſtitutio, poterit peti executio ſententiæ in aliis, vt notat Albericus *in l. etiamſi parte, §. ex cauſa, ff. de minor.* 8

† Tertius effectus eſt; quia licet appellatio ſit vtrique parti communis, vt eſt caſus vnicus, *in l. ampliorem, Cod. de appellationibus*, ſecundum Baldum, & DD. ibi. Tamen illud eſt verum ſi ſententia contineat vnum capitulum, vel plura connexa; ſecus ſi plura capitula ſeparata, & vna pars appellauit à certis capitulis, & aliis; non quia tunc alia pars non poteſt ſe iuuare illa appellatione circa alia capitula, à quibus non eſt appellatum; ita ſingulariter determinat Abbas *hic col fin.* & ante eum Baldus *in d. l. ampliorem, col. 2.* verſic. *ſed quid diuerſa ſunt.* 9

De aliis autem effectibus reſpectu cõtractuum, aut vltimarum voluntatum, quorum ſcriptura continet diuerſa capitula, optimè ſcribit idem Gomezius *d. lib. 2. Variar. cap. 11 ſub num 16* à verſic. *& ſi quæras*, vſque ad finem numeri, vbi ex Doctoribus Claſſicis ſex effectus aſſignat, quos ibi videbis: de quibus DD. *in leg. cum eiuſdem generis, ff. de ædilitio edicto, & in l. Iulius, § fundus, ff de actionibus empti, l. Tutor, §. Lucius, ff. de vſuris, l. fin. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca*, & *in l. 71. Tauri.* 10

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Iudex appellationis, poſſit addere, ſeu ſupplere ea, quæ à Iudice omiſſa fuere capitula, dico quod ſic, vt communiter notant DD. hic per vltima verba textus noſtri ibi: *quoad dictum capitulum infirmamus* 11

mus eam quoad alios articulos authoritate Apoſtolica confirmantes; Eſt facit textus *in cap. Raynutius*,
12 *§. cum autem de teſtament.* † Obſtat tamen dicere quod officium Iudicis appellationis, eſt pronuntiare malè, aut benè appellatum fuiſſe *ex l. eos Cod. de appellationib.* Tamen reſpondeo quod Iudex qui cauſæ appellationis tractat, id potiſſimum curare debet; vt malè, vt benè appellatum eſſe pronunciet; & propterea poterit condemnare non condemnatum, ſi natura litis & cauſæ hoc ipſum expoſcat atque eadem ratione addere primæ ſententiæ ea, quæ omiſſa fuere, vt docet Couarruuias *in dicto cap. Raynutius*, §. 11. *n.* 1. per textum noſtrum, & per textum *in l. cum apud, ff. Iudicatum ſolui*, Gloſſa *in l. in ſumma, ff. de re Iudicata*, & amplius probat textus *in dict. cap. Raynutius, §. cum autem*, poſſe Iudicem appellationis primam ſententiam reformare in his, quæ prima ſententia, vel omiſerit, aut perperam definierit, etiam nemine petente.

AD TEXTVM IN CAPITE XI.

Ex parte, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVivs textus materia ſatis intelligitur ex adductis *ſuprà in cap. ex litteris* 3. *hoc tit.* & *in cap. inter dilectos* 6. & *in cap. quod ſuper* 7. *hoc tit.* Applicabis nonnulla, quæ notaui *ſuprà in cap. quia v.* 11. *de Iudiciis*, & in aliis Iuribus traditis à Gloſſa hic verbo *deerat*, quæ benè expendit.

AD TEXTVM IN CAPITE XII.

G. Perpetuus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte pertinet ad editionem, ſeu exhibitionem inſtrumenti. Et quia de hac exhibitione, ſeu editione multa adduxi, *ſuprà in cap.* 1. *de probat.* ideo ad ibi dicta te remitto. I. Et quatenus poteſt hic agi de materia conuentionis, & reconuentionis *ibi: conueniſſent*, & ibi: *ſuper ſimilibus coram ipſis reconueniſſet*, recurres ad tradita, *ſuprà in Rubrica, & titul. de mutuis petitionibus.* II. Et ibi: *ſuper decimis coram Iudicibus authoritate Apoſtolica conueniſſent.* III. Decimarum cognitio, an cadat in laicum Iudicem, dixi *ſuprà in cap. ſi Clericus* 5. *de foro comp. à quæſt.* 4. IV. Et an ſemper in prima inſtantia debeat pertinere ad Epiſcopum, ſeu Iudicem Eccleſiaſticum territorij? Dico *infrà ad titulum de decimis.*

QVÆSTIO I.

An Notarius teneatur exhibere omnes, & quaſcumque ſcripturas ſibi conſignatas?

SVMMARIVM.

1 *Exhibere tenetur Notarius omnes ſcripturas ſibi conſignatas, n.* 2. *&* 3. *alias tenetur ad intereſſe, n.* 5. *fallit, n.* 4.

REſpondeo ad id teneri ex textu, *in l. Argentarius, §. hoc edicto, ff. de edendo.* Quod procedit etiam ſi ſcripturæ eſſent nullæ, & inualidæ; quia adhuc Notarius tenetur ad illarum conſignationem, Rota *in vna Aſtenſi pecuniar.* 1. *Iulij* 1611. *coram Mancanedo.* † Imò & procedit etiam in folio Notario conſignato à partibus: nam Doctus de intereſſe tenetur pſis partibus conſignare, Farin. *in ſua collect. diuiſion.* 339. *in* 2. *volum. conſilior.* 1
2
Item etiã tenetur ſi non exhibeat ſcripturam, ſeu inſtrumentum coram ipſo productum, etiam quod ſcriptura ſit de falſo ſuſpecta: ita docet Rota per Farinacium *collecta in deciſ.* 370. 3

Quæ omnia veniunt etiam amplianda, vt Notarius, qui ratione officij tenetur acta cuſtodire, & partibus exhibere, non excuſetur, niſi plenè, & concludenter probet amiſſionem, & caſum illius, aliter quam per iuramentum, vt fuit deciſum pluribus adductis fundamentis per Rotam *in vna Romana depoſiti* 9. *Iunij* 1595. *coram Illuſtriſſimo Pamphilo*: ita tradit Riccius *collect.* 1965. † Imò ſi Notarius non exhibeat ſcripturam in eius officio productam, tenetur ad intereſſe, & dolo, ſeu culpa præſumitur occultaſſe, nec iuranti illam amiſiſſe credendum eſt ſecundùm Farinacium *in ſua collect. dec. Rotal.* 97. in ſecundo volumine ſuorum conſiliorum. Alia notabis ex aſſignatis *ſuprà in d. cap* 1. *de probationibus*, & *in cap. accepibus* 4. *hoc tit.* 4
5

QVÆSTIO II.

An inſtrumentum deperditum, ſeu laceratum, eſſe iuramento, queat probari?

SVMMARIVM.

1 *Iactura, vel amiſſio inſtrumenti probatur iuramento eius, qui amiſit, n.* 2. 3 *cum ſcriptura eſt de ſubſtantia rei, n* 4.

5 *Amiſſio inſtrumenti probatur iuramento, cum quis ad exhibendum tenetur officio Iudicis.*

6 *Lacerans inſtrumentum ex ſuperbia tantum punitur extra ordinem.*

OCcaſione eorum, quæ adduxi, *q. præced.* breuiter de hoc dubio amplius loqui exiſtimo, tanquam neceſſarium ad noſtram tractationem. Breuiter ergo dico quod inſtrumenti iactura probatur iuramento eius, qui illud amiſit, quacunque alia probatione deficiente: argum. textus, *in l. fin. Cod. hoc tit.* Bartol. *in l. emancipatione, n.* 1. & *in l. cum quidam, Cod. hoc tit. n.* 4. & 8. & *in l. teſtium, Cod. de teſtib.* Abbas, & Felin. 1

in

in cap.2. de probat. & ex ibi, *dictis latè hoc com-
probabis*, cum multis, probat Maſcardus *de Pro-*
2 *bationibus, concluſione* 910. † Vbi *num.* 2. ex
aliis multis hoc ampliat non ſolum in amiſſio-
ne, ſed etiam in amiſſione, vel laceratione in-
ſtrumenti, quæ iuramento alterius partis poſ-
ſunt probari: & ſic dixit Baldus *in leg. ſi de poſ-
ſeſſione, Cod. de probat.* quod probato furto, præ-
ſumitur etiam probatus inſtrumenti tenor, qui
plenè probat contra furem, iuncto iuramento,
in ſupplementum probationum. † Et quod in-
3 ſtrumento lacerato de contentis in eo aduerſa-
rij iuramento ſtetur, notant Baldus *in l.1. n.1.
Cod. hoc titulo*, Maſcardus alia tradit, *à num.*4.
4 † Vbi ex multis, & numeris ſequentibus decla-
rat concluſionem procedere, cum ſcriptura eſt
de ſubſtantia rei, vel de natura debiti, vt con-
tingit, ſi contrahentes ſic inter ſe conuenerunt,
vel quando ſtatutum, ſiue conſuetudo eſt, vt
inſtrumentum fiat; & tunc iuramento poſſe pro-
bari amiſſionem modo de jactura concurrant
conjecturæ, & cum agitur de modico præiudi-
cio, ſecus ſi de magno.

5 Et tunc iuramento probatur inſtrumenti amiſ-
ſio, cum quis ad exhibendum inſtrumentum
tenetur officio Iudicis tradit Alexand. *in leg. hu-
iuſmodi, §. ſi ita ſub num.*4. *ff. delegat.*1. vbi di-
cit quod ita loquitur textus, *in dicta leg. fin. Cod.
hoc titulo.* ſed in aliis caſibus dicit probandam
eſſe amiſſionem inſtrumenti per legitimas pro-
bationes, ſicut amiſſio cuiuſlibet alterius rei
*ibi, num.*4. vbi allegat textum, *in leg. ſi quis ex
argentariis, §. penultim. & fin.* vbi Bartol. *ff. de*
6 *edendo.*† Alios caſus adducit Maſcardus *ſuprà à
num.*9. quem leges qui *num.*4. ex Bald. *in dicta
l.*1. *hoc titulo*, notat quod ſi cum fuerit pro-
ductum inſtrumentum coram Iudice, aduerſa-
rius illud lacerauit, non ex propoſito, ſed ex
ſuperbia, & ex indignitate animi, ſit punien-
dus extra ordinem.

AD TEXTVM IN CAPITE XIII. Imputari, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

VT exactè materiam huius textus intelli-
gas applicabis materiam textus, *in cap.
ſanè* 2. *in ordine de poteſtate Iudicis delegati*: vbi
de diuerſis litteris ſub eadem data, & contra-
ria forma impetratis quibus ſtetur. Item ap-
plicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. per tuas* 10.
*de probat. à quæſt.*5. vbi egi de teſte contraria de-
ponente in eadem re, cui teſtimonio ſtetur. Ap-
plicabis dicta, *ſuprà in cap. cum tu* 16. *de Teſtibus
ad concordiam reducendis.*

QVÆSTIO I.

*Quare Scripturæ repugnantes, & contra-
riæ ſuper eadem re ab eodem productæ,
fidem non faciant, cum videamus ſtan-
dum ſcripturæ veroſimiliori, ſeu digniori,
vel ſaltim debeant ad concordiam redu-
ci, vt vtraque valeat, aut ſtandum ſit
poſteriori?*

SVMMARIVM.

6 *Scripturæ duæ contrariæ in Iudicio productæ, ni-
hil probant, n.*7. 8. *&* 12. *Quid ſi ad con-
cordiam redigi valent, n.*10. *fallit, n.*12. 13.
14. 15. 16. 17. 18. 19. *&* 20. *Et quæ præfe-
ratur producta vna ab actore, altera à Reo
repugnans, n.*21. vide *q.*2.

7 *Contraria allegans vt actor, non auditur, ſecus
Reus excipiendo, n.*9.

8 *Contrarietatis exceptio, non videtur remota
nullitate, ſeu exceptione.*

11 *Remedium contrarium, quod in vno Iudicio in-
tentatum fuit, quit in alio intentari.*

12 *Contraria quæ ſunt, diuerſis reſpectibus admit-
tuntur.*

13 L. Sempronius, ff. delegatis 2.
L. cum de ætate, ff. de Probationibus, &
num. 16.

17 L. Scripturas, Cod. qui potior in iure ha-
beantur.
L. optimam, Cod de commun. ſtipulat.

18 L. ob carmen, §. vlt. ff. de Teſtibus.
L. Iuriſiurandi, Cod. eodem.

19 Cap. cum Ioannes, cap. inter dilectos hoc tit.

20 L.12. §. in legatis, ff. delegatis 1.

DIfficultatem faciunt, *in l. Sempronius* 47. *ff.* 1
*deleg.*2. *l. cum de ætate* 13. *ff de probationib.*
vbi conſulti docent ſtandum eſſe inſtrumento
veroſimiliori, & fauorabiliori. † Item & text. 2
*in l. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore ha-
beantur, leg. optimam in fine, Cod. de contrah. vel
committenda ſtipulatione*, vbi ſi duo inſtrumenta
in Iudicio producantur, digniori ſtandum eſt.
† Tertiò textus, *in cap. cum Ioannes ſuprà hoc tit.* 3
in verſic. *ad hoc*, & textus, *in cap. inter dilectos,*
verſic. *cæterum*, vbi ſi inſtrumenta in Iudicio pro-
ducta videantur ſibi eſſe repugnantia, debent ad
concordiam reduci. † Quartò text. *in l.*12. §. *in* 4
*legatis, ff deleg.*1. vbi in teſtamentis nouiſſimæ
ſcripturæ, etſi contrariæ ſint, præualent. † Q od 5
confirmatur ex textu *in l. ſi poſtulauerit*, § *ſed ſi
negauerit ff de adulteriis*, vbi videtur ſtandum eſſe
poſteriori teſtimonio, etiamſi ſit contrarium
poſteriori.

Sed his non obſtantibus adhuc dicendum eſt 6
quod ſi aliquis duas producat ſcripturas in Iudi-
cio ſibi repugnantes, neutræ ſtandum eſſe; quia
nulla fidem faciunt ex noſtro textu; eo quod
duo contraria, nec vera, nec falſa intra ſe poſ-
ſunt eſſe, cùm inter ſe repugnēt; ſiquidem veritas
vnius, veritati alterius contrariatur; & quia
directè veritas vnius, alterius veritatem excludit;
cúmque reperiri non poſſit, cui fides adhibenda
ſit, nulli credendum eſſe probatur, cum ſibi ad
inuicem fidem derogent, & imputandum eſt
producenti, qui potuit quam voluiſſet, &
ſibi profuturam proferre in Iudicio. Et fa-

ciunt iura *in cap. ſolicitudinem de appellationib.* vbi contraria allegans non auditur, & textus, *in cap. litteras de præſumption. cap. examinata de Iudiciis, cap. duo ſunt Titij, ff. de teſtament. tutela, leg. ſi Titius, ff. de condition. & demonſtration. leg. vbi pugnantia, ff. de regulis iuris, l. ſcriptura, Cod. hoc titulo, dicta l. optimam, Cod. de contrah. & commit. ſtipulatione, l.* 111. *tit.* 18. *p.* 3. vbi Doctores communiter.

7 Et in tantum verum eſt, vt contraria allegans, non audiatur iuxta textum, *in l.* 1. *Cod. de furtis*, vbi Gloſſa, & *in leg. Titia, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, leg. vbi repugnantia, ff. de regulis iuris, leg. penultima tit.* 10 *part.* 3. vbi Gregorius Lopez, quod procedat etiam in Ruſtico, vt notat Baldus *in dicta leg. Scripturæ, colum. fin. Cod. hoc titulo*, verb. *quærunt Doctores*, benè Philippus Decius *in conſil.* 248. *num.* 1. vbi aliqua adducit ſingularia in materia, & *in conſil.* 644. *num.* 13. & *in leg. vbi repugnantia*, qui etiam tradit, *per dictam legem, vbi repugnantia*, inſtrumentum ex contrarietate vitiari, Boërius *in deciſ.* 252. *num.* 1. & 2. & *à*

8 *num.* 9. † Et in tantum verum eſſe docet idem Decius *dicto conſilio* 644. *numero* 14. & *conſ.* 148. Angelus *in leg. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis*, quod remota nullitate, ſeu exceptione, non videtur remota exceptio contrarietatis.

9 Verum tamen eſt quod reus excipiendo, contraria allegans auditur, vt notat Gloſſa *in leg. ſiquidem*, vbi Baldus, Angelus, & Salicetus *Codic. de exceptionibus*, quæ eſt communis, docet Philippus Decius *in cap. paſtoralis de exceptionibus, numero* 12. qui *numero* 13. aſſignat tres concluſiones pro huius limitationis declaratione, Zepola *in leg. venditioni, ff. de vſucapion. pro empt. num.* 11. vbi cum aliis benè loquitur in materia; alij tamen inſurgunt contra hanc limitationem, vt notat Gratianus *Reg.* 97. *n.* 3. *in fine*.

10 Sed tu id expendes ex his, quæ dico *infrà*, in verſic. *nec obſtat tertio*; nempe cum contrarietas rei poſſit ad concordiam reduci; ſecus tamen ſi verum eſſe, non poteſt, quod in vtraque defenſione continetur: ſic Graña *hic num.* 9. *in fine*, vbi expendit textum, *in leg. nemo, ff. de regulis iuris*, & *in cap. nullus, pluribus eodem tit.* vbi dicitur quod nemo prohibetur pluribus vti defenſionibus.

11 Item etiam remedium contrarium poteſt in vno Iudicio intentari illius, quod in alio intentatum fuit, vt tradit Dueñas *regula* 14. quam ſequitur Gratianus *ſuprà numero* 4. vbi ſingulariter notat cum Baldo *in leg. hæreditas in fine, Cod. de petitione hæredit.* quod ſi in primo Iudicio non ſolus reus abſoluitur, ſed & Dominus rei declaratur, poterit actor in alio Iudicio contrarium remedium intentare; licet contraria attulerit.

12 Etenim tenent latè Rochus de Curte *in tractatu de conſuetudine, num.* 337. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, num.* 1484. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 4. *gloſſa* 10. *num.* 41. *libro* 5. *recopilation. regulam*, de qua iam ſum loquutus, non procedere diuerſis reſpectibus: nam tunc contraria admittuntur; vt in caſu capituli non debet de conſanguinitate, & affinitate. Alias quatuor limitationes attulit Claudius Marm. *in leg. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſion.* *col.* 2. verſic. *ex his conſequuntur*. Alias ſeptem tradit Iaſon *in l.* 1. *ff. de furtis, num.* 20. Bernardus *reg.* 25. benè Ioannes Bellon *in communib. iurium ſentent. littera C*, verb. *contraria*.

Ex his iam non obſtant iura in contrarium 13 adducta, non textus, *in dict. leg Sempronius, ff. delegat.* 2. *dicta leg. cum de ætate, ff. de probat.* Quia reſpondeo, quod ſcripturæ, de quibus ibi non erant contrariæ, ſed tantum derogatoriæ, cúmque in legatis vltimæ ſcripturæ præualeant, *l.* 22. §. *vltim. ff. de leg.* 1. Oſualdus ad Donell. *lib.* 25. *comment. cap.* 8. *littera Z*, ſicut in teſtamentis, *ex l.* 12. *dict.* §. *in legatis, ff. delegat.* 1. quia pendent à voluntate hominis: quas ipſe mutare poteſt iuxta doctrinam textus, *in* §. *poſteriore*, vbi Doctores, *inſtit. quibus modis teſtament. infirmentur*, ſequitur vt dicamus, quod teſtamentorum ſcripturæ, de quibus in prædictis Legibus non eſſent contrariæ; conſtat enim quod teſtator nequit contraria in eodem teſtamento ſcribere, veluti ſi dixiſſet ſe accepiſſe centum Epheſi à Titio, & in eodem in alio diſpari loco ſimiliter dixiſſet alia centum ab eodem Titio accepiſſe, cum teſtator efficere non poſſit, vt vno, eodémque die diuerſis locis exiſtat, vt tenet Oſualdus ad Donellum *dicto libro* 25. *Commentar. cap.* 2. *alias* 8. *ad titulum noſtrum littera D, & C*, Graña *hic numero* 10. † Qui *numero* 6. ait quod in- 14 ſtrumenta illa, quæ aliorum derogatoria ſunt, benè valent, & ſtandum eſſe illis, quæ veroſimiliora, fidéque digniora videantur. † Et 15 ob id ex prædictis Legibus ea dici veroſimilia, quæ maiorem ſummam continent, cum veroſimile ſit teſtatorem noluiſſe grauare hæredem, præcipuè cum in legatis, vt iam dixi, vltimæ præualeant ſcripturæ; igitur idem Oſualdus *d. litt. Z*, ſimiliter interpretatur textum, *in dicta l. Sempronius* 47. *ff. delegat.* 2. vbi diuerſis ſcripturis prolatis, vni earum creditur; quia vna ab hærede, altera à legatario eſt probata.

Nec refragatur iterum, *dict. leg. cum de ætate, ff. de probat.* vbi cum proferuntur de ætate hominis duæ profeſſiones contrariæ, alteri earum ſtandum eſſe, quæ cauſa cognita, veritatis magis congruat. Quia reſpondeo quod profeſſiones, de quibus ibi Conſultus loquitur non erant contrariæ, nec repugnantes, ſed tantum diuerſæ, & derogatoriæ; quoniam etſi ibi non exprimatur certum, aſſeueratum fuit minorem eſſe 25. annis; in alia vero maiorem, quod ſecundum naturam ipſam benè poterat fieri, cum tantum in tempore diſcordarent: ſic tetigit Paulus de Caſtro *in dicta leg. ſcriptura hoc titulo*: argumento textus, *in cap. inter dilectos ſuprà huius tituli*, Oſuadus *ſuprà dicta littera Z*, alias interpretationes adduxerunt Felinus *hic num.* 29. Baldus *in dicta l ſcripturas*, vbi Bartol. & Donellus. 16

Nec obſtat ſecundo textus, *in dicta l. ſcripturas, Cod. qui potiores habeantur*, & *in d. l. optimam, Cod. de contrah. & commit. ſtipulatione*: quia vt docet Oſuald. *vbi ſuprà d. littera Z, & I*, ſequutus à Graña *hic n.* 6. Quia reſpondeo tunc digniori inſtrumento de duobus præſentatis Iudicio ſtandum eſſe, quando à diuerſis partibus ſunt producta; ſecus ſi ab eadem, vt hic. 17

Sed obſtat huic reſolutioni textus, *in leg. ob carmen, §. vlt. ff. de Teſtibus, l. Iuriſiurandi, Cod. eod.* vbi quamuis teſtes ab eadem parte producti, 18
alij

alij ex his contraria deponant, non ob id improbantur; ſed digniorum teſtimoniis ſtandum; & ita tenendum videri in duobus inſtrumentis præſentatis ab eadem parte ſibi contrariis; ſiquidem teſtes, & inſtrumenta æqualem vim habent, vt iam alibi adduxi, *in l. in exercendis hoc titulo*. Tamen reſpondeo, quod in dubio, de quo loquimur, alia eſt cauſa teſtium, alia inſtrumentorum; quia qui plures teſtes producit; non ideo teſtimonia probat, cum eorum dicta neſciat, vt vitium quorundam noceat; quominus verioribus fides adhibeatur: tamen inſtrumenta proferens, cum ſtatim ſcire poſſit quid contineant, merito ſibi imputari poteſt, ſi contraria exhibeat; igitur vt ait Oſualdus *dicto libro 25. Comment. dict. littera Z*, Donellus *in dicta l. ſcriptura, num.2. hoc tit.* tunc digniori inſtrumento ſtandum eſt, quando vera inſtrumenta ſunt; ſed in textu noſtro rejiciendum, non ex eo quod minorem vim, quam teſtes habeant; ſed quia repugnantia ſunt, & ab eodem producta. Applica dicta *ſuprà in cap. 32. de Teſtibus*.

19 Nec obſtat tertio textus, *in dicto cap. cum Ioannes dict. cap. inter dilectos hoc tit.* quia etſi verum ſit, quod dicta teſtium contraria debeant ad concordiam reduci, *ex dictis ſuprà in cap. cum tu 16. de Teſtibus*; & ob id ſimiliter inſtrumenta contraria in Iudicio præſentata: tamen prædicta iura locum habebunt, quando facile eſt, vt ad concordiam redigantur, vt docent Abbas *hic num* 4. Imola *num.2.* ſecus tamen eſſe, quando contrarietas adeò conſtat, vt nullam concordiam recipere valeat, vt hic, & ex dictis *ſup.* in verſic. *verum tamen eſt*.

20 Textus autem quarto loco adductus, *in d.l.12. §. in legatis, ff. delegatis* 1. ſatis expenditur *ſuprà*, in verſic. *ex his iam non obſtant*.

21 Et pro his omnibus leges quæ refert ex Alex. Trentacinq. Barboſa *in cap. in noſtra 32. de teſtib.* quatenus ait, quod ſi duæ ſcripturæ productæ ſint ab eadem parte indirectè contrariæ neutri ſtatur; ſin autem producant à diuerſis, vna ab actore, altera Reo præfertur, quæ continet actum fauorabiliorem & pium, & quæ confecta fuit à Notario digniori; & quæ iuuatur maioribus adminiculis.

QVÆSTIO II.

An quando duo inſtrumenta ſub eadem data, & ab eodem Notario inſcripta, & ſibi contraria producuntur, ſtetur aliqui eorum: Et an producens inſtrumentum poſſit illud impugnare: Et an præſentans ſcripturam in Iudicio, & proteſtans, quod eam præſentat, inquantum pro ſe facit, & non aliter præiudicet ſibi, ſi in aliquo capitulo faciat contra producentem: Et inſtrumenti productio apud acta qua, & qualiter probet: Et num ordo litteræ præcedat in diſpoſitione: Vbi n.41. *an præſumatur antiquius inſtrumentum in qua hora ponitur diei, illo in quo dies ſine hora aſſignatione?*

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ duæ productæ contrariæ ſub eodem die, & datæ, ab eodem confectæ non valent, quid ſi diuerſæ, hic & n.3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*

7 Cap. ſanè de officio, & poteſt. Iudic. deleg. & n.10.

8 Cap. S. Crucis de reſcriptis, n.9. & 10.

9 *Reſcripta contraria qualiter ſubſtineantur, num.10.*

11 *Inſtrumentum primò collocatum in protocollo, præſumitur antiquius.*

12 *Producens inſtrumentum in Iudicio, regulariter illud impugnare nequit, n.13. fallit quo ad præiudicium tertij.* Vide *n.14. & 15.*

14 *Scriptura minus ſolemnis, an probet contra producentem.*

15 *Producens inſtrumenta apud acta, videtur contenta in eo approbare: fallit, n.16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.* Vide *à n.23.*

23 *Producens inſtrumentum proteſtans id fieri inquantum pro ſe facit, & non aliter: an hoc ſibi proſit, vſque ad n.34.*

27 *Proteſtatio circa inſtrumenta producta in Iudicio. in quibus proſit, & in quibus non, n.28. 29. 30. 31. 32. & 33.*

34 *Productio inſtrumenti apud acta, probat in actis Iudicialibus, n.35. 36. & 37. & qualiter ibi, n.38. & 39.*

39 *Productio inſtrumenti teſtibus probatur.*

AD primam quæſtionis partem, vt congruè reſpondeas applicabis, *d. ſuprà q.1.* Etenim in caſu prædicti dubij, duo caſus diſtingui ſolent, quos iam *ſuprà* tetigi. † Primus eſt, quando à diuerſis produeuntur diuerſæ ſcripturæ; & tunc non tollit aliam, ſed vtrique ſtatur, ſi poſſint concordari, Rota *in deciſ.671. n.3. & 4. p.1.* Boërius *in deciſ.251. num.1.* ſeu ſtatur potiori; quia præſumendum eſt; quod Notarius amiſit per errorem in vna illorum id, quod continetur in alia, vt dicunt DD. præallegati. 1 2

Secundus caſus eſt, quando ab eodem producuntur duæ ſcripturæ contrariæ ſub eodem die, & ab eodem Notario confectæ; & tunc communis, & trita eſt concluſio, quod neutri ſtetur; quia vna tollit alteri fidem, cum ignoremus quæ ſit vera, vt teſtatur Boërius *in dec 211. n.3.* † Imò latè Mohedan *in deciſ.57.* ait quod neutri ſcripturæ ſtatur, etiam ſi non ſint contrariæ, ſed ſolum diuerſæ ex eo quod incertitudo facit, vt ignoremus quod ſit verum, *leg. duo ſint Titij, Cod. de teſtamentaria tutel.* 3 4

Et vlterius notant Antonius Faber *in deciſ.3. Cod. hoc tit.* Riccius *collect.* 1632. ad textum, *in leg. ſcriptura, Codic. de fide inſtrument.* vbi Salicetus, quod vbi contrariæ ſunt ſcripturæ, aut vna plenior alteri, ei omnimodo ſtare debemus, quæ minus ſuſpecta eſt, ab eo nimirum confecta, cuius nihil interſit, quam cuius intereſt. † Itémque cæteris paribus, qui Latinè loquitur, quam qui barbarè. Et addit idem Faber *in deciſ.4. hoc tit.* quod diuerſitas ſcripturæ in ſubſtantialibus vitiat vtramque ſcripturam, & faciunt quæ adduxi, *dict. q.2.* Et pro pleniſſimo intellectu circa plures caſus leges quæ nouiſſimè cum multis ex neotericis ſcripſit noſter amicus D. D. Alphonſus de Olea *deciſione iurium, titulo 8. quæſt.3.* vbi exactè inquirit, & reſoluit cui inſtrumenro ſtetur ex duobus vna die confectis, ſiue in ceſſione, liberatione, teſtamento, ſiue in aliis. 5 6

Et pro complemento huius dubij, ſeu ad eius impugna- 7

impugnationem poterat adduci hîc materia text. *in cap. ſanè 2. de Officio, & poteſt. iud. deleg.* quo conſtat, vt ſi diuerſæ litteræ ſub eadem data, & forma contraria impetrantur, & præſentantur à diuerſis ad eoſdem Iudices ſuperſedetur in vtriſ-
8 que; donec Papa conſulatur. † Cui impugnat textus, *in cap. S. Crucis 30. de reſcriptis*, vbi in impetratione plurium litterarum, primus impetrans præfertur; & ſic neceſſarium non eſſe, vt conſulatur Papa *ex dict. cap. 30.* & *ex cap. duobus de reſcript. lib. 6. cap. ſi à ſede de prabend. lib. 6. cap. vt debitus honor de appell.* & ob id idem ſi duæ ſcripturæ contrariæ ſub eadem data, & ab eodem Notario producantur, ducendum non eſſe, vt neutra valeat, ſed quod ſtatur prius præſen-
9 tatæ. † Tamen reſpondeo hanc paritatem non currere, aliud enim eſt agere de impetratione litterarum Apoſtolicarum; aliud autem de producendis diuerſis inſtrumentis ſibi contrariis, quibus non creditur modo dicto; eo quod vacillat Notarij fides; & quia ſi ab eodem producantur in Iudicio, inciditur in ſententia textus noſtri; quatenus diſponit imputandum eſſe ei, qui contrarias protulit ſcripturas, fidem ſibi ad inuicem repugnantes, cum in ipſius fuerit
10 poteſtate, quod voluerat non proferre. † Secus vt iam dixi, ſi à diuerſis producerentur, quo caſu poſſunt habere interpretationem diuerſæ litteræ à pluribus obtentis ſub eadem data, *ex dicto cap. Sancta Crucis*, cum aliis, cætera ibi requires, & *in dicto cap. ſanè de offic. deleg.* videbis aliqua *ſuprà in cap. licet 9. de probationibus, q. 3.* verſic. *ad ſecundam.*

11 Vnum vero notabis, vt quando vnus, aut plures creditores concurrunt aduerſus debitorem, inſtrumentis confectis in eadem die, & ante eundem Tabellionem, debeat attendi ad ordinem collocationis, & regiſtrationis ſui protocolli; ſic vt primo collocatum intelligatur temporis prælationem habere, Bartol. *in §. quibus ſpecialiter, Cod. de Iuſtinian. Cod. confirm.* Maſcardus *de Probat. concl. 1229. aliàs 1234. num. 13.* Boër. *de authoritate magni Conſilij, n. 141.* Pareg. *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 38.* qui eam prælationem facit, etſi perſona, quæ inſtrumentum habet, concurrat cum cauſa priuilegiata. Menoch. *de Arbitrariis, lib. 2. caſu 187. n. 52.* Fontanella *de pact. nuptial. Clauſ. 1. n. 20.* Naibona *in Antilog. horograph. Iuris, n. 92.*

12 Ad ſecundam quæſtionis partem Doctores contrarij ſunt, vt reſpondeant, nam quidam per textum, *in cap. cum olim de cenſibus*, docent, quod ille, qui producit inſtrumentum in Iudicio, illud impugnare non poteſt. Alij vero docent contrarium ex textu, *in cap. cum venerabilis 6. de exceptionib.* vbi Monaſterium producens inſtrumentum permutationis in Iudicio, illud de falſo arguebat.

13 Tamen pro concordia breuiter dico, quod etſi communis ſit ſententia Doctorum, vt qui inſtrumentum produxit in Iudicio, non poſſit illud poſtea impugnare. Tamen hæc regula plures habet limitationes, quas congerunt Panormitanus, Felinus, Paricius, Decius, & alij relati à Socino *regula 186.* ſed quoad intellectum textus, *in dict. cap. cum venerabilis*, Celebris eſt limitatio, vt non procedat; quoad præiudicium tertij, nec mandantis, nec ratam habentis productionem falſi inſtrumenti in Iudicio factam: quo pacto Innocentius *in dict. cap. Venerabilis*, vbi Panormitan. *numero 3.* Decius 29. Balboa 560. & 61. docent intelligendum eſſe illum textum, vbi procurator Monaſterij falſum produxit inſtrumentum ſine mandato Monaſterij, aut ratihabitione; imò verba textus ibi: *properè ſic reſpondit*, & ibi, *quia delictum perſonæ*, ſignificare inſtrumentum fuiſſe à Procuratore productum, ignorante Monaſterio, quare Monaſterio præiudicare non potuit: argumento textus, *in cap. delictum perſona 76. de regul. iuris, libro 6. cap. ſi Epiſcopum, & ibi gloſſa 16. quæſt. 6.*

Et ex his etiam eſt deſidium inter Doctores, 14
an ſcriptura minus ſolemnis probet contra producentem? Et pro parte affirmatiua tenuit Baldus *in leg. alia, à numero 3. Codic. de his, quibus, vt indignis*; Gregor. 15. *deciſ. 452. in fine*, Surdus *deciſ. 168. num. 1.* & fuit reſolutum *in Monopolitana Hebdomadæ 5. Decembris 1614. coram Cardinal. Veroſpio*, & *in alia Monopolitana beneficij, ſeu Capellæ 6. Iunij, & 14. Nouembris, coram R. P. D. Marlino:* in quibus habetur quod producens inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, non poteſt illam impugnare ſub prætextu, quod non ſit informa probanti; quamuis contrarium, nempe, quod producens inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, quæ non eſt informa probanti, ſibi non præiudicet, quin poſſit illam impugnare; ex quo productio eatenus noceat, quatenus ſcriptura probat, Bartol. *in leg. poſt legatum, numero 2.* verſic. *reſponde, ff. de his: quibus, vt indig.* Gregor. *deciſione 432. num. 4.* & ibi Beltram. *in annot. ad deciſ. 238. ſub n. 5.* tradit Barboſa *in cap. præſentium de Teſtib. n. 8. & 9.*

Vberius tamen vt huius dubij ſententiam 15
tangas, leges quæ adducunt Doctores, quos longè refert Maſcardus *de Probationibus, concluſione 916.* vbi docet regulariter ex textu, *in leg. ſi aduerſarius, Codic. hoc tit.* & *leg. cum precum, Cod. de liberali cauſa*, producentem apud acta inſtrumentum viſum eſſe, vt fateatur omnia contenta in eo, & ipſum inſtrumentum approbare in omnibus, & per omnia, adeò vt poſtea reuocare, nec allegare poſſit errorem, ſed in illum culpa ſit conferenda, ſi rectè non conſiderauit, *ex dict. leg. cum precum*, & *dicto cap. venerabilis*, & facit doctrina textus noſtri: imò Baldus *in leg. ſi quis Teſtibus, colum. 1. ſub num. 1. Cod. de Teſtibus*, iuxta illud, *quod approbo, non reprobo*, & Boërius *dicta deciſione 252. numero 4.* Pariſius *conſil. 125. num. 20.* dixerunt etiam approbare perſonam Notarij de eo rogati, vſque eo, vt poſtea aliud inſtrumentum eiuſdem Notarij contra eum productum, nequeat impugnare ratione eius perſonæ.

Hæc tamen limitantur, quando producens 16
ſtatim re integra renuntiaſſet productioni: argumento textus: *in dicta leg. ſi aduerſarius, Cod. hoc tit.* & *leg. quæ fam. ff. familiæ erciſcundæ*, vbi Florentinus, tradit Boërius *ſuprà dict. num. 4.*
† Item potero impugnare inſtrumentum à me 17
productum, rurſus per me impugnatum, poſtea allegare ad intentionem meam, quando cauſa impugnationis, vel cauſa validitatis, non pendet à poteſtate mea ex Bartol. *in l. poſt legatum, col. 1. & 2. in fine, ff. de his, quibus, vt indignis.*

Vbi etiam probat, vt quis producens inſtru- 18
mentum, non videatur omnia ſimpliciter fateri, ſed eatenus tantum, quatenus inſtrumentum probat,

19 probat, Oſaſcus *in deciſ.39. n.10.* † Quod ſi
ponderata voluntate mea, tunc variatio non ad-
mitteretur, niſi probato errore, vt idem Bartol,
20 dixit, *ſupra, & in l. 2. Cod. de furtis.* † Nec
etiam ſi agatur ex delicto, dolo interueniente
21 ſecundùm omnes, *in dict. cap. venerabilis.* † Nec
vbi pars aduerſa impugnaret ipſam productio-
nem; quia tunc poſſe reuocare Inſtrumentum
productum, dixit Innocentius, *in cap. mulier*
de Iureiurando, vbi Felinus, & Boërius *ſupra.*
22 † Et addit Maſcardus concluſionem relatam
procedere in verbis diſpoſitiuis, ſecus in enun-
ciatiuis, *l. Aurelius, §. vlt. ff. de liberatione, leg.*
plures adducens, num.9. contra Iaſonem, qui dixit,
in l. ſi cui ſerui, §. ſi à filio, num.117. ff. de leg. 1. con-
cluſionem procedere etiam in enunciatiuis, &
euidentibus; alia plura adducit videnda, *à*
num.11. & alia videbis notanda per Gratianum
reg.390. Barboſa *in cap. præſentium 31. de teſt. ſub,*
n.8. & 9.
23 Ad tertiam quæſtionis partem in praxi admo-
dum vſitatæ; ſiquidem pauci ſunt aduocati,
qui in præſentatione Inſtrumenti non faciant
proteſtationem, quod faciunt præſentationem
illius Inſtrumenti in quantum pro ſua parte fa-
cit, & non aliter; & quod talis proteſtatio
nececeſſaria ſatis videatur, & proſit prote-
ſtanti, dixit Felinus hic, reſoluit iſtam eſſe
communem opinionem; idem *in dict. cap. cum*
venerabilis de except. Baldus *in l. vnica, Cod.*
de confeſſis, Bartolus *in l. Aurelius, §. quæ ſit*
ff. de liberatione legata, plures adducit, Zeual-
los, *in pract. quæſt. 696. num. 1. & 2.* antea
tradidit alios Maſcardus *de probationib. con-*
cluſ.916. à num.15. Et huius ſententiæ ratio eſt;
quia iſta proteſtatio fit, ſuper eo, quod dependet
à poteſtate proteſtantis; & ob id non eſſe mi-
rum, vt iubet proteſtantem iuxta Textum *in l.*
& ſi quis, §. plerique, ff. de relig. & ſumptibus
funer, Iaſon *in l. non ſolum, §. morte, num. 26.*
ff. de noui operis nuntiat. itaque innuunt, DD.
quod qui producit Inſtrumentum in parte, ſeu
partibus pro ſe facientibus, & non aliter, vt
non videatur fateri; ſi quæ in eo ſint, quæ con-
24 tra faciant. † Et ſic Alexandr. *in l. 1. col. pe-*
nult. Cod. vt quæ deſunt ad voc concludit, quod
ſi produco ſcripturam ante confectam, quæ
pro te fidem non faciebat, tamen poſſum ego
producens acceptare, in parte, & pro parte
repudiare: Et iubet proteſtatio, *l. publica, §. fin.*
& ibi Bartol. & Paulus de Caſtro, *Cod. de-*
poſiti per illum, Textum, quia, vbi plures ſunt
res ſcriptæ in ſcriptura, poſſum pro parte
approbare, & pro parte non ſecundùm Bartol.
in d. l. Aurelius, §. idem.
25 Alij tamen communiter dixerunt eam pro-
teſtationem nihil iuuare, quominus iudex pro-
ferat ſententiam contra producentem Inſtru-
mentum, niſi aliquid in eo in rei fauorem con-
tineatur; quia illa proteſtatio eſt contra rei,
& negotij veritatem; & ob id non poſſe iudi-
cis manus ligari, notat Iaſon *in l. 1. §. editio-*
nes, numero 20. ff. de noui operis nunciat. & in
dicta l. non ſolum, §. morte, numero 26. Men-
chaca *controuerſ. illuſtr. lib. 1. §. 2. numero 9.* Co-
uarruuias *pract. cap. 20. numero 7.* Bernardus
Diaz *reg.342.* vbi Salcedo, Azeuedo, *in l. 3.*
tit. 5. lib. 4. recopil. & reddit rationem Roma-
nus *in l. cum mulier, num. 25. ff. ſoluto matrim.* quia
ex productione Inſtrumenti in iudicio, acqui-
ritur Ius parti; quod quidem ei inuito auferri
non poteſt: plures huius opinionis refert Maſ-
cardus *dict. concluſ. 916. à num. 17.* & Zeual-
los *in dicta quæſt. 696.* eam dicit veriorem, &
iuridicam; tum, quia hæc proteſtatio eſt con-
tra Ius; & ſic non releuat proteſtantem, *l. ali-*
menta, Cod. de neg. geſtis. † Rurſus quia non 26
eſt in poteſtate partis reſtringere vim probati-
uam Inſtrumenti producti coram iudice; & ſic
illam proteſtationem non poſſe impedire, quo-
minus iudex queat adhibere fidem Inſtrumen-
to, non obſtante proteſtatione: ſic cum Maſ-
cardo *vbi ſupra dict. numero 17. & 18. & con-*
cluſ.1236. num.15. docet Gregorius, *in l. fin. tit. 18.*
p. 3. verb. *decimos*, Parlador *lib. 2. rerum quo-*
tid. cap. fin. §. 5. num. 10. & facit pro hac ſen-
tentia Textus *in l. 10. tit. 17. lib. 4. recop.* vbi
iudex tenetur iudicare ſecundùm veritatem,
quæ reſultat ex actis proceſſus: ſicque nihil
operari proteſtationem, cum veritas ſit in con-
trarium, dixit Zeuallos *ſupra, num. fin.* & ad
doctrinam *dictæ leg. 10. Regiæ*, videbis quæ
adduxi, *ſupra in cap. 6. de iudiciis.*
Quod ſi adhuc vera tibi videatur prima opi- 27
nio; eo quod ſtylus eam poteſtationem ample-
ctatur, etiam inter peritiores aduocatos, pote-
ris dicere tunc proteſtationem prodeſſe, quan-
do producitur Inſtrumentum ad petitionem
alterius confectum; ſecus quando producitur
Inſtrumentum proprium, Butrius, & Inno-
centius, *in dict. cap. cum venerabilis de ex-*
ceptionib.
Item vt non iuuat poteſtatio in capitulis 28
connexis; quia tunc operari non poteſt, quod
in illis Inſtrumentum noceat; ſicut prodeſt in
eiſdem ſic cum multis Maſcardus *de probationib.*
concluſ. 916. num. 20. vbi ait cum Innocentio,
in cap. G. perp. hoc tit. hoc adeo verum eſſe, vt ad-
uerſarius non poſſit petere copiam capitulum
ſeparatorum approbatorum. † Imo etſi facta 29
prædicta poteſtatione, aduerſarius diceret, &
ego reproduco eandem ſcripturam quantum pro
me facit non prodeſſe eam proteſtationem ſe-
cundum Philippum Francum hic circa finem,
Butrium *in c. cum olim de cenſibus.*
Qui addit nec prodeſſe, quando producuntur 30
iura, quæ quis tenetur edere; & nec iuuare ait
Maſcardus *ſupra num. 22.* per Textum *in l. 2. Cod. de*
edendo, ſi fiat in actis iudicij, quibus volens vti, ne-
quit proteſtari modo prædicto.
Et Felinus *in dict. cap. cum venerabilis, col. 7.* 31
ſub num. 23. verſic. *quintus*, & vltimus, dixit
proteſtationem non iuuare, quando Inſtrumen-
ta iam ſunt producta; quia tunc ſunt effecta com-
munia, *l. 1. §. edenda, ff. de edendo.* † Sed 32
quando fit in ipſa productione Inſtrumenti, tunc
iuuare. * Et Iaſon poſt Albericum *ibi col. pe-* 33
nult. Alexandr. *in dict. l. vnica, Cod. vt quæ de-*
ſunt ad voc. Decius *in dicto cap. venerabilis de*
except. num.78. generaliter ſenſerunt proteſtatio-
nem iuuare proteſtantem, niſi aduerſarius econ-
tra proteſtetur; quod tamen impugnat idem Ia-
ſon *in dicto, §. morte, numero 26.* Decius *in l. vlti-*
ma, Cod. de edendo, adiunges quæ dico *de*
effectibus proteſtationis infra in cap. fin. de ap-
pellationib.
Ad quartam quæſtionis partem, Bartolus *in l.* 34
Chirographis, numero 2. ff. de adminiſtrationib. tutor.
& in l eos, §. ſuper his, numero 2. Cod. de appellatio-
nib. Innocentius *in dict. cap. cum olim de cenſ. n. 5.*

in fine, & aliis adductis, Maſcardus *de probationibus, concluſ.*915. *à num.*1. dixerunt quod Inſtrumenti productio apud acta probat contenta in Inſtrumento, & addit ex multis, *à num.*2. idem Maſcardus cum multis ab eo relatis, quod creditur ſententiæ inſertæ in litteris executorialibus,
35 ex quo inſerta eſt in actis iudicialibus. † Et taliter Inſtrumenti productionem apud acta probare contenta in Inſtrumento, vt non ſit opus amplius producere originale, niſi quis vellet originale redarguere falſi; quia tunc tenebitur illud producere iterum; ſed tunc reuera probare, quando fuit totum Inſtrumentum productum; prout iacet regiſtratum; ſecus ſi pars Inſtrumenti regiſtrata ſit, nec probare quando eſt facta regiſtratio de principio, & fine, de clauſulis ſubſtantialibus, vt ſi tunc non reſultet vera concluſio ex principio, & fine; ſecus ſi reſultaret: ita Felinus *in cap. quoniam contra de pro-*
36 *bationib. col.*22. *num.*51. † Qui etiam, *num.*52. verſic *ſecundò limita*, & ibidem Decius *num.*226. verſic. *quarto*, docent eam productionem apud acta probare; dummodo exemplatio, ſeu inſertio in actis facta fuerit iudicis Authoritate, & cum regiſtratio facta fuit in actis, parte aduerſa præſente, vel ea citata, Decius *ſupra, n.*222. Felinus *dict.num.*52.

37 Quod ſi dubites an hæc omnia non ſolum procedant in actis iudicialibus, ſed & in extra iudicialibus, breuiter reſpondeo tantum in actis iudicialibus probare, non item in extraiudicialibus, vt notant Doct. Rotæ *in deciſ.* 39. *aliàs* 3. *hoc tit.* in antiquis; quia ſi Inſtrumentum facit mentionem de alio, quia dicatur ſententiam latam, ſicut tali Inſtrumento vidimus contineri, non probatur ſententia lata ſecundùm Innocentium *in cap. fin. hoc tit.* ex aliis docet Maſcard. *d. concl.*915. *n.*10. aliis exemplis exornans.

38 Notabis tamen prædictam noſtram concluſionem procedere non ſolum in Inſtrumentis, ſed etiam in ſcriptura, quæ ſi fuerit in actis regiſtrata, probat ſic Baldus *in l. ne in arbitris*, *col.*1. *num.* 2. *in* 3. *notab. Cod. de arbitris*, & *in Auth. afferebatur*, *col. vltima*, *num.* 16. verſic. *venio*; *Cod. de litis conteſtat.* & ex aliis Maſcardus *ſuprà*, *num.*4. ait, quod omnia, quæ poſſunt opponi contra originale, poſſint opponi contra iſtud Inſtrumentum in actis regiſtratum.

39 Notabis ſecundo, quod Inſtrumenti productio, Teſtibus probatur, vt dixit Baldus *in l.vltima*, *col.*3. *num.*14. verſic. *ſed an productio*, *Cod. de re Iudicata*, & Innocentius, & Abbas dixerunt, *in cap. cum in Iure peritus de officio de leg. poſt*, *num.*5. verſic. *alij*, quos ſequitur Maſcardus *de probationib. concluſ.*917 probari etiam per acta Notarij: Et Maſcardus alia conducibilia adducit in aliis ſequentibus concluſionibus.

40 Ad vltimum, num litteræ ordo in Inſtrumentis, ſeu regiſtratione det præcedentiam? Aliquid dico, *ſuprà in Rub.princ. n.*47.

41 Et applicabis quæ cum multis Caſtillo *lib.*4. *contr.cap.*51. pro complemento notabis dubium eſſe inter Doctores num Inſtrumentum cum die & hora præſumatur antiquius illo qui cum ſolo die aut ſine die inſcribitur qui affirmant probant ex eo quia dubia probatio nequaquam infringit certam ad Textum *in cap. in præſentia de probat. l. non hoc ſed vnde legitimi*, Socin. Senior *conſ.*67. Decianus, *conſ.*169. *num.* 6. Iaſon *in l.*1. *ff. ſoluto, matr.* 6. Sed Card. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent.lib.*11.*tit.*23. contrarium probat tum quia hora non ſolet deſcribi in Inſtrumentis, Gloſſa *in cap. ſi duobus de reſcript. & in c. ſi a ſ. de depreb. lib.*6. Tum nam qui eam exprimit propter nimiam ſuſpicionem reddditur ſuſpectus. Gloſſa *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de cond. inſtit.* Sed nouiſſime refert cum multis Gaito *de credito*, *p.* 2. *cap.*4. *quæſito* 11. *à n.*1863. *ad* 1887. id tantum limitari ſi conficiatur de nocte; vel quando ſtylus poſtulat horam poni vt in collatione beneficiorum, & ſic cum Notarij non ſunt in ſtilo, horam ponendi eueniret vt ex diuerſitate ſtyli & in ſolitis cautelis ſuſpicio falſitatis orietur modo quo notant infiniti, DD. quos citat, Farinacius *de falſit. rerum*, ipſe Gaitus *ex n.* 1811. cum Tyraq. Neguſantio, Antonio Gomez, Menochio, Barboſa & aliis infinitis, probat primam opinionem, *cap.*1. *muta ſiculus deciſ.*24. *in princ.* reſpondentes Manticæ opinioni potius eſſe laudabile vt hora apponatur & ſi haberet imaginem doli cum inde oriatur certi temporis probatio ad Textum *in cap. qui autem* verſic. *ſciendum*, *ff. quæ infra vide*, *l. nullus vide de pub. iur.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XIV.
Si cautio, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

SVB compendio verborum noſtri Textus diuerſa continetur materia; quia quatenus verbum ibi. I. *Si cautio*, communiter hic ſumitur pro ſcriptura publica, ſiue priuata, ſecundùm latè *d. in Rub. & tit. noſtro*: II. Tamen quia etiam poteſt ſumi pro ſecuritate, & promiſſione comparendi, aut aliquid adimplendi, adiunges quæ adduxi, *ſupra in Rubr. de litis conteſt. quæſt.*21. vbi cautionum genera plura. Alia *in cap. quoniam*, *§. in aliis quæſt.*3. *num.*1. *vt lite non conteſtata*, & *in in cap.*8. *de reſtit. ſpoliator. quæſt.*5. *à num.*2.

III. Et ibi *expoſitam*, & ibi, *ſed ſi cauſam propter quam*, applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap.* 6. *de Iudiciis*, *quæſt.* 13. *num.* 7. Vbi quod cauſa non deducta in Iudicio probata, incidit in cauſam deductam: Et de cauſa exprimenda remota, vel proxima ibi, *quæſt.* 2. *à num.* 17.

IV. Et ibi *aduerſarius tuus tenetur oſtendere debitum, quod in ea continetur.* Per hæc verba adiunges quæ adduxi, *ſupra in cap. licet* 9. *de probat. quæſt.* 6. Vbi egi de quæſtione, an poſſeſſio alicuius ſtatus, aut qualitatis, transferat onus probandi in aduerſarium. Applicabis aliqua de probanda filiatione, *in cap. per tuas* 10. *de probationib. quæſt* 2. & 3. aliqua *in cap. quoniam eodem*, vbi cui incumbat onus probandi negatiuam, *quæſt.* 2. & 3. & *ibi in cap. ad noſtram* 12. *quæſt.* 2.

V. Et ibi *confeſſioni tua ſtatur*: de confeſſione extraiudiciali, ſeu iudiciali videbis quæ adduxi, *ſupra in cap.*4 *de Iudi. & in Rub. & tit. de confeſſis*: Aliqua *in Rub. de probat.* Et de Inſtrumento recognito, & confeſſato dixi, *ſupra in hoc tit.*

VI. Et ibi: *niſi probaueris te id indebitè promiſiſſe:*

miſiſſe: Ad hæc verba applicabis quæ DD. congerunt, *ad tit. ff. de conditione indebiti*, & ad Textum *in l. cum de indebito ff. de probationibus*: & præter *infra dicta* adiunges quæ adducit Barboſa hic.

QVÆSTIO I.

Quare in Inſtrumento debiti, debeat cauſa exprimi, vt debitor condemnetur, cum conſtet in Iure, quod contractus, ſtipulatio, vel promiſsio pura ſine cauſa teneant? Et cur ſi cauſa non exprimatur, creditor debeat probare debitum; ſiquidem, ea non expreſſa valet pactum?

SVMMARIVM.

1 L. 2. §. circa de doli exceptione, & n. 26.

2 L. Campanus, ff. de operis libertorum, & num. 27.

3 L. hoc Iure, §. fin. *verſic.* ſed hæ ſtipulationes, ff. de donation. l. tale pactum, ff. de pactis, & n 28. & 29.

5 *Debitor vt condemnetur ex Inſtrumento debiti, debet in eo exprimi cauſa, n. 6. Declaratur & à n. 26. vbi in quibus cauſa non deſideretur, & n. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.*

7 *Confeſſio debiti ſine cauſa redacta in ſcriptura, non inducit obligationem, num.* 8. 9. 10. 11. 12. *& num* 13.

L. ſi quis argentum, §. fin. Cod. de donation.

9 Cap. fin. de confeſſis, n. 14.

L. Titius 24. ff. de conſtituta pecunia, & n. 18.

11 *Promiſſio facta ex aliqua iuſta cauſa valet, etiam ſi cauſa non probetur, nec de ea aliter conſtet.*

12 *Stipulatio facta ſine cauſæ expreſſione, quando obliget, n.* 18.

13 *Donatio facta ſcienter ſine cauſa, quando obliget.*

14 *Confeſſio in iudicio facta ſine cauſa obligat; eo quod habet vim rei iudicatæ, num.* 15. *fallit, num.* 16. 17. *Et quibus adminiculis, extraiudicialis valeat, n.* 22.

19 *Confeſſio extraiudicialis facta in ſcriptura publica valet.*

20 *Confeſſio facta in epiſtola, vel alia ſcriptura priuata, facta in præſentia, vel abſentia, probat.*

21 *Confeſſio facta in abſentia creditoris, vel eius in cuius fauorem emanauit, non tenet.*

23 *Soluere incipiens poſt confeſſionem, partem debiti, nequit allegare defectum cauſæ interueniſſe.*

24 *Traditio rei ſimpliciter facta ſine cauſa, non operatur tranſlationem Dominij.*

25 *Obligatio, & ſtipulatio ea non corroboratur, ſi cauſa inſerta non eſſet talis, quæ ſola de per ſe eſſet obligatoria.*

32 *Creditor tenetur probare debitum obligationis, vbi cauſa expreſſa nō eſt fallit in cauſa mutui.*

33 *Creditor poteſt cogere, vt ſibi fiat Inſtrumentum debiti, à debitore, quando ſoluere teneretur. ad tempus ſufficit ſimplex, & non iuratum, num.* 34.

34 *Manumittens ſeruum cogitur facere, & præſtare Inſtrumentis libertatis.*

1 FAcit primò difficultatem Textus *in l. 2. §. ff. de doli except.* per hæc verba: *ſi quis ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus; deinde ex ea ſtipulatione experiatur exceptio vtique doli mali ei nocebit.* Ex quo Textu, licet debitor conuentus, poſſit opponere exceptionem doli, & creditorem repellere; ita vt cauſa non probata, veniat abſoluendus: tamen reuerà contractus, ſtipulatio, vel promiſſio purè ſine cauſa mero iure valet, & tenet & producit actionem, & vtramque obligationem; ita vt poſſit creditor agere aduerſus debitorem.

Et confirmatur ex Textu *in l. Campanus, ff. de operis libertorum*, vbi valet fidei commiſſaria libertas, ſi libertus operas hæredi promittat abſque alia cauſa. 2

Et facit difficultatem ſecundò Textus *in l. hoc iure, § fin. verſic. ſed & hæ ſtipulationes, ff. de donationibus*, vbi ſtipulatio ſine cauſa valet, & Textus *in l. tale pactum in principio, ff. de pactis*, vbi pactum ſine cauſa conſtat. † Quod patet, ſi aduertas eſſe plures contractus, qui cauſam non requirunt, vt obligent, quales ſunt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, donatio, & ſimiles contractus, vt in terminis docent Baldus *in l. vnica C. de confeſſis, col. 3. num. 7.* Antonius Gomez *lib. 2. variar. cap. 11. n. 3.* 3 4

Verum dicendum eſt, quod in caſibus in quibus poteſt quis obligari ex policitatione, debet cauſa intelligi iuxta Textum *in l 1 l. iurigentium, §. igitur nuda ff de pactis, l. 1. & l 3 ff. de condit. ſine cauſa, l. non ſolum §. fin. ff. de peculio, l. ſi ſtipulatus eſſes à me, ff. de fideiuſſoribus. l. cum de in debito § fin. ff. de probat.* per quæ iura ita Doctores tenent, & per Textum noſtrum. † Et eſt ratio, quia talis ſtipulatio, vel promiſſio pura, eſt contractus, vel obligatio nimis generalis, quæ poteſt interponi ſuper pluribus caſibus, tam iuſtis, quam iniuſtis. Tamen ſi ſtipulatio, vel promiſſio ſimpliciter facta ſine cauſa poteſt verificari, & fundari ex aliqua cauſa præcedenti, valebit, & tenebit; quia illa habetur, & cenſetur à partibus pro expreſſa iuxta Textum, *in l. triticum, ff. de verbor. obligat.* vbi Paulus de Caſtro, & alij Doctores. 5 6

Et ſic ex noſtro Textu videmus quod confeſſio debiti ſine cauſa redacta in ſcriptura, non inducit obligationem, & præter iura relata demonſtrant iura *in l. nuda ratio. ff. de donationibus, l manumiſſione ff. de iuſt. & Iure. l. 13. Cod. de non numerata pecunia, l. obligationum ſubſtantia, ff. de oblig. & actionibus, l. 119. tit. 18. p. 5.* vbi DD. & tradunt Maſcardus *de probationib. concluſ. 345. & 346.* Couarruuias *in cap quamuis pactum 2. p. §. 4. num. 1.* Tyraq *in l ſi vnquam, Cod. de reuocandis donationib.* verb. *donatione largitus, num. 56.* Oſualdus ad Donellum *num 25. comment. cap. 8. littera, O, & Z*, Menochius *de præſumpt. lib. 3. quæſt. 132. num. 16.* & ex multis probat Graña *hic num. 1.* & reddit rationem, *num. 2.* quia vbi non eſt cauſa, non poteſt eſſe cauſatum, *dicta l. manumiſſiones*, ſed obligatio eſt quoddam cauſatum à contractu inter partes inito, *l. licet, §. ea obligatio, ff. de procurator.* Ergo obligatio ſine cauſa eſſe non poteſt. 7

His tamen omnibus videtur obſtare; quia ſi in policitatione, vel contractu interuenit, cauſa ipſa producit actionem, & obligationem efficacem, quæ facit tranſire contractum in propriam ſpeciem contractus; ſi vero non habeat cauſam, valebit, vt donatio, & erit contractus donationis, in quo non requiritur ſtipu- 8

latio vt *in l. ſi quis argentum*, §. *fin. Cod. de donat.*
9 vbi Gloſſa ordinaria, & communiter DD. † Item etiam obſtat Textus *in cap. fin. de confeſſis*, vbi confeſſio, etiam ſine cauſa in iudicio facta valet, & obligat. Et hoc vtrumque difficilius redditur ex Textu, *in l. Titius 24. ff. de conſt. pecunia*, vbi ſcriptura ſimul cum cauſa, non ſufficit, vt obligatio naſcatur, ſed eſt neceſſaria ſtipulatio, quod ſummè facit contra doctrinam Textus noſtri.

10 Vt ergo hæc omnia clareſcant cōſidero quoad primam partem dubij, quod bene requiritur cauſa ſufficiens, & obligatoria, etiam ſi tantum reperiatur probata per ſolam confeſſionem partis, vt ſi quis promittat alteri ſtipulationem, quantitatem, vel rem ex cauſa emptionis, venditionis, ſocietatis, vel ſimilis contractus; quia tunc licet de ea cauſa non conſtet; nec aliter probetur, valet conttractus, & obligat promiſſorem, & cauſa illa tantum confeſſa, veſtit, & corroborat ſtipulationem, & contractum verborum, vt oriatur actio, & obligatio efficax, & ſuffi-
11 ciens: † quod idem probatur ex Textu, *in l. generaliter, Cod. de non numerata pecunia:* Vbi ſi quis per ſtipulationem promiſit pecuniam, vel rem ex aliqua iuſta cauſa valet, & tenet promiſſio, licet cauſa non probatur, nec de ea aliter conſtet: ita notant DD. & Baldus *ibi col. 3. quæſt. 4.* & Felinus *hic num. 21. col. 4.* Gomezius *dict. tom. 2. variar. cap. 11. num. 3. in fine*, ait, vt ſufficiat illa cauſa confeſſata, & poſita in contractu, vel ſtipulatione, ſcilicet remuneratoria, quæ inducat naturalem modum obligandi; licet non ſit condigna rei, vel quantitatis promiſſæ.

12 Nec tunc vrget alia dubij pars, in qua dictum eſt, quod ſtipulatio, & promiſſio, ſi non continet cauſam, valet, & tenet; quia habet vim donationis, & contractus donationis non requirit ſtipulationem. Quia reſpondeo id intelligi debere quando expreſſe conſtat, & probatur per creditorem, quod debitor promiſit ſcienter, ſine cauſa ſciens ſe nihil debere, quod poterit probare ex confeſſione partis, vel ex aliquibus præfationibus, ſeu præſumptionibus; ſecus verò in dubio, quando talis certa ſcientia non probatur; tunc talis promiſſio ſine cauſa non valet; quia præſumitur aliquo errore facta & non ex certa ſcientia, vt conſiderat Baldus *in l. ſed & ſi quis*, §. *idem quæritur*, *ff. ſi quis cautionibus:* quatenus probat vt qui profitetur debere, non adiecta cauſa, non habet conſenſum cum potius præſumatur id errore feciſſe, quare debitor in prædicto caſu, oppoſita exceptione doli non tenetur; & ſic docent Imola, & moderni, *in l. à Titio de verb. obligat.* Cynus, Albericus, Baldus, Paulus, & DD. *in dicta l. generaliter, Cod. de non numerata pecun.* Abbas, & canoniſtæ hic probantes per Textum noſtrum, *& dict. l. cum de indebito, §. fin. ff de probat.* quod regula, & concluſio, quæ habet quod ſtipulatio, & promiſſio ſine cauſa, non valet, debet intelligi modo dicto, vt ſequitur, & expendit Antonius Gomez. *dicto lib. 2. variar. cap. 11. ſub num. 4.* verſic. *ad aliam*, cum Angelo Paulo, & Modern. *in dicta l. iuriſgentium*, §. *& cum nuda*,
13 *ff. de pactis.* † Quibus addo Pichardum cum aliis ab eo relatis, *in §. 1. inſt. de verb. obligat. à num. 15.* Et adiunges quæ dico *infra quæſt. 2.* verſic. *ad quartam*, & dicta amplius expendens Gomez. ex multis; *ſupra, n. 5.* verſic. *item adde*, quod tunc donatio, ſeu ſtipulatio ſcienter facta ſine cauſa valet, & tenet; quia inducit donationē, hoc procedere ſi fiar mediante ſtipulatione, ſecus ſi fieret nudo pacto; quia licet de nouo iure codicis ex nudo pacto donationis oriatur actio, vt *in l. ſi quis argentum*, §. *fin. Cod. de donation.* tamen id intelligi ſi fiat donatio expreſſa; ſecus ſi tacita, ne detur duplex ſpecialiras contra Textum *in l. 1. Cod. de dotis promiſ.* ita Bartolus *in dicta l. iuriſgentium*, *col. fin.* & alij relati à Gomezio: Et ad hæc applicabis quæ nouiſſimè addit Hayllon ad Gomez. cum multis ab eo relatis.

Ad aliud vero dubium deductum ex Textu *in dicto cap. fin. de confeſſis*, Reſpondeo, quod ſi 14
confeſſio fiat in iudicio ſine cauſa, obligat, ſi fiat adhibito iuramento, vel in foro conſcientiæ ex iam, *dictis ſupra ad Rub. & Titulum de confeſſis*; quia his in caſibus, & aliis infra referendis ad ſolutionem argumentorum, fallit regula Textus noſtri. † Nam confeſſio iudicialis 15
ita efficax eſt, vt habeat vim rei iudicatæ, præcipuè in ciuilibus, quaſi facta confeſſione, nihil deſit, niſi præceptum de ſoluendo, *ex l. vnica, Cod. de confeſſis*; adeo vt in ciuili cauſa confeſſus habeatur pro condemnato; ita vt alia ſententia non ſit neceſſaria, vt *in l. 1. Cod. de confeſſis*, niſi confeſſio facta fuerit, præcedente cauſæ proceſſu: nam tunc non habetur pro condemnato, ſed iudicis ſententia neceſſaria eſt, vt aduertit Decius *in cap. at ſi clerici de Iudiciis, num. 23.* Balboa *ibi num. 6.* de cuius praxi bene expendi, *in dicta Rubr. de confeſſis in princip.* & de intellectu Textus, *in dict. cap. fin. de confeſſis*, dixit Graña *hic num. 6.* Textus vero noſter, vt Gloſſa expendit loquitur de confeſſione facta in ſcriptura, aut Inſtrumento extra iudicium, cuius virtute creditor debitorem conueniebat in iudicio.

Et licet relata doctrina habeat triplicem limitationem praxi celebrem, de quibus dicit Bal- 16
boa cum multis; *in dict. cap. at ſi Clerici, n. 7. 8. & 12.* nempe vt confeſſio, etiam in iudicio, vel ſolemniter facta; imò & nec, parte præſente, tertiò non præiudicet, *ex l. ſcia in principio*, *ff. ad Veleianum*, nec præiudicet confeſſio iudicialis erronea ipſi confitenti, vt iam dixi, *in dicta Rub. de confeſſis*, *& in dicto cap fin. eodem:* Tamen quatenus videtur loqui de eadem confeſſione in iudicio facta, *dict. num. 7.* in principio probans per noſtrum Textum, vt quoties facta eſt confeſſio ſine expreſſione cauſæ non habere vim, nec probare in præiudicium confitentis, id tantum intelliges de confeſſione
Inſtrumentali, de qua hic loquitur Textus. † Et 17
ſecundùm hoc videtur intelligi, quod adduxi, *in dicta Rubr. de confeſſis, quæſt. 1. num. 15. & 16.* & ſic Gomezius *in dicto lib. 2. variar. cap. 11. num. 6. in fine*, dixit quod confeſſio facta in iudicio tenet, & valet; adeo quod confitens habetur pro condemnato, & tantum ſupereſt executio iuxta Textum *in dicta l. 1. Cod. de confeſſis* & etiam ſi fiat ſine cauſa. Cancerius *variar. 2. p. cap. 3. n. 74. & c. 1. n. 90. & c. 8. n. 99.* vbi *n. 8.* declarat quæ ſit confeſſio iudicialis, *& n. 10. & 11.* latè comprobat limitationes Gomezij & addit alia, nempe ſi confeſſio ſit iurata, quæ etiam plenè probat, vel ſi ſit in cauſa pia, Valenzuela, *conſ. 27. n. 2. & conſ. 126. ex n. 5.* Borrellus *in ſūma dec. tom. 2. tit. 3. ex n. 66.* vbi latiſſimè.

Ad

18 Ad textum verò *in dicta l. Titius, ff. de conſtituta pecunia*, quo dictum eſt, quod ſcriptura ſimul dum cauſa, non ſufficit, vt obligatio naſcatur, ſed eſt neceſſaria ſtipulatio. Reſpondeo ideò ibi non ſufficere ſcripturam ſimul cum cauſa, ſed neceſſariam eſſe ſtipulationem; quia non agitur de conſtituta, ſed de nouatione, cùm ſtipulatio facta animo nouandi, nouet conſtitutum, *l. 28. ff. de conſtituta pecunia*, docet Antonius Faber *in dicta l. Titius, ff. de conſtituta*, vbi ait, quod etſi ibi per Epiſtolam fuiſſet facta nouatio inter præſentes, fuit factum, cum etiam aliquando inter præſentes Epiſtola mittatur, ſecùs fore inter abſentes, inter quos ſtipulatio non fit.

19 Vnde infero nonnullas declarationes ad textum noſtrum. Prima ſit, vt confeſſio extraiudicialis facta in ſcriptura publica valeat, & teneat, & præiudicet comfitenti iuxta textum formalem, *in dicta l. generaliter, Cod. de non numerata pecunia*, vbi Gloſſa ordinaria, & Doctores.

20 † Idemque eſſe, quando talis confeſſio fit in Epiſtola, vel alia ſcriptura priuata, facta in præſentia, vel abſentia textus, *in l. Publia Meuia, §. fin. ff. depoſiti, vbi Floſſa ordinaria*, & Doctores, communiter tradunt Gomezius *dicto lib. 2. variar. cap. 11. num. 6.* verſic. *confeſſio. Et alij, q. 3. ſequenti*, & eſt ratio, quia ſcriptura ſemper loquitur, & eſt plus quam geminata confeſſio, & fit cum maxima deliberatione; ob idque plenè probare: & docent latè explicantes, Maſcardus *de probat. concluſ. 345. & 349. num. 5. & concluſ.* 346. Guttierrez. *de Iuram. confirmator* 1. *p. cap.* 47. & 54. Dueñas *regula* 120. Gratianus *diſcept. forens, cap.* 142. *n* 8. Cardoſus *in praxi Iudicum, & Aduocat.* verb. *confeſſio, num.* 5. Farin. *in praxi, q.* 81. *num.* 5. *& ſequent.* Ioannes Gratian. *in reg.* 126 vbi latiſſimè duas, & viginti limitationes congerit, in quibus confeſſio extraiudicialis plenè probat, refert plures Barboſa *in cap. 3. de confeſſis*, vbi ego dixi.

21 Secundò quod confeſſio facta in abſentia creditoris, vel eius, in cuius fauorem emanauit, non valet, nec tenet, nec eſt alicuius effectus, vt probat textus, & eius Gloſſa *in l. 1. ff. de interrogatoriis actionibus*, vbi Doctores, textus, & Gloſſa ordinaria, *in l. quoniam, ff. de his qui notantur infamia*, vbi Doctores communiter, quod tamen limitant Bartolus, Ioannes de Platea, & Doctores per textum, *in l. cum ſcimus, Cod. de Agricolis, & cenſitis, lib. 11.* quæ ſingularis eſt Iaſon. *in §. in perſonam Inſtituta de actionibus, n.* 43. Gomezius *dict. lib 2. variar cap. 11. n. 6.* & probat textus *in l. 1. Cod. de plus petitionibus*.

22 Tertiò, quod licet confeſſio extraiudicialis facta in abſentia, non valeat, nec præiudicet confitenti; debet intelligi, quando eſt ſola, ſecùs verò eſſe, ſi cum eo concurrat vnus teſtis, vel aliqua præſumptio, ſiue Iudicium; quia tunc plenè probat, & præiudicat confitenti, cum non ſit omninò nulla, ſed inducat ſaltem ſemiplenam probationem: argumento textus *in l. quaro, verſ. fin ff. de edil. edict.* in terminis docet textus *in l. 1. C. de furt.* Paul. *in l. C. de falſa cauſa adiect. gato* Iaſon. *in l. admonendi, ff. de Iureiur.* Antonius Gomez. *dicto lib. 2. variar. cap. 11. num. 6.* verſic. *vnum*, vbi addit ex Gloſſa ſingulari *in dicta l. cum de indebito, ff. de probat. §. fin.* vbi communiter Doctores & Bartol. *in l. cum quis decedens, §. Codicillis, ff. de legatis 3.* hoc etiam intelligi debere quando talis confeſſio fit in abſentia: ſecùs tamen ſi in præſentia; quia tunc valet, & probat plenè.

Quartò infero quod ſi debitor poſt concluſionem, partem debitæ pecuniæ cepit ſoluere non poterit, poſteà allegare defectum cauſæ interueniſſe, *l. cum fidem, Cod. de non numerata pecunia Auth. ſed cum Teſtator* verſic. *item ſi hares Cod. ad legem falcid. l. 1.* verſic. *item ſi ſine cauſa, ff. de probat.* Nec huic dicto obſtat textus, *in l. eunte, ff. ne vxor pro marito*, vbi etiam ſi ſolutio cepta eſſet non obligatur; quia reſpondeo ibi nullam præceſſiſſe promiſſionem ſoluentis; ideoque ex ſolutione nomine alieno facta non obligatur, cum exinde nulla reſultet debiti præſumptio: Ita Graña *hic dicto n. 6. in medio*, vbi ait, quod in iam propoſita doctrina præceſſerat promiſſio, quæ quamuis præſumatur erronea propter defectum cauſæ, tamen prædicta ſolutio tollitur per ſolutionem partis, ex qua præſumitur debiti agnitio, & erroris purgatio *ex l. 2. Cod. de his qua vi.* 23

Quintò infertur quod traditio Rei ſimpliciter facta ſine cauſa non opponatur effectum aliquem, nec tranſlationem Dominij ex textu, *in l. nunquam nuda traditio, ff. de acquir. rer. Dom. l. nuda ratio, ff. de donationibus, l. 1. Cod. de Apoc. public. lib. 10.* tradit Gomezius *dicto lib. 2. variar. cap. 11. ſub n. 3.* verſic. *confirmatur*. 24

Sextò infertur quod ſi cauſa incerta, non eſſet talis, quæ ſola de per ſe eſſet obligatoria, non veſtitur, nec corroboratur obligatio & ſtipulatio ex ea, nec valet, nec tenet efficaciter, quare non erit ſufficiens cauſa, ſi promiſſor dicat, *quia Rex eſt in Francia*, ſed debet adiicere cauſam de ſe obligatoriam, vt mutui, vel ſimilem, tradunt Doctores communiter hic & Gloſſa ordinaria, & Antonius Gomez. *dicto lib. 2. variar. cap. 11. ſub num. 3. poſt medium*, verſic. *ſi verò*, vbi ait quod in hoc caſu propter rigorem verborum, & ſolemnitatis mero, & ſtricto Iure oritur actio & obligatio, ſed ei obſtare exceptionem, & in terminis declarat Gloſſa ordinaria *in l. 2. § circa, ff. de doli exceptione*, & videbis Thom. Sanchez. *de Matrim. lib. de Matrim. diſp. 5. num. 22.* Barboſam *hic, n. 2. & 3.* Mant. *de tacitis, lib. 14. tit. 12.* cum pluribus Haill. ad Gomez. *cap. 11. n. 4. & c. 9 n. 4.* Duaren. *in l. Iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pactis*, Auendañum *in tit. de las excepciones, n. 21. que ſid. q. 12.* 25

Quibus ſic iactis, iam non obſtant iura quæ adduxi *ſuprà, à num. 1.* non textus *in dicta l. 2. §. circa, ff. de doli except* quia reſpondeo textum *in dicto §. circa* procedere caſu, quo quis per ſtipulationem promiſit ſpe futuræ numerationis, ſeu traditionis, vel ad cauſam *de præterito*, vel de præſenti, quæ verè non ſubeſt; quia tunc cum non ſubſit, vel finita fuerit cauſa doti exceptionem obſtare: Ita reſpondit Pinelus *in l. Cod. Cod de reſcindenda vendit p. 1. cap. 1. num.* 8. Graña *hic ſub n. 3.* & facit Gloſſa 1. *in l. ſi ſtipulatus eſſes, ff fideiuſſoribus*. 26

Nec ſecundò obſtat textus *in dict. l. Campanus, ff. de operis libertorum*, quia eius deciſio procedit quando quis ſciens ſe non teneri aliquod alteri promittere, promittit nihilominùs, quia tunc donare videtur *ex l. ſi is qui perpetua, ff de condit. indebiti, l. fin. Cod. ad leg. Falcid.* ſecùs verò ſi id ignoret, quia tunc præſumitur error, & omninò non tenet promiſſio, vt in hoc caſu docent 27

hic

hic Abbas *col.* 3. Felin. *n.*9. Graña *n.*5. quod benè intelliges *ex dictis ſupra*, in verſic. *nec tunc viget alia.*

28 Nec obſtat tertiò textus *in dicta l. hoc Iure*, §. *fin.* verſic. *ſed hæ ſtipulationes*, quia reſpondeo; ideò ibi in ſtipulatione cauſam adiicere ad ſui validitatem, neceſſum non eſſe, quia contractus firmiſſimus eſt, qui ſolemniter, & deliberatè, interrogatione præcedente, & ſequuta reſponſione contrahi debet; quia verborum ſolemnitate inſpecta, accipit robur abſque alia cauſæ adiectione, cum de verborum ſolemnitate conſtet, nec error, nec indiſcretè præſumitur promiſſio, *ex l.* 1. *& per totum*, *ff. de verb. oblig.* ita Graña *hic dicto num.* 3. quod benè declaratur *ex dictis ſuprà* in verſic. *vt ergo hæc omnia*, *& ſuprà ſub n.* 2. verſic. *quod patet*, vbi aſſignaui plures contractus, qui cauſam non requirunt.

29 Non obſtat quando textus *in dicta l. tale pactum in princip. ff. de pactis*, quia reſpondeo textum illum procedere in confeſſione facta ad liberandum debitorem, quæ non indiget cauſa ad ſui valorem, *l. Arrius*, *ff. de actionib. & oblig.* ita Graña *hic*, *num.* 4. qui etiam aliter textum illum expendit, dicens, quod ibi nihil agitur de cauſa, ſed ſolùm dubitatum fuit, an pactum *illum profitentem non teneri*, &c. tanquàm perſonale locum habeat ſolemniter paciſcentes, vel tranſeat ad hæredes? Et conſultum reſpondere ad hæredes tranſire, nihilque reſpondere, quoad noſtrum textum, circa reſolutionem cauſæ ibi propoſitæ ex confeſſione liberatoria.

30 Alias autem limitationes ad noſtrum textum proponit Matienc. *in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 5. *noua recop. Gloſſa* 1. *num* 11. vbi videbis & notabis cum Gomezio *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 11. *ſub num.* 6. verſic. *aduertendum*, quod in caſibus, in quibus confeſſio debitoris valet, & tenet, & præiudicat confitenti, vt iam *ſuprà* retuli, debet intelligi, vt tantùm inducat probationem, non vt producat actionem, & obligationem, vt ex ea agatur quod dicit ex Doctoribus eſſe maximi effectus propter modum, & formam petitionis

31 Et applicabis Gloſſam hic verbo *ſi cauſam*, in verſic. *Et ita patet ex hoc*, quod confeſſio extra Iudicium, cauſa adiecta benè præiudicat ad probandum. Et vt Inſtrumentum habeat executionem paratam, debeat continere cauſam debiti expreſſam, vel per relationem ad aliam, vel quod in cauſa conditio poſita ſit, vel denique, quod dicat ex reſto, vel liquidatione cum multis tradit Barb. *hic. n.*4

32 Ad ſecundam quæſtionis partem, ſcilicet, cur ſi cauſa non exprimatur, Creditor debeat probare debitum ex noſtro textu, cum iam ex prædictis conſtare videatur, vt valeat pactum, cauſa non expreſſa. Tamen reſpondebis ex longè actis, & ex Gloſſa *hic* verbo *indebitè*, & verbo *indeterminatè*, & ex textu *in l. ſi ex cautione*, *ff de fide inſtrument. & ex principio Inſt. de litterarum oblig. & ex l.* 8. *tit.* 5. *p.* 5. & ex textu *in l. in Contractibus, Cod. hoc tit.* vbi is, qui in ſcriptura confitetur ſe recepiſſe pecuniam ex cauſa mutui, poterit infra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & per hoc transferre probandi onus in Aduerſarium, ex eo, quia cum ſpeciale ſit in cauſa mutui, vt intra biennium non obliget eius confeſſio, oppoſita eius exceptione cum effectu; quia facilè quis induci ſolet ad confitendum ſpe futuræ numerationis; ſic enim, & multò ſuperiùs, ſi cauſa à debitore debiti confeſſati non exprimatur, mirùm non eſt, vt transferat in Aduerſarium probandi onus ex noſtro textu, videbis Gloſſam *hic* verbo *confeſſio*, quæ addit aliud eſſe in confeſſione debiti ex alia cauſa præter mutuum, cùm ſtatim illa præiudicet, non ſpectato biennio, docet Graña *hic*, *n.*7. cum Abbate, & aliis communiter.

Notabis ex verbis textus *in c. ſignificauer.* 39. 33
de Teſt. ibi vt plenè poſſit de proprietate liquere, quod Creditor petere, & cogere poteſt, vt ſibi fiat inſtrumentum debiti per eius Debitorem, quando ſoluere teneretur ad tempus, & ipſe Debitor per inſtrumentum non reperitur obligatus: Sic docet Antonius Gomez. *in l.* 40. *Tauri*, *n.*79. verſic. *ſecundò*, Viuianus *lib.*4. *comm. opin. tom.* 2. *pag.* 463. Barboſa *in dicto capite ſignificauerunt.*

Et addit Gomezius *ex l. ſicut datam*, *Cod. de* 34
liberali cauſa, quod Dominus, qui manumiſit ſeruum, cogitur ei facere, & præſtare Inſtrumentum libertatis, & ad hoc commendat ibi cum Baldo, & Doctoribus, & facit textus *in l. plures Apochas*, *Cod. de fide Inſtrument.* tenet Gloſſa, *ordin. in l.* 2. *ff. ſoluto Matrim.* verſic. *ſuſpectum in fine*, vbi Bartol. Albericus, Iaſon. Imola, & alij, & gloſſa penult. *in dicto cap. ſignificauerunt*, quod tamen ibi Felinus declarat, & alij relati à Gomezio, vt Debitor teneatur facere ſimplex inſtrumentum non Authenticè Iuratum, nec cum clauſula guarentigia, vt habeat executionem paratam; quia ſecundùm hoc grauaretur Debitor: Addes Barb. *in cap.* 51. *de Teſt. n.*8 *fin. vbi de ratione.*

QVÆSTIO II.

An ſi non appareat de cauſa ſubintelligatur donatio: Et an confeſſio facta à Creditore ſe recepiſſe pecuniam à fideiuſſore præſtet actionem ipſi contra debitorem: Et an confeſſio, quæ oritur ex inſtrumenti productione inſtrumento probato, ipſa corruat: Et an hodie confeſſio debiti in ſtipulatione, ſiue promiſſione nuda, requirat cauſam: Et an confitens in Iudicio debitum, antequàm extraiudicialiter ſit requiſitus, moroſus ſit: Et an confeſſio extraiudicialis facta, abſente parte inducat obligationem ad liberandum?

SVMMARIVM.

2 *Confeſſio facta Creditore ſe recepiſſe pecuniam à fideiuſſore, quando efficaciter ei noceat, numero* 3.4.5. *diſtinguitur, n.*6.

3 *Confeſſio non præiudicat tertiò, cum quo nihil actum eſt, reſpectu cuius debet interuenire vera ſolutio.*

4 *Fraus præſumitur in Inſtrumento, in quo deficiente vera numeratione, ſit confeſſio numerationis, n* 8. *&* 9.

7 *Confeſſio de recepto, tranſactis triginta diebus æquiparatur vera & reali ſolutioni.*

8 *Solutio Tutoribus, & Adminiſtratoribus facta per Debitores rectè fiet, ſi in Apocha conſtet de fide veræ numerationis. Quæ etſi poſterior ſit,*

ſit, præfertur anteriori, non vera, num.9.

10 *Confeſſio, quæ oritur ex productione inſtrumenti, ipſo reprobato, & ipſa corruit.*

11 *Confeſſio quæ fundatur ſuper actu inualido, dicitur potiùs nulla, quam ficta, num. 12. fallit, num. 13.*

14 *Confeſſio debiti in ſtipulatione, ſeu promiſſione nuda de Iure ciuili requirit cauſam, & hodie de Iure Regio contrauertitur, num. 15. 16.17.18.19. & 20.*

21 *Confitens in Iudicio debitum, antequàm in Iudicio ſit requiſitus non eſt moroſus, n. 22.*

23 *Negans debitum in Iudicio, etiam ſi non interpelletur extraiudicialiter, condemnatur in expenſis, etiam ſi debitor eſſet in diem, numero 24.26. & 27.*

24 *Dies interpellat pro homine; ita vt non ſit monitio neceſſaria.*

25 *Emphiteuta, etiam abſque monitione tenetur portare Canonem ad domum debitoris.*

26 *Debitor interpellatur prius pro debito, ſi deinde in Iudicio illud ſimpliciter fateatur, non releuatur ab expenſis, n.27.*

28 *Confeſſio debiti extraiudicialis facta, abſente parte, an inducat obligationem ad liberandum, num.29. & 30. quid ſi ſit geminata, num.31.*

30 *Confeſſio debiti extraiudicialis, valet in vim probationis, non pacti obligatorij.*

32 *Promiſſio facta alteri per alterum valet, ne de Iure Canonico remiſſiuè.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondebis *ex dictis ſuprà, q.1.* verſic. *nec tunc vrget, & ex ibi dictis* expendes contrarias opiniones, de quibus meminit ſub compendio Pichard. *in* §. *1. Inſtit. de verb. oblig. à num.15.* Et adiunges quæ dico *infrà* in verſic. *ad quartam quæſtionis partem.* Aliqua pro declaratione vides *infrà* in verſic. *ad quartam, in fine dubij.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem video diſſentire Doctores; Nam quidam docent, quod vt Fideiuſſor habeat actionem mandati contra Reum, debet docere ſe verè ſoluiſſe debitum; ſic Bart. *in l.duobus*, §. *à fideiuſſore, num.1. ff. de Iureiur.* Fulgoſius *ibi* qui dicit eam eſſe communem opinionem: plura tradit videndus Gomezius *lib.1. variar in tit. delegatis, num.* 81. Guttierr. *de Iuram. confirmat. 1. p. cap.50. per totum,* Sarmiento *ſelectarum, lib.3. cap.11.* nec ſufficere ſolam Creditoris confeſſionem, idem docent alij relati à Zeuallos *practicarum, q.696.* & anteà *q.170.* & dicit communem Abiles *in capp. Prat. c.10.* verb. *execuçion, n.39.* verſic. *tamen ad hoc,* Flaminius *lib. 9. de reſignat 2.p.q.17.n. 12.* Romanus *conſ.352.* Gratus *conſ.12. n.72.* Alex. *in dicta l. duodecim,* §. *quod autem, num.2.* vbi Gloſſa verbo *ſolutionis.*

3 Et eius ſententiæ ratio eſt, quia confeſſio ſolùm præiudicat confitenti non verò tertio, cum quo nihil actum eſt, & reſpectu tertij, debet interuenire vera & realis ſolutio, nec ſufficit confeſſio de recepto: ita Gloſſa, Bart. & Iaſon. *in l.2.* §. *fin. ff. ſi certum petatur, l. ſi ex cautione, Cod. de non numerata pecunia, l ſi ex pretio, Cod. ſi certum petatur, l. ſtipulatus.* §. *Gryſogonus, ff. de verborum oblig.* & vtrobique Doctores, plura congerit Tyraquell. *de retractu conuentionali,* §.*4. Gloſſa 6. à num.10.*

4 Deinde facit, quia quando in inſtrumento non continetur vera numeratio, ſed confeſſio numerationis tantùm præſumitur fraus, *l. per diuerſas, Cod. mandati ibi ſolutarum pecuniarum,* textus *in l. ſi quis poſt hac, Cod. de bonis damnatorum,* vbi confeſſio dotis receptæ non præiudicat Fiſco, niſi conſtet de reali numeratione. Et ſic ex his, & aliis certa videtur concluſio, quod illa confeſſio Creditoris de debito recepto à fideiuſſore; nihil noceat debitori, vt virtute illius tum *charta de laſto*, poſſit eum conuenire, & ita communiter tradit Matthæus de Afflictis, *deciſ.150. num.35.* vbi allegat plures

5 Adhuc tamen contrariam opinionem in praxi receptiorem, & probabiliorem tenuerunt alij multi, Felinus *hic, num.* 89. & Iaſon. *in dicta l. ſi duobus in principio, num.7.* Hypolitus *in Rubr. de fideiuſſor. num.* 285. in parua impreſſ. & in magna, *num.*311. dicunt communem relati per Dueñas *reg.*337. *ampliatione* 4. & hanc eſſe tenendam dixit Zeuallos *dict. quæſt.* 170. *reprobata Gloſſa dict. l.duobus.* §. *à fideiuſſore,* Alex. *conſ. 25. vol. 2. & in conſ.90. volum.3.* Paulus *in dicta l. duobus, n.9.* vbi dicit ſe ita conſuluiſſe in Ciuitate Florentiæ, & plures relati à Tyraquello *de vtroque retractu linag. Gloſſa 16. n.84.* alios refert idem Zeuallos *dicta q. 699. à num. 6.* inter quos Guttierr. qui docet ita communiter practicari de Iuramento confirmat. *p.1. cap.63. n.12.* Abiles *in capp. Pretorum, cap.10.* verb. *execuçion, n.39.* qui dicit quod ita practicaret ſi caſus eueniret, ſolis de cenſibus, *lib. 3. cap. 3. numero* 8. qui dicit, quod hæc ſententia communiſſimè, & frequenter recipitur in praxi, pro qua poſſunt facere nonnulla quæ adduxi *ſupra in cap. 2. de inſtrumento, ſeu ſcriptura confeſſa,* an exequi poſſit.

6 Sed quia Maſcardus *de probationib. volum. 1. concl.361. num.1. & 9.* contendat liberare Bartolum à contrarietate, qui dixit hanc vltimam veriorem *in conſ.*160. contra eam, quam tenuit *in dicta l.duobus,* dicens quod *in dicta l. duobus,* §. *à fideiuſſore, ff. de Iureiur.* loquitur per verbum *fortè, & in dicto conſ. 160. affirmatiuè.* Ideò ego vtramque veram exiſtimo in ſuo ſenſu, videlicet quod tranſactis triginta diebus poſſit fideiuſſor agere cum *Charta de laſto* aduerſus Reum debendi; quia ante illud tempus, poteſt Creditor venire principalis contra confeſſionem de recepto, ſecùs autem poſteà; quia deinceps præſumptio Iuris eſt, quod realiter, & verè ſoluta fuit pecunia, *vt in l. in Contractibus,* §. *ſuper cæteris, Cod. de non numerata pecunia, l. 9. tit.2. p.5.* vbi Gregorius verbo *empretar* in fine, quam opinionem cum hac declaratione ſequitur Minchaca *lib. 2. controu. vſuſfreq. cap.28. n.4.*

7 Et dicit Rolandus *conſ.4. num.13.* quod confeſſio de recepto, tranſactis triginta diebus æquiparatur veræ & reali ſolutioni, & ſic facta reali ſolutione, quemadmodùm dicitur conſtare de enumeratione, *l. pecuniæ, Cod. de ſolution. l. quidam de conſt. pecunia, l. fin. ff. de inſtit. actione,* ſic per confeſſionem de recepto, elapſis triginta diebus, ex multis tradit Zened. cum multis, *in collect.* 152. ad textum *in cap. cum pro quo 5. de fideiuſſ. num.7.* cum aliis Zeuallos *dicta q. 699. à num.7.* & videbis Maſcardum *de probat.* vbi huius dicti tradit eleganter, & refert duodecim limitationes allegans plures DD.

8 Pro complemento notandum eſt monendos eſſe debitores, qui Tutoribus, Curatoribus, & aliis

aliis Adminiſtratoribus ſoluunt, & etiam Procuratoribus, vt in Apocha ſolutionis detur fides de numeratione debiti, aliàs autem, ſi tantùm conſtet de ſolutione per confeſſionem Adminiſtratoris, illa non nocebit minoribus, vel veris Creditoribus, vt tradunt Doctores *in leg.2. §. fin. ff. ſi certum petatur,* Maſcardus *ſuprà, concluſione* 361. *num.*5. Rojas *in Epitome ſucceſſionum, n.*11. Auendañus 2.*p. cap.*29. *num.* 13. Guttierr. *de Iuramento confirm.*1.*p. cap.* 50. *à num.*50. cum
9 aliis Zeuallos *dicta q.* 699. *num.* 9. † Vbi addit cum Ripa *in l. priuilegia, num.*19. *ff. de priuileg. creditor.* & cum eodem Guttierrez. 3. *p. de Iuramento, cap.* 15. *num.* 21. & cum Gregorio *in l.* 27.*tit.*13.*p.*5. *Gloſſa* 1.quod debitum poſteriùs, de cuius vera numeratione conſtat, præfertur anteriori, de cuius numeratione non conſtat, niſi per confeſſionem Debitoris, etiamſi in eo adſit Hypoteca.

10 Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo, quod corruit confeſſio, quæ oritur ex inſtrumenti productione, ipſo reprobato inſtrumento, vt notant Doctores *in cap. cum venerabilis de except.*, vbi Innocent. Cardinalis *in cap. cum dilectus, de fide inſtrum* Abbas, & alij *in cap. mulieri de Iureiur.* Baldus *in l. ſi quis hoc genus, col.*2. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis, & in l.*1. *col. penult. Cod. de confeſſis*, & id alibi tenens dicit *in l. abſentis in fine, Cod. ſi certum petatur,* quod ſi non tenet factum principale, nec confeſſio, quæ illi facto adhæret.

1 Et addit *in l. error in fine, Cod. de Iuris, & facti ignoran.* quod confeſſio, quæ fundatur ſuper actu inualido, dicitur nulla, potiùs quàm ficta, multis ita comprobat Gratianus *reg.* 87. Et confirmatur ex multis quæ adducit Iaſon, *in l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. Gryſogonus, ff. de verb.*
12 *obligat. n.*48. † Et confirmatur, quia confeſſio ex conſequentia conſenſus inualidi procedens non probat, vt tradit Salicetus *in Auth. ſi qua*
13 *mulier, n.*6. *Cod. ad Velleianum.* † Sed Felinus *in dicto cap. cum venerabilis*, limitat prædictam concluſionem tribus modis ibi *à n.* 17. & aliis tribus modis limitat videndus Rodericus Suarez. *in allegat.* 27. *pag.*3. verſic. *nec obſtat*, quarum vnam docet *in l. poſt rem Iudicatam, ff. de re Iud. limit.*6.*n.* 4. optimè tractat materiam Gomez, Arias videndus *in l* 62. *Tauri, n.*88. vbi ad longum leges.

14 Ad quartam quæſtionis partem, Abbas *hic, n.*2. *col.*2. Felinus *col.*1. *& notabili* 1.*idem in cap.*1. *de pactis, col.fin. n.*15. Baldus *in l. ſi diuiſionem, ff. familiæ erciſcundæ in fine, idem in l. cum quis, Cod. de Iuris & facti ignor. n.*17. ante columnam penult. quos tradit Gomezius *tom.*2.*variar.cap.*11. *n.*5. tenent quod confeſſio debiti in ſtipulatione, ſeu promiſſione nuda requirit cauſam, & taliter eius fundamenta aſſignantur, vt etiam ſic amplectendum videatur de Iure Regio, & Iure canonico, hoc noſtro Iure Canonico, quia licet ex ſolo pacto nudo oriatur actio, attenta æquitate, & ſolo animo, & voluntate Promiſſoris, vt latè dico *in cap.*1. *de pactis*: tamen ſemper requiritur cauſa, & ſine ea non oritur actio efficax: argumento textus *in l.*2. *§. circa eum ſimilibus, ff. de doli exceptione.*

15 De Iure autem noſtro Regio ſic etiam videtur ex ſequentibus. Primò quia tantùm operatur hodie ſimplex promiſſio, quoad formam, & validitatem contractus, ſicut ſtipulatio de Iure communi, ſed ſtipulatio de Iure communi requirit cauſam *ex dicto §. circa*, cum aliis, ergò etiá eam requirit hodie promiſſio ſimplex. † Secundò facit textus *in l.* 1. *§.*1. *ff. de policitationibus*, vbi dicitur, quod etiam in caſibus ſpecialibus, in quibus promiſſio valet, & tenet per ſolam policitationem, requiritur cauſa; ergò ſic ſimiliter ex Iure noſtro Regio, licet generaliter ex nudo pacto, vel policitatione oriatur actio. 16

Tertiò quia lex Regia tantum voluit tollere ſolemnitatem verborum, & præſentiam contrahentium requiſitam de Iure communi: non verò fomentum & ſubſtantiam obligationis. 17
† Deinde, quia quando in promiſſione non interuenit cauſa, non præſumitur adeſſe animus, & voluntas obligandi, ſed potiùs error, qui tollit conſenſum, *l. ſi Procurator, la* 2. *ff. de acquirendo rerum Dominio, l. ſi per errorem, ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum, & ex dictis ſupra quæſt.* 1. 18

Imò & in tantùm prædicta ſententia vera eſſe videtur, nempe vt promiſſio ſine cauſa non non valeat omni Iure Canonico, ciuili, & Regio, vt ſi aduerſus eam oppoſita ſit exceptio, nec Promiſſor iurans maneat obligatus efficaciter. Primò quia Iuramentum debet continere tria ſubſtantialia, ſcilicet Iudicium, veritatem, & Iuſtitiam, *cap. & ſi Chriſtus de Iureiur.* quæ omnia hic deficiunt, & quia in tali promiſſione præſumitur error, & facit textus ſingularis, *in l fin. Cod. de non numeràta pecunia*, vbi habetur quod ſi quis confeſſus eſt ſpe futuræ numerationis mutuum recepiſſe, & Iurauit ſoluere, poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi pecunia non ſibi fuit numerata; quia alias non habuit animum, & intentionem obligandi, & Iuramentum non firmat talem contractum, & promiſſionem, tanquàm ſine cauſa, & fomento obligationis, vt notat ibi Gloſſa ordinaria, Cynus, Baldus, Bartol. Alberic. & alij ibi idem Bald. *in l.*1. *Cod. de operis libertorum*, & in terminis docet Rofredus *in libellis ſuis Rubrica conſtitutio Federici Imperatoris, col.* 9. *num.*22. & faciunt quæ adducit Sanchez. *de Matrim. lib.* 2. *q.*6. *& à n.*18. *q.*6. *n.*27. quæ videbis docet Parlador, *lib.*2.*rerum quot.cap.*3. *n* 55. 19

Sed contra hæc omnia quidquid ſit de Iure communi acerrimè nonnulli defendunt de noſtro Iure Regio ex pacto nudo, & ex ſimplici promiſſione ſcienter facta ſine cauſa, donationem induci, & oriri ſpecialem obligationem, quia cum *ex l.* 2. *tit.* 16. *lib.*5. *recopil. & ex l.*3. *tit.* 8. *lib.*3. *ordinam.* determinetur, vt ex pacto nudo, & ſimplici promiſſione ſine ſtipulatione oriatur actio & operetur idem, quod ſtipulatio: ſequitur, vt ex tali pacto, vel promiſſione ſcienter facta ſine cauſa actio oriatur, & obligatio efficax, & itidem inducatur donatio, quia non dicerentur concurrere duæ ſpecialitates, ſicut de Iure communi: docet Pichardus *in §.*1. *Inſtituta de verb. oblig. num* 15. *in fine*, & longiſſimè fundat, *in l. Iuris gentium* 7. *§. igitur nuda de pactis*, Gomezius, *vbi ſuprà dicto lib.*2. *variar. cap.*11. *num.* 5. verſic. *aduertendum*, pro qua parte faciunt, quæ adducuntur *in cap.* 1. *de pactis.* Et dixi nonnulla *in cap.*1. *de Iudiciis.* Quare nunc ſileo. Et leges multa, quæ ex multis adducit Sanchez. *vbi ſuprà dict.q.*6. *& q.*7. *n.*27. 20

Ad quintam quæſtionis partem reſpondeo 21
breuiter

breuiter cum Felino *in cap. nouit de Iudiciis propè finem*, Abbate *in cap. propè finem de accuſat.* Bald. *in l. non ignorat*, *Cod. de fruct. & litium*, *expenſis*, Angel. *in l. manumiſſori*, *Cod. de obſequiis Patri præſtandis*, *& in l. fideicommiſſi*, *ff. de vſuris*, Capic. *deciſ.* 180. *à n.* 19. Iaſon. *in l. certi condit. in princ. n.4. ff. ſi certum petatur*, *& in §. ſic itaque diſcretis Inſt. de action. n.*44. vt confitens in Iudicio debitum, antequàm extraiudicialiter ſit requiſitus, moroſus non eſt, nec ſoluit expenſas: & hoc dictum nimis commendat Iaſon. *vbi ſuprà.*

22 † Imò Roman. *ſingulari* 397. Hypol. *in l. Patre, vel marito, ff. de quæſtion. n.*43. *& in Rubr. de probat.* dicunt incumbere onus probandi neganti ſe monitum fuiſſe.

23 Quod ſi Reus in Iudicio neget, tunc etiam ſi non interpellatur extraiudicialiter, condemnabitur in expenſis, vt tradit Rom. *ſingulari* 396. Decius *in l. qui alterius*, *n.9. ff. de Reg. Iuris*, Hypol. *in dicta l. patre*, *n.*42. Gratian. *Reg.* 90. *n.*3. cuius dicti ea eſt ratio, quia quando in Iudicio ſtatim confitetur, præſumitur, quod ſi interpellaretur extraiudicialiter eodem modo debitum confiteretur, & ſic ſi in Iudicio negat meritò eſſe deciſum contrarium cum præſumatur, ita & extra Iudicium eum negare debitum.

24 Etſi debitor eſſet in diem, idem dicendum eſt, quia dies interpellat pro homine: itavt non ſit neceſſaria extraiudicialis monitio, *vt in cap. poterit de locato. & in l. optimam, Cod. de contrahenda ſtipulat.* per quæ Iura ita Felinus tenet *in cap. licet Hely, de Simonia, n.*8. vbi ampliat, & limitat aliquibus modis, & de ſeptem meminit *ibi*, *n.*7. vbi videbis & Hypolit. *in dicta l. Patre, n.* 41. Catel. Cot. *in memoralibus*, in verb. *mora conſtitui-*
25 *tur.* † Imò & Barr. *in l. item illa*, *col.* 2. verſic. *tu diſtingue, ff. de conſt. pecun.* quem ſequitur laudans Iaſon *in l.* 2. *col.* 27. *q.* 38. *Cod. de Iure Emphit.* Cotta *vbi ſuprà* verb. *emphiteuta*, verſic. *ſed an teneatur*, docent quod emphiteuta non ſolùm tenetur ſoluere ſine monitione, ſed tenetur portare Canonem ad domum Creditoris. De quo latè dico *in dicto cap. potuit de locato.*

26 An verò ſi Reus interpellatur priùs pro debito, poſteà in Iudicio ſimpliciter debitum fateatur, releuetur ab expenſis ſub dubio eſt, & Angel. *in l.* 2. *Cod. de obſeq. Pat. præſt. & in l. debitores, Cod. de pignor.* quem refert, & ſequitur Iaſ. Bal. *in deciſ.* 204. qui alegat ad hoc Bald. *in Auth. contra, & in l. fin. Cod. de non numer.* docent illum
27 ab expenſis releuari. † Sed Gratian. *dicta reg.* 90. *n.*2. ex textu, *in l. quidam. Hyberus, ff. de ſeruitut. vrban. præd.* admodùm Balbum reprehendit, dicens eius ſententiam falſiſſimam eſſe, tunc quia Bald. malè allegatur *in dicta l. fin.* vbi nullum verbum de hoc dixit. Tum etiam, quia *in dict. Auth.* contrarium affirmat, & ſic addit Gratianus eius doctrinam eſſe contra communem inducens id ex aliis regulis, quas anteà ipſe refert.

28 Ad vltimam quæſtionis partem ſub duplici opinione reſpondent Doctores: nam relati à Felino *hic*, *n.*7. *&* 32. docent quod extraiudicialis confeſſio facta, abſente parte obligationem inducit ad liberandum, tenuit Gloſſa *in l. non ſolùm*, *§. ſi liberationis*, *ff. de liberatione legata.* Tyraquellus *in l. ſi vnquam*, verb. *donatione largitus*, *num.*172. Pariſius *conſ.* 120 *volum.* 1. Gocadinus *conſ.* 79. *num.* 10. Ruinus 120. *num.* 2. *volum.* 5. *& conſ.* 141. *num.* 9. Baldus *conſ.* 466. *volum.* 4. dixit communem Iaſon. *in leg. ſi ego la* 1. *num.* 5. *ff. ſi*
certum petatur. † Sed quod non inducat obli- 29
gationis liberationem, dixit Alexander allegans communem *conſ.* 131. *num.* 7. *volum.* 4. *& conſ.* 174. *volum.* 6. *& conſ.* 212. *num.* 31. & latè defendit Andreas *ab exea de pactis*, *num.* 124. opinionem Loſſæ; & has contrarias referens Zeuallos *in practicis*, *q.* 210. commendat videndum Curtium Iuniorem, *conſ.* 96. *n.*3.

Et addit *ibi num.* 1. quod prædicta confeſſio 30
extraiudicialis valet in vim probationis, & non in vim pacti obligatorij, vt tenuit Baldus dicens eſſe communem *in l. generaliter*, *§. penult. ff. de non numerata pecun.* & vt benè expendas, leges ipſum Zeuallos *in pract. q.* 16. vbi egit de illa quæſtione, vtrum confeſſio præiudicet confitenti, non ſequuta acceptione. Et quid Iure Regio, de qua Felinus hic, quibus adiunges pro reſolutione quæ adduxi *ſuprà in Rubr. de confeſſis. q.* 2. *num.* 1. *&* 2. tradit duas communes Minchaca, *lib. de ſucceſſionum creat.* 1. *p. num.* 31. *§.* 23. qui affirmatiuè reſoluit quod confeſſio eſt vera probatio, pro quo dicto facit textus *in l. fin. Cod. de fideicom. l.* 5. *tit.* 14. *p.* 3. plura tradit Guttierrez. *de Iuram. confirm.* 1. *p. cap.* 54. *n.* 7.

Sed ſi dubites, an ſi confeſſio fuerit geminata 31
abſente parte inducat obligationem ad liberandum? Pro quo dubio videbis quæ tradit Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 347. *num.* 22. vbi latiſſimè agit de iam relata quæſtione, qui *in num.* 57. refert in prædicto articulo has duas communes, & ſequitur primam de Iure Canonico, quaſi ſecus ſit de Iure ciuili in terris non ſubiectis Eccleſiæ, & nodus videtur diſſolui *ex dictis ſuprà* in verſic. *ad quartam*, Et ibi etiam Maſcardus *num.* 69. refert duas contrarias opiniones in confeſſione iurata, abſente parte: de quo videbis Guttierrez. *de Iuramento confirmat. dicto cap.* 54. *num.* 6. Antonium Gabriel. *tit. de confeſ. concluſ.* 1. *num* 43. Et induces quæ tradit Sanchez. *ex multis lib.* 1. *de Matrim diſp.* 6. *& tota quæſt.* 7. præcipuè *ibi à num.* 23. vbi agit de ea difficultate *an ſtipulatio alteri per alterum facta valeat; itavt retrocedere non liceat ante abſentis exceptationem, ſi Iuramento talis promiſſio firmetur.* Vbi *n.* 24. refert duas contrarias opiniones.

Quod ſi dubites, an promiſſio facta alteri per 32
alterum Iure Canonico valeat? Videbis quæ ex multis dicit Couarr. *in cap. quamuis pactum* 2. *p. §.* 4. *num.* 2. *&* 9 de quo affirmatiuè reſpondet Antonius *hic*, vbi alij DD.

QVÆSTIO III.

An confeſſio de recepto facta à Procuratore habente mandatum ad recipiendum Domino noceat: Et an confeſſio Patris facta in Inſtrumento circa benemerita, & ſeruitia filij probet: Et an valeat promiſſio reciproca, etiam vallata ſtipulatione, qua vtuntur Mercatores, quæ propriè dicitur apueſta *abſque alia cauſa: Et an incertitudo vitiet cōtractum: Et an perfectus ſit contractus ex ſola partium conuentione: Vbi quid ſi de ſcriptura aliquid dicatur?*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de recepto facta à Procuratore, nō nocet Domino, n.* 2. 3. *etiam tranſacto biennio, n.*4.

5 *Confeſſio Patris circa benemerita filiỹ ſatis non probat ea praceſſiſſe, etiamſi iuretur, num.6. ampliatur, num.8. 9. 10.11.12. 13. 14. 15. & 16. ſufficit adleuiores probationes, numero 17.*

7 *Donatio facta filiofamilias, etſi non valeat Iuramento firmatur, quid de facta à Marito, n.10.& 13.*

8 *Donatio filio facta propter benemerita, quando valeat, n.9.10.11.12. quid hodie, n.14.*

15 *Confeſſio Iudicum, qualiter probet in actu, cuius liberam diſpoſitionem non habent, n.16.*

18 *Promiſſio reciproca etiã vallata ſtipulatione, vulgò* apueſta, *valet etiãſi ex implemento conditionis nullum commodum reſultet, n.19. vbi fallit ſi poſſit procedere delinquendi occaſio.*

20 *Incertitudo non vitiat diſpoſitionem de Iure ciuili, num.24. quid de Iure Canonico, numero 21.22.23. & à n.26. plures diſtinguntur caſus.*

21 *Incertum in contractibus, quid propriè dicatur, num.22.*

25 L. ſi ita ſtipulatus *verſic.* 1. ff. de verb. oblig.

26 *Incertitudo in verbo diſpoſitiuo ex parte Promiſſoris vitiat contractum, n.27.*

28 *Incertitudo circa perſonam hæredis, legatariỹ, aut alterius honorati, vitiat diſpoſitionem.*

29 *Incertitudo in genere generaliſſimo vitiat diſpiſitionem, & in genere ſubalterno, numero 30.*

31 *Incertitudo in genere, quæ non habet fines determinatos vitiat diſpoſitionem, extenditur, numero 32. defenditur, n.36. contra aliam ſententiam, n.33.34.35.*

37 *Incertitudo vitiat diſpoſitionem circa factum, vel rem ædificandam, fallit in cauſa pia, num.38.*

39 L. quidam hæredem, ff. de tritico, vino, & oleo legato.

40 *Solutio legati debet fieri de demonſtrato per Teſtatorem.*

41 *Solutio debet fieri de demonſtrato in contractibus.*

42 *Incertitudo verificanda in aliquo futuro euentu, vitiat diſpoſitionem.*

43 *Incertitudo non vitiat diſpoſitionem ex parte Debitoris.*

44 *Incertitudo ex parte Creditoris, cui fiat promiſſio non vitiat contractum.*

45 *Incertitudo circa tertiam perſonam nominandam per creditorem non vitiat obligationem. Declaratur, n.46. & 47.*

47 *Hæredis perſona cenſetur nominata in omni diſpoſitione hominis ſimpliciter facta, etiamſi adiecta fuerit dictio taxatiua.*

48 *Incertitudo ex genere inferiori, quod poteſt verificari ex pluribus differentibus numero non vitiat diſpoſitionem.*

49 *Incertitudo in verbo executiuo, non vitiat diſpoſitionem.*

50 *Promiſſio facti alieni quando non obligat.*

51 *Incertitudo pauperum fauore, non vitiat relictum. Et qualiter fiat eius diſtributio,* hic, & n.52.

53. *Incertitudo quando iuxta iura vitiat diſpoſitionem, intelligitur, cum agitur de contrahenda, vel inducenda obligatione; ſecus de ea diſſoluenda.*

54 *Contractus, qui ſine ſcriptura perfici ſolent, tunc demum abſque ea non valent, ſi in eorum tempore conuentũ ſit de ea, n.55.56.57.& 58.*

57 L. 6. tit.5. p. 5.

59 *Contractus non requirens ſcripturam, nunquid ſi de ea conueniatur, non ſit perfectus, quouſque conficiatur, n.60. vbi non queat compelli, vt faciat ſcripturam guarentigiam.*

AD primam quæſtionis partem, quia poteſt 1
reſponderi ex multis, quæ adduxi *ſuprà in*
cap.9. de Iud. q.8. quam applicabis; Ideò breuiter
licet, Rodericus Suarez, *in l. poſt rem Iudicatam*
in declaratione legis Regni, n.5. neminem allegans
doceat talem confeſſionem à Procuratore factam
domino nocere improbans Angelum contrarium
aſſerentem, dicens eum ſomniaſſe, ſeu
inaduertenter dixiſſe. † Tamen communis opi- 2
nio Doctorum eſt, vt talis confeſſio Domino
non noceat, cum agatur de tertij præiudicio, vt
reſoluit Guttierrez, de Iuramento confirmatorio
1. *p. cap.50. num.4.* & per totum, Gratianus
Reg. 388. *n.* 10, Parladorius *rerum quotid. lib.* 2.
cap. 14. Greg. *in l.61. tit.18. p.3.* Bartol. *in l.2.§.*
fin, ff, ſi certum petatur, per quam dicit communem
ibi Iaſon, latè defendit Tyraquellus *lib.* 2.
de retractu, §. 4. Gloſſa 6. *num.12.* id extendens
ad Tutorem, & Curatorem, Executorem, &
Adminiſtratorem, Salcedus *in addition.* ad Bernard.
Diez, *in reg.608. Procurator.*

Et licet Villalobos *in antinomia Iuris* verb. *con-* 3
feſſio 26. affirmet contrarium *ex l.1. tit. 3. lib. 3.*
ordinam. quæ hodie eſt, *lex 1. tit.4. lib. 4. recop.*
tamen ſemper eſt vſu ſeruata prædicta communis
ſententia, quia prædicta lex ordin. vſu recepta
non eſt, teſte Couarr. *lib.1. variar. cap.* 1.
n.8. Ioanne Matienco in ſuo Dialogo *3.p.cap.44.*
n.6. quod in Adminiſtratore latete fertur à Menochio
conſ. 39. lib. 1. & Antonio Natta *conſil.546. lib.3.*
Et hanc opinionem tutiorem eſſe
in Procuratore, tenuit Gregorius Lopez. *dict.*
l.61. tit.18. p.3. Gloſſa 2. intelligens prædictam
legem, quæ contrarium videbatur probate,
quando Procurator habuiſſet mandatum ſpeciale
ad confitendum.

Et in tantùm exiſtimo procedere relatam 4
communem opinionem, vt confeſſio ſcilicet
Procuratoris de recepto non nocear Domino,
quod etiam tranſacto biennio non poſſit opponi
contra Dominum exceptio *non numeratæ pecuniæ,*
vt tradit Antonius Gomez. *tom.1. variar. cap.12.*
num.81. verſic. *item etiam,* idem *in l.50. Tauri, n.52.*
col.3. in fine. verſic. *ſexto limita,* & pro hac ſententia
conſuluit Rolandus à Valle *conſ. 20. vol.* 4.
n.13. & ita tenendum dicit Zeuallos *in pract.*
q.699. à n.5. vbi ait ita ſe habuiſſe de facto contra
Marchionem *de Montemayor*, qui dicebat ſe
ſoluiſſe certam pecuniam, & intendebat probare
ſolutionem ex confeſſione Procuratoris, qui
habebat mandatum à quodam fratre ſuo ad recipiendum
debitum, & cum negaret ſolutionem
opponebatur exceptio *non numeratæ pecuniæ*; ex
eo quod biennium erat tranſactum, iuxta textum
in l. in contractibus, Cod. de non numerata pecunia,
l.9. tit.1. p.5. & cum replicaſſet Zeuallus vt Aduocatus,
quod illa exceptio ſolùm poteſt opponi,
& allegari contra confitentem debitum recepiſſe,
non verò contra Creditorem, cum quo
nihil eſt actum, vt tradit ex multis relatis *ibi,*
num.6, & ex Gomezio *vbi ſuprà* per textum *in*
l ſi cui, Cod. de non numer. ideò teſtatur de hac veriori
opinione, quæ in conſilio ordinum ſemper
fuit

fuit obſeruata, vt ait Grat. *d. reg.* 388. *ſub d. n.* 10.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem de confeſſione Patris circa ſeruitia, ſeu benè merita filij, reſpondeo non probare ea præciſè ex Gloſſa ſingulari *in l. ſi donatione, Cod. de collationibus*, Palaçios Rubios *in Rubr. de donat. inter virum, & vxorem, fol.* 26. *col.* 2. *in princ.* Alex. *conſ.* 101. Dueñas *Regula* 222. *limit.* 1. tradit Matienceus *in l.* 22. *tit.* 6. Gloſſa *n.* 4. *lib* 5. *recop.* eò quod confeſſio eius, qui donare prohibetur, fraudulenta præſumatur, vt probat Tyraquellus *in leg. ſi vnquam* verb. *donatione largitus, Cod. de reuocand. donat. num* 175. Matienc. *in l.* 9. *tit.* 3. Gloſſa 2. *n.* 3. *lib.* 5. *recopilat.* quod eſt verùm; etſi Lancelot. *in l. filium quem habentem, Cod. familiæ erciſc. fol.* 12. *col. penult. more ſuo* contra communem contrarium nixus ſit ſuſtentare.

6 Imò & in textu noſtro Felinus dixit eam doctrinam procedere, etiamſi confeſſio benè meritorum iuretur per Patrem, docent etiam Alex. Decius, & Corneus *in dicta l. ſi donatione, n.* 26, Alciatus *in tract. de præſumpt. Reg.* 16. *n.* 2. *& in l. pacta, quæ contra, Cod. de pactis* 5. *ſpecie*, Caſt. *in proœmio leg. Tauri, fol.* 5. verb. *quidquid*, Tyraquell. *vbi ſuprà, num.* 79. quæ opinio vera eſt, etiamſi merita in ſpecie exprimantur, & in ſpecie Iurentur, vt loquitur Iaſon. *in dicta l. ſi donatione*, & hoc licet contrariam opinionem teneant multi, inter quos Baldus *in dicta l. ſi donatione* 1. *col.* verb. *ſi pater, Cod. de collat.* & Iaſon. *ibi, n.* 6. Corneus *conſ.* 104. *vol.* 4. Ripa *lib.* 3. *reſponſ. cap.* 9. *col. fin. & in l. ſi vnquam, Cod. de reuocand. donat.* 9. 15. *num.* 35. aliis adductis Gratianus *reg.* 88. *ampliat.* 1. *& ibi ſub n* 2. † Qui cum

7 Decio *conſ.* 216. *num.* 2. & Didaco Perez. *in addition. ad Seguram in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. num.* 13. *fol.* 28. addit donationem vero factam filiofamilas; licet aliàs non valeat Iuramento firmari.

8 Et in tantùm doctrina procedit ex aliquibus; vt ſi merita non probentur, etiam ex confeſſione Patris, maritorum donatio non valebit, nec confirmabitur morte, vt tenent Gloſſa, Angelus, & Romanus *in dicta l. ſi donatione*, Cre-

9 menſis *ſingulari* 137. † Sed contraria ſententia verior aliis multis videtur, & vt magis communem tenet Gloſſa *in l.* 2. *§. filium*, verb. *pro hærede, ff. pro hærede, Gloſſa in l.* 1. *§. ſi Pater, ff. pro donato*, ſequuntur Iaſon. Fulgoſ. Decius, & alij *in dicta l. ſi donatione*, veluti dicimus in donatione facta inter virum, & vxorem, vt tradit Iaſon. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & Iure, n.* 55. licet Hypol. *in ſingul.* 262. *circa finem*, contrarium tenere videatur, Gratianus *dicta Reg.* 88. *num.* 4. *qui n.* 5. cum Alex. *in dict. l. ſi donatione*, & ibi Iaſon. *num.* 7. *contra Salicetum, in leg. familiæ cuius, ff. familiæ erciſcundæ*, dicit confeſſionem Patris non probare quantùm ad ipſum Patrem reuocare volentem, quia cum ſit actus factus contra legem, poteſt contrauenire confeſſioni.

10 Deinde etiam prædicta regula procedit in caſu, in quo donatio non valet, niſi propter benè merita, quia tunc non ſtatur aſſertioni donantis, vt tradit Oldrad. *conſ.* 226. *col. pen.* Decius alios referens, *conſ.* 576. *num.* 4. Socinus *conſ.* 295.

11 *à num.* 7. *lib.* 8. Antonius de Butrio *conſ.* 39. † Et addit Gratianus cum multis ab eo relatis *dicta Reg* 88. *à num.* 6. etiam procedere ſi relinquatur, vel donetur conſanguineo, vel amico, & dicatur id fieri ex cauſa pia, ita cum Gloſſa, *in l. illud, Cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* ne fiat fraus legi faciendum legatum pium quod non ſit.

Item ſi Pater meliorans filium dicat non excedere meliorationem tertij, & quinti, ei non creditur *ex l.* 3. *tit.* 14 *p.* 5. per quem textum ita tenet, & benè videndus Mieres *de maioratib.* 1. *p.* 12

q. 52. *n.* 15. † Qui deinceps adducit idem in marito aſſerenti ararum donationem non excededere decimam bonorum, nec diuerſum eſſe in Patre aſſerente dotem, quam filiæ aſſignauit non excedere quantitatem *legis* 1. *tit* 2. *lib.* 1. *recopil.* 13

† Hodie verò ſi à Patre bene-merita filij confiteantur, ſtabitur eius confeſſioni, cum ceſſet ratio prædictæ prohibitionis de meliorando: nam inter perſonas non prohibitas, ſtatur confeſſioni earum circa probationem meritorum, Gloſſa *in l. qui teſtamentum, ff. de probat.* Bart. *in l. ſi fortè, ff. de conſtit. pecunia*, Marta. *de ordine Iudic.* 6. *p. de confeſſione n.* 8. nec eſſe neceſſariam ſpecificationem meritorum: tradit ſingulariter Nicolaus Bellon. *conſ.* 74. *num.* 17. & 18. Gratian. *Reg.* 88. *n.* 10. 14

Prædicta verò nonnullis limitatur modis: Nam primò non procedat regula in Iudicibus, vel in aliis habentibus iuriſdictionem de publico, quia ſi confitentur in actu, in quo liberè non poſſunt diſponere, ſtabitur eorum confeſſioni: ſic in terminis dixit Iaſon. *in dicta l. ſi donatione, n.* 7. verſic. *ego vltra alios*, ſequitur Gratian. *dicta Reg.* 88. *n.* 9. † Vbi ait quod licet verùm ſit, vt confeſſio facta per eum, qui non poteſt liberè actum facere, præſumatur falſa, & ei non ſtetur, regulam hanc ſibi locum vindicare in perſonis priuatis, non in Iudicibus, † Et licet verum ſit confeſſionem Patris non ſufficere ad probanda ben e-merita: tamen facit vt requirantur leuiores probationes: vt benè tradit Alciatus *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 16. *n.* 2. cum aliis, & ibi benè annotationes, ſequitur Gratian. *dicta Reg.* 88. *num.* 11. 15 16 17

Ad tertiam quæſtionis partem, an valeat promiſſio reciproca, etiam vallata ſtipulatione, in qua v. g. vnus promittit alteri ſi naſcatur filia fœmina, vel ſi quid tale factum eſt, vel erit, vel quid ſimile, & affirmatiuè reſpondere videntur Felinus hic, Alex. & Iaſon, *in leg. à Titio, ff. de verb. oblig.* idem Iaſon *in l. cum ad præſens, ff. ſi certum petatur*, ſequitur, & probat Antonius Gomez. *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 4. vbi id probat, eo quod talis promiſſio eſt conditionalis, & contractus conditionalis cauſam non requirit; quia ipſa conditio eſt cauſa ſufficiens, vt probat textus *in dicta l. à Titio*, vbi habetur, quod valet promiſſio, ſub qualibet conditione ſine inſertione alterius cauſæ, & ibi ad hoc notat, & commendat Bartol. Paulus, & Doctores communiter, textus eſt, *in l. hoc Iure, ff. eodem tit. de verb. oblig & in l. quidquid aſtringendæ §. fin. eodem. l. ſi quis cum debitore. ff. de Iureiur. l. cum ad præſent, ff. ſi certum petatur. §. ex conditionali Inſt. de verb. oblig.* 18

Quod verum eſſe, & procedere etiam, ſi ex implemento conditionis nullum commodum, vel intereſſe reſultet contrahentibus, quia cauſa ſufficiens eſt, quod ſatisfiat ſuæ voluntati, probant prædicta iura, & expreſsè tenent, & declarant Angel. *in dicta l. cum ad præſens, ff. ſi certum petatur*, & ibi communiter Doctores, *idem in dicta l ſi intra ff. de pact.* vbi DD. etiam, & Aret. 19

in dicta l. à Titio, vbi Iaſon. *col.*1. *num.*4. & alij Doctores, Paulus tamen quæſtionem noſtram *in dicta l. à Titio* tanquam dubiam indeciſam reliquit, & ita Couarr. *in Reg. peccatum* 2. *p.* §. 4. *n.*2. Azeued. *in l.*12. *tit.*7. *lib.*8. *n.* 15. Morla *in emporio tit.*4. *n.*7. Leſſius *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 26. *dubio* 1. *ex n.*2. Stracha *in tractatu de ſponſionib.*4. *p.* verſic. *ex prædictis* Petrus Sant. *eodem tract.* 2. *p. ex n.*8. probant relatam concluſionem, ſed Thomas Sanchez *in conſiliis moral. lib.* 1. *cap* 8. *dubio* 32. *per totum*, Molina *de Iuſt. & Iure, tom.*2. *diſp.*508. & Narbona latiſſimè loquens, *in l.*31. *tit.*7. *lib.*1. *recop. Gloſſa* 12. *per totam*, dicunt quod non valet ſponſio, ex qua poteſt procedere delinquendi occaſio, & idem Narbona *ſuprà*, *n.*19. & Carleual. *de Iudic. tom.* 2. *diſp.* 8. *ſect.* 5. *num.*55. probant ſponſiones illorum, qui ludentes inſpiciunt eſſe licitas, & non obnoxias reſtitutioni.

20 Ad quartam quæſtionis partem, an incertitudo vitiet contractum, quæ non abſona eſt à materia noſtri textus: Siquidem in eo cauſa petitur, vt certiorentur contractus, & actio naſcatur, vt patet ex iam relatis quæſtionibus; Ideò conuenit de hac quæſtione hic inquirere, & vt ad caſus deſcendamus, adnerto quod quando incertum eſt deductum in ſtipulationem, oritur actio ex ſtipulatu, vt tradit Pichardus *in* §. 1. *Inſt. de verb. oblig. à num.* 18. vbi incertum appellat, non quod genere ſuo toto, ita incertum eſt vt definiri nequeat: Nam eius generis ſtipulationes nullius rei ſunt, vt tradit ex Bart. *in l. cum quid* 3. *num.*8. *ff. ſi certum petatur*, Petro Peralta *in l.*1. *num.*24. *ff. deleg* 2. per textum *in l. triticum* 93. *l. ita ſtipulatus* 115. *ff. de verb. oblig.*

21 † Sed quod ſpecie tantùm incertum eſt, & quamuis quid, quale, quantumve ſit; ſtatim non appareat, declarari tamen poteſt, vt cum quid boni vini Taurunenſis Amphoras centum ſtipulatur, bonum enim melius, & deterius inueniri poteſt *ex l. vbi autem non apparet* 75. *ff. de verb. oblig.* Aut fructuum certi fundi: nam incertus eſt fructuum prouentus *dicta l. vbi autem*, §. *fundi.* Aut reliquit, quod in faciendo conſiſtat, *l. ſtipulatio* 38. *in principio eodem*, *dict. l. vbi autem*, §. *quid quod.*

22 Hæc enim omnia incerta ſunt, quia non ſtatim, atque petnntur apparet quid, quale, & quantùm eorum quidque ſit; ſed tamen declarari poſſunt, & ſic in iſtis, aut præſtet Promiſſor conuenta neceſſum eſt, aut condemnationem in id quod intereſt patiatur; ad quod incertis deueniri ſolet, *l. ſi quis ab alio* 13. §. *fin. ff. de re Iud. l. ſtipulationes* 72. *in principio*, *ff. de verb. oblig.* niſi eius, quod intereſt loco ſit comprehenſa; quia tunc illa peti debet *l. fin. ff. de Prætoriis ſtipulationibus*, textus *in* §. *alteri Inſtit. de inutilibus ſtipulat.* dixit Pichardus *in* §. *fin. dict. tit. de verb. obligat.*

23 Quibus ſuppoſitis, vt quæ concurrere poſſunt in hoc dubio apprehendas, duxi per concluſiones nonnullos caſus diſtinguere cum Canono *lib.6. comment. cap.*3. cum Gutierrez. *de Iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 64. & cum Gomezio *lib.* 2. *variar. cap.*11. *à num.*7. & cum multis relatis per iſtos reſpectu Iuris ciuilis, ſcilicet, quia reſpectu iuris Canonici, & eius æquitatis dicendum eſt, quod etiam in caſibus infrà numerandis; in quibus incertitudo vitiat diſpoſitionem in contractibus, & vltimis voluntatibus, adhuc prædicto noſtro Iure Canonico valeat; quia debet regulari ſecundùm qualitatem perſonæ, & Patrimonij, vt determinat Archidiaconus *in cap. ſunt nonnulli* 1. *q.*1. cuius dictum extollit, & commendat Antonius *in cap. ex parte de cenſibus*, vbi alij Canoniſtæ reputat ſingulare Abbas *in cap.*1. *de decimis*, Ananias *in cap. cum Iuramento de homicidio*, vbi Felinus & Alexand. dicit incognitum eſſe legiſtis *in dicta l. ita ſtipulatus* 115. *ff. de verb. obligat. col.*3. vbi Iaſon. *col.*2. & Ripa *col.*8. *num.*23. quibus addo plures alios, quos ſequitur Peralta *in l.*1. *ff. delegat.* 2. *à n.*19. Haillon. *in additionibus ad Gomezium lib.* 2. *cap.*11. *ſub num.*11. *ſuprà*, *num.* 7. ait poſſe attentari, vt hodie etiam in foro ciuili ſit ſeruanda hæc doctrina ex diſpoſitione textus *in l.*2. *tit.*16. *lib.*5. *recopilat.* vt etiam teſtantur Parladorius *rerum quotid. lib.*2. *cap.*3. *n.*31. Azeuedus *in dicta l.*2. *num.*5. *&* 6. Barboſa *axiomate* 119. *n.*5. Gratianus *diſcept. forens*, *cap.*534. *num.*16.

Maius verò dubium eſt de Iure ciuili, quia ſi aduertas ad textum *in l. quidam hæredem*, *ff. de tritico*, *vino*, *& oleo legato*, inuenies regulam quandam generalem, qua diſponitur, vt ſi Teſtator ſimpliciter legat vxori, vel alteri frumentum, vinum, oleum, vel quid ſimile, quod pondere, numero, vel menſura conſiſtit, non vitiatur diſpoſitio per incertitudinem, ſed valet, & tenet, & videtur relictum omne frumentum, vinum, vel oleum, quod habet in ſuo Patrimonio. 24

† Cui diſpoſitioni, maximè obſtat textus *in dicta l. ſi ita ſtipulatus verſic.*1. *ff. de verb. obligat.* vbi incertitudo pecuniæ, vel quantitatis aut eorum, quæ conſiſtunt pondere, numero, vel menſura, vitiat diſpoſitioni in contractibus, & vltimis voluntatibus, idem probat textus *in l. triticum*, *ff. eodem*, *dict. l.* vbi autem non apparet eodem, *& in leg. ſi ſic legatum*, §. 1. *ff. deleg.* 1. 25

Sit ergò primus caſus eorum, quibus ratione promiſſionis incertæ vitiatur diſpoſitio; quia incertitudo, ſcilicet in verbo diſpoſitiuo ex parte promiſſoris, vitiat contractum, & obligationem, modo fiat per pactum, modo per policitationem, modo per ſtipulationem, vt ſi quis dicat alteri *ſatisfiet tibi*, *decem dabuntur tibi*, textus eſt expreſſus *in Auth. ſi quando*, verſic. *ſin autem*, *Cod. de conſtit. pecun.* cuius verba ſunt: *ſin autem dixerit ſatisfiet verbo imperſonaliter probato, tenebitur*, cuius ea ratio eſt, quia cum verba ſunt dubia & incerta, non videtur animus obligandi, & in dubio ita eſt præſumendum: argumento textus *in l. cum de indebito* §. *fin. ff. de probat.* pro quo facit doctrina textus noſtri, *de qua q.*1. docent hoc dictum Bartolus, Albericus, Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus, & communiter Doctores *in dicta Auth.* ſi quando, pro qua facit etiam Auth. vt cum de appellationibus agnoſc. §. *ad hoc*, verſic. 81. *quis autem collat.* 8. & ibi Bartolus, Angelus, & Doctores, idem diſponit *l.*3. *tit.*11. *p.*5. 26

Imò & Gomezius *ſuprà*, taliter hanc doctrinam docet procedere, vt dicatur procedere hodie in prædicto caſu, non obſtante diſpoſitione, *leg.*3. *tit.*8. *lib.*3. *ordinamen.* quæ hodie eſt, *l.* 2. *tit.*16. *lib.*5. *recopil.* qua cauetur, vt qualitercumque conſtet, quem velle obligari, remaneat obligatus, & ſic etiam in hoc caſu videtur idem dicendum procedere de Iure canonico ex noſtro textu contra iam dicta *ſuprà* in verſic. *quibus ſuppoſitis* 27

ſuppoſitis, quæ debent intelligi, modo conſtet de animo obligandi, iuxta ea, quæ adduxi, *dict. quæſt.* 1. vt infra ex aliis concluſionibus demonſtratur: Sed quod reſolutio adducta, nec de Iure Canonico, nec de Iure Regio procedat, vt dixi, *num.* 23. probant Sarmientus, *in l. quidam in teſtamento*, *ff. de leg.* 2. Carpio *in tractatu de executoribus, & commiſſariis, teſtam. lib.* 1. *cap.* 16. *ex num.* 54. Matienco *de tacitis conuent. lib.* 14. *tit.* 29. *num.* 49. dicens communem contra Tuſchum *littera, I, concluſ.* 65. & alios, quos refert Barboſa *dict. axiom.* 119. Suarez *in l. poſt rem in declaratione leg. Regni limit.* 4. *num.* 8. vbi Valdeſius, Oſualdus *lib.* 15. *comment. cap.* 1. *in notis*, Gutierrez, *dict. cap.* 64. *ex num.* 1. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 675. *ex numero* 19. Cancerius 3. *p. variar. cap.* 20. *numero* 115. Noguerol *allegat.* 37. *numero* 73. *videndi*.

28 Vnde infero ſecundò, quod incertitudo circa perſonam hæredis, vel legatarij, aut alterius honorati, cui aliquid relinquitur, ſemper vitiat diſpoſitionem, modo nulla perſona ſit nominata, modo ſit nominata, ſed de ea dubitatur, probat Textus *in l. Paulus la.* 2. *ff. de rebus dubiis*, *l. quoties*, §. *ſi quis nomen*, *ff. de hæredib. inſt. l. in tempus*, § *quotiens*, *ff. eodem*, *l. hæredes palam*, *ff. de teſtament. l. iubemus eodem, tit. l. qui plures*, *ff. de vſu, & vſufructu legato*, *l. ſi fuerit*, *ff. de rebus dubiis*, *l. ſi quis de pluribus eodem*, *l. cum ex pluribus*, *ff. de manumis, teſtamento*, *l. duo ſunt Titij*, *ff. de teſtament. tutela*: & docent Coſta *in cap. ſi pater de teſtament.* verbo *Pauperes*, *num.* 2. Gutierrez *de iuramento confirmat.* 1. *p. cap.* 64. *ex num.* 1. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 1. *&* 20. *& de tacitis conuent. lib.* 12 *tit.* 12. *num.* 2. Molina *de iuſtitia diſp.* 197. *numero* 1. Spino *de teſtament. Gloſſa* 19. *princip. ex num.* 3. Pichardus *in* §. *incertis inſtit. de legatis ex num* 1. DD. Franc. Salgado *in l. labyrintho creditor. p.* 2 *cap.* 9. *num.* 6. Azeuedus *in l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilat ex num.* 12. Lara *de anniuerſariis, & Capellaniis, lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 1. qui alios referunt.

29 Tertius caſus eſt, quod incertitudo in genere generaliſſimo, vitiat diſpoſitionem in contractibus, & vltimis voluntatibus, vt ſi quis promittat, vel leget animal, ſubſtantiam, vel ens ſimpliciter; quia dando quemlibet minimam rem de mundo liberaretur promiſſor, vel hæres: ita probat Textus *in dicta l. vbi autem non apparet*, *ff. de verb. obligat. l. cum poſt diuortium*, §. *generi*, *ff. de iure dotium*, vbi Gloſſa ordin & DD. *l. legato generaliter*, *ff. de legat.* 1. Gloſſa, & DD.

30 *in* §. *ſi generaliter inſtit. de legatis.* † Vbi etiam probatur alter quartus caſus; nempe quod incertitudo in genere ſubalterno, quod poteſt verificari de pluribus differentibus ſpecie, vitiat diſpoſitionem, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, vt ſi quis promittat, vel leget animal; quia dando quodlibet animal de mundo liberaretur hæres, vel debitor.

31 Deinde infertur ad alium quintum caſum, nempe vt incertudo rei in genere, quæ non habet certos fines determinatos à natura vitiat diſpoſitionem, vt ſi quis promittat, vel leget fundum ruſticum, nulla demonſtratione facta; quia dando palmum terræ, debitor liberaretur, vt probat Textus *in l. ita ſtipulatus*, verſic. *vel fundum dari*, *ff. de verb. obligat.* non adiecto nomine, & ibi Gloſſa ordinaria, & Bartol. probat Textus, *in dicta l. vbi autem apparet eodem, tit. dicta l. cum poſt diuortium*, §. *gener*, *ff. de Iure dotium.* † Quod ſingulariter extendes modo promiſſor, vel teſtator habeat, vel relinquat fundos in patrimonio, modo non, vt docent, Bart. *in d. l. ita ſtipulat. col.* 4. *oppoſ.* 8. ibi Imola, *col.* 5. Aret. Ripa, & alij DD. & tenet Gloſſa ordinaria, *in d. l. poſt diuortium*, §. *gener*, Gloſſa etiam, *in l. ſi quis duas* § *ſi quis partem ff. communia prædior.* hanc dicit magis communem idem Imola *in dicta l. ita ſtipulatus, col.* 5. & Iaſon *in d. l. legatum generaliter ff. de l.* 1. *col. penult.* 32

Contrariam nonnulli tenuerunt ſententiam, vt ſunt Petrus de Velapert, quem refert Bartol. *in dicta l. ita ſtipulatus*, per Textum *in l. ſi domus*, *ff. de leg.* 1. & dicit magis communem Iaſon *ibi col. penult.* Ripa *in dicta l. ita ſtipulatus*, *col.* 9. *numero* 31. Albericus *col.* 6. *&* 10 *in dicta l. Domus*, ibi Paulus de Caſtro *col.* 3. Alexandr. 8. *num.* 15. aſſerentes quod ſi promiſſor, vel teſtator habeat fundos in patrimonio, valeat promiſſio, vel legatum in eo, quem velit dare, ſicut fit diſtinctio in fundo vrbano, puta Domo, vel alio ædificio, vt *in dicta l. Domus.* † Et facit pro hac parte ea ratio, quia ſemper videtur deducta res in diſpoſitione eo modo, quo erat eius tempore, vt *in l. ſi ita legatum*, *ff. de auro, & arg. leg. & in l. fin.* §. 1. *ff. de leg.* 3. *& in l. Rutilia, polla*, *ff. de contrah. emptione.* † Vnde fieri videtur, quod ſi tempore contractus, vel teſtamenti promiſſor, vel teſtator habebat fundos in ſuo Patrimonio diuerſos, & determinatos aliquibus ſignis, & confinibus, videtur vnum ex eis promittere, vel legare: nec poteſt iam ſola voluntate, & deſtinatione palmum, vel digitum terræ dare, nec fundum minorem conſtituere, ſed qualitas, vel modus, qui erat tempore diſpoſitionis, debet attendi, refert Gomezius *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 11 *ſub, num.* 9. in verſic. *decima tertia concluſio.* 33 34 35

Verumtamen primam relatam opinionem, in verſic. *Deinde*, probabiliorem eſſe in ſuo caſu; eo quod Iura pro ea allegata loquuntur indiſtinctè, & cum miniſterio; Sed Textus *in dicta l. ſi domus*, quo fundatur contraria opinio, & eius diſtinctio, loquitur in fundo vrbano; & ſi haberet locum in fundo ruſtico, certe expreſſa eſſet. Tum etiam; quia maior ratio, & incertitudo vertitur in fundo ruſtico, quam vrbano; quia ruſticus poteſt intelligi ad ſeminandum, vel de prato, vinea, horto, vel alio ſimili, quod non eſt in vrbano. Tertiò; quia licet fundus ruſticus habeat aliquos certos fines, & limites facto hominis: tamen non ſunt ita fixi, perpetui, & certi, ſicut fundi vrbani, quia vna domus magis realiter diſtinguitur per cementa, ligna, lapides, & parietes medios. Et ſic in fundo ruſtico non conſideratur vera, & realis certitudo, ſicut in vrbano: ex quibus ipſe Gomezius ſequens relatam primam opinionem, reſpondet ad contraria iura, & fundamenta, *vbi ſupra.* 36

Sextus caſus erit, nempe, vt incertitudo vitiet diſpoſitionem circa factum, vel rem ædificandam; quia ſi quis promittat alteri, vel grauet hæredem domum ædificare, vel aliud ædificium facere, non determinato loco, promiſſio, vel legatum non valebit ex Textu *in dicta l. ita ſtipulatus*, *ff. de verb. obligationib.* vbi Gloſſa ordinaria, 37

ordinaria, & DD. *in l. qui inſolidum. ff. eod. l. 2. §. ſi quis inſulam, ff. de eo, quod certo loco dari oportet, l. cũ qui inſulã. ff. de Iudiciis*, & procedit ex eo; quia aliàs poſſet fieri in loco, in quo nulla vtilitas proueniret creditoria; tum quia requiritur, vt exprimatur qualitas, & forma ædificij, cum vitiaretur propter incertitudinem ſecundùm communem opinionem, quam ego confirmo ex doctrina Textus noſtri, docet Gomezius *dicto lib. 2. variar. cap. 11. ſub, num. 9.* verſic. *decimaquinta con-*
38 *cluſio.* † Vbi id declarat procedere, præterquam in cauſa pia; quia in ea valeret diſpoſitio incerta, vt ſi quis promittat, vel grauet hæredem ædificaſſe Eccleſiã, vel Hoſpitale; quia tenetur facere iudicis arbitrio, attenta facultate teſtatoris, & qualitate ſuæ perſonæ: argumento Textus *in l. quidam in teſtamento. ff. de legat. 2.* vbi tenent Imola, & alij DD. & addit procedere in qualibet cauſa pia; quia valebit diſpoſitio incerta, & certificabitur ratione ipſius cauſæ, & qualitatis perſonæ debitoris, Iuxta Textum expreſſum, & notabilem, *in d. l. cum poſt diuortium, § gener, ff. de Iure dotium* vbi Doctores, *l ſi cui, ff. de annuis legatis, l. penult. ff. de alimentis, & cibariis legatis.*

39 His ergo ſic iactis, ex quibus apparet incertitudinem vitiare diſpoſitionem, iam non obſtat Textus *in dicta l. quidam hæredem, ff. de tritico, vino, & oleo legato:* nam reſpondeo cum Gomezio ſingulariter exponente, & improbãte alias duas ſolutiones *in dict. cap. 11. ſub, num. 9.* in verſic. *ſed aduertendum*, Textum illum procedere quando legatum eſt factum cum ſigno vniuerſali quod totum comprehendit, dicendo, *lego totum frumentum*, vel *lego triticum ipſum*, quod in vulgari ſignificaret, *mando todo el trigo, o mando el trigo*; quia tunc totum veniret, & comprehenderetur in legato, vel diſpoſitione, & ad omne illud videretur ſe ferre teſtator.

40 Vnum tamen notabis, quod ſi teſtator certam quantitatem frumenti, vini, olei, vel eorum, quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, legauit, & in Patrimonio ſuo reliquit illud genus, de eo eſt facienda ſolutio, nec tenetur hæres aliundè emere & ſoluere, vt probat Textus *in l. 3 ff. de tritico, vino, & oleo legato*, quem ibi ad hoc commendat Bartol. & DD. antiqui, Textus *in l. Titia, §. Semproniæ, ff. de auro, & arg.*
41 *leg.* & ibi, DD. † Idemque eſt in contractibus, *l. ſi quis argentum, §. 1. Cod. de donationib.* ibi Bald. & DD. & Alex. *in l. generaliter, ff. de legat. 2. col. 2.* facit etiam Textus *in l. domini prædiorum, Cod. de agricolis, & cenſit. lib. 11.* vbi Bartol. & communiter Doctores. Huic dicto adiunges Franciſcum Ripam *in l. ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat ex n. 13.*

42 Vnde iam infero ad caſus nonnullos, quibus hæc incertitudo deſignata, ſeu demonſtrata non vitiat diſpoſitionem: nam primo ſi incertitudo veniret certificando ex aliquo futuro euentu, nunquam vitiaret diſpoſitionem in contractibus, nec in vltimis voluntatibus, Iuxta Textum *in l. vter ex fratribus, ff. de conditionib. inſtitution. l. 2. §. ſi quis ita, ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabul. l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis. l. ſi quis ita ſcripſerit. ff eodem, l ſi ſeruus legatus, § huiuſmodi ff de legationib. 1. §. incertis inſt. de legatis*, & vtrobique Doctores.

43 Secundò incertitudo, non vitiabit diſpoſitionem ex parte debitoris, vt ſi teſtator dicat in teſtamento, vel codicillis, dentur, vel ſoluantur Titio centum; quia intelligitur, quod hæres tenetur dare, & ſemper cenſetur hæres grauatus ex Textu ſingulari, *in l. ſi ſeruus legatus, §. qui margaritam, ff. de leg. 1.* & ad hoc ſummè commendant, Baldus, Imola, Paulus, & DD. & Bartol. *in dicta l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis, col. 2.* Baldus *in Auth. ſignando, Cod. de conſtit. pecunia, col. 1. in fine*, dicit hoc eſſe ſingulare, Roderic. Suarez *in l. poſt rem Iudicatam, ff. de re Iudic. folio 24. col. 2.* Antonius Gomez. *dicto lib. 2. variar. cap. 11.* verſic. *quinta concluſio* & in additionibus, *littera, F ſub, num. 7.* & ibi Hayllon, *n. 9. ex doctrina*, Peraltæ, Sarmienti, & Ioannis, Matienco *in l. 14. tit. 4. lib. 5. recopil. Gloſſa 1. num. 32.* & adductis ab eodem Hayllon, *tom. 1. cap. fin. ad n. 45.* & vt aduertit Suarez à Riuera *in dicto cap. 11.* Gomezij *lib. 2. variar. littera, F*, Tyraquellus *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 55. in princip.* Pichard. videndus, & bene declarans *in principio, inſtit. de verb. obligat. num. 18. & 19.* Gutierrez *dicto lib. 1. de Iuram. cap. 64. num. 7. & 9.* Spino *de teſtam. Gloſſa 10. num. 15.* Barboſa latè *in l. 1. ff. ſoluto matrim. 3. p. ex num. 45.* Lara *de anniuer. l. 1. cap. 10. num. 98. & 99.* Matienco *de tacitis conuentionibus, lib. 12. tit. 12. num. 3.* qui omnes limitationes ponunt, quæ explicantur iuxta caſus hic relatos.

Tertio incertitudo ex parte creditoris, cui fiat 44
promiſſio, non vitiat contractum, & obligationem, vt ſi quis dicat in alterius præſentia, *promitto dare decem:* nam tunc ille promiſſor remanet obligatus; quia intelligitur promiſſio facta præſenti iuxta Textum ſic intelligendum, *in l. ſtipulatio iſta habere licere, §. ſicut in fine; ff. de verb. obligat. ibi: & nihil intererit vtrum ita ſtipulas habere licere, an mihi habere licere*, vbi communiter DD. & *§. ſi quis ita eiuſdem legis*, Textus *in l. 1. & in l. ſiue mihi, ff. de ſtipulatione ſeruorum*, Textus *in § ſiue autem inſt. eodem, tit.* Vbi Doctores; eo quod ſemper ſtipulator, vel ille, cui eſt facta promiſſio videtur ſibi proſpicere, & ſibi acquirere velle argumento Textus, *in l. ſi pactum, ff. de probationibus:* & hanc rationem ponunt Cynus, Alberic. & communiter Doctor. *in dicta Authentica ſi quando, Cod. de conſtituta pecunia*, Antonius Gomezius *dicto lib. 2. variar. cap. 11. ſub dict. num. 7.* verſic. *ſecunda*, Marienc. *de tacitis, & commiſ. lib. 14. tit. 29. num. 45.* Pichard. per Textum *ibi in §. ſiue autem inſt. de ſtipulat. ſeruor. n. 4.*

Quarto incertitudo circa tertiam perſonam 45
nominandam per creditorem, nunquam vitiat contractum, nec obligationem; quia ſemper cenſetur nominatus hæres eius, vt ſi quis ſtipuletur ab illo pecuniam dari vel ſolui ei, quem creditor ipſe in vita, vel morte nominauerit, vel ei, cui velit relinquere: nam tunc illa tertia perſona non nominata, cenſetur nominatus hæres creditoris, & ſtipulatoris, & quæritur actio, & obligatio, & virtus contractus ex Textu vnico, *in l. 4. Cod. de contrahenda & commit. ſtipulatione*, quem ibi reputat ſingularem Baldus *in l. 1. ff. de pactis col. fin.* Alexandr. *in dicta l. ſtipulatio iſta habere, §. ſi quis ita, ff. de verbor. obligationib.* Decius *in l. fin. §. fin. ff ſi certum petatur, col. 3. n. 13.*

Quod vt declarat Antonius Gomez. *dict. lib. 2.* 46
variar. cap. 11. ſub, dict. num. 7 ſub, verſic. *quarta concluſio*, infert quod licet alteri ſtipulari nemo poſſit, vt *in l ſtipulatio iſta, § alteri, ff. eodem:* tamen illud eſt verum, & procedit quando exprimitur, & declaratur perſona; ſecus verò ſi nulla declaratur;

ratur; quia intelligitur nominatus, & declaratus hæres ſtipulatoris ex illo Textu ſingulari.

47 † Et vt expendat, addit prædictam intelligere doctrinam, quando talis res, vel pecunia perpetuò erat reſtituenda creditori, & apud eum remanſura, ſecus ſi res debeatur temporaliter, vt ſi quis accepit pecuniam in conductionem, vel emphiteuſim pro certo pretio pro ſe, & aliquibus perſonis non nominatis; quia res conducta, vel emphiteutica non tranſibit ad hæredes recipientis, ſed ſoluitur contractus, & res reuertitur ad Dominum, qui eam conceſſit in locationem, vel conductionem; quia longè poteſt differri vna vita ab alia, & non militat eadem ratio: Et hanc declarationem adducens, vt nouam, & ſuptilem; confirmat ex eo, quia quæ conſiſtunt in declaratione animi, non ſunt tranſibilia ex Textu, *in l. idem Pomponius ſcribit*, *ſi frumentum*, *§. fin. ff. de rei vindicat.* ſequitur relatam concluſionem Hayllon *in addit ad Gomez. ſub dicto num.7.* verſic. *incertitudo circa tertiam perſonam*, cum Peralta *in l. ſi quis Titio*, *ff. de legat.2. à num.1.* vbi Sarmientus, *num.2.* Matienc. *in l. 14. tit.4. lib.5. recopilat. Gloſſa 1. num.32.* & quod in omni diſpoſitione hominis ſimpliciter facta, hæredes cenſeantur nominati, tradunt Tuſchus *littera*, *H*, *concluſ.75. per totam*, Gironda *de gabellis 1. p. n.55.* adeo vt aliquando etiam ſi adiecta fuerit dictio taxatiua, adhuc perſona hæredis comprehendatur, Anton. Gabriel *in ſuis communibus, tit. de verb. ſignif. concluſ.5.* Clarus *in §. feudum, q.9.* Hermoſilla *in l.7. tit.4. Gloſſa 5. p.5. ex num.1.* omnino videndus.

48 Quinto incertitudo ex genere inferiori, quod poteſt verificari in pluribus differentibus numero, quod Dialactici appellant ſpeciem, non vitiat diſpoſitionem, vt ſi quis promittat, vel leget rem in genere, quæ habet certos fines determinatos à natura, vt ſeruum, equum, vocem, vel quid ſimile probat Textus *in l. legato generaliter*, *ff. de legat.1.* Textus *in l. ſi ſeruus legatum*, *§. cum homo eodem tit.* Textus *in l. 2. ff. de optione*, *vel electione legata. l. hæredes eius*, *§. ſi in certo homine*, *ff. familiæ erciſcundæ*, *§. generaliter inſt. de legatis, l 32 tit.9. p.6.* vbi Doctores, & tradit Gomezius *dict. lib.2. var. cap.11. ſub, d. num.7.* verſic. *duodecima concluſio*; ex eo, quia hoc caſu non eſt omnimoda incertitudo, cum parum diſtet vna res ab alia.

49 Sextò incertitudo in verbo executiuo tantum, non vitiat contractum: nec obligationem, vt ſi quis dicat alteri, *promitto tibi quod dabuntur*, *& ſoluentur decem*: nam licet non dicatur, nec exprimatur, per quam debeant dari, vel ſolui: tamen intelligitur ab eo; qui fecit promiſſionem, vel idoneum promiſſorem loco eius ponere, Textus, *in l. fin §. fin. ff. ſi cert. petat.* per quem ibi hoc notat, & commendat Bartol. Alberic. Paul. & Modern, Sequitur Mantica *de tacitis conuentionib. l.14. tit.29. num.46.* Gratianus *diſcept. forenſium*, *tom.4.*

50 *cap.675. num 20.* † Vbi etiam notat, quod promiſſio facti alieni non obligat, ſed id intelligit quando exprimitur, & nominatur certa perſona; ſecus vero ſi nulla exprimitur, nec declaratur; quia tunc promiſſor videtur nominatus; & ſic valet, & tenet, ad quod illum Textum reputat ibi ſingularem Paul & Modern. & facit Textus; *in l. ſi quis ſtipulat § fin. ff. de verb. obligat. l. illa ſtipulatio*, *§.1. eodem.*

Septimò incertitudo pauperum fauore, non vitiat relictum iuxta textum expreſſum *in l. id quod pauperibus*, *Cod. de Epiſcop. & Clericis* ex verbis ibi: *id quod pauperibus teſtamento, vel Codicillis relinquitur, non vt incertis perſonis relictum euaneſcat, ſed omnibus modis rectum, firmumque conſiſtat*, tradit Gomez. *dicto lib.2. variar. cap.11. ſub d. n. 7.* verſic. *octaua concluſio*, vbi addit diſtributionem, & diuiſionem eo modo fieri, quod ſi in illo loco in quo Teſtator mortuus eſt, vnicum tantum eſt Hoſpitale, in quo ſint pauperes, Executor debet inter eos diuidere, ſeu Epiſcopus. Quod ſi ſint plura Hoſpitalia, datur pauperiori, ſi verò nullum reperiatur Hoſpitale, datur, & diſtribuitur inter pauperes illius loci iuxta text. *in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc. & Cleric.* vbi DD. communiter, & licet habeat Teſtator plura Domicilia, debet præferri Domicilium habitationis. † Sed *Auth. de Eccleſiaſt. titulis*, *§. ſi quis autem collatione 9.* Vbi Gloſſa ordinaria *in 2. lectura*, Bartolus Paulus de Caſtro, & communiter DD. *in d.l. ſi quis ad declinandam*, docent quod ſi Teſtator non expreſſit formam, & modum diſtributionis, debeat diuidi inter pauperes illius loci, vbi mortuus eſt, quod idem diſponit *lex 20. tit.3. p.6. de quibus legatis piis, & eorum diuiſione*, videbis quæ latiſſimè adduco infrà *in cap. ſi hæredes infrà de teſtam.* Et relatam concluſionem probant plures relati à Tyraquel. *de priuileg. cauſæ piæ*, *priuleg.56. per totum*, Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.8. tit.5. per totum*, Coſta *in c. ſi Pater*, verb. *paup. n.1. §. & ſequentibus*, Menochius *de præſumpt. lib.4. præſumpt.125. per totam*, latè Gutierrez *de Iuramento confirmat. 1. p. cap.64. à num.10.* Benedictus Egidius *in l.1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis in initio 1. partis, ex num.34.* Lara *de anniuerſariis lib.1. cap.10. num.73. & 84.* Matienco Iunior *in repetitione, dict. §. incertis inſt. de legatis*, *numero 15. & à num. 58.* vbi etiam agit de legato libertatis, Cancerius *variar. p.1. cap.6. num.104.* vbi quod non poteſt vnus tantum eligi cum aliis Barboſa *in l. id quod pauperibus*, *Cod. de Epiſcopis & Cleric.* vbi agit, vtrum generalis pauperum inſtitutio, quos Titius voluerit, valida ſit, & affirmat cum aliis, quando ſola electio, vel declaratio voluntatis committitur alterius arbitrio, quem videbis *de Iure Eccleſ. lib. 3. cap.37. num.7.* 51 52

Pro complemẽto aduertes, quod Iura, quæ habẽt quod incertitudo vitiat diſpoſitionem, debẽt intelligi quãdo agitur de contrahenda, vel inducenda obligatione; ſecus vero ſi de eâ diſſoluenda, vel proroganda, vt ſi creditor poſtquã ceſſit dies obligationis ſimpliciter, prorogauit terminum debitori, nullo determinato die, vel tẽpore, quia talis incertitudo non vitiat prorogationem; imò moderabitur tempus arbitrio Iudicis, fauore libertatis iuxta Gloſſam Ordinar. iuncto textu *in l. Æmilius Larianus*, *ff. de minoribus*, quam ibi ad hoc notant, & commendant Bart. & Doctores antiqui, reputat ibi vnicam Bald. *lect.1. colum 2.* idem *cap 1. de noua forma fidelitatis*, *colum.2. in vſibus feudorum*, qui etiam eam appellat auream, *in leg. etſi poſt tres*, *ff ſi quis caut. Iudic. ſiſti lect.1. colum.2.* docet Antonius Gomezius *dicto libro 2. Variarum*, *dict. cap 11. ſub num.10.* quibus addo ſic intelligendos plures, quos refert Pichardus *in dicto, §. incertis 27. inſt. de legat.* inter quos Spinò *de teſtament. Gloſſa 10. à numero 1.* Couarruuias *in cap. cum tibi de teſtament. num.14.* Gutierrez *de* 53

*Iuramento confirm. cap.*64. Coſta *in cap. ſi pater de teſtament.lib.6.*vbi omnes 1. *p.* verbo *pauperes ex num.* 1. Tyraquellus *de priuilegiis piæ cauſæ priuileg.* 56. Petrus Gregorius *lib.* 3. *ſyntagmat.iuris lib.*42.*cap.*33. *num.*7. Menochius *de præſumpt.p.*2. *lib.*4.*præſ.*25.*&* 107. Gregorius Lopez *in d. l.*20. *tit.*3.*p.*6.Sarmiento *lib.*2.*ſelectarum, cap.*3. *num.*4. Riccius *collect.*226.

54 Ad vltimam quæſtionis partem, an perfectus ſit contractus ex ſola partium conuentione, ſi actum ſit, vt fiat ſcriptura, dico, quod in contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, vt emptio, venditio, *l.*2.*ff.de actionibus,& oblig.* quorum ea eſt natura, vt ſemel conſenſu præſtito, neuter contrahentium poſſit ab emptione diſcedere, *l.ſicut ab initio,ff.de actionibus,& obligat. l.ab emptione*, vbi
55 Bartol. & Paulus, *ff. de pactis.* † Quare dubium eſt, vt ſi in his contractibus conuentum ſit, vt fiat ſcriptura, facta iam conuentione, interim quo Notarius, ſeu Tabellio vocatur, poſſit aliquis contrahentium pœnitere.

56 In quo dubio licet inueniam contrarias duas opiniones, tamen breuiter diſtinguendo reſpondebis: nam ſi poſtquam fuit perfectus contractus de communi partium conſenſu, & abſque conditione dictum ſit, quod fiat ſcriptura, vt facilius conſtet quid actum ſit, & qualiter, & qua forma contractus fuit celebratus, tunc non dicetur contractus conditionalis;& ſic nemo poterit ex contrahentibus (non facta ſcriptura) à contractu diſcedere: quo pacto ſunt intelligendi Decius *in l. pactum quod bona fide*, vbi Currius Iunior 7.*ff.de pactis*, Boërius *deciſ.*183.*num.*9 dicentes non habere locum pœnitentiam; non enim qualitas ſcripturæ mutat ſubſtantiam contractus cum ſolo conſenſu contrahatur, quod hodie procedit extante, *lege* 2.*tit.*16.*lib.*5.*recop.*ex qua lege apparet quod contractus erit perfectus locationis, vel venditionis, & ſimilium, etiamſi actum ſit, vt fiat ſcriptura in tantum, quod neuter contrahentium poterit à contractu recedere, Menchaca *de ſucceſſionum creat.*§.11.*num.*3. Matienco *in dicta l.*2.*Recopilat. Gloſſa* 7. *num.*4. *& Gloſſa* 2. *num.*2. Salazar *de vſu,& conſuetudine, cap.*2.*à n.*11. licet contrarium teneat Didacus Perez *in l.* 3. *tit.*8.*lib.*3.*ordinam.col.*1055.

57 Nec obſtat Textus *in l.6.tit.5.p.5.* quia reſpondeo Textum illum intelligendum eſſe per legem antiquam iuxta Bartol.doctrinam, *in l.nihil, ff de coniungendis cum emancipatis liberis eius*, Socinus *in l.cum Auus ff de cond.& demonſtrationib.col.*14. *& in l ſciendum,ff.qui ſatis dare cogantur, num. fin.* dicit communem Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.*1. *part.* 6. verbo *enpuridad*, *& in dict. lib.*6. verbo *quiera.*

58 Sin autem à principio contractus, & ſemper fuit dictum quod fieret ſcriptura, tunc (licet contractus de conſenſu partium perfectus ſit) poterit quilibet ex contrahentibus, antequam fiat ſcriptura à contractu, *diſcedere, vt in l. contractus, Cod. hoc tit. & in l.6. tit.5. p.6.* ibi: *no es acauada la venta, haſta que la carta ſea fecha, & dict.l.*2 *tit.*16.*lib.*5. *recopil.* nihil in hoc immutauit, quia venit intelligenda ſecundùm *legem Partitæ:* ita nouiter aduertit Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid.cap.*3. *num* 47. Zeuallos *in practicis, quæſt.*90.& hoc in caſu procedit doctrina tenentium locum habere pœnitentiam, vt ſentit Paulus *in dicta l. contractus, num.*9. *Cod hoc tit. & in l. cum res,num.*4.*Cod,de probat.& in l.qui vis idem,ff. de verb.oblig.*Gomez. *lib.*2. *variar. cap.*2. *num.*17. vbi dicit communem. Docent relati à Mantica *de tacitis,lib.*1.*tit.*10.*num.*7.Tuſcus *littera, C,concluſ.*99. Cancerius *variar.*1.*p.cap.*13. *n.*10.*&* 11. cum infinitis & de praxi, Aillon ad Gomez.*n.*18. ibi an quis poſſit compelli facere ſcripturam cum clauſula guarentigia poſt perfectum contractum ſine ſcriptis, Hermoſilla *in l.*6.*tit.*5.*p.*5. *n.*3.Et alij affirmantes.

Quod ſi dubitas vtrum contractus dicatur 59
perfectus, confecta ſcriptura in his nempe contractibus, qui abſque ſcriptura ex ſua natura, ſola conuentione robur accipiunt, vt emptio, venditio &c. Iuxta Textum, *in d.l.contractus, Cod. hoc tit.d. l.*6.*tit.*5.*p.*6.§.1.*inſt.de emptione,& vendit.*& in hoc dubio Gloſſa *in d.l.contractus*, verbo *in ſcriptis & in d* §.1.verbo *inficiuntur.& in l.teſtium,Cod. de teſtamentis,& in Auth.ſed nouo Iure, C.ſi certum petatur*, docent, quod tunc, dicitur confici contractus in ſcriptis; ita vt ab eo poſſint diſcedere, non confecta ſcriptura, quando contrahentes expreſsè cauerunt non valere contractum emptionis, niſi ſcriptura confecta: & ſecundùm hunc modum dicendi multi tenuerunt.

Sed alij contra eas Gloſſas inſurgunt dicentes 60
quod ille actus dicitur confici in ſcriptis, quando in contractu ipſo, vel ante conuenerunt contrahentes, vt ſcriptura fiat ſine hoc, quod de nullitate contractus aliquid dixerint: ita Azor *in ſumma.C.hoc tit.* cuius opinio à prædictis Gloſſis relata eſt: plures congerit pro vtraque parte Zeuallos *in p. q.*91. vbi dicit pro vtraque ſententia iudicari ſæpe ex iudicis arbitrio, quem videbis, Couarr.*in c.relatum el* 1. *n.*9. *de teſt.* Salicetum *in d. Auth.ſed nouo iure*, Afflictis *dec.*39. *n.*4. & videbis quæ dicit Pichardus *in d.* §.1. *inſt. de empt. & venditione*, verſic.*in his autem, à n.*28. Et pro vero intellectu, *d.l.contractus, C.hoc tit.* leges Faquinetum *l.*2.*contr.c.*98, vbi ex multis agit, *de hoc dubio.*

QVÆSTIO IV.

An biennij exceptio aduerſus debitum confeſſatum, competat de Iure Canonico? Quid de Iure Ciuili? Et an exceptio non numeratæ pecuniæ, *Locum habeat, vbi quis ante chirographum confeſſionis ſe pecuniam profitetur? Et an exceptio* non numeratæ *eodem modo concedatur ei, qui, Teſtibus præſentibus, ſe confeſſus eſt accepiſſe pecuniam, quo ſe obliganti chirographo,& confitenti concedi ſolet?*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio* non numeratæ pecuniæ *quando opponi poſſit per debitorem qui faſſus eſt debitum,*& n.2.*& in quibus caſibus ceſſet, n.* 11. 12.13.14.*ad* 25.*vbi plura: & quid opponens debeat probare ibi,*

3 *Exceptio* non numeratæ pecuniæ *intra biennium competit de Iure Ciuili,& Canonico: vbi quid extra biennium,n.*4.5. *&* 6.*ex dicto Iure Canonico.*

7 Pecuniæ non numeratæ *exceptio de Iure Ciuili regulariter extra biennium non competit, n.*8.9.*&* 10.

L.qui pecuniam,ff.ſi certum petatur,& n.10.

22 *Biennium*

22 *Biennium ad opponendam exceptionem, quando currat, n.23. 24. & 25.*
25 *Bienny ratio* de non numeratæ pecuniæ *exceptione qua ſit.*
26 Pecuniæ non numeratæ *exceptio competit: vbi quis ante chirographum confeſſionis ſe pecuniam profitetur, n.27.*
27 L. aduerſus, Cod. de non numeratæ pec. l. generaliter eodem.
29 Pecuniæ non numeratæ *exceptio competit etiam debitori: qui tantum, teſtibus præſentibus ſe accepiſſe pecuniam faſſus eſt, n.29.*

1 QVia video Doctores antiquos occaſione huius textus agere de exceptione *non numeratæ pecuniæ* aduerſus confeſſionem de recepto, vt etiam notat gloſſa hic verbo *confeſſioni.* Nec alius fortè locus in noſtro Iure Canonico ſeſe offerat, in quo de hac materia agi queat. Quare vt ad difficultates propoſitas reſpondeas, præmitto dicendum, quod qui ſpe futuræ numerationis ſe pecuniam debere ſcripſerit, ea etiam non recepta, biennio elapſo, efficaciter obligatum, & ſi hodie intra biennium, *non numeratæ pecuniæ* exceptionem poſſit proponere, & objicere, vt docent iura, *in l. ſi pecuniam 1. ſi minorem 2. l. ſi ex cautione 3. ſi aduerſus 5. in 1. parte, l. quaſi accepturi 7. l. ſi intra 8. l. cum vltra 9. leg. tam mandatori 12. l. generaliter 13. l. in contractibus 14. l. penult. l. fin. Cod. de non numer. pecun. l. 1. l. 2. Cod. ſi pignoris conuentionem, numeratio pecuniæ ſequuta non fuerit,* facit textus, *in l. apud Celſum 4. §. aduerſus, ff de doli exceptione,* & in *§. 1. inſt. de litterar. obligat. l. 27. titul. 11. p. 3. l. 9. tit. 1. p. 5.* vbi nouiſſimè plura adducit Hermoſilla per plures Gloſſas, quem videas ad praxim, ordinatio Luſitanorum *lib. 4. tit. 47. in principio,* latiſſimè agit Coſta *in l. ſi ex cautione per totam, Cod. de non numer. pecuniæ,* Guttierrez *de iuramento confirm. 1. part. cap. 37.* Afflictis *in deciſ. 110.* Antonius Gabriel *1. tom. com. opinion. lib. 5 pag. 287. pag. 390.* & *à pag. 293.* nonnulla adducit Faquineus *lib. 2. controuerſ. à quæſt. 82.* Zeuallos *in pract. q. 365. & quæſt. 623.* Riccius *collect. 250. & 1177.* Pichardus *in d. §. 1. inſtit. & litterarum obligat.* & alij, *in §. idem iuris inſtit. de except. & de virtute chirographi,* & an poſſit ſi ſit recognitum contra eum exceptio *non numeratæ pecuniæ* opponi: plura vtiliter, & doctè Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. p. §. 5.*

2 Vnum tamen notat Antonius Gomez. *libro 2. variar. cap. 6. in fine,* quod licet quando debitor confeſſus eſt ſe debitorem alterius ex aliqua cauſa, vel contractu; non vero ex cauſa mutui, ſtatim ſibi præiudicat, vt nullam poſſit opponere exceptionem; item quando confeſſus eſt ſe debitorem ex cauſa mutui non ſibi præiudicat, ſed poſt lapſum biennij: tamen prædicta procedere, quando confeſſio emanauit ad obligandum; ſecus tamen quando emanauit ad liberandum, vt ſi creditor confeſſus eſt ſibi factam ſolutionem ex quocumque contractu; quia tunc talis creditor poteſt opponere exceptionem *non numeratæ infrà 30 dies,* & hoc caſu tenetur debitor probare ſolutionem, aliàs non liberabitur, *d. l. in contractibus, §. ſuper cæteris.*

3 Ad primam quæſtionis partem, cum certum ſit, quod hæc exceptio *non numeratæ pecuniæ* competat debitori, non ſolum de Iure Ciuili ex traditis intra biennium, ſed etiam de Iure Canoico, vt omnes hic agnoſcunt, quibus addo Riccium *d. collect. 250.* & Gratianum *deciſ. 165.* Igitur ſunt Doctores, qui affirmant prædictam exceptionem competere de Iure Canonico, etiam poſt biennium ex eo, quia nulla præſcriptio currit cum mala fide, *cap. fin. de præſcript.* ſed hic mala fides patet creditoris, ſi pecuniam non numerauit. Ergo cum nemo debeat locupletari cum aliena iactura *ex reg. nemo, & reg. locupletari de regul. iuris;* ſequitur, vt ex æquitate Canonica ita procedat ſecundum Dinum *in dicta reg. locupletari de reg. iuris, lib. 6.* Angelum *conſ. 156.* Rom. *conſ. 44.* Mandos *ſing. 463.* Imolam *in cap. fin. de ſolution.* Felin. *hic n. 61.* Decium *in l. Iure natura, n. 5. ff. de reg. iur.* Alios adducit Zeuallos *in pract. q. 38.*

An vero communiter docent prædictam exceptionem opponi non poſſe, tranſacto biennio, ex eo quod nulla ſit conſtituenda differentia, atque inducenda diſſenſio inter Ius Canonicum, & Ciuile, niſi quatenus ſacris Canonibus expreſſum ſit: argumento textus, *in cap. 1. & 2. de operis noui nuntiat.* ſed Iure Ciuili, *vt infra* dico, hoc verius eſt, ergo & de Iure Canonico. Et hæc opinio videtur confirmari ex Iure Regio *in d. l. 9. tit. 1. p. 5.* ibi: *e ſi callare que nolo moſtrare anſi ante que dos años paſſen, deſpues que fiço la carta dende en adelante, no podrie poner tal querella,* docent Speculator *tit. de reſtitut. in integ. §. 1. n. 25.* *Archidiacon. in cap. ſi quis Epiſcoporum 3. quæſt. 6.* Baldus ad textum, *in l. cum quis, n. 22. Cod. de iuris, & facti ignor.* Iaſon *ibidem,* Dueñas *reg. 261. n. 12.* Hipolytus Riminaldus *conſ 271. lib 3. n 20.* ſequitur Faquinetus *d. lib. 2. Controuerſ. cap. 83.* Zeuallos, & multi per eum. 4

Et licet à Coſta *in d. l ſi ex cautione, C. de non numer. pecun.* verſic. *vltimo fallit, n. 6.* diſputans noſtram principalem quæſtionem teneat aduerſus plures Doctores allegantes Dinum ad illam concluſionem, quod de Iure Canonico perpetuò exceptio *non numeratæ pecuniæ* duret, & opponi poſſit, intelliges id procedere in eo debitore, qui certo ſcit ſe numeraſſe pecuniam; & ſic habet malam fidem; quia tunc iſta talis non præſcribat, nedum biennio, ſed nec decennio, nec aliquo lapſu temporis, hoc enim in caſu non repugnabit noſtræ reſolutioni refert Zeuallos *vbi ſuprà, n. 9. & 10.* † Cui addo Riccium *d. collect. 1177.* ad textum, *in d. §. 1. de liter. obligat.* in verſic. *limita de Iure Canonico,* Capellam Toloſanam *in deciſ. 419.* aſſerentes iſto iure etiam poſt triginta dies, & etiam perpetuo poſſe hanc exceptionem opponi; licet huiuſmodi exceptio non impediat litis conteſtationem, eadem Capell. Toloſ. *deciſ. 187.* 5 6

Ad ſecundam quæſtionis partem, licet multi exiſtiment, etiam de Iure Ciuili, tranſacto biennio locum dari prædictæ exceptioni *non numeratæ,* ex eo, quia is qui pecuniam non numerauit, videtur dolo facere, & ſic exceptione doli poſſe repelli, *ex l. purè, §. vltim. ff. de doli mali, & metus except.* & ex *l. qui pecuniam, ff. ſi certum petatur per verba ibi, pecuniam creditam accepturus ſpopondit creditori futuro in poteſtate habet, non accipiendo ſi ei obſtringat.* Ex quibus inferunt quod ſi creditor pecuniam non accepit, non eſt obſtrictus vllo tempore; & ſic poſt biennium excipere poſſe, pecuniam non accepiſſe. Videbis quæ ex multis tradit Pichardus *in § 1. inſt. de litterarum obligat. à n 11.* qui *à n 14.* contrariam ſequitur, de qua *n. ſeq.* 7

Sed

8 Sed verius eſt, vt id non admittatur regulariter ex Iuribus iam *ſuprà n.1. adductis*, & *ex l. ſi intra, Cod. de non numer. pecuniæ, leg. aſſeneratio, l. in contractibus eodem*, quibus conſtat biennium aſſignatum eſſe, quo tranſacto, querella *non numeratæ pecuniæ* denegetur, & probant verba text. *in d. §.1. de litterarum obligat. inſt.* docent Felin. *hic n.60.* Imola *n.24.* Dueñas *regul.181.* ſequitur
9 cum aliis Faquineus *d. lib.2. cont. cap.82.* † Vbi ſatisfaciens obiectionibus, reſpondet quod etſi doli exceptio perpetua ſit; hoc tamen in caſu non eſſe perpetuã quia nihil aliud cõtinet effectu quam pecuniam numeratã non eſſe, quæ quidem *pecuniæ non numeratæ* exceptio cum poſt biẽnium opponi non poſſit, nec poterit exceptio doli mali ad eundem finem reſpiciens opponi; & ob id *in d. l. ſi ex cautione, Cod. non numeratæ pecuniæ*, dicitur eodem Iure cenſeri debere, tam exceptionem doli hoc in caſu, quam exceptionem *non numeratæ pecuniæ*, ex verbis ibi: *oppoſita,*
10 *ſiue doli, ſeu non numeratæ pecuniæ.* † Et vt reſpondeat ad textum, *in d. l. ſi pecuniam*, qua contraria ſententia nititur, ait eſſe in poteſtate debitoris, ne ſe obſtringat creditori futuro, ſi pecuniam non accipiat, & nullum Chirographum Confeſſionis de recepta pecunia conſcribat: nam ſi Chirographo ſe obliget, nec intra annum querelam *non numeratæ pecuniæ* objiciat, nullo modo poſt illud tempus elapſum eam objicere poterit, ex iam citatis legibus, quibus non repugnat, *d. l. ſi pecuniam*, vbi nullum verbum fuit de tali exceptione *non numeratæ pecuniæ.*

11 Quare ſuſtinendi non ſunt Accurſius *in d. l. in contractibus*, Salicetus, & Bartol. *in d. l. ſi ex cautione*, Caſtro *conſ.133. num.3. lib.2.* Aretinus *in §. idem iuris inſt. de exception. num 4.* Iaſon *in l. 3. §. Iurari, n.8.* & *in l. manifeſtæ, n 6. ff. de Iureiur.* Antonius Gomez. *Variar. lib.2. cap.6. n 7.* vbi Suarez *in addition.* & alij aſſerentes prædictam exceptionem *non numeratæ*, poſt lapſum biennium opponi poſſe, quorum dictum Cæſare exiſtimo aliquibus in caſibus, vbi locum non habet prædicta exceptio, etiam ante biennium.

12 Primus erit quando in inſtrumento iuratum fuerit omnia, & ſingula in eo contenta vera eſſe: ſic Rubinus *in deciſ.6.* Riccius *d. collect. 1177.* in verſic. *ſecundo*, vbi ait cum Ozaſco *in deciſ.134.* quod aliàs ſimplex confeſſio quantitatis iurata
13 non tollit hãc exceptionem. † Itaque ſi creditor probet ex confeſſione ipſius debitoris, tunc lapſo biennio: & triginta diebus condemnandus venit debitor, vt tradit à Coſta *in d. l. ſi ex cautione, n.6.* & *ex d. l.9. tit.1 p 5.* ponderans eius verba; imò Zeuallos *vbi ſuprà d. q.38. in practic. n.6.* ait hoc pacto intelligi textum, *in d. leg. in contractibus, §. ſuper cæteris, Cod. non numer. pecuniæ*, & idem Acoſta *ſuprà*, in verbo *ſexta, & vltima concluſio*, dicit quod talis Apocha ſolutionis, lapſis 30. diebus probat ſolutionem, ſed non inducit liberationem, niſi verè, & realiter pecunia ſoluta ſit, *l. publia, §. fin. ff. depoſiti*; & ſic placet eidem Acoſtæ debitorem non eſſe admittendum, alio probationis genere. Vide *ſuprà q.4. in fine, num.1.*

14 Et ſic ſecundo videmus, quod ſi debitor velit probare non fuiſſe numeratam pecuniam, admittatur in perpetuum, vt tenet Faber *in deciſ.4. eodem*, quod procedere ait Afflictis *in deciſ.110.* etiam ſi bina vice ſe obligauerit, vtputa ſi fuiſſet facta obligatio primæuæ obligationis. De quo videbis *quæſt. ſeq.*

Et licet hæc exceptio ceſſet ob geminatam 15
confeſſionem, per hoc non prohibebitur, vt poſſit probari de non numeratione, ſequitur Ricc. *d. collect.250.* vbi ait ex Fabro *in deciſ. fin. Cod. de nõn num pecun.* poſſe probari vſque *ad 30. annos*, ſed limitat, vt non habeat locum aduerſus liberationem debiti, idem Faber *in deciſ.5.* vide Gratianum *reg.168. n.12.* † Tamen con- 16
feſſio facta in inſtrumento, & verba *accepiſſe*, & habuiſſe fauore liberationis, inducere liberationem poſt 30. *dies*, dixit Afflictis *deciſ.94.* Rota Genuenſ. *deciſ.16.* cui confeſſioni, ſi per duos teſtes probatur, regulariter eſſe ſtandum, dixit idem Afflictis *deciſ.105.* & ſic etiam exceptio prædicta ceſſat in aliis. † Nam geminata con- 17
feſſio, facit vt exceptio *non numeratæ pecuniæ* ceſſet, ex eo quia geminatio arguit validitatem actus, qui geritur, Ozaſcus *deciſ.39.* Afflictis *d. deciſ.110.* Capella Toloſ. *in deciſ.375.* Grammat. *deciſ.103.* † Et ſic vbi quis debitum agnouiſſet 18
ex interuallo caret hac exceptione, Cardinalis Puteus *deciſ.428. lib.2.* & agnoſcere dicitur, qui ſoluit partem debiti, ſed non ob id cogitur ſoluere aliam partem debiti, docet Magonius *deciſ. Lucan.24.* & *deciſ. Florent. 143.* Riccius *in deciſ.22. Curiæ Archiepiſc.* & *in dict. collect.1177.*
† Vbi addit cum Franciſco Marco *in deciſ.303.* 19
p.2. quod prædicta exceptio ceſſat aduerſus Theſaurarij quietationem; item ait ceſſare, *in caſu deciſionis Putei 428. lib.2.* vbi exceptio *non numeratæ pecuniæ*, non poteſt ad delegata opponi.

Notabis vero quod excipiens *non numeratæ pe-* 20
cuniæ, contra obligationem informa cameræ, tenetur id probare, non obtenta abſolutione iuramenti, Mohedan *deciſ.31. & 80.* † Item quod 21
debitor conuictus ſuper Chirographo, lapſo biennio, dato ad proponendam exceptionem *non numeratæ pecuniæ*, non poteſt compellere actorem ad iurandum, quod fuerint *pecuniæ numeratæ*, Capicius *deciſ. 15.* Franciſcus Marcus *deciſ.698.* Papon *lib.9. tit.6. arreſto 10.* Balbus *deciſ.17.* Maynard *deciſ.12. lib.3.*

Iterum notabis, quod tempus biennij ad op- 22
ponendam exceptionem *non numeratæ pecuniæ*, currit etiam mulieri, conſtante matrimonio, Faber *in deciſ.6. Cod. de non numer. pecun.* † Et qua- 23
liter procedat in exceptione *non numeratæ dotis*, tradunt Guido Pap. *in ſingul. 294. §. licet*, Ferrara *in ſua pract. informa libelli in actione hypothecaria*, Gloſſa *mutuo, num.9.* cum aliis Hipolytus *conſ.137. n.33.* & *ſingul.222.* Afflictis *in deciſ.402.* & Faber *in deciſ.4. eodem*, ait etiam, vt actio, quæ competit ob *non numeratam pecuniam*, ſit biennalis, ſequitur Riccius *in dict. collect.250.*
† Qui etiam cum eodem Fabro *in deciſ.2. & 3.* 24
Cod. de non numer. conſtituit differentiam inter hanc exceptionem *non numeratæ pecuniæ*, & ſimilationem; quia commodius ſit intentare prædictam *non numeratæ* exceptionem, quam reſtitutionem in integrum. † Et Pichardus *in §.1.* 25
de litter. obligat. n.4. & *n.27. & 29.* ait exceptionem *non numeratæ* biennio circumſcribi; quia eſt in poteſtate debitoris, etiam creditore non agente illam proponere, *l. ſi quas, Cod. de non numer. pecuniæ*, ſed doli, ſiue in factum exceptionem perpetuam eſſe; quoniam videlicet in poteſtate debitoris non fuit agere de dolo creditoris *in caſu, de quo loquitur*, qui quo tempore accepit cautionem, nihil dolo malo egit, cum numeraturum ſe pecuniam ſperaret, & nunc autem do-

lum committit, cum pecuniam, quam non numerauit, petere incipit, *l.2. §. & generaliter, ff. de doli except.* Quare ſi hæc doli exceptio eo demum tempore naſcitur, quo creditor agit, vt notat Accurſius, verb. *exceptione, in l. qui ſe debere, ff. de condit. cauſa data,* conſequens ait debitorem ſine vlla præfinitione temporis, eſſe defendendum huiuſmodi ex ratione textus, *in l. purè 5. §. fin. ff. de doli except.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem ſi hodie, v. g. Titius Chirographo profiteatur ſe mutuo ante annum accepiſſe à Seio certam pecuniæ quantitatem, an ſit locus exceptioni *non numeratæ pecuniæ* intra biennium? Reſpondeo eam exceptionem competere in hoc caſu, primò quia leges generaliter concedunt exceptionem iſtam *non numeratæ pecuniæ* intra biennium, nec diſtingunt quomodo quis confiteatur ſe pecuniam accepiſſe. Deinde quia nulla afferri poteſt ratio differentiæ, ſiue quis in Chirographo fateatur ſe accepiſſe pecuniam, ſiue confiteatur ſe accepiſſe longè ante Chirographum; confeſſio enim ſimpliciter facta refertur ad tempus præteritum, ſcilicet ante confeſſionem elapſam. Tum etiam, quia ea facilitate, qua quis confitetur ſe ſimpliciter accepiſſe, quod non accepit, confitebitur etiam ſe accepiſſe ante Chirographum: quare ita docent Cynus *in l. generaliter, Cod. de non numerata*, Anton. Gomez. *Variar. reſolut. cap. 6. lib. 2. de contractu matrim. n. 64.* Faquineus *libro 2. Controuerſ. cap.* 84. & facit Bartoli doctrina *in d. l. ſi ex cautione, n. 2.* Iaſonis *in d. l. ſi pecuniam, n. 1.* & Felin. *hic n. 51.* aſſerentium competere iſtam exceptionem; licet in Chirographo quis dixerit ſe pecuniam accepiſſe, & tale Chirographum conſcripſiſſe, non ſub ſpe futuræ numerationis; quia eadem facilitate inductus eſſe videtur ad illa verba adjicienda. Vide quæ dico *infrà q. 6.* verſic. *ad quartam.*

27 Nec obſtant iura, *in d. l. aduerſus, Cod. de non numer. pecuniæ,* & *d. l. generaliter,* ex quorum verbis exiſtimãt alij in prædicto caſu locum non dari prædictæ exceptioni, vt docent Albericus *in d. l. generaliter*, Socinus Senior *in l. 2. §. appellata, ff. ſi certum petat.* Quia reſpondeo prædictas leges loqui in alia ſpecie longè diuerſa, & abſimili, nempe cum quis confitetur ſe debitorem eſſe alterius ex alia cauſa præcedenti, vtputa, ſi quis in Chirographo fateatur ſe Titio debere centum, quæ ante annum nomine depoſiti accepit, vel quæ ante annum ex cauſa emptionis præſtare tenebatur, non inquiritur in hoc caſu, an pecunia numerata ſit, ſed an cauſa vera præceſſerit, nec ne, & confeſſioni ſtatur; donec contrarium probetur, & doceatur, vt ſentit, Faquineus *ſuprà*, in verſic. *quibus*, vbi ſatisfacit in verſiculo *ad tertium*, ad aliud fundamentum.

28 An quartam quæſtionis partem inuenio diuerſa Doctorum placita, quia Angelus, Aretin. *in d. §. idem iuris inſtit. de exception. n. 22.* referens aliorum ſententias, ſequi videtur Accurſium, qui *in l. ſi non ſingulari, Cod. ſi certum petatur,* videtur in eam inclinare ſententiam, nempe vt vltra biennium in caſu noſtri dubij, competat exceptio *non numeratæ,* vbi Chirographum Debito-
29 ris non apparet. † Bartolus vero *in d. l. ſi ex cautione, Cod. de non numer.* docet etiam competere, ſiue Chirographum extet, ſiue non extet; & ita intelligi prædictum dubium, interpretatur Faquin. *d. lib. 2. controu. cap. 86.* vbi referens aliam interpretationem Alciati *in d. l. qui pecuniam. ff. ſi certum, petatur*, aſſerentis communem eſſe DD. ſententiam vt exceptio *non numer. pecuniæ* competat, ſiue Chirographo contineatur Debitoris Confeſſio, ſiue Teſtibus, dumtaxat probetur; ita tamen, vt poſt biennium incumbat debitori onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratam. Et hæc ſententia magis placet eidem Faquineo; quem leges *ſuprà*, vbi exactè hæc duo membra comprobat.

Sed ſi dubites, an confeſſio facta in Epiſtola 30
præiudicet, etiam inter abſentes, recurres ad ea, quæ tradit Franciſcus Marcus *in deciſ. 904. p. 2.* & aliquid ſcribit Rota Genuenſ. *deciſ. 37.* refert Riccius *d. collect.* 1177. *in fine*, qui de hoc inquirit occaſione prædictæ exceptionis: & poteris ſatisfacere, *ex dictis ſup q. 2. in vltimo dubio, & q. 3. in primo dubio.* Et ad longam diſputationem applicabis quæ ſcribit Sanchez *de matrimon. part. 1.* agens de illa quæſtione, an promiſſio abſenti facta obligat ante abſentis acceptationem, *diſput. 6.*

QVÆSTIO V.

An exceptioni non numeratæ pecuniæ poſſit renunctiari: Et an de Iure Digeſtorum hæc exceptio competeret: Vel an ſi lege municipali cautum ſit, vt poſſint opponi contra inſtrumentum certa dumtaxat exceptiones, poſſit etiam opponi hæc exceptio non numeratæ pecuniæ: Et an tranſacto biennio ad opponendam prædictam exceptionem admittatur probatio in contrarium ex parte creditoris: Et quænam oriatur obligatio ex Chirographo confeſſionis.

SVMMARIVM.

1 Pecuniæ non numeratæ *exceptioni, qualiter poſſit renuntiari; ita vt non competat, n. 2. 3. & 4.*

5 Pecuniæ non numeratæ *exceptio, etiam Iure Digeſtorum competebat, n. 6.*

8 Pecuniæ non numeratæ *exceptio debitori adhuc competit, etiam ſi ei alia proderint, Legibus, vel ſtatutis.*

10 Pecuniæ non numeratæ *exceptio, tranſacto biennio, non admittit probationem in contrarium. Contra n. 11.*

11 *Biennij lapſus, non inducit præſumptionem Iuris, & de Iure, n. 12.*

13 *Obligatio Ciuilis tantum oritur ex Chirographo Confeſſionis, n. 14.*

15 *Obligatio debitoris poſt biennium, vt competat exceptio* non numeratæ, *ſiue non, adhuc eſt Ciuilis, etiam ſi accreſcatur naturalis, num. 16.*

17 Non numeratæ pecuniæ *exceptio, in pluribus caſibus opponi poteſt*, remiſſiuè.

AD primam quæſtionis partem video Doctores diſcordes; ſiquidem multi docent hanc exceptionem *non numeratæ pecuniæ* non poſſe renuntiari; quia eadem fragilitate, & facilitate, qua quis inducitur ad promittendum, eadem 1
indu

induceretur ad renuntiandum:quæ opinio communis eſt ex Bartoli mente *in leg. ſi ex cautione, n.6. Cod. de non numerata pecunia*, Angelus *in* §.1. *de litterar. obligat.* Acoſta *in d. l. ſi ex cautione*, Dueñas *regula* 260. Antonius Gomez. *in l.* 33. *Tauri. n.*52. Guttierrez *de iuram. confirmat.* 1.*p.*
2 *cap.*37. *n.*9. † Contrariam tamen opinionem docent Imola *hic num.*6. Felinus *n.*40. Bartolus, Paulus, & Cynus *in l.*3. *Cod. de non numerata pecunia*, Curtius Iunior *in l.*2. §.*fin. ff. ſi certum petatur:* & hanc eſſe comprobatam de Iure Regio videtur ex textu *in l.*9. *tit.*1. *p.*5. ibi *renunçiaſe la defenſion.*

3 Horum tamen diſcordia venit componenda, vt ſi renuntiatio fuerit facta in eadem charta, in continenti non valet; ſecus ſi ex interuallo, vt refert Gratianus *reg.*168 ex multis, vbi ipſe indiſtinctè tenet, quod hodie *ex dicta lege Partitæ* ſemper illi exceptioni poſſit renuntiari, & ex mente eiuſdem: ita docet Zeuallos *in practicis*, *q.*365. vbi dicit *n.*3. *legem Partitæ* intelligendam, quando ex pòſt facto fuit facta talis renũtiatio, non in eodem inſtrumento ex traditis per Matiencum *in l.*1.*tit.*11.*gloſſa* 8. *num.*43. *lib.*5. *recop.* quod eſt de mente Gregor. *in d. l.*9. *Partitæ gl.fin.*
4 † Quod ſi talis renũtiatio facta fuerit per Chirographum priuatum, ait Zeuallos *ſuprà num.*5. locum non habere, ſecus vero ſi fiat per ſcripturam publicam:& colligitur id manifeſtè ex mente illius legis. Et ego addo cum Capella Toloſ. *in deciſ.*185. & Rota Genuenſ. *deciſ.*26. Mohed. *deciſ.*185 Riccio *collect.*1177. *ad* §.1. *inſtit. de litterarum obligat.* in verſic. *ceſſat quinto*, ceſſare illam exceptionem renuntiationem, quando renuntians iurauit nunquam contrauenire; ſecus tamen ſi confeſſus eſt pecuniam recepiſſe, & iurauit illam reddere. Et quid de renuntiatione iurata ſentiant alij. Videbis Corneum *conſ.* 293. *lib.*4. Manuel Acoſta *in d. l. ſi ex cautione*, infrà *ſub n.*7. *& de quæſt.* Mantica *de tacitis*, *lib.*18. *à tit.*3. vbi etiam de renuntiatione iurata Dueñas *reg.*60 *n.*4. Menchaca *de ſucceſſione, lib.*1. *num.*22. Couarruu. *lib.*2. *variar. cap.*4. *n.*3. Hermoſilla cum pluribus latè *in l.*9. *titul.*1. *p.*5. *gloſſa* 8. vbi etiam aſſerit quod non obſtante dicta renuntiatione debitor etiam intra biennium in ſe aſſumat onus probandi, pecuniam ſcilicet non recepiſſe: ſit audiendus etiam poſt, *d. l. Regiam.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpondeas præmittes quæ ſupra adduxi, *quæſt. præced.* in verſic. *ad ſecundam*, vbi egi, an hæc exceptio *non numeratæ* locum habeat, tranſacto biennio de Iure Ciuili, ex quibus probari videtur nunquam pótuiſſe dubium eſſe, vt talis exceptio practicaretur de Iure Digeſtorum; & quod hæc exceptio non fuerit cognita prædicto iure, tenuerunt Petrus, & Bartol. *in l. non figura, ff. de actionibus, & obligat.* Et hæc opinio communis eſt, vt patet ex Manuele Acoſta *in d. l. ſi ex cautione, col.*3. *&* 4. tenet Cynus *in leg. generaliter, col.*2. *Cod. de non numerata*, Fulgoſius *in leg. cum fidem*, & *in dict. l. generaliter*, vbi Paulus *col.*3. Fortunius *in l. ſi vnus*, §. *pactus ne peteret*, *n.*10. *ff. de pactis*, vbi aſſignat rationem.

6 Sed verius eſt dicere prædictam exceptionem competere etiam dicto Digeſtorum Iure, tenuit Gloſſa *in d. l. non figura, ff. de actionib & obligat.* pró qua ſolet expendi textus, *in l.*2. §. *creditum, ff. de rebus creditis, & ſi certum petatur*, ſecundum vnum intellectum communem, de quo Iaſon *in l.*1. *in principio, ff. de verb. obligat.* quam tenet Acoſta ſequendo Accurſium contra omnes *in d. l. ſi ex cautione, num.*2. *Cod. de non numer.* quia id probat pluribus fundamentis, maximè per textum *in* §.1 *inſtit. de litterarum obligat.* ſequitur Zeuallos *in pract. q.*223. † Et an hæc exceptio Iu- 7
ramento extinguatur, videbis quæ tradunt optimè Hypolitus *in ſingul.* 327. *& in ſing.* 345. Latè Nicolaus Boërius *in additionibus ad Dynum in regula locupletari, n.*6. *de Reg. Iuris*, Philippus Decius *in l. Iure naturæ, ff. de reg. Iuris*, *n.*4. & ibi Hieronym. Chuch *in addition.* Auendañum *de exequendis mandatis*, *c.*16. *ad finem*, de quo dixi aliqua *q. præced.* Morla, Oſuald. Coſta, Faquin. Pichardus, Vela, Guttierrez, & alij relati per Haillon ad Gomezium *lib.*2. *variar. c.*6. *n.*107. cum infinitis Hermoſilla *in l.*9. *tit.*1. *p.*5. *Gloſſa* 7. *à n.*2. & ait Guttierrez *de Iuram.* 1. *p. cap.*37. *n.*1.5. *&* 8. quod ſi iuramentum accedat ipſi confeſſioni pecuniæ receptæ tunc non procedat deciſio textus *in d. l. fin. Cod. de non numerata.* Si verò accedat promiſſioni ſoluendi, tunc habeat locum concluſio vt dictum Iuramentum intelligatur ſecundùm naturam actus, & ſubintelligatur illa conditio ſcilicet ſi pecunia numerata fuerit.

Ad tertiam quæſtionis partem; quia legibus 8
municipalibus, quæ ſtatuta ciuitatum, vulgo appellantur, de quibus dico latè *in Rubrica, & tit. de conſtitut.* vbi de eorum vi, plerumque ita conſtitutum eſt, vt aduerſus inſtrumenta publica certæ quædam dumtaxat exceptiones opponi poſſint; vtputa ſolutionis, compenſationis, rei iudicatæ, & ſimiles; ideo controuerti ſolet, an hæc exceptio *non numeratæ pecuniæ*, videatur excluſa, & eam excluſam non videri, probabilius videtur: nam huiuſmodi exceptio ineſt ipſi obligationi, & confeſſioni; quia lex præſumit confeſſionem factam, ſpe futuræ numerationis, & exceptionem intra biennium concedit, vt iam *ſuprà* retuli, *quæſt. præced.* & ob id hanc exceptionem non cenſeri excluſam lege municipali, tenuerunt Cynus ad text. *in l. in contractibus, Cod. de non numerata pecunia*, Iaſon *in leg. qui pecuniam, num.*7. *ff. ſi certum petatur*, Felinus *hic num.*47. Antonius Gomez. *lib.*2. *variar. reſolut. cap.*6. *num.*3. vbi Suarez *in additionibus*, hanc ſequitur, Faquineus *lib.*2. *controuerſ. cap.*85. qui eam etiam probat; ex eo: nam ſi quis Iureiurando fateatur accepiſſe, non impeditur, quominus excipere poſſit, *ex l. vltima, Cod. de non numerata pecunia*; & quia nec conſentire videtur obligationi, qui confitetur ſe accepiſſe, niſi pecunia numeretur; & ſic iniuſtum, & conſequenter videri quod hæc exceptio rejiceretur prædicto Ciuitatis ſtatuto. † Itaque ex his con- 9
futatur ſententia contraria, quam tenuit Bald. *in l. pecuniæ, Cod. de ſolution. num.*4. & *in l.*3. *Cod. de poſtulando, colum. vlt.* ex eo nam vbi ſtatutum certas quaſdam exceptiones reſeruat, videatur cæteras omnes excludere, *ex leg. cum Prætor, ff. de Iudic.* quia reſpondeo cum Menochio *de Arbitr. Iudic. caſu* 199. non eam interpretationem ſecundam, qua quiſpiam iniuſtè opprimatur; quia lex iniquitatis arguatur, & mereatur à ſapientibus reprehendi.

Ad quartam quæſtionis partem, an tranſacto 10
biennio ad opponendam prædictam exceptionem, admittatur probatio in contrarium, & admitti: nam nulli tenuerunt, inter quos Fulgoſius *in leg. ſub ſpecie, Codic. de poſtulando*,

Salicetus

Salicetus *in dict. leg. ſi ex cautione Codic. de non numerata pecunia*, Imola *in cap. fin. de ſolutionibus*, quem ſequitur Gregorius Lopez *in dicta leg.9. titulo 1. p.5.* verbo *bien anſi*, & verb. *por eſta raçon.* Sed ex iam dictis verior eſt contraria ſententia, vt docent Albericus *in leg. fin. num. 2. & 3. Cod. de non numerata*, dixit communem Curtius *in l.2. §. appellata, num.7. ff. ſi certum petatur:* hanc dixit veriorem Conanus *lib.1. comment. Iuris Ciuilis, cap.6. colum.11.* Acoſta, qui latè proſequitur pro vtraque parte *in dicta l. ſi ex cautione*, & hanc eſſe hodie approbatam *à dicta l. Regia*, dixit Zeuallos *in practicis quæſt.39.* per verba ibi: *E ſi ſe callare que lo no moſtraſe anſi ante, que dos años paſen, deſpues que fiço la carta dande en adelante no podria poner tal querella, e ſi ſe la demandaſe deſpues, ſeria tenudo de darle los marauedis, bien anſi como ſi los huuieſe reciuido:* ipſa tamen cum Gregorio Lopez *in dicto* verbo *bien anſi*, ſentit de æquitate Canonica eam exceptionem admitti; & ſic pro explicatione iterum leges quæ adduxi, *ſuprà quæſt.4.* & quæ tradit Pichardus *in §. 1. inſtit. de litterarum obligat. à n.12.* vbi dicit quod appoſita hac exceptione *non numerata*, transfert onus probandi in creditorem, & declinatur litterarum obligatio. Vide quæ ex multis refert Gratianus *dicta reg.168. num.2.* vbi referens vtramque relatam opinionem, probat negatiuam de Iure Regio cum Imola *hîc num.6.*

11 † Et affirmatiuam defendit ſummoperè Gomezius videndus *Variar. lib.2. cap.6. num.8.* verſic. *item quæro an poſt biennium*; ex eo, quia lapſus biennij, non inducit præſumptionem iuris, & de Iure approbatam, & confirmatam à lege, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ſed iuris tantum per Gloſſam *in leg. generaliter, Cod. de non numerata pecunia*, Felinus latè *hic num.60. & 61.* Quare ipſe ibi *ſub n. fin.* in verſic. *vnum tamen*, ait quod talis probatio debet fieri per teſtes, taliter, vt nec creditor cogatur iurare, nec reſpondere poſitionibus ex textu, *in l. in contractibus, §. illo videlicet de non numer. pecun. quæſt.3.* vbi Doctores, & addit quod ſicut ille, qui plenè probauit intentionem ſuam, non cogitur iurare, vt latè dixi per textum, *in cap. 2. de probationibus*, ſic ille, qui præſumptiuè probauit ex lapſu temporis, vel alia cauſa. Tamen contrarium iam hodie determinari, *à lege 184. ſtyli*, ſcribit, & ex multis Gratianus *regula 168. num.1.* ait in Francia, & Hiſpania non admitti hanc exceptionem, ad hoc vt actori incumbat onus probandi pecuniam non

12 eſſe numeratam, ſed Reo † Iaſon verò *in l. 1. ff de iuriſdict. omnium Iudicum, num 3. in fine*, vnum ſingulare tradit, nempe quod elapſo biennio, officium Iudicis ſuccedit in locum huius exceptionis, de quo benè Hipolytus *in practica criminali, §. opportunè, n.58. & in ſingulari 277. & 283.* Ioannes Baptiſta *in ſuo ærario commun. opinion.* verb. *except. num.64.* refert Gratianus *dicta reg.188. num.8.*

13 Ad quintam quæſtionis partem quænam oriatur obligatio ex Chirographo confeſſionis? Video Doctores diſſentire: nam Fortunius Garcia *in l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis, num.8.* docet, nec ciuilem obligationem oriri, vt ipſe ex

14 aliis probat. † Alij autem dixerunt ciuilem tantum obligationem oriri: & hanc ſententiam, vt veriorem admittunt Doctores in praxi: ita per Gloſſam *in Rubrica, Cod. de non numerata pecunia*, Gloſſa *in pract. inſtit. de litterarum obligat. & in l. cum quis, ff. de Iuris, & facti ignorantia*, latè Socinus *in l.1. num.8. ff. de condict. indebiti:* pro qua opinione facit textus ſingularis *in cap. penult.* verſic. *fin.1. quæſt.4.* in verbis ibi: *Vel ſi id quod nullo iure debuiſti, aut Iure naturali non debuiſti, ſed ciuili, tanquam ex Chirographo ſoluas, aut promittas:* hanc ſequitur Gratianus *d.reg 168. num.1.* quam ego puto veriorem, & practicabiliorem, & conducunt plura, quæ adducit Pichardus *in dicto §. 1. inſtit. de litterarum obligat. à num.13. & num. fin.* vbi ait ex litteris conſenſum non naſci, quandiu numeratum non eſt: & inde hoc caſu naturalem obligationem non patitur benè fundata Iuriſprudentia, ſed tantum ciuilem; ad quod optimè ipſe ibi ad primum. & quintum argumentum, & in ratione decidendi, vbi benè loquitur.

Maius dubium eſt, an poſt biennium oriatur naturalis, & ciuilis obligatio: in quo caſu poteſt habere locum tertia Doctorum ſententia, & hoc in caſu vtramque oriri obligationem videtur probari; quia ante biennium fuit orta Ciuilis obligatio virtute, & rigore inſtrumenti, vel confeſſionis; & poſtea videtur accreſcere naturalis ex tacito conſenſu debitoris, tacendo tanto tempore: ſic arguit. Antonius Gomez. *d. lib.2. Variar cap.6. n.6.* & in expreſſo docet Faquineus *lib.2. Controuerſ. cap.88.* vbi putat eam ſic oriri, non ea ratione, quod Syngrapha Debitoris obligationem inducat; ſed quia lex præſumit pecuniam numeratam fuiſſe, cum plerumque non ſoleant debitores ex Syngrapha obligari tandiu ſi pecuniam non acceperint, tacere, & exceptionem non opponere: ita etiam deducit Franciſcus Conanus *lib.1. Comment. Iuris Ciuilis, n.11.* & probat idem Faquineus ex verbis Iuſtiniani *in dicto §.1. inſtit. de litterar. obligat.* ibi: *Sic fit, vt & hodie, dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur, & ex ea naſcatur condictio, &c.* & Bartolus *in l. Iulianus verum debitorem, ff de condict. indebiti, col.8.* verſic *nunc ad propoſitum.* & ibi Paulus de Caſtro, & Iaſon latè *n.16.* docent poſſe dici, vt etiam oriatur obligatio naturalis, non ex conſenſu, ſed ex quadam æquitate iuris gentium, vt *in l. veluti, ff. de Iuſtit. & Iure.* 15

Sed Antonius Gomezius *vbi ſuprà dict. num 6.* ait verius eſſe, vt poſt biennium duret Ciuilis obligatio ſine naturali, & illa ſola ſit efficax ad exigendum, & habeat ex Iuris diſpoſitione effectum vtriuſque, vt illa, quæ prouenit ex ſententia diffinitiua, iniuſta lata contra iuſtitiam partis, in qua non præceſſit contractus, voluntas, nec conſenſus partis; quia poteſt mandari executione, vel ex ea poteſt via ordinaria agi, & oritur obligatio ſola ciuilis efficax ad agendum propter vim, & rigorem ſententiæ, & authoritatem rei iudicatæ: argum. textus, *in d. l. Iulianus, ff. de cond indebiti, l.3. §. idem ſcribit, ff de peculio. l. actori, Cod. de rebus creditis, l. ab eo, Cod. quomodo, & quando Iudex*, & vtrobique magis communiter tenent Doctores: & pro hac parte faciunt adducta dubio præced. quatenus in eo dicitur poſſe debitorem poſt biennium admitti ad probandum contrarium, & in terminis docet Gloſſa *in leg. generaliter*, verbo *Religionem, Cod. de non numerata pecunia*, vbi Odofredus *col fin.* Azor. *in ſumma illius tituli, col.2. num.3.* Gloſſa *in dicto §. 1. inſtit. de litterar. obligat.* verb. *obligatur*, vbi DD. Antonius *in c. fin. de ſolutionib. col.2.* 16

17 *col.* 2. ibi Imola *n.* 28. † Et ad plures caſus huius exceptionis *non numerata pecunia*, & an poſſit opponi à Debitore poſt biennium, & probari contrarium à Creditore? & an poſſit opponi contra inſtrumentum guarentigium? Et quando quis confitetur ſe recepiſſe de præterito? Et non quando confeſſio de recepto fit in vltima voluntate, & in aliis contractibus præter mutuum, & ad alia cum infinitis nouiſſimè Hayll. *in addit. ad Gomez. lib. 2. variar. cap. 6. ex n. 4.* cum Gratiano, Hermoſilia, Faquin. Vela, Mantica, Coſta, Maſcardo, Scaccia, Molina, Menoch. Tuſch. Gratian. Oſuald. Hermoſilla nimium latè ad praxim cum infinitis *in l. 9. tit. 1. p. 5. Gloſſa 1.* cum aliis, qui omnes alios plures referunt.

QVÆSTIO VI.

An exceptio non numeratæ pecuniæ *perpetuò competat Ciuitati: Et an competat Fiſco: Et an ſi debitor confeſſus eſt in inſtrumento guarentigio recepiſſe pecuniam mutuam, & promiſit ſoluere, & conueniatur à Debitore tale inſtrumentum, mereatur executionem; itavt teneatur ſoluere efficaciter, niſi probet infra 10. dies datos à lege Regia, ſibi non fuiſſe numeratam, an verò inſtrumento non obſtante poßit Debitor exceptionem opponere ſicut de iure communi, vt creditor teneatur eam probare numeratam: Et an hæc exceptio locum habeat ex cauſa de præterito? Et an in vltimis voluntatibus: Vbi de aliis ad materiam?*

SVMMARIVM.

1 Pecuniæ non numeratæ *exceptio, perpetuò competit ciuitati. Quid Fiſco, n.* 2.

5 *Confeſſio de recepto, ſeu alterius alienationis, non præiudicat Fiſco, ſic vt teneatur ſatisfacere Creditoribus ex bonis confiſcatis, virtute Inſtrumenti confeſſati. dum non conſtat de vera numeratione, & traditione.*

6 *Exceptio* non numeratæ pecuniæ *poteſt opponi etiam ſtante guarentigio inſtrumento. numero 5. & 6.*

7 *Exceptio* pecuniæ non numeratæ *poteſt à tertio opponi, etiam vltra biennium.*

8 Pecuniæ non numeratæ *exceptio, etiem competit ex cauſa de præterito, n.* 8.

9 L. generaliter. Cod. de non numerata pecunia.

10 Pecuniæ non numeratæ *exceptio non competit ex confeſſato debito in vltima voluntate, vel Codicillis: quid in tranſactione, n.* 11.

11 Pecunia non numerata, *ex quibus præſumatur.*

1 AD has difficultates ex prædictis breuiter reſpondere conabor; Igitur ad primam, licet Ripa *in l. ſi is qui bona. ff. de pignòribus, num.* 10. exiſtimet eam exceptionem perpetuò non competere ciuitati: Tamen Baldus, Ludouic. Roman. & recentiores ibi affirmatiuè reſpondent; ex eo quod Ciuitas ex mutuò non, obligetur, niſi probetur pecuniam mutuam fuiſſe verſamin eius vtilitatem, *vt in l. ciuitas, ff. ſi certum petatur*, optimè explicat videndus Faquinetus *lib. 2. cont. cap.* 88. in verſic. *poſtrema*, ex eo quia ſi ciuitas poteſt perpetuò ſe tueri oppoſita exceptione, non verſionis multò magis defendere ſe poterit *non numerata pecunia* exceptione: Nam vbi numeratio facta non eſt, nec verſio probari poteſt, cum numeratio præcedat: Videbis, quæ ex Iaſone notat Gratian. *in Reg.* 168. *num.* 9.

Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis, & 2
quia Fiſci fauor cognitus eſt in Iure ex his, quæ adduxi *ſuprà in tit. de Iudiciis, & foro compet.* idem reſponderi videtur. † Et quia cõfeſſio de recepto 3
ſeu alterius alienationis non præiudicat Fiſco; ſic vt teneatur ipſe ſatisfacere Creditoribus ex bonis confiſcatis virtute inſtrumenti confeſſati; dum non conſtat de vera numeratione, & traditione: argum. *leg. pro hac, Cod. de bonis præſcript.* Angelus verbo *Dotalium*, Boſius *in tit. de Debit. an delinquen. ſolu. poſſ.* vbi ait *quod ſi de debito conſtaret per ſolam confeſſionem delinquentis, illa non noceret Fiſco*, Peregrinus *de iure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 54. verb. *Creditores autem*, ibi, *& notandum eſt, quod debet conſtare de vero credito, illius, alioqui Cartula confeſſionata inter aſſertum Creditorem & Reum, non probaret, quia ſimulata, & ſuſpecta præſumeretur*, & ibi *num.* 173. *in fine confeſſionem de pretij numeratione inter Emptorem, & Creditorem Reum criminis ſimulatam præſumo*, Guacinus *de confiſ. concl.* 22. *& concl.* 29. Riciul. *de Iure perſon. lib.* 5. *cap* 24. *num.* 27. ibi *ſecunda deductio ſic extenſa declaratur, vt procedat; dummodò de credito illius qui agit contra Fiſcum legitimè conſtaret, nec ſufficit inſtrumentum confeſſionatum*; Econtra autem dico nullam *numeratæ pecuniæ* exceptionem opponi poſſe aduerſus publicarum functionum ſecuritates, ſiue inſolidum, ſiue ex parte eſſe conſcribantur: ita ex textu *in leg. in Contractibus* 14. §. *ſed quoniam*; *Cod. de non numer. pecun. l. fin. Cod. de Apochis public. lib.* 10. quod verum eſt, quia etſi nonnulli hunc ſpecialem caſum eſſe contendant propter Fiſci fauorem; itavt hæc exceptio non admittatur, ſed id non ſine ratione admiſſum eſt; tum quia vt *infrà* dico hæc exceptio non niſi in mutui cauſa admittatur. Tum etiam quia cum in primis fieri debeat ſolutio, quam ſcribatur Apocha, ſiue ſecuritas, *l. omnes in fine. Cod. de quadrupes præſcript. leg.* 4. *in fine*, *Cod. de collat. fund. lib.* 11. & priuſquàm ſoluendi detur conſcribenda ſit; id eſt ſimul cum aliis in Prototypo, ſeu Regiſtro ſcribenda *lib.* 2. *Cod. de diſcurſ. lib.* 10. veroſimile non eſt has duas ſcripturas fieri, ſi primò *pecunia numerata* non ſit; argumento textus *in l. cum ſcimus* 11. §. *ſin autem. Cod. de agricolis, & cenſitis lib.* 11. ita docet Pichardus *in* §. 1. *Inſt. de litter. obligat. num.* 33. quem leges *num.* 3. *& à num.* 15. vbi agit de ea controuerſia, an litterarum obligatio oriatur, ſi is qui Chirographum conſcripſit, reuerà pecuniam accepit, & primò dicta ex Peregrino, & aliis proximè adductis patet, qualiter intelligantur.

Ad tertiam quæſtionis partem, quam video 4
latè & benè diſceptare Gomezium *lib.* 2. *variar. capite* 6. *numero* 3. ipſe contra plures reſpondet dicendo, quod Debitor poteſt opponere eam exceptionem *non numerata pecunia*, etiam ſtante

inſtrumento publico Guarentigio, impedirique
executioné, niſi probet creditor numerationem,
& probat ex eo; quia quando actus principalis
non valet ſimiliter, nec valet confeſſio, vel alia
quælibet clauſula in ea poſita argumento textus,
5 *in l. fin. ff. de conſt. pecunia.* † Secundò, quia con-
feſſio mutui, etiam iuramento appoſito de ſol-
uendo, non tollit hanc exceptionem *non numera-
tæ pecuniæ*; quia intelligitur ſecundum naturam
contractus, cui adhæret, & per conſequens ha-
bet tacitam conditionem, ſi pecunia numerare-
6 tur, *l. fin. Cod de non numerata pec.* † Tertiò, quia
ſtante, *lege Regia* 4. *&* 5. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinam.* quæ
eſt 1. *&* 2. *tit.* 21. *lib. recop.* quibus cauetur, vt
contra inſtrumentum publicum guarentigium,
nó poſſit opponi aliqua exceptio, niſi illæ de qui-
bus ibi, quæ debent probari intra 10. dies: Tamen
non ob id tollitur exceptio, quæ colligitur ex te-
nore inſtrumenti, tanquam notoria, & ſine dila-
tione prolata: ſic Cynus *in d. l. in contract. col.* 4.
q. 4. & multi relati à Gomezio, qui ex aliis pro-
bat: videbis quæ adducit Socinus *Reg.* 97. *in regu-
lis additis,* Afflictis *deciſ. Neap.* 110. *a n.* 1. Paz *in
praxi* 4. *p.* 1. *p.* 1. *tom. cap.* 3. *n.* 5. aliter tamen di-
ſtinguit videndus Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid.
cap. fin.* 1. *p.* § 5. *num.* 12. quem non ſequitur Ze-
uallos *in pract. q* 39. vbi vt reſpondeat, ait quod
licet Reus recognoſcat ſcripturam; dum tamen
negat numeratam ei fuiſſe pecuniam, poterit
poſtea allegare eam exceptionem; quia illa recog-
nitio ſolum procedit reſpectu ſcripturæ, ſeu Chi-
rographi: non vero reſpectu debiti; ſed ſi debi-
tum etiam confitetur, tunc ſcripturam mereri
executionem, ſaluis debitoris exceptionibus, alia
dicens probat cum Gutierr. *lib.* 1. *pract. q.* 123. *n.* 3.
& ipſe dixit *q.* 362. *n.* 12. Et in hoc caſu admittit
7 Parladorium. † Salgadus *in Labyrintho credit.* 3. *p.
cap.* 13. *n.* 26. cum Gomezio, Azeuedo, Auendaño,
& aliis docet etiam poſt biennium poſſe tertium
opponere exceptionem dictam, Hermoſilla latè
diſputans, *in l.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. *gloſſa* 7. *à n.* 37. vbi
refert duas contrarias opiniones.

8 Ad quartam quæſtionis partem plures exiſti-
mant per textum, *in l. generaliter, Cod. de non nu-
mer. pecun.* locum non dari ex cauſa de præterito
prædictæ exceptioni *non numeratæ pecuniæ*, quia ſi
quis confitetur in aliquo inſtrumento ex aliqua
cauſa antecedenti efficaciter tenetur, niſi ipſe
euidenter probet contrarium, & creditori non in-
cumbit onus probandi; ſentit Gl Ordinaria *in d.
l. in contractibus*, eodem, & plures relati ex anti-
quis à Gomez. *d. lib.* 2. *Variar. cap.* 6. *n.* 4. vbi ipſe
contrarium ſequitur cum aliis multis. Primò quia
Iura ſimpliciter loquuntur, vt in cófeſſione mu-
tui habeat locum exceptio *non numeratæ.* Secun-
do, quia eadem facilitate, qua confitetur ſpe
futuræ numerationis, confitebitur in præteri-
tum recepiſſe & militat eadem ratio exceptionis
proponendæ: argum. textus *in l. ſimiliter la* 2.
9 *Cod. ad Velleianum.* † Nec obſtare ait textum *in
dicta l. generaliter.* Quia loquitur in aliis cauſis,
& contractibus; non vero in cauſa, & contractu
mutui: ſic notabiliter tenuit Ludouic. Rom.
in l. 2. §. *appellata, ff. ſi certum petatur, n.* 3. ibi
Alex. & Philippus Decius, & ante eos Cynus
in dicta l. generaliter oppoſit. 1. Sed videbis quos
congerit Gratianus *in regula* 168. *n.* 6. Latè diſ-
putat Decius *in l. qui pecuniam, ff. ſi certum peta-
tur*, & applicabis quæ adduxi, *ſuprà quæſtione* 4.
verſic. *ad tertiam.*

Ad quintam quæſtionis partem an habeat lo- 10
cum hæc exceptio in vltima voluntate; veluti
ſi in teſtamento, ſeu codicillis ſe confiteatur
recepiſſe pecuniam ex cauſa mutui, & iubet
ſolui, & ipſe Gomezius ex propoſito agens de
hoc dubio *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 6. *num.* 5. ait
locum non habere hanc exceptionem *non nume-
ratæ* in hoc caſu, quia illa confeſſio videtur ema-
nata inter viuos ſpe futuræ numerationis, cum
remaneat viuus, & poſſit poſtea recipere ſolu-
tioné; ſed in vltima voluntate ceſſat ea ſpes, cum
habeat effectum ſuum poſt mortem, & illo
tempore non ſubſit ſpes recipiendi: ſic tenet
Gloſſa Ordin *in l.* 1. *Cod. de falſa cauſa adject. Leg.*
quæ quamuis id probare non videatur ex his,
quæ ponit idem Gomezius: tamen eam rectè
notando ex eius ſententia, hanc doctrinam ob-
ſeruat cum Baldo *in l. vnica, Cod. de conf. & in l.
fin. Cod. de non num.* Cum Alexandro *in l. ſi diuor-
tio col. fin. ff. de verb. obligat.* Iaſon *in l.* 2 §. *cre-
ditum col.* 4. *n.* 18. *ff. de rebus creditis*, cum Paulo,
& aliis *in dicta l. contractibus*, & ſuſtinendo præ-
dictam Gloſſam, ait quod ſicut in confeſſio-
ne Debiti ex aliis cauſis habet locum exceptio
non numeratæ pecuniæ infrà 30. Dies; ita in mu-
tuo habet locum infrà biennium; ergo ſi pri-
mo caſu non poteſt opponi quando eſt facta in
vltima voluntate, nec in ſecundo; ita ipſe, vbi
alia refert.

Pro complemento notabis quid dicendum, 11
ex quibus præſumatur pecunia numerata, videbis
Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 7. *num.* 6. plures ex
antiquis refert Gratianus *regula* 168. *num.* 7. qui
etiam *num.* 11. refert ex Iaſone *in* §. *item ſi quis
in fraudem de actionibus*, an hæc exceptio com-
petens Debitori, ſeu fideiuſſori, poſſit per cre-
ditores opponi *num.* 126. de quo dixi aliqua *ſu-
pra.* Et quid etiam an hæc exceptio habeat lo-
cum in tranſactione *ibi num.* 10. cum Iaſone *in
l. quamuis n.* 3. *Cod. de tranſact.* & *in l. cùm quis
à num.* 15. *Cod. de iuris, & facti ignor.* alia ex mul-
tis idem Gratianus adducit, ex quibus poteris
materiam comprehendere: Et videbis ſex limi-
tationes, quas adducit Felinus *hic num.* 57. &
tres ampliationes, de quibus multi relati à Gra-
tiano *ſuprà in princip. dict. reg.* 168. quas intelli-
ges ex iam traditis *a quæſt.* 4. *hic.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XV.
Cum P. Tabellio, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVivs textus materia poteſt expendi ex
nonnullis, quæ notaui *ſup. in c. quoniam
contra de probat. q.* 1. item ex adductis *ſu-
prà ad Rubric.* vbi de authoritate Tabellionum,
ſeu Notariorum, & inſtrumenti; item applicabis
quæ adduxi, *ſuprà in cap.* 1. *& hoc titul.* vbi de
exemplatione inſtrumenti, & ſcripturæ; & quæ
notantur, *infrà in cap. fin. hoc tit.* II. Item qua-
tenus hic diſputant Doctores de citatione, quæ
fit intereſſe putantium ad exemplationem inſtru-
menti, ſeu vt eius notæ per vnum Tabellionem

mortuum poſitæ ab alio, in formam publicam redigantur. Applicabis dicta *iu dict. cap. quoniam de probationibus.* III. Et quæ *ſuprà* adduxi *in cap.2. de Teſtibus*, vbi dixi de citandis partibus litigantibus, vt teſtes legitimè queant recipi. Nonnulla notat ex multis hic Barboſa de quibus plenè dico quæſtionibus ſequentibus. Et videbis, quæ notant *ſub cap. ſignificauit 41. de Teſtibus.*

QVÆSTIO I.

Quare authoritate Iudicis Ordinarÿ, debeat Notarius Tabellionis mortui, notas in publicam formam redigere: Cum ad fidem publici inſtrumenti, neceſſum ſit, vt conficiatur ab eo Tabellione, coram quo de eo actum eſt: Et an mortuo Tabellione, vel Notario tradantur illorum inſtrumenta alteri Notario, vt ex eis exempla conficiat: Et an ad inſtrumenti publici authoritatem, neceſſario prærequiratur, vt ſit ſcriptum ab eo, qui verè Tabellio ſit authoritate publica conſtitutus, & in id munus electus: Et à quo talis authoritas concedatur: Et quæ neceſſaria ſint ad conficiendum inſtrumentum publicum ex protocollo Tabellionis mortui?

SVMMARIVM.

1 *Notarius, ſeu Tabellio, debet authoritate Iudicis Ordinarÿ redigere in publicam formam notas Tabellionis mortui, n.3. & 4. Quid ſi hæres, vel legatarius habeat protocollum, n.2. & 9.*
L. ſi quis ex argentariis, §.1. ff. de edendo, n.9. l. quædam, §. nihil eodem, n.9.

4 *Iudex tenetur Tabellione mortuo, vel eius officio in alium tranſlato, Protocolla ipſius coram honeſtis perſonis ſtatim incipere, & ſigillo conſignare, & ſic conſignata tradere ſucceſſori recepto, iuramento de bona fide vtendo.*

5 *Traduci inſtrumentum nequit ab alio viuente Tabellione, apud quem confectum fuit: Quid ſi ipſe ſit impeditus, n.6. & 7. vel alius ex eius licentia traducat, n.8.*

7 *Tabellionis ſucceſſor authoritate Regia traducit ex protocollis præmortui abſque Iudicis authoritate, & aliis ſolemnibus inſtrumenta.*

10 *Tabellione mortuo, vel Notario authoritate Iudicis, & de commiſſione mortui, alter Notarius traducit exemplaria, num.11. & 12. Quid hodie, n.13.*

14 *Inſtrumenti publici authoritas competit ex confectione Notarÿ, ſeu Tabellionis authoritate publica conſtituti per Principem, n.15. & probatio producenti competit, n.16.*

17 *Falſitas inſtrumenti objecta, debet ab objiciente probari.*

18 *Tabelliones nunquid queant creari per Comites, Duces, & Marchiones.*

19 *Notarÿ Apoſtolici ſuis officiis vtendo in hiſce Regnis Hiſpaniæ, non interſunt negotiis ſæcularibus.*

20 *Traductio inſtrumẽti ex protocollo Notarÿ mortui, fit cum citatione intereſſe habentium, n.21. aliàs non valet, n.22.23. & 24. ad 32.*

25 *Citatio requiritur in receptione, & productione inſtrumenti, in eius liquidatione, num.26. in eius refectione, n.27. limitatur, n 29. 30.31. 32. & 33.*

29 *Citatio non præſumitur præceſſiſſe, niſi probetur.*

54 *Traductio inſtrumenti, vt benè fiat, requirit citationem, & alia, de quibus in hoc, n.35. & 36.*

36 *Quæſtiones aliquæ*, remiſſiuè.

Difficultatem facit contra noſtri textus conclusionem in primo dubio relatam textus, *in Authent. de Tabellionibus, §. nos igitur*, textus, *in l. generaliter, Cod. de Tabular. lib.*10. textus, *in l. contractus, Cod. hoc tit. & in Auth. eod. tit. §. penult.* in quibus cautum eſt, vt Tabellio non poſſit alteri committere confectionem inſtrumẽti; ergo & eadem prohibitio debet ſubſiſtere reſpectu alterius cuiuſlibet Tabellionis, qui vellet notas inſtrumenti nondum confecti cuiuſlibet Notarij præmortui in publicam formam redigere. 1

Secundò, quia traductio inſtrumenti ex protocollo Tabellionis mortui, vel impediti, etiamſi regulariter ex noſtro textu requirat Iudicis authoritatem, tamen ea non requiritur, nec omnino exigenda eſt, vbi Legatarius, Donatarius, vel hæres ipſius Tabellionis habeat protocolla, ſitque itidem publica authoritate Notarius, & traducere vult, & traducit ex protocollo inſtrumentum, vt tenent Panormit. *hic*, & Bartolus per textum *ibi in l. ſi quis ex argentariis, §.1.* & *in leg. quædam, §. nihil, ff. de edendo:* ergo non eſt, nec debet eſſe abſoluta regula textus noſtri. 2

Adhuc verò ſequenda eſt noſtri textus ſententia; quia primò aduertendum eſt iure ipſo Pontificio, & Cæſareo ſtatutum eſſe, vt quandoque fides adhibeatur inſtrumentis exemplaribus, præſertim vbi Tabellione ipſo mortuo, vel ægritudine impedito, ex ipſius protocollo exemplaria deducuntur, quæ originalia, & Authentica inſtrumenta verè dici poſſunt, modo ea ſeruentur in traductione quæ iure ſtatuta ſunt, de quibus dico *infrà in vltimo dubio huius quæſtionis.* 3

Vnde infertur, quod mortuo Tabellione, aut eius publico munere in alium tranſlato regulariter ad traducendum eius notas, aut inſtrumentum prærequiratur Iudicis authoritas, vt omnes ſentiunt hic. Ad quod applicabis multa, quæ adduxi *ſup. in cap.1. & 2. hoc tit.* & ob id Iudex tenetur, Tabellione mortuo, aut eius munere in aliũ trãſlato, protocolla ipſius coram honeſtis viris ſtatim accipere, & ſigillo conſignare; & ſic ſignata tradere ipſi ſucceſſori, recepto ab eo iuramẽto, quod cautè, & integrè, aut bona fide, officio vtetur in traducendis publicis ſcripturis ab eiſdem protocollis, vt etiã expreſsè ſtatutum eſt, *in l.55. tit.18. p.3. ad finem*, & conuenit text. *in l.24. tit.25. lib.5. recopil.* tradit Couarruu. *pract. cap.19. n.3.* in verſic. *ſecundo*, & de ratione ad textum noſtrum apparebit ex dictis in tota hac quæſt. principali. 4

Et ſic ad primum dubium reſpondeo eſſe caſum nimis diuerſum appoſitum in noſtro textu. Etenim verum, vt ſi viuit Tabellio, apud quem inſtrumenta confecta ſunt, quæ vocantur protocolla, ſeu apud quem notæ alicuius inſtrumenti conficiendi inueniũtur, non poſſe ab alio diuerſo Tabellione, aut Notario traduci, dum ipſe viuit, aut ægritudine, ſiue alio impedimento legitimo, 5

ea

vt probant Iura, *num.* 1. adducta; quia & ſi verum ſit, vt ad ea traducenda, ipſe Tabellio poſſit alteri committere poteſtatem, tamen talis traductio nullam aliam fidem habebit, ac ſi eſſet quædam ſcriptura ſimplex, niſi ipſemet Tabellio, qui talem traductionem committit, eam authoricet, ſi rei geſtæ præſens ſit, & ſubſcribat ipſi Inſtrumento, idque proprio ſigno ſignauerit; quam commiſſionem non ſolum alteri Tabellioni, ſed & cuilibet priuato traducturo poteſt facere, modo ſubſcribat proprio appoſito ſigno, vt deducitur, *ex l.* 1. §. *ſin autem dubius*, *Cod. de Iure deliberandi*, *lege* 5. *tit.* 19. *parte* 3. notat Cardinalis hic, Panormit. *in cap. inter dilectos*, *hoc tit. num.* 7 vbi Felinus per Textum, *ibi*, idem Abbas *in cap. quoniam contra falſam de probationibus*, *numero* 32. Felinus, & Decius, *ibi*, *numero* 47. Bartol. *in dicta l. Diuus*, §. *item ſenatus*, *ff. de falſis*, Paulus, Angelus, Alexandr. *in dicta l. quadam*, §. 1. *ff. de edendo*, Afflictis *in conſtitut. Neapol. lib.* 1 *tit.* 37. Paulus Pariſius *conſ.* 12 *num.* 122. *& conſ.* 28. *num.* 27. *lib.* 2. *conſiliorum*. Montalbus *in l.* 7. *tit.* 8. *lib.* 1. fori, qui aſſeuerat hanc opinionem eſſe vſu receptam apud Hiſpanos.

Etenim cum ipſemet Tabellio teſtimonium eius actus, quod propriis ſenſibus cognouerit exhibiturus ſit, hinc euenit, vt id minimè poſſit agere per alterius cognitionem, & ſic ſi traductio Inſtrumenti abſque ſuo ſigno, ſubſcriptione, & regiſtratione non eſt cur facta per alium vires obtineat.

6 Sed hæc Doctrina videtur non ſubſiſtere, ſi attendas ad doctrinam Textus, *in dict. leg.* 55. *tit.* 18. *p.* 3. quam expendendo Couarruuias ait, *dict. lib. pract. cap.* 19. *ſub*, *num.* 3. in verſic. *verum*, ait, quod vbi Tabellio impeditus eſt, legitimo vero impedimento, & velit committere alteri confectionem Inſtrumenti publici ex eius protocollo deducendi, poſſit hoc plenè agere; ita vt hac vſus commiſſione, alter Tabellio abſque iudicis authoritate traducat, & abſque ſubſcriptione, & ſigno proprij Tabellionis committentis; dum tamen ipſe traducens mentionem præmittat eius commiſſionis, quæ ſibi ab altero Tabellione impedito facta fuit.

7 Tamen exiſtimo id non deduci, *ex dicta l.* nec id Couarruuias ſentire, nam ſi eum legas in verſic. *ſequenti*, videbis dicentem hoc ipſum plerumque apud Hiſpanos admitti in Tabellione, qui alteri Authoritate Regia ſuccedit in Officio publico; quia tunc is ſucceſſor ex protocollis præmortui Tabellionis traducit abſque iudicis authoritate; aliiſque ſolemnitatibus publica Inſtrumenta, eaque propria ſubſcriptione, proprioque ſigillo ad propriam Authoritatem conficit. Et ſic ait in verſic. *tertio*, Iure Regio *ex dicta l.* 55. *part. ad finem*, probari vt quoties ex protocollo Tabellionis defuncti, ac præmortui, eius ſucceſſor Authoritate publica in officio tranſcribit Inſtrumentum, ſi duo teſtes ex ſcriptis in protocollo vixerint, ac nondum mortui fuerint vocati, & ſubſcripſerint ſe Inſtrumento, vt debet, tunc mirum non eſſe, ait, vt ea traductio fiat abſque iudicis authoritate; ſicque obſeruari in Regno Neapoli.

8 Notabis vero poſſe in caſu, quo idem Tabellio committit alteri Tabellioni; ſeu priuato traductionem; id fieri etiam ſi nullum ad ſit impedimentum ipſius Tabellionis, etiam ſi eius fiat obiter mentio ab authoribus, *ſupra* relatis, cum idem ſit aliquid ſcribi manu propria, vel manu alterius, ſubſcriptione mea, ſecundùm omnes, authoritate Textus *in d. cap. inter dilectos*, *hoc tit.* ſic Couarruuias *in d. c.* 21. *practic. ſub*, *num.* 1. in verſic. *oportet*.

Nec iam obſtat ſecundùm dubium: nam etſi reuera poſſimus dicere non requiri in legatario hærede, ſiue Donatario habente protocolla Tabellionis mortui, iudicis authoritatem ad eius traductionem: tamen ipſe Couarruuias *in dicto cap.* 21. *pract. ſub*, *num.* 3. verſic. *primum*, ait ex iuribus, *in dicta l. ſi quis argentarius*, §. 1. *& in dict. l. quadam*, §. *nihil*, id tantum probari, quod hæres argentarius cogitur edere Inſtrumenta, vt ipſemet argentarius cogeretur; ideoque ibi non ſatis probari Panormitani, & Bartoli ſententiam adductam in argumento, contra quam, & neceſſariam eſſe in illo caſu iudicis authoritatem & alia de quibus dico *in vltimo dubio*; docet ex multis ab eo relatis, ſcilicet Speculator *in hoc tit.* §. *oſtenſo*, *num.* 15. *&* §. *inſtrumentum*, *ergo*, *num.* 15. & ibi Ioannes Andreas, Cardinalis, Imola; & Antonius authoritate noſtri Textus, Paulus, Alexandr. & Iaſon *in l. ex argentariis*, §. *cogetur*, *ff. de edendo*, Bald. Angel. & Paulus *in dicta l. quadam*, §. *nihil*, eorumque opinionem ſatis iure defendi ait; & ſic iam vides Doctrinam Textus noſtri procedere in eo Tabellione, qui cum ſucceſſor non ſit Tabellionis præmortui, publica authoritate vult, ſine authoritate iudicis traducere notas Notarij præmortui; quia tali traductioni, non præmiſſa iudicis authoritate, fides danda non eſt, vt omnes notant: videbis, caſus, quos congerit Riccius *collect.* 1461. & plures Doctores, quos adducit Barboſa *hoc tomo* 6. *num.* 1. *in additionibus*, & Pareja *de inſtrument. editione*, *tit.* 1. *reſ.* 3. *num.* 119. Pereg. *conſ.* 64. Meneſes *in l.* 3. *num.* 5. *Cod. de diuerſis reſcript.* 10. 9

Ad ſecundam quæſtionis partem poteris ex iam dictis reſpondere, verum multi ex noſtro Textu dixerunt, quod mortuo Tabellione, eius Inſtrumenta committuntur alteri Notario, vt inde exempla conficiat ad neceſſitatem contrahentium, & litigantium, & hoc ex iudicis authoritate. † Dubium tamen eſt, quando mortuus Notarius, illud conceſſerit alteri Notario; & tunc non requiri iudicis authoritatem; quia videtur Notario à lege commiſſum; & ob id non requiri iudicis commiſſionem, tenet Bartol. *in dicta l. ſi quis ex argentariis*, §. *cogentur*, *num.* 3. *ff. de edendo*: Sequitur Abbas hic, & hanc opinionem de facto ſeruari, dixit Angelus *in dicta l. quadam*, §. *nihil*, *ff. de edendo*, vbi Paulus, *num.* 1. & dicit Imola in noſtro Textu practicari quod Notarius, cui commiſſæ ſunt rogationes, vel cui hæres eas concedit, petat generaliter licentiam à iudice redigendi eas & habita licentia, petitionem, quorum intereſt aſſumat in publicam formam. 10 11

Verum in prædicto caſu, quo mortuus Notarius conceſſerit alteri Notario, requiratur commiſſio iudicis; & quod ſine ea ſucceſſor non poſſit conficere Inſtrumenta, dicit ſeruari de facto Iaſon, *in dicto*, §. *cogentur*, cum pluribus ab eo adductis, *num.* 14. Felinus *hic num.* 4. dixit communem Boerius *deciſ.* 39. *num* 9. *in fine*. 12

† Hodie tamen vt videas quid ſit deciſum de Iure Regio, leges Textum, *in dicta l.* 24. 13

*tit.25.lib.4.recopil.*vbi latè Azeuedus, *& in dicta l.55.tit.18.p.3.*ibi Gregor.verbo *puede el Eſcriuano*, & verbo *ſigno*, Paz *in ſua praxi in annotatione vltima de Tabellione, num.* 31. tradit Zeuallos *in practicis,q.*439.& videbis quæ dixi,*ſupra*, & dico in vltimo dubio.

14 Ad tertiam qnæſtionis partem reſpondebis dicendo quod prima, ac potiſſima Inſtrumenti publici authoritas conſtat ex eo, quod ſit conſcriptum ab eo, qui verè Tabellio ſit, authoritatę publica conſtitutus; & in id munus electus tradunt optimè Felinus *in cap.* 1. *hoc tit. num.*18. Decius *ibi num.*16. Couarruuias *in practicis, cap.* 19. *num.* 9. qui id ex noſtro Textu
probat, & *ex l.*1. *tit.*18.*p.*3.*l.*3.*tit.*2 *lib.* 7. *re-*
15 *copil.* † Igitur vt omnes fatentur ex noſtro Tex-
tu, *& ex l.*3.*tit* 19. *p.*3. publica authoriras dari debet à Principe Tabellioni, vt notat Bald. & alij, *in l.*1. *Cod. de emancip. liberor.* Iaſon *in l.imperium,n.*27.*ff.de iuriſd.omn.Iud.*

16 Qua ratione vſu forenſi apud Regia Tribunalia receptum eſt, vt ſi producto Inſtrumento, in iudicium objiciatur, illud non eſſe publicum, nec authenticum; quia non ſit à vero, & publico Notario conſcriptum: tunc qui illud produxerit, tenebitur probare id à vero, & publico ſaltem communi æſtimatione, Tabellione conſcriptum fuiſſe: ſic docet, *Regia lex* 115. *tit.*18.*p.*3. de qua eleganter Rodericus Suarez *in l. poſt rem, ff. de re iud. in* 2.*p. legis Regiæ folio* 143. & idem de iure communi, probat Aymon *in tractatu de antiquitate tempor.*3. *p. cap.vidimus,num.*2.notat Innocent.*in cap. veniens, col.*2.*de verb.ſignif.*

17 Tamen ſi contra publicum Inſtrumentum appóſitum eſſet, quod ſit falſum, tunc qui opponit probare tenetur falſitatem, alioquin præſumetur pro Inſtrumenti publici authoritate, vt definit expreſsè, *Regia lex* 116. *dict. tit.*18.*p.*3. nam ſicut in priori caſu publica authoritas non præſumitur; ita neque in poſteriori delictum eſt præſumendum: optimè vtrumque aſſumptum probat Couarruuias vbi *ſupra dict. num.*9. vbi dicit ex Textu, *in cap, ad audientiam de præſcript. l.ſi quis Decurio, Cod. de falſis, l.cum precibus, Cod. de probationibus*, præſumi pro Inſtrumento publico; & ob id ait, quod ille,qui allegat falſum eſſe Inſtrumentum, teneatur illud probare.

18 Sed ſi dubites, an Duces, comites, Marchiones, & alij inferiores habentes iuriſdictionem in ciuitatibus, villis, ſeu oppidis, poſſint Tabelliones conſtituere, eligere, ac creare? Videbis quæ tradit hic Innocentius, & alij, late Petrus Auendañus *in tract.de exequendis mandatis Regiis, cap.* 10. de qua re tractant, *leges Regiæ* 3. *tit.* 19. *p.* 3. *l.*1.*tit.* 18. *lib.* 2. *ordinam. hodie, l.*3. *tit.*2. *lib.*7. *recopil.lib.*7.*tit.*1.*lib.*7.*l.*23.*tit.*2. *eodem, lib. ordin. l.*6. *tit.*13. *lib.*3. *hodie, l.*1. *tit.*15. *lib.*4. *compilationis, l.*8. *& l.*10. *tit.*2. *lib.*7. *ordinam, hodie,l.*1.*tit.*3 *lib.*7.*recopil. & de Authoritate prædictorum*,principum videbis qnæ adduxi,*ſup.in c.accedens* 4. vt lite non conteſtata nihil innouetur: vbi de vice comite.

19 Notabis ex Regia lege, quam adducit Couarruuias *dict.lib.pract.cap.*19.*ſub dicto num.*9. *in fine*, cautū eſſe ſuper modo, quo in hiſce Regnis Notarij, & Tabelliones Apoſtolici debeant vti ſuis officiis. Et quod in rebus, ac negotiis ſæcularibus minimè conficiant publica Inſtrumenta, & Iure iuſtiſſimum eſſe probare conantur Ioannes Faber *in l. ſciendum, Cod. de donation.* Ioannes Lupus *in Rub. de donationibus, fol.* 3.ſed & Rebuffus *de litteris obligator.ſuper leg Reg.art.*2. *Gloſſa* 1. *num.*37.multa de hac re tradit: tametſi contendat Iure probari poſſe contrarium: Et docent in aliis Regnis practicari vt Neapoli, Afflictis *in conſtitut. Inſtrument. robur,num.*22.*& deciſ.*245. Anna, Pater, & filius, *ſingulari* 245. *&* 246. adducti à Boërio *deciſ.* 242. Frec. *de præſent. Inſtrument. p.* 3. Craueta *tit.*116.*num.*8. Andreas, Faber, & Argent. quos probat Rouitus *ad pragmat.*2. *de contract. num.*12. in nouiſſimis, Gaito *de credito, p* 1. *cap.*3. *tit.*1. *num.* 482. ſed dicunt ſuſtineri, ſi factum ſit Inſtrumentum circa ſpiritualia, & Eccleſiaſtica, & in piis, Gaitus *num.*487. Vrſilis ad Afflictis, qui probat ſic decſum in ſacro conſiſtorio, & inter perſonas Eccleſiaſticas, & in quibuſuis aliis diſpoſitionibus per vltimam voluntatem factis, moderni ad praxim Archiepiſcop. *cap.*69. *à num.*24. Gaitus *ſupra, qui & à num.* 485. videtur aſſentire Rebuffo contrarium aſſerenti; nempe, vt etiam valeat in prophanis; quia totus orbis dicitur Diæceſis Papæ, ſed aliter in praxi.

Ad quartam quæſtionis partem, de his quæ 20
neceſſaria ſunt ad conficiendum publicum Inſtrumentum ex protocollo Notarij mortui, dico in primis ex noſtro Textu ex verbis ibi: *ad petitionem eorum, ad quos pertinet*, citationem eſſe neceſſariam eorum, quorum intereſt, & quos negotium id tangit, vt notant omnes, *in Authentica ſi quis in aliquo documento, Cod. de edendo, & in cap. Albericus de Teſtibus*, aſſeuerat eſſe hanc opinionem communem, Matthæus de Afflictis *in conſtit. Neapol.lib.*1.*tit.*73.*num.*58. latè Boerius *deciſ.* 36. Couarruuias *in practicis, cap.* 21. *ſub, num.* 3. *in fine principij*: vide quæ ex multis tradit, & notat Gratian, *Reg.* 69. vbi dicit, *ibi num.* 3. cum Felino *hic num.* 4. & cum Panormitano, *in cap. Abbate de verb. ſignif.* prædictam regulam, ſic ſe habere in eo, qui vult Inſtrumentum exemplare, benè tradit Auiles *in cap. prætor. cap.* 19. Gloſſa *traſladen*, Socinus *Reg.* 185. Corneus *conſ.* 144.
*lib.*4. † Et optimè Riccius *in collect.* 914. Ad 21
Textum noſtrum, notat ex multis decis. Rotæ, Inſtrumenta eſſe extrahenda, parte citata; iterum ipſe, *in collect.* 1898. *ſuper Doctrina Innocentij, in cap.fin.hoc tit.* vbi per Rotam *in deciſ.*2. *hoc tit.* in nouis, ait ibi fuiſſe dictum, quod Inſtrumentum extractum in vim compulſoriæ, parte non citata, fidem non facit, & ſic concludit pro regula, quod extractio Inſtrumenti facta, parte non citata,non probat.

Vnde dixit alia deciſio Rotæ collecta à Fari- 22
nacio 549. de qua meminit Riccius *dicta collect* 914. quod ſcripturæ extractæ ex Archiuio repoſito penes capitulum non citata parte aduerſa ad videndum collationari, non probant.† Et 23
idem Farinacius *in dicta deciſ. Rota* 549. quem ſequitur ipſe Riccius *in dicta deciſ.* 1898. ait quod vltra citationem in hoc caſu, eſt neceſſarium vt Archiuarius non ſit ſuſpectus ex ea ratione, quia facile poſſet committi fraus ponendo ibi ſcripturas falſas, vt poſtea ex authoritate Archiuij ſumerent fidem iuxta ea, quæ adduxi, & notaui, de publicis Archiuiis, & eorum Authoritate, *ſupra in cap. cum cauſam* 13. *de proba-*
tionibus. † Propter quam rationem ait idem 24
Riccius

Riccius fuiſſe deciſum, *in vna Gadicenſi adminiſtrationis fabricæ* 4. *Mai* 1584. *coram Cardinali lanceloto*, quod ſcriptura extracta Archiuo, cuius cuſtodia erat penes capitulum, non probat contra Epiſcopum, cum quo capitulum litigabat. Et aduertit Capuraquen; *in deciſ.* 14. *lib.* 1. quem ſequitur idem Riccius, quod vt iura extracta ſint in forma probante, debeat conſtare de tempore repoſitionis ante motam litem: videbis alia, *ſupra in Rub. q.* 1. *in vlt.* verſic.

25 Vnde infero primò, quod citatio requiritur in receptione, & productione Inſtrumenti: ſic Angelus, & Alexander per Textum *in l. properandum*, §. *ſin autem Reus*, *Codice de Iudic.* conſuluit Ludouic. Roman *conſ.* 519. & Alexandr. *conſ.* 64. *num* 4. *lib.* 3. Baldus *conſ.* 135. *num* 2. *p.* 3. Felinus *in cap.* 2. *de Teſtibus, num.* 29. vbi videbis plura concernentia.

26 Infero ſecundò, quod etiam in liquidatione Inſtrumenti eſt neceſſaria citatio, Baldus *in l* 2. *Cod. de execut. rei Iudic.* Baldus *conſ* 197. cum multis, Auiles *in cap. Pratorum*, *cap.* 10. Gloſſa *execution. num.* 52. ſequitur, & ſublimitat Robertus Maranta *de ordine indic.* 6. *p. membro* 1.
27 *de citatione*, *num.* 9. † Imo Bartolus, & Baldus dixerunt, *in l. nuptiæ*, *ff. de ritu nuptiar.* Boërius *in deciſ.* 37. *num* 6 quod etiam requiritur partis citatio in refectionem Inſtrumenti, quando eſt amiſſum.

28 Notabis verò in tantum prædictam procedere regulam, quod citatio non præſumatur præceſſiſſe, niſi probetur: ſic docet Baldus *in dict. Auth.* ſi quis in aliquo documento; *Cod. de edendo*: Sequitur Gratian. *dict. reg.* 69. *num.* 1. vbi limitat quando adeſt longi temporis tranſcurſus, latè tradit, Tyraquell. *tract. de præſcript.* §. 1. *Gloſſa* 7. verſic. 31. Padilla *in l. ſancimus, Cod. de diuerſis reſcriptis*, *num.* 8. *qui num.* 9. limitat tripliciter regulam hanc, de quo dico, *n. ſeq.*

29 Igitur aduertes prædicta de citatione in extractione, ſeu exemplatione Inſtrumenti, intelligi ſi fuerit extractum, ſiue exemplatum per alium Notarium, quam per illum, qui illud alias receperat, & fecerat, ſecus ſi per illum eundem Notarium fuerat extractum, ſiue traditum; quia tunc benefacit fidem, ita Riccius *in d. collect.* 1898. *in fine.*

30 Deinde limitatur, quando Inſtrumenta fuerunt extracta, partim ab eiſdem Notariis, partim à ſucceſſoribus in Officio, & habentibus facultatem Regiam illa extrahendi; quia cenſentur eſſe in forma probanti iuxta deciſionem Cardinalis Putei 14 *hoc tit.* Caputaquen *in deciſ.* 351. *p.* 2. & ita fuiſſe dictum, *in vna Mediolanen. iuris*, *p.* 29. *Ianuarij* 1589. *coram Comi-*
31 *tol.* † Et tertiò limitatur, quando pars eſt in cauſa, ne formiter extrahatur. Peregrin. *in deciſ.* 159. *lib.* 2. docet Riccius ad noſtrum Textum, *dicta collect.* 914. *circa finem*, vbi dicit ita reſolutum fuiſſe coram Seraphino *in vna cartagin. Portionis* 14. *Nouemb.* 1594. *& in vna Aſtrogninen. Prioratus* 13. *Ianuarij* 1598. *coram Melli-*
32 *no.* † Et quando Inſtrumentum producitur ad ſolam iudicis inſtructionem, citatio non requiratur, docet Baldus *in l. ſi qua per calumniam*, verſic. *ſed pone*, *Cod. de Epiſcopis*, *& Cleric.* Robertus Maranta *de ordine iudicior* 6 *p.* 8. *actu de Inſtrument. productione*, *num.* 18. Et aliis Tribus modis limitat Iaſon *in dicta l. properandum*; §. *ſin autem Reus*, *Cod. de re Iudicata*, præter alios tres caſus, in quibus limitat Padilla *in dicta l. ſancimus*, *num.* 9. *Cod. de diuerſis reſcriptis.*

Et de nonnullis caſibus ad hanc quartam 33
quæſtionem ſpectantibus videbis, & leges ex multis nouiſſime referre hic Barboſa *in addition. tomo* 6. *à num.* 2. cum aliis, quos ex dictis intelliges, qui de hoc agens, *in cap. ſin. hoc tit. dict.* 6. *p.* ait quod licet Inſtrumenti traductio fiat authoritate iudicis, & parte citata: de quo etiam Pareja *de editione inſtit. tit.* 1. *reſ.* 3. *num.* 120. fallat; tamen, quando Inſtrumenta ſunt vetuſtate colapſa, vt in eo Textu, & periculum eſt in mora exemplationis; quia fortè poſſent dirui, nec tunc pateat probatio, Pareja *n.* 123. *ſupra*, Maſcard. *concluſ.* 74. *n.* 10.

Nunc vero iam videbis ad traductionem In- 34
ſtrumenti, præter iudicis authoritatem, & citationem, de quibus iam dixi alia prærequiri, vt talis traductio, ſiue exemplatio firmitatem teneant. Primo quod fiat ad petitionem eorum, quorum intereſt, vt petat ex Textu noſtro, *& in l. ſi quis ex argentariis*, §. *pertinere*, *ff. de edendo.* Secundò quod hæc traductio fiat per Tabellionem, vt patet ex ſubſcriptione Textus noſtri, & ex aliis, *iam ſupra*, adductis. Tertiò, quod qui hoc Inſtrumentum traducit, nihil addat, vel trahat protocolli, ſcripturæ, vt probatur ex Textu noſtro ibi: *fideliter*: Quartò etiam exigitur ex noſtro Textu, vt traductio fiat in publicam formam. Quintò id potiſſimè neceſſarium eſt, quod Tabellio, qui confecit Inſtrumentum in protocollo ſit morte, vel ægritudine perpetua impeditus, aut ſaltim eo impedimento affectus, quod longi temporis moram occupetur: ita docet Bartol. *in dicta l. quædam*, §. *nihil*, *ff. de edendo*, & patet ex noſtro Textu, vt tradit Couarruuias *practic. dicto cap.* 21, *num.* 3.
† vbi addit quod ſicut de hoc impedimento; ita 35
& de fide, integritate, ac fama ipſius Tabellionis, iudex examinare tenetur ſummario iudicio, teſtes ita quidam quod de fide protocolli minimè dubitetur, vt omnes hic adnotarunt in Textu noſtro: videbis alia, quæ adducit idem Couarr. *ibi*, *n.* 4. vbi agit de quæſtione, qua ratione vt probet exemplum, ſit traducendum ex originali, de quo iam plura dixi, *in c.* 1. *&* 2. Et videbis *d. in c ſin. hoc tit.*

Ad quæſtionem, an Inſtrumentum ſcriptum 36
per alium, ſed ſubſcriptum per Notarium, probet? Latè Gutierrez cum multis, *de credito, c* 3. *tit.* 1. *à num.* 450. idem pleniſſimè, *à num* 690. *de requiſitis ad Inſtrument. reaſſumptionem*, *& ſolemnia, & à n.* 778. *vbi etiam à n.* 810. an Inſtrumenta confecta per Notarium vaſſallum probent pro Barone.

QVÆSTIO II.

An Tabellio poſſit conficere Inſtrumentum extra territorium: Et an antiquitas temporum ſufficiat ad præſumptionem Notariatus: Et quo pacto probetur Inſtrumentum manu Notarij fuiſſe confectum: Vbi plura de authoritate Tabellionum?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum nunquid extra territorium poſſit*

à Tabellione confici, n.2. 3. & 4. in nonnullis caſibus licet, n.5.6.7.& 8.

4 *Littera dimiſſoriales ab Epiſcopo, poſſunt extra territorium concedi: legitimatio quit fieri extra territorium.*

9 *Inſtrumenta condita à Notario creato ab imperatore, vel à Pontifice, vbique probant. Quid de creato ab habente poteſtatem Pontificis, imperatoris, ſeu alterius communitatis, n.10.*

11 *Notarius, ſiue Tabellio nunquid ex antiquitate legitimus præſumatur, num. 12. 13. 14. 15. 16.*

17 *Inſtrumentum confectum eſſe manu Notarij probatur per comparationem litterarum, n.18.*

19 *Tabellionatus, ſeu Notariatus officium, non eſt vile, n.20.21.& 22.*

23 *Tabelliones dici ſeruos Reipublicæ, qualiter ſumatur, n.24.& 25.*

L.non aliter, ff.de adoptionib.

26 *Notarius poteſt abſenti ſtipulari.*

27 *Notarius impeditus poteſt alteri committere reaſſumptionem Inſtrumenti.*

28 *Notarius qualiter atteſtans credatur circa iuriſdictionem voluntariam, n.29.*

30 *Notarius extendere poteſt in groſſa voluntatem teſtatoris: Quid de eius ſucceſſore, n.31.*

33 *Notarius deponens contra Inſtrumentum confectum, non præiudicat contrahentibus.*

1 AD primam quæſtionis partem, inuenio diuerſo modo loqui Doctores: nam Abbas *hic num.9.* Bartolus *in l.1. num.34. Cod.de ſumma Trinitate & fide cathol.* Albericus *in l.nec ei, §. eorum, num.7. ff.de adoptionibus*, Oroſcius *in l.1. n 15. & 16 ff. de præfecto vrb.* Azeuedus *in l.19. tit.25. lib.4. comp. num.1.* per Textum ibi, docent quod Tabellio non poteſt conficere Inſtrumentum extra territorium; & ſic Valaſcus *in dec. Rota luſit.9.* ait Inſtrumentum Notarij extra territorium eius

2 confectum, qui eum creauit, non valere. † Et confirmatur, quia excuſſio de bonis extra territorium ſitis fieri non debet vt tradit Theſaurus,

3 *in deciſ. pedmont. 40.* † Tum etiam, quia vt ait Flaminius Cartarius *in dec. Rota Ien.68.* nec Bannitus poterat impunè offendi extra territorium.

4 Sed Felinus *hic num. 10.* Silueſter verbo, *Tabellio*, §.4. Boërius *in deciſ. 242.* dixerunt quod Tabellio creatus à Principe, qui dicitur, *Eſcriuanò Real*, illud poſſit; ab alio autem non poſſit; nec inter extraneos, nec inter ſubditos conſtituentis eum; & ita practicari ait Zeuallos *in pract. q.422.* Tamen quia plura notat Maſcardus *de probation. concluſ.927.* cum leges ad ſaturitatem, quare non immoror. Verum noto cum Riccio *collect. 114.* quod Epiſcopus, vel eius Vicarius poteſt concedere litteras dimiſſoriales extra territorium ſuũ. Item quod legitimatio valet etiam, ſi fiat extra territorium, ſed hæc procedunt, vt iam alibi dixi, quia ſpectant ad iuriſdictionem voluntariam, non ad contentioſam, vt contingit in confectione Inſtrumenti.

5 In multis vero caſibus videtur dicendum, quod Inſtrumentum tale factum extra territorium, valeat; veluti in Notariis, qui eſſent iudices cartularij, qui habent maiorem iuriſdictionem, quam ſimplices Notarij: ita docet Felinus *hic num.18.* verſic. *item poteſt*: verum Maſcardus *dict. concl.927. num.11.* dubitat de hoc; quia iuriſdictio contentioſa, nec voluntaria poteſt extra territorium prorogari. De prorogatione, tam contentioſæ quam voluntariæ videbis quæ adduxi *ſupra in cap. ſignificaſti de foro compet, quæſt.1. à num.6.* Et de cartulariis iudicibus, etiam dixi, *ſupra.*

Deinde idem Felinus *hic dicto num.18.* verſic. *quarto decimo*, ait, quod illud Inſtrumentum extra territorium confectum per Notarium ab vniuerſitate creatum, valeat inter ſubditos, vt notat Baldus *in cap.cum dilectus, num.1. hoc tit.* ex ea forſan ratione; quia eius iuriſdictio inter ſubditos non eſt limitata territorio per Textum *in l. quæro ff.de ſolutionibus.* † Et ſubdit Felinus idem 7 eſſe quando Notarius creatus ab vniuerſitate conficeret Inſtrumentum inter duos forenſes contrahentes in eo loco; quia ſaltem ratione contractus efficiuntur ſubditi, *in c. vlt. de foro compet.* & ibi latè dixi, *in cap.17.* 6

Imo & idem Felinus *hic dicto, num. col.fin. poſt, dict. num.18.* verſic. *& per hæc paſſus eſt dubius*, ait, quod vbi conſuetudo aliter dictaret, illa extante, probaret Inſtrumentum confectum extra territorium, cùm conſuetudo ipſa ſeruanda ſit ex textu *in cap. cum dilectus de conſuetudine*: tradit Maſcardus *dicta concluſ.927. num.10.* qui *à num.15.* ait, quod licet Inſtrumentum extra territorium à Notario confectum, non teneat; tamen tenebit contractus in eo imbibitus; quia Inſtrumentum reſpicit probationem, non ſubſtantiam; & ob id qui renunciat Inſtrumento, non videatur renunciare debito ſed tantum probationi ipſius Inſtrumenti: optimè dixit Bald. *in l.labeo, §.1.* verſic. *quid ſi quis ff. de pactis.* 8

Igitur idem Maſcardus *dicta concluſ. 927. à num.19. 22. & 23.* ex doctrina Textus noſtri, vbi communiter DD. addit quod Inſtrumenta condita à Notario creato ab imperatore, vel ſummo Pontifice, vbique probant, ex eo quia quilibet habens merum imperium, poteſt extra territorium exercere voluntariam iuriſdictionem; non autem contentioſam, *ex l. 2. ff. de officio proconſulis, & legat*; & quia creare Tabelliones eſt de his, quæ ſpectant ad iuriſdictionem voluntariam; non autem contentioſam videbis quæ notat Felinus *hic quæſt.13. n 17. & col. fin. in quæſt.15. ſub num. 18.* dicens id eſſe ſpeciale propter prærogatiuam eorum in Notariis Papalibus, & Imperialibus. † Itaque id ex 10 multis comprobans Maſcardus, hanc ampliat Doctrinam *dicto num.22.* cum Bartol. *in l.1. ff. de officio Proconſul. & legat & in l.1.* vbi Baldus, *Cod. de ſumma Trinitate*, & cum aliis, vt procedat etiam in Notariis creatis ab habentibus poteſtatem à ſummo Pontifice, vel imperatore, & porrigit id etiam, ſi ipſe Notarius aliundè eſſet creatus ab alia communitate; quia tunc virtute Pontificiæ, ſeu imperialis creationis valebit eius Inſtrumentum extra territorium conſtituentis: alia proſequitur Maſcardus, qui, *à numero ſexto*, refert multos diſputantes de dubio, an ſcripturæ reſeruatæ in Archiuio publico, & editæ probant ſolum in territorio, & non vltra: de quo videbis quæ tradit, Baldus *in l. exemplo, col. fin. ff. de probationib.* qui negat; ſed contra eum Aretinus inſurgit, *in cap. cauſam & l.1. de probationib.* leges etiam Felinum hic, *col. penult. in 11. q. num.16. & in cap. ad audientiam, col.4. num. 12.* verſic. *contra iſtam de præſumpt.* Et videbis Baynum *in practica Eccleſiaſtica, p. 1. lib.1.* 9

lib.1. cap.7. & 10. vbi dicit de perſonis, ad quos pertinet creatio Notariorum Eccleſiaſticorum, leges Azeuedum *in proœm. tit.25. lib. 4. recopilationis.*

11 Ad ſecundam difficultatis partem an antiquitas temporum ſufficiat ad præſumptionem Notariatus? exiſtimo diſtinguendum; Nam ſi inſtrumenta ſunt antiquiſſima, ſola antiquitas temporis ſufficit ad præſumptionem officij Notariatus: ita expendit Maſcardus *de probat. concluſ.*1099. *num.*6. & 8. & in hoc caſu verum eſſe dictum Abbatis *in Rubr. huius tituli* Innoc. *in cap. veniens de verb. ſignif.* Bald. *in Auth. quas actiones* vbi Salicet. *Cod. hoc tit.* Afflictis *deciſ.*251. *in fine,* & 245. *num.*3. Sequitur Zeuallos *in practic. is* 9 425. *à num.*1. id probans per textum *in l. ſciendum, ff. de verb. oblig.*

12 Vnde infertur, quod licet Notarius nullus naſcatur, & ſit quid facti tamen ſi quis diu ſe geſſit, vt Notarius talis præſumitur, vt docet Florianus *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris,* Iaſon. *in l. Barbarius, ff. de officio Prætor.* & *in l. ſi certis annis, Cod. de pactis,* & *in §. præiudiciales, Inſtit. de actionib.* Menchaca *lib. 2. controuerſ. illuſtr. cap. 62. num. 2. contra,* Decium *conſ.* 62.

13 † Quod ait Menochius *de arbitr. lib. 2. cent.2. num.2.* Maſcardus *ſuprà. n.*16. Antonius *in cap. 1. hoc tit.* procedere maximè, quando Notarius fuit in quaſi poſſeſſione notariatus, ſciente, & patiente Superiore, qui habet facultatem officium conferendi, & vlteriùs id probans Zeuallos *ſuprà. à num.*6. adducit doctrinam elegantem, & ſingularem Gloſſæ, *in l. penult. Cod. communi diuidundo.* † Et ad multa videbis quæ adducit Riccius *collect.* 1189. ad textum *in l. Gerennius, ff. de Decurionibus,* qui quidem *in collect.* 1192. ad textum *in l. ſi arbiter, ff. de arbitris,* tempus antiquum dici illud, quod excedit annorum centum, & antiquiſſimum, quando excedit metam annorum centum, de quo Afflictis *in deciſ.* 146. quibus adiunges quæ adduxi *ſuprà in cap. cum cauſam* 13. *de probat.*

14

15 Quare fit, vt ſi Notarius exercuit diu officium notariatus, ſciente, & patiente Epiſcopo, illa patientia ordinarij habeatur loco tituli, vt *in l. Cod. de ſeruitutibus,* vbi latè Padilla; quia non eſt veroſimile, quod fuiſſet in officio tanto tempore toleratus abſque ſolemni creatione, & titulo, vt tradit Iaſon. *in l. Barbarius Philippus, num.*55. *ff. de officio Prætor.* quem ſequitur Maſc. *concluſ.*2097. *num.*18. & ait Zeuallos *ſuprà n.*10. non poſſe tales Notarios amoueri, mortuo Prælato nec in vita Anteceſſoris; licet non oſtendant titulum, nec originem poſſeſſionis, cum ſufficiat diu exercuiſſe prædicta officia, quod ceſſare ait ex Afflictis in caſu, quo officia notariatus ad vitam ſunt conceſſa, nullo prætio accedente. Ad alia videbis Maſcardum *dicta concluſ.*.097. cum aliis quatuor concluſionibus.

16 Itaque licet in puncto noſtræ quæſtionis, Alexander *in l.1. col. fi. Cod. de Teſt.* Corneus *conſil.* 142. & *conſ.*304. *lib.*3. & *conſ.* 24. *lib.* 4. Decius *in Rubr. Cod. hoc tit. num.* 16. & *in conſ.* 36. *col.*2. & Latius *in conſ.*44. doceant Notariatum non præſumi ex temporis antiquitate intelligendi ſunt, quando ea inſtrumenta antiquiſſima non ſunt: argumento eorum, quæ adduxi *in cap. cauſam* 13. *de probationib.* & dixi nonnulla *ſuprà quæſt præced.* in verſic. *ad quartam.*

17 Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo breuiter probari inſtrumentum manu Notarij eſſe confectum per littararum comparationem, docent Ruinus *conſ.*11. *num.*4. & 7. *volum.*3. authoritate Bart. *in l. ſi ita ſcripſero, ff. de conditionib. & demonſtrat.* cum aliis Maſcardus *de probat. concluſ.*922. vbi ampliat, *n.* 3. ne dum probetur per comparationem litterarum exiſtentium protocollis dicti Notarij, ſed etiam ex ſimilibus inſtrumentis extenſis, & redactis in publicam formam ab ipſomet Notario, in quibus eadem, ſeu ſimilis forma, & ſtylus continetur iuxtà textum *in l. comparationes, Cod. hoc tit. & in Auth. ibi poſita, & in corpore,* latè Bartol. *in leg. admonendi, ff. de Iureiur.* ad quod applicabis quæ de comparatione litterarum dixi *ſuprà.* † Et addit 18
idem Maſcardus, *n.*4. ex Riminaldo Senior. *in conſ.*155, *n.*22. *volum.* 1. fidem adhiberi inſtrumentis productis de longinquo, etiamſi negetur ſcriptura, quæ ibi oppoſita eſt infinita ex multis de probatione Scripturæ, ſeu apochæ per comparationem litterarum, & qualiter contingat Gayto *de credit. q.2. p. 2. tit. 7. à num.* 2808. & ante, & *à n.*2859. *per duos §§.* cum Gen. Scacc. Farin. & aliis.

Ad quartam quæſtionis partem de authoritate Notariorum, & Tabellionum; quia plura 19
adduxit videndus Couarr & multi per eum *pract. cap.* 19. *à n.*5. qui dum diſputat an vile, ſeu nobile ſit eorum officium, quantaque ſemper ratio fuerit in Principibus: vt eos crearent Tabelliones, qui famæ bonæ, & opinionis eſſent; ideò concludit in verſic. & *ſanè*, quod cum Tabellionibus hodie merces, non tam pro opera, quàm induſtria, & publico authoramento conſtituta ſit, non videantur Tabelliones pro ignobilibus habendi, vt ex Cicer. *lib.* 1. *de officiis* adnotauit Andreas Alciatus *in l. mercis appellatione, ff. de verb. ſignif.* tametſi incontrarium induxerit textum *in l. vniuerſos, Cod. de Decurionibus lib.*10. ibi *vniuerſos Decuriones volumus à Tabellionum officiis temperare*: quibus verbis Accurſius, & alij volunt probare Tabellionatus officium vile eſſe, ac Procuratoris officium, quod eadem ratione interdictum eſt Decurionibus *in l. ſi quis procurationem, Cod. eodem tit. de Decurion. lib.* 10.
† Sed ipſe Couarr. exponens ait non itidem 20
prædictis Authoribus probari Tobellionatus officium eſſe vile, cum potiùs ex prædictis verbis exponat, quod nemo ex Tabellionatus officio ad Decurionatum vocatus excuſare ſe poterit; eo quod fuerit Tabellio cum huiuſmodi homines ſi ſint idonei vocari ad Decurionatum oporteat; ait enim quod lex, quæ Decuriones à Tabellionum officiis voluit ſubmouere ad Decurionatum, Tabelliones vocari non prohibet & ſic ex prædicta conſtitutione potius infert Tabellionatus officium vile non eſſe, aliàs non permitteret, lex Tabelliones in Decuriones eligi, & adſumi: alia expendit omninò videnda.

Sed etſi daremus tale officium non eſſe tanti 21
honoris, quanti ſint alia publica officia; tamen negari iuſtè poteſt tale officium eſſe vile, & ob id exiſtimo non eſſe infamem ad Tabellionis officium eligendum, nec poſſe iuſtè, nec iure eligi ſi ſit infamis infamiâ iuris iuxta textum *in l.*2. *tit.*19. *p.* 3. & facit Gloſſa *in l.*1. *§. miles,* verbo *Sacramento, ff. de his qui notantur infamia,* vbi dicitur quod infamia iuris efficit, quem alienum ab officio publico, ibi DD.

Cumque nemo, negare poſſit Tabellionis of- 22
ficium

ficium eſſe publicum, non priuatum, etiamſi dignitas non ſit, cum Tabellio authoritate publica vtatur, vt notat textus noſter ſecundùm omnes Doctores, *& in cap. cum dilectus hoc tit.* inde eſt vt iuſta ratione tale officium non ſit ignobile, quantumuis dicamus id nobile non eſſe, vt praxis obſeruat eleganter, tradit ipſe Couarr. qui per ſeptem concluſiones expendit differentiam inter infamem infamiâ Iuris, & facti, ad hoc vt officium Tabellionis denegetur alicui ſecundum ea quæ latè ſcribit Guttierrez. *lib. 1. pract. quæſt* 137. quem videbis *à num.* 15. hanc noſtram aſſertionem probantem.

23 Nec enim obeſt quod Notarij, vel Tabelliones appellentur ſerui Reipublicæ, *vt in l. non aliter, ff. de adoptionibus*, & aliis; quia reſpondeo hoc ideò ſic dici, quia ſeruiunt Reipublicæ, non quod ſint ſerui, vt docet Guido Pap. *deciſ. 90. num. 1.* Guttierrez. *dicta quæſt.* 137. *n.* 17. vbi ait quod ſeruire Reipublicæ potiùs eſt honoris; quàm dedecoris, aliàs enim ſeruus Tabellio eſſe non poteſt ex textu, *in leg. generali. Cod. de Tabular. lib.* 10. vbi Gloſſa, quæ exiſtimat ideò dici Tabelliones ſeruos publicos, quia eorum ſtipulatione quæritur, ſicut ſtipulatione ſerui, maximè his, qui non poſſunt ſtipulari, vt *in l. 2. ff. rem pupil. ſalu. fore*, vbi ſit mentio ſtipulationis ſerui proprii & ſerui publici, hoc eſt *Tabellionis* ſecundùm Gloſſam *ibi*; Et videbis *legem* 7. *tit.* 11. *p.* 5.

24 Vnde licet Tyraquellus *de nobilitate cap.* 30. *n.* 9. exiſtimet, quod ſerui publici in locis ſuprà allegaris intelligantur ſerui Reipublicæ per textum, *in l. 1. Cod de ſeruis Reip. manumit.* iuncta illa Rubr. Nam quos ſeruos Reipublicæ illa Rubrica vocat ſeruos publicos, lex illa infrà appellat; ita vt nullus ſit textus qui loquens de Notariis eos ſeruos appellet, ſed vel Notarios, vel Tabelliones, vel Actuarios, vel taliter. Tamen Guttierrez. *vbi ſuprà dicto num.* 17. in verſic. *vel eum ſatis impugnando* ex dicta lege, non aliter cum ſimilibus manifeſtò inſinuantibus, & loquentibus de Notario, vel Tabellione publico; dum eminit ſerui publici, ſicque receptum à Gloſſa, & Doctoribus, nempe Tabellionem vocari ſeruum publicum, vt conſtat ex Iure communi *in cap. quanquam de vſuris lib. 6.* ibi, *aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato*, probat hoc procedere etiam de Iure Regio.

25 Et expendit ideò Tabelliones, ſiue Notarios ſeruos publicos dici; quoniam poſſunt compelli à quocumque Reipublicæ ad conficiendum inſtrumentum, vt cenſuit Hoſtienſis *in ſumma hoc tit.* verſic. *ex quibus* Ripa *in l. 2. num. 26. Cod. de edendo* vbi alios recenſet, & colligitur ſaltem ex huius Regni legibus *leg.* 17. *tit.* 2. *p.* 3. veluti *ex l.* 17. *tit.* 2. *p.* 3. ibi *cauallos*, ſcilicet *los eſcriuanos publicos*, & conſtat ex primis verbis eiuſdem legis ibi, *ſomos como ſeruientes para eſcriuir las certas por mandado de Decho eſieles para guardan, las emonſtra las lealmente do meneſter fuere*, & *in l.* 7. *tit.* 11. *p.* 5. vbi loquens lex illa expreſsè de Tabellionibus publicis ſubdit, *e aun por eſtos officiales a tales ſon, como ſierbos publicos de el conçejo do viuen per raçon de las coſas, que hande hacer, que perteneçen a ſuo oficio.* Et addit Guttierrez. *ſuprà* in verſic. *quare in fine*, quod nec prædicto reſpectu ſunt ſerui publici propriè, ſed impropriè, & largo modo, id colligens ex relatis verbis *como ſierbos publicos* iuxta prædictas leges Regias hanceque rationem coincidere in effectu cum prima ratione iam adducta, & quia probat abundè D. Franc. Amaya *in l. vniuerſ. 25. C. de Decurionibus* Tabellionum officiũ non eſſe vile, & quod apud Græcos fuit honorificentius, quam apud Romanos, probans ex Caſſio Diro *lib. 12. Epiſtola 121. fuiſſe honeſtum*, item & ex Tertull. *lib.* 2. aduerſus Mattionem conceſſiſſe, ſcilicet in Iudicio, quod ſub Sellia, & ex Plutarcho in Catone dicente illum confregiſſe Scribarum arrogantiam, & ex Suetonio dicente corpus Druſij ad vrbem deuectum obuijs Scribarum decuriis, quod minimè poſſe dici de hominibus humilibus; Nam tanti Principis corpus honoris gratia à Scribarum decuriis vnà cum primoribus, id eſt Decurionibus municipiorum deferebatur hæc, & alia Amaia & *de honoribus debitis Secretariis Principum* vbi *num.* 42. ait Tabelliones noſtri temporis admitti poſſe ad Reipublicæ adminiſtrationem, & ſi non poſſint eſſe Aduocati, nec decuriones, & quare ibi Bobadilla cum pluribus *lib. 3. polit. c.* 14. *n.* 43. Barboſa *in Remis ad l. Luſitaniæ lib. 1. tit.* 39. & cum Gutt. Petro Gregorio Lop. & aliis.

Ab hinc iam poteris aduertere nonnulla, quæ ſpectant ad poteſtatem Tabellionis, ſeu Notarij. 26
Nam primò, vt iam dixi Notarius poteſt abſenti ſtipulari, docet Afflictis *in deciſ.* 135. & ex huiuſmodi ſtipulatione acquiritur Ius reuocabile ſecundùm Oſaſcum *deciſ.* 53. & ſecundùm Theſaurum *in deciſ.* 70. acquiritur irreuocabile, & vt ſcias qualiter poſſit concipere ſtipulationem pro abſente, leges Capic. *deciſ.* 73.

Secundò, vt iam in prima quæſtione dixi, ſi eſt impeditus, poterit committere alteri Notario reaſſumptionem Inſtrumenti ſuper contractu à ſe recepto: ſic docet Antonius Faber *in deciſ.* 7. *hoc tit.* & ipſemet poteſt ſubſcribere de Franch. *deciſ.* 300. aliquid per Afflictis *deciſ.* 6. & per Chagueranum *deciſ.* 32. & idem Afflictis tradit ea, quæ concurrere debent ad reaſſumptionis validitatem. *dicta deciſ.* 6. 27

Tertiò Notarius in Iuriſdictione voluntaria duplici officio fungi poteſt; Scribæ ſcilicet, & interponentis authoritatem, Franciſcus Marcus *in deciſ.* 488. dummodò ſit legitimæ ætatis, id eſt 25. annorum, vt tradit ipſe Franciſcus Marcus *deciſ.* 528. & dummodò idem Iudex, & Notarius; quia eius poteſtas dependet à Iudice. 28
† Et ideo non creditur Notario atteſtanti ſibi fuiſſe factam commiſſionem ſuper receptione Teſtium, Afflictis *deciſ.* 317. Riccius *collect.* 1196. *ad Rubr. de tabul. lib. 11. Cod.* 29

Quartò quia poteſt verba derogatoria extendere in Gloſſa iuxta voluntatem, quam ſciuit à Teſtatore, Guido Pap. *deciſ.* 119. licet ſcriptura cætera extendatur ſecundùm ſtylum illius Notarij, & Formularij Papon. *lib. 10. tit. 4. arreſto* 26. Rota *deciſ. 1. de verb. ſignif. in antiquis* Borgnin. *deciſ. 26. de contractibus, p.* 2. † Sed hæres Notarij non poteſt agnoſcere notam ſine Iudicis mandato, vt docent Boërius *deciſ.* 36. *&* 37. & Guid. Pap. *deciſ.* 2. Et vt per plures illationes intelligas quanta ſit Notarij, & Tabellionis authoritas ob præſumptionem, quæ ratione publici officij pro ipſo eſt, leges quæ notat lariſſimè Maſc. cum multis ab eo relatis, *concluſ.* 1100. vbi plures caſus congerit ad ſaturitatem. 30 31

Notabis quod ſi Notarius deponat contra inſtrumentum 32

inſtrumentum per ſeipſum receptum non præiudicat partibus contrahentibus, ſic cum aliis Tondut. *lib.1.cap.68. à n.21.* addens quod quamuis Notarius deponeret ſcripturas iuſtificatas computorum non fuiſſe receptas per principalem, non obſtante confeſſione facta in inſtrumento, eius depoſitio pro nihilo habenda ſit. De Notarij, & Tabellionis obligationibus nouiſſimè Fragoſus *lib.5. p. 1. de Repub. Chriſtiana, diſp.13. à. 11. à n.271.*

QVÆSTIO III.

An nobilis vulgò* hidalgo *ſi conſtituatur Tabellionis officio, & eo fungatur, cogatur cum plebeis contribuere in Regalibus ſubſidiis: An ſpureus poſſit eſſe Tabellio? Quid de Clericis, vel Monachis: Et an Notarius poſſit errorem ſuum corrigere: Et an Notarius, in quibus de falſo poſſit inſtrumenta conficere: Et an Notarius ad libitum creatus poſſit remoueri? Vbi de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Nobiles vulgò* hi os de algo *Tabelliones creati, verius eſt, vt gaudeant exemptione à tributis, & ab aliis, n.2.3.& 4.*

3 *Nobilis Procurator creatus non amittit exemptionem ſua nobilitatis.*

5 *Nobilis exercendo Tabernam, amittit priuilegia. Idem ſi propriis manibus alia officia mecanicha, n.6.7.8.9. & 10. ſecùs ſi per ſeruos vtatur, num. 11. 12. 13. quid in Hiſpania num. 14.*

7 *Decurio exercens Notariatum, nunquid perdat priuilegium, num.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

9 *Nobilis Mercator, quando priuilegium amittat, num.* 17. *&* 18.

12 L. 2. §.1. ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pertinent.

19 L. 11. tit.25. lib. 5. recopil.

20 *Nobilis Decurio creatus, ſeu adipiſcens aliud officium ſimile, conſeruat ſanguinis priuilegium.*

21 *Spurij poſſunt eſſe Tabelliones, & Notarij.*

22 *Spurij non cenſentur indigni Decurionatus dignitate.*

23 *Clerici poſſunt exercere Tabellionis, ſeu Notariatus officium, niſi prohibiti reperiantur, num. 24. & 25. eiuſque ſcriptura creditur, num. 26.*

27 *Tabellio poteſt eſſe laicus in Tribunali Eccleſiaſtico.*

28 *Monachus Tabellionis officio non fungitur, poteſt tamen ſignare ſcripturam ab eo ante confectam.*

30 *Notarius in continenti poteſt errorem ſuum corrigere, & addere annum, vel diem* 31. *Quid ſi iam ſit inſtrumentum in Iudicio præſentatum, n.32. non corrigitur error ab alio, n.33.*

34 *Notarius, ſeu Tabellio inquiſitus de falſo circa officium, nequit inſtrumenta conficere, ſecùs extra, num.35.36.37.38.39 40. vbi qualiter declaretur.*

42 *Tabellio, ſeu Notarius remoueri nequit ad libitum creatus.*

43 *Notarius creatus ab Epiſcopo, accepta pecunia non remouetur à Succeſſore.*

44 *Notariatus officia non poſſunt remoueri ab Epiſcopo ſine legitima cauſa.*

45 *Officiales ſimpliciter creati ad benè placitum, debent dici perpetui: Et de ratione, num. 46. 47. & 48.*

49 *Tabellio. ſeu Notarius vt quis ſit legitimè creatus, quæ prærequirantur, num.50.51.52.53. & 54.*

AD primam difficultatis partem, de qua 1
Couarruuias *lib. pract. cap.19. num.7.* interrogat exactè, & poſt eum Ioannes Gutierrez *lib.1.pract.quæſt.131.* & multi per eum, & præbet anſam Textus de Iure Regio *in lib.11.tit.25.lib.4. recopilationib.* ibi: *Por la preſente ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante todos, y quales quier Eſcriuanos del numero, vde el concejo, anſi en ladha villa de Areuelo, como de las otras ciudades villas y lugares de eſtos Reynnos, y ſeñorios por racon de los dichos officios, no puedan gocar, nigocen de ninguna exempcion depechos ellos, ni ſusbijos:* & quod teneatur nobilis ſanguine cum plebeis contribuere, quoties fungitur Tabellionis officio ſuadetur; ex prædictis verbis dictæ legis Regiæ; tum quia Tabellionis officium eſt vile, vt notant Doctores per Textum, *in l. vniuerſos*, vbi Gloſſa *Cod. de Decurionib.* & ex aliis, quæ adduxi *ſupra quæſt.præced.* vbi expendi prædictam, *l. vniuerſos*, cum aliis, quæ faciunt pro hac parte.

Sed verius eſt vt Tabelliones ſic creati, ſi aliàs 2
nobiles ſanguine ſint, non amittant exemptionem tributorum qua ante Tabellionatum fungebantur: nam iuxta communem praxim procedit, vt nobilis, & Hydalgus, non cogatur ad talem contributionem; eo quod Tabellio creatus ſit. Imo & ſi daremus quod Tabellionatus officium eſſet exiſtimatum ars mechanica; adhuc fruerentur ea exemptione gabellarum, & ſuperindictionum regalium: nam cum hoc priuilegium, non tam pertineat ad publicum decorem nobilium, quam ad ipſorum immunitatem exemptionemque ab onere ſoluendi tributa, vt tradunt Couarr & Guttierrez. *ſuprà,* Tyraquell. *de nobilitate cap.30.* cum aliis, inde eſt, vt prædicti Tabelliones fruantur ea exemptione, & immunitate.

Et confirmatur, quia quantumuis fateamur 3
ſecundùm plures, quod Procuratoris officium extra Principis curiam vile ſit adhuc fidelis, & hydalgus creatus talis Procurator:, non amittet exemptionem, quam iam priuilegio nobilitatis habebat, ſeu poſtea habuit: tametſi priuilegiis quibuſdam, quæ moribus, vel iure nobilibus conceduntur, propter publicum decorem ipſius dignitatis non debeant honeſtari, nec gaudere nobiles, qui vili fungutur officio; & ita Couarr. & Guttierr. tradunt hoc dictum de Procuratore non eſſe alienum ab vſu forenſi; ſiquidem non ſimul viſum eſt Fabros Lignarios, eiuſmodique artifices, probata ipſorum nobilitate quam *hydalguiam,* dicimus pronunciari à ſolutione, & contributione ſubſidiorum Regalium immunes, quod verùm eſt. † Et ſi Guid. Pap. 4
q.89. & q.388. & 389. Caſſaneus *conſ.64. col.penult.* Tyraquell. *vbi ſuprà*, & alij relati à prædictis teneant Nobiles exercentes extra Curiam Regis

Regis Procuratoris officium cogendos eſſe ad ſolutionem Regalium ſubſidiorum, & priuari nobilitatis priuilegio.

5 Huic tamen doctrinæ, quam tradimus obſtant ſequentia. Primò quia ſi nobilis exerceat tabernam, miniſtrando cibum, & potum venientibus in domum ſuam, amittit priuilegia nobilitatis; quia cenſetur vilis perſona, qui hoc exercet iuxtà textum *in l. humilem*, §. 1. *Cod. de inceſtis nuptiis*, *l.* 1. *Cod. de natur. liber. l. qui Adulterium*, *Cod. de adult.* vt ſentit Aymon. Craueta *conſ.* 163.

6 Non enim officium vile compatitur cum nobilitate, aut dignitate: ex textu *in l. ne quis*, *C. de dignit. lib.* 12. Socinus *conſ.* 246. *col.* 1. vidi enim multis in locis *lib.* 2. & facit textus *in Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. *poſt ordinationem*, vbi habetur quod fit iniuria nobilitati, quando perſonæ viles ad eam euehuntur.

7 Vnde euenit, vt decurio exercens artem notariatus, perdat dignitatem Decurionatus, vt *in l.* 1. *Cod. de Tabulariis lib.* 10. vbi notat Bart. expreſsè, & tenet Salicetus *in l. ſi quis Decurio, Cod. de falſis* Guid. Pap. *q.* 90. *n.* 1.

8 Imò Barr. cenſet *in l.* 1. *Cod. de mandatis Principum*, Aymon. Craueta *dicto conſ.* 163. *num.* 1. Palacios Rubios *in repet. cap. per veſtras de donat. inter virum & vxorem*, *notab.* 3. §. 9. *num.* 8. infamem poſſe Tabellionem creari, cum ſit officium vile.

9 Secundò, quia propter officium mercaturæ, nobilis amittit priuilegium nobilitatis, vt probauit Faber, *in l. falſò*, *Cod. de diuerſis reſcriptis*, quem refert, & ſequitur latiſſimè Tyraquellus *de nobilitate q* 33. *per totam*, vbi id probat optimo Iure, & Patrum teſtimoniis, Didacus Perez. *in l.* 9. *Gloſſa vnica. col.* 599. *tit* 15. *lib.* 2. *ordinamenti*. qui latè probat prohibitum eſſe nobilibus mercimoniam exercere per textum *in l nobiliores, Cod. de commer. & Mercator. & in l. ne quis*, *Cod. de dignitatibus*, *lib.* 12. *& in l. cohortalis*, *Cod. de cohortal. lib.* 12. idem Didac. Pet. *in l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 2. *ordin. col.* 1358. ait id intelligi non ſolùm in expreſſa, verùm & in tacita Mercatura, & negotiatione, atque in ea, quæ inter Iudices, Tabelliones, aliosque officiales habetur, ſiue per ſeipſos, ſiue per interpoſitam perſonam: Et tradit Petrus Plaza *de delict.* 1. *tom. cap.* 1. *n.* 9.

10 Tamen ad primam partem dubitationis relatæ in verſic. *huic*, reſpondeo ibi dictum de nobili exercente Tabernam, longè diuerſum eſſe à noſtra quæſtione; Quia in dubio non agitur de exemptione tributorum Regalium, ſed quod ille qui cum ſit nobilis vilia officia exercet, ſeu artem mechanicam, nequeat ad officia onerosa aſcendere; Ita optimè expendit Tyraquellus plura referens ab antiquis Doctoribus bonarum litterarum, *de nobilitate, cap.* 27. quem videbis, *num.* 5. vbi ait cum Guid. Pap. *deciſ.* 196. *& deciſ.* 391. & cum Bartholomeo Caſaneo, *conſ.* 64. verſic. *ſed dato*, quod nobilis ea officia exercens, tantùm perpendit priuilegia nobilitatis, interim dum in his artibus, & officiis verſatur: Nam ſi deſiſtat, redeatque ad ſtatum, vitamque nobilium eadem recuperat, vt voluit Maſuerius *in tit. de taliis ſeu collectis*, §. *item illi qui ſunt nobilitate decorati* per textum *in l. ingenuum cum ſua Gloſſa*, *Cod. de ingenuis, & manumiſſis*, & Guido iam relatus per textum *in cap. vltimo de vita, & honeſtate Clericorum.*

11 Et relata dubij doctrina procedit, ſi per ſe, ſeu ſuis manibus nobilis artem mechanicam exercuerit: Nam ſi per famulos inſtitutores, aut per ſeruos ea re vtatur, non reputatur vilis, vt patet ex eo, quod ſcribit Albericus *in dicta l. humilem*, *Cod. de inceſtis nuptiis*: Nam quatenùs ibi dicitur Tabernarium inter abiectas perſonas connumerari procedere tum demùm ſi per ſe exerceat, non ſi per alios iuxta textum *in dicta l. quæ adulterium*, *Cod. de adulteriis* in illis verbis, *an Domina Caupona*, *an Miniſtra fuerit*; *Nam etiam* (inquit) *honeſtæ Dominæ vinum vendi faciunt in Taberna*, *nec ibi miniſtrant*, *nec aſſiſtunt*, *nec ideò eas dici viles*: ſequitur Alciatus *in tract. præſumpt. regula* 1. *præſumptione* 48. *num.* 10. *& in lib.* 2. *de verbor. ſignif. char.* 3. verſic. *ſic cum verba. & in l. mercis*, *ff. de verb. oblig.*

Nec obſtat textus *in l.* 2. §. 1. *ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertinenti*. vbi quod quis ſuo nomine 12
exercere prohibetur id, nec per ſubiectam perſonam agere debet, & ideò ſi Decurio ſubiectis aliorum nominibus prædia publica colat, quæ Decurionibus condicere non licet ſecundùm legem vſurpata reuocantur, & ibi notat Gloſſa quod non poſſunt per me, nec per alium quemcumque poſſunt, vt patet ex multis concordantibus, & vulgatis Iuribus, & ita Bart. *in l.* 3. §. *ſi Procurator*, *ff. quod quiſque Iuris*, tradit ſtatutum loquens in perſonam facientis habere locum in eo, qui per alium facit.

His tamen poteſt reſponderi, non id verum 13
eſſe, vt propriè facere dicatur, qui per alium facit ex Bartolo ipſo *in l. ſed ſi minùs*, §. *ſeruus*, *col.* 2. *ff. de iniuriis*, *& in l. ſi is qui pro Emptore in* 5. *quæſt. princip.* verſic. *venio ad ſecundum*, & ibi Imola *in vltima char. ff. de vſu. cap.* & aliorum, quæ Tyraquellus colligit *in legibus connub. in Gloſſa* 4. in verbo *conſentement. n.* 27. idem de nobilitate *dicto cap.* 27. *num.* 12. *&* 13. vbi ait non vacare culpa; qui huiuſmodi artes prohibitas per alios exercet, vt ait Gloſſa *in Clem.* 1. *de vita & honeſt. Cleric. lib.* 6. verb. *publice*, & *perſonaliter*, quam ſequuntur Antonius, Imola, Ancharranus.

Et ſic fit, vt in Hiſpania nobiles genere viliter & mechaniter viuentes gaudeant immunitate nobilitatis, vt tradit Otalora *in tract. de nobilit* 2. *p. cap.* 3. *n.* 7. *&* 4. *p. princip. cap.* 7. *circa finem*, *&* 5. *p. princip. cap.* 2. *n.* 2. quamuis ipſe id vbique deploret. † Et ego addo cum Alciato *in dicta l. mercis*, *ff. de verb ſignif.* conſuetudinem loci eſſe ſeruandam, an ſcilicet eos, qui per alios artes viles exercent inter ignobiles habeantur, quibus accedit, vt ſuprà Tyraquell. *dicto cap.* 27. *n.* 13. & confirmat pluribus à ſe relatis *in cap.* 10. præterea quæ adduxit, vt conſuetudo nobiles faciat. 14 15

Et Guttierrez. *in pract. dicto cap.* 137. *num.* 21. 16
& an in propoſito noſtræ quæſtionis ſeruandum eſſe morem Hiſpaniæ, qui habet, vt nobilis non amittat priuilegia nobilitatis, eo quod officium Tabellionis exerceat.

Nec obſtat adductum de nobili Mercatore in 17
verſic. *ſecundò*, cui ex prædictis facilè ſatisfit; quia reſpondeo id etiam eſſe à noſtra quæſtione diuerſum, tum etiam quia, & ſi mercatura deroget nobilitati, quatenùs ad officia nobilium tenenda tamen non aufert exemptionem gabellarum, quæ alias competit nobili nullam mercaturam exercenti; Imo ratio cur nobilis Mercator officia nobilium non occupet, poteſt adduci,

duci, non tam ex mercaturæ nota, quàm ex eo, quod habet quandam incompatibilitatem cum adminiſtratione Iuſtitiæ, quæ ſemper nobilibus impertitur. Verùm ſi mos Regionis ad aliud inducat, idipſum ſeruandum docet in Mercatore nobili, tradit optimè Tyraquell. *de nobilit. cap.* 33. per ea; quæ dixit *dicto cap.* 10. explicat Guttierr. *dicto cap.* 137. *num.* 18. & 19. & Afflictis ait quod ſi mercatura ſit magna, & copioſa, non derogat nobilitati ſecus ſi tenuis, & vilis, refert Guitt. *ſuprà num.* 19. vbi addit quod ſi neceſſitas loci talis ſit, vt nulli alij ferè fructus, & redditus haberi poſſint, non derogari mercaturæ vſus: aliquidnobilitatis refert ex Antonio, & Zepola, idem Tyraquell. *dicto cap.* 33. *n.* 21.

18 Verùm Cabaleam *conſ.* 8. *incip. cauſa pendente n.* 16. & Auendañus *in ſuo Dictionario*, verbo *cauallero*, latè probant nobilem genere non perdere nobilitatem ob exercitium mercaturæ per textum *in l. nobiliores*, *Cod. de mercibus*, *& Mercator*, & proſequens Auendañus expendit, *l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *ordin.* & cæteras leges huius Regni probantes milites exercentes vilia officia, priuilegiis militaribus non gaudere; eo quod loquuntur in armato milite, cuius perſona conſideratur, & non genus; & ob id non poſſe eas intelligi de Fydalguis; nec ad eos extendi debere, cum non ſitt par ratio vtrorumque, imo ſatis diuerſa, tam origine, & creatione, quam exercitio militari, in cuius fauorem plurima deſumi poſſunt ex Tyraquello *de nobilitate dicto cap.* 33. *n.* 13. *& ſequentibus*, qui *n.* 20. conſtanter tenet contrarium, vt iam retuli.

19 Ex his iam non obſtat vltimo textus *in dict. l.* 11. *tit.* 25. *lib* 5. *recop.* cuius verba retuli, *num.* 1. quia ex eius littera loquitur longè in alio diuerſo caſu, nempe ne quis ratione tabellionatus, Decurionatus, ſeu alterius officij gaudeat priuilegiis nobilium; Itavt eximatur à contributione, ad quam Plebeius tenetur, ſic relati ab Azeuedo: docent ibi, & de Iure communi docet Angelus *in l. ædiles*, *ff. de via publica*, Lucas de Peña *in leg.* 1. *Cod. de immunitate nemini conced. lib.* 10. *Gloſſa in l. ſi quis*, §. *honorem*, *ff. de muneribus*, *& honor.* refert Auendañus *in* 2. *p. cap.* 14. *præt. num.* 27. & facit optimus textus *in l. ſi quis Decurio la.* 2. *Cod. de Decur. lib.* 10.

20 Econtrà vero notabis quod ſi nobilis origine hoc eſt *Hydalgus* efficiatur Decurio, aut aliud officium conſequatur ſimile, non ob hoc derogari eius nobilitati, cum potius officium Decurionatus ſit honorificum, & qui ſe compatitur cum nobilitate, vt conſtat *toto tit. Cod. de Decurion. lib.* 10. & præcipuè *in l.* 1. *&* 3. tradit Ioannes Guttierrez. *dict. lib.* 1. *practic. cap.* 137. *num.* 25.

21 Ad ſecundam quæſtionis partem de ſpuriis, & & aliis, an poſſint eſſe Tabelliones? Ad primum de ſpuriis dico poſſe Tabelliones eſſe ex eo quia ſpureus, nec eſt infamis infamiâ iuris, nec facti, quæ oriatur ab eius moribus improbati, vnde, & ſi plures relati à Couarr. *dicto lib. practic. cap.* 19. *num.* 6. aliter diſtinguant dicendo ſpurium poſſe eſſe ſimplicem Tabellionem, ſed non poſſe talem effici ad acta Iudicialia, & publica conſcribenda: tamen ipſe abſolutè tenet; quia etſi fateatur ſpurium eſſe infamem quadam infamia facti, quæ potius à culpa progenitorum, quàm ab ipſius moribus procedit, vt multis authoritatibus probat Tyraquellus videndus *de nobilitate cap.* 15. *n.* 14. & hanc infamiam Iure Canonico, & ciuili à multis dignitatibus expellere conſtet: argumento eorum, quæ adduxi *ſuprà in cap. Teſtimonium*, *de Teſt.*: tamen non legitur alicubi eos indignos eſſe Tabellionis munere, & his ſimilibus:

Et confirmatur abundè ex eo quod ſpurij non cenſentur indigni Decurionatus Dignitate cum poſſint ad eandem dignitatem aſcendere, vt conſtat ex textu *in l. ſpurij ff. de Decurion. & ex l. generaliter*, §. *ſpurios eodem.* Nec obſtat dicere quod ſi ſpurius habeat Competitorem legitimè natum, ſit præferendus ſpurio, ſiue ad maioratus, ſiue ad Cappellanias, Succeſſiones, & cæteras Dignitates, vt patet ex his quæ notant communiter Doctores relati à Garcia *de beneficiis*, *p.* 7. *cap.* 15. *à n.* 36. Tamen vt ait Couar. *ſuprà* hæc doctrina iam alibi ad me adducta, tantùm in hoc tendit, vt melior eligatur ad eam dignitatem, ad quam poſſe ſpurium eligi nulla dubitatio eſt, aliqua congerit D. Franc. de Amaya *in leg. vnica*, *Cod. de Decurion. lib.* 10. *num.* 97. vbi quod licet ſpurij non ſoleant admitti ad dignitates, ſed ad Decurionatum admitti poſſe in defectum aliorum ſi alius non reperiatur idoneus *ex leg.* 3. §. *Spurios*, *ff. de Decurion.* ex ratione *l. eos*, *ff. eodem*, eſſeque meliorem euaſionem quam dicere ſpurios non eſſe infames, ex eo quod Decuriones eſſe poſſint, vt cum Romano, voluit Tyraquellus *de nobilit. cap.* 15. *num.* 30. cui conſentit Valenzuela *in l. infamia* 8. *Cod. de Decurion lib.* 10. *num.* 3. & ex aliis fundamentis. 22

De Clericis autem an queant Tabellionis officium exercere, ſiue Notariatus? Poteris pro reſponſione adducere ea omnia, quæ ſcripſi *ſuprà in cap.* 14. *de Iudic. q fin.* vbi explanaui, an Clerici poſſint eſſe Aduocati? Vnde & ſi nonnulli exiſtiment Clericos illud officium exercere non poſſe; eo quod vile ſit. Tamen, quia iam ſuprà quæſtione præcedenti adduxi; nullomodò infamem dici Tabellionatum, ſiue Notariatum, ideo ratio ſumenda venit aliundè, quia ſi reperiantur prohibiti illud exercere, erit nempe in Iudiciis ſæcularibus & Forenſibus; non itidem apud Tribunalia Eccleſiaſtica, ſiue in Romana Curia. 23

Itaque fiet, vt Clericus poſſit in Curia Romana publicè, & in foro publico Tabellionatus officium exercere, eo quod Pontifex tantæ Curiæ eam dignitatem, & priuilegium indulgeat, tradit Panormit. *in cap. ſicut. col.* 3. *ne Clerici, vel Monachi*, quod non procedit in aliis locis, & Ciuitatibus extra Curiam, vt tradit Couarruuias *dicto lib. pract cap.* 19. *num.* 8. contra Panormit. & alios aſſerentes poſſe Sacerdotem non habentem beneficium Eccleſiaſticum Tabellionis officium exercere apud quæcumque Tribunalia Eccleſiaſtica. 24

Obidque Antonius, & Abbas *in dicto cap. ſicut*, docent quod Clericus etiam in minoribus tantùm conſtitutus, ſi habeat beneficium Eccleſiaſticum, à quo poſſit congrua alimenta ſibi exhibere, non poſſet vti Tabellionis officio, etiam in Eccleſiaſticis publicis Tribunalibus; quia hoc minùs propriè conuenit Laïcis, aut Clericis, qui aliundè non poſſint ſibi alimenta exhibere: ſequitur cum Hoſtienſe idem Couarr. *d. n.* 8. vbi ait quod Clericus in minoribus non habens beneficium, poſſit eſſe Tabellio, etiã apud ſæcularia tribunalia publicè, nec 25

hoc ei aliquo Iure prohiberi, & ita practicari poſſe & admitti, niſi lex, ſeu conſuetudo aliud inducat. Et videbis in confirmationem eundem Couarr. *dicto lib. pract. cap.*33. in verſic. *Clerici autem prima Tonſura*.

26 Notabis verò quod ſi Sacerdos Tabellionis officio vtatur, & aliquod inſtrumenrum confecerit, adhibebitur eius ſcripturæ publicæ fides, ſi alioqui Tabellio erat, licet malè faciat ſe immiſcens huic officio iure ſibi interdicto, vt voluit Bart. *in l. vniuerſos, Cod. de Decurion. lib.* 10. expendit ex aliis Couarr. *dicto cap.*19. *n.* 8. verſic. *quod ſi Sacerdos*, vbi addit, quod ſi Sacerdos non ſit publica authoritate creatus Tabellio, tunc ſcriptura ab eo confecta erit priuata; vt explicat Decius *in conſ.*120. Et iuxta hæc exiſtimo ſatisfieri Marchioni Tapia *in ſuo Iure Regni, lib.*1. *ſupr. Conſtit. Clerici quoque ſub tit. de Epiſcop. & Cleric. n.* 9. dicenti nequaquam probare Inſtrumentum confectum per Clericum, contra quem reſponderunt Imbrian *de Iure Reg. par poſter. num.*22. Martha *de Iurid. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 116. *num.*15. Afflictis *in conſtitut. Regni inſtrument. Robur. ſubſiſtit. n.*36. cum infinitis nouiſſimè Gayt. *de credito p.* 1. *cap.* 3. *à num.* 742. qui etſi ſubdiſtinguens non recedit à noſtra ſententia, vbi proſequitur vſque ad *num.* 478.

27 Breuiter etiam notabis quod laicus poteſt eſſe Tabellio in foro, & Tribunali publico Eccleſiaſtico, vt teſte Ripa *in cap.*2. *de Iudiciis, n.* 120. omnium conſenſu receptum eſt, taliter quod etiam porrigatur ad cauſas Eccleſiaſticas.

28 Dubitabis vero an Monachus prohibeatur illud officium Tabellionatus exercere? Et vt latè reſpondeas leges ea quæ adduxi *ſuprà in cap.*9. *& in cap.*16. *de Iudic. & alibi*, & in terminis dico inſtrumentum Monachi abſque licentia Abbatis confectum, etiam ſi Tabellio ſit nullius momenti fore ipſo Iure vt patet *ex cap.* 1. *cap. ſed nec, ne Clerici, vel Monachi*, Notat Decius *in c.*2. *de Iudic. num.*8. ex aliis tradit Couarr. *dicto lib.*1. *pract. cap.*19. *n.* 8. verſic. *Monachus*, vbi notat poſſe Monachum complere, & ſignare inſtrumentum, quod ante Monachatum in eius protocollo conſcriptum fuerat ab eodem, vel ipſius authoritate, & coram ipſo à contrahentibus in conuentionem perfectam deductum, probat inſignis Gloſſa *in cap. vt officium*, §. *verum, de hæret. lib.*6. quam ſingularem, & mirabilem plures ab eo relati efferunt, & tenet Abbas, & Felinus *in cap. fraternitatis de hæreth.* Iaſon. *in l.*1. §. *huius ſtudy, ff. de Iuſt. & Iure*, de quo plenius in præcitatis Iuribus dico: Et interim videbis quæ tradit Valaſcus *de priuileg. pauperum* 1. *p*q 9. *&* 10. *per totam*, & applicabis Gratianum *Reg.* 319. & probat nouiſſimè Gayto *de credito*, *p.* 1. *cap.* 3. *num.*479. *&*. 480. vbi de hac declaratione. Et vtrumque hic dictum probant Sanchez. *in præcepta Decalog. tom.*1. *lib.* 6. *cap.*23. *n.*46. *&* 48 Barboſa cum aliis *in cap. niſi aliqua* 11. *de hæret lib* 6. *à n.*8. *ad* 12. vbi probat quod Monachus qui erat Tabellio in ſæculo poteſt complere poſt profeſſionem, & ſignare inſtrumenta, quæ in ſæculo confecerat, vel in ſuo protocollo breuiter conſcripſerat: Et quod poteſt Monaſterium conueniri, vt illud Monachus conſcribat.

29 Et ſi iterùm dubites an libertinus poſſit eſſe Tabellio, vel Notarius, breuiter reſpondeo, quod poteſt ex textu *in l. fin. Cod. de ſeruis Reipubl. manum.* vt docet Couarr. *dict. lib. pract. cap.* 19. *n.*5. poſt eum Ioannes Guttierrez. *lib.* 1. *pract. cap.*137. *n.*5. 30

Ad tertiam quæſtionis partem, an Notarius poſſit ſuum errorem corrigere; vt congruè reſpondeas, applicabis quæ dico *infrà in cap. qualiter, & quando* 17. *de accuſat.* vbi ago de Iudice corrigente ſuam ſententiam, & quæ adduxi *ſuprà de Teſtibus, cap.*33. *& in cap.*10. *de probation. à quæſt.*5. vbi de teſte ſe corrigente, quo ſuppoſito breuiter dico aduertendum eſſe ad diſtinctionem, de qua Doctores *in l. Imperator, ff. de ſtatu hominum*; nempe quod Notarius in continenti poteſt errorem ſuum corrigere ex interuallo tantum cum authoritate Iudicis. Ratio diuerſitatis eſt, quia quæ in continenti fiunt, cenſentur in eſſe *ex deciſ. Rotæ* 13. *de probat. in antiquis*, tradit Franciſcus Marcus *deciſ.*743. videbis quæ tradunt DD. *in l. ſi breuius, ff. de verb. ſignif.*

Quod ſi Notarius fecerit Inſtrumentum, & in illo deficiat aliquid per errorem, & poſtea putà de die, & anno omiſſo recordetur, poterit illud addere, quia veritas ſcripturæ probatur per ſuum Authorem, Guid. Pap. *deciſ.* 582. & eo magis, quia præſumitur potius error quàm falſitas, quando reperitur illud ſcriptum à Notario, quam fuerit à partibus dictum, vt docet Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucan.*13 Balbus *deciſ.* 18. Riccius *collect.*1195. Et quando vero Notarius poſſit corrigere errorem in inſtrumento, Gaytus *de credito. cap.*2. *tit.*1. *ex num.* 167. legendus vbi ponit ſigillatim *ibi*, *art.* 1. *& ant. à num.* 229. latiſſimè agens ponit caſus, in quibus doctrina fallit,: Et quod error in inſtrumento reſpiciens intereſſe partium, non corrigitur per Notarium, etiam Iudicis authoritate, & qualiter videndus omninò, quia benè diſtinguit. 31

Et animaduertes; quod quotieſcumque in ſcribendo inſtrumento fuerit erratum, probato errore etiam poſt productionem inſtrumenti in Iudicio iniungitur Notario de illo reparando, vt notant Guido Pap. *deciſ.*139. Ioſeph. Ludouicus *dict. deciſ. luc.* Franciſcus Marc. *deciſ.* 289. *p.* 1. idem *deciſ.* 163. *p.* 2. Verallus *deciſ.* 97. *&* 247. *p.* 2. Maynardus *deciſ.*17. *lib.*3. Paponius *lib.*17. *tit.*1. *arreſto.* 1. in tantum, vt liberum ſit Notario abſque conuentione hoc facere, Iafredus, Balb. *deciſ.* 90. quam intelligunt Guido Pap. *deciſ.*131. Riccius *dicta deciſ.* 1195. *circa finem*, procedere antequàm expediatur inſtrumentum, aliàs ſecus. 32

Vnum tamen notabis cum Fabro *deciſ.*15. *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* quod mortuo Tabellione, aut Notario, nequeat ab alio corrigi error. Et quia de hoc noſtro dubio dico magis ex parte quæſtione ſequenti eo principali; Ideò ad ibi dicta te remitto. 33

Ad quartam quæſtionis partem breuiter reſpondeo per notata à Doctoribus *in l. Barbarius, ff. de officio Præt.* quod Notarius inquiſitus de falſo, non poteſt Inſtrumenta conficere, quod intelliges, ſi delinquat in pertinentibus ad officium ſuum; ſecùs tamen erit ſi commiſiſſet aliquid extra ſuum officium; quia tunc licet ob id condemnatus ſit, poterit nihilominùs exercere Tabellionatus officium, docet Balbus *deciſ.* 22. Franciſcus Marcus *deciſ.* 300 *p.* 2. 34

† Ceſſabit etiam in Inſtrumento: aliàs nullo, quia tunc non poterit de falſo puniri, Capic. *deciſ.* 53. 35

Item ceſſabit in Notario tolerato in officio, quia 36

quia valent eius inſtrumenta, licet fuerit inquiſitus de falſo, Franciſcus Marcus *deciſ.* 301. *p.*2. vbi etiam ipſe, & *in deciſ.*310. limitat ſi Iudex ex cauſa in ſententia Notario condemnato de falſo inſtrumenta recipiendi, facultatem re-
38 ſeruauerit. † Et addit etiam *dicta deciſ.*301. *&* *in deciſ.*313. vt talis Notarius ſic inquiſitus de falſo poſſit alibi Inſtrumenta conficere. Et ſic ſunt intelligenda, quæ ex pluribus antiquis, & modernis, nouiſſimè congerit Gayto *de credito p.* 1. *cap.*3. *à n.*774. & ante *à n.*666. *&* 667. vbi dicit quod etſi condemnatus nequeat conficere, poſſit confecta ponere in protocollo.

39 Qua autem pœna plectatur Notarius conficiens inſtrumenrum ſimulatum, tradit Mynſing. *cent.*6. *obſeruat.* 65. de quo alibi dico *ad titulum de falſis.* Interim videbis quæ adducit Pichardus *Inſt. de public. Iudic.* §. *item lex Cornel.* 6. *num.* 3. qui etiam probat *dict. lib.*4. *tit.*5. *num.*31. teneri Tabelliones ad intereſſe, qui peccant in conficiendis Inſtrumentis: ita probat textus *in l. fin.*
40 *Cod. de pactis conuentis.* † Vnùm tamen notabis quod licet regulariter extra prædictos caſus, Notarius inquiſitus de falſo conficere nequeat Inſtrumenta: tamen aduertes hanc prohibitionem non extendi ad contractus prohibitos, Guido Pap. *deciſ.*433. Riccius *dicta deciſ.* 1195. ad textum *in dicta l. Barbarius, ff. de officio Præſ.*

41 Notandum verò eſt breuiter, vt nequaquam Notarius de falſo accuſatus, & conuictus ipſo Iure cenſeatur remotus ab officio ante ſententiam, quia nullâ lege cauetur, vt delinques in officio, ipſo Iure cenſeatur priuatus in eodem officio, Capic. *deciſ.*121. cum multis Gayto *ſuprà* vbi dicit ſuſpecta reddi præterita Inſtrumenta, *n.*773. Farin. *de falſ. q.*55. *n.*44.

42 Ad quintam quæſtionis partem, an Notarius ad libitum creatus, poſſit remoueri; vt abundè reſpondeam: applicabis quæ adduxi *ſuprà in c.*4. *de foro comp.* an *Vicarius Capituli, ſeu Epiſcopi, aut etiam Prætoris locum tenens, poſſint ad libitum remoueri*, ibi *tota q.*14 & quæ alibi adduxi, & adducam *in tit. de Iurepatronatus.* Quo ſuppoſito breuiter dico, quod Tabellio, & officialis creatus ad nutum, & beneplacitum concedentis, non poteſt abſque legitima cauſa reuocari, ita reſoluit ex doctrina Guttiertez. *de Iuramento confirm. p.* 1. *cap.*59. Zeuallos *in pract. quæſt.*4[illegible] *n. fin.*

Itaque fit, vt ſi Notarius creetur ab Epiſco-
43 po acceptâ pecuniâ, & talis creatio ſit ad libitum ipſius creantis, eo mortuo, nec amoueri a ſuis Succeſſoribus, vt docet Bald. *in l. qui ſe patris, Cod. vnde liberi*, Bart. *in l. iuriſperitos, ff. de excuſat. tutor.* vbi dicit, quod officialis creatus quandiu voluntati creantis placuerit, cenſentur eſſe perpetui, cum ſine cauſa rationabili, & legitima; talis conceſſio diſplicere non poſſit, *leg. thais*, §. *ſororem, ff. de fideicom. libert.* Gloſſa verbo *electionem, in Clem. & ſi principalis de reſcript.* Gloſſa verbo *perpetuos, in cap. fin. de reſcript. lib.*6. *l. Præſidis, ff. ſi certum petatur*, vbi officiales ad voluntatem creati cenſentur eſſe perpetui, docet Caſan. *in Cathalogo gloriæ mundi p.*7. *conſiderat.*33. verſic. *hodie.*

44 Vnde rectè in caſu noſtro euenit dicendum: vt Notarius officia non poſſint ab Epiſcopo remoueri ſine legitima cauſa ex doctrina textus, *in Auth. de referendariis, collat.*2. *cap.* 1. *de natura feudi, cap.*1. *de capellis Monach. lib.*6. & ita pro hac opinione Iudicatum fuiſſe affirmat Boërius *deciſ.*149. *num.* 18. quem refert Burgos de Paz. *conſ.*11. *num.*5. vbi reſoluit, quod officialis conſtitutus ab Epiſcopo in ſuis locis ad beneplacitum non poſſit remoueri ſine cauſâ, idem docet Gregor. *in l.*2. *tit.*10. *p.*2. verbo *Mantenerle en el.* & *in l.* 4. *tit.* 4. *p.*3. verbo *acauar en el ſu tiempo.*

Vbi reſoluit quod officiales ſimpliciter creati etiam ad benè placitum concedentis, debent 45
eſſe perpetui *ex l. Iuris peritos*, vbi Bald. *ff. de excuſat. Tutor*, Bart. *in l. de pupillo*, §. *ſi quis ipſi Prætori q.*3. *num.*12. *ff. de noui operis nunciat.* Decius *in cap quoniam contra, n* 9. *de probat.* alios refert & ſequitur Mieres de Mayor 4. *p. q.* 10. *num.* 61. Gomezius *in Reg. Cancellariæ de Iure quæſito non tollendo, q.* 4. verſic. *hinc eſt quod officialis.*

Quæ omnia iuſto Iure procedunt cum deceat 46
à Principe conceſſum beneficium eſſe manſurum vt *in cap. decet, de Reg. Iuris, lib.* 6. & mutuatio officiorum vergat in publicum detrimentum, & ſubditorum Gloſſa *in c. hinc eſt* 16. *q.*1. Imò & in plurimum noui officiales oneroſi exiſtunt partibus, & cauſis damnoſi propter illorum imperitiam, & nullam negotiorum practicam. † Quare 47
eleganter dixit textus *in l. ait Prætor*, §. *fin. ff de vacation. & excuſation. muner.* tolerabilius eſſe Iudices, qui ſemel cognouerunt retinere, quàm nouos creare. Et ſic ſapientiſſimi Principes officiales antiquos, quos in officiis reperierunt, nunquam mutauerunt, imò eis ſtipendia auxerunt, & ſic quiete regnauerunt, vt refert Guillielmus *in cap. Raynucius*, verbo *duas habens filias*, *n.* 36. *&* 38. † Vbi etiam addit quod officia non poſ- 48
ſunt vacare, niſi tribus modis, ſcilicet morte, renuntiatione, vel niſi delinquant in officio, in quibus caſibus, anteaquam priuetur officialis debet audiri in ſuis defenſionibus per remedia Iuris ordinaria, etiam poſſeſſoria, vt *in cap. ex tenore de reſtitut. ſpol.* & ſequitur Zeuallos *dicta q.*425. *num* 18.

Ad vltimam pro complemento multa expe- 49
diri poterunt, veluti quibus in caſibus, & quibus præſumptionibus pro Tabellionatu, & Notariatu præſumatur, ſeu quibus modis probetur, & quando præſumatur Notarium eſſe rogatum: de quibus omnibus multa cum pluribus adducit legendus Maſcard. *de probat. à concl.*1097. *vſque ad* 102. Nunc verò breuiter aduerto, vt poſſit creare Tabelliones, vel legitimare Baſtardos is, qui eſt in quaſi poſſeſſione tales actus faciendi, ſciente ſuperiore: ita ex aliis docet Patian. *de probat. p.*2. *cap.*21. *num.* 37. vbi agit de modo, quo Tabellionatus officium præſcribatur *ibi, num.* 65.

Item Tabelliones, & Notarij tenentur penès 50
ſe protocollum ſeruare, & illud quot annis nouum reficere, quod niſi fecerint pœnâ Iudicis arbitrio plectuntur, vt notat Menoch. *lib.*2. *de arbitr. cent.*3. *caſu* 370. ſic colligitur *ex Auth. de Tabellionibus*, §. *illud*, quamuis dicat Pichard. *in* §. *nihil autem, Inſt. de Teſtament.* apud nos eo ipſo incidere in amiſſionem militiæ *ex l.*13. *tit.*25 *lib.*4. *recop.* † Imò & tenentur ſcire Iura, ſaltim ad 51
eorum officium ſpectantia, vt à contractibus illicitis abſtinere queant, Gloſſa *in l. generali, Cod. de Tabular. lib.* 10. in quam rem ſacræ iuſſiones multæ apud nos Hiſpanos commorat; Didacus de Riuera, & Gabriel de Monterroſo *in pract. integris de ea edictis voluminibus*, ſequitur Pichard. *in* §.1. *Inſt. de oblig. quæ ex quaſi.*

52 Item notabis neminem poſſe eſſe Tabellio-
nem in Regio Territorio, ſiue alicuius Domini,
niſi prius examinetur & approbetur in Supremo
Conſilio Reali ad officium Tabellionatus, Ciui-
tatis, Villæ, ſeu Oppidi, ad quæ nominatus eſt
non obſtante quauis conſuetudine contraria,
etiam immemoriali ſub pœna falſitatis, & quod
ſit nullum ab eo confectum ex textu *in l. 2. titu-*
53 *lo 25. lib. 4. recop.* † Nec iuſtitiæ locorum
queant nominare Tabelliones, etiam ad cauſas
in quibus procedunt, vt *vt in l. 5. tit. 15. lib. 9.*
recopilat.
54 Sed deficiente Tabellione poterit Iudex ſcri-
bere, ſeu facere, vt acta proceſſus ſcribantur;
Sic tradit Bayo *in pract. variar. quæſt. lib. 2. n. 10.*
55 *q. 154.* † Qui etiam *num. 15. ex l. 6. tit. 2. lib. 7.*
recopilat. ait Tabelliones non poſſe ſua officia
exercere per ſubſtitutos, etiamſi ad id habeant
permiſſum Regium, niſi in eo habeatur, & ex-
primatur aliqua clauſula derogatoria prædictæ
legi Regiæ. Alia videbis *quæſtione præcedenti in*
princ.

QVÆSTIO IV.

An Tabellio, ſiue Notarius poſſit corrigere errorem inſtrumenti, ſi iam ſit data copia partibus: Et an correctio debeat fieri authoritate Iudicis: vbi an illud queat corrigere, quando inſtrumentum adhuc redactum, non eſt in mundum: Et an inſtrumentum ſcriptum per alium: ſed ſubſcriptum per Notarium, vtique probet, vel debeat ſcribi ab ipſo Notario: Et an pœna falſi, Notarius omittens puniatur?

SVMMARIVM.

1 *Notarius poteſt regulariter corrigere errorem, ſed quomodo, & quando, à n. 2.*
2 *Error falſæ latinitatis corrigitur per Notarium datâ, aut non data copiâ parti, ſi ſubſtantia non mutetur, n. 3.*
3 *Correctio falſæ Grammaticæ partes non afficit.*
4 *Error in die in dictione poſita à Notario quit corrigi, & n. 5. vbi etiamſi indictio non ponatur ſi conſtet de anno, & n. 6. ſiue de veritate alio modo, num. 7.*
6 *Notarius non opponendo indictionem, non dicitur functus officio ſuo.*
8 *Corrigere Notarius non poteſt inſtrumentum, ſi ſubſtantia negotij conſiſteret in tempore.* fallit, num. 9.
10 *Error inſtrumenti praua Iudicis cognitione, quocumque tempore corrigi valet.*
11 *Error corrigendus ſatius euitatur, ſi nouum conficiatur originale Inſtrumenti.*
12 *Error etiam in intereſſe partis, corrigi valet à Notario ſi conſtet de voluntate partis, & qualiter,*
13 *Notarius poteſt addere, & ponere in Inſtrumento omnia, quæ de natura contractus veniunt. Exemplificatur, n. 23. 14. 16. & 17. & quaı e n. 18.* fallit, n. 19.
15 *Mutui natura eſt reddere res eiuſdem bonitatis, & ſpeciei.*
16 *Depoſiti natura eſt, vt dominium non transferatur.*
17 *Feudi natura eſt, vt non alienetur Domino irrequiſito.*
18 *Clauſulæ ſolitæ apponi in inſtrumentis ſecundum aliquos, potius dicuntur de ſtylo Notariorum.*
19 *Notarius addere non poteſt, quæ aliàs eſſent contra mentem contrahentium, aut ſubſtantiam actus, Exemplificatur, num. 21. & 24.*
20 *Notarius extendere nequit abbreuiaturam, ſeu addere ſubſtantiale omiſſum. quando aliter non coniecturatur.*
21 *Notarius nequit corrigendo addere nouam diſpoſitionem, nec inducere nouum effectum.*
22 *Notarius quando poſſit, aut non corrigere addendo omiſſum in actu requirente ſcripturam, num. 23.*
24 *Omiſſum reſpiciens actus ſolemnitatem, vitiat actum, ſecus ſi reſpicit aliquod ſeparabile.*
25 *Dictum à contrahentibus per Notarium omiſſum. quando à Notario ſuppleatur, & n. 26. vbi diſtinctio ſubſtantialium, & aliarum qualitatum.*
26 *Error qualitatum non ſubſtantialium, quas partes petierunt, emendari quit à Notario, non ſic ſi non conſtat de tali errore, niſi per Notarij aſſertionem, n. 27.*
27 *Notarius poterit omiſſum addere confeſſatum à partibus.*
28 *Error Notarij aſſerentis contra partes aliter dicentes non corrigitur, etiam Iuramento.*
29 *Notarius ſcribens aliter quam dictum eſt, non creditur.*
30 *Notarius quando poſſit corrigere, data erroris probatione. num. 31.*
31 *Error Norarij tanto fortius corrigi poteſt, ſi ex præcedentibus, & conſequentibus dignoſcatur*
32 *Notarius, ſiue impeditus, ſiue non, poteſt committere reaſſumendum inſtrumentum; etiam priuato.*
33 *Subſcriptio Notarij trahit ad ſe totam ſcripturam.*
34 *Notarius non præſumitur falſarius ſcribens aliud quam à partibus dictum ſit, nec pœna falſi plectitur, niſi ſit malæ famæ, n. 35. & n. 36.*
36 *Notarius omittens ſolemnia ſubſtantialia, punitur vt falſarius extraordinariè, niſi probetur bonæ famæ, n. 37.*
37 *Notarius imperitus errans, non punitur vt falſarius.*

AD has difficultates, vt reſpondeam dux 1
præmittendum regulariter poſſe Notarium
corrigeıe errorem in inſtrumento, quandoque
propria authoritate, quandoque Iudice Authore,
quandoque ante datam copiam parti; & quando-
que poſt datam. Item præmitto dari correctio-
nem circa pertinentia ad officium Notarij, vel
circa ea quæ ſunt intereſſe partis: ita diſtingunt
Felin. *in cap. 3. hoc tit.* & innumeri relati à Farin.
q. 156. de falſis, p. 1. per totam, Scaccia *de Iudiciis*
cauſa ciuilis, cap. 11. à n. 1202. verſic. *& hæc diſtin-*
ctio: qui diffuſè loquuntur.
Igitur quoad primam quæſtionis partem per 2
caſus reſpondeo, quòd error falſæ latinitatis, cor-
rigitur per Notarium, datâ, aut non datâ copia
parti; dummodo non mutetur ſubſtantia ver-
borum: ſic Decius *in l. ſi librarius ſub n. 5. ff. de re-*
gulis iur. & Bald. quos probat Scaccia *dict. c. 11.*
n. 1227. & 1228. † Vnde quia falſæ grammati- 3
cæ correctio partes non afficiat magis commu-
niter concludendum eſt poſſe eam fieri per No-
tarium

tatium in omni tempore: ſic docent poſt Bartolum, Bald. Angelum, & Alberic. *in l. Imperator. ff. de ſtatu homin.* Bartol. Decium, & Cagnolum, & alios, *in dicta l. ſi librarius*, & poſt Franc. Marcum, Farinac. *ſupra, num.* 32. *& p.* 2. *num.* 94. Gayto *de credito, p.* 1. *cap.* 2. *tit.* 1. *à num.* 119. & ſi *in cap.* 3. *noſtro tit.* dubitet Felinus, reſtringit tamen præfatam concluſionem & Farinacius *dict. p.* 2. *quæſt.* 156. *num.* 95. vt non procedat in litteris Apoſtolicis, in quibus falſa latinitas arguit earum falſitatem: ſed de hoc iam dixi, *in cap.* 3. *hoc tit.*

4 Itaque extendunt Doctores ad caſum; nempe, quando Notarius, ſiue Tabellio erroneè poneret indictionem, ſi omiſſa non ſit; veluti quando erroneè poſuit diem 3. v. g. Ianuarij, & erat dies 5. vel econtra; & licet ſub iudice ſit, num debeat corrigi cum iudicis Authoritate, cum Baldus *in l. vnica, Cod. de iuſtinian. Cod. confirm. num.* 5. verſic. *ſed an Tabellio*, Felinus *hic num.* 10. verſic. *quartus caſus eſt*, notabiliter Vital. *in tract. clauſularum* verſic. *reſtat videndum, an Notarius, num.* 3. Sccacia *d. ct. cap.* 11 *num.* 1106. ſentiant propriâ Authoritate poſſe corrigere, etiamſi de Inſtrumento fuiſſet data copia Authentica parti; quia talis correctio prouenit ex lege, ſeu coadiuuatur legis præſumptione, nec alicui noceat, & Ioannes Andreas *in cap fin. de Reg. Iuris, lib* 6. *ſub, num.* 12. innumeri relati à Farinacio *de falſit. p.* 1. *dict. quæſt.* 156. *à num.* 10. *&* 11. dicentes, vt ſiue indictio ſit omiſſa, ſiue erroneâ poſitâ, datâ Inſtrumenti copiâ Authenticâ, non poſſe addi, nec corrigi abſque iudicis Authoritate.

5 Tamen quia adhuc Doctores relati diſtinguentes, abſolutè firment pro prima ſententia cum aliquibus limitationibus, ego breuiter dico, quod quando in Inſtrumento conſtat de certo tempore, quo fuit celebratum, ſeu confectum abſque indictione, veluti ſi poſitus fuerit annus à natiuitate, vel incarnatione, aut circuncifione Domini; tunc quia error ſolum ſtat in indictione, ſine aſſignatione Diei; ſi non reſpicit ad ſubſtantiam Inſtrumenti, valeat Notarius propriâ Authoritate illum corrigere errorem; imo & ſupplere, etiamſi indictio
6 in totum fuerit omiſſa. † Eo quod Notarius non apponendo indictionem, non dicitur functus officio ſuo, Bart. *in dicta l. ſi librarius, num.* 3. Bald. *in tract. de Tabellionibus, num.* 47. Latè Vital. *ſupra*, Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 1203. Surd.
7 *conſ.* 390. *num.* 33. † Vbi idem dicit ſi ex toto protocollo, ſeu ex lectura proximorum Inſtrumentorum veritas indictionis dignoſceretur, ſecus ſi non appareret in Inſtrumento, vel alio modo de tali errore; quia omnino eſſet nullum Inſtrument. Felinus *hic*, & Hondendon *conſ.* 66. *num.* 41.

8 Verùm ſi ſubſtantia negotij conſiſteret in tempore, tunc credo, vt nequaquam poſſit Notarius ex ſeipſo apponere diem omiſſum abſque cauſæ cognitione; quia Dies in iſto caſu adeo nocet parti, vt potius conſideretur, quid de negotio, quam ſolemnitate: ita Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 1213. Farinac. *dict. quæſt.* 156. *num.* 56. Bald. & Angelus *in dict. l. Imperator.* Gayto *dict.*
9 *cap.* 2. *tit.* 1. *à num.* 200. † Vbi limitat ſi in ſubſtantia negotij; quando error diei omiſſi probaretur; etſi conſiſteret in prioritate, vel poſterioritate. Alexandr. ad Bartol *in dict. l ſi librarius*, verſic. *ſed quid* Decius *ibi, num.* 6. Cagnol *num.* 22. Maſcardus *de probationib. concluſ* 644 *num.* 7. & Farinac. *ſupra num.* 57. & omittens ex ea ratione; quia quando conſtat de veritate Diei, vtile per inutile non vitiatur.

Quòd ſi in correctione erroris harum ſolemnitatum concurreret authoritas iudicis, tunc dicendum eſt omni tempore præuia cauſæ cognitione poſſe corrigi errorem, niſi eſſet falſitas, & non error; quia tunc nec iudex valeret corrigere, vt tenent Bald. & alij relati per Felin. *dicto cap.* 3. quos probat Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 1226. Farinac. *dicta quæſt.* 156. latiſſimè cum aliis Gayto *dict. cap.* 2. *tit.* 1. *à num.* 214. dicentes, quod dato iudicis iuſſu, aut authoritate ſemper error corrigatur, datâ, aut non datâ copiâ. 10

Sed quia ex prædictis erroribus, & aliis congeſtis ac præcitatis, vbi videbis, ſolent oriri ob cancellationes falſitatum ſuſpiciones, notant in gratiam Notariorum, & Tabellionum Franc. Marcus *deciſ.* 163. *num.* 15. verſic. *quinimo*, Cagnolus *in dicta l. ſi librarius, num.* 23. Claud. ad Bertacol. *conſ.* 543. alij citati per Farinacium *dict p.* 1. *q.* 56. *num.* 81. Gayto cum illis, *num.* 118. *dict. cap.* 2. *tit.* 1. melius illis eſſe errores præcitatos non corrigere, ſed ex integro facere, & conficere nouum originale, aut protocollum. 11

Ad alias partes quæſtionis, quæ contigunt circa punctum præfatum, & quando agitur de partis intereſſe, ſub diſtinctione reſpondeo: nam ſi aliquid erroneè omittatur per eoſdem contrahentes; quia non fuit dictum, nec ſcriptum, tunc à Notario ſuppleri poſſe dicendum eſt, ſi voluntas contrahentium tacita probetur per neceſſariam conſequentiam expreſſorum verborum, aut ex natura actus celebrati, vel ex iuris præſumptionibus, aut per factum euidens in eodem Inſtrumento, vel quomodolibet legitimè celebratum, & ex actu celebrato deponenti, ex ea ratione; quia tunc lex diſponit, Iaſon, Alciatus, & Tyraquell. quos probat Cardinalis Mantica *de tacitis. & ambiguis conuention. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 14. Gayto *de credito*, latè diſtinguens *dict. cap.* 2 *tit.* 1. *art.* 2. *à numero* 224. *& à numero* 238. 12

Vnde fit, vt Notarius poſſit addere, & ponere in Inſtrumento omnia, quæ naturam contractus in Inſtrumento celebrato contenti, reſpiciunt, & ſequuntur; quamuis per contrahentes non ſint expreſſa, vt comprobatur exemplis ſequentibus. Primò, quia de natura venditionis, eſt præſtari euictionem per venditorem, ad Textum *in l. exempto, in princip. ff. de action. empt. & ad cap. penult. de empt. & vend.* (Vbi ago latiſſimè de materia euictionis.) Secundò quia de natura emptionis, eſt, vt perfecto contractu periculum ſit emptoris ad Textum *in l.* 1. *ff de periculo, & commodo rei vend.* & ego, *ſub dicto tit. de emptione, & vendit.* poterit inquam Notarius quando in Inſtrumento de his cautum non ſit 13
addere quod venditor teneatur deeuictione. † Et quod perfecta emptione ſubeat emptor periculum rei emptæ; & eodem reſpectu poterit addere, vt mutuatarius reddat mutuum in eadem 14
ſpecie bonitatis, & qualitatis. † Cum de natura mutui ſit vt res in eodem genere, & eadem bonitate, & qualitate reddatur, *l.* 2. *l. cum quid, ff. ſi certum petatur.* † Item in depoſito, cuius natura eſt vt Dominium non transferatur, tunc quit addere Notarius omiſſum in eo; nempe, vt eadem ſpecies reddatur, cum huius contractus 15
16

natura hæc ſit ad Textum *in l.*1.*§.is quoque illat* 2. *ff.de actionib. & obligation. & l.*2.*in principio, ff. ſi*
17 *certum. petat.* † Idem in feudo ponendo clauſulam,vt non alienetur irrequiſito Domino , & eo non aſſentienti, eſt enim feudi natura hæc , vt non alienetur alio modo, vt patet ex toto , *tit. de probibita feudi alienatione,* per Lotharium docent relati,& Farinacius *de falſitate,quæſt.*157. *tota p.*2. Maſcardus *de probationib. concluſ.*1102. & Latius *concluſ.*1103.Gabriel *commun.concl.tit. de conſuet. concluſ.*3.vbi latè.

18 Quod eſt verum quidquid nonnulli in contrarium loquantur,dicentes clauſulas apponi ſolitas de Notariorum ſtylo,quam de partium voluntate cenſeri deſcriptas in Inſtrumento , vt referunt relati à Farinacio *ſupra,num.*35. & Neuic. *conſ.*28.*num.*7.Conarruuias *in Rub. de teſtam. p.*2. *num.*14.Tiraquell.*de conſt. limit.*31. *num.* 12. quia quoties à natura contractus congrua ſumitur,interpretatio talis præſumetur voluntas contrahentium , qualis naturæ ipſius contractus congruit:& hoc pro expreſſo habebitur ; ſi quidem naturaliter ineſt,quaſi natura ipſa loquatur,Bald. *conſ.*330.*num.*2.*lib.*3.*& in l ſi repetendi,num.*2.*Cod. de condit.ob cauſ.*Roman.& Aretinus,quos probat Mantica *vbi ſupra , num.*13.15. *&* 16. Menochius *conſ.*37 *num.*22.*& à num.*103.*lib.*1. Farinacius *ſupra,num.*33.*&* 34.& alij qui dicunt eſſe receptionem opinionem , vt quamuis à contrahentibus expreſſa non ſit, queat Notarius ſuppleri;quia ſic pertinet ad eius officium, Alexandr. *conſ* 28 *n.*2. Craueta *conſ.*811. *num.*5. Menochius *conſ.*37. *à num.*22. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 548. *n.*36.*&* 38.

19 Itaque licet communiter DD.ſoleant negatiuè reſpondere ; ſunt tamen intelligendi , quando ex emendatione , ſiue additione , deſtrueretur actus ſubſtantia ; ſiue prorogaretur vltra contrahentium tractatum, aut nouam aſſumeret formam ; ſi quidem differt agere , ex expreſſo contractu, & hypoteca ab agendo ex tacitis conuentionibus ; cum tunc non tantùm mutaretur verborum contractus ſubſtantia , ſed & læderetur rectitudo ſermonis habiti in contractu, actuſque per appoſitas clauſulas ortus, diuerſam à contractu aſſumat naturam, & ex appoſitis clauſulis alteretur veroſimilis mens,contrahentium : ſic tenent Couarruuias Tiraquell.Menoch.Gabriel,& alij penes Farinac *ſupra,num.*37.*&* 38.de Franchis *deciſ.*567.*num.*2.Gayto *de credito, cap.*2. *num.*276. *&* 257.Mantica *ſupra tit.*10. *num.*3.4.*&* 5. *tom.*1.
20 *tit.*9. † Quatenus reprehendit Notarium volentem extendere abbreuiaturam , ſeu addere ſubſtantiale omiſſum , quando in veroſimiliter non coniecturatur , & ſermonis rectitudo offenderetur.

21 Et ſic in Inſtrumento v. g. Locationis factæ per vnum annum adderetur , per Notarium locatio per alios annos,de qua partes loquutæ non fuerint, prohiberetur facere, & nec ſuſtineretur noua conuentio,quam nouiter addendo poſuit,& diuiſionibus taciti ſub intellecti non conueniret; & ob id læderetur rectitudo loquutionis habitæ & ſermonis contenti in Inſtrumento contra Textum *in l Plautius ff. de auro,& arg.leg.*non enim poteſt addere Notarius corrigendo nouam diſpoſitionem,nec inducere nouum effectum, quãtumuis poſſit , vt dixi,addere corrigendo omne illud, quod lex præſumit , & naturæ , & rationi contractus , & præſumptæ menti , & voluntati contrahentium conuenit,docent de Franchis *deciſ.*567.*n.*2.Gratian *ſupra d.diſcept.*548.*n.*39.Gayto *d.c.*2.*tit.*1.*à n.*244.ante,& poſt omnino legendus,vbi exemplificat.

Sed quia dubitabis , num idem procedat in 22
contractu,aut alia quauis diſpoſitione requirente ſcripturam poſt duas contrarias opiniones, Gabriel *de conſuetud.concl.*3.*à num.*39.& aliorum, quos refert idem Gayto *de credito, dict.c.*2.*tit.*1.*à n.*280.reſpondeo cum Fatinac, *d.q.*156.*p.*2.*n.*106. *&* 111. & aliis ab eo relatis , & eodem Gayto *à n.*284.diſtinguentibus inter omnimodam,& non omnimodam omiſſionem.† Vt in prima non de- 23
tur erroris probatio in diſpoſitione requirente ſcripturam,& illa partibus noceat,ſecus ſi aliquid fuerit ſcriptum, aliquidque omiſſum ; quia tunc partem omiſſam ſupplet Notarius , ſi illa ſubauditur ex his, quæ ſcripta ſunt, circa ea, quæ ſunt facti,& ſic eſt verum,quod de ſubſtantialibus teſtamenti loquitur Farinac.*dict.q.*156.*p.*2.*n.*98. & quæ notant Doctores ad Textum *in l.ſi vnus,C.de teſtament.& l.cum proponebatur,ff.de l.*2. † Quate- 24
nus firmant quod ſi & omiſſum reſpicit actus ſolemnitatem , & ſubſtantiam, tunc vitiet actum ob defectum voluntatis contrahentium ; ſin autem reſpiciat aliquod ſeparabile ab actu , tunc illud ſeparabile vitietur;& non actus ex illa vulgata regula vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiari,de qua dixi latè,*ſub tit.infra,de confirmat.vtili,vel inutili.*

Vnde ſi contingat,quod dictum à contrahen- 25
tibus per Notarium omittatur : tunc ſi ſit circa contractum,aut diſpoſitionem requirentem ſcripturam,reſpondebis iuxta proximè reſolutum in verſic.*ſed quia*,vt notant,Vitalis,*in tract.de clauſulis*,verbo *ſequitur qualiter,num.*12.verſic. *ſi autem probatur error*,Gayto *vbi ſupra,num.*293.& alij iam adducti ; ſin autem non requirat ſcripturam ; & tunc ſub diſtinctione ſequenti eſt reſpondendum, Nam ſi tractatur de his,quæ ſunt de natura contractus , vel diſpoſitionis , vel de conſuetis apponi in Inſtrumento, quæ per Notarium fuerint omiſſa , debeant accipere eandem reſolutionem , quam *ſupra* , adduxi ſub , verſic. *ad aliàs* , in verſic. *vnde* , cum aliis , Gayto *ſupra , num.* 294.

Verùm ſi tractatur de his , quæ reſpiciunt diſ- 26
poſitionem circa aliàs qualitates enunciatas , & & agitatas per partes , de quibus Notarius fuit rogatus , & illæ fuerint omiſſæ per Notarium, & conſtat legitimè per teſtes, aut euidentiam facti , vel per aliam probationem de errore Notarij omittentis ſcribere , quæ contrahentes , vel diſponentes dixerunt , ſi tunc talis error partibus non noceat , poterit corrigi à ſolo Notario, vt docent Farinac. *dict. q.*156. *p.*2. *n.*105.*limit.*3. *& limit.* 5. *num.*115. dum non ſit actus ſcriptu- ram requirens. † Quod ſi non conſtat de tali 27
errore , niſi per Notarij aſſertionem ; quia contrahentes negant aliud fuiſſe dictum , & non ſcriptum , Notario non credatur,Bartol. *in l. cum proponebatur , ff. de leg.*2. Farinac. *ſupra num.*130. Maſcardus *de probationib. concluſ.*4. *num.*25. Vital *de clauſulis*, verbo *reſtat videndum , col.*2. *num.* 1. *fol.*320.ſed ei ſtabitur , ſi addat omiſſum ab ipſis partibus confeſſatum , vel ſi fateantur tantum illi contrahentes , quos dirigitur erroris emendatio , Vitalis *ſupra , n.* 5. verſic. *adde* , Felinus *hic n.*2. verſic. *item per ipſos* , Farinac.*d.q.*156.*p.*3. *n.*129. cum Baldo , Bart.& aliis , Maſcardus *concluſ.*644.

cluſ.644. n.16. cum aliis Gayto *d. cap.2. à n.294.*
28 *tit.1.* † Qui *num.301.* addit inter alia, quod error Notarij aſſerentis contra partes aliter dicentes, non corrigitur etiam medio iuramento ſuppletiuo, Felin. *hic num.10.* Decius *in dicta l. ſi librarius, ff. de regul. iuris, num.4.* P. Gerardus *ſing.16. num. 3.*

29 Tamen quando aliquid fuit dictum à contrahentibus, ſed omiſſum à Notario, tunc ei non credi dicendum eſt ſi aliud ponat, cum debuiſſet ſcribere ea, de quibus fuit rogatus; ſed non ob id de falſo ſcalpendus, cum potius erraſſe præſumatur, latè Farinacius *dict. quæſt.156.p.4. à n.142.* cum aliis Gayto *d.c.2. à n.288.*

30 Quod ſi dubites an datâ erroris probatione, valeat illum Notarius corrigere propria Authoritate? Et omiſſis diſtinctionibus nonnullis, quas refert de corrigente incontinenti, aut ex interuallo, vel quando datur probatio erroris per concludentes probationes, reſpondeo, quod quando agitur de negotio, & reſpectante ad contrahentes, ſubſtantiamque negotij tangente; tunc non fiat correctio, niſi interueniente iudice & niſi in errore omiſſionis notorio, & manifeſto quomodolibet apparente, qui negari non valeat; eo quod notorium æquiparatur ſententiæ, vel quando Notarius etiam in errore latente, & occulto corrigerét omiſſum in continenti; ſi adhuc Inſtrumentum non erat redactum in mundum; dummodo illud *in continenti*, iudicetur iudicis arbitrio: ita Scaccia *de iudic. cauſ. Ciuil. c.11. n.1219.* Farinac. *d. q.156. p.1. n.60. & 62.* cum multis, Gayto *d. c.2. tit.1. n.303.* & dummodo non mutet ſubſtantiam ſcripturæ, & *à n.319.* vbi aliis modis declarat cum aliis infini-
31 tis. † Qui *n.328.* concludit errorem Notarij, tanto fortius corrigi poſſe, ſi ex præcedentibus, & conſequentibus dignoſcatur, vt dixerunt Bartol. Bald. Salicet. Angel. Iaſon, Corneus, Sicar, & alij, *in l. errore, C de teſtam.* Decian. & Maynerius *in d.l. ſi librarius,* & probat, Farinac. cum illis, *d. q.156. n.136.* ex quibus facilis eris, vt reſpondeas caſibus occurrentibus.

32 Ad tertiam quæſtionis partem an Inſtrumentum ſcriptum per alium, ſed ſubſcriptũ per Notarium probet? Quia reſponſum vberius præbebis ex dictis iam, *hic in c. cum Ioannes, & in c. inter dilectos, & in c.1 ſic breuiter,* dico Notarium iuſto impedimento impedito, poſſe committere etiam priuato, vt reaſſumendum Inſtrumentum ſcribat ipſeque domum ſubſcribat; imo & ſi non ſit im-
33 peditu † Ex eo, quia eius ſubſcriptio trahit ad ſe totam ſcripturam; & quamuis ſcribens, cui committitur non ſit Notarius, & etiam in ſcriptura protocolli; quia Notarius rogatus poterit ſcribi facere protocollum manu alterius Notarij dummodo ipſe ſubſcribat; cum infinitis Scaccia *de Iudic. cauſ. Ciuil. dict. cap.11. n.598.581.541. & ſeq.* & in prædictis iuribus Doctores antiqui, & cum aliis ex modernis omnino legendus Gayto *de credito, dict.1.p.cap.3. à num.450.* vbi plenè, & omnes teſtantur de praxi, quæ ita eſt, vt quotidie videmus apud noſtros Notarios, & Tabelliones: quare & ſi ipſe ampliationibus, & limitationibus plura ſcribat, Duxi non tranſcribere.

34 Ad quartam quæſtionis partem reſpondeo ex iam dictis, vt non præſumatur falſarius Notarius qui ſcripſit aliud, quàm à partibus dictum ſit, aut ſi aliàs falſum exprimat, ſed vt potius errauerit, quam quod falſitatem commiſerit: ſic probat Textus; & ibi DD. *in l. quod adhibitis in fine, Cod. de his, qui ſibi in teſtam. ad ſcrib.* Felinus, Decianus, *in dicta l. ſi librarius,* Maſcardus *concluſ.644.* Farinacius *dict. quæſt.156.p.3. à num.142.* Gayto *de credito, dict. cap.2. tit.1. num.329.* qui omnes alios referunt infinitos quidquid contrarium nonnulli aſſerant, vt etiam aduertunt Rouitus *ad Pragmaticam 1. de notar. num.8.* in nouiſſimis, Menochius *lib.2. praſ.79. num.12. & lib.5. praſ.3. n.36. & lib.6. praſ.13. num.30. & praſ.32. num.3.* idem Gayto *dict. cap.2. num.290.* † Qui nec pœna 35 falſi, & conſequenter veniret puniendus, quod eſt intelligendum, quando Notarius non ſit malæ famæ, nec ſuſpectus, vel non omiſerit aliquod prohibitum de iure omitti, aut per aliquam circunſtantiam, & falſitatis præſumptionem nõ appareret eum dolo omiſiſſe; quia ſi hæc adeſſent, puniretur Notarius, vt ſtatim dico; in quo ſenſu erit accipienda contrariorum ſententia, Gayto *d c.2. n.341.* Farinac. cum aliis, *d. q.156. p.4. limit.2 & 3.*

Quod ſi Notarius in quam omitteret ſolemnia ſubſtantialia in Inſtrumento, tunc pœna falſi veniet puniendus; quia licet, vt dictum eſt in Notario regulariter potius præſumatur error ex proximè adductis; non ſic tamen quando in Inſtrumenoo omittit ponere debitas iuris ſolemnitates, Gloſſa *in l. iubemus, §. fin. Cod. de teſtam.* vbi Salicetus, Angel. Alex. Cynus, Aretin. & Corn. Menoch. *de arbitrariis caſu 370. num.4.* & hoc ſiue in teſtamentis, ſiue in aliis Inſtrumentis omitteret, vt eſt caſus, *in dicta l. iubemus,* Farinac. *d. quæſt.156. p.12. num.12.* & cum infinitis Gayto *dict. cap.2. tit.1. à num.330. & 343.* vbi *n.345* dicit cum Alex. *in d. l.* procedere tantùm in omiſſione ſolemnitatum ſubſtantialium. 36

Quod ſi Notarius eſſet bonæ famæ; licet in ſubſtantialibus erret, ſi ſit imperitus, & non ſagax, nec verſutus, tunc tantùm erit in arbitrio iudicis videntis omiſſionem potius erroneam, quàm Doloſam Notarium impunitum relinquere Farinac. *vbi ſuprà,* cum Baber, Foller, Bertazol, Maſcardo, Biario, & aliis *ſuprà n 16. & 17* Gayto *dict. cap.2. num 346.* qui *& num 347* Farinac. *n.18.* Maſcard. *de probationib. concluſ.1098 num.35.* firmant vt in terminis concluſionis, quando ſcilicet erret in ſubſtantialibus; non ob id veniat puniendus ordinariè, ſed tantùm extraordinariè iudicis arbitrio, ſic concordantes relatas duas opiniones. Alia videbis penes relatos, quæ ex dictis facilè queunt Diſcerni. 37

AD TEXTVM
IN CAPITE FIN.
Hoc Titulo, de Fide Inſtrument.

PRÆMISSVM.

HVius Textus materia ſatis expenditur ex his, quæ adduxi, *ſup. in c.1. & ſup. in c. præced.* vbi de exemplatione, ſeu traductione alicuius Inſtrumenti publici, & cuius authoritate fiat, ſeu quâ ſolemnitate, & in reſponſo breui, Gloſſa hic ſatis apertè loquitur. Quare nihil de inquirendo ſuper principali deciſione noſtri Textus tantùm loquar de aliquibus dubiis de quibus antea in præcitatis iuribus nihil expreſſi.

Qvæstio I.

An exemplo credatur, ſine originali: Et an probetur originale per regiſtrationem factam in actis, ita, vt ſit neceſſarium illud in Iudicio procedere: Et an probet Inſtrumentum ſe ad aliud referens: Et quid ſi Notarius dixerit ſe illud vidiſſe: Et an poſſit vnus Notarius Authoritate Iudicis reaſſumere alterius Inſtrumenta: Et qualiter litteræ compulſoriales extrahantur: Teſtamenta apud quem Iudicem præſententur: Et de aliis?

Svmmarivm.

2 *Originale probatum per regiſtrationem factam in actis, quando vera dicatur, num.* 3. 4. 5. 6. & 7.

11 *Inſtrumentum, de quo Notarius dicit ſe vidiſſe aliud, ad quod ſe refert, quando probat, n.* 12. 13. 14. & 15.

18 *Litteræ compulſoriales qualiter, & quâ citatione extrahantur, n.* 19 & 20.

1 AD primam quæſtionis partem, vt doctè reſpondeas videbis quæ adduxi, *in cap.* 1. & 2. *hoc tit. quæſt.* 1. Et videbis ibi quæ reſumptiuè addo, *n. fin.* à verſic. *vnde infero.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondebis ex his, quæ adduxi, *dicto cap.* 1. *quæſt.* 2. in verſic. *ad ſecundam quæſtionis partem:* Et ibi dictis reſumptiuè addo nonnulla hîc dicens, quod probatur originale per regiſtrationem factam in actis; ita vt non ſit neceſſe id in iudicio producere: ita docent Innocent. *in cap. cum in Iure de officio de legat.* vbi Felinus, *num.* 8. qui duobus modis ampliat, & tripliciter reſtringit, & cum multis docet videndus Gratianus *Reg.* 388.

3 † Qui *à num.* 2. id ampliat etiam ſi poſtea appareat originale abolitum, vel abraſum, vel etiam ſi originale non fuerit regiſtratum, ſed datâ copiâ parti, quæ nihil oppoſuit; quia omiſſo originali, cogetur pars copiam exhibere, quæ regiſtrata faciet fidem, & procedit etiam ſi Inſtrumentum amittatur.

4 † Imo & ampliatur in eo, videlicet vt ſi ego v.g. produco Inſtrumentum, in quo continetur, Titium feciſſe Procuratorem caium ad agendum, & ego dixerim me eſſe illum caium, intentio mea probata cenſetur, niſi aliud probetur: plura in confirmationem adducit Paulus *conſ.* 140. *num.* 1. *lib.* 2. Cynus quem alij ſequuntur, *in l. ſi qua per calumniam, Cod. de Epiſcop. & clericis*, Boerius *dec.* 154. De exemplo cuiuſlibet ſcripturæ, ac de exhibitione originalis circa probationem illius, & effectum, Gaytus nouiſſimè, *de credito c.* 2. *tit.* 4.

5 Aliquibus tamen limitatur modis, ſcilicet quando exemplatio eſt facta iudicis authoritate: ſic Felinus *in dicto cap. cum in Iure, num.* 8. *limit.* 1. Bartol. *in l. eos, §. ſuper his, Cod. de appellat.* Couarruuias *pract. cap.* 21. *num.* 6. & *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 5. & *num.* 9. multis adductis Gratianus *dicta reg.* 386. *à n.* 5.

6 † Qui etiam cum aliis id limitat; dummodo regiſtratio ſit facta de toto tenore Inſtrumenti, vel de principio, & fine, cum aliis clauſulis ſubſtantialibus, ſecùs ſi ſimpliciter de principio, & fine, Felinus *ſuprà*. Bartol. *in l. chirographis, ff. de adminiſtrat. tutor.* † Et idē Felin. limitat; dũmodo regiſtratio in actis ſit facta præſente, vel citato aduerſario, tradit Gregor. Lopez *in l.* 8. *tit.* 19. *p.* 3. Gloſſa *por el Regiſtro.* 7

† Et limitatur etiam niſi parti detur copia cum aſſignatione termini ad opponendum: ſic Bart. *in extrauag. ad reprimendum*, verbo *de plano, col.* 2. 8

† Et limitatur dummodo producatur Inſtrumentum in iudicio poſt litem conteſtatam: nam ſi producatur antea, & poſt reproducatur nihil probat: ita Gratianus. 9

Ad tertiam difficultatis partem an probet Inſtrumentum ſe ad aliud referens, reſpondebis ex dictis *ſup. in Rub. q.* 2. verſic. *ad vlt.* 10

Ad quartam quæſtionis partem quid dicendum de Inſtrumento ſe ad aliud referente, & Notarius dicat ſe illud vidiſſe, & legiſſe; & quia hæc quæſtio multùm dependet ab enunciatiua, de qua dico, *in cap. illud infra de præſumpt.* ideo dico breuiter quod & ſi Speculator *in hoc tit. §. reſtat, col. vlt.* & Iacobinus à Sancto Georgio *in Auth ſi quis in aliquo, C. de edendo*, dicant probare abſque relato ex eo; quia Notarius cenſetur rogatus à partibus, vt videat Inſtrumentum mandati, quod requiritur ad contractum principalem expediendum: arg. legis ad rem nobilem, & *leg. ad mandatum, ff. de procurat.* 11

† Tamen quia prædictum fundamentum non eſt ſolidum, cum hoc non ſit officium Notarij, qui excuſatur, ſi credat partibus cõtrahentibus, dicentibus ſe habere mandatum, vt declarat Decius *in d. Auth. ſi quis in aliquo.* 12

† Ideo ex prædicta Auth. vbi Alber. Caſtrenſis, Alex. Iaſon, Decius, & alij contrarium docent, quos ſequitur videndus Faquineus *l.* 12. *cont. c.* 3. vbi plura referens, & aliorum dicta dico cum eo breuiter, *in d. Auth.* eſſe regulam generalem, quæ nullo Iure reperitur in iſto caſu limitata. 13

† Et ait Gloſſa *in c. Abbate*, in verb *fiat de verb ſignif.* Cagnol. *in d. Auth ſi quis in aliquo, n.* 63. Afflictis *dec.* 273. procedere etiam ſi tenor Inſtrumenti, ad quod relatio habetur fuerit inſertus in tali Inſtrumento; quod procedit, dummodo in Inſtrumento referente tenor relati clarè, & explicitè contineatur; quia tũc referenti creditur abſque relato: ita *ex l. vlt. C. de falſis:* ita Baldus, & alij, quos ſequitur Cagnolus, *ſupra.* 14

† Verùm Faquineus dicit non procedere vbi contingit de enunciato, principaliter diſputari; quia tunc non probat inter ipſas perſonas *ex d. c. illud, de præſumpt. l. optimam, C. de contrah. empt*, quo pacto plures interpretatur Faquineus, *vbi ſupra.* 15

Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit vnus Notarius authoritate iudicis reaſſumere alterius Inſtrumenta? Reſpondebis ex dictis *ſupra in c. præcedenti*, diſputant Doctores per Textum noſtrum & in terminis refert nonnulla Riccius *col.* 1461. ex Doctrina Abbatis. 16

† Et Barboſa ait *hîc n. fin.* ex Deciano, & Narbona, quod Vicarius ipſius Ordinarij vigore generalis commiſſionis, nõ poteſt Auth. exemplum ex originali ſumptum, vt eandem vim, & Auth. cum originali habeat. 17

Ad ſextam quæſtionis partem qualiter litteræ compulſoriales extrahantur? Vt reſpondeas applicabis dicta, *ſupra in cap. preced.* & ſic nunc breuiter reſpondeo cum Riccio *in collect.* 113. *ad noſtrum Textum.* 18

† Et quod in conceſſione compulſorialium litterarum, non ſit neceſſaria partis citatio, negant Domini de Rota *in dec.* 42. *de probat. in antiquis.* 19

† Qui *in deciſ. ſub. ſeq.* docent, quod Inſtrumenta extracta in partibus in vim cõpulſoriæ decretæ, parte citata non faciunt fidem 20

in

in Iudicio: alia ſcribit Riccius de compulſoria concedenda, idem Riccius; ad quod applicabis dicta *ſuprà in cap. præſentium de Teſtibus*, vbi dixi quam plura de his litteris compulſorialibus, & alibi.

21 Ad ſeptimam quæſtionis partem, apud quem Iudicem præſententur teſtamenta, video diſputari ex textu noſtro per Couarruu. & ab eo relatos, *in cap.6. de teſtamentis*, de quo dico *ibi*, & *in cap.3. & fin. eodem titulo.* Alia diſputat idem Couarruuias *pract. cap.19. à num.2.* verſic. *hinc*, & *à num.2.* & verſic *de his*, & *num.3. & num.4.* vbi de exemplari, & *ibi cap.12. per totum*, & *à num.4. 5. & 7.* de quibus dixi, *in dicto cap.1. hoc titulo.*

QVÆSTIO II.

An inſtrumentum poſſit reaſſumi ex matrice, ſi illa diſcordat à protocollo, vbi à quo reaſſumatur de Iure: Et an reaſſumatur ex ſcripturis non redactis in forma protocolli: Vel reaſſumi queat repertum in filcis, & in aliis paruis ſcripturis: Et qualiter reaſſumatur repertum in faſciculis, filcis, liſtis, aut in Baſtardello Notarij mortui, aut in folio ſeparato, &c. Et an reaſſumi queat ex abbreuiatura in ſcheda, vel redacta in folio ſeparato?

SVMMARIVM.

1 *Protocollo an potius credatur, quam matrici, diſcordant Doctores, & n.2. Quid à n.4.*

3 *Suſpicio falſi ſemper oritur, quando apparet repugnantia inter diuerſas ſcripturas.*

4 *Inſtrumentum reaſſumptum concordans cum protocollo, ſed repugnans matrici, non probat.*

5 *Matrix diſcordans à protocollo, tunc nequit reaſſumi inſtrumentum.*

6 *Inſtrumentum nequaquam reaſſumi quit: niſi ex protocollo habente requiſita, n.8.*

7 *Regula* facta *teneant, quæ fieri prohibentur, non habet locum, quando partes ei renuntiarunt.*

9 *Inſtrumentum regulariter fidem non facit, ſi prius per Notarium redactum non ſit in libro Protocolli.*

10 *Notarius ex officio debet ponere, ac redigere inſtrumenta in protocollo; n.13.*

11 *Protocollum dicitur liber extenſorum.*

12 *Notarij dolo, aut lata culpa, nulla, aut pauca inſtrumenta redacta in protocollo, nequit inſtrumentum redigi in publica forma, aliter ſi abeſt dolus.* Vide *n.14. vbi aliter ſi fieret Iudicis authoritate.*

13 *Inſtrumentum validare, vt de Iure valeat, pertinet ad officium Notarij.*

14 *Inſtrumentum repertum in faſciculis, aut in aliis paruis foliis, ſi careat ſubſtantialibus, nequit reaſſumi, vel ſic repertum vix legatur, n.16.*

17 *Inſtrumentum extractum ex protocollo occultato, vel quod non reperitur petitum, exhiberi non probat, niſi probetur caſu amiſſum, n.18.*

18 *Negligentia circa cuſtodiam Protocolli, non afficit partem, ſed Notarium.*

19 *Protocollum dicitur* aprotos, *& collum, quaſi prima collatio litterarum.*

29 *Adam dicitur protoplaſma.*

21 *Stephanus dicitur Protomartyr; quia primus poſt Chriſtum.*

22 *Inſtrumentum redigi in mundum dicitur, quandò ponitur in protocollo.*

23 *Inſtrumentum repertum in faſciculis, liſtis, aut Baſtardello, ſi in abbreuiaturis non continet diem, locum, & teſtes, aut contractus ſubſtantiam, non reaſſumitur. Declara vt n.24. & 25.*

25 *Inſtrumentum repertum, ligatum in faſculis, &c. ſi continet diem, locum, contractum, &c. reaſſumi poteſt, adhibità cauſa cognitione.*

26 *Inſtrumentum repertum in folio ſeparata ab abbreuiaturis, ſed continens ſubſtantialia, vt hic reaſſumi poteſt; idem ſi reperiatur in ſcheda: fallit ſi reperiatur, vt n.28.*

27 *Inſtrumentum repertum in ſcheda, abbreuiatura, Baſtardello, &c. melius reaſſumetur Iudicis arbitrio.*

29 *Inſtrumenti reaſſumptio, vt rectè fiat, debet fieri exemplatio vnà cum additionibus, intereſſe actionibus, & cancellationibus* ibi *exiſtentibus.*

30 *Notarius reaſſumens inſtrumentum Notarij mortui, nequit abbreuiaturas extendere, ſed tantùm tranſcribere.*

31 *Reaſſumptionis materiam in inſtrumentis qui tractant?*

AD primam quæſtionis partem; quia dubitant DD. cui ſit credendum, quando reperiatur diuerſitas, aut repugnantia inter protocollum, Matricem, ſeu primam notulam, vel abbreuiaturam, & inter reaſſumptum, & nonnulli dixerunt credendum eſſe protocollo, tanquam debitis ſubſcriptionibus, ſigno, & aliis requiſitis plenius extenſo per Notarium, quibus matrix, & abbreuiatura caret, vt tenent Maſcardus *de Probat. concluſ.4. n.13.* verſic. *limita hoc.* Sfortia *conſ.78. ſub n.23.* Menoch. *de Arbitrar. caſu 187. num.22.* Franciſc. Marcus *deciſ.163. à num.10.* Boërius *deciſ.252. n 8.* † Et alij quidem teneanr credendum eſſe potius primæ matrici, & notulæ originali ſtipulatæ, & ſcriptæ per Notarium; quamuis fuiſſet Calamo Cancellato per tranſuerſum; dummodo poſſet legi, Pariſius *conſ.38.* Beroius *conſ.1. n.6. lib.2.* Ferrar. Gargiat. *conſil. crimin. diuerſ.122. num.72.* Tuſchus verbo *originale, concluſ.292. n.7. & 8.* Farin. *q.143. de falſit, p.7. n.131.* & hoc quamuis illa matrix careat ſigno, & Notarij ſubſcriptione; dummodo ſit perfecta; hoc eſt cum expreſſione teſtium, qui in inſtrumento interfuerunt, & loci, vbi inſtrumentum celebratum fuit, & conſtet illam eſſe ſcriptam manu ipſius Notarij; & profitetur veram hanc Doctus Rouitus *ad pragm 1. de Notar. n.19.* quamuis loquatur inter matricem, & Authenticum. 1 2

Hoc ſuppoſito, & quod quando apparet repugnantia inter diuerſas ſcripturas, ſemper ſuſpicio falſi oritur, & neutri creditur, vt tradunt relati, & Grammaticus *conſ. crim.24. num.5. & 6.* Zephal. Natta, Menochius, & innumeri relati à Farinacio *de falſit. q.153. p.7. princip. num.121. & 122.* donec perquiratur veritas; idem Farin. & Gayto *de credito p.1. c.3. tit.1. n.750.* iam ad difficultatem credo reſponderi poſſe iuxta caſus ſequentes ad dicta *ſup. in cap. imputari 13. hoc tit.* 3

Primus

4 Primus, vt quando inſtrumentum reaſſumptum concordaret cum protocollo, ſed repugnaret matrici; tunc non probat tanquam ſuſpectum de falſo, Zephalus *conſ.*287. *à num.*11. *lib.*2. Tuſchus in verſic. *inſtrumentum concl.*247. *n.*23. Farinac. cum multis *d. q.*153. *num.*126. dicentes non ſolùm non probare, ſed etiam eſſe ſuſpectum de falſo, ſi contradicat originali, Gayto *ſuprà n.*680. *&* 749.

5 Secundus quando diſcordat matrix à protocollo; & tamen adhuc non eſt leuatum reaſſumptum; quia tunc dicunt reaſſumi non poſſe inſtrumentum à matrice; licet potius matrici credatur; quia de Iure communi non reaſſumitur inſtrumentum, niſi ab originali in mundum, & per extenſum in libro extenſorum redactum, Farinac. *ſup. n.*131. Boërius *d. deciſ.*152. *n.*8. Gayto *d. cap.*3. *à n.*735. & Rouitus *ad pragm.*1. *de Fide*

6 *Inſtrument. n.*10. ex Puteo. † Tertius, quando inſtrumentum reaſſumptum eſſet ſecundùm tenorem matricis, ſed diſcordaret à protocollo; & tunc licet videatur ſuſtineri ex regula iuris multa facta tenent, quæ fieri prohiberentur ad textum, *in l.*2. *§. viduum, ff. quando apell.* ſit cum aliis per Alberic. & Iaſon *in l. Patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui*, & per Decian. *in l. in ambiguis, n.*4. *de reg. iur.* Tamen quia inſtrumentum nequaquam reaſſumi quit, niſi ex protocollo habente requiſita, cum de ſolemnitate inſtrumentorum requiratur protocollatio; ideo contrarium, vt verius ex multiplici Doctorum doctrina amplectitur Gayto *d. cap.*3. *de credito*

7 *tit.*1. *à n.*742. † Vbi *n.*746. *&* 747. ait dicta regula *facta teneant, quæ fieri prohibentur*, non habeat locum, quando partes ei renuntiarunt, & facta, & facienda vitiari, & prohiberi, quando

8 partium renuntiatione non tolluntur. † Et ſic in dicto tertio caſu inſtrumentum reaſſumptum ſecundùm tenorem matricis, contra, aut diuerſum à protocollo, nequaquam probare, niſi reaſſumatur ab originali in mundum, & per extenſum in libro extenſorum redactum: ſic Boër. *dicta deciſ.*152. *n.*8. Farinac. cum multis *d. q.*153. *num.*131. Gayto *n.*736.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, an reaſſumatur inſtrumentum ex ſcripturis non redactis in forma protocolli; in quo articulo breuiter reſpondeo regulariter fidem non facere, ſi prius per Notarium redactum non fuerit in libro protocolli: ſic Couarruu. *pract. quæſt. cap.*19. *num.*2. *&* 3. Debent inquam inſtrumenta eſſe redacta in protocollis, vt fidem faciant, ad textum *in cap. inter dilectos hoc tit. §. cæterum*, Grammaticus cum multis *deciſ.*106. *n.*31. Galterius *in ſua praxi inſtrument. Rub. vnica, n.*4. *folio* 61. quod inquam redigitur in protocollo cum omnibus ſuis requiſitis, Gayto *d. cap.*1. *n.*692.

10 Vnde eſt dubium non leue apud Doctores, an reaſſumi queat repertum in filcis, & in aliis paruis ſcripturis. Et quia ad officium Notarij pertinet de Iure ponere inſtrumenta, ac redigere in protocollo, Couarruu. *d. cap.*19. *n.*2. verſic. *de his*, Rouitus *in pragmat. de Notariis, num.*4. Gayto *d. cap.*3. *n.*704.

11 Dicentes protocollum dici librum extenſorũ in quo Notarius poſt rogatum, & ſtipulatum inſtrumentum in illa prima notula matrice, aut abbreuiatura cæterata, & abbreuiata illud redigit in hoc libro protocolli in mundum, & per extenſum; ideo qualiter poſſit contingere breuiter dicam.

Etenim ſi Notarius, Iudex, & teſtes viuerent 12 in numero legitimo, dico, vt dato dolo Notarij, ob quem ipſe nullum, aut pauca inſtrumenta redigeret in protocollo: ſed quaſi omnia teneret in filca, aut Baſtardello, tunc reuera non poſſe tale inſtrumentum in publicam formam redigi; quod fallit, quando abeſſet lata culpa, ſiue dolus Notarij, dum facienda ſuppleantur, & non ſcripta ſcribantur ad textum, *in l.*1. *in fin. ff. de ventre inſpiciendo, l. vnum ex familia, §. fin. ff. de leg.*2. *cap.*1. *de ſponſalibus.*

Quia validare, & aptare inſtrumentum, vt 13 de Iure valeat, pertinet ad officium Notarij, ad quem ſpectat ponere inſtrumenta, eaque in protocollo redigere, abſolutè, & indiſtinctè, vt dixi, & notant Doctores ad textum, *in cap. fraternitatis de hæreticis*, nonnullis in locis Farinac. *de falſitate, q.*154. *& ſeq. p.*1. † Quod dolus, & 14 lata culpa adſint, non valere dicendum eſt, cum falſitatis nota inſtrumentum intelligetur, niſi Iudicis authoritate redigeretur tale inſtrumentum in mundum; quia tunc etiam dato dolo, aut quauis etiam negligentia Notarij reaſſumi queunt inſtrumenta, etiam in filcis, & paruis foliis exiſtentia.

Sed quando inſtrumentum repertum in faſci- 15 culis, aut in aliis paruis foliis careret omnibus debitis requiſitis, dummodo requiſita ſint ſubſtantialia, & non de his, quæ cenſentur appoſita, & cenſentur apponi: tunc reuera inſtrumentum illum reaſſumi, nequiuit ad notata per Franciſc. Marcum *deciſ.*163. *à n.*10. Boër. *dicta deciſ.*152. *n.*8. Maſcard. *d. concl.*4. *n.*14. Sfortia Odus *conſ.*78. *ſub n.*13.

Et etiam ſi inſtrumentum in faſciculis reper- 16 tum ſit taliter defectuoſum, vt vix legatur, vel deficiat in aliqua ſubſtantia reaſſumi non poterit ex notatis circa illegibilitatem per Beroium *conſil.*2. *à n.*6. *lib.*1. Pariſ. *conſ.*78. *n.*22. *&* 23. *lib.*2. Menoch. *de Arbitr. caſu* 187. *à n.*21. Maſcardus *d. concl.*4. *n.*13. Tuſchus, in verſic. *originale, concluſ.*202. *n.*7. *&* 8. Gayto *de credito d. cap.*3. *legendus, à n.*694. alia adducens, vſque ad 729. & circa ſubſtantialium defectus, de Franchis *deciſ.*567. *tom.*4. *n.*2. & alij communiter.

Ex quibus infero quod inſtrumentum extra- 17 ctum ex protocollo occultato, vel quod non reperitur: quia petitum exhiberi, de eo non conſtat, non probat: vt teſtantur de magis communi Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. rem.*4. Couarruu. *d. cap.*19. *pract. num.*3. verſic. *ſecundum*, etiam Farinac. *q.*153. *p.*8. *n.*142. Seſſe *deciſ.*72. *tom.*1. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*1. *cap.*187. *n.*11.

† Et alij limitantes, quando probatur caſu amiſ- 18 ſum, aut quomodolibet de eo non appareat ſine lata culpa, & dolo Notarij; quia negligentia circa cuſtodiam protocolli, non eſt cur partem afficiat, ſed Notarium, Maſcardus *concluſ.*740. *n.*33. *&* 34. Menoch. *d. rem.*4. *n.*735. cum aliis Farin. *d. p.*8. *n.*134. Latius, & Clarius Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*3. *cap.*468. *num.*41. *&* 42. & *cap.*653. *n.*65. Gayto *de credito d. cap.*3. *p.*1. *tit.*1. *ex n.* 648. *& n.*706. quod negligentia Notarij non debet partibus nocere, nec veritati præiudicare, *l. ſi quis in nouiſſimè*, & *l. error. Cod. de teſtament.*

Quod ſi dubites quid ſit protocollum; & qua- 19 re ſic vocetur, & quid ſit id in mundum redigere, breuiter ad primum reſpondeo, omiſſis quæ latè ſcripſit Couarruu. *d. cap.*19. *pract. n.*2. illud dici

à

à *protos*, quod eſt primum, & *collum* à collatione litterarum;& ſic perinde dici protocollum, quaſi
20 prima collatio litterarum in charta. † Prout Adam dicitur *protoplaſtus*; quaſi primo plaſma-
21 tus à Deo. † Et D. Stephanus Protomartyr; id eſt primus Martyr poſt Chriſtum, vt referunt idem Couarru. *d. cap.19. n 2.* Azor. *in ſumm. in Auth. de Tabellion. ſub n.2.* Gloſſa ibi *in §. illud,*
22 verſic. *protocollum.* † In mundum verò redigi inſtrumentum dicitur, quando ponitur in protocollo, vt adnotant cum pluribus Farin. *de falſitate, p.3. q.154. n.28.* verſic. *manuale inſtrumentum,* Gayto *de credito d. cap.2. tit.1. n 710. & 711.* & quare protocollum dicatur, vt dictum eſt ibi, *à num.737.*

23 Ad tertiam quæſtionis partem, qualiter reaſſumatur inſtrumentum repertum in filcis, liſtis, aut Baſtardello Notarij; vt reſpondeam ſub diſtinctione dico eſſe intelligendum: nam ſi inſtrumentum ſic ibi repertum, & in faſciculis, non contineret in abbreuiaturis perfectionem, ſcilicet Diei, loci, & teſtium expreſſionem, aut non contineret contractus ſubſtantiam, tunc nequaquam reaſſumi poſſe, vt de loci, & teſtium expreſſione tenet cum multis Farinac. *de falſitate d. q.153. p.7. n.131.* loquutus etiam in caſu maioris difficultatis; & quando deeſt ſubſtantia. Franchis *d. deciſ.567. n 2.* Card. Mantica, & alij, cum quibus ſic docet Gayto *de credito d. 1 p. c.3.*
24 *tit.1. à n.783.* † Vbi modificat, *n.790.* dictum circa defectum diei, loci, aut teſtium, vt non procedat, ſi dicatur in inſtrumento eodem die, & coram eiſdem, & tamen folium inſtrumenti reperiatur in faſciculo, in quo præcedens folium contineat diem, & teſtes: quia vtique reaſſumetur: dum tamen Baſtardellus, aut faſcicula ſint ligata admodum libri: ſic poſt Bartol. *in l. ſi quis exargemariis, §. initium, ff. de edendo,* aduertunt ibi DD. & Surd. *conſ.187. tom.1. n.34. & 35.*

25 Verùm ſi inſtrumentum ſic receptum contineret prædicta omnia, tunc dico, vt poſſit reaſſumi adhibita cauſæ cognition e ſummariè: ſic cum Molfeſio, & Galterio idem Gayto *d. cap.3. à n.792.* contra Grammaticum, qui contra tenuit *in deciſ.106.* dicens eius deciſionem tantùm procedere poſſe, quando inſtrumentum repertum in faſciculis careret omni ſolemnitate, & requiſito, vt conciliando reſpondit Galterius iam *ſuprà n.18.* qui refert fuiſſe dictum contra Grammat. in Sacro Conſiſtorio, Regio Conſiliario Freccia: & ita de Iure procedere, Molfeſius *q.13. n.14. & 15.* poſt Cardin. Tuſchum, & Rouit. *in pragmat.2. de Fide Inſtrument. num.15.* poſt Pariſ. de Puteo.

26 Vnde dubium eſt quid ſi reperiatur in aliquo folio ſeparato à prædictis abbreuiaturis, & tunc etiam ſub diſtinctione dico reſpondendum; quia ſi ſic repertum contineat omnia, quæ requiruntur in quolibet originali, & in Iudicio reaſſumptionis probaretur illum folium eſſe ſcriptum manu Notarij mortui, & veritatis aliqua concurrerent adminicula, ac omnia requiſita ibi eſſent deſcripta, poſſe reaſſumi. Sed ſi illa Charta ſeparata à faſciculis reperiretur in ſcheda Notarij, & confuſa cum omnibus aliis ſcripturis ad ſchedam pertinentibus abſque ſcrupulo poſſe reaſſumi dicerem cum Franchis *d. deciſ.567.* qui ſic tenuit, quando folium ſeparatum, inuentum fuit in quadam Arca ſeparata à faſciculis;& quia vt tradit Viſcont. *ad citatam deciſ.* de Franch. ex abbreuiatura reperta in ſcheda reaſſumi poteſt, & Gayto ſic tenens *d. cap.3. p.1. de credito tit.1. à n.795.* contra Molfeſium negatiuè reſpondentem. † Ait *n.801.* hæc omnia melius procedere,
ſi relinquantur Iudicis arbitrio, cui committitur reaſſumptio, vt viſa informatione de legalitate Notarij, aut de aliis adminiculantibus veritatem illius matricis, valeat ille, vt Iuris eſt prouidere; quia vt docet Bart. *deciſ 39. n.66.* ex Bart. Craueta, & Beroio, arbitrio Iudicis eſt committenda reaſſumptio inſtrumentorum ex dictis abbreuiatis matricibus, etiam non ſolemnibus. 27

Quod ſi illud reperiatur in aliquo folio ſeparato à faſciculis, filcis, liſtis, aut in Baſtardello Notarij mortui tunc, ſi non contineret omnia requiſita proximè adducta in verſic. *vnde*, nec reperiretur in faſciculis, & cum aliis inſtrumentis ſchedæ; exiſtimo nequaquam reaſſumi tale inſtrumentum, vt tenent in ſpecie Franchis, & Molfeſ. in locis relatis, & in ſpecie Surd. *d. concluſ.187. tom.2. n.36.* Gayto *d. cap.3. n.803.* 28

Ex dictis iam ergo breuiter reſpondeo, quod vt rectè reaſſumptio contingat, debet fieri exemplatio vna cum additionibus, & interlineationibus, & cancellationibus ibi exiſtentibus, ſi quæ erunt, & prout iacet: ſic docent Præf. de Franch. *deciſ.485. n.5.* Doct. Regens Tapia *ad conſt.* Bauilos, & omnes, *n.6. & tit. de Fide Inſtrum. lib.3.* ſui de Iure Regni, & cum deſcriptionibus, & ſubſcriptionibus Iudicis teſtium, & cum ſigno Notarij, ac cum omnibus aliis requiſitis iam adductis, Gayto *d. cap.3. à n.304.* 29

Pro complemento notandum eſt, vt Notarius reaſſumens inſtrumentum Notarij mortui, non valeat abbreuiaturas extendere, ſed tantùm debeat tranſcribere: ſic Bald. *in Rub. Cod. de Fide Inſtrument. q.4.* & ſi eſſent extendendæ, qualiter fiet, ſcribunt, idem Franchis *d. deciſ.567.* & Seſſe *deciſ.83. num.7.* alia notatu digna porrigit idem Gayto *d. cap.3. à n.806.* 30

Etſi de reaſſumptionis inſtrumenti materia; velis exactè agere, leges, & videbis vltra præcitatos Couarr. *pract. cap.21.* Boërium *deciſ.254.* Mutuam *ad pragm. Siciliæ tit.24. tom.1. de officio Notarior. fol.271.* Minad. *deciſ.11.* Domin. Rouitum *conſ.91. à num.2.* Capicium *deciſ.29. & 171. & 192.* Guidon. P p. *deciſ.2 19. 118 & 122.* Boër. *deciſ.36.* Franciſc. Marcum *deciſ.363. p.2.* & *deciſ.517 p.1.* Ozaſcum *deciſ.16.* Put. *deciſ.159. lib.1.* & *deciſ.152. lib.2.* Mynſing. *Obſeruat.73. cent.4.* & alios, quos adduxi, & peribi dicta in textu noſtro, *& in cap.15. præced.* 31

AD

AD RVBRICAM ET TITVLVM DE PRÆSVMPTIONIBVS.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per præſumptiones, & indicia, habet locum aliis deficientibus probationibus. Et ad quam pœnam ſub num.2. 9. & 10. Doctores ſcribentes ſub n.5.*
2 *Præſumptiones, vt probent, debent eſſe clara, & indubitatæ.*
Indicium quando dicatur indubitatum?
3 *Delicta occulta, & difficilis probationis, quæ ſint, annumerantur.*
6 *Præſumptionis, ſeu indicij definitio, quæ ſit, n.7. & 8.*
7 *Fictio dicitur à lege. Et quæ ſit?*
9 *Indicium minus eſt, quàm ſemiplena probatio, ſed ſufficit ad torturam.*
11 *Præſumptio ex quibus oriatur principiis?*
12 *Præſumptio potentior tollit minus potentem. Et quæ ſit potentior, relinquitur Iudicis arbitrio, n.13.*
14 *Præſumptio vna, quando pluribus non cedat.*
15 *Præſumptio potius ſumitur, vt actus valeat, quàm vt pereat.*

1 NVNC verò ſeſe offert alia probationis ſpecies, quæ fit per præſumptiones, coniecturas, ſeu indicia, veluti, ſi nec per confeſſionem, nec per teſtes, aut inſtrumenta, caſus, de quo inquiritur probari queat: tunc recurritur ad præſumptiones, coniecturas, ſeu indicia, quæ ſufficient regulariter ad condemnandum, in delictis occultis, & difficilis probationis, vt ſcripſit Baldus *in l. quicumque, num.32. ff. de ſeruis fugitiuis*, Alexand. *conſil.69. à num.1. lib.2.* multis adductis Farinacius *in praxi criminali de Reo confeſſo, & conuicto, quæſt.86. à num.29.* vbi ſic tenet contra Boſium *in tit. de coniectur. à n.46.* Maſcardum *de Probat. concl.1220. num.14.*

2 Hæc tamen doctrina vera erit in Præſumptionibus, & indiciis indubitatis, & claris, vt contrarium credi non poſſit; taliter vt indicia debeant eſſe, nedum pluſquam ſemiplena probatio, ſed etiam quaſi plena probatio, vt tradunt Paulus de Caſtro *in l. fin. n.5.* & ante eum Iacob. Butrig. *in fine, Cod. de probationibus*, Boërius *deciſ.164. num.3. & 4.* Maſcardus *de probat. lib.3. concluſ.1221. num.49.* qui omnes communiter docent non dici indicium indubitatum, niſi quando poſſibile non eſt rem aliter ſe habere, quam quod ex Iudicio Iudex ad ſic credendum inclinet: ſequitur idem Farinac. videndus *dicta quæſt.186. num.67.* latius ipſe *in tit. de indiciis, & tortura, quæſt 36. à num.36.* plura congerit ipſe *dict. quæſt.186. à num.55.* vbi agit de modo puniendi ex his indiciis indubitatis, qui ait *num.34. ibi* id procedere, non quoad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, & mitiorem, nec diſſentit Menochius *libro 1. de præſumpt. quæſt.58. num.19. & quæſt.40. num.13.* vbi addit quod dicto caſu non poteſt imponi, niſi pœna pecuniaria: de quo videbis quæ tradit ipſe Farinac. *dict. quæſt.186. à num.113.* & Faquineus *lib.1. controuerſ. cap.29.* in puncto iuris generaliter defendit ex Præſumptionibus neminem condemnari poſſe ad aliquam pœnam, etiam extraordinariam, ſed tantùm modo torqueri.

Quod ſi dubites quæ ſint delicta occulta, & difficilis probationis; reſpondeo breuiter eſſe ea, quorum probatio à communiter accidentibus (Iudicis arbitrio) non facilè haberi poteſt, ſicut poſt alios tradiderunt Herculan. *de negatiua probanda, num.310.* Menochius *de Arbitrar. libro 2. caſu 116. à num.1.* vbi ponit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus plures caſus, qui à iure reputantur difficilis probationis, qui ſunt, veluti *dolus, fraus, ſimulatio, partus, ſuppoſitio, incendium, adulterium, ſodomia, ſimonia, furtum, tractatus, mandatum, conſpiratio, venenatio, falſitas, falſa moneta, latrocinium, diſprobatio, hoſtium fractum, & apertum, introitus in locum periculoſum, delicta domeſtica, vſura, demum de nocte datum, iniuriarum æſtimatio, minæ vxori per maritum illata, & quod filius percuſſerit matrem*: de quibus omnibus Farinacius *dicta q.186. à n.35.* qui latè agit, *in tit. de delictis, quæſt.18. n.108.* & *in tit. de indiciis, & tortura, quæſt.37. num.50.* & alios caſus adducit Riccius *col.379.* veluti *confidentia in beneficiis*, quæ poteſt per coniecturas probari; item commodo probatur, *quod filij ſint poſiti in conditione. Filiatio, aſſaſſinum: & quod filius non ſit natus ex marito.* † Itaque licet textus, 4
in l. fin. Cod. de probation. ibi: *Vel indiciis ad probandum indubitatis, & luce clarioribus*, doceant plures poſſe quem criminaliter condemnari: tamen hoc habet intelligi modo iam ſupradicto, & vt dico *in cap.2. hoc tit. latè.*

Vnde quia plura de probatione per præſumptiones 5

ptiones congerunt Farinacius in locis ſupra relatis, Patianus *de probat. p.1. à cap.8.* poſt Maſcardum, & vſque ad vltimum punctum, ſcripſerit Menochius 1.*&* 2.*tom. præſumpt.* ideo tantum dixi prælibare ſequentia, vt reſumptiuè cognitionem genericam aſſumas de tota hac præſumptionum materia.

6 Eſt ergo præſumptio, ſeu indicium *conjectura probabilis ex certo aliquo ſigno proueniens ad ſtruendam rei dubiæ fidem, ſeu quæ alio non adducto pro veritate habetur:* ita Andr. Valenſis *hic n.1. & 2.* vbi & *n.3.& 4.* ait differre à fictione, quæ eſt indubiæ falſitatis pro veritate aſſumptio ex cauſa aliqua iuſta, quæ fit ſemper ſuper certo contra veritatem ipſam ex *l. qui in aliena, ff. de ac-*
7 *quirenda hæredit. in princ.* † Non enim fictio inducitur ab homine, ſed à lege, dumtaxat, & eſt quædam legis diſpoſitio, quæ non admittit directè probationem in contrarium; ita vt indirectè poſſit contra fictionem probari, demonſtrando ceſſare æquitatem, ſuper qua fundatur præſumptio, de ſui natura ſemper admittit probationem in contrarium, vt de præſumptione hominis,& iuris poſtea dico,& de præſumptione Iuris, & de Iure, patet quod licet regulariter excludat omnem probationem in contrarium: tamen admittit confeſſionem partis in contrarium, atque etiam indirectam, de quo etiam inferius dico.

8 Nec diſtat à prædicta definitione alia quæ communiter à Doctoribus refertur, nempe vt ſit rationabilis, ſeu veriſimilis coniectura facti, vel delicti,& quædam animi applicatio ex aliquibus circunſtantiis ad aliquid credendum,vt probat textus capitalis, & expreſſus, *in l.3. §.1. ff. de Teſtibus, l. ob carmen, §.fin. eodem, l. de minore, §.tormenta, l.ex libero, §.de minore, l.vnius, §.reus, l.fin. ff. de quæſtion l.3. Cod. eodem ibi*: ſi præſtita fuerunt ex tanto ſcelere argumenta, vt videantur accedere veroſimilia cauſæ crimina, *l. milites eodem* ibi: ſed argumentis primùm veriſimilibus, probabilibúſque vti, & ſibi veluti certis indiciis deductæ inueſtigandæ veritatis gratiæ ad tormenta putauerint eſſe veniendum, *leg. non eſt verimile, ff. quod metus cauſa, l. quæro, §. fin. ff. de edilitio edicto, cap. præterea de Teſtibus*, in verſic. *etenim*, circunſpectus Iudex, atque diſcretus animi ſui motum, ex argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora eſſe comperetit confirmabit, *cap. quæ veriſimile de præſumpt.* cum aliis, vbi Doctores.

9 Qui etiam aduertunt quod indicium minus eſt, quàm ſemiplena probatio, & minorem habet effectum, ſed ſemper ſufficit ad torturam ex Gloſſa ſingulari, & vnica *in l. cum probatio, ff. de probat.* vbi ad hoc notat, & commendat *ibi*, Baldus dicens eam meliorem de Iure, Salicetus, Fulgoſius, & Iacob. de Sancto Georgio; idem Baldus *in dict. leg. non eſt veriſimile, ff. quod metus cauſa*, & illam reputat ſingularem Paulus *in l.2. §.1. ff. ſi ex noxa, cauſ. agatur, col.2. num.4.* ibi Alexand. & alij cum Angelo *in l.2. Cod. de quæſtion.* tradit Antonius Gomez. *lib. 3. Variar.*
10 *cap.12. n.2.* † Vbi *n.3.* plures congerit Haillon, nec ex præſumptionibus aliquem criminaliter puniri dixit Riccius *col.1067.* & ſic textus *in leg. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari*, communiter allegatur ad id, vt quando liquido de aliqua re conſtare non poſſit, tunc recurratur ad argumenta, & coniecturas.

Et ſic innectam ſequentia. Primum quod præſumptio oritur, ex variis, vel ex naturali cauſa,& naturalibus principiis, vt præſumptio, qua præſumitur non eſſe virginem, quæ peperit, & corruptam fuiſſe, ac concepiſſe mulierem, quæ lac habet in mammis propter generationem; ſed non eſt id certum indicium corruptionis: quia poteſt fieri, vt lac habeat, nec tamen corrupta ſit. Aut oritur præſumptio ex principiis, ſeu indiciis humanis, ſiue exemplis, & lege humana approbatis. Vel denique ex aliis negotiis,& perſonarum circunſtantiis, ex quibus tanquam ſignis, & argumentis inducitur lex, aut Canon ad aliquid de re propoſita credendum pro ratione argumenti, ex quo credulitas inducitur, Valenſis *hic* §.3. 11

Et quia ſolent concurrere plures præſumptiones: ideo aduertes, quod tunc potentior tollit minus potentem, *leg. Diuus, ff. de in integ reſtit.* ibi Gloſſa verbo *exiſtimari:* idem Valenſis *hic* § 5. vbi ait id obtinere, licet præſumptio hominis concurrat cum præſumptione legis: modo appareat validior, & firmior: argumento text. *in l. Lucius 93 §.quæſitum 3. ff. de leg.3.* vbi maſculinum ex legis diſpoſitione concipit fœmininum: & tamen receditur ab ea diſpoſitione, quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris. † Et dum agitur de duabus præſumptionibus Iuris, vel hominis, Iudicis arbitrio relinquitur quæ ſit potentior: & interim ab interpretibus ſolet cenſeri potentior, & firmior, quæ facit ſubſiſtere, & valere actum: item quæ benignior, quæ magis veroſimilis,quæ pro Reo eſt, quæ abſurdum, & iniquum euitat. Item potentior eſt præſumptio, quæ prouenit à ſubſtantia, ea quæ prouenit à ſolemnitate. Quæ Iuri communi inhæret, potentior eſt ea, quæ iuri ſpeciali innititur, & ſpecialis firmior eſt generali: & inter duas ſpeciales, illa, quæ ſpecialior, naturalis potentior eſt accidentali, & quæ deſcendit à quaſi poſſeſſione, potentior eſt, ea qua quæque res præſumitur libera. Et fundata in ratione naturali potentior eſt fundata in intentione ciuili. Et ea, quæ fauet animæ potentior eſt ea, qua dicimus delictum non præſumi. 12 13

Et denique vna præſumptio cedit pluribus, 14
niſi ſit talis, quæ pluribus ſit potentior, & efficacior, & ſicut vna præſumptio tollit aliam: ita etiam vna aliam elidit, ſicut vna probatio aliam: ob idque præſumptio tollit ſuſpicionem, quæ videtur eſſe quid minus præſumptione: tradit hæc omnia Valenſis *vbi ſuprà.* † Et addo quod 15
in dubio potius accipienda eſt præſumptio, vt actus valeat, quam pereat ex *leg. quoties. l.2. ff. de rebus dubiis, leg. quoties, ff. de verb. ſignificat.* Alciatus *regul.3. præſumptione 3. & 4 num.1.* Sanchez *de Matrim. lib.3. diſput.35 n.19* latiſſimè Menochius *lib.6. præſumptione 4* vbi *num.5.* cum aliis ait: licet prioritas præſumatur ſecundùm ordinem litteræ: ſecus eſſe vbi actus redderetur nullus, quod maximè verum eſſe dicit Sanchez in re fauorabili argum. eorum, quæ docet textus, *in cap. fin. de ſententia, & re Iud*

Et quia ago infrà *in cap* 2. & aliis huius tituli 16
de deuiſione præſumptionum, de earum effectu, & de ea quæſtione, an allegari debeat præſumptio, vt proſit ei, pro quo ſtat, & de aliis: ideo breuiter nunc accipies relata.

QVÆSTIO I.

An præſumptioni Iuris ſtandum ſit in foro conſcientiæ, quando quis dubitat, an contrariam habuerit intentionem: Et quando, & quomodo præſumptio in foro conſcientiæ obſeruari debeat: Et quantum inter ſe differant præſumptio, indicium: coniectura, ſignum, ſuſpicio, adminiculum: Et an actus, ex quibus colliguntur præſumptiones, debeant eſſe perfecti: Et an legum fictiones habeant locum in foro conſcientiæ?

SVMMARIVM.

1 *Præſumptioni Iuris, quando in dubio ſtetur, n.2.3.5. & 6.*

4 *Præſumptio quando, & quomodo in foro conſcientiæ obſeruetur, n.5. & 6.*

7 *Differentia inter præſumptiones, indicia, conjecturam, ſuſpicionem, argumentum, ſignum, adminiculum, fictionem, n.ſeqq. Promiſcuè ſumuntur, vt à n.32.*

Præſumptio, à quo denominetur?

Indicium in quo differat à præſumptione.

8 *Indicium eſt minus præſumptione.*

9 *Conjectura in quo differat à præſumptione, ſeu ab indicio, & n.12.*

10 *Signum quid ſit: Et in quo differat à veroſimili, n.11.*

13 *Suſpicio quid ſit? Et qualiter differat à præſumptione, n.14. Et de ea quot ſunt gradus, n.15. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Suſpicio in quo differat à ſcientia, dubio, opinione, fide, ſcrupulo; & quid iſthæc ſibi velint, n.21. 22. 23. & 24.*

25 *Adminiculum quid ſit, n.26. vbi quod confunditur cum indicio.*

27 *Argumentum quid? Et qualiter incidat cum indicio, & præſumptione, n.28. 29. & 30.*

31 *Fictio quam connexionem habet cum indicio, & aliis.*

32 *Præſumptio, indicium, ſuſpicio, conjectura, fictio, adminiculum, & alia in Iure ſolent eſſe promiſcua, n.33. 34. 35. 36. & 37.*

38 *Præſumptiones tunc ſumuntur, cum actus ſunt perfecti.*

39 *Fictiones legum nunquid in foro conſcientiæ locum habeant, n.ſeqq. & n.45. Et ad quos caſus referantur, n.43. & 46.*

40 *Fictio legis non confunditur cum præſumptione.*

41 *Lex dum ſtatuendo fingit, verè, & certè facit, & eſt propter aliquam æquitatis rationẽ, n.42.*

43 *Captus ab hoſtibus fingitur in ciuitate deceſſiſſe.*

44 *Fictio, vt ſubſiſtat non debet gignere præiudicium alicui.*

47 *Fictio, vbi figit pedes, non admittit probationem in contrarium, etiam per confeſſionem partis, num.48.*

48 *Confeſſio partis admittitur aduerſus præſumptionem, non aduerſus fictionem Iuris. Et quæ differentiæ ratio?*

1 AD primam quæſtionis partem: qui copioſè reſpondet Menochius *de Præſumptionibus, libro* 1. *præſumpt.*80. ideò nunc breuiter reſpondeo, quod vbi dubium adeſt, an animus fuerit ratificandi, v.g. profeſſionem; ſeu matrimonium: tunc fieri, vt profeſſionis, vel matrimonij actus validus ſit: quia tunc fauore horum actuum præfertur pars conſeruatrix eorum, & præſumit Eccleſia ea accipi in ſenſu abſoluto, perinde ac ſi dubium, ſeu conditio impoſſibilis habita non eſſet. Eſt enim in dubio iudicandum pro matrimonio: videbis quæ tradit Sanchez *de Matrimonio lib.*5. *diſput.*3. *num.*15. ex doctrina textus *in cap. fin. de ſent. & re iudicata.* † Qui *lib.*7. *diſput.*37. *n.*12. ait in dubio, an animus fuerit ratificandi profeſſionem teneri, profeſſum tranſacto quinquennio ſtare illa profeſſione; quia in dubio eſt recurrendum ad conjecturas quibus illud delucidari valeat, iuxta Trident. decretum *in cap.*16. *ſeſſ.*25. cumque non conſtet de contraria voluntate, præſumptioni Iuris, eiúſque diſpoſitioni ſtandum eſt in vtroque foro. Quod; vt vberius intelligas, leges ipſum *lib.*1. *diſputatione* 41. *per totam*, vbi latè agit de dubitante, ſiue in materia iuſtitiæ, vel Religionis an promiſerit, ſeu quibus modis teneatur; & reſoluit *ibi num.*32. in caſu profeſſionis dubitantem de eius valore teneri illam, eo vel maximè, quod indubio pro Religione iudicandum ſit, vt benè tradit Nauarrus *libro* 3. *conſil. titul. de regular. in* 2. *editione conſil.*13. *numero* 10. per textum, *in leg. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumptibus funer.* ibi: *ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit.* 2

Hæc tamen locum habent, quando quis certus eſt de promiſſione à ſe facta, dubius de intentione, aliàs ſi dubius eſt de promiſſione; non item: quia tunc eſt pro libertate reſpondendum iuxta ea, quæ latè dico *infrà in c. ad audientiam de homicidio:* tradit Suarez *tom.*2. *de Relig. lib.*4. *c.*5. *à n.*7. Sanchez *de Matrimon. d. diſputat.*41. *lib.*2. Villalobos *in ſumma* 1.*p. tract.* 1. *difficultate* 22. idem *p.*2. *tract.*34. *dif.*7. 3

Ad ſecundam difficultatis partem, in qua conſtituitur regula generalis, breuiter poſt tradita à Menochio *dict. q* 80. *lib.*1. *de præſumptionib.* dico cum eo *ibi n.*16. Couarruu. *in cap. cum eſſes de teſtament. n.*9. *& in* 4. *cap.*4. §.1. *n.*5. *&* 6. & Scob. *de vtroque foro art.*1. §.12. *caſu* 12. quod ad ſciendum quando lex fundata in præſumptione obliget in conſcientia, vel non; nempe quod ſi ex defectu probationis, vel propter maiorem frequentiam lex aliquid præſumat, vel diſponat, & ſimul admittat probationem in contrarium, vel ſaltem per aduerſarij confeſſionem, vel per Notarium, vt in præſumptione iuris, & de iure ſolet dici, de quo *in cap.*2. *hoc titulo*, ſi in aliquo caſu deficiat veritas præſumptionis, vt in foro cõſcientiæ apparere poteſt per aſſertionem pœnitentis, vel conſulentis, non obligabit ſimilis lex, non ſolùm, quia veritas deficit, ſed ex ipſius legis mente, & diſpoſitione, quæ contra veritatem nullo caſu dirigitur, Panormitanus *in cap.*9. *de conſtit. n.*12. Felinus *ibi n.*3. Syluester verbo *lex quæſtion.*9. *caſu* 2. Nauarrus *in Summa, cap.*17. *num.*284. Iaſon *in Rubric. ff. de acquirenda hæredit. num.*25. exemplis declarat Villalobos *in ſumma p.*3. *tract.*2. *dif.*21. 4

Secus tamen eſſe dicunt prædicti, quando certo contraria veritas non apparet, quia in dubio ſeruanda eſt præſumptio iuris, etiam in foro conſcientiæ: tradit Sotus *de Iuſt. & Iure, q.*3. *art.*2. verſic. *hic vero*, Sanchez, Bonacina, Filiucius, Caſtrus Palaus, relati à Scobar *d. art.*1. § 5 *caſu* 5. *n.*82. † Et Villalobos *ſuprà dicta* 1.*p. diff.*21. *in fine,* 5 6

ſine. ait poſſe etiam prædictam regulam generalem limitari, quando lex ſcilicet fundatur in aliqua præſumptione ob aliquod morale periculum, vt accidit in lege, quæ determinat, vt votum factũ à puero ante 14. annũ, poſſit per eius Patrẽ irritari; quia hæc lex in conſcientia valet; quamuis puer ille in ea ætate habeat plenum Iudiciũ, cum leges reſpiciant ad caſus ordinarios, & de facili contingentes iuxta textum, *in l. nam ad ea, leg. nam vt ait Ped. ff. de legibus*, D. Thomas 2.2. *quæſt.*88. *art.*9. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.*23. *n.*6.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, de differentia præſumptionis, indicij, & aliorum; quia longe ea omnia multũ inter ſe differre, latè docet Menoch. *de Præſumptionib. lib.*1. *q.*7. ibi videndus, & Farin. *de indiciis*, *q.*36. ideo reſumptiuè dico, quod præſumptio dicitur à dictione *præ* (id eſt *ante*) & *ſumptio*. hoc eſt *anteſũptio*; quia ante legitimas probationes aliquid ſumit pro vero, vt ſcribit Simanc. *de Cathol. inſtitut. præſumpt. tit.*50. *n* 4 quæ interdum oritur à probabilibus, interdum à neceſſariis, ſecundùm ea, quæ dixi, *ſuprà in Rub.* Et ab hac differt indicium, eo quod nunquam oritur à neceſſariis, ſed ex probabilibus, præſumptio tangit directè factum probandum; indicium verò indirectè; itaque Baldus *in Rubrica de probat. num.* 4. dixit indicium eſſe præſumptionem minimam hominis boni, ſeu dictans argumentum à ſpecie probationis, vt ſentit Romanus *in l. excipiuntur, n.*4. *ff. ad Senat. Conſult. Sillanianum*, & Clarius hoc idem dixit Baldus *in l.*2. *in*

8 *principio, ff. de excuſat. tutor.* † Et Corneus *conſil.*101. *n.*18. *lib.*2. dixit indicium non differre à ſuſpicione: alia congerit Menoch. *ſuprà à n.*1. & *n.*19. & 20. Sed Farinacius *vbi ſup. à n.*136. refert plures dicentes, quod indicium eſt minus ipſa præſumptione, alios aſſerẽtes eſſe plus, quia præſumptio eſt cognitio ex circunſtantiis reſultans *cap. ex ſtudiis hoc tit.* Indicium verò eſt quoddam intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua ſingulari circunſtantia, *l. indicia, Cod. de rei vind.* ipſe autem Farinacius concordat opiniones dicendo, quod prima procedit in præſumptione iuris, quæ eſt plus, quam indicium leue, & non ſufficiens ad torturam. Secunda in præſumptione hominis eſt indicio ſufficienti ad torturam, quod maius eſt.

9 Coniectura item differt à præſumptione in eo, quod *ſuprà in Rub.* adduxi, & Bald. *in l. non hoc. C. vnde legit.* & *in Rub C. de probat. n.*4. ait idem eſſe, ac indicium, & Menoch. videndus *ſuprà à n.*21. ait *n.*16. coniecturam propriè dici quæ non à neceſſariis, ſed à probabilibus oritur: nam ſi à neceſſariis oriretur, non dubia, ſed certa res eſſet, cum tamen coniectura ſit de re dubia; & licet ſuprà *in d. Rub.* dixerim cum Valeſe præſumptionem ſemper verſari circa rem dubiam, quæ ſcilicet eſſe, vel non eſſe poteſt. Tamẽ hoc intelligitur de præſumptione, quæ oritur à probabilibus, nõ à neceſſariis, vt ibi expendi; quia iſta non cadit ſuper dubio. Itaque Baldus *in l. ea quidem, num* 10. *Cod. de accuſation.* ait coniecturam dici acceptionem, ſeu reputationem veri ex aliquo alio ſic veriſimiliter ordinato. Plura de coniectura dixit Farinacius *dicta quæſt.* 36. *de indiciis, à n.*152. & *à num.*255. de quo *num. ſequenti in fine.*

10 De ſigno autem dico cum Auguſtino *lib.*2. *de doctrina Chriſtiana*, relato, *in cap. ſignum de conſecratione diſt.*2 *ſignum eſſe rem, quæ præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, facit aliquid in cognitionem venire*, & Turrecremmata ibi, dicit quod ſignorum quædam ſunt naturalia, quæ quaſi naturaliter aliquid ſignant, vt nubes naturaliter ſignificant pluuiam, & fumus ignem; & ſic poſſumus dicere ſignum aliquando dici neceſſarium, vt ſi mulier lac habet, neceſſarium eſt, vt peperit; & hoc ſignum nihil differt à præſumptione iuris, & de iure, quæ, & neceſſaria inartificialis probatio dicitur. Quædam ſunt ſigna data; hoc eſt quæ ſunt inſtituta ad aliquid ſignificandum, vt circulus, ſiue Ramus ante Tabernam, eſt inſtitutus ad ſignificandum vinum vendibile; & hæc dicuntur ad placitum, ſecundùm Dialecticos; ob idque Baldus *in leg. à procuratore in* 1. *notab. Cod. de procurat.* dixit furcas eſſe ſignum meri imperij, cum earum vſus ſit, vt laqueo ſuſpendantur delinquentes. Et in comprobationem adducit Menochius *d. q.*7. *à n.*32. † Vbi *à n.*36. 11
ex his intelligit, quod inter ſe differunt, *veriſimile*, & *ſignum*; eo quod nullum veriſimile tantùm ſit argumentum neceſſarium; quia ſit veriſimile argumentum ex rebus probabilibus; & quæ plerumque ita fiunt; & ob id non differre à præſumptione iuris, vel hominis, quæ admittit probationem in contrarium ex dicendis *in d. c.*2. *hoc tit.* Tamen ſignum aliquando neceſſarium eſt; ita vt hoc in caſu, non differat à præſumptione iuris, & de iure, quæ neceſſaria, & inartificialis probatio dicitur, vt iam dixi, quare prædictas ſignorum differentias multùm aſſimilari omnibus præſumptionibus dico. † Et videbis quæ 12
dicit Farin. *d. q.*36. *de indiciis, à n.*208. & *à n.*255. vbi docet, quod coniectura differt à ſemiplena probatione, quia ea minor eſt, & alia ex aliis congerit, & *n.*274. & 275. ait quod *coniectura ſignum, nota*, vel *veſtigium* vnum, & idem eſſe colligitur; & quod poſſit etiam dici *adminiculum* ex his. quos ſequitur Maſcardus *de probat. q.*14. *num.*9. & idem Farinac. *n.*273. refert plures, qui dicunt coniecturam idem eſſe, ac præſumptio, & quandoque vnum pro alio ſumi in Iure, *ex l. virum*, & *ibi gloſſa, ff de donation. inter, l. vnica*, vbi Gloſſa verb. *coniectura, ff. ſi tabula teſtam. extraban.* & ſic Mantica *de coniecturis, lib.*1. *tit.*1. *Rub. coniectura vnde dicatur, & quid ſit, num.*3. ait quod licet coniectura à præſumptione diſtinguatur; non tamen impropriè coniectura dici poſſit præſumptio: ſequitur Maſcardus *de Probat libro* 1. *quæſt.*14. *num.*2. & 8. Et itidem Farinacius *dict. quæſt.*36. *num.*269. ait quod ſignum, & indicium aliquando pro eodem ſumuntur.

De ſuſpicione autem dicit D. Thom. 2.2. *q* 60. *art* 3. vt ſit opinio mali ex leuibus indiciis procedens: Et Baldus dixit *in Rub. de probat. num* 4. vt ſit animi motus ad aliquid cum vehementi turbatione; & Bartol. *in leg. admonendi, num.*21. *ff. de Iureiurando*, dixit ſuſpicionem eſſe, quæ animum Iudicis aliquo leui argumento in aliquam partem inclinat: & ſi non omnem excludat dubitationem: & ob id dixit Geminianus *in cap. habuiſſe in* 3. *notab.* 33. *diſt.* ſuſpicionem eſſe quandam probationem inducentem animum ad aliquid credendum: non tamen habere eum probationis gradum, quo fixè applicet Iudex animum ad vnam partem, ſed eum ambiguum reddere. 13

Itaque Alex. Alenſis *in ſumma, p.*3. *q.*45. *membro* 7. dum nullam viſus ſit facere differentiam inter præſumptionem, & ſuſpicionem, diuidit eam in temerariam, violentam, leuem, & probabilem; 14

babilem ſecundùm ea, quæ refert Menoch. *de præſumpt. p.1. q. 2.* qui dicta *q. 7. num. 47.* dicit rectius eſſe, vt ſuſpicio tres habeat gradus ſecundùm D. Thomam 2.2. *q.6. art.* 3.

15 Primus videlicet cum homo ex leuibus indiciis dubitare incipit, nam tunc eum dicimus dubitare, cum nulla adeſt ratio, nec cauſa, qua Iudex magis in vnam partem, quam in aliam inclinet iuxta Gloſſam, *in l. de ſtatu, ff. de Teſtam. & in Rubr. ff. de Iuris, & facti ignor.* & ſic dixit Menoch. *dict. q.7. num.49.* quod Iudex tunc dubitare dicitur, cum non magis animum ſuum ad Actorem, quàm ad Reum, non magis ad abſoluendum, quàm ad condemnandum applicat; Itaque ſi poſt dubitationem Iudex leui aliquo indicio, aut argumento animum ſuum in alteram partem flectit; nec tamen à ſe dubitationem remouet, hoc ipſum ſuſpicio appellatur *in l. in lege Aquilia ſi delatum, ff. ad legem Aquil.* & hoc in gradu ſuſpicionis obſeruandum eſt; quod ſi indicia leuia admodùm ſunt ſuſpicio, quæ inde cauſatur, temeraria dicitur, & venit omninò reiicienda *ex l. 1. §. ſi ſuſpicio, ff. de incendio, Ruina, & naufrag. cap. tua de etate, & qualit.* quia vt docuit Bald. *in l. ſiue poſſidetis, num. 5. Cod. de probat.* hæc ſuſpicio non facit aliquem probationis gradum; ſicut nec præſumptio temeraria, alia tradit de hoc idem Menochius *à num. 50. quæſtione 7.*

16 Secundus tamen gradus ſuſpicionis erit, cum Iudici fortiora argumenta apparent, & incipit opinari, & vni parti adhærere, ſed adhuc remanet aliquod dubium leue, & hæc opinio appellatur, vt ait Corraſius *in l. admonendi, ff. de Iureiur. p.1. num.105.* Ripa *ibi, num. 191.* vbi opinionem deſcribit, dicens quod ſit animi motus cum hæſitatione aliquid eligentis, & ſubiungit opinionem ſecundùm gradum probationis, & hæc aliquando veriſimilis ſuſpicio, vel vehemens à noſtris appellatur, & à præſumptione differt, quia ex multis ſuſpicionibus conficitur, atque cauſatur præſumptio, & docent Baldus, & Salicetus *in Auth. ſi quis ei, Cod. de adulteriis*, &
17 cum aliis Menochius *dicta quæſt.7. à n.52.* † Et Simancas *de hæreticis tit. 41. num 3.* in cauſa fidei ponit exemplum huius ſuſpicionis veriſimilis, vel vehementis; veluti ſi quis explicitè neget aliquas propoſitiones fidei, quas tenetur ex officio ſcire, quia tunc vehementer ſuſpectus eſt, quamuis fieri poſſit, vt talis negatio veniat ex ignorantia, vel animi leuitate: Et dixit Arnaldus Albertinus *in tract. de agnoſc. aſſert. Cathol. & hæret. q. 34. n. 46.* hanc vehementem ſuſpicionem æquiparari præſumptioni iuris, quod minimè verum exiſtimat Menochius *dicta q. 7. num. 55.*

18 Tertius gradus ſuſpicionis erit quando Iudex poteſt à ſe conceptam opinionem alia vrgentiora ſuperueniunt argumenta, vt conſtanter, & ſine dubio vni parti adhæreat, quæ ſuſpicio appellatur violenta, & credulitatem, fidemque cauſat *Auth. ſi quis ei Cod. ad leg. Iuliam de adulter. cap. litteras hoc tit.* & exemplum huius violentiæ ſuſpicionis affert in cauſa fidei Simancas *lib.1. de Chatol. inſtitut. tit. 50. de præſumpt. n. 26.* & in praxi *de hæret. tit. 40. num.4.* veluti ſi quis propoſitiones publicè aſſerat hæreticas, vel ceremonias impiorum faciat: nam etſi poſſibile ſit quod errore ductus, & ſine intellectu, aut ſine pertinacia faciat: attamen Eccleſia quæ ducit exteriora violenta quadam ſuſpicione ſuſpicatur hunc eſſe hæreticum; id quod authoritate perſonis de proteſtatione, conſideratione vltima affirmat Simancas. Et videbis quæ ex Farinacio & aliis refert Souſa *in aphoriſm inquiſit. cap. 10. lib.1.* vbi loquitur de ſuſpicione quæ diuiditur in leuem, vehementem, & violentam; & quod ſuſpicio, & præſumptio pro eodem accipiuntur: tradit Farinac. *de indiciis, & tortura, q.36. n.110.* de quibus ſingulis idem Souſa loquitur *dicto cap.10. à n.5.* Aliud exemplum videbis *in l. vltima, §. vlt. Cod. arbitrium tutelæ*, vbi Gloſſa in verbo *violenta*, apertiùs Baldus *ibi, num.7.* Salicetus *in fine*, de quo tangit Menoch. *lib.6. præſumpt.96.* † Et videbis de differentiis ſuſpicionis, & præſumptionis Farinac. *de indiciis dicta q. 36. à num. 251.* qui *num. 240.* dixit quod indicium differt à ſuſpicione, tanquam cauſa à cauſato: quia ex indiciis oritur ſuſpicio, imo addit *num. 276.* ex Angelo *in l. ſi cognitialiter, Cod de quæſt.* ſuſpicionem, & argumentum idem eſſe per textum *in l. fin. ff. de quæſt.* 19

Occaſione prædictorum libuit hîc inſerere, in quo differat ſuſpicio à ſcientia, dubio, opinione, fide, ſcrupulo? Et dico quod *ſcientia* dicit cognitionem certam, adminùs moraliter, & taliter quod eſſet imprudens, qui rem non crederet, vt patet *in l. 2. §. idem labeo, ff. de aqua pluu. arcenda, cap. Dominus de ſecundis nuptiis adiuncto cap. in præſentia de ſponſalibus*, docet hic Syluester in verb. *ſcientia*, in princ. † Dubium verò dicitur, quoties intellectus manet in æquilibrio, non præponperans, ſeu inclinans plus ad vnam, quam ad aliam partem, Sylueſter verb. *dubium*, Villalobos *in ſumma p.1. dif.1. num.3.* De dubio plura cum pluribus congerit Farinacius *dict. q.36. de indiciis à n.197.* 20 21

Opinio dicitur vnius partis aſſenſus non firmus & certus: ſed cum formidine & timore contrariæ partis, quod communiter appellatur *cum formidine oppoſiti*: Sic relati, *vbi ſuprà.* Et videbis quæ de opinione dicit Farinacius *de indiciis dict. q. 36. à num.193.* † *Fides*, ſeu *credulitas* eſt aſſenſus certus, ſed magis obſcurus ortus ab authoritate alicuius affirmantis, vt tradit Corduba, quem ſequitur Villalobos *dicto n. 3.* † Scrupulus dicitur apparientia aduerſus illud quod quis credit, opinatur, aut dubitat, ſiue dici poteſt aſſenſus ortus ex leuibus coniecturis, aut ab aliquibus grauibus malè conſideratis, vt docent Sylueſter, & Corduba *vbi ſuprà* & addit Villalobos ſcrupulum eſſe quendam metum leuem procedens à debilitate, ſeu pauore ipſum patientis, quod compatitur cum opinione contraria, & oritur frequenter ex rationibus leuibus, & aliquando ex melancholia. 22 23 24

Adminiculum vero eſt ſecundùm Baldum *in l. ea quidem*, verſic. *adminiculum, Cod. de accuſationibus* duplex, vehemens, & non vehemens, vehemens eſt ſuppletio defectus probationis per ſe ſolùm non operans, ſed cum alia cooperatione cooperans, *cap. fin. de ſucceſſ. abinteſtato*: Sic Baldus, cui accedit textus *in l. inſtrumenta Domeſtica, Cod. de probation.* non vehemens adminiculum eſt aliqualis confirmatio Rei probabilis *l.2. §.1. ff. de excuſat. Tutor*, tradit Menoch. *dict. q.7. lib.1. à n. 57.* cum multis aliis Farinac. *de indiciis, dicta quæſtione 36. à num. 213.* vbi *numero 216. & 217.* ait, quod licet adminicula de ſe probent, imperfectam tamen probationem 25

nem iuuant, & ſi ſunt vehementia, totum ſupple-
26 re probationis defectum. † Et adminiculum
confundi cum indicio, ſcripſit Baldus per Tex-
tum *in l.fin. C.familiæ erciſcundæ* alios tradit, Fa-
rin.*de indiciis,q.36 n.268.*
27 Cum prædictis oportet inquirere quid ſit ar-
gumentum, & qualiter incidat cum indicio, ſeu
præſumptione; & quia plura ex multis tradit Fa-
rinac. *de indiciis, & tortura, dicta quæſt.36 à n.199.*
videlicet apud dialecticos varius ſit argumenti
vſus, veluti ex ſyllogiſmo, entymemate, & epy-
cheremate: tamen apud conſultos intelligitur eſſe
illud, quod ex quibuſdam, vel etiam ex mul-
tis prius poſitis ducitur; & inde argumentum,
provt fit, *in l. 3. in princip. & in §. 1. & in l.
ob carmen, §. 1. ff. de Teſtibus, & in l. licet Im-
perator, ff. de leg. 1. & in l. omnes, §. à barba-
ris, ff. de re militari, l. cum res, Cod. de proba-
tionibus*, & ſicut ex vino, & melle fit mulſum,
§. *quod ſi partem inſt. de rerum diuiſione*, ita ex
pluribus propoſitionibus creari argumentum,
dixit Petrus Antonius à Petra *de fideicommiſſ.
quæſt.9. num 116. & ſequent.* & Menochius 1. *p.
quæſt.6. num.2.* dixit, quod argumentum eſt rei
dubiæ oſtenſio in gradu materiæ ſubiectæ poſ-
ſibili, & Nouellus *in pract. crimin. in princ. in Ru-
brica*, indicia, quæ præcedere debent poſt, *n.24.*
ſub, verſic. *maiores noſtri*, ponit exemplum, dicens
quod quando plura indicia, vel præſumptiones,
vel teſtes ad vnam concluſionem copulantur,
tunc quando iſta copulatio, ſeu collatio plurium,
tendit ad vnam concluſionem; dicitur argu-
mentum: videbis Menochium, *vbi ſupra à
num.* 4.
28 Imò Farinac. alia dicens, *de indiciis à quæſt.36.
à num.*199. ait argumentum eſſe quaſi argutè in-
uentum, longéque diſtare ab Inſtrumentis, & Te-
ſtibus, ex Textu *in cap.forus de verb ſignif.§. argu-
mentum*, & Clarus *in practica crimin.§.fin.quæſt* 29
ſub principio, verſic. *& huiuſmodi indicia*, appellat
argumentum, indicium leue, ſed non tam leue,
ſicut, *ſuſpicio.*
29 Ex prædictis, & aliis adductis à Fabio Quin-
tiliano, *lib.5.inſtitut.orator. cap.*10. & à Cicerone;
lib.1. de inuentione, dices quod *argumentum eſt in-
uentum ex aliquo genere rem aliquam; aut probabi-
liter oſtendens, aut neceſſario demonſtrans:* & ſic ſe-
cundùm iſtam aſſumptionem poterit dici quod
argumentum, aliud ſit probabile, & aliud neceſ-
ſarium, de quo bene Farinacius *tit. de reo confeſſo,
& conuicto quæſt.86. à num.43. lib.3.* vbi loquitur
30 de aliquibus exemplis. † Et ibi *à num.260.* ait
ex multis, quod argumentum differt à præſum-
ptione; quia eſt minus quàm præſumptio: Et ibi
num.262. ait quod differt à ſigno, eo quod ex plu-
ribus ſignis aliquando conficitur argumentum,
l.procula, ff.de probationib. docet Menochius, *lib.1.
de præſumpt.quæſt.6. num.6. & 7.* & idem Farina-
cius *num.*171. refert alios dicentes, quod argu-
mentum, & præſumptio idem ſunt.
31 Fictio etiam cõnexionem habet cum prædictis
de qua aliquid *in princip. Rubricæ*, vbi dixi quod
fictio cadit ſuper re certa, & non vera, præſum-
ptio autem ſuper re dubia, & quæ poteſt eſſe ve-
ra, & non vera; & iuxta hunc ſenſum nouem de-
finitiones fictionis adducit ex multis vĩdendus,
Farinac. *dict.quæſt.36.de indiciis à num.*135. qui ex
Bartol. & aliis, *in l.ſi is qui pro emptore, num.25. ff.de
vſu capionibus*, ibi *à num.*145. fictionem diuidit in
inductiuam, priuatiuam, & tranſlatiuam; indu-
ctiua eſt, *in re certa non exiſtente poſſibili pro exi-
ſtente à Iure facta aſſumptio.* Fictio priuatiua eſt, *in
re exiſtente poſſibili pro exiſtente à Iure facta aſſum-
ptio.* Fictio trãſlatiua, ſiue extenſiua eſt, *in re certa
vno modo exiſtente pro exiſtente alio modo poſſibili à
Iure facta aſſumptio*, de quo benè loquitur decla-
rans prædictas fictiones Maſcard. *de probat. lib* 1.
q.16. à n.15. & per totam quæſt. videbis, *infra*, verſic.
ad quintam.
Pro complemento horum omnium aduertes, 32
quod licet indicium, præſumptio, & reliqua, de
propria, & ſtricta ſignificatione inter ſe diffe-
rant promiſcuè: tamen in iure, & à Doctoribus
vnum pro alio ſumatur; pro vt benè diſcurren-
do ſingula ferè prædicta verbo adnotauit Nouel.
in pract.criminal in princ. Rub. *indicia*, quæ præce-
dere dicunt, *poſt, num.34.* verſic. *maiores noſtri:* vi-
debis Maſcardum *de probationib.lib.3.concl.*1223.
n.39. vbi refert ex Ioſepho Ludouico, quod ſic
teſtatur practica totius mundi.
Et ſic ex multis Farinacius *de indiciis, dicta* 33
quæſt.36.à n.264. ait quod indicium, & præſum-
ptio vnum pro alio quandoque ſumuntur; &
ob id Ioſeph Ludouic. *in ſuis concl. concl.* 45.
ſub verſic. *eſt maximè notandum*, ait quod ſicut in
pœnam pecuniariam poteſt quis condemnari ex
pluribus præſumptionibus, ſic & ex pluribus in
diciis & argumentis.
Item addit Farinac. *num.*165. quod indicium, & 34
ſuſpicio vnum pro alio accipi ſolent, vt *in l. ab-
ſentem.ff.de pœnis*, ibi *ſed nec de ſuſpicione debere ali-
quem damnari, &c. & in l.fin. ff. de quæſt.* ibi: *nam
quæſtio de eis habenda non eſt, niſi ſuſpicionibus ar-
guatur*, ſic cum multis ab eo relatis. † Qui *à* 35
num.266. ex pluribus ait, quod indicium aliquan-
do coniectura nominatur. † Item & aliquando 36
in iure nominari argumentum, vt *in l.1. in princi-
pio, ff.de quæſt.* ibi: *cum ſuſpectus eſt reus, & aliis ar-
gumentis*, Gloſſa *in l.indicia § idem Cornelio, Cod.de
rei vind.* ibi: *cauſam argumentis examinandam l.mi-
lites, §.oportet, Cod.de quæſt.* ibi: *ſed argumentis pri-
mum*, & *in l.vnius, §.1.ff.eodem*, ibi: *Reus euidentio-
ribus argumentis.* † Et *num.* 270. ait quod indi- 37
cium aliquando ſumitur in iure pro probatione,
ex l.1. §. Diuus ſecurus, ibi: *ſi nulla probatio, ff.de q.
& in l.1.* verſic. *tametſi, l.quoties*, verſic. *ſi aliis, C.eo-
dem*, Maſcardus 1.*p.de probationib.quæſt.15.num.7.*
Et de aliis dixi, *ſupra*, in relatis verbis, vbi quan-
doque vnum pro alio ſumitur.
Ad quartam quæſtionis partem, an actus, ex 38
quibus præſumptiones ſumuntur debeant eſſe
perfecti? Et Abbas *in cap.fin. de ſponſalib.* ibi Bu-
trius affirmatiuam tenent ſententiam; eo quod
ex eo Textu notant præſumi matrimonium con-
tractum inter ſponſos, ob ſequutam copulam car-
nalem, quam præſumptionem non inſurgere, vbi
copula ſequuta non eſt, ſed ſolùm fuit niſus, &
conatus ad copulam. Alia congerit Menochius *de
præſumpt.1.p.quæſt.21.* & ita tenet ex duplici ratio-
ne; nempe quod cauſa regulariter debet iudicari
ſecundùm veritatem, non ex præſumptione. Se-
cunda, quia alias conatus haberetur pro facto,
quod propriè non eſt factum ſecundùm ea, quæ
latè dico *in c.1.hoc tit.* hîc applicanda.
Ad quintã quæſtionis partem an fictiones le- 39
gum habeant locum in foro conſcientiæ? Vt reſ-
pondeam præmitto illa, quæ adduxi, *ſupra in Ru-
bro de differentia fictionis, & præſumptionis*, & di-
ctum *ſupra in hac quæſt.* in verſic. *fictio*; & quia ſe-
cundùm illud axioma iuris; quod idem operatur

fictio in caſu ficto, quàm veritas in caſu vero, vt *in l. 1. in princip. ff. de adoptionibus*, ibi: *filios-familias, non ſolùm natura, verùm adoptiones faciant, l. liberum* 14. §. *ſed & ſi Ius, l. cum ex oratione* 44. *in principio*, ibi: *eandem excuſationem competere ei, qui Ius annulorum impetraſſet, ff. de excuſat. tutor, l. qui ad certum* 14. *ff. de locati*: ibi, *intelligitur enim Dominus, cum patitur colonum in fundo eſſe, l. penult. & vlt. ff. de Iure, aureorum annullor, l. ſi mulier* 77. *in fine. ff. de Iure dotium; l. vnica, Cod. de rei vxoriæ action*, ibi: *vt intelligatur re ipſa ſtipulatio eſſe ſubſequuta, cap. ad audientiam de clericis non reſident.* Gratianus *Reg.* 11. *num.* 11. Farinac. *dec.* 104. *num.* 3. *tom.* 1. *p.* 1. & *deciſ.* 266. *num.* 8 & *deciſ.* 319. *num.* 3. Gonzalez *ad Reg.* 8. *cancellariæ Gloſſa* 51. *num.* 28. Pichardus *in princip. inſtit. quibus, mod. teſtam. infirmentur.* plura de fictione Balboa *in c. præterea* 40. *de appellation à num.* 19. vbi latè expendit, & Doctores *in cap. tanta qui filij ſint legitimi*: Et exempla fictionis habes apud Butrium *in cap. is, qui fidem de ſponſalibus* & apud Salicetum *in l. ſiue poſſideris, num* 9 verſic. *primo quæro col.* 2. *Cod. de præſumptionib.* & ibi apud Baldum, & apud Præpoſitum *in cap ferrum, diſt.* 50. *col.* 2. *in princ.* nonnulla *infra* refero.

40 Vnde licet Federicus de ſenis, *conſ.* 21. *num.* 2. verſic. *præterea lex, ſeu forum*, Angelus de Peruſio *conſ.* 59 *in principio*, Cardinalis Tuſchus *littera, F, concluſ.* 222 *num.* 6. & *concluſ.* 447. videantur confundere præſumptionem iuris cum legis fictione non tamē rectè faciūt, tum ex dictis *ſup in Rubrica*, tum etiam quia in plurimis inter ſe differunt, vt ibi dixi, & *ſupra*, in verſic. *fictio*: nam præter differentias, quas tradunt Doctores, illa præcipua ſedem habet, quod præſumptio in dubiis, locum obtinet, fictio in certis, vt dixi in locis relatis, & tenent in terminis Mantica *de tacitis, & ambig. tit.* 5. *num.* 20. & *l.* 14 *tit.* 9 *num.* 8 Caſtillo *lib.* 3. *controuerſ.* 17. *num.* 28. *à num.* 30. Menochius *præſumptionibus, lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 4 & 37. Tuſchus *littera F, concluſ.* 217. *num* 2 Itaque lex, quæ præſumendo diſponit, continet tacitam conditionem, ſi præſumptio eius certa ſit, ſiue niſi contrarium probetur: Tamen ſi aliquid fingit nullam tacitam, nec expreſſam continet conditionem, ſed ſupra, certo, & conſtanti diſponit, Bart *in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.* verſic. *quæro ergo*, vbi DD. Alciatus *ſexto parergor, num.* 1.

41 Quare iam reſpondeo, quod dum lex ſtatuendo fingit, verè, & certè facit, non incertè, nec fictè, vt docent Bartol. Angel. Cuman, *in l. ſi maritus ſit in Magiſtratu*, §. 1. *ff. ad leg. Iuliam, de adult.* Tiraquellus *tract. de morte, l. ait* 2. *p. declarat.* 6. Scobar *p.* 1. *de vtroque foro, art.* 1. *caſu* 13. §. 13. *num* 165. & 171. vbi ait; quod dum lex contra veritatem aliquibus in caſibus diſponit, velut in rebus certis, & ſibi notis, & conſpicuis. Et ad hoc aliquid fingit conſtando veritatem eſſe in contrarium, locùm habet in foro conſcientiæ, vt rectè probat Mexia *de taxa panis, concluſ.* 6 *à n.* 91. maximè 97. ex Franciſco Aretino, & aliis: & concludit quod cum lex, quæ fingit & ſtatuit, certo nitatur non præſumpto euiden-
42 ter debet obligare in foro conſcientiæ. † Et enim in lege diſponente cum fictione, concurrunt nonnulla requiſita, quorum ratione euidenter obligat in foro conſcientiæ, quia in primis, dum lex aliqua fingit, eſt propter aliquam æquitatis rationem ita ſuadentem, vt *in l. poſtliminium* 19 *ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſis*, ibi: *idque naturali æquitate introductum, l. denique* 19. & *l. ſequenti, ff. ex quibus cauſis.* videbis addita à Menochio *dict. lib.* 1. *de præſumptionib. quæſt.* 8 *à num* 6. & *lib.* 4. *præſumptionib.* 39. *num.* 16. & *præſumpt.* 89. *num.* 9. Stephan. Gratian. *diſcept.* 419. *num.* 17. Faquineo *lib.* 13. *controuerſ.* 76. Valenzuela *lib.* 1. *conſ.* 23. *num.* 79. Larrea *deciſ. grammat. deciſ.* 8 *à num.* 59. Tuſcho *littera, F, concluſ.* 216. *num.* 16. & *concluſ.* 222. *num.* 16, qui etiam docent, quod deficiente æquitate deficit fictio, & eius effectus, vt patet in natiuitate eius, qui adhuc in vtero matris eſt; quia iam natus fingitur quo ad commoda eius, vt *in l. qui in vtero* 7. *ff. de ſtatu hominum, l.* 3. *tit.* 23. *p.* 4. † Et in eo, qui apud hoſtes deceſſit: 43
nam fingitur in ciuitate ante captiuitatem deceſſiſſe, quoad teſtamenti facti valorem; & ſi adhuc viuat quoad retentionem iurium, quæ in ciuitate ante captiuitatem habuit, ac ſi captus eſt ſeruus, *non fuiſſet*, §. *ſi ab hoſtibus inſt. quibus modis Ius patriæ poteſt, ſoluitur, l. poſt liminum*, §. *ſi ab hoſtibus, l ſi quis* 6. §. *quatenus* 12 *ff. de iniuſto rupto, l.* 1. §. *ex quibus cauſis maiores, l. penult. ff. de ſuis & legitimis, l. lex Cornelia* 12. *ff. de teſtamentis, l. lex Cornelia* 28. *ff. de vulgari, & pupillari, l. in bello*, §. *ſi quis, l. bona* 22. *ff de captiuis, & poſt lim. reuer. l* 1. *Cod. eodem*, & hoc ipſum procedere docent Doctores in omnibus aliis, fictionibus, in quibus æquitas adeſt notaria, optimè expendit Balboa *in dicto cap. præterea* 40. *de appellat. num.* 29. qui & *num* 30. refert tres fictionum ſpecies ex Bartolo *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucapion.* vbi Doctores communiter, de quibus breuiter dixi, *ſupra*, in verſic *fictio.*

Et inſuper ad hoc, vt fictio ſubſiſtat requiritur quod ex ea alicui præiudicium non gignatur; 44
quare aduersùs Ius quæſitum non procedit, nec Ius aliquid fingit, vt *in l.* 1. vbi Baldus, *Cod. an ſeruo ex ſuo facto*, Stephanus Gratian. *diſcept.* 283. *à num.* 14. Larrea *in decis Gran.* 8. *num.* 63. & 73. Tuſchus *littera F, concl.* 221. *tom.* 3. *à num.* 5 Mantica *de tacitis, & ambig. tit.* 22. *num.* 18. & *lib.* 15. *tit.* 6. *num.* 15. † Et Scobar *de vtroque foro* 1. *p. dict.* 45
art. 1. § 13. *caſu* 13. *num.* 179 & 180. *in fine*, ex prædictis infert hæc omnia ſicut in foro ſæculi; ita & in foro animæ obtinere, cum nulla poſſit excogitari ratio diſcriminis, ſed potius concordiæ & amicitiæ; quia ſi lex fingit, vt dictum eſt propter æquitatem, & nunquam ſine ea procedit, & diſponit in caſu certo abſque alicuius præiudicio, euenit, vt nihil amplius deſideretur, vt lex obliget in foro conſcientiæ iuxta quæ ipſemet de æquitate ſcribit, *in principio articuli* 1. † Quare 46
ait, *num.* 181. quod ea omnia poſſunt ad teſtamenta facta in ciuitate per eos, qui poſtea capti ab hoſtibus fuerunt, & ad iura patriæ poteſtatis originis, & ciuitatis, quæ per eoſdem retinentur, ac ſi non fuiſſent capti: Ad priuilegia aureorum annullorum: ad venias ætatis impetratas à principe: Ad legitimitates filiorum illegitimorum. Ad retroiractiones conditionum appoſitarum, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus: Et ad ea, quæ per alios facimus, quæ per noſmet facta fictione quadam cēſentur: Et ad eos, qui pro reſidentibus habentur, tàm in ciuitate, quam in ſuis beneficiis, quod Monaſterium loco filij habeatur, ex dictis, *ſup. in c. in præſent. de probat* ex adductis à Balboa *in dict c præterea de appellat. adict. n.* 29. & ex dicendis *in dict. c. tanta qui filij ſint legitimi, & in tit. de Clericis non reſident.*

Ex his infero quod omnibus, vbi fictio figit 47
pedes

pedes non admittatur probatio in contrarium, vt tradunt Menoch. *d. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 11. *&* 15. *&* *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 7. *præſumpt.* 35. *n.*8. Mantica *de tacitis*, *& amb. tit.* 5. *n.* 19. *p.* 1. *& lib.* 14. *tit.* 9. *n.* 9. Maſcard. *de probat. concluſ.* 772. *num.* 2. Tuſchus *littera*, *F*, *concluſ.* 216. *num.* 5. quia ſi eſt vera fictio ita procedit incertis ex ſua natura, vt ipſa præſupponat veritatem eſſe in contrarium, & eſſet abſurdum, aut ſuperfluum aduerſus ipſam veritatem, quam ſupponit adeſſe, admittere probationem, Bart. *in dicta l. ſi is qui pro emptore*, *n.* 21. *ff. de vſucapionibus.* Valenzuela *conſ.* 23. *n.* 81. Menoch. *dict. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 4. *&* 8. *& lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 5.

48 Quibus omnibus addo, quod tradit Patianus cum aliis, *de probat. lib.* 1. *cap.* 11. *à n.* 11. *vſque ad* 16. vbi aſſerit per totum illud *cap. præcipuè, à n.* 4. quod, & ſi confeſſio partis admittatur aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, de quo dico infra, *in cap. afferte*, *hoc tit. q.* 3. verſic. *ad tertiam*, ibi ex verbo *primo*: tamen ſecus eſſe in fictione iuris, aduerſus quam non admittitur. Et ratio diuerſitatis; quia hæc fingit ea, quæ ſunt in contraria vero; & ob id veritatem non curat, & per conſequens partis confeſſionem non admittere. Et hanc eſſe vnam ex differentiis inter præſumptionem, & fictionem iuris, dixit Bald. *in Auth. ſed iam neceſſe*, *Cod. de donationib. propter nupt.* & quia natura præſumptionis eſt inniti veritati præſumptæ,

AD TEXTVM
IN CAPITE I.
De Præſumptionibus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

I. IN Textu hoc acturi ſumus de conatu, & cogitatione, puniendo, vel non, quando crimen ex his inducitur, de quo Doctores Canoniſtæ, *in cap. nuper de Bigamis*, *cap. fin. de ſponſalibus*, *cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. *cap. quoniam*, multi, verſic. *conatus* 14. *quæſt.* 4. *& legiſtæ in l. item apud labeonem*, §. 1. *ff. de iniuris*, *l. ſi quis non dicam rapere*, *Cod. de Epiſcopis*, *& Cleric. l. quiſquis*, *Cod. ad leg. Iuliam Maieſtatis*, *l.* 1. *in princ. l. ſæculari* 7. *ff. de extraordinariis crimin. l.* 1. *ff. de parricidiis*, *l.* 2. *&* 12. *tit.* 8. *l.* 6. *tit.* 9. *l.* 2. *tit.* 31. *p.* 7. *l.* 2. *tit.* 13. *lib* 8. *ordinam.* II. Et an faſſus delictum, ſed illud excuſans, ſit nihilominus puniendus, veluti de illo, qui perpetrauit homicidium, quod fatetur, ſed dicit illud ad ſui defenſionem feciſſe: Et de aliis agi valet ex verbis Textus noſtri ibi: *& cum fuerit deprehenſus, dicit ludens feci*: De quo *infra*.

QVÆSTIO I.

Quare ſicut manifeſtè nocens, eſt pœnæ obnoxius; ita & occultus; licet poſtea dicat ſe ludens feciſſe, cum cogitationis pœnam nemo mereatur: Et an affectus, ſeu conatus ad delinquendum, puniatur: E an in maleficiis, voluntas ſpectetur: Vbi de voluntario; & inuoluntario: Et an in omnibus delictis, conatus puniatur pœnâ ordinariâ Delicti?

SVMMARIVM.

1 L. Cogitationis 18. ff. de pœn. c. cum ex voluntate 54. de ſent. excommunic n. 6. cap. cogitationis 14. de pœnit. & n 6.
2 L. qui ſententiam, C. de pœnis
3 *Delinquens occultus ſeu allegans ioco feciſſe, punitur ac manifeſtus, n.* 4 *&* 5. *Cicero* in oratione pro Milione & n. 8.
6 L. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iuris.
7 *Cogitationis pœnam nemo meretur.* *Seneca* 2. declamation. Quintil. de clam. 274.
9 *Conatus ad delinquendum punibilis eſt, n.* 10. 11. 12. *&* 13.
10 Cap. ſi cui 30. de pœnit. diſt. 1.
11 Cap. ſi propterea 29. diſt. 1. de pœnitentia.
12 *Catonis dictum.*
13 *Animus occidendi. vel magni perpetrandi, lege humana prohibetur.*
14 *Voluntas in maleficiis ſpectatur.*
15 *Delicta voluntate diſtinguntur; id eſt ratione voluntarij & inuoluntarij, n.* 16. 17.
16 *Voluntarium quid ſit quid inuoluntarium: Et qualiter à voluntate decernantur, n.* 22. 23. 24. *&* 25.
19 *Actus quidam ex propria natura mali, nulla ex cauſa licet. Alij ex aliqua licere poſſunt, n.* 19. *Alij ſunt boni, alij indifferentes, n.* 20 *&* 21.
22 *Voluntas quandoque fertur in actum directè, & per ſe, quandoque per accidens voluntarium Directum quid, & quid indirectum, num.* 23. *&* 24.
24 *Peccati cauſa non eſt directè voluntaria, ſed indirectè, & per accidens.*
25 *Voluntarium eſt formale, interpretatiuum, & virtuale.*
26 *Voluntas indirecta, vel magis, vel minus dicitur: expenditur exemplis.*
27 L. 5. C. ad leg. Cornel. de ſicariis, l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff de pœnis.
28 *Conatus delicti, quando pœna ordinaria punitur, n.* 29. 30. *&* 31.
Leges, & capita explanantur plura. Vſque in finem q. circa pœnam imponendam Delicto conatus.
30 *Læſæ Maieſtatis crimen machinatum per actus exteriores, pœnâ ordinariâ punitur, vt & alia crimina*, à n. 31. 33. 34. 35. 36. 37. & 38.
32 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus: qualiter ſumatur numeris, ſeq.* & à n. 39. 40. & 41.
39 *Conatus in leuioribus criminibus, non punitur pœnâ ordinariâ.*
40 *Pœnam mitigari à Iudice, in quibus criminibus intelligitur, n.* 41.

41 *Conatus ſpontè pœnitentis in leuioribus, nullâ punitur pœnâ.*

1 Difficultatem facit Textus *in l. cogitationis* 18. *de pœnis, cap. cum ex voluntate* 54. *de ſent. ex communic. cap. cogitationis* 14. *de pœnitentia*, quibus probatur neminem ex cogitatione delinquendi, quæ ad exteriores actus non peruenit, puniri poſſe: Quod ſi reſpondeas Textum noſtrum loqui de delicto conſummato, quod non excuſatior etiam ſi delinquens dicat ſe ioco, aut lu-
2 dens feciſſe. † Tunc inſurgo ex Textu *in l. qui ſententiam, C. de pœnis*, vbi dicitur capitalem ſententiam non poſſe ferri in quemquam, qui non ſit plenè conuictus, & confeſſus; Sed hic non videtur plenè confeſſus, aut conuictus de delicto, qui dicit ioco ſe delictum perpetraſſe; ergo non eſt cur puniatur delinquens occultus, aut qui excuſationem de delicto affert, ſicut manifeſtè nocens, & qui nullam excuſationem allegat.

3 His, & aliis non obſtantibus dico ex noſtro Textu, & ex aliis adductis *ſupra in præmiſſo*, & *Paraphraſi*, eodem modo eſſe puniendum delinquentem occultum, ſeu allegantem ſe ludo feciſſe, ac punitur manifeſtus nocens, docent Felinus *hic*, Archidiac. *in cap ſi ergo* 17. *quæſt.* 2. Barbatia *conſ.* 33. *volum.* 2. Grammaticus *voto* 8. & 9. Dueñas *reg.* 63. verbo *attentatio*, Tyraquel. *de pœnis, temper. cauſa* 37. *cum tribus ſequentibus*, Alex. ab Alex. *lib.* 2. *c.* 16. plures congerunt hic Barboſa, & Graña *n.* 1.

4 Et eſt potiſſima ratio, quia in maleficiis voluntas agentis eſt ſpectanda; nec enim delicta ex alio diſtinguantur, quàm ſolâ voluntate iuxta Textum *in l.* 1. §. *Diuus Adrianus*, *l. in lege ff. ad leg. Cornel. de ſicariis*, *l. quod iniuria. ff. de furtis*, *l. illud*, *l. quod Reipublicæ, ff. de iniuriis*, *l. fœdiſſimam, Cod. de adulteriis, cap. cum in voluntate de ſent. excommunic. cap. quod prædeceſſor.* 11. *quæſt.* 3. & Cicero *in oratione pro Milione*, dum ait, *inte-*
5 *ritus cauſam, non interitum ſpectari oportere.* † Et ſic cum voluntas vtatur membris ad agendum, ſicut in Inſtrumentis, & actus exterior, niſi in quantum declarat intentionem, non addat in bonitate, & malitia ex fine actui mentali, euenit mentio, vn non ſolùm delictum occultum renera perpetratum, & excuſatum puniatur; verum & conatus delinquendi animo declaratus, puniri debeat ex noſtro Textu, & aliis æquum eſt vt *infra* dico, & conducunt optima verba legis 1. *C. theodos. ad legem Iul. de ambitu*: ibi: *praxi forte ſcelus puniri, & ſceleris voluntatem.*

6 Sed huic rationi obſtat admodum Textus *in l.* 1. §. *hæc autem verba ff. quod quiſque iuris*, vbi conatus non nocet, niſi ſequatur effectus, & facit dictum Ciceronis *in dicta oratione pro Milione*, ibi: *niſi quia res perfecta non eſt; ideo punienda non fuit quaſi exitus rerum, non hominum conſilia legibus vindicentur:* Sed reſpondeo ad Textum, *in dict.* § *hæc autem*, omiſſis interpretationibus, quas referunt communiter Doctores relati, & ab eis adducti Textum illum non ſolùm loqui ex delicto non conſumato; imo nec in delicto opere declarato, ſed in quo ſola cogitatio, & animi intentio interuenit iuxta iura *ſupra*, in argumento adducta, *in l. cogitationis*, & *aliis*, quibus dixi neminem cogitationis pœnam mereri, quando ſcilicet cogitans delictum committere ſuam voluntatem, nec opere, nec affectu declarauit: ſic docent Cujacius *l.* 8. *obſeruat. c.* 22. Graña *hic, n.* 2.

Et hæc interpretatio conſtat ſi conſideres Textum *in dicta l.* 1. vt ex eius paraphraſi conſtat eſſe Vlpiani *lib.* 3. *ad edictum Pauli*, cuius eſt Textus *in dicta l. cogitationis*, quo fit, vt neceſſario debeamus dicere vnam, & aliam deciſionem probare cogitationis pœna neminem afficiendum eſſe ex edicto quod quiſque iuris, niſi ad actum exteriorem deducta, vel effectum ſortita iuxta Textum ſic intelligendum *in l.* 3. verſic. *ſed ſi imperauit. ff. eodem tit.* in cuius ſpecie loquitur idem Vlpian. qui Ius nouum ſibi dici, poſtulans illud impetrauit: quo caſu, licet eo vſus non ſit, cum tamen ad effectum adduxerit, merito eo edicto punitur, vt eleganter agnouit, licet obſcurè, Cujacius *vbi ſupra.* 7

Quo in ſenſu debet accipi Locus Ciceronis iam relatus pro Milione in relatis verbis ibi: *niſi quia res perfecta non eſt, ideo punienda non fuit, quaſi exitus rerum, non hominum conſilia legibus vindicentur.* Quæ verba ſi in alio ſenſu acciperentur, implicarentur admodum ex aliis iam relatis eiuſdem Ciceronis *in eadem oratione pro Milione*, ibi, *interitus cauſam, non interitum ſpectari oportere*, & melius ex verbis Senecæ *in* 2. *declam.* ibi: *ſcelera quamuis citra exitum ſubderint, puniuntur*, & ex aliis Quintiliani *de clam.* 274. verſic. *inſidiatur*, ſed pœnâ ordinariâ, dico *infrà*, ad vltimam quæſtionis partem, vbi expendo Textum *in d. l. qui ſententiam, C. de pœnis.* 8

Ad ſecundam partem quæſtionis iam non difficulter ex prædictis ſatis fit, igitur ex noſtro Textu, & aliis dicendum eſt, quod affectus, ſeu conatus ad delinquendum, punibilis eſt noſtro Textu, & aliis in paraphraſi adductis; dummodo ad opus externum reducatur, nec maneat ſolùm in pura cogitatione. 9

Sed objicitur huic dicto Textus *in c. ſi cui* 30. *de pœnit. dict.* 1. ibi: *ſi cui etiam non contingit facultas concubendi cum coniuge aliena; planum tamen aliquo modo ſit illud concupere, & ſi poteſtas detur facturum eſſe, non minus reus eſt, quam ſi in ipſo facto deprehenderetur.* † Et *in cap. ſi propterea* 29. *diſt.* 1. ibi: *ſi propterea non facis furtum, quia times, nec videaris intus feciſti in corde, furti teneris, & nihil tuliſti.* Tamen hæc iura accipi neceſſum eſt de pœna, quæ oritur iure naturali contra peccatorem, cuius actus internus à Deo punitur; vt pote cognitus tali legiſlatori, quod non ita ſit de lege humana, quæ circa actus inter nos nihil diſponit, vt notat Couarruuias *in clem. ſi furioſus*, *p.* 2. *in princip. num.* 5. verſic. *ſed his.* Non enim poteſt lex ciuilis directè prohibere actum interiorem, nec iudex poteſt ipſum punire, vt loquuntur communiter omnes, niſi eo in caſu, quo admiſceatur cum actu exteriori, vt notant Nauarrus *in cap. ſi quis non dicam de pœnit. dict.* 1. *num.* 5. Villalobos qui plura ſcribit, *p.* 1. *ſummæ tract.* 2. *diſ.* 26. cum aliis ab eo adductis, & ſecundùm hunc dicendi modum intelligere etiam poteris relata iura, vt ex eorum verbis inſpici valet. 10 11

† Quo in ſenſu illud dictum Catonis, quod expendit Couarruuias *ſupra*, *num.* 6. *in fine*, *quod voluntates, nec legibus, nec pœnis ſunt obnoxiæ*, debet intelligi. 12

Itaque fit vt prohibeatur lege humana ſolus occidendi animus cum exterioris actus conatu, vt patet ex Textu *in l. ſi quis cum telo*, *Cod. de ſicariis* & ex dicta *l. ſi quis non dicam rapere*, *Cod. de Epiſc. & Clericis*, vbi non punitur lege humanâ 13

interior

interior tantùm actus mentis, ſed exterior, nempe conatus ipſe, qui per exteriorem operationem proceſſit, quia in atrocioribus criminibus, conatus ipſe puniendus eſt, vt ait Baldus per textum *ibi*, *in dicta l. ſi quis non dicam*, Gloſſa verb. *putamus*, ibi communiter probata *in dicta l.* 1, §. *hac autem verba, ff. quod quinque Iuris*, vbi Romanus, & de Iure Regio eſt textus *in leg.* 2. *tit.* 31. *p.* 7. docent omnes communiter poſt Cynum *in dicta l. ſi quis*, & probat textus *in leg. quiſquis. Cod. ad leg. Iul. Majeſt.* & Gloſſa *in l. præſenti, Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugerunt*, quam dixit eſſe peregrinam Felin. *in tract. quando conatus* verſic. *fallit* 5. nam ſi homo magnum aliquod ſcelus, aut eiuſmodi tentat patrare crimina, in quibus magna calamitas, aut graue admodum exitium futurum eſt, proculdubio leges humanæ inceptum facinus, ac ſi conſumatum eſſet puniri voluerunt; quia vt ſcribit Couarr. *in dicta clem. ſi furioſus, p.* 2. *in initio, num.* 6. cenſuerunt leges, eum qui tam atrox, dirumve facinus moliri auſus fuit: Quique ad tam exitiale ſcelus animum induxit pœnis affici oportere, ac ſi illud opere conſumaſſet, & qua pœna ſcelera grauiora, grauia, ſeu minora puniantur, dico *infrà*, in verſiculo ad quartam quæſtionis partem.

14 Ad tertiam quæſtionis partem ex noſtro textu, *& ex l. Diuus, ff. ad legem Corneliam de ſicariis*, cum aliis referendis docent Doctores, quod in maleficiis voluntas, non exitus ſpectatur: quare dixit Riccius *collect.* 661. *ex deciſ. de Laurent. Rota Auinen.* 29. quod non punitur pœna ordinarij homicidij ille, qui proiicit lapidem non animo occidendi, licet mors fuerit ſubſequuta, vt notat ad ornatum, *l. ſcientiam*, §. *fin. ff. ad leg. Aquil.*

15 Quare incidimus in intelligentia illius dicti communis, nempe quod voluntate delicta diſtinguuntur, & vt intelligit Couar. *in dicta clem. ſi furioſus de homicidio* 2. *p. à num.* 2. fit ita, nempe quod voluntarium conſtituat delictum, inuoluntarium excuſet, & liberet ab eo, cum propter inuoluntarium ceſſet malitia, ea verò ex voluntate procedat, & ob id concludit, quod voluntas diſtinguit delictum à non delicto, & peccatum à non peccato diſcernit *dicto cap. cum in voluntate de ſentent. excommunicat. l. qui iniuria, ff. de furtis, l. verum in principio, ff. eodem tit. l. quod*

16 *Reipublica, ff. de Iniuriis.* † Quo fit, vt communiter Theologi doceant cum D. Auguſtino *diſp.* 2. *contra Manicheum, & lib. de vera Religione, cap.* 14. *& lib. de duabus, & lib.* 1. *de retract.* non poſſe adeſſe peccatum, niſi ſit voluntarium & ſic D. Thomas 1. 2. *p.* 6. *art.* 1. dixit quod *voluntarium* eſt illud, *cuius principium eſt intra eum cognitione finis*, videndus ipſe D. Thomas *ibi, art.* 3. vbi expoſitores. & ipſe 12. *q.* 76. *art.* 4. ſcripſit, quod voluntas per accidens tendens in peccatum minuit culpam peccati, & probat textus celebris *in l. in lege Cornelia, ff. ad legem Iul. de ſicariis.*

17 Quo fit, vt delicta voluntate diſtinguantur, id eſt ratione voluntarij & inuoluntarij; non tamen ex fine, & propoſito, niſi qua ex parte finis refertur per rationem propriam ad actum voluntatis, & ideo; quia finis refertur ad actum voluntatis interiorem, cuius obiectum eſt; actus autem exterior habet pro obiecto id, in quo ipſe omnino exercetur, & voluntas fertur in obiectum peccati, ſecundùm quod ipſum peccatum diſtinguitur. Quo in ſenſu erit idem dicere quod peccata diſtinguntur ſecundùm obiecta, & ſecundum fines, vt expendit Couarr. *in dicta clem. furioſus, num* 3. *in fine*, D. Thomæ doctrinam 12. *q.* 72. *art.* 1. & addit, quod maleficia diſtinguntur propoſito; quatenùs propoſitum ad voluntatis actum ſpectat, & ſic idem eſſe voluntate, & propoſito diſtingui delicta iuxta textum, *in dicto cap. cum voluntate, de ſentent. excommunic. dict. l. qui iniuriam, ff. de furtis*, cum ſimilibus, de quo latè ſcribit Hypolitus *in l.* 1. §. *Diuus, ff. de ſicariis ad finem, & in ſingulari* 176.

Item etiam ad perfectam intelligentiam ſolent Doctores dicere, quod ſunt actus ex propria natura adeò mali, quod non poſſunt aliqua ex cauſa licere, nec ex aliqua circunſtantia honeſtari, vt Adulterium, Inceſtus, Stuprum, Fornicatio; & tunc fieri, quod tales actus nunquam ex fine, & propoſito queant Iuſtificari, & licitè cenſeri, nec ex bona intentione permitti, vt notant Magiſter ſententiarum *in* 2. *dict.* 40. poſt Auguſt. *ſuper pſalm.* 31. *& in homilia* 7. *lib.* 50. *homiliarum*, & adducitur *in cap. forte* 14. *quaſt.* 5. 18

† Alij equidem ſunt actus ſuapte natura mali, qui tamen aliqua cauſa licere poſſunt, & permittuntur, vt homicidium, quod tamen licet ex ſe malum ſit, permittitur tamen ad defenſionem iuxta relata à Doctoribus *in cap.* 2. *de homicidio*, & ſic dixit Couar. *in dicta Clem ſi furioſus, de homicidio* 1. *p. ſub num.* 3. ex noſtro textu, quod in hac actuum ſpecie, dictat Iuris Diuini & humani ratio, quod in dubio delictum, & paruum agentis animum præſumamus, donec veritas conſtet. 19

Alij equidem ſunt actus ex propria eorum natura boni, qui etſi poſſint cõtingere mali ob aliquem malum finem; ob prauam circunſtantiam; At tamen in dubio dicitur, quod ſit præſumendus bonus agentis animus. † Et denique dicunt Doctores, quod ſunt alij actus indifferentes, qui poſſunt eſſe boni, vel mali ex fide, & propter circunſtantiam aliquam, vt riſus, deambulatio, & his ſimiles, & in his ſemper in dubio eſt affirmanda interpretatio in bonum, iuxta textum *in l. merito, ff. pro ſocio, cap. eſtote miſericordes de Reg. Iur. l. vlt. tit.* 10. *p.* 5. hæc refert ex pluribus Couar. legendus, *vbi ſuprà dicto n.* 3. qui in verſic. *igitur* ait, quod actus exteriores per ſe boni, aut indifferentes ſunt præſumendi, niſi ex inordinata volũtate, aut malo fine, mali Iudicẽtur, imò ſẽper hos actus ſimpliciter bonos dici moraliter autẽ malos, vel bonos cenſendos eſſe ex recta, vel inordinata voũtate ex malo vel bono fine. Illos verò actus, qui ſunt mali ex ſua natura, & ſic peccata, ait nunquam poſſe eſſe bonos, nec diſtingui ex fine, aut bona intentione, quod an ſit optima diſtinctio, conſiderabis ex dictis de homicidio, quare videtur admittenda potiùs quadruplex iacta diſtinctio ex his quæ notanter dixerunt Hypolitus *in Rubr. de fideiuſ. num.* 46. Andreas Alciatus *in tractatu de præſumpt. Regula* 3. *præſumptione* 1. Abbas, Annania, & Felinus *in cap. cum Dilecti de accuſat per text. ibi.* 20 21

Item vt voluntarij, ſeu liberi, & inuoluntarij effectum ſortiaris animaduertes, quod voluntas fertur quandoque in actum directè, & per ſe quandoque indirectè, & per accidens, de quo D. Thomas & eius expoſitores 2. 2. *q* 6. *art.* 3. voluntarium directum, eſt quando directè vult aliquis 22

aliquis aliquam rem, vt furtum, ſeu homicidium, Villalobos *in ſumma* 1. *p. tract.* 3. *dif.* 5 *num.* 2. & Couarr. *dict. Clem. ſi furioſus* 2. *p. num.* 2. verſic. *tertio*, vbi ait, quod voluntas directè fertur in homicidium, quando quis habet animum occidendi, & hanc eſſe propriam, & perfectam occidendi malitiam *ex l.* 1. *Cod. de ſicariis*, *l.* 1. §. *Diuus, ff. eodem.*

23 Voluntarium indirectum eſt, quando quis non facit id, ad quod obligatus eſt, vt ſi v. g. nauis pereat, quia Nauta non debitè illam gubernat: ſic idem Villalobos *ſuprà dicto num.* 2. qui ibi *& dif.* 4. *num.* 3. hoc expendens cum D. Thoma *dict.* 12. *art.* 3. *q.* 6. ad hunc caſum prærequiri, nempe quod omittens poſſit, quod ſit obligatus facere, & quod nolit exequi, vt debet, & exemplificans Couar. in homicidio *dict. num.* 3. verſic. *tertio*, ait quod voluntas fertur indirectè in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediatè, & per ſe, non per accidens; homicidium ſequitur; Nam id quod per accidens ſequitur, nullomodò fertur voluntas, nec directè, nec indirectè.

24 Vt exemplificat ex D. Thoma 12. *q.* 76. *art.* 4. dicens quod cauſa peccati, non eſt directè voluntaria; ſed indirectè. & per accidens, veluti quando quis vult bibere immoderatè vinum, fertur tunc directè voluntas in potum immoderatum: indirectè autem, & per accidens in ebrietatem, quæ fuit ſequuta directè, & immediatè ex potione immoderata, ſic docent Palud. *in* 4. *ſent. diſt.* 32. *q.* 1. *art.* 1. *col.* 5. Panormitanus *in cap. quia diuerſitatem de conceſ. prebenda, num.* 3. iuncta Gloſſa *ibi*, verbo *ſuſpenſus, num.* 11. ex quibus infert Couar. *vbi ſuprà* voluntatem huius bibentis vinum immoderatè minimè ferri, nec directè. nec per accidens in id, quod ex ebrietate fuerit per accidens ſequutum præter ſpem. Et vt vberius intelligas leges quæ refert idem Villalobos *dicto tract.* 3. *p.* 1. *num.* 1. vbi dicit voluntarium
25 aliud eſſe in ſe, aliud in ſua cauſa. † Et *n.* 3. ait cum Medina 1. 2. *q.* 76. voluntarium eſſe formale interpretatiuum, & virtuale; quæ omnia ipſi diſtingunt, *& ibi, difficultate* 6. optimè expendit cum D. Thoma 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. Soto *in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 3. & cum aliis, quo tempore imputetur ad culpam effectus ille, qui reſultat à cauſa voluntaria.

26 Notabis verò quod voluntas indirecta dicitur, vel magis, vel minus: v. g. in homicidium aut aliud delictum, quoties actus per ſe volitus, aut voluntate comprehenſus magis, vel minùs tendit ad ipſius homicidij, ſiue delicti periculum, vt deducitur ex D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 8. *ad* 2. & ibi Caietanus, præſertim in reſponſione ad tertium, & in verſic. *& confirmatur authoritate Auguſtini*, idem apparet ex eodem Diuo Thoma 1. 2. *q.* 20. *art.* 6. ſequitur Couar. *in dicta Clem. ſi furioſus* 2. *p. num.* 2. dict. verſic. *tertio in fine*; eſt igitur conſiderandus in delictis ſemper animus delinquendus ad aliquem puniendum, vt ait Maynardus *deciſ.* 41. *lib.* 1. Riccius *collect.* 662. *in fine.*

27 Vnde infero ad interpretationem textus *in l.* 3. *Cod. ad leg. Cornel. de ſicariis & ad textum in leg. ſi quis aliquid, ff. qui abortionis, ff. de pœnis* quorum deciſiones ſolùm poſſunt intelligi adhibitâ diſtinctione præcedentis numeri, quia aliàs continet Vlpiani, & Pauli reſponſa non leuem difficultatem; ſiquidem quatenus Pauli dictum *in dicto §. qui abortionis continet*, vt vltimo ſupplicio delictum, de quo ibi puniatur, eo fieri; quia actus, de quo ibi ex propria vi, ac natura maximè tendit ad periculum mortis, aut grauiſſimæ læſionis; Siquidem abortio ipſa ob corporis diſſolutionem valdè periculoſa eſt, & pocula amatoria in hoc prodita ſint, vt Iudicium amatoris perturbent, & mutent: quo fit, vt licet dolus abſit, necis actus fuerit factus animo occidendi, & ideò per ſe, & directè non poſſit dici homicidium voluntarium, indirectè; tamen & per accidens dicatur ea occaſio voluntaria magis; quia actus per ſe volitus, aut voluntate comprehenſus, magis tendat ad ipſius homicidij periculum. Tamen Vlpianus *in dicta l.* 3 *Cod. de ſicariis*, eum tantum caſum expoſuit, in quo poculum datur ad conceptionem, quod non eſt ita periculoſum; quippe quod confici ſoleat ex his, quæ vires corporis augent, homineſque & fœminas natura debiles medicamine ipſo fortiores ad generationem reddit, ita alia ex bonis Authoribus expendit Couarr. *in dicta Clem. ſi furioſis* 2. *p.* 2. *num.* verſic *interim*, dicens quod ex hac ratione non ſic tendit actus hic voluntate comprehenſus in periculum mortis, vt tendit ille, quo abortionis, vel amoris cauſa pocula miniſtrantur, quæ omnia magis ex dicendis *dubio ſequenti clareſcunt.* videbis quæ expendit Antonius Gomez. cum multis *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 3. *à num.* 33. etenim præbens poculum amatorium ſi ex eo mors ſequatur, punitur pœna ordinaria; ſi verò cauſa amoris liciti, vel cauſa conceptionis, vel mors non ſequatur pœna ordinaria; Sic Carrerius *in pract. tract.* 4. *de homicidio*, §. *ſexto*, Boſius *in eodem tit. & num.* 5. Clarus *in pract.* §. *homicidium*, *num.* 10. Decianus *lib.* 9. *cap.* 23. *n.* 2. Farin. cum multis *quæſt.* 87. *num.* 48. *& quæſt.* 122. *à num.* 1. afferens alios dicentes quod pœna extraordiuaria puniri debet hoc delictum ob defectum doli, & addit quid ſi in poculo interueniat ſortilegium videbis Gratianum *Reg* 116. *num.* 8. Haillon ad Gomez. *dicto cap.* 3. *variar. num.* 33.

Ad quartam quæſtionis partem, an conatus in omnibus delictis ſit pœnâ ordinariâ puniendus? Satis infertur ex proximè dictis, *num. præced.* & in verſic. *notabis*, & quia in hac difficultate Doctores fluctuarunt per textum, *in cap ſicut dignum*, §. *illi autem de homicidio*, & per textum *in cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. cui accedit textus *in dicta l. ſi quis non dicam rapere, & in l. ſi is, qui cum telo*; Ideò diſtinctione faciliùs hæc difficultas componetur; Nam conſiderandum eſt à Iudice ſuper ipſius criminis qualitate; quia non omnia crimina; quæ grauiſſima exiſtimantur, Iudicio pari cenſentur; ſiquidem vnum ſolet eſſe grauius altero ex textu *in l. aut facta. ff. de pœnis l. quid ergo*, §. *pœna grauior*, *ff. de his, qui notantur infamia*, *c. aut facta de pœnit. diſt.* 1. *cap. conſideret de pœnitent. diſt.* 5. & licet Cicero *in paradoxis, cap.* 3. Et Iouinianus hæreticus probare conati ſint omnia peccata eſſe æqualia, id tamen falſum eſſe docuit Caſtro *de hæreſibus*, verb. *verum*, & in verſic. *primum.* † Qui in verſic. *ſe-* 29
cundo, ait quod præter criminis grauitatem ſunt conſiderandi actus ipſi, ad quod fuerit conatus ipſe deductus, quia quidam ſunt, qui proximi cenſentur ipſius criminis executioni, ſed non tamen ſufficiunt, vt ex parte conantis perfectum ſit delictum, vt contingit in eo, qui cogitauit,

ac decreuit Patrem occidere, & eo animo Patrem agreſſus eſt, ſed Pater ſeipſum defendit, aut aliundè fuit impedita parentis occaſio. Alij ſunt actus ita propriè ad criminis punitionem pertinentes, vt nihil his peractis ſuperſit agendum ex parte delinquentis ad criminis perfectionem; licet mors ſequuta non fuerit; eo quod adhibitum ſit aliquod medicamentum, quo fuerit impedita, vt contingit in propinante alteri venenum cauſa homicidij.

30 Tum etiam diſtingues inter delicta grauia, & quæ non ita ſunt atrociora; quia illa ſecundùm iactam diſtinctionem, aut puniuntur pœnâ ordinariâ, ſeu extraordinariâ; hæc autem ſemper arbitrio Iudicis punienda veniunt aduerſùs ea perpetrare conantem. Quo ſuppoſito iam exemplis aliquarum deciſionum legalium res intelligetur, veluti legis quiſquis, *ff. ad legem Iuliam Majeſt.* vbi probatur crimen læſæ Majeſtatis, quoties aduerſus Rempublicam machinatur per actus exteriores proditionis tractatus, Conſilij, ſeu aliter pœnâ ordinariâ mortis puniri ex eo textu, *& ex l. 1. & 2. ff. ad legem Iul. Majeſt. l. 1. tit. 2. p. 7. l. 2. tit. 31. p. 7.* iuxta ea quæ latè adduxi *ſuprà de confeſſis cap. 1. q. 7. & 8.* Graña *hic, num. 5.* & multis adductis Couarr. *in Clem. ſi furioſus de homicidio 2. p. à num. 7.* qui latiſſimè etiam interpretatur, *n. 8.* Deciſionem textus *in l. vnica, Cod. de raptu virginum cum leg. 3. tit. 20. p. 7. & n. 10. textum in l. is, qui cum telo, Cod. de ſicariis. & in dict. l. ſi quis non dicam rapere, Cod. de Epiſcop. & Cleric. & in num. 9.* expendit latè textum *in cap. 1. de homicidio, lib. 6.* quibus Graña adiungit *hic ſub dict. num. 5* textum difficilem *in l. ſi quis ſeruo 20. & ibi Gloſſa, ff. de furtis, l. his quidem, & Gloſſ.* ibi verb. *infructuoſa, Cod. qui militare poſſunt.*

31 Et pro vera reſolutione huius quæſtionis videbis Zeuallos *in pract. q. 540.* cum pluribus ab eo relatis, vbi concludit quod etiam in grauiſſimis delictis, vbi à lege impoſita non eſt determinata pœna, pendet ab arbitrio Iudicis inſpecta perſona, & qualitate delicti. Et adduxit *à n. 15.* alias leges intelligendas, vt *l. ſi quis nocendi, ff. de ſicariis l. 3. Cod. eodem. l. 1. in principio, & in §. fin. ff. de extraord. crimin. l. ſacularij eodem. l. 1. in fine, ff. de parricid. l. fin. Cod. de his. qui ad Eccleſiam confug. l. fin. Cod. de poſtulat. l. fin. Cod. de crimine ſtellionatus, leg. 1. §. ad beſtias, ff de poſtulando, l. generaliter, ff. de calum. & ſi amicis, ff. de adult. l. fin. ff. de rerum diuiſ. l. ſi fugitiui, Cod. de ſeruis fugitiuis, l. ſi quis autem, ff. de bonis eorum, l. 3. §. is qui, ff. de remiſ. cap. 1. de diuort. cap. quoniam 14. q. 4.*

32 Vnde etſi Doctores communiter per textum *in l. 1. in fine, ff. quod quiſque Iuris doceant*, quod non punitur affectus, niſi ſequatur effectus, quod ampliat Grammaticus *deciſ. 2.* Viuius *deciſ. 487.* etiam in crimine veneni, & in crimine Sodomiæ ſic procedere dicat Peguera *deciſ. 75.* in quo ſolus conatus non punitur; putà ſi membrum non impoſuiſſet, vt refert Riccius *collect. 326. & in collect. 1177.* vbi affirmat introductum eſſe generali conſuetudine Italiæ, vt non puniatur affectus, niſi ſequatur effectus, vbi repetit dicta hic de veneno.

33 Et refert cum Claro *deciſ. 93. num. 2. in fine*, quod qui puellæ nobilis lectum aſcenderat, & pectus tetigerat, nec vltra progreſſus fuerat, non
34 habita remiſſione, fuit abſolutus. † Iam enim atrocioribus delictis qualia ſunt crimen læſæ Majeſtatis, proditio Reipublicæ, falſificatio monetæ, Aſſaſſinatus, raptus Virginum, & aliorum ſimilium, quando deuentum eſt ad actum immediatum conatus, tunc puniuntur pœna ordinaria, vt ex multis deciſionibus & exemplis expendit Riccius *in relatis collectaneis.* † Et ſic 35
in dicta deciſ. 1377. cum Anneo Roberto *lib. 1. rerum Iudicatarum cap. 6.* & aliis ait in atrociſſimo beneficij delicto fuiſſe capitali ſupplicio affectum quendam nobilem, qui ſæpius conſpirauerat in necem agnati ſui, pluriesque attentauerat illum interim facere veneno, & pluribus caſibus fuiſſe punitum conatum, non ſequuto effectu refert Paponius *lib. 23. tit. 10. arreſt.*
† Et Viuius *deciſ. 75.* quem refert Riccius *collect. 661.* ait quod fuit punitus pœna homicidij quidam, qui ſuum inimicum percuſſerat cum monopola, quam ſecum ferebat pluribus percuſſionibus in capite, ex quibus diem ſuum obierat. 36

Imo & in his atrocioribus delictis ſi ad actum proximum deuentum non ſit, tunc pœna alia extraordinaria Iudices punire ob actum exteriorem, docent iam *ſuprà* relati. Qua diſtinctione ſunt intelligendi, quos congerit Couarr. *in dicta clem. ſi furioſus, p 2. num. 6.* in verſic. *verum*, & in verſic. *contrarium.* † Et ob id ègo infero ad deciſionem Theſauri 243. vbi dicit de illo, qui animo deliberato homicidium commiſerat, ſed in perſonam alterius, non pœna ordinaria, ſed extraordinaria punitum fuiſſe, de quo dico *quæſt. ſeq.* 37 38

An in leuioris noxæ criminibus, & vbi non eſt tanta ſceleris magnitudo, nunquam pœna ordinaria delicti venit puniendus delinquens, ſed extraordinaria iuxta ipſius conatus qualitatem, & eo caſu, quod conatus eſt ad exteriorem actum deductus, nec ſtetit per conantem, quin delictum conſumaretur, ita Salicetus *in dicta l. is qui cum telo ſenſit lex ſæcularis, ff. de variis, & extraordinariis criminibus*, cuius meminit Baldus *in dicta l. ſi non dicam rapere. l. Imperator Seuerus, ff. de Iure Fiſci, l. generaliter*, vbi Gloſſa, & Barr. *ff. de calumniat. lib. 1. in princ. & ad finem, ff. de extraordin. crimin. l. 2. tit. 31. p. 7.* Etenim conatus ad exteriorem operationem deductus, licet criminis ſpeciem, in quam voluntas ferebatur, non perfecerit, proculdubio delictum eſſe ait Couar. *in dicta Clem. ſi furioſus 2. p ſub num. 6* verſic. *tertio*, & ideò actum iſtum non dimitti impunitum expedit, quia ad ſceleris audatiam pertinet, quæ Reipublicæ eſt pernicioſa, vt docet Plato elegantiſſimè *lib 9. de legibus.* 39

Et in his exiſtimo de Iure procedere, quod dicit Minſyng. *cent. 3. obſeruation. 9.* nempe poſſe Iudicem ex poteſtate ſibi à lege tradita mitigare pœnam, quod idem antea dixit Felinus *in tract. quando conatus, col. 1. iuxta textum optimum in l. aut facta. §. euentus, ff de pœnis*, & colligit Couarr. ſuprà ex Salicet. *ex dicta l. is qui cum telo* conſiderata diſtinctione actuum, de qua *ſuprà*, & ſic intelligendam eſſe conſuetudinem Orbis Chriſtiani, qua iam cauetur leges punientes conatum, abrogatas eſſe; ſcilicet quoad pœnam ordinariam. 40

Quod vt optimè declares, leges quæ ex multis affert Riccius *in collect. ad textum, in l. ſi ſeruo, Cod. de ſeruo corrupto 776.* vbi intelligit arbitrium procedere in grauibus delictis, non autem 41

in

in atrociſſimis declarans prædictum arbitrium procedere etiam in pœna ſtatuaria, & vbi per legem punitur affectus, de quo videbis quæ latiſſimè adducit Farin. *in praxi de homicidio q.*124. *à num.*117. vbi de ſtatuariis pœnis: & iterùm leges eundem Riccium *collect.* 1895. vbi addit, quòd in grauiſſimis delictis, conatus punitur, ſicut effectus: Et ex hac doctrina difficilis videtur practica D.Pauli de Guzman. hic Valliſoleti Auditoris, qui Iudex ſpecialis deputatus tantùm condemnauit extraordinariè illum, de quo iam dixi *in cap.*10. *de Iudiciis, quæſtione* 26. *ſub num.* 2.

42 Vnum tamen pro complemento notabis nulla pœna puniendum eſſe in prædictis communibus criminibus conatum eius, qui ſua ſponte pœnituerit, & ab opere ceſſauerit *ex l. qui eam ante, & ibi Gloſſa, ff. de furtis, l. qui falſam, ff. de falſis, dict. l.* 2. *tit.* 31. *p.*7. docent Felinus, & Couarr. *vbi ſuprà*, & omnes tenent communiter, de quo videbis quæ notanter cum multis dixit Farinac. *de homicidio p.*4. *in practica, q.*124. *à num.*150. vbi benè expendit, quando pœna delicti excuſetur ob pœnitentiam.

QVÆSTIO II.

An quis poſſit corporaliter puniri, quando abſque dolo, culpa tamen delictum commiſit: Et an qui dederit alicui poculum amatorium, non animo occidendi, ſed cauſa amoris, vel libidinis, & recipiens moriatur, teneatur pœna mortis: Et quid de volente occidere inimicum ſuum, & alium 15 *occidit: Et an conatus puniatur in crimine aſſaſinij: Et an conatus ſufficiat ad hoc, vt ſponſalia tranſeant in Matrimonium: Et quid de confitente homicidium ad ſui defenſionem?*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ex quo falſum dixit, præſumitur doloſus.*

2 *Puniri corporaliter non debet delinquens ſine dolo, vbi adeſt culpa.*

3 *Pœna poſita in Iure propter mendacium, habent locum, ſi in eo dolus interuenit.*

4 *Poculum amatorium, ex quo homicidium potuit ſequi, veriſimiliter eſt pœna dignum, & qua diſtinguitur.*

5 *Occidens Caium, volens occidere Titium, quando talis pœna ordinaria homicidij, ſeu extraordinaria puniatur. Diſtinguitur inter dantem operam rei licitæ, ſeu illicitæ, num.* 6. 7. 8. 9. *&* 10.

L 1. §. ſerui appellatione, ff. ad Silanianum, & num 9.

11 *Conatus in crimine aſſaſinij, quando puniatur? quid de cogitatione & quibus pœnis, n.*12.13.

16 *Minans malum abſque animo inferendi, ſi iuſtè poterat facere, & non fecit, nunquid poſſit retinere pecuniam ob id extortam. n.*17.

1 AD primam quæſtionis partem, quæ ex verbis noſtri textus ibi, *qui fraudulenter nocet amico ſuo* ſatis conuenit diſputari, & præmitto vt reſpondeam, quod ſufficit in accuſatione doli, & eo ipſo, quod probatum ſit Teſtem falſum dixiſſe præſumatur doloſè, vt ſuadetur ex textu *in l.*1. *Cod. ad leg. Cornel. de ſicariis*, vbi probatur, quod licet generaliter loquendo, allegans dolum, vel culpam, teneatur id probare, vt *in l. quoties, §. qui dolum* vbi Gloſſa *ff. de probat.* ſecùs tamen eſſe in delictis, in quibus probato delicto, vel mendacio, præſumitur dolus.

Quo ſuppoſito dicendum eſt, quod licet Maranta *in ſuo Speculo Aduocatorum* 4. *p. à num.* 85. relatus à Iudicio claro *lib.*5. *receptar. ſententiarum*, §. *fin. q.*84. *num.*1. *in fine*, dicat poſſe quem corporaliter puniri prolata culpa; licet dolus deficiat. Tamen verius eſt, tam de Iure communi, quàm regio, nunquam poſſe aliquem corporaliter puniri, niſi dolus interueniat; itavt non ſufficiat lata culpa, quæ in criminalibus non æquiparatur dolo: Ita docent communiter Doctores in Bart. *ex l.*1. §. 1. *ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fuerit*, Iaſon. *in l. in actionibus, num.*13. *&* 26. *ff. de Iureiur.* Guttierrez. *in Auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus venditionem, n.*63. pluribus addúctis, ſic docet Zeuallos *in pract. q.*580. & eam comprobat concluſionem ex textu *in l.*1. *tit.*7. *p.*1. vbi Gregorius verbo *mudamiento de verdad.* † Et ſic Felinus *in cap. cæterum, n.*18. 3
de Iudiciis, dixit quod pœnæ impoſitæ à Iure propter mendacium, habent locum tantum, quando dolus interuenit in mendacio, aliàs ſecùs, vt probat textus *in cap.*1. §. *ſi fuerit quæſit. prima cauſa benef. amit. & in c.*1. §. *Vaſſallus ſi de feudo fuerit controuerſia in vſibus feudorum*, quæ reſolutio conuenit textui noſtro.

4 Ad ſecundam partem quæſtionis reſpondetur ex his quæ adduxi *ſuprà q. praced.* verſ. *ad tertiam* ibi in verſic. *vnde infero*, & ſic breuiter dico, quod etſi *ex lege Cornel. ff. ad leg. Iuliam, de ſicariis* habeatur quod nunquam veniat imponenda pœna mortis, quando homicidium committitur ſine dolo. Tamen ſi interueniat dolus, ſaltem implicitus; eo quod quis facit rem illicitam dando poculum amatorium, ex quo veriſimiliter potuit ſequi mors, iuxta ſpeciem textus, *in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœna.* Tamen ſine dolo cauſa amoris liciti, vel cauſa conceptionis dederit poculum, quo mors ſequuta eſt; tunc ille, qui dedit non tenetur pœna ordinaria, ſed tantùm pœna relegationis, vel extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta textum, *in l.* 3. verſic. *ſed ex Senatus conſulto, ff. ad leg. Cornel. de ſicariis*: Sic docent in terminis Antonius Gomez. *lib.*3. *variar. cap.*3. *num.*33. contra Albericum *in dicto §. qui abortionis*, vbi dixit in ea ſpecie non eſſe puniendum pœna mortis, quia dedit poculum amatorium, non animo occidendi, licet ob cauſam illicitam, nempe cauſa amoris, vel libidinis, & cum multis aliis reſoluo, *in dicto verſic. vnde, n.*27. *in fine.*

Ad tertiam quæſtionis partem dico, quod ſi 5
quis v.g. voluit occidere Titium inimicum ſuum errans in perſona occidit Caium, docent communiter Doctores, quod occidens teneatur pœna mortis tanquam homicida; quia ibi verè, & realiter conſenſit delinqnens; licet errauerit in perſona, & dolus, & animus, quem habuerit reſpectu corporis occiſi, ſufficit, vt probat textus ſingularis *in leg. in eum, qui nocentem, fin. in princip. ff. de iniuriis*, vbi commendat Bartolus, Albericus, Angelus & Perus. & communiter

Doctores

Doctores antiqui, Ancharranus, & Annania *in cap. fin. de his qui filios occiderunt*, multis adductis tradit Gomezius *lib. 3. var. cap. 3. num. 34.* vbi allegat pro hac ſententia textum *in l. fin. Cod. vnde vi in l. doli*, *§. 1. ff. de ſeruo corrupto*, *l. aut qualiter*, *§. ſi quis dum putat ff. quod vi, aut clam. l. falſus, §. qui alienum, ff. de furtis, l. ſi poſtulauerit*, *§. ſi liber homo, ff. de adult. iuncta Gloſſa ordinaria*, & communis opinio *in cap. ſi vero, & l. 2. de ſent. excommun.* & ob id dixit Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere, Cod. de Epiſcop. & Cleric. col. pen. num. 9.* poſt Ioannem Andream *in cap. cum quis de Reg. Iuris*, quod in delicto homicidij ſufficit dolus in genere, licet non ſit commiſſus in ſpecie, & huius ſententiæ Doctores plures refert Farinacius *in praxi 4. p. 16. de homicidio, q. 125. à num. 139.* & relatam ſententiam tenent Couarr. *in cap. Alma mater*, §. 10. *num.* 14. Plac. *in epitome delictor. cap. 27. & n. 5.* Morla *in Emporio, tit. 1. num. 12.* verſic. *neque his* Molina *de Iuſt. tom. 4. diſp. 30.* Trulench. cum pluribus in opere morali *lib. 5. cap. 4. dubio 2. num. 4.* Farinacius refert alios infra referendos *n. 157.* vide Amayan. *lib. 1. obſeruat. cap. 3.* ibi de delictis, quæ ignorantia committuntur ad interpretationem *l. 1. ff. de legibus.*

6 Alij autem magis in praxi admittunt, quod tantùm ſic occidens pœna extraordinaria teneatur; eo quod in dubio ſemper ſequenda ſit mitior ſententia, & ex aliis pluribus, quæ adducit Farinacius *de homicidio: vbi ſuprà dicta quæſtione 125. à num. 152.* & hanc fundari *ex l. in lege Cornelia, ff. ad leg. Cornel. de ſicariis*, & ex aliis Iuribus ſic tenuerunt, eoquod omnis actus errore factus nunquam nocet gerenti ſine conſenſu, vt *in l. ſi per errorem ff. de Iuriſd. omn. Iud.* Item quia carentia doli, vel contumaciæ circa vnum non porrigitur ad alium; vt *in leg. Falcinius, §. quid ergo* verſic. *quod ſi aduerſus, ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur*, Quare Theſaurus *in deciſ. 243.* quem ſequitur Riccius *collect. 662. ad textum in l. Diuus, ff. ad leg. Iuliam de ſicariis*, dixit in noſtro caſu, quod qui animo deliberato homicidium commiſerat, verum in perſonam alterius, quam cui nocere volebat, non fuit pœna ordinaria punitus; eo quod deficit voluntas in perſona occiſa.

7 Ego autem etſi in prædicto caſu pro relata mitiori pœna reſpondendum decreuerim ex prædictis Iuribus, & ex dicta deciſione Theſauri. Tamen in alio nempe caſu contrariam Farinacij, & aliorum ſententiam crediderim, nempe quando quis voluit offendere, vel occidere Titium inimicum ſuum, quem benè cognouit, & in eius perſona non errauit, tamen caſu offendit, vel occidit Seium ibi proximè ſtantem, vel prætereuntem, vel fortè Mediatorem inter eos cauſa pacis & concordiæ; eo quod tunc non fuit in dolo circa offenſum, vel occiſum, nec habuit conſenſum in illo delicto: Sic Bartolus *in leg. reſpiciendum, §. fin. ff. de pœnis, quæſtione fin. ibi*, Salicetus, & plures, quos adducit Antonius Gomezius *dict. lib. 3. variar. cap. 3. num. 35.* Farinacius *vbi ſuprà*, & multi ab eo adducti, qui in hoc caſu loquuntur ex textu *in l. illud, §. fin. & in l. ſi cum ſeruo, ff. de iniuriis*, vbi diſponitur quod ſi quis voluit percutere, vel offendere ſeruum propriũ, & caſu percuſſit alium proximè, vel prætereuntem, non tenetur aliqua pœna, hoc eſt pœna mortis ordinaria, ſed tantum extraordinaria Iudicis arbitrio, quia ſaltem reſpectu ipſius offenſi, & occiſi non interuenit dolus, nec animus delinquendi, & ſic Iaſon. *in dicta l. ſi per errorem, ff. de Iuriſd. omnium Iudicum num. 17.* dicit ſe per hoc liberaſſe quendam à magno diſcrimine, Ipſe tamen Gomezius, *vbi ſuprà dicto num. 33.* dicit in hoc etiam caſu in puncto Iuris verius eſſe, vt pœna ordinaria homicidij puniatur, delinquens eo quod fuit in dolo, dando operam rei illicitæ, in praxi verò vt æquiorem admittit relatam doctrinam, quam ego ex eadem æquitate porrigerem in primo caſu, ſed non admitterem dictum Grammatici *conſ. 5. num. 7. & 8.* volentis quod iſto caſu non poſſit imponi, niſi pœna pecuniaria, vt tradit Farinacius *dicta quæſtione 125. ſub num. 52.* videbis textum *in l. 6. tit. 15. p. 7. & in l. 14. tit. 13. lib. 8. ordin.* quas adducit Gomezius *ſub dict. n. 35.* præ ſua reſolutione.

8 Verùm ſi occidens non daret operam rei illicitæ offendendo, vel occidendo aliquem contra Iuris diſpoſitionem, ſed in caſu licito, veluti ſi prouocatus velit occidere aggreſſorem inimicum tunc eum non eſſe puniendum; ſi fortè tunc prætereuntem, vel Mediatorem occiderit, & abſoluendum eſſe docet Gomezius *in dicto numero 35. lib. 3. variar. cap. 3.* cum Ioanne Igneo qui benè fundat, *in l. 1. § ſerui appellatione, ff. ad Silan. n. 130.* optimè cum multis Farin. videndus *de homicid. d. q. 125 à n. 139.* qui *num. 140.* adducit alios contrariæ ſententiæ, quorum fundamentum eſt textus *in l. ſcientiam, §. qui cum aliter* verſic. *ſed ſi defendendi, ff. ad leg. Aquil.* vbi habetur, quod ſi quis dum ſe defenderet ab aliquo pouocante prætereuntem, vel Mediatorem offenderit, tenetur, & debet puniri.

9 Sed ex prædictis & aliis ab eo relatis dico textum illum intelligi debere, quando defenſor erat in aliqua culpa in modo, & exceſſu defenſionis, quod patet, quia tenetur lege Aquilia, quæ neceſſario præſupponit aliquam culpam, ſaltim leuiſſimam, quæ in illa actione venit, & conſideratur, vt *in l. Aquilonia*, & leuiſſima culpa venit, *ff. ad leg. Aquil.* & patet, atque probatur ex modo, & qualitate defenſionis, de qua in illa lege; quia de longè proiiciebat lapides in Aduerſarium, & ſic merito ex illa lege teneri probant Philippus Decius *in l. vt vim, ff. de Iuſt. & Iure, col. 5. num. 12.* ante eum Angelus de Peruſio *in dicta l. ſi cum ſeruo, ff. de Iniuriis* ſequitur Gomezius *dict. lib. 3. variar. cap. 3. numero 35. in fine*, qui commendat menti tenendum, quia notabile, & quotidianum.

10 De Iure autem Canonico, dixit Franciſcus Curtius in repetitione textus *in dicta leg. vt vim num. 14. in fine, ff. de Iuſt. & Iure*, quod in foro conſcientiæ occidens alium pro ſua defenſione, quam aggreſſorem, tenetur contrarium, dixit Signorol, *in conſ. 155. num. 1* vt refert Farinacius *de homicidio. dicta quæſtione 125. numero 62. & 63.* qui ex aliis, *num. 163.* ait, quod percutiens Clericum volens percutere Laicum, manet excommunicatus, ſecus econtra: Alia notabilia refert ibi *à numero 156.* & cum videbis *quæſt. 326. à n. 62.*

11 Ad quartam quæſtionis partem, an conatus puniatur in crimine aſſaſſinij; quia hæc difficultas poteſt ex prædictis, ſatis expendi, & de ea dicam *infrà ad tit. de homicidio*, quæ ad noſtrum textum ſatis pertinebat ex prædictis; & quia hîc

Doctores agunt de puniendo conatu, & affectu ſeu voluntate delinquendi; Ideò recurres ad ea, quæ adduxit Couarr, *in dicta Clem. ſi furioſus de homicidio 2. p. in princ. toto n.9.* vbi longè expendit textum *in cap. de homicidio lib.6.* & ex pluribus longius agit Farin. *in praxi q.123. inſpectione 4. a num.77.* vbi *n. 112.* ait quod ſola cognitio in crimine aſſaſinij nulla punitur pœna, niſi
12 reducatur ad aliquem actum extrinſecum. † Vbi *n.132.* concludit, quod Iudex in hoc crimine, effectu non ſequuto, poteſt, ſi vult, non imponere pœnam ordinariam, etiam quod fuerit deuentum ad actum proximum: Alios plures de hac re agentes refert Zeuallos *in practicis, q.902. num.44.* Et videbis quæ congerit Riccius *col-*
13 *lect.* 1877. † Vbi ex Angelo, & Afflictis, & aliis refert in hoc caſu Neapoli, Mediolani, & alibi pœna mortis mulctatum eſſe conantem cum actu proximo occidere alium: Et refert Grammaticum affirmantem in voto decimo 8. aſſaſinium non ſequuta morte condemnatum fuiſſe in pecuniarum pœnam, & etiam condemnatum eſſe alium ad triremes; Sed applicabis dicta *ſuprà quæſt. præcedenti,* & quæ adducit Riccius cum aliis *collect.* 1895.

14 Ad quintam quæſtionis partem, an conatus ſufficiat, ad hoc vt ſponſalia tranſeant in Matrimonium, dicam *infrà in cap. fin. de ſponſalibus,* vbi communiter agunt DD.

15 Ad vltimam quæſtionis partem de confitente homicidium commiſſum ad ſui defenſionem, an aliqua pœna puniatur? poteris reſpondere ex dictis ſuprà *hac quæſt.* verſic. *ad tertiam*: ſed quia iam dixi *ſuprà in cap. 1. de confeſſis q.6.* verſic. *ad ſecundam*, vbi videbis quam poteris applicare ad vltima verba textus noſtri ibi *ludens feci.* Et applicabis dicenda *in cap. 2. de homicidio*; ideò ad ea te remitto.

16 Libuit hîc innectere dubium, quod de facili accidere poteſt in practica nempe, an ſi quis minatur malum abſque animo inferendi, & ſi poſſet iuſtè inferre, valeat retinere; quod ſic extorqueat, vt v. g. quis poteſt homicidam apud Iudicem accuſare, poteſt quis repetere pecuniam ludo amiſſam; inquiritur? An ſi vir nobilis ob verecundiam accuſaturus non erat, aut ex alio motiuo accuſare nolebat, vel pecunias perditas nolebat in Iudicio repetere, poſſit adhuc accuſationem, & repetitionem minari, & retinere illa, quæ ſic minando ab aliquo extorquet, & hæc poſſe docent Leſſius *de Iuſt. lib.2. cap.17. dubio 6. n.42.* Sanchez *de Matrim. tom. 1. lib. 4. diſp. 5. numero 9.* Caſtro Palao *in opere morali tom. 1. tract. 2. diſp. 1. puncto 10. num. 5.* Diana *p.4. tract.4 reſ.34.* ex eo quia ei ſi non habeat animum, habet tamen Ius accuſandi, eoque Iure vti poſſe, quod quidem Ius eſt prætio æſtimabile, ſiue habeat animum eo vtendi, ſiue non.

17 Nec obſtat Molin. *de Iuſt. & iure tom. 2. tract. 2. diſp. 514. num 4.* qui contrariam negatiuam ſententiam docuit ex eo, quia fallacia, ac ſimulatione, ac iniuſtè ab illo extraxit, & dolus in hoc caſu dedit cauſam contractui; quia reſpondeo cum ſupra relatis, quod iſte non fuit dolus malus, ſeu iniuſtus, ſed iuſtus; Nam iuſtè poterat minari accuſationem, & repetitionem pecuniarum in Iudicio, ſiue haberet animum, ſiue non, nec illud, quod datur, datur vt deponat animum, ſed vt reipſa non accuſet, nec pecuniam repetat, & Iuri accuſandi, aut repetendi cedat, quorum vtrumque ille præſtat.

AD TEXTVM IN CAPITE II.

Afferte, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte ferè comprehendit omnium præſumptionum, & indiciorum materiam, & ſic generalis eſt ad vniuerſam tractationem earum. De probanda filiatione applicabis dicta *ſuprà in cap. per tuas de probationibus per tres quæſtiones.* Et quatenùs hic agi valet de diuiſione; applicabis dicta *in cap. licet de probationibus*, aliquid hîc *ſub q.4.*

Qvæstio I.

Quare ex violenta præſumptione feratur ſententia definitiua, cum nec ea ſola, nec ex aliis præſumptionibus abſque aliis adminiculis queat aliquis condemnari? Et an ex præſumptionibus, poſſit aliquis damnari in Iudiciis criminalibus: Et quæ pœna?

SVMMARIVM.

1 Cap. litteras 14. *verſic.* quocirca hoc tit. & num. 29.
2 Cap. præterea 37. de Teſtibus, & n.32.
3 L. abſentem 5. ff. de pœnis, & num. 4. & num. 33.
4 L. ſi adulterium, §. penult. *verſic.* vtique, ff. ad leg. Iul. de adult. & n.34.
5 *Præſumptio minùs eſt, quàm ſemiplena probatio, quomodo intelligatur, expenditur numero 39.*
7 *Præſumptio violenta eſt ſufficiens ad ferendam definitiuam ſententiam: Expenditur* numeris ſequentibus, & n.26.27.28.
8 *Præſumptio generaliter diuiditur in eam quæ iuris eſt, & in aliam quæ vocatur hominis.*
9 *Præſumptio Iuris quæ ſit, & quam probationem faciat, n. 10.11. & 12.*
13 *Præſumptio Iuris & de Iure, quæ, & qualem probationem faciat. n.14.15.16.*
14 *Præſumptio Iuris, in quo diſtinguitur ab ea, quæ eſt Iuris, & de Iure.*
15 *Præſumptio Iuris, & de Iure, ſiue ſumitur ab humanis principiis, vel à naturali cauſa, num. 16.*
17 *Præſumptio hominis, quæ, & qualiter probet cuius Diuiſio multiplex, n.18.*
18 *Præſumptio hominis eſt leuis, aut grauis, & vehemens, ſeu violenta: Et quæ ſit vnaquæque n.19. & 20.*
21 *Præſumptio hominis diuiditur etiam in temerariam, & probabilem, in neceſſariam credibilem, ſeu veriſſimilem, n 22.23.24. & 25.*

Textus

26 *Textus noſter de qua præſumptione intelligatur, n.27.28.34.35.36.37.*
30 L. 2: §. fin. Cod. de hæreticis.
31 *Hæreticus impœnitens aduerſus quem accuſatione proceditur, pœna ordinaria punitur, ſi deficit in purgatione.*
33 *Præſumptio quæ oritur ex facto partis allegari, & probari debet, non ſi aliundè, numero .35.*
35 *Præſumptio de qua noſter textus, cur allegatione partis non indiguit, n.36.*
36 *Iudex ex officio inquirens, allegatione omiſſa ſupplet defectum.*
37 *Præſumptio in pluribus non eget allegatione.*
38 L. illicitas, §. veritas, ff. de Officio Præſidis.
Præſumptio Iuris, & de Iure plenè probat.
40 L. Lucius 38. ff. de condition. & demonſt.

1 Difficultatem faciunt textus *in cap. litteras* 14. in verſic. *quo circa hoc tit.* vbi dicitur quod quis ex præſumptione violenta non condemnatur de crimine hæreſis, quod accipit implicationem aliquam; ſiquidem præſumptus hæreticus deficiens in purgatione Canonica impœnitens eſt, Gloſſa *in cap. inſinuatum de Simon.* qui licet tradatur Curiæ ſæculari; tamen priuatur beneficio, & officio, vel retruditur in Monaſterium, *cap. inter ſolicitudinem de purgatione Canonica.*

2 Augeturque difficultas ex textu, *in cap. præterea 27. de Teſtibus*, vbi ſola violenta præſumptio abſque aliis adminiculis, non ſufficit ad hoc; vt
3 quis condemnetur. † Et ex textu *in l. abſentem 5. ff. de pœnis*, quo probatur præſumptionem ſufficientem non eſſe, vt per eam Iudex pœnam ordinariam imponere poſſit.

4 Deinde fit dura deciſio noſtri textus; quia eſto quod ex violenta præſumptione ſententia fieri poſſet; tunc demùm procederet, ſi pars eam allegaret, & probaret iuxta textum, *in l. ſi Adulterium*, *§. penult.* verſic. *vtique ſi eleganter, ff. ad leg Iul. de Adulteriis*; ergo iam tunc Iudex non ex præſumptione, ſed ſecundùm allegata, & probata ſententiam ferret, vt probat textus *in l. illicitas, ff. veritas, de officio Præſidis, cap Iudices 4. q.7.*

5 Tum etiam ex eo, quia præſumptio minùs eſt quàm ſemiplena probatio; ſed ſic eſt quod nemo poteſt damnari, niſi manifeſta, & plena probatione conuictus fuerit; ergo ex præſumptione non debuit Salomon hic ad ſententiam definitiuam peruenire: probatur maior ex Ioanne *conſ.*129. quod incipit *in caſu*, verſic. *ſecundo monetur, num.*2. Iulio Claro *lib.5. receptarum ſentent.§ fin.q.* 20. & facit doctrina textus *in cap. nuper de Teſt. & in l. Iuriſiurandi, Cod. eodem*, vbi non Iuratus teſtis ad præſumptionem, non ad ſemiplenam probationem pertinet. Et minor probatur *ex dicta l. abſentem, ff. de pœnis in illis verbis* ibi, *ſed nec ex ſuſpicionibus debere aliquem condemnari.*

6 Denique durior fit deciſio textus noſtri, quia cum hic ageretur de probanda filiatione, non eſt cur Rex Salomon hic præciperet vt viuus infans vni adiudicaretur matri, eo quod eius viſcera commota eſſent, cum ipſum antea diuidi mandaret, vt ex hoc præſumptionem haberet, quæ nunquam ſufficare potuerit; ſiquidem filiationis probatio ex præſumptis probationibus non ſufficit iuxta textum *in l. Lucius* 83. *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.*

His ergo non obſtantibus dicendum eſt quod ex præſumptione violenta fertur ſententia definitiua, iuxta noſtrum textum, & Iura, *in cap. litteris* 12. *cap. litteras* 14. *hoc tit. cap. contumacia de hæret. lib.6. cap. cum in iuuentute hoc tit. cap. cum in tua Diœceſi de vſuris, cap. de hoc de Simonia, l. Conſiliarius, Cod. de Aſſeſſoribus, & Domeſticis. l.*1. *Cod. ad leg. Cornel. de ſicariis, l.* 11. *qui Adulterium, Cod. ad leg. Iul. de Adult. l. eum qui, Cod. de Epiſcop. & Cleric. l.*12. *tit.* 4. *p.* 3. *l.* 12. *tit.*17. *p.*7. *cap. decernimus* 3. *q.* 9. *cap.* 2. *de Confeſſis, cap. is qui fidem de ſponſ. cap. præterea de confirmatione vtili, l. fin. Cod. de accuſat. l. Neſinius* verſic, *veriſimile, ff. de negotiis geſt.* vbi communiter agunt Interpretes ordinarij, quibus addo Menochium *de præſumpt. lib* 1. *q.* 9. *num.* 7. *& de arbitrariis caſu* 270. *num.* 5. Maſcardum *de probationib. concluſ.* 1228. Gomezium *lib.*3. *variar. cap.* 12. *num.*25. Oſualdus ad Donellum *lib.* 23. *cap.*3. *littera A, & lib.*25. *cap.*3. *& lib.*24. *cap.* 19. *littera F*, Plures adducunt hic Barboſa, & Graña, Zenedo ad noſtrum textum, *collect* 62. Riccius *collect.*133. *&* 134. *& collect.*179. Melius *collect.*1785. *&* 1857. *&* 2067. vbi plura reſumptiuè tangit optime ex multis Farinacius videndus *in praxi tom.*2. *q.*36. *à n.* 85. *& q.*86. *tom.* 3. *à num.*52. *vſque in finem quæſtionis*, Patianus *lib.* 1. *de probat. cap.*8. *& cap.*11, 12. *&* 13. idem Zenedus *collect.* 1563. Gratianus *Reg.* 374. *&* 384. *&* 385. 7

Sed vt huius noſtræ concluſionis rationem verè adipiſci poſſis hic opere pretium erat, vt repeterem ea quæ *ſupra in Rubr.* adduxi, & ſic etiam neceſſum eſt ſcribere, quæ ibi in hunc reſeruaui locum circa præſumptionem, diuiſiones, à quarum cognitione dependet vera noſtri textus, & totius tituli intelligentia. Quare breuiter dico generaliter diuidi præſumptionem tripliciter in eam primò quæ vocatur iuris. Secundò in eam quæ vocatur iuris, & de Iure. Tertiò in eam, quæ vocatur hominis, & quælibet harum habet nonnullas ſubdiuiſiones, quas etiam laconicè ſcribam, ſic diuidunt communiter Doctores relati, & alij omnes, qui de præſumptionibus ſcripſerunt. 8

Igitur iuris præſumptio *eſt quando Ius in re dubia aliquid præſumit, nihil de ſuper conſtituendo quod pro Iure habeatur* iuxta textum *in l. pactum; ff. de pactis, l. quintus Mucius, ff. de donation. inter virum, & vxor. l.*1. *Cod. ad exhibendum: l. ſiue poſſidetis, Cod. de probat.* ita Gandinus *in tit. de præſumpt. & indiciis dubitatis, n.*8. Maſcard. *de probat. q.*10. *n.*32. *lib.*1. *& lib.*2. *concl.* 1221. *n.*1. vbi allegat exempla plura huius præſumptionis, quæ etiam tradit Menochius *lib.* 1. *de præſumpt. q.* 4. *poſt n,*1. verſic. *res exemplis clarior, & n.* 2. tradit Farin. *dict. q.*36. *à n.*86. † Vbi ex Bald. *in l equidem, num.*5. *Cod. de accuſat.* definiuit dicens quod eſt *ſimilitudo quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur credenda*, & refert probari ex doctrina textus *in l.*1. *Cod. de contrahenda, & commit. ſtipulation. & in l. Iuris gentium, §. quod ferè ff. de pactis.* Et ex Alciato, Simancas, Maſcardo, Mant. Menoch. & aliis, ait quod *eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur*, & hanc ſequitur Maſc. *de probat. lib.* 1. *q.* 10. *à n.*34. vbi ponderat ſingula eius verba, & Fab. *lib.*5. *inſtit. Orat. c.*9. ait etiam 9 10

eſſe cum aliquibus poſitis veriſimiliter, atque probabiliter, non aut neceſſario ſequitur quod intendimus, ſic refert Menochius *ſuprà dicta q.4. n.1.* verſic. *& verè*, & Baldus iterùm *in Rubr. de probationib. num.4.* dixit *eſſe applicationem animi legiſlatoris ad veriſimile onus probandi transferens*, à qua non multùm differt illa Saliceti *in eadem Rubr. Cod. de probat.* & cum eo Maynerius *in l.1. in obſcuris, num.4 ff. de Reg. Iuris*, dum ſimpliciter dixerunt præſumptionem *eſſe animi applicationem quandam ad alteram partem.*

11 Et ex Menochio, & alij *ſuprà* relatis, duxi huius præſumptionis exempla aliqua proponere, vt clarior fiat. Et prima eſt ea, quæ deducitur ex caſu textus *in l. ſi Chirographum 24. ff. de prodationib.* vbi præſumitur ſolutio ex cancellato Chirographo. Et ea, nempe quæ deducitur ex textu *in l. qui duos, §. cum Bello, & §. fin. ff. de rebus dubiis*, qua præſumitur Patrem ante filium puberem deceſſiſſe; cum aſcendens priùs intelligatur mortuus, quàm deſcendens, aut filium impuberem priùs deceſſiſſe; vbi vterque vno caſu: v. g. naufragio extinctus eſt, cum ætas impuberis videatur magis obnoxia repentino caſui, & iuxta ea quæ de hoc caſu tradit ſimillima Couarr. *lib.7. variar. cap.7.* & alium refert *in Rubr. hic*, §.2. Andreas Valenſis *ex cap. ex ſtudiis 3. cap. mandata 6. cap. cum in iuuentute 15.* nempe qua præſumitur, quem in adoleſcentia bonis moribus imbutum, etiam in ſenectute eſſe
12 probum, & econtra. † Et hæc dicitur liquidiſſima probatio *ex l. licet Imperator, ff. de leg. 1. cap. cum dilecti*, & ibi Abbas *de donation.* & habetur pro veritate, eique ſtatur; donec contrarium probetur *ex l. fin in principio. ff. quod metus cauſa* vbi Gloſſa, *& cap.1. hoc tit.* de quo dico vberius *quæſt. ſequenti.*

13 Præſumptio Iuris, & de Iure eſt, *cum lex, aut Canon. ita aliquid præſumit, vt ſuper tali præſumptione ius firmum ſtatuat, & eam pro veritate habeat*, & Bald. *in Rubr. Cod. de probationib. num. 4.* dixit eam *eſſe animi applicationem ad veriſimile confirmatam ſanctione.* Et Menochius *de præſumpt. lib.1. q.3. num.14.* dixit, *quod ſit fidei certitudo, non ab euidentia rei, non à ratione ducta: ſed ab authoritate credibili*, vel vt ait Baldus *in l. ea quidem, Cod. de accuſation. n.6. eſt ſtatus à Iure promulgatus ex indubia coniectura*, per textum *in l. cum oſtendimus, §. fin ff. de fideiuſſorib.* vel vt ait Romanus *in l. ſi duo, ff. de acquirenda hered. eſt ea quæ in lege ſcripta eſt; & ita ab ea ſancitum, ne contrarium probari poſſit* ibi *n.8.* vbi refert, quod ſi ſtatutum introduceret aliquod genus priuationis, velletque illud eſſe plenam probationem, plenamque fidem facere, talis probatio eſſet præſumptio Iuris, & de Iure: ſic ex Baldo, & Romano, atque ex aliis docet Cardinalis *in cap. is qui fidem, numero 23. de ſponſalibus*, per quem textum exemplificat Valenſis *in Rubr. hic dict. §. 2. num. fin.* quod talis eſt præſumptio Matrimonij, quæ oritur ex concubitu Sponſi cum Sponſa, ſed hoc de Iure, quia ex noua deciſione Trid. *ſeſſ. 24. cap.* hæc præſumptio circa Matrimonium ex ſolo concubitu iam eſt ſublata, vt dico *infrà* ſed extant huius præſumptionis exempla, *in l. antiqua, Cod ad Senatus conſult. Velleian. in leg. fin, Cod. ad Macedonianum, in leg. fin. circa principium, Cod. arbitrium Tutelæ, §. penultimo in Auth. vt liceat Matri, vel Auiæ* Item & de Iure Canonico *in cap. de illis de ſponſatione impuber. in cap. per tuas de conditionibus oppoſitis, in cap. ſignificauit de eo, qui duxit in Matrimonium, quam pol. per Adult. in cap. inſuper, qui Matrim. accuſare poſſunt.* Alia exempla videbis per Menochium *de præſumptionibus, lib. 1. quæſtione 97. à num.2.* adducit alios Farinacius *dict. q.36. à num.100.*

Imò Abbas, & Felinus *in cap. quanto hoc tit.* 14
in eo diſtinguunt præſumptionem Iuris a præſumptione Iuris, & de Iure, quod vbi lex aliquid præſumit, & ſuper præſumpto nihil ſtatuit, nec vlterius proceditur, dicatur tunc Iuris præſumptio ex dictis *ſuprà* in verſic. *igitur*; At vbi præſumit, & ſuper præſumpto firmat pedes, & ſuper eo ſtatuit, tunc dici præſumptionem Iuris, & de Iure, ſic Gandinus declarat *in tit. de præſumpt. & indiciis dubitatis, num. 9.* Nouell. *in practica crimin. Rubr. Indicia, quæ procedere debeant, num.50.* Maſcardus *de probat. lib. 3. concluſ. 1222. num.1.* Menochius *lib. 1. de præſumpt. quæſt. 3. num. 18.* vbi propterea ideò dicit appellari præſumptionem Iuris, & de Iure, tam Iure Ciuili, quàm Canonico inductæ ex eo quia à lege non ſolùm introducta ſit; ſed quia, ſuper tali præſumptione lex inducit firmum Ius & eam habet pro veritate, tenuit Felinus *in dicto cap. quanto, num. 3.* Maſcardus *de probat. quæſt. 10. num. 48.* & ipſe Menochius *dicta quæſtione 3. à num. 20.* ponit quod ad hoc, vt dicatur præſumptio Iuris, & de Iure non eſt neceſſe quod lex, ſeu ſtatutum prohibeat probationem in contrarium, ſed ſufficit, quod illam habeat pro certa, & plena probatione: Nam quod poſtea ea non admittatur, venit ex natura præſumptionis abſque eo, quod exprimatur, vt *in l. à Diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re Iudicata*, cum aliis, de quibus latè dico *quæſtione ſequenti.* Et hæc præſumptio Iuris, & de Iure ſemper deſumitur ex actis temporis præteriti; non autem futuri, Euerardus in loco à tempore *ad tempus*, & Valenſis *in Rubr. hîc, §.3. n. fin.*

Hæc autem præſumptio Iuris, & de Iure, alia 15
ſumitur ab humanis principiis, alia à naturali cauſa. Præſumptio, quæ ab humanis ſumitur principiis eſt ea, *quæ naſcitur ab indiciis, & coniecturis humana lege, & ratione probatis.* Et iſtæ coniecturæ, ex quibus naſcitur hæc præſumptio ſunt apparentes, ex quibus oritur quædam neceſſitas legitima, exemplum eſt in eo, quem probatum eſt exiuiſſe de domo, vbi poſtea cadauer occiſi hominis repertum fuit cum nudo, & cruento, ac diſtricto in manibus gladio vna cum veſtibus ſanguine madefactis: docet Baldus *in Rubr. Cod. de probat. num 6.* verſic. *exemplum*, idem *in l. fur eſt, num.2. ff de furtis*, Antonius Gomez. *var. reſol. tom.3. n.11. c.1.* ibi Haill. *cum plurib.* Menoch. *de arbitr. caſu 270. n.18. lib 2.* Maſc. *de probationib. lib.1. concl.23, n.2. & concl. 867. num. 25. & 26. & in concluſ. 1220. & 1221.*

Præſumptio autem naturæ, quæ & etiam 16
neceſſaria à Doctoribus appellatur ea eſt, quæ ab humana ratione, ſeu coniectura ducitur, ſed à naturali, exemplum erit in muliere lac habente in mammis ex quo oritur violenta præſumptio, quod fuerit corrupta, vt dixit Baldus *ſuprà dicto num. 6.* & adduxi ego *in Rubr.* tradit ex aliis Farinacius de *Tortura quæſtione 36. à numero 125. & 129.* vbi etiam exemplificat cum Baldo in homine, cui fuit caput amputatum; quia inde naſcitur præſumptio naturæ, quod mortuus

mortuus fuerit; quia natura non patitur, quod homo viuat ſine capite. Item ponunt alia exempla Menochius *lib. 1. de præſumptionib. quæſt.* 3. *à n.*2. Maſcardus *de probat. q.* 10. *à num.*17. *& concluſ.* 1219. *à n.*2. qui optimè iſtam rem exemplis declarant.

17 Præſumptio verò hominis, *eſt ſuſpicio cauſata in animo iudicis, vel alterius ex variis coniecturis, argumentis, vel indiciis*: ita Abbas *in cap. quanto, hoc tit.* quæ licet non multùm placeat Menochio *de præſumptionib. lib.*1. *quæſt.*5. *num.*16. propter verbum, *ſuſpicio*, ibi poſitum, quod minus eſt ſecundùm ea, quæ dixi, *ſupra in Rubrica quæſt.* 1. Quare poteſt dici cum Baldo *in l. ea quidam, num.*4. *Cod. de accuſationib.* vt *ſit quidam conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura*: Et hanc videtur ſequi Valenſis *in Rubrica hic*, §. 2. *num.* 1. & ob id Menochius *ſupra à num.*4. ponendo differentiam inter præſumptionem iuris, & hominis, dicit quod hæc propriè dicitur illa, quæ à iure expreſſa non eſt, ſed iudici committitur, vt inſpiciat quid ſibi videatur iuxta, *l. minor* 25. *annis addito præſide, ff. de minoribus, l. verum, ff. de donation. inter, l. ob carmen*, §. *ſi teſtes, ff. de Teſtibus*, & allegat ipſe alia in propoſito; non enim præſumptiones, quas homo facit, potuit lex approbare, quia multæ, variæque ſunt & ex multis cauſis oriuntur, non comprehenſis ſub lege: & ſic Abbas *ſupra num.* 3. dixit quod in hac hominis præſumptione; non poteſt dari certa Doctrina; licet oriatur ſemper ab aliqua cauſa, quæ de facili poteſt per leges regulari: & in hunc ſenſum poterit intelligi Sarmiento, *in ſelect. lib.* 1. *cap.* 9. *num.*9. quo voluit nullam dari hominis præſumptionem, quæ lege non nitatur, vt in multis exemplificat Gandinus *in tit. de præſumptionib. & indiciis, dubit. num.* 6. Alia refert Farinacius *de tortura, dicta quæſt.* 36. *à num.*93. & hoc modo etiam admitterem aliam Maſcardi definitionem, qui *dicto lib.* 1. *de probationib. quæſt.*10. *num.*24. *&* 25. dixit dici præſumptionem hominis, *cum Ius de homine aliquid præſumit.* vt purà quod homo non præſumitur iactare ſuum, *l. Campanus, ff. de operis libertor*; & quod quilibet præſumitur bonus, & non malus, *cap. dudum, hoc tit.* licet reuera hæc exempla magis ſpectent ad præſumptionem iuris, cum ſint in eo expreſſa.

18 Item hæc præſumptio ominis diſtinguitur communiter à Doctoribus in leuem, ſeu non vehementem, grauem, ſeu vehementem; item & in uiolentam. Leuis, ſeu non vehemeus, eſt quædam inclinatio animi boni viri ad eligendum alterum extremorum ex intellectu proueniens, & coniectura nobili: ita Baldus *in Rubrica de probationib. dict. num.* 4. & Alexandr. de Ales dixit, *in ſumma, p.*3. *quæſt.*45. *membro* 7. *eſſe in qua parua adeſt coniectura mali, & multa ſigna boni, vt quia multa ſunt ſigna boni, & nulla, & parua mali.*

19 Vehemens præſumptio eſt animi applicatio boni viri ad valdè veriſimile: ita Baldus *ſupra*, Menochius *de præſumptionib. lib.* 1. *dict. quæſt.*5. *n.*12. *& quæſt.*8. *ſub, num.*1. per Tex-
20 tum, *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* † Violenta tamen præſumptio, quam aliqui Doctores dixerunt eſſe, idem eſſe quod indicium indubitatum, *eſt ea, ex qua animus iudicantis in contrarium perſuaderi non poteſt, nec eius intellectus*

verti poteſt in conſcientiam appoſitam: Alia tradit Farinacius cum multis aliis, *dicta quæſt.* 36. *de tortura, à num.* 110. vbi *num.* 117. addit cum Baldo *in dicta l. ſiue poſſidetis, num.* 5. *Cod. de probationibus*, & aliis, quod violenta dicitur præſumptio ea; quæ iuris eſt, & multò magis ea, quæ eſt iuris, & de iure. † Et proſe- 21
quens materiam, *à num.* 11. eam hominis præſumptionem diuidit in temerariam, & probabilem, quaſi hæc ſit ea, quando ſunt multa ſigna mali, & praua, vel exigua boni. Temerariam, quando ſunt multa ſigna boni, & nulla mali, de quo optimè Gandinus *tit. de præſumptionib. & indiciis in dub. à num.* 10. Et de temeraria dixerunt nihil probare; quia à Iure reſpuitur, vt tradit, *in Rubrica* Valenſis, §. 2. *num.*2. ex Textu, *in cap. inquiſitioni*, §. *in* 2. *diſtinguimus, de ſententia excommunic. cap. oues paſtorem* 6. *quæſt.* 1. ibi: *omnis ſuſpicio eſt potius repellenda, quam approbanda, vel reſpicienda*; ob id que dixit Pontifex; *in cap. primo ſemper* 2. *quæſt.* 1. nullo ſuſpicionis arbitrio iudicandum: Et videbis quæ de hac hominis præſumptione expendit latè Parianus, *lib.* 1. *de probationibus, cap.*9.

Et alias de diuiſione præſumptionum tradunt 22
Menochius *dicto lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 1. & Farinacius *dicta quæſt.* 36. *à num.* 130. ex Quintiliano, *lib.* 5. *inſtit. orator. cap.* 8. quem ſequutus eſt Duarenus *lib. diſputationib. anniuer. cap.* 27. veluti in neceſſariam, & credibilem ſeu veriſimilem, aut in non repugnantem. † Neceſſa- 23
ria dicitur illa, *cum de aliquibus poſitis neceſſario inde efficimus quod intendimus*; pro vt eſt præſumptio iuris, & de iure, & naturæ; de qua iam dixi. † Credibilis, ſeu veriſimilis eſt, *cum* 24
aliquibus poſitis veriſimiliter, & credibiliter, non autem neceſſario ſequitur quod intendimus, vt eſt præſumptio iuris tantùm. † Non repugnans 25
præſumptio, aliud non eſt, niſi præſumptio hominis; de quibus videbis Menochium *de præſumptionib. quæſt.*3 4. *&* 5. *lib.*1. qui *quæſt.*46. *à num.* 1. diſputat an iuris præſumptio dicatur diſpoſitio legis, & in quibus differat hominis præſumptio à credibili, & veriſimili dixi, *ſupra* Et colliges ex his, quæ tradit Farinacius *d. q.* 34. *de tortura à n.*93. 133. *&* 134.

Iam ergo venit inquirendum de qua præſum- 26
ptione Textus noſter intelligatur, cumque ex omnibus præſumptionibus poſſit iudex deuenire ad condemnandum, vt dico *infra*: & hoc intelligatur etiam de præſumptionibus hominis, vt docent Abbas *hic num* 5. dicens poſſe iudicem ſe mouere ad condemnandum ex præſumptionibus, quas ipſe ſolus elicuit iudicio ſui intellectus, & Marſilius *in l.*1. §. *idem Cornelio, num.* 3. *poſt medium, ff. de quæſtionibus*, Boſſius *in tit. de conuict. n.*20. *&* 21. vbi hominis præſumptiones, eas dicit in propoſito quas iura iudicis arbitrio remittunt, vt iuxta facti, & perſonarum qualitatem præſumat: Alios adducit videndus, Farinacius *de Reo confeſſo, quæſt.* 86. *num.* 87. & Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1221. *à numero* 73. Menochius *libro* 1. *de præſumptionib. quæſt.* 58. *à num.*20. *& quæſt.*97. *n.*15. *&* 16.

Vnde cum in iudicio ciuili ſufficiat præſum- 27
ptio violenta ad ferendam ſententiam, vt præſens ex interpretibus probat in noſtro Textu ſalomonis iudicium, & ex eo etiam; quod duæ ſemi

ſemiplenæ probationes diuerſi generis , vel plura indicia , ſeu præſumptiones , bene inducant plenam probationem , vt probat Textus *in l.quæro , §.fin.ff. de edilitio edicto* , vbi Bartolus Baldus , & Albericus ; Gloſſa ordinaria , *in l. 2. §. ætas , ff. de excuſat. tutor.* Baldus *in l. ſpadonum , §. qui iura , ff. eodem , & in Rubrica , ff. de probationibus* , Couarruuias *in cap. Raynucius , §. 11. num.1. de teſtament.* Antonius Gomezius *tom. 3. variar. cap. 5. num. 4. & cap.12. num. 26.*

28 Sequitur , vt vera ratio violentæ præſumptionis ex noſtro Textu deſumptæ , conſiſtat in pietate , ac dilectione parentum circa filios iuxta Textum , *in l. iſti quidem iu fine , ff. de eo , quod metus cauſa* , & matris amor , longe amori patris excedat : argumento Textus , *in cap. fin. de conuerſ. infidel. cap ſi mulier 17. quæſt. 5.* merito Salomon in præſenti , cum ex maxima commotione viſcerum illius mulieris , quæ reſtitit Diuiſionem infantis viui , inſpiceret eam eſſe veram matrem , & aliam , quæ ècontra ad diuiſionem inſtabat ex eo potius odio haberet , quàm diligeret , adiudicauit ex tali violenta , & bene arbitrata præſumptione filium veræ matri : ſic Panormit. *hic num.* 1. Butrius *num.*4. *&* 5. Imola *num.*2. Graña *num.* 2. qui ex loco Ciceronis ait , vt non poſſit eſſe vanus iudex ille, qui ex ſuſpicione certa mouetur , Alciatus *de præſumptionib. reg.*1. *&* 14. Maſcardus pluribus adductis *de probationibus , lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 2. non enim debebat impia illa mulier, quæ ſe matrem dicebat obtinere in petitione propter maximam eius crudelitatem , & malitiam , cui indulgere iudex non debebat : argumento Textus *in cap. ſedes Apoſtolica* 15. *de reſcriptis , cap. ex parte tua , qui matrimonium accuſ. poſſ. l. in fundo* 39. *ff. de rei vind. l. non ex dolo* 13. *ff. de dolo,* Azeued. *in l.6. tit.5. lib.* 4. *Recop.* quæ in pœnam , amplius audita non eſt eius , fraude detecta , nec audiri debuit , quamuis iuraſſe rem ſe aliter haberi , vt tenet Bernardus , verbo *nec mihi , & tibi ſit*, & melius *in cap.dixit Dominus* 2. verbo *ſuſpicio* 3. *quæſt.*1. quia iniquum eſſet ,[vt lex improbis faueret,ac probos deſtitueret,quod multis iuribus comprobat Sarmiento, *lib.*2.*ſelector.cap.*12.*n.*2.

29 His ergo ita conſtitutis non obſtant dubia relata , *ſupra in principio* , non Textus , *in dicto cap. litteras* 14. *hoc tit.* in verſic. *quo circa.* Quia reſpondeo Textum illum non loqui in præſumptione violenta , vel vehementi legitima , ſed minus idonea , quæ non ſufficit ad proferendam ſententiam ; ſiquidem præſumptio illa non ex maximis , ſed ex minimis ſignis , coniecturis , ſeu præſumptionibus ſumitur , vt colligitur ex verbis illius Textus , ibi : *propter ſolam ſuſpicionem , quamuis vehementem* , & ibi Gloſſa verbo , *vehementem* , Panormitanus *numero* 5. Felinus *num.* 21. Graña *hic numero* 12.

30 † Vbi & ante eum alij dicunt huic reſolutioni non obſtare Textum , *in l.* 2. *§. fin. Cod. de hæret.* nam ibi tantùm ſufficit leue argumentum quo ad facultatem inquirendi contra hæreticum , non verò ad hoc , vt habeatur tanquam conuictus : & per eadem verba Graña explicauit , Doctor D. Martinus , de Oña primarius compluti , & ego amplius expendo ex his , quæ *infra* , dico , & cum Farinacio *de reo confeſſo , quæſt.* 86. *à num.*87. vbi diſtinguit inter præſumptiones violentas indubitatas ; licet hominis ſint , & inter eas , quæ violentæ , nec indubitatæ ſunt , Menochius *de præſumptionib. lib.*1.*quæſt.*94.*num.*2.verſic.*tertius eſt caſus* , & amplius *quæſt.* 97. *à num.* 16. Boſius *de conuicto , num.* 37. qui loquitur in violentiſſimis præſumptionibus.

Nec vrget quod ibi in confirmationem adduxi 31
de hæretico impœnitēte deficiēte in purgatione Canonicâ;quia & ſi impænitens dicatur : tamen ſi aduersùs eum agatur per accuſationem,punietur pœnâ ordinariâ , ex quo deficit in purgatione Canonica ; quia ineſt præſumptio iuris , & de iure, ſecus verò ſi agatur per inquiſitionem ; quia tunc ſolùm punietur priuatione officij, & beneficij , ſeu detruſione in Monaſterium , *ex dict. cap. inter ſolicitudinem de purgatione Canonica* : ſic diſtinguunt Abbas *in cap. acceptum , num.* 7. *de accuſat.* Felinus *in cap.inſinuatum de ſimonia*, Morla *in emporio , quæſt.*3.*tit.*12. Graña *hic num.*9. Applicabis quæ congerunt , Farinac. *de condemnatione violentæ ſuſpicionis de hæreſi* 65. *q.*187. §.4. Souſa cum aliis *in aphoriſm.inquiſit.lib.*2.*cap* 32.

Minus obſtat Textus . *in dicto cap. præterea de* 32
Teſtibus , de cuius intellectu latè in eius repetitione adduxi, vbi videtur probari quod ſola violenta præſumptio abſque aliis adminiculis non probat ; quia ex eo tantùm probatur quod violenta præſumptio inducitur ex teſtimonio de auditu, fama , ſeu ex aliis argumentis , quibus perſpectis iudex arbitrabitur , an hæc ſufficiant ad inducendam violentam præſumptionem : ſic Graña *hic n.fin.* vbi alia refert,& Doctor Oña in repetitione ad hunc Textum *n.*77.

Et Textus *in dicta l. abſentem de pœnis* , ibi : 33
ſed nec ſuſpitionibus debere aliquem damnare , non negat poſſe quem ex præſumptionibus violentis , iuris , & de iure damnari in pœnam ordinariam ; ſed ſolùm affirmat quod ex ſolis ſuſpicionibus , non poteſt aliquis puniri , tradit Matienço *hic num.*86. Graña *num.*10. & in hoc caſu intelligitur Gloſſa ibi, verbo *damnari in fine*, quatenus docet ex præſumptionibus hominis,quem non poſſe criminaliter condemnari,de quo dico in dubio ſequenti.

Nec iterum obſtat Textus *in dicta l. ſi adul-* 34
terium , §. penult. verſic. *vtique ſi eleganter* ; quatenus probatur ex eo quod ad hoc vt quis præſumptione condemnetur , debeat à parte allegari, & probari. Quia reſpondeo diſtinctione , de qua hîc Graña *num.*4. Oña *in repetitione, num.*74. Menochius *de præſumptionib.lib.*6.*præſumptione* 63. *num.*37. idem *lib.*1.*quæſt.*48.*num.*1. Bartol. *in dicta l.ſi adulterium,num.*14 Baldus *in l.alia,num.*1.*Cod. de his quibus vt indignis*, Aretinus *con.*112. *in fine*, nempe quod aut præſumptio dicitur ex facto partis,aut aliunde in primo caſu allegari , & probari debet , in ſecundo verò poterit iudex animum informare ad præferendam ſententiam,etiā non allegata præſumptione pro parte ; quia cum præſumptio oritur ex facto partis,& non allegatur,non præſumitur vera : quæ ratio ceſſat cum aliunde oritur , vt in noſtro Textu iuxta Doctrinam Bartoli , & aliorum, quos refert Couarruuias *in cap. Raynutius de teſtament.* §. 11. *ſub n.*1. in verſic.*ſed quoties*,vbi dicit quod quoties præſumptio non ex facto, vel animo proprio tātùm ſed alterius oritur,non eſt neceſſaria eius allegatio,ſed ſatis erit factum ipſum deducere, vt probāt omnes per Text.*in l.omnes,§.lucius,ff.de his quæ*

in

in fraudem creditorum: Et applicabis quæ adducit Gratianus *reg.*185.*n.*17.cum multis.

35 Ex quo refert Felinus dixiſſe, *hic num.*4. non fuiſſe neceſſariam in Textu noſtro allegationem quia; præſumptio non tantum deducta fuit à facto ipſius Matris veræ, ſed & ſimul à facto alterius. Verùm ipſe Couarruuias affirmat in ſpecie noſtra non eſſe neceſſariam prædictam ſubtilitatem, & diſtinctionem, eo quod vera ea Mater ſæpiſſimè allegauerat illum infantem eſſe proprium filium, quæ eſt ſufficiens. Nec requiri ait hac in re allegationem præſumptionis ipſius, ſed ſatis eſſe allegare id, ad quod præſumptio tendit, vt oſtendit in exemplo ſequenti; nam ſi quis, v. g. contendat in iudicio ſe ipſum excuſare ignorantia, ſat erit allegare ignorantiam, & eam probare caſu, quo ipſa non præſumatur. Sin autem ea ignorantia in eo facto à iure præſumatur, non eſt neceſſarium dicere ignorantiam illam præſumi; quia ſufficit eandem allegaſſe ignorantiam.

36 Itaque in noſtro Textu nulla fuit neceſſaria allegatio præſumptionis; ex eo, quod iudex proprio motu, & officio ad veritatem inquirendam illa induſtria vſus fuit, vt ipſe veritatem indagaret. Quo quidem caſu videtur nullam adfuiſſe neceſſitatem allegandi eam, cum in his, quæ ex proprio officio iudex inquirit, allegatione penitus omiſſa, ipſe ſupplere poſſit, vt notatur à Doctoribus, *in l.* 1. *Cod. vt quæ deſunt aduocatis, iudex ſuppleat*, & quo hoc pacto Couarruuias *dicto*, §. 11. in dicto, verſic. *ſed quoties*, circa finem, ait intelligendum eſſe iudicium Salomonis, quod in noſtro Textu maximè commendatur, cui ſimillimum affert illud Suetonij in vita Claudij: *cap.*15. is inquam cæſar negantem iuuenem quendam proprium filium, coëgit ad confeſſionem in dicto iuuenis

37 matrimonio. † Et vt ſatius expendas leges quæ tradit Patian. *de probationib. lib.*1. *cap.* 12. *& ibi*, *à num.* 13. & vberius *à num.*21. vbi refert plures caſus, in quibus non eſt neceſſaria allegatio præſumptionis iuris, veluti, quando ea oritur ex actis proceſſus, aut quando proceditur de plano, & ſummariè vel quando præſumptio colligitur ex regula, vt qui vult conſequens, videatur voluiſſe neceſſarium antecedens. Item non fit, quando ſolùm pendet à ſola voluntate libellantis, ſecus ſi à facto. Nec fit quando aliquid mero iure induceretur, ſecus ſi agatur de præſumptione iuris; nec eſt neceſſaria prædicta allegatio, quando agitur de præſumptione iuris, & de iure: Sed debet allegari præſumptio Dominij, præſumptio ſcientiæ, vel doli, & præſumptio quod quis viuit eſt alleganda; item vbi præſumitur identitas eſt alleganda.

38 Nec obſtat oppoſitum ibi, *in dicta l. illicitas*, §. *veritas*, *ff. de officio præſidis & dict. cap. iudicet* 4. *quæſt.* 7. ex quibus iudex tenetur ſecundùm allegata, & probata ſententiam ferre, de quo dixi, *in cap. dilecti* 6. *de iudiciis*; & ſic non ex præſumptione hic iudicem iudicaſſe; quia reſpondeo quod licet ea Doctrina communiter vera ſit: tamen quia eſt, & alia communis regula, quæ docet iudicem poſſe ſententiam ferre ex his, quæ ſibi, vt iudici nota ſunt, etiam ſi eorum allegatio omiſſa fuerit ex Textu, *in dicto cap. Raynutius de teſtamentis*, adnotant, Innocentius, & Gloſſa *in cap. peruenit de emptione, & venditione*, vbi Antonius, *tit. Abbas Burg. colum.* 2. Felinus *in cap. de quarta de præſcript.* multa congerit Couarruuias *in dicto cap. Raynutius*, *num.* 1. §. 11. qui licet dicat ibi, in verſic. *illud*, ſecus eſſe in præſumptione, quæ deducitur à facto, vel animo ipſius tantùm, pro quo præſumitur, & Ius litigantis ſit iudici manifeſtum, eamque præſumptionem fore allegandam, *ex dicta l. ſi adulterium cum inceſtu*, §. *idem Pollioni*, *ff. ad leg. Iul. de adult.* & Abbas dicit eſſe ſingulare, *hic col fin.* & alij relati à Couarruuias; ideo in præſenti cum talis eſſet violenta præſumptio iuris, & de iure; quæ vera probatio, & ex notorio facto reſultauit; quid mirum ſi eius allegatione omiſſa poſſet Salomon ferre ſententiam, vt docent, hic Graña *num.* 11. Matienco *num.* 18. Maſcardus *de probationib.lib.*2.*concluſ.*1040 *num.*5. Oña *hic n.*75.

Nec obſtat aliud argumentum poſitum, in 39
verſic. *tum etiam*; quia reſpondeo quod in præſumptionibus legibus, verum eſt, vt præſumptio cedat ſemiplenæ probationi; ſecus tamen eſſe in præſumptionibus iuris, & de iure, & violentis, vt hic de quo dico, *& infra* probant Doctores, *in l. ſciant cuncti*, *C. de probat.*

Nec obſtat vltimum, *ex dicta l. Lucius* 83. *ff. de* 40
condition. & demonſt. quatenus probat filiationem ex præſumptione non probari; quia reſpondeo ex his, quæ adducit Graña *hic num* 3 Oña *n.*73. cum Menoch *de arbitrariis caſu* 89 *num.*3.4.7.11. Antonio Fab. *in iuris prudent.Papin tit* 3.*pag* 113. *princ* 4. Oſualdo ad Donellum *lib.*6.*cap.*19 *littera*, *D*, dicentibus legem illam loqui in alio caſu, iuxta ſpeciem, de qua ibi: Et pro vera explicatione adiunges hic quæ adduxi, *ſupra in cap. per tuas* 10. *de probationib. & ibi, quæſt.*2. *per totam* maximè, à verſic. *ad tertiam*, & in verſic. *& cui*, vbi latè de modis probandi filiationem; & cui hoc onus incumbat. Nec enim in illo Textu prohibetur filiationis probatio per famam, & præſumptionem, licet à natura, Pater ſit ſemper incertus ex Textu *in l.*1.§.*pœna*, *ff. de liberis agnoſcendis.*

QVÆSTIO II.

An ex præſumptionibus, & indiciis veniat quis damnandus: Et an in criminalibus pœna poſſit vſque ad mortem extendi: Et quid ſi ciuiliter agatur de crimine: Et an vtique probatum dicatur, quod coniecturis legitimis, ſeu legum præſumptionibus apparet: Et quæ legitimè per præſumptiones probentur?

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes, quorum delicta probantur præſumptionibus, & indiciis regulariter puniuntur extraordinariâ pœna, ſi leues ſint, quid ſi violentiſſima, aut violenta tantùm ſint*, n.2. & 3. *expenditur*. n.ſeq. *Quid in delictis occultis*, n.6.

6 *Delicta occulta, & difficilis probationis puniri queunt pœna ordinaria, ſine tortura per præſumptiones, & indicia indubitata*, n.9 *quid ſi præſumptio ſit tantùm violenta*, n.7.

8 *Pœna capitalis ſequi valet ex præſumptione à lege impoſita.*

9 *Contumax poteſt puniri Corporaliter, & mor-*

tis pœnâ ex indiciis,& præſumptionibus,iudicis arbitrio relinquitur,n.10.

11 *Præſumptio violenta quæ in ciuilibus plenè probat,non ſic in criminalibus.*

13 *Probatum dicitur quod coniecturis legitimis, ſeu præſumptionibus legum apparet: fallit ſi lex loquatur in termino poſitiuo vel ſuperlatiuo, n.14.15.16.17.18.vbi expenditur.*

20 *Probari debent quæ in facto conſiſtunt,& allegantis incumbit probatio,n.21.22.23. & 24. Hæc non præſumuntur.*

24 *Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine,non creditur,niſi probetur.*

25 *Præſumuntur plura etiam ſi deficiat alia probatio,vt n.ſeq.ad 58.*

1 AD primam quæſtionis partem breuiter reſpondeo dicendo diſtinctionem eſſe inter præſumptiones leues, & alias maiores, veluti iuris, & de iure; & quæ vehementiſſimæ ſunt, quaſi in primo caſu nunquam præſumptiones ſufficiant ad condemnandum. Eſt enim regula, quod nemo ex præſumptionibus, & indiciis criminaliter condemnatur, iuxta Textum *in l. abſentem in principio, ff. de pœnis*, vbi Gloſſa, verbo *damnari*, ibi, Bartolus, Menochius *de præſumptionib. lib. 1. quæſt.* 40. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 459. *num.* 8. *&* 9. *concluſ.* 496. *num.* 2. *& concluſ.* 1167. *num.*3. multis adductis Farinacius omnino videndus de Reo conuicto, *quæſt.* 86. vbi plura diſtinguit; & ſic docet contra alios, qui aliud dixerunt; imo & Monticellus, *Reg. crim.* 11. *num.* 2. Chacheranus *conſ.* 65. *num* 48. dicunt regulam veram eſſe etiam ſi præſumptiones eſſent probabiles, & euidentes, ſeu veriſimiles; & ſic ex præſumptionibus temerariis, ſeu leuibus nullam indici condemnationem voluerunt Menochius *lib.*1. *quæſt.* 94. *à num.* 5. cum aliis Farinacius *ſupra à num.* 11.

2 De præſumptionibus autem violentis maius dubium eſt;quia Iaſon *in l.ſeruum fugitiuum, n.*29. *ff. de ſeruis fugitiuis*, Marſilius *in Rubrica,Cod de probationib. à num.* 154. Latè defendunt quem condemnari non poſſe ex violenta præſumptione: plures adducit Menochius, *d. quæſt.*97. *n.*22. Dueñas *regula* 303.Gratian.*regula* 374.cum multis,vbi hanc partem ampliat vſque ad *n.*3.etiamſi præſumptiones ſint ad eo vrgentes, quod mentem iudicis coarctent ad aliud ad credendum.

3 † Et in tãtum quod ſi in aliquo ſuſpecto de hæreſi præſumeretur, error & imperitia;adhuc non condemnetur,vt hæreticus pertinax,vt dixit Palacios Rubios *in allegation.in materia hæres*, §.11. *vel aliter dicere poſſum*,& etiamſi præſumptiones ſint tales,quæ in ciuilibus ſufficiant non eſt quis criminaliter damnandus, vt tenuit Butrius *in c. quanto,hoc tit.* Abbas *hic*.

4 Et è contra tamen Abbas *hic num.*6 verſic. *aut præſumptiones ſunt vrgentiſſimæ* vbi Gloſſa,& communiter in ſummario Doctores per Textum noſtrum docent ex violenta præſumptione poſſe ferri definitiuam, non ſolùm quando agitur ciuiliter; provt loqui videtur Textus ille, ſed etiam quando agitur criminaliter, & Menochius *lib.*1. *quæſt* 94. *num* 3. dixit ita omnes admittere per Textum noſtrum, de quo iam dixi, *quæſt.*1. quod tamen admittit Farinacius quoad pœnam pecuniariam;ſecus de pœna corporali,dicta,*q.*86. *num.*18.ipſe ex dictis, *ibi à n.*78. vbi plures alios refert, qui hoc ſic intelligunt, quando eſt vnica tantùm violẽta præsũptio;ſecus ſi eſſent plures.

Quo pacto venit declarandus Textus noſter: 5 nam & ſi hic ex violenta præſumptione fuerit lata ſententia; non tamen fuit lata criminaliter, & ad pœnam, ſed tantùm ciuiliter ad reſtitutionem rei:& ſic concludit Farinacius *dict. quæſt.*96. *num.*17.cum Anania *hic num* 1.Butrio *num.*7.Cardinali Zabarella *num.*3.*in* 4.*notab.* Præpoſito *in c. is qui fidem de ſpons.* Paulus de Caſtro *in l. ſciant cuncti poſt,num.*4. *Cod.de probat.*Sarmientus *ſelect. lib.*1.*cap,num.*8.& alij,violentam præſumptionem ſufficere ad condemnandum ciuiliter ſed reſtitutionem rei,non autem criminaliter ad pœnam contra Abbatem.

Tamen ſi delicta ſint occulta, & difficilis 6 probationis, tunc poſſe fieri condemnationem ex præſumptionibus, & indiciis, dixerunt Bart. *in dict. l. quicumque,num.*23.*Cod de ſeruis fugitiuis*, Alexandr.*conſ.*69.*à num.*1.Maſcardus *de probationib.lib.*1. *concluſ.*496. *num.*4. *& concluſ.*419 *n* 16. *& concluſ.*461.*num.*10.verſic.*limita*, *& concl.*830. *num.*4.*&* 7.vbi alios adducit, poſt quos Farinacius *d.quæſt.*86.*de Reo confeſſo,à num.*29. qui contra Boſium *in tit. de conuicto,à num.*46. & contra alios, quos refert Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.*58.*num.* 18.Decianum *in tractatu crim. lib.*7. *cap.*45.*num.*1. *&* 36. dicentes eam condemnationem fieri non poſſe ex illis præſumptionibus,ſaltim in delictis atrocibus, docet cum Menochio *dict. quæſt.*58. *num.*19. optimè alloquente relatam ſententiam;pro qua ſunt multi,quos refert,& ſequitur Gratianus *dict. regula* 374. *num* 4. quia in iſtis delictis veritas aliter haberi non poteſt,quod declarant Doctores ab eo relati, quando indicia, & præſumptiones ſunt indubitatæ:ſic etiam ex aliis multis docet Farinacius *d. quæſt.*86. *num.*33. & tunc procedere poſſe quoad pœnam extraordinariam, veluti fuſtigationis, relegationis, & alias, ſed non ad pœnam mortis; & ſic ſe vidiſſe obſeruari quotidie, & teſtatur Iulius Clarus *in praxi quæſt.*20.*n.*6. & Doctores hîc docent, quod debet pœna temperari,quoties mouetur iudex ad condemnandum ex præſumptione violenta, vt declarat Felinus *hic num.*10. Itaque licet ex ſolis indiciis indubitatis talem condemnationem non fieri, ſed tantùm ad torturam procedi,dixerint multi relati à Farinac.*dict.quæſt.*86.*à num.*55. tamen ipſe cum infinitis contrarium docet, *ibi à num.*64 *& num.*58.vbi hoc relinquit iudicis arbitrio, vt procedat ad condemnandum, vel torquendum, affirmando hanc eſſe veram praxim, quamuis Faquineus *lib.*1.*controuerſ. c.*29. in puncto iuris generaliter defendat ex præſumptionibus Reum nunquam condemnandum, ſed torquendum tantummodo:De quo videbis eundem Farinac. plura ſcribentem *dict. quæſt.*86. *à n.*113. *&* 114. & antea, vbi dixit contra plures ex præſumptione violentiſſima poſſe iudicem imponere pœnam ordinariam delicti cum Felin. *hic n.*4. & Butrio *num.*7. ſecus ex præſumptione tantùm violenta: Sed concludit, *num.*117. magis communiter receptum eſſe à Doctoribus, vt pœna extraordinaria imponatur, veluti exilij ex his, quæ congerit, *ibi num.*110 & pro hac ſententia Zeuallos cum multis refert, & ſequitur, *q.*337. nunquam ex indubitatis indiciis, quamtumuis vrgentiſſimis eſſe quem condemnandum ad mortem per Textum,*in l fin.Cod.de probation. l.*3. *&* 26. *tit.* 3. *p.* 7. *l. abſentem, ff. de pœn. cap. literas*

teras in fine hoc tit. & licet per textum, *in cap. accedens de accuſat. cap. ſignificaſti de adulteriis, cap. litteras, §. penult.* & ex noſtro textu, item *ex cap. de hoc de ſimonia, cap. cum contumacia de hæreticis, lib.6.* videatur reum eſſe puniendum, propter præſumptiones, & ſuſpiciones aliqua leuiori pœna; & Faquineus *ſuprà* in verſic. *ad argumentum,* hanc ſententiam tantùm dicat procedere de Iure Canonico inter perſonas Eccleſiaſticas infamiâ laborantes, vt ſe compurgent, vel vt ſuſpendantur ab officio, aliterve puniantur, nequi ſacra adminiſtrant Dei occaſionem vllam ſcandali cæteris periant: tamen ex dictis porriges ad Ius Ciuile iuxta Farinac. & alios proximè rela-
7 tos. † Et ſi velis ſcire quæ ſint illa delicta occulta, recurres ad ea, quæ adduxi, *ſup. in Rubr.*

8 Quod ſi præſumptio eſt à lege poſita, tunc poterit ex ea ſequi pœna capitalis, vt tenet Abb. *in cap. accedens, col.2. de accuſat.* Anton. Gomez. *Variar. reſolutionum, cap.12. n.25.* quem videas, omnino Tyraquell. *de pœnis tempor. cauſa 27. n.10.* itaque multis adductis Farinacius *d. q.86. de Reo confeſſo, n.52.* ait quod in præſumptione Iuris, & à Iure approbata, quando ſcilicet lex in cauſa criminali præſumit, & ſuper præſumpto diſponit, tunc ex tali præſumptione poſſe quenquam in pœnam ordinariam delicti, & etiam corporalem condemnari; quia ſicut ex tali præſumptione crimen legi patet, ita etiam debeat patere Iudici, probat textus *in l. ſi hi qui Cod. de adulteriis,* & *in Authent. vt liceat Matri, & Auiæ, §. fin. collat.8.* & *in cap. de hoc de ſimonia,* Gloſſa *in l. ſciant cuncti,* in verb. *& luce, Cod. de probat.* vbi Aretinus, Bartol. Albericus, & Paulus, Felinus *hic n.7.* qui *in cap. Paſtoralis de officio deleg. §. fin. col. penult.* tradit 12. differentias inter ea, quæ ſunt hominis, vel quæ ſunt iuris. Et facit, quia præſumptio legis dicitur veritas, vt probat textus, *in l. fin. ff. de probat.* & gloſſa *ibi* ſic probat, cum multis Gratianus *dict. reg.174. num.5.* Itaque licet Menochius *de præſumpt. lib.1. q.92. à n.1.* & latius *q.97. à n.1. vſque ad 16.* contendat dicere in pœnam ordinariam poſſe condemnari, ſiue ſit præſumptio Iuris, & de Iure, ſiue Iuris tantùm, ſiue in ſpecie in genere à Iure approbata, Tamen dices hoc procedere in præſumptione Iuris, & de Iure; ſecus in ea, quæ Iuris tantùm eſt, ex qua non talem pœnam imponi poſſe benè declarat Maſcardus *de Probationibus, concluſ.1221. à num.50.* & *à num.59.* Burſatus *conſ.346. n.19. 20. & 32. lib.4.* Et quod ex tali præſumptione pœna ordinaria quis puniatur, & ex Præſumptionibus liquidiſſimis, & à lege approbatis, Anton. Gomez. *ſuprà* Boſius *in tit. de conuicto, n.23.* Barboſa *in l.2. p.1. ff. ſoluto matr. ex n 81.* Noguerol. *alleg.26. ex n.80.* Larrea *alleg.48. n.19. & 20.* Scobar. *de puritat. ſang. 2. p. q.6. §.5. & 6.* Pichard. *in l. Gallus, §. ille caſus, cap.15. in fin.* Peguera *deciſ. crim. 17. à n.4.* Thomas Sanchez *lib.6. conſ.3. dub.1. à n.5.* plures referens Farinacius *q.47. ex n.80.* & *q.86. ex n.20.* & *conſ.78. in addit. litt. C,* & *conſ.82. & 115.* Couarruuias *de veterum numiſm. coll. cap. 8. n.4.* dicentes etiam quod ſi vnus teſtis adſit, & ſimiliter indicium, vel aliena probatio diuerſa generis tantum vel plura ſint trahendi ſcripſit non ſufficiant ad condemnandum in criminalibus, ſed tantum ad torturam, niſi tamen ſint præſumptiones liquidiſſimæ, & à lege approbatæ; etiamſi ſint violentæ, niſi eſſet à lege determinata & approbata, præſumptio Boer. *deciſ.161.* Farinac. *q.50. ex n.37.* Mantica *de coniectur lib.3. tit.2.* Morla *in emp. tit.12. quæſt.1.* & cum multis aliis, Haillon *in addit.* ad Gomez. *d. lib 3. cap.11. variar. num.26. & 27.* & Giurba *conſ.43. num.12.*

Item aduertes quod ex indubitatis indiciis, 9
ſeu Præſumptionibus poteſt procedi ad pœnam corporalem contra contumacem, etiam mortis, Baldus *in l. ne diu, Cod. de pœnis,* & *in l.1. n.8. Cod. quomodo, & quando Iudex,* Anton. Gomez. alios referens, *in l.76. Tauri, n.8.* quia & ſi ex contumacia non poſſit quis pœnâ mortis puniri, vt docet Hipolytus *in l. de vnoquoque, num 172. ff. de re iud.* Caſſaneus *in conſuetudinibus,* Burg. *Rub 2. §.1. n.12.* verſic. *quod nota:* tamen ſi cum contumacia adſint aliæ præſumptiones violentæ, tales, quæ ad torturam ſufficiant, poſſe pœnam mortis apponi in talem contumacem, dixit Gratianus *d. reg.374. num.6.* † Qui tamen 10
cum multis *ibi n.7.* ait, quod licet ex Præſumptionibus non poſſit procedi ad pœnam corporalem, tamen poſſe procedi ad torturam, vt *in l.1. circa princ. l. vnius, §.1. l. militem, ff. de quæſt. l.26. tit.1. p.7. l.7. tit.31. eadem part.* quod ſemper Iudicis Arbitrio relinquunt, Bart. & omnes *in l. fin. ff. de quæſtion.* & ſi ſint indicia indubitata, dicit Baldus debere fieri acerrimam torturam, *in cap.1. §. ſi Vaſallus de controu. inueſt.* & hoc quoties fiat conſiſtere in arbitrio Iudicis, vt condemnat, aut torqueat ſi non ſint præſumptiones Iuris, & de Iure, ſed aliæ leuiores Iuris, aut hominis, latè ſcribit multis adductis Farinac. *d. q.86. à n.64.* & *à n.41.* & docet quid ſit in crimine aſſaſſinij, de quo *ſuprà in Rub. q.1.* Et quid in crimine hæreſis, ſeu Simoniæ tradit ex multis Gratianus *d. reg.374. num.8. 9. & 10.* de quo alibi, Barboſa *in cap. litteras hoc tit. n 4.* & cum multis ab eo relatis. Interim etiam videbis Pegnam *in Annotat. ad Ambroſ. de Vignate, de hæret. q.12. art.2. n.46.* Paramum *de orig. S. Inquiſit. lib.3. q.6. n 88.* Farinac. *de hær. q.187. n.6* cum aliis Catenam *de offic. inquit. p.3. tit.1. §.2. & 3.* cum Caſtro Palao, Riccio & Falcodio, negantes in crimine hoc ſufficere ad pœnam ordinariam probationes leuiores, indicia, & præſumptiones nec obſtare, *l.2. Cod. de hær.* quam exponunt cum Gloſſa *ibi.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an in cri- 11
minalibus, pœna poſſit extendi vſque ad mortem? reſpondebis ex dictis *in 1. parte huius quæſtionis.*

Quod ſi de crimine agatur ciuiliter, poteris, 12
etiam reſpondere ex dictis; ſed in terminis video plures dixiſſe, quod Iudex poteſt vtcumque ex indiciis, & præſumptionibus ad condemnationem deuenire. Alij autem dixerunt ad condemnandum procedi non poſſe, etiam quod de crimine agatur, excipiendo ex relatis à Maſcardo *de Probationibus, lib.1. concluſ.459. num.3. & 4* qui pariter probat non poſſe aliquem damnari ex diſpoſitione vnius teſtis de viſu juncta fama; quamuis ciuiliter agatur; & quod ex vnico teſte de viſu, & fama non oriatur violenta præſumptio, & plures, quàm ſemiplena probatio, negari non poſſe, ait Farinac. *d. q.86. à num. 68.* Primum verò dictum habebit locum, quando adeſt violenta præſumptio, iuxta terminos noſtri textus. Alter ſecundus, vt declarant Boſius poſt alios *in tit. de conuict. à num.50.* &

& *in tit. de partus ſupp. à n.*31. Maſcardus *de probat. concluſ.*822. *n.*15. & *concluſ.*1220. *à num.*7.
Menochius *lib.*1. *de præſumpt. q.*98. *n.*4. *in fine*,
de quo *ſuprà* dixi pro intellectu textus noſtri. Et
ſic multis adductis Gratianus *regula* 385. *n.*3. cum
Anton. Gomez. *d. lib.*3. *variar. cap.*12. *num.*25.
Simancas *de Cathol. inſtit. tit.*50. *n.*21. Guttierr.
*in l. nemo poteſt ff. de leg.*1. vbi optimas remiſſiones
tradit, docet quod violenta præſumptio,
quæ in ciuilibus habet vim plenæ probationis
in criminalibus, non ſufficit ad condemnandum,
vt tradunt omnes *hîc*, & *in cap. quia veriſimile
hoc tit.* & hoc eſt quod voluit dicere textus, *in
l.*8. *tit.*14. *p.*3.

13 Ad tertiam quæſtionis partem, breuiter ex
dictis reſpondeo probatum dici illud, quod coniecturis
legitimis, ſeu legum præſumptionibus
apparet ex Bartol. & aliis, *in leg. licet Imperator,
ff. delegat.*1. & *in leg. ſi quis locuplex*, §. *fin. ff. de
manumiſſ. teſtam. l. licet, ff. de legation.* vbi cauetur,
quod dici poteſt euidens quod ex coniecturis
elicitur, probat ſeptem ampliationibus Iaſon
in d. l. licet, vbi dupliciter reſtringit *à num.* 5.
Bartol. *in l. ſi quis ex argentariis*, §. *an heredi, ff.
de edendo*, Couarruuias *lib.*2. *Variar. cap.*6. *n.*1.
Molin. *de Maioratu, lib.*3. *cap.*4. *num.*39. multis
adductis Gratianus *reg.*385. vbi dicit in tantum
procedere, quod vbi lex requirit certam, & determinatam
probationem, ſufficit præſumptiuè,
vel ex coniecturis legitimis probare: ſic docet
Anton. de Butrio poſt Innocentium per illum
textum. *in cap. propoſuit de Clerico excommunicato*,
Iaſon *in l. non hoc num.*15. *Cod. vnde legitim.*
& in hoc caſu transferre legum præſumptiones,
onus probandi in aduerſarium, docent
communiter Doctores, de quo dico *quæſt. ſeq.*

14 Sed hæc doctrina generalis declaratur, vt non
procedat, quando lex aliqua loquitur in termino
poſitiuo, & quando illa lex loquitur in ſuperlatiuo
manifeſtiſſimè; quia tunc coniecturæ non
ſufficiunt, cum terminus *euidentiſſimè*, plus importet,
quàm plena probatio, *l. ſi vero*, §. *ff. qui
ſatiſdare cogantur:* ſequitur Iaſon per textum, *ibi
in l. ſi pluribus*, *num.*11. *ff. delegat.*1. Gratianus
15 *d. regula* 585. *n.*6. Qui *n* 8. cum Baldo *in leg eum
qui in princ. ff. de Iureiur.* & Decio *in Rub. de probat.
n.*14. *col.*2. docet, vt regula relata procedat,
quando ſimpliciter fit mentio probationis,
ſecus ſi probatio nominetur cum aliquibus verbis
qualificatis, ſeu aliis dubiis, vel prægnantibus;
quia tunc præſumptiones Iuris non ſufficiunt.
16 † Et Tiraquellus *poſt leg. connub. gloſſa n.*165.
limitat etiam dummodo coniecturæ ſint legales;
17 non autem verbales. † Er ibi *n.*168. limitat,
vbi in caſu quodam ſingulari, vel ſpeciali requi-
18 reretur alicuius probatio. † Et iterum *n.*169.
dicit vt expreſsè probatum dicatur quod ex coniecturis
appareт generaliter, & non ſpecialiter.
Refert, & ſequitur hæc Gratianus *ſuprà à n.*14.

19 Ad quartam quæſtionis partem, quia poſſent
ſpecialiter, & longè hîc adduci quæ exactè agitata
reperies apud Menochium *in toto ſuo tractatu
de Præſumptionibus*; ideo nunc breuiter Megeram
adducendo plura, quæ per præſumptiones probantur
legitimas, & alia, quæ non ſubiectantur
Præſumptionibus, ſed indigent alia clariori, &
euidentiori probatione.

20 Primò ergo dici debet, quod probari debent,
quæ in facto conſiſtunt; quia hæc non præſumuntur
iuxta textum, *in l. ſi emancipati, Cod.
de collation.* & *in l. in Bello*, § *facta, ff. de captiuit.
& poſtlim. reuerſis l. aſſeueratio, Cod. de nonnumer.
pecun. l.*1. *Cod. de probationib.* † Vnde allegan- 21
ti incumbit onus probandi, cum quid facti ſit,
optimè probat Nicol. Bell. *concluſ.*75. *num.*5.
Alexand. *concluſ.*26. *n.*21. *lib.*6. Et fecit, quia
quando lex aliquid requirit, non ſtatur aſſertioni
facientis iuxta textum, & *ibi* notata *in l. ſi
forte, ff. de Caſtrenſ. peculio*; Et notata per Gloſſam,
& Doctores *in l. ſi donatio, Cod. de collation.*
† Item quia vbi opus eſt facto, verba non ſuffi- 22
ciunt; nec probant factum, vt *in cap.*1. *de eo,
qui mit. in poſſeſſ. l. ait Prætor*, §. *ſi quis, ff. de operis
noui nunciat* bonus textus *in l. quæcunque*, §. *penultimo,
ff. de public. l. concilio*, §. *fin. ff. de curat.
furioſ.* Antonius Gabriël *in tract. commun. opinion.
lib.*1. *cap.*7. *num.*1. Gratianus *regula* 384. † Vbi 23
num 5. ait idem procedere in non factis, quæ non
præſumuntur, niſi probentur: nam & qui nititur
ex non facto, tenetur probare, *l. hoc iure*,
& *ibi* Bart. & Doctores, *ff. de verb. obligat.* Innocentius,
& alij *in cap. ſuperbis de accuſat.* dicit
communem Corn. *concl.*181. *num.*24. *lib.*2.

Itaque Doctori aſſerenti de aliqua conſuetu- 24
dine non creditur, niſi ea probetur, cum ſit quid
facti Baldus *in l. ſi quis*, § 1. *ff. de pignoribus* in lectura
antiqua, *& in l. conſentaneum quomodo, &
quando Iudex*, Caſſaneus *in conſuetud. Burgundiæ
Rubr.*9. §.9. verbo *leſquels in conſilio, num.*31. Imo
dicit ibi quod nec reſultat ex tali aſſertione præſumptio,
quæ transferat onus probandi in aduerſarium,
de quo dico *quæſtione ſequenti* de quo
dubio latè dixi *in Rubr. de conſuetudine quæſt. fin.*

Econtra tamen ſunt plura, quæ præſumun- 25
tur de iure, quia primo poſſeſſio antiqua probata
præſumitur continuata ex his, quæ adduxi *ſuprà
in cap. licet.*9. *de probationibus*, docet in terminis
Cardinalis Puteus *in deciſ.* 17. *lib:*2. Boërius
in deciſ. 239. *num.*2. taliter vt hæc præſumptio
extendatur vſque ad mortem poſſidentis,
Magon. *in deciſ.*47. Rotæ Florent. & ſic dixit
Oſaſcus *in deciſ.* 47. quod qui probauit ſe poſſediſ-
ſe, adhuc poſſidere præſumatur † Itemque tem- 26
poris antiquitas inducit præſumptionem, rem
bene fuiſſe geſtam vt docet Boërius *in deciſ.* 124.
*num.*17. iuxta adducta *in cap. cum cauſam* 13. *de
probationib.* in terminis Verall. *in deciſ.*28. ob idque
Guido Pap. *in deciſ.*357. dixit quod præſumptio
oritur ex facto antiquo: ſequitur Riccius
*collect.*1785. & quatenus dixi *ſuprà* quod debent
probari ea, quæ in facto conſiſtunt, quia non
præſumuntur, limitat ſemel Catelian. Cott. immemor
iuris verbo *facta*, & vis Bernardus *in regula*
280. & *ibi* bene Salcedus *in addition.* refert
Gratianus *dicta regul* 384. *in fine.*

Item etiam Eccleſiæ præſumuntur ædificatæ 27
ab illis, qui tenebantur eas conſtruere. Cardina-
lis Puteus *in deciſ.*314. Verall. 226. *p.*2. † Et num 28
erectio Eccleſiæ præſumatur præceſſiſſe ſuppreſſionem,
& vnionem beneficiorum ei factam, docet
Creſcentius *deciſ.*6. *hoc titulo*, vbi affirmat.
† Qui *in deciſ.*4. *eodem tit.* affirmat clericatum in 29
dubio præceſſiſſe collationem † Et Rota *in de- 30
ciſ.*120. in nouis affirmat quod appellatio præſumatur
præceſſiſſe commiſſionem. † Et Caſſad. 31
in deciſ 21. *de prab.* affirmat vt præſumatur mors
præceſſiſſe impetrationem beneficij, quando
vtraque eadem die ſubſequuta reperitur. † Qui 32
etiam *in deciſ.*3. *cum duabus ſequentibus ſuper Regula
Cancell.* decidit quod expeditio litterarum
præſumatur

33 præſumatur, ne alioquin proceſſus correat.† Et Rota *in deciſ.316.* in antiquis affirmat, vt ex-
34 communicatio præcedat appellationem. † Et idem Creſcentius *in deciſ.2.hoc tit.* affirmat quod ex duabus Bullis expeditis eadem die, præſumatur pro ea, in qua adeſt expreſſus verus valor.
35 † Item etiam præſumitur Epiſcopum contuliſſe tonſuram de licentia proprij Epiſcopi, quando id fecit præſentibus Canonicis: ſic Cæſar Graſ. *in deciſ. vnica hoc tit.* Riccius *col.1785. in fine:* alia tradit *in deciſ.134.* † Et Baldus *in*
36 *l. cum in teſtamento, hæc verba, ff. de hæret. inſtit.* notabiliter ait quod illud præſumitur præceſſiſſe, quod iure præcedere debet.

37 Item præſens in Curia præſumitur certioratus de omnibus à ſuo Procuratore factis, Ca-
38 putaq. *in deciſ.110.p.3.* † Et filius præſumitur imitari geſta patris, tam in vitiis, quàm in virtutibus eiuſdemque affectionis, ac voluntatis fuiſſe, ſicut & pater fuit, Grammat. *in deciſ.* 8.
39 † Et mulier nota interfecta, præſumitur à ma-
40 rito occiſa, Boërius *in deciſ.261.* † Et natus Domini ex Ancilla, præſumitur eſſe Domini,
41 idem Boër. *in deciſ.299.* † Et præſumitur pro ſententia lata, parte præſente, & non appellan-
42 te, Caſad *in deciſ.*.. *hoc tit.* † Et filius præſumitur ſcire factum patris, maximè, quando eſt
43 hæres illius, Verall. *in deciſ.370.* † Et Theſaurus *in deciſ.49.* Achilles de Graſ. *in deciſ.34. de appellat.* affirmant quod in dubio præſumitur ſententia præceſſiſſe inhibitoriam.

44 Item præſumitur quiſque decedere ſine liberis; & ideo allegans aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet intentionem fundatam: ſic Cardin.
45 Put. *in deciſ.45. lib.1.* † Et Verall. *in deciſ.360. p.2.* ait præſumi alios non extare de familia, niſi
46 contrarium probatur. † Et idem Cardinal. Put. *in deciſ.216. lib.2.* dixit quod præſumitur hæres
47 extare, donec ſit reclamatum. † Et Cæſar de Graſſis *in deciſ.1.* qui filij ſint legitimi, dixit vt præſumatur quis potius legitimatus, quàm illegitimus.

48 Deinde dicendum eſt quod in dubio bona præſumuntur allodialia, non autem feudalia, vt tradit Ozaſcus *in deciſ.26.* aliquid per Ludoui-
49 cum *in deciſ. Lucan.14.* † Et potius res præſumitur loco pignoris tradita, quàm in ſolutum
50 data, Afflictis *in deciſ.373.* † Et ideo creditor præſumitur Iure pignoris poſſidere, & non Do-
51 minij Thoming. *in deciſ.100. p.1.* † Et vxor emens feudum, præſumitur emere de pecunia viri, Boër. *in deciſ.89.* aliquid per Cacheran. *in*
52 *deciſ.140.* † Et Bellamera 653. ait quod præſu-
53 mitur quis diligens ad ſui defenſionem. * Et idem *in deciſ.134.* ait quod habilitas non nega-
54 ta præſumitur. * Et Verallus *in deciſ.59. p.3.* dicit quod præſumitur ab eo aliquid recuperatum non fuiſſe, cui ſemel datum apparet.

55 Addo etiam cum Verallo *in deciſ.111. ſeu 18. part.3.* quod præſumitur quem noluiſſe facere
56 actum fruſtratorium. * Et Cardinalis Puteus *in deciſ.223. lib.1.* affirmat, quod faciens id, quod licitum eſſe, poteſt & illicitum, in dubio præ-
57 ſumitur feciſſe licitum. * Itaque Bellamera *in deciſ.435.* ait quod præſumitur pro validitate actorum, vt acta potius valeant, quàm pereant, Riccius *d. collect.1785.* qui *collect.134. in fine,* hanc rationem porrigit ad caſus, quos de proximè retuli, vbi refert Caſſador. dicentem *in deciſ.20. de præbend.* quid reſpondendum ſit in prælatione paſſionis, quando duplex eadem die capta ſit. * Et cum Puteo *in deciſ.321.p.2.* ait 58
quod teſtamentum præſumatur prius, quando duo teſtamenta eodem die condita ſunt. Alia expendes ex his, quæ adducit Patianus *toto lib.2. de Probationibus.*

QVÆSTIO III.

An præſumptio hominis transferat onus probandi in aduerſarium: Quid de præſumptione Iuris tantùm: Et quid de præſumptione Iuris, & de Iure: Et an præſumptio ſit allegenda, & probanda?

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio hominis, quæ ſufficit ad condemnandum, transfert onus probandi, ſecus ſi non ſufficiat, n.2. & 3. quæ ſufficiat, num.7.* remiſſiuè.

4 *Præſumptio quæ oritur ex teſtimonio de auditu, non transfert onus probandi, n.5. & 6.*

8 *Præſumptio Iuris, vt transferat onus probandi, vel non, qualis ea ſit, n.9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*

13 *Præſumptio Iuris in materia abjectiua, non transfert onus probandi, vel ſi probatio poſita eſt in conditione, aut à lege requiritur, n.14. 15. & 16.*

17 *Præſumptio Iuris quando faciat plenam probationem, ſeu aliam non patet ex regula.*

18 *Præſumptio Iuris, & de Iure regulariter non admittit probationem in contrarium: & ſic non refundit probationem in aduerſarium, fallit n.19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

20 *Confeſſio partis de recepta pecunia & ſi vltra biennium pariat præſumptionem Iuris, & de Iure, tamen admittit probationem in contrarium.*

Expenditur pluribus in caſibus ad 39 Et de ratione, n.30. fallit n.31.

25 *Confeſſio aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, locum habet in his, quæ dependent à voluntate partis, ſecus econtra, n.26. Et quid in ſponſalibus. n.27.*

33 *Probatio per indirectam admittitur aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure.*

35 *Præſumptio Iuris, & de Iure aufertur per confeſſionem partis, n.36. 37.*

56 *Confeſſio legatarij, ſeu creditoris, quando aufert præſumptionem, quæ ſtat pro hærede non conficiente inuentarium, vt vltra vires hæreditarias nihil ſoluat, n.37. & 38.*

39 *Confeſſio partis, quare auferat præſumptionem Iuris, & de Iure, & non auferatur alijs probationibus.*

41 *Præſumptio Iuris, & de Iure eliditur per notarium, n.42.*

44 *Præſumptio Iuris, & de Iure admittit reſtitutionem ad probandum ex iuſta cauſa, n.45.*

46 *Præſumptio Iuris, & de Iure admittit probationem ex conſenſu partium.*

48 *Præſumptio debet allegari, & probari, & qualiter, & quando, n.49. 50. & 51.*

49 *Notarium debet allegari, & ſi probatione non indigeat.*

50 *Allegare debet quis præſumptionem erroris fauorabilem.*

51 *Poſſeſſor*

51 *Poſſeſſor ad impediendam executionem, quando dominus præſumatur?*

52 *Probatio contra præſumptionem*, leg. fin. Cod. arbitrium tutelæ, *quando admittatur* remiſſiuè.

1 IAm *ſuprà* dixi nonnulla in Rubrica, quibus ad hæc tria dubia poteris reſpondere: Item & in hoc noſtro textu, *q.* 1. Et quoad primam difficultatis partem præmitto quæ adduxi *dicta q.* 1. in verſic. *præſumptio verò hominis*. Quo ſuppoſito aduerto, quod hæc hominis præſumptio triplex eſt, alia violenta, alia leuis, alia temeraria, iuxta ea quæ *ibi* adduxi *num. ſequenti*, in verſic. *item hæc præſumptio*, in duabus vltimis nemini dubium eſt, quod non transfertur onus probandi in Aduerſarium, ſolùm adeſt dubitatio reſpectu præſumptionis hominis violentæ.

2 Vnde vt explicem dico, quod aut hominis violenta præſumptio ſufficiat ad condemnandum, & tunc reuerà multòmagis ſufficiet ad transferendum onus probandi in contrarium iuxta textum, *in l. minor* 25. *annis adito Præſide, ff. de minoribus, l. vtrum, ff. de donation. inter virum, & vxorem.* Et hanc partem exemplificabis ex dictis per noſtrum textum, *in dicta quæſt.* 1. & in hoc ſenſu debet accipi Bald *in l. ſiue poſſidetis, n.*16. verſic. *ſequitur alia principalis, Cod. de probat.* quatenus dicit, quod præfata hominis præſumptio ſufficiet ad condemnandum.

3 Aut enim hominis præſumptio non eſt ſufficiens ad condemnandum, & tunc nec ſufficiet ad transferendam probationem in Aduerſarium vt dicit Binentend. *in deciſ.*67. *n.*9. verſic. *præterea aduertendum eſt*, vbi eleganter ait, quod non omnis præſumptio transfert onus probandi in contrarium, ſed illa ſolùm quæ habetur pro plena probatione; & licet ipſe det exemplum in præſumptione legis, tamen idem dicendum eſt de præſumptione hominis violenta, quæ & ipſa facit plenam probationem in his caſibus, in quibus ſufficit ad condemnandum: idem docuit Natta *in conſ.* 170. ſub *n.*2. verſic. *nec probant, volum.* 1. *& conſ.*473. *num.* 10. *volum.* 2. verſic. *ſed præſumptio*; Zephal. *in conſ.*435. *num.*86. verſic. *vbicumque, volum.*3. Patianus *de probat. lib.*1. *n.*9. Quo fit, vt licet idem Baldus *in l.*2. *in lect. antiqua in princip. ff. de probat. & in cap. bonæ memoriæ de electione, & l.*1. *num.*2. verſic. *in textu ibi præſumatur, col.*2. dicat quod præſumptio hominis non transfert onus probandi in Aduerſarium; eo quod non ſit probatio, nec releuet ab onere probandi, ſed ſit quoddam adiutorium probationis; Tamen hoc procedit in præſumptione hominis temeraria: ſeu leue, non autem in violenta, iuxta ea quæ expendi *in dicta quæſtione* 1.

4 Vnde infero reſponſionem ad illam difficilem quæſtionem, an cum Teſtis de auditu alieno, vel de auditu relationis, qui facit hominis præſumptionem, & non legis transfert onus probandi in Aduerſarium. In quo dubio licet Romanus *in ſingul.*341. *Teſtimonium de auditu*, dicat ex tali Teſtimonio transferri probationem in Aduerſarium, vti etiam ſequuntur plures relati à Patiano *de probationibus dict. lib.*1 *cap.*9 *à n.* 3. qui concludunt ex teſtimonio auditus oriri præſumptionem, quæ quamuis hominis ſit, transfert onus probandi in Aduerſarium.

5 Vt contingit etiam in ea præſumptione, qua quis dicitur maior, vel minor, quæ hominis eſt præſumptio ſumpta ex aſpectu iuxta textum *in dicta l. minor* 25. *annis, ff. de minoribus.* † Tamen verius eſt, vt dicamus, quod cum ex tali 6
Teſtimonio de auditu nulla detur violenta præſumptio, ſed quædam leuis quæ apta non eſt ad faciendam plenam probationem, nec ſemiplenam non habere efficaciam transferendæ probationis in Aduerſarium, ſed tantum probationes adiuuare, vt docet Baldus *in dicto cap. bonæ memoriæ, num.*2. *de elect.* Alex. *in conſ.*77. *num.*4. *volum.*1. vbi dicit qnod Teſtimonium de auditu facit aliqualem præſumptionem; multis adductis tradit omninò videndus Patianus *dicto cap.*9. *lib.*1. *de probationib. à num.*11. *& à n.* 31. *vſque in finem*, vbi multis exemplis declarat quomodo tale Teſtimonium ſit adminiculum ad probationem perfectam. De quo videbis quæ adduxi *ſuprà in cap. licet ex quadam* 47. *de Teſtibus, quæſt.* 1. verſic. *ad quartam*, vbi egi de hoc dubio.

Et quæ verò præſumptio hominis adeò violenta dicatur, vt ſufficiat ad condemnationem tradit Salicetus *in leg. ſiue poſſidetis, num.*18. *Cod. de probation.* Abbas *in cap. quanto hoc tit. n.*3. 7

Ad ſecundam quæſtionis partem an præſumptio Iuris tantùm transferat onus probandi in Aduerſarium? vt reſpondeas adiunges quæ retuli *ſuprà dicta q.*1. in verſic. *igitur*, & in verſic. *& ex Menochio*, vbi adduxi quid hæc præſumptio ſit; & quia longè Patianus *de probationibus lib.*1. *cap.*8. *& cap.*12. agit de hoc dubio; Ideò cum præſumptio Iuris illa dicatur approbata, quæ oritur ex nobilibus coniecturis, veluti ſi eſt natus aliquis in figura Matrimonij ſcientibus vicinis: Tunc præſumitur Filius, & transfertur onus probandi in Aduerſarium. † Et ita Baldus *in l. fin. in vltima lect. in fine, ff. de eo, quod metus cauſa*, vt explicet dicit, quod præſumptio, aut deſcendit ab aliquo certo, & indubitato principio, & tunc transfert onus probandi in Aduerſarium iuxta textum *in leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probationibus.* 8 9

Aut deſcendit ab incerto, & dubitato, & hoc in caſu idem affirmandum dicit Patianus *ſuprà, n.*6. quoniam quoties lex habet huiuſmodi præſumptionem Iuris pro vera; adeò vt faciat plenam probationem: Tunc ſemper refundit onus probandi in Aduerſarium, & ſic generaliter affirmandum, quod ſiue habeat præſumptio certum principium, ſiue incertum, ſemper vbi facit plenam probationem, transfert onus probandi in Aduerſarium. 10

Sed ſi lex habeat eam pro adiuuante veritatem, & non profundente, tunc non ſufficit ad transferendum onus probandi in Aduerſarium; ſed confirmat probationem probantis minùs plenè, ſicut dicitur de fama, quia conſentiens fama, confirmat rem de qua agitur, ſic reſumit Baldus *in dicta l. ſiue poſſidetis, num.* 15. verſic. *quædam eſt, col.* 3. Imola *in l. hoc Iure, num.* 12. verſic. † *Et ſic col. fin. ff. de verb. obligat.* vbi tradit quod Iura, quæ dicunt præſumptionem Iuris, onus probandi transferre in Aduerſarium debent intelligi de illa violenta præſumptione, quæ ſit loco probationis, ſequitur Corneus *in conſ.*230. *littera L*, verbo *& propterea, vol.*3. Egidius Bellamera *in cap. accuſatus, num.* 10. verſic. *adde hoc intellige, col. fin.* 6. *q.* 6. vbi dicit ſupradicta debere intelligi de præſumptione Iuris, vim, 11 12

vim, & effectum probationis habente, quæ non ſit per contrariam probationem, ſeu præſumptionem eliſſa.

13 Vnde infero quod in materia obiectiua, ſiue contra formam, ſiue contra perſonam iuxta textum, *in cap. vt circa de electione libro 6. & Clementina conſtitutionem eodem titulo*, non transfert præſumptio iuris onus probandi in aduerſarium; quoniam in tali caſu non facit plenam probationem, cum vera, & aperta probatio, & non præſumptiua deſideretur, vt concludit Pariſius *in conſil.*104. *dico vol.*4. † Item

14 etiam transferr illum onus probandi, quando in aliqua materia probatio poſita eſt in conditione; eo quia dictum fuit *ſi probaueris:* quia talis probatio veram, & concludentem probationem requirit, & non præſumptiuam, vt docent Pariſ. *ſuprà dict. conſil.*104. *num.*6. Felinus *in Rubric. de probation. num.*3. verſic. *ſed aduerte*, ibi Decius *num* 153. verſic. *retenta*. De quo videbis textum ſingularem, *in leg. Lucius, ff. de*

15 *condit. & demonſtrat.* † Et Patianus cum eodem Felino, Decio, & aliis, *dicto lib.*1. *cap.*12. *n.*10. *&* 12. id declarans, dicit hoc vltimum de conditione procedere, quando ſubiecta materia per teſtes, & inſtrumenta poſſet haberi; quoniam tunc probatio non verificatur ex præſumptione Iuris; ſecus autem vbi ſumus in materia, in qua probationes concludentes haberi non poſſunt, vt in filiatione, adulterio, & ſimilibus; quia tunc Iuris præſumptio plenè probabit, & per conſequens transfert onus probandi in aduerſarium.

16 Et idem Felinus *in dicta Rubric. de probationibus, num.*4. verſic. *tertia concluſio*, dicit idem dicendum eſſe de probatione; quæ fieri requiritur, vel à lege, vel ab homine cum verbis prægnantibus, & qualificantibus, vtputà, quia dictum eſt, fiat apertiſſima, vel liquidiſſima, vel legitima probatio; quia in talibus non ſufficit ſemiplena probatio cum iuramento; & quia præſumptio Iuris non plenè probat: idem Felinus *in cap. quia veriſimile col. fin. hoc titulo*, diſtinguendo, tradit in quibus caſibus præſumptiua probatio ſufficiat, & Decius *in dicta Rubrica de probationibus, numero* 168. verſic. *tertius eſt caſus, colum. fin.* dicit hoc eſſe verum, quando illa verba prægnantia proferuntur principaliter in aliqua diſpoſitione, ſecus ſi incidenter.

17 Quod ſi deſideres ſcire qui ſint caſus, in quibus præſumptio Iuris faciat plenam probationem, & in quibus minus plenam: dico quod non poteſt dari certa regula, ſed eſſe legem ſeruandam ſecundùm quod diſponit, vt ait Abbas *in cap. quanto, colum.* 2. *circa medium*, verſic. *quandoque Ius præſumit aliquid hoc tit.* Nonnullos refert Angelus *in leg. ſciendum eſt penultima, ff. de verb. obligat.* & ibi, *num.*26 verſic. *deſcendo:* aliquos alios deſumit Patianus *dict. cap.*12. *à num.*4. videbis Menochium *de Præſumptionibus, lib.*1. *quæſt.*82. Andream Valenſem *in Rub.* §. 4. *hic à num.*3. & in verſic. *fin.*

18 Ad tertiam quæſtionis partem, vt plenè ſatisfacias, repetes quod de præſumptione Iuris, & de Iure adduxi, *ſuprà in dicta quæſt.*1. in verſic. *præſumptio Iuris, & de Iure*, vſque ad verſic. *præſumptio vero hominis*: de hac ergo præſumptione regulariter docent Doctores non admittere probationem in contrarium; & neceſſarium non eſſe, vt probatio refundatur in aduerſarium iuxta text. *in cap. is, qui fidem de ſponſalibus, l. antiqua, Cod. ad Velleianum*, *l. fin. Cod. arbitrium tutelæ:* notant Innocentius *in cap. quia veriſimile, num.*2. verſic. *eſt autem hoc tit.* Abbas, Imola, Anania, & Felinus *in cap. quanto hoc tit.* Butrius *in cap. vidua de regular.* Baldus *in Rubr. hic*, vbi Andreas Valenſis *num.*6. Bartol. *in dict. l. antiqua*, plures huius aſſertionis tradit eos ſequutus Patianus *de probat. lib.*1. *cap.*11. *num.*3. *& fin.* & ante eum Menoch. *de Præſumptionibus, lib.*1. *q* 90. Alios plures refert Gratian. *Reg.*185. *num.*10.

Sed quia hæc præſumptio Iuris, & de Iure, nonnullis in caſibus admittit probationem in contrarium: ideo & pro conſequens affirmabis; quod poteſt admittere probationem in contrarium, eamque transfundere in aduerſarium litigantem, vt docent ſuprà relati Doctores, & communiter omnes. 19

Primò enim hæc Iuris, & de Iure præſumptio diluitur, vt ſi v.g. quis faſſus fuit ſe recepiſſe pecuniam, & intra biennium non obiecit exceptionem non numeratæ pecuniæ, oritur præſumptio Iuris, & de Iure, illum eſſe debitorem talis pecuniæ, iuxta ea, quæ adduxi, *ſup. in c. ſi cautio de Fide inſtrument. à quæſt.*4. vbi latè de hac exceptione: & tamen contra admittitur probatio ex confeſſione creditoris: ſic Gloſſa *in l. in contractibus*, in verbo *nullo Cod. de non num. pecun.* Cynus *in Auth ſed iam neceſſe, n* 5. verſic. *quinto quæro eod. tit.* vbi Bartol. *& in d. l. antiqua, Cod. ad Velleian.* plures adducit Patianus *de probat. lib.*1. *cap.*11. *n.*4. Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *q.*61. alios adducit Gratianus *d. reg.*185. *n.*11. 20

Dubium tamen eſt, an hæc confeſſio debeat eſſe iudicialis ſeu ſufficiat extraiudicialis: Et licet Andreas Valenſis *in Rub. hic, n.*7. admittat vtranque ſufficere, modo hæc confeſſio extraiudicialis teſtibus rectè probetur, vel iam ſit probata, vt quia de ea per ſcripturam conſtat: & modo confeſſio ſit de his, quæ pendent à voluntate confitentis vt in exemplo iacto de receptione pecuniæ non numeratæ. † Tamen alij abſolutè docet eam confeſſionem extraiudicialem in caſu non id operari, vt animaduertit Additionator ad Salicetum *in Authent. ſed iam neceſſe, Cod. de donation. propter. nuptias*, Decius *Rubr. de probation. n.*92. verſic. *ſecundo declaratur.* † Idem voluit expreſsè Baldus *in l. filium quem col. penult. ſub n.*37. verſic. *ego breuiter, Cod. familiæ erciſcundæ*, vbi dicit quod legatarij, qui habent in fauorem præſumptionem Iuris, & de Iure, non poſſunt ad petitionem hæredis cogi reſpondere ſuper articulis factis de confeſſione eorum, quod bona hæreditaria non ſufficiebant. † Tamen ſi confeſſio extraiudicialis eſſet in ſcriptis redacta, veluti inſtrumento publico, vel in alia legitima ſcriptura, & Baldus dixit *in l. quicumque in fine, Cod. de Apochis publicis, lib.*10. quem refert Patian. *d. c.*11. *n.*26. videndus *à n* 17. quod tunc admittetur talis probatio contra præſumptionē Iuris, & de Iure. 21 22 23 24

Hæc tamen dicta de admittenda tali probatione ex confeſſione partis, locum habent in his, quæ dependent à voluntate confitentis, & quando ſumus in materia, vel actu, in quo poſſit confeſſio operari, & præiudicare confitenti: eo quia talis actus dependeat à poteſtate partium, vt ſunt contractus, & ſententia: quia tunc confeſſio tollit de medio Iuris, & de Iure præſum- 25

26 præſumptionem. † Secus tamen eſſe quando ſumus in materia, in qua partes non poſſunt ſibi præiudicare: nec lex eorum confeſſionem attendit, vt eſt in cauſa matrimoniali; quia tunc confeſſio non tollit vires prædictæ præſumptionis; non quidem propter maiorem virtutem præſumptionis, ſed propter cauſam materiæ, quæ confeſſioni repugnat, *cap. ſuper eo*
27 *de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ.* † Vnde fit, vt ſi poſt contracta de futuro ſponſalia ſponſus, & ſponſa inuicem copula carnali coniungantur, & poſtea mulier confiteatur ſe non animo contrahendi matrimonium copulaſſe cum viro, nihil operetur talis confeſſio aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, quæ pro contractu matrimonij ex dicta copula, attento Iure communi inſurrexit, vt concludit Anton. de Butrio *in dicto cap. is qui fidem de ſponſalibus*, per textum ibi, *colum.*2. in verſic. *hic aduerte*, Abbatis in verſic. *ſed aduerte.* Præpoſitus *col.*4. verſic. *aut probatio*, Felinus *in cap. quando hoc tit.* multis adductis Menochius *de Præſumpt. lib.*1. *quæſt.*61. *n.*11. verſic. *tertius caſus*, Patian. *d.lib.*1. *de probat. cap.*11. *n.*27. *&* 28. & reddit rationem Andreas Valenſis *in d. Rub. hic*, §. 4. *n.*7. ſub verſic. *dixi*, affirmans non admitti probationem per confeſſionem, etiam vtriuſque contrahentis, ſi dicant ſe non contraxiſſe; quia ab eorum poteſtate, & voluntate, non pendet matrimonij contractus, & diſtractus. *Sed quid per indirectum*, dico *infrà.*

28 Et hunc priorem modum probandi ex confeſſione partis aduersùs prædictam præſumptionem, limitabis ſecundùm ea, quæ tradit Decius *in dicta Rub. de probat. num.*91. verſic. *& extema*, & *n.*97. verſic. *quarto*, refert Patianus *de probat. dicto cap.*11. *n.*28. verſic. *hunc tamen.*
29 † Et Andreas Valenſis *vbi ſuprà ſub d. n.*7. verſic. *dixi*, ait quod etſi independentibus à poteſtate confitentis, contra præſumptionem Iuris, & de Iure, admittatur probatio per confeſſionem, pro quo ſtat præſumptio; tamen cogi ad eam non poteſt, niſi fortè magna ſuadente æquitate eam exigat.

30 Quod ſi dubites quare confeſſio partis aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure admittatur, cum cæteræ probationes admitti nequeant aduersùs Alciatum aliter explicantem; reſpondeo ideo fieri, quia cùm iuris præſumptio fundata ſit ſuper re dubia, quam pro vera leges ſtatuerunt, cum veritatem incognitam haberent, vt docent Doctores, *in dict. cap. is, qui fidem de ſponſalibus*, & *in dicta leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probat.* & quia per confeſſionem partis detegitur veritas; idcirco confeſſio tollit prædictam præſumptionem, cum præſumptum cedat verò, & rei dubiæ opinio cedat veritati, Gloſſa *in cap. veritate diſt.*8. & *in cap. quicumque diſt.*81. Patia-
31 nus *de Probat. dict. cap.*11. *à n.*9. 12. *&* 13. † Et ita tenens Andreas Valenſis *in Rub. hoc tit.* §. 4. *ſub diſt. n.*7. ait quod etſi præſumptio Iuris, & de Iure habeatur à lege pro veritate: tamen verè, & propriè non eſt ipſa veritas, cum verſetur circa dubium, & in claris non ſit locus coniecturis, vel præſumptioni, ob idque poſſe in contrarium detegi veritatem per confeſſionem eius, pro quo ſtat præſumptio, cum nulla melior, nullaque efficacior ſit probatio, quàm pro-
32 prij oris confeſſio. † Tamen ſi ſtatuto, vel lege adimatur omnis quælibet probatio, ſiue directa, ſiue indirecta, ne illuſoria reddatur præſumptio Iuris, & de Iure: tunc confeſſio partis aduersùs præſumptionem hanc non admittetur, vt docet Andr. Valenſ. *in Rub. huius tituli*, §. 4. *ſub d. n.*7 *in fine primi verſiculi*, cui addo Bartol. Socin. *in conſ.*242. *circa primum*, *num.*7. verſic. *ex quibus patet*, *col.*4. *in fine*, *vol.*2.

Vnde, etſi communiter DD. dicant probari 33
contra præſumptionem Iuris, & de Iure per indirectum, vt 4.g. quando virtus probationis non tendit ad impugnandam ipſam præſumptionem, ſed tendit ad euacuandum effectum eius intendèdo quod factum non eſt tale, quale requiritur ad prædictam: præſumptionem inducendam, vt patet in exemplo, *ſup.* poſito de matrimonio, & copula, iuxta text. *in d. c. is, qui fidem de ſponſalibus*, vbi præſumit Ius inter ſponſos de futuro verum conſtitui matrimonium per copulam. Tamen contra hoc admittetur ea nempe probatio, vel quod copulauit ſponſus cum ſponſa per vim, aut econtra, vel quod illa ſponſalia iam erant diſſoluta ante prædictam copulam; vel quod talia ſponſalia à principio fuerunt inualida propter aliquod impedimentum, vt ſequitur Andreas Valenſis *in dicta Rubric.* §. 4. *numero* 9. plures adducens Patianus *dicto lib.*1. *de probation. dicto cap.* 11. *à numero* 37. † Qui 34
ex aliis, *à num.*39. ait quod iſtud genus probandi eſt multùm notabile; quia eſt generale ad omnia iura, quæ diſponunt ratione cuiuſdam qualitatis non eſſe admittendam probationem in aliquo actu; quia ſemper poterit indirecta probatio admitti, dicendo, vel quod nos non ſimus in illo caſu, vel quod requiſita qualitas in illo actu non interuenit, vt notat egregiè Bartol. *in l.*1. §. *parui refert*, *num.*3. verſic. *ego in iſta*, *ff. quod vi*, *aut Clam.* Tamen fallit vbi omnis probatio, etiam indirecta auferetur ex dictis *num. præced.*

Ex his infero ad nonnullos caſus, quibus 35
aufertur Iuris, & de Iure præſumptio per confeſſionem partis. Primus eſt, quia ſententia lata cum cognitione cauſæ habet pro ſe præſumptionem Iuris, & de Iure, quia tranſiuit in rem iudicatam: & tamen ſi pars aduerſa, pro qua lata fuit ſententia, confiteatur illam eſſe iniuſtam, poterit ex prædicta confeſſione aduersùs præfatam ſententiam probari, vt adnotant Innocent. *in cap. quia plerique de immunit. Eccleſiar.* Butrius, Abbas, Imola, & Felinus *in cap. quoniam contra de probationibus*, Florianus *in leg. cum putarem*, *ff. familia erciſcunda*, Paulus de Caſtro *in dicta leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probation.* Marſilius *in l.*1. §. *ſi quis vltro*, *num.*57. verſic *tu etiam iſtis addere potes*, *ff. de quæſtionibus*, Romanus *conſ.*350. *col. pen.* Et quid ſit in criminalibus tradit Felinus *in cap. conſanguinei de ſent. & re iud.* Valenſis *in Rub. hic*, §. 4. *ſub n.*7. verſic. *ſimiliter.*

Secundò infertur quod licet hæres non con- 36
ficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias, ſatisfacere creditoribus, & legatariis, cum hæreditas ex præſumptione Iuris, & de Iure cenſeatur eſſe ſoluendo, §. *ſi verò non fecerit*, *Auth. de hæred. & falcid* tamen hoc non habet locum quando ex legatariorum, vel creditorum cõfeſſione conſtaret de quantitate bonorũ, quæ ſufficientia non fuiſſent tempore mortis teſtatoris, vt ait Baldus *in l. filium*, *quem col. penult.* verſic. *ego breuiter*, *C. familia erciſcunda*, Paul. de Caſt. *in l.*
in

in ratione la 1. §. *quod vulgò in fine*, *ff. ad leg. falcid.* vbi ponit differentiam inter creditorem, & legatarios, Felinus *in cap. quanto hoc tit. & in d. cap. quoniam de probat. ſub num.* 30. verſic. *fallit*

37 *quinto.* † Qui *in dicto n.*30. verſic. *amplia iſtam fallentiam*, & *in d. cap. quanto*, *col* 3, verſic. *& habet*, docet ſupradicta de confeſſione habere locum, non ſolum in confeſſione vera, ſed etiam ficta, quæ & ipſa contra præſumptionem Iuris, & de Iure admittitur, vt notant etiam Bart. *in l. abſentētiam, n.*4. verſ. *quarto circa ff. de pœnis*, Alex. *in l. à D. Pio, §. ſi pignora, n.*3. verſic. *limita de re iud.* & ibi Iaſon *col.*2. *in fine*, Patian. *d. cap.*11. *lib.*1. *de probat. n.*8. Menoch. *lib.*1. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*61. *n.*9. verſic. *ſecundus eſt caſus*

38 Sed an fictio Iuris per confeſſionem partis auferatur; vt explices, videbis quæ adduxi, *ſuprà in Rub. q.*1. *num fin.*

39 Etſi dubites quare leges admiſerint aduersùs Iuris, & de Iure confeſſionem partis, & non alias probationes; reſpondeo id fieri; quia cōfeſſio habet in ſe maiorem veritatis certitudinem, quàm teſtes, & cætera probationū genera, vt habetur, *in l. vnica, Cod. de confeſſ.* Decius *in Rub. de probationibus*, *num.*42. verſic. *Aretinus hic reſpondit*, Patianus *de probat. dicto lib.*1. *cap.*11. *num.*15.

40 Quæ aſſertio difficilis eſt; ſiquidem Andreas Valenſis *in Rub. hic*, §.4. *n.*8. dixit admitti probationem in cōtrarium aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, non ſolùm per quinque teſtes, ſed etiam per duos, vel tres, multùm legales. Imò Anton. de Butrio *in cap. vidua*, *in fine extra de regularib.* & alij, quos refert Patianus *de probat. d. lib.*1. *cap.*11. *n.*59. dixerunt quod aduersùs eam admitti valet probatio per iuramentum perſonæ honeſtæ, & multùm fidelis, fauore honeſtatis: & faciunt quæ adduxi ſuprà *in Rub. de Fide Inſtrument. q.*2. vbi dixi quod inſtrumentum poteſt teſtibus improbari. Sed dico eſſe dubium inter Doctores, an tribus, vel quinque teſtibus improbetur præſumptio Iuris, & de Iure. De quo videbis quæ adducit Menochius *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*63. Non tamen admitto quod dicunt iuramento vnius quantumcumque honeſtæ perſonæ iuxta dicta *ſuprà in cap.*28. *à nobis de Teſtibus*: imò id non dixiſſe Butrium docet Patianus videndus *dicto libro* 1. *de probat. cap.*11. *num.*59.

41 Alius nempe modus probandi contra præſumptionem, eſt per notoriū, quia probatio, quæ fit per facti euidentiam, nunquam cenſetur excluſa, licet cæteræ ſint excluſæ, modo hoc notorium ſit permanens & allegatur: nam cum allegatur notorium facti tranſeuntis, illud per teſtes probari debet, & licet notorium non indigeat probatione, indiget tamen allegatione, vt tradit *in Rub. hoc tit.* Andreas Valenſis §.4. *n.*10. Cui addo Butrium *in d. cap. quoniam contra col. fin. de Probationibus*, ibi Imola, Felinus *n.*25. multis adductis Menochius *de Præſumptionib. lib.*1. *quæſt.*67. & Patianus *de Probationibus, d. cap.*11.

42 *lib.*1. *à n.*44. † Vbi addit quod hoc probationis genus eſt omnibus efficacius, & nunquam à lege, vel ſtatuto intelligitur excluſus, cuius exempla tradit Hipolytus de Marſ. *in l.*1. § *ſi ſerui quaſi*, 4. *ff. de quæſtionib.* & *in* §.2. *num.*23. verſic. *quæ ſidem*, & *in* §. *ſequens*, *n.*42. verſic. *aliter*, & *in vlt.* verſic. *ſecundo dico pract. crimin.* Et hic probandi modus ſimilis eſt confeſſioni, cum per in notorium inducatur vt dixit idem Patianus *ſuprà dict. numero* 44. verſic. *& ſub hoc capite.*

43 Alter modus erit, quando nondum lata ſententia prætextu præſumptionis Iuris, & de Iure, intenditur in integrum reſtitutio; quia tunc probatio admittitur in contrarium, de quo Felinus *in cap. quanto hoc titul. col.*3. verſic. *fallit* 4. & alij relati à Patiano, qui dubius eſt de hoc; eo quod Alciatus *libro* 2. *de Præſumptionibus*, *p.*2. *num.*18. verſic. *quinto limitator hunc*, modum limitauit.

44 Tamen ſi quis contra præſumptionem Iuris, & de Iure vult probare ad hoc, vt in integrum reſtituatur ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur*, tunc admittetur ſecundùm Alciatum *ſuprà in fine ſeptimæ limitationis*, vbi dixit poſſe ſuccurri Tutori, qui imprudenter bona ſua deſcripſit in inuentario; tanquam bona Pupilli: videbis Menochium *de Præſumptionib. quæſt.*70. *lib.*1. & Patianum *dicto lib.* 1. *cap.*11. *à n.*47. vbi limitat *num.*49. quando lex, vel ſtatutum reſiſteret ex iam dictis. 45 † Et *à n.*51. *vſque ad* 54. agit de alio modo, videlicet quando fit probatio per proteſtationem iuſtam, & benè fundatam, quæ vel præceſſit actum, vel in ipſo actu interuenit ex Gloſſa *in cap. vidua de regularib.* Socinus *reg.*384. *fallent.*3. Menochius *lib.*1. *de Præſumpt. q.*75. alij relati à Patiano, qui etiam *à n.*55. *dicto lib.*1. *de probat. cap.*11. affert alium modum, nempe quando tractaretur de fauore cauſæ publicæ ex Socino, & Butrig. *ſed ipſe*, illum modum apud prædictos Doctores affirmat non inueniſſe. Et *à n.*56. agit de alio modo, nempe quando probatio fuerit per inſtrumentum publica aduersùs præſumptionem, quod admittit caſibus, in quibus inſtrumentum facit notorium, vbi alia tradit ex Speculatore, Socino, Butrio, Cyno, & Angelo.

46 Vltimus nempe modus erit probandi aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, quando probatio admiſſa fuit ex conſenſu partis, ſiue expreſſo, ſiue tacito eo; quia non reclamauit, ſed paſſa eſt probationes admitti: & ſic dixit Innocent. *in cap. cum Bertoldus*, *col.*3. *in princip.* verſic. *vel dic quod licet à principio*, *de ſentent. & re iud.* vbi notat quod licet quando ſententia tranſiuit in iudicatum, poſſit, & debeat probatio repelli contraria, ſi tamen admiſſa eſt de facto, & appareat ſententiam non benè latam, tunc eam reuocandam eſſe; quoniam ex quo Iudex cognouit, pronunciare debet: ſic docent Butrius *in cap. quoniam contra de probat.* Abbas *n.*22. Felin. *n.*29. multis adductis Menoch. *de præſumpt. dict. lib.*1. *q.*68.

47 Dubium tamen eſt ſi pars aduerſa non conſentiat, & probationes contra præſumptionem Iuris, & de Iure admittantur, Iudex tamen illas admittit, & pars ab admiſſione non appellauit, aut proteſtata eſt contra Iudicem, nunquid tales probationes valeant, & dico in eo caſu valere, ſecus tamen ſi in vita appellaret, aut proteſtaret; quia non proteſtando, videtur conſentire, & fauori ſuo renuntiare, ſic cum aliis; & plura in confirmationem adducens, docet Patianus *dict. lib.*1. *de probat. cap.*11. *à n.*31. & Baldus *in l. certi conditio*, §. *quoniam*, *num* 11. verſic. *ſecundo quæro in fine*, *quæſtion. ff. ſi certum petatur*, & verſic. *nota* 2. *n.*30. videtur tenere, vt ſit neceſſaria proteſtatio.

48 Ad vltimā quæſtionis partem, an præſumptio ſit alleganda, & probanda, vt benè reſpondeas,

leges quæ adduxi, *ſup. q.* 1. in verſic. *non iterum obſtat*, text. *in l. ſi adulterium*; ſed quia plena manu caſus ibi reſumptiuè collectos expendit Gratian. *de probat. lib.* 1. *c.* 12. *à n.* 21. cum leges ad ſaturitatem: vbi *à n.* 13. ait quod etſi habens præſumptionem Iuris in fauorem non teneatur probare, ſed transferat probationem in aduerſarium: tamen bene tenetur præſumptionem allegare; ita vt ſi allegata non ſit, nihil operetur per textum, *in d. l. adulterium cum inceſtu*, quam omnes allegant, §. *idem Pollioni*, vbi Gl. *ff. ad leg. Iuliam de adulter.*

49 † Et in tãtùm verum eſt, vt habeat etiam locum in notorio, & in conſuetudine notoria, quæ debent allegari, licet probatione non indigeant, vt de notorio ſcripſit Gloſſ. *in Clem. appellanti*, verb. *alias de appellat.* latiſſimè Felin. *in c. cùm ordinem*, *n.* 10. & 11. *de reſcriptis*: & de conſuetudine affirmant Alex. *in leg. vnic. n.* 4. verſic. *vnde puto*, *Cod. quæ deſunt aduocatis*, vbi amplius ſubiungit, quod etiam ſi conſuetudo non eſt notoria, & illam pars allegaret, poſſet Iudex ex officio ſuo ſe informare Tabellionibus, vt pulchrè ſequitur Socin. *conſ.* 65. *n.* 38. verſic. *ſed tamen vol.* 1 & hoc in praxi video receptum.

50 Quare ſi quis habet præſumptiones erroris in fauorem, licet releuetur ab onere probandi: tamen oportet, vt eam alleget; quia quædam non habemus neceſſe probare, quãdo ex his agimus, vel excipimus, vt ait Bald. *in l. quicumque in* 2. *notab. C. de ſeruis fugitiuis* idem *in l. ſuper longi*, *n.* 11. verſic. *illud autem tene fixum*, *Cod. de præſcript. longi temporis*: vbi tradit, quod vbi præſumimus bonam fidem, intelligendum eſt modo allegetur: & ſic monet aduocatos, vt de bona fide articulos ſaltem faciant: ſequitur Angel. *in l. eum, qui*, §. *Publiciana*, verſic. *ſis tamen cautus*, *col fin. ff de Publiciana*, rurſus Bald. *in l. etiam num.* 10. verſic. & *vota*, licet, *Cod. de executione rei iudicatæ.*

51 † Vbi inquit quod quamuis poſſeſſor præſumatur Dominus ad impediendam executionem: tamen iſtud eſt verum, ſi dominium allegat, & eo non allegante, non præſumitur, vt tradit Bart. *in l. rem alienam*, *n.* 6. verſic. *quæro circa iſtam*, *ff. de pignor. act.* & *in l. cum quid*, *n.* 13. *col. fin. ff. ſi certum petatur*, & *in d. l. ſi adulterium*, *n.* 14. verſic. *ſecundo nota.* Abbas *hîc n.* 4. verſic. *ex prædictis*, *col.* 2. Felin. *n.* 5. verſic. *ſed contra hoc facit*, plenè Iaſon *in d. l. cum quid*, verſic. *ſubdit ſucceſſiuè*, *col.* 5. ibi Socinus *n.* 37. verſic. *tertia concluſio*, Afflictis *in deciſ.* 178. *in cauſa filiorum in fine*, aliis adductis Patianus *d. c.* 11. *de probat. n.* 17. vbi addit iſtam partem eſſe tenendam; licet Barbatia *in conſ.* 70. *illud aſſerat*, *col. penult. in fine*, verſic. *mihi tamen videtur de Iure*, aliter conſuluerit. Et pro complemento applicabis quæ adduxi ſuprà *in cap. dilecti de Iudicijs*, *q.* 10. *vbi egi de quæſtione*, *an teneatur iudicare Iudex ſecundùm ſtatuta non allegata*, *ſeu conſuetudinem notoriam.*

52 Quod ſi dubites probatio qualis, & quando admittatur contra præſumptionem, *leges fin. Cod. arbitrium tutelæ*, leges Cyriac. *tom.* 1. *controu.* 25. vbi *n.* 5. ait quod tollitur præſumptio huius legis circa deſcriptionem factam à Tutore in inuentario Pupilli ex inſpectione oculari, ſic cum Vrſil. ad Afflictis *deciſ.* 13, *n.* 42.

QVÆSTIO IV.

An exemplo ſententiæ latæ à Salomone in noſtro textu, alij etiam Iudices inferiores, debeant iudicare in ſimilibus, & aliis caſibus: Et an rectè hic Salomon Iudicium ſuum interpoſuiſſet: Et an res, quæ vno tantùm ſpiritu conſtat, diuidi poſſit: Et an mater ſuperuiuat infanti?

SVMMARIVM.

1 *Salomonis exemplum mandantis diuidi infantem, qualiter fecit legem ad alios Iudices inferiores*, *n.* 3. & 4.

4 *Salomonis Iudicium mandantis diuidi infantem, vt rectum defenditur ab impugnatione*, *n.* 5. 6. 7. & 8.

7 L. Plagij, § fin. C. ad leg. Iul. de plag.

8 L. Iudex poſteaquam, ff. de re iud.

9 *Renuntiatio inuoluntaria, & per metum propij Iuris, non tenet*, *n.* 10.

11 *Obligatio dicitur diuidua, ſiue indiuidua ex rebus in eam deductis.*

Diuiduæ dicuntur res, quæ diuiſionem recipiunt. Et harum quædam diuiſione facta, conſeruantur in parte diuiſa, aliæ autem omnino deſtruuntur. Declaratur, *n.* 12. 13. 14. & 15.

16 *Mater præſumitur ſuperuiuere infanti, ſecus puberi iam facto.*

AD primam quæſtionis partem, videtur dicendum Salomonis factum non eſſe adducendum ab aliis Iudicibus in exemplum. Ratio eſt; quia hîc procedit non ſolùm contra ordinarium Iuris ordinem in proceſſando, ſed etiam cõtra ordinem Summarium, & in quo ſolent procedere Iudices de plano, & nulla figura, Iudicij ſeruata, in quo ſaltem citatio, & actorum copia danda eſt partibus iuxta ea, quæ latè adduxi, *in cap. dilect.* 6. *de Iudic.* & ibi, *q.* 15. & 16. & contra regulam textus, *in cap. quoniam contra falſam de probationibus*, *l. rem non nouam* 12. *Cod. de Iudiciis.* Etenim nullis aſſignatis dilationibus, quæ etiam in cauſis admodum executiuis ſolent aſſignari, Salomon hîc ad ſententiam definitiuam peruenit; non enim ſolent Principes defenſionem partibus auferre, & minus citationem iuxta ea, quæ latè adduxi, *ſuprà in Rub. de cauſa poſſeſſ.* quantumuis Princeps ſit Legibus ſolutus, iuxta longè dicta *ſuprà in cap.* 1. *de probationibus, in* 2. *eius parte.* Ergo & ſi admitteretur Salomonis factum rectum fuiſſe; non tamen inde ſequi, vt talis ordo Iudicij ſuſtineatur inter alios Iudices inferiores. 1

Tamen conſtat ex textu noſtro Salomon proceſſiſſe ad ſententiam definitiuam, vtraque matre præſente, & allegante infantem viuum eſſe ſibi adiudicandum; & cum ibi alia citatio neceſſaria non eſſet, aut quia antea præſumeretur facta, aut quia quælibet mulier illico ad regem iuit, ſequitur dicendum quod Rex Salomon non omiſit citationem, quæ taliter eſt de ſubſtantia Ordinis Iudiciarij, vt omnis cauſa abſque ea progreſſa nulla ſit, vt ſæpius alibi repeti; & colliges ex dictis *ſuprà in d. cap. contra falſam ſub. quæſt.* 1. & *in cap.* 2. *de Teſtibus*; cum ergo 2

ergo caſus, de quo hic probari nequibat teſtibus, ſeu aliâ ſpecie probationis, præter præſumptionem, quæ ex vultu, & aſpectu cuiuſlibet ſibi adiudicari filium petentis; quid mirum vt Salomon Rex violentâ præſumptione orta ex facto ibi contingenti abſque alio ordine iudiciario vni ad iudicaret; potius quam alij, iuxta rationem noſtri Textus Latam *ſupra in dict.q.*1. quælibet etenim Mater allegauerat ſuper filiatione, & audita, vt ex facto conſtat; & cum in tali contingentia, non adeſſet alius modus probandi, factum eſt, vt non eſſet neceſſarium, quod Salomon partibus litigantibus coram ſe aſſignaret delationem ad probandum; quia tota vis probationis conſiſtebat in præſumptione, quam ipſe Salomon oculis intuebatur, & ſic exiſtimo non omiſiſſe ordinem iudiciarium, & locum fuiſſe in Textu noſtro allegationi, & probationi iuxta relata, *ſupra quæſt. præced.* in verſic. *ad vltimam quæſtionis partem,* & ſupra adducta, *in dict. quæſt.*1. à verſic. *non iterum obſtat Textus in l. ſi adulterium.*

3 Quare exiſtimo in puncto quæſtionis dicendum exemplum Salomonis facere legem ad alios iudices inferiores, vt in eodem caſu, & aliis ſimilibus queant abſque alia forma iudiciali Definitiuam ferre ſententiam; & licet Regula iuris ſit, exemplis non eſſe iudicandum: fallit tamen in his; quæ à factis, & deciſionibus ſupremi Principis ſumuntur, *cap. in cauſis* 19. *de re Iudic. cap. conſultationi*, vbi Bernardus verbo *iudicari de frigidis, & maleficiatis*, *l.*3. *l. ſi Imperialis vltima*, *Cod. de legibus*, *l.* 1. *ff. de conſt. Principum*, §. *ſed quod Principi inſt. de iure naturali*, *l.* 14. *tit.* 22. *p.* 3. ibi: *fueras ende ſit omaſen aquella facaña de Iuycio, que el Rey obteſe dado ca entonces bien pueden iurgar por ella; porque la del Rey ha fuerca e deue valer, como ley en aquel pleyto, ſobre que es dado, e en los otros que fueren ſemejantes*, Menochius *conſ.*2. *num.*10. *lib.*1. cum pluribus ab eo relatis, quod verum eſt, maximè ſi Principum exempla ratione nitantur, Cardinalis *in cap. ſanè* 11. *diſt.* 9. & cum cauſæ cognitione ſententias ipſi ferant; pro vt ex *dicta l. fin. Cod. de legib.* & ſic Thomas Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 9. *cap.* 12. *num.*3. adducit, quod ſanctorum teſtimoniis, ſeu exemplis iudicandum eſt, quod in exemplis ſcriptura Sacra contentis, fortius obtinet, præſertim ſi Diuina ſint, *cap. qualiter, & quando* 24. *de accuſationib. cap. Deus omnipotens* 20.2. *quæſt.*1. Panormit. *hic n.*1. dum tamen non ſint cæremonialia veteris teſtamenti, quæ non admittuntur in vim illius legis, de quo iam alibi dixi latè, *in cap. tranſlato* 3. *de conſtit.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, de qua ex dictis legitimè inquiritur, poteſt etiam dubitari, dicendo non bene Salomonem hic iudicium tuliſſe. Primò, quia cum hic Salomon omiſiſſet diuiſionis cautela, quæ poſtulata fuit; debuit tunc adiudicare filium matri, quæ eum poſſidebat; quia cum præſumptionis iudicium fundetur in dubio ſecundùm latè dicta *ſupra in Rubrica, & in noſtro Textu*; & in dubio potior ſit conditio poſſidentis, & conſtatet quod mulier, quæ non vera Mater Salomoni viſa fuit, filium tunc poſſideret, in fauorem eius debuit præferre ſententiam; ſi quidem vera Mater, nec plenè, nec ſemiplenè probabat, quare mulier illa erat in poſſeſſione tuenda *ex Reg.* Textus *in l. actor, Cod. de probationib. l. qui accuſare, Cod. de edendo, cap. fin.* §. *ſanè de Iureiurando.* Tum etiam, quia hîc Mater, quæ poſſidebat vicem rei agebat, & altera vicem actoris, ſed in iudiciis, dum adeſt, dubium eſt pro Reo iudicandum; igitur. Tertiò, quia ſi dicimus Salomonis iudicium rectum fuiſſe, tunc incidimus in aliud dubium, nempe aut eſſe nullum, aut eſſe retractandum; eo quod non declarauit mulierem illam falſo ſibi filium petentem; aut quod diuideretur incidiſſe in pœnam plagij ſibi imponendam iuxta legem Plagij, *Cod. ad legem flauiam de plag.* §. *fin.* cum ex illa violenta præſumptione conſtabat illam mulierem, quæ infantem poſſidebat veræ matri abſtuliſſe. Vltimo quia cum iam ſemel Salomon Rex decerneret iudicando, vt infans diuideretur, non potuit poſt iterum iudicare, vni filium ad Iudicando; quia iam iudex non erat; eo quod functus erat iure ſuo per primam Diuiſionis ſententiam iuxta regulam Textus. *in l. poſtea quam, ff. de re iud.* ergo.

Adhuc defendenda eſt Doctrina, & ſententia Salomonis hîc tradita in noſtro Textu, ex adductis, *ſupra quæſt.* 1. *& ſequentibus.* Et ſic non obſtat primum argumentum, *num. præcedenti*, relatum, quia communiter dicitur quod probatio eſt in duplici differentia directa, quæ non artificialis dicitur, vel indirecta, quæ artificialis appellatur, vt tradit Duarenus *lib.* 1. *diſp. cap.* 27. directa eſt, quæ Teſtibus & Inſtrumentis conſtat, *l. teſtium* 18. *Cod. de Teſtibus.* Indirecta, quæ & ſi id, de quo quæritur, directè non probet, tamen certis de cauſis illa vti poteſt, & oportet, vt de quo quæritur cognoſcatur, & ſi non certè, & neceſſariè, tamen probabiliter ei ſtandum eſt, & eam iudex amplectetur, vt dixi ſupra, *num.* 2. quare vt ait Graña *hic num.* 7. Oña *num.* 80. & Menoch. *de præſumptionib. lib.* 1. *in præfatione*, *ex num.* 6. Textus noſter debet deſumi in hac indirecta probatione. 5

6 Non ſecundùm, quia licet rei ſint fauorabiliores in re dubia, ſeu obſcura, *ex cap. cum ſunt de Reg. iuris*, *l. fauorabiliores*, *ff. de reg. iuris*: Tamen hic in Textu noſtro ex propoſita violentiſſima præſumptione, quâ Salomon Rex commotus fuit, vt veræ præſumptæ matri infans adiudicaretur, non fuit res dubia, nec obſcura; imo nec par, vt docent relati hic, vbi Matienc. *num.*54. Maſcardus *de probat. concl.*1221. *num.* 4.

7 Non tertium, *ex dicta l. Plagij*, §. *fin. Cod. ad leg. flauiam, de plag.* quia omiſſis aliis de quibus Morla *de variis quæſtionibus*, *tit.* 12. *quæſt.* 1. reſpondeo, quod in noſtro Textu pœna plagij locum habere non potuit; quia in eo non erat actum criminaliter, ſed tantùm ciuiliter ad faciendam reſtitutionem infantis veræ Matri, & nulla alia extitit probatio, quàm violenta illa præſumptio, quàm ex Diuina inſpiratione Salomon exegit: ita Graña hic *num.*9. Oña *num.*79. & vt vberius reſpondeas, aduertes hoc dubium pendere ab illo, an ex violenta præſumptione, poſſit imponi pœna ordinaria? De quo Morla *ſupra*, & ego dixi longè, *ſupra*, *quæſt.* 2. *dubio.* 1. *& 2.* verſic. *ad primam*, & verſic. *ad ſecundam.*

8 Nec obſtat vltimum ex Textu, *in dicta l. iudex poſtea quam*, *ff. de re Iudicata*; quia reſpondeo

tis pœnâ ex indiciis, & præſumptionibus, iudicis arbitrio relinquitur, n. 10.

12 *Præſumptio violenta quæ in ciuilibus plenè probat, non ſic in criminalibus.*

13 *Probatum dicitur quod coniecturis legitimis, ſeu præſumptionibus legum apparet: fallit ſi lex loquatur in termino poſitiuo vel ſuperlatiuo, n.*14.15.16.17.18.*vbi expenditur.*

20 *Probari debent quæ in facto conſiſtunt, & alleganti incumbit probatio, n.*21.22.23. *&* 24. *Hæc non præſumuntur.*

24 *Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine, non creditur, niſi probetur.*

25 *Præſumuntur plura etiam ſi deficiat alia probatio, vt n.ſeq.ad* 58.

1 AD primam quæſtionis partem breuiter reſpondeo dicendo diſtinctionem eſſe inter præſumptiones leues, & alias maiores, veluti iuris, & de iure; & quæ vehementiſſimæ ſunt, quaſi in primo caſu nunquam præſumptiones ſufficiant ad condemnandum. Eſt enim regula, quod nemo ex præſumptionibus, & indiciis criminaliter condemnatur, iuxta Textum *in l. abſentem in principio, ff. de pœnis.*, vbi Gloſſa, verbo *damnari*, ibi, Bartolus, Menochius *de præſumptionib. lib.* 1. *quæſt.* 40. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 459. *num.* 8. *&* 9. *concluſ.* 496. *num.* 1. *& concluſ.* 1167. *num.*3. multis adductis Farinacius omnino videndus de Reo conuicto, *quæſt.* 86. vbi plura diſtinguit; & ſic docet contra alios, qui aliud dixerunt; imo & Monticellus, *Reg. crim.* 11. *num.* 2. Chacheranus *conſ.* 65. *num* 48. dicunt regulam veram eſſe etiam ſi præſumptiones eſſent probabiles, & euidentes, ſeu veriſimiles; & ſic ex præſumptionibus temerariis, ſeu leuibus nullam indici condemnationem voluerunt Menochius *lib.*1. *quæſt.* 94. *à num.* 5. cum aliis Farinacius *ſupra à num.* 11.

2 De præſumptionibus autem violentis maius dubium eſt; quia Iaſon *in l. ſeruum fugitiuum, n.*29. *ff. de ſeruis fugitiuis*, Marſilius *in Rubrica, Cod de probationib. à num.* 154. Latè defendunt quem condemnari non poſſe ex violenta præſumptione: plores adducit Menochius, *d. quæſt.*97. *n.*21. Dueñas *regula* 303. Gratian. *regula* 374. cum multis, vbi hanc partem ampliat vſque ad *n.*3. etiamſi præſumptiones ſint adeo vrgentes, quod mentem iudicis coarctent ad aliud ad credendum.

3 † Et in tãtum quod ſi in aliquo ſuſpecto de hæreſi præſumeretur, error & imperitia; adhuc non condemnetur, vt hæreticus pertinax, vt dixit Palacios Rubios *in allegation. in materia hæres*, §.11. *vel aliter dicere poſſum*, & etiamſi præſumptiones ſint tales, quæ in ciuilibus ſufficiant non eſt quis criminaliter damnandus, vt tenuit Butrius *in c. quanto, hoc tit.* Abbas *hic.*

4 Et ècontra tamen Abbas *hic num.* 6 verſic. *aut præſumptiones ſunt vrgentiſſima* vbi Gloſſa, & communiter in ſummario Doctores per Textum noſtrum docent ex violenta præſumptione poſſe ferri definitiuam, non ſolùm quando agitur ciuiliter; prout loqui videtur Textus ille, ſed etiam quando agitur criminaliter, & Menochius *lib.*1. *quæſt* 94. *num* 3. dixit ita omnes admittere per Textum noſtrum, de quo iam dixi, *quæſt.*1. quod tamen admittit Farinacius quoad pœnam pecuniariam; ſecus de pœna corporali, dicta, *q.*86. *num.*18. ipſe ex dictis, *ibi à n.*78. vbi plures alios refert, qui hoc ſic intelligunt, quando eſt vnica tantùm violẽta præſũptio; ſecus ſi eſſent plures.

Quo pacto venit declarandus Textus noſter: 5
nam & ſi hic ex violenta præſumptione fuerit lata ſententia; non tamen fuit lata criminaliter, & ad pœnam, ſed tantùm ciuiliter ad reſtitutionem rei: & ſic concludit Farinacius *dict. quæſt.*96. *num.*17. cum Anania *hic num* 1. Butrio *num.*7. Cardinali Zabarella *num.* 3. *in* 4. *notab.* Præpoſito *in c. is qui fidem de ſpons.* Paulus de Caſtro *in l. ſciant cuncti poſt, num.* 4. *Cod. de probat.* Sarmientus *ſelect. lib.*1. *cap, num.*8. & alij, violentam præſumptionem ſufficere ad condemnandum ciuiliter ſed reſtitutionem rei, non autem criminaliter ad pœnam contra Abbatem.

Tamen ſi delicta ſint occulta, & difficilis 6
probationis, tunc poſſe fieri condemnationem ex præſumptionibus, & indiciis, dixerunt Bart. *in dict. l. quicumque, num.*23. *Cod. de ſeruis fugitiuis*, Alexandr. *conſ.*69. *à num.*1. Maſcardus *de probationib. lib.*1. *concluſ.* 496. *num.*4. *& concluſ.*419 *n* 16. *& concluſ.*461. *num.* 10. verſic. *limita, & concl.* 830. *num.* 4. *&* 7. vbi alios adducit, poſt quos Farinacius *d. quæſt.*86. *de Reo confeſſo, à num.*29. qui contra Boſium *in tit. de conuicto, à num.*46. & contra alios, quos refert Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 58. *num.* 18. Decianum *in tractatu crim. lib.*7. *cap.*45. *num.*1. *&* 36. dicentes eam condemnationem fieri non poſſe ex illis præſumptionibus, ſaltim in delictis atrocibus, docet cum Menochio *dict. quæſt.* 58. *num.* 19. optimè alloquente relatam ſententiam; pro qua ſunt multi, quos refert, & ſequitur Gratianus *dict. regula* 374. *num* 4. quia in iſtis delictis veritas aliter haberi non poteſt, quod declarant Doctores ab eo relati, quando indicia, & præſumptiones ſunt indubitatæ: ſic etiam ex aliis multis docet Farinacius *d. quæſt.*86. *num.*33. & tunc procedere poſſe quoad pœnam extraordinariam, veluti fuſtigationis, relegationis, & alias, ſed non ad pœnam mortis; & ſic ſe vidiſſe obſeruari quotidie, & teſtatur Iulius Clarus *in praxi quæſt.*20. *n.*6. & Doctores hîc docent, quod debet pœna temperari, quoties mouetur iudex ad condemnandum ex præſumptione violenta, vt declarat Felinus *hic num.*10. Itaque licet ex ſolis indiciis indubitatis talem condemnationem non fieri, ſed tantùm ad torturam procedi, dixerint multi relati à Farinac. *dict. quæſt.*86. *à num.*55. tamen ipſe cum infinitis contrarium docet, *ibi à num.*64 *& num.*58. vbi hoc relinquit iudicis arbitrio, vt procedat ad condemnandum, vel torquendum, affirmando hanc eſſe veram praxim, quamuis Faquineus *lib.*1. *controuerſ. c.*29. in puncto iuris generaliter defendat ex præſumptionibus Reum nunquam condemnandum, ſed torquendum tantummodo: De quo videbis eundem Farinac. plura ſcribentem *dict. quæſt.*86. *à n.*113. *&* 114. & antea, vbi dixit contra plures ex præſumptione violentiſſima poſſe iudicem imponere pœnam ordinariam delicti cum Felin. *hic n.*4. & Butrio *num.*7. ſecus ex præſumptione tantùm violenta: Sed concludit, *num.*117. magis communiter receptum eſſe à Doctoribus, vt pœna extraordinaria imponatur, veluti exilij ex his, quæ congerit, *ibi num.*110 & pro hac ſententia Zeuallos cum multis refert, & ſequitur, *q.*337. nunquam ex indubitatis indiciis, quamtumuis vrgentiſſimis eſſe quem condemnandum ad mortem per Textum, *in l. fin. Cod. de probation. l* 3. *&* 26. *tit.* 3. *p.* 7. *l. abſentem, ff. de pœn. cap. literas*

teras in fine hoc tit. & licet per textum, *in cap. accedens de accuſat. cap. ſignificaſti de adulteriis, cap. litteras*, §. *penult.* & ex noſtro textu, item *ex cap. de hoc de ſimonia, cap. cum contumacia de hæreticis, lib.*6. videatur reum eſſe puniendum, propter præſumptiones, & ſuſpiciones aliqua leuiori pœna; & Faquineus *ſuprà* in verſic. *ad argumentum*, hanc ſententiam tantùm dicat procedere de Iure Canonico inter perſonas Eccleſiaſticas infamiâ laborantes, vt ſe compurgent, vel vt ſuſpendantur ab officio, aliterve puniantur, nequi ſacra adminiſtrant Dei occaſionem vllam ſcandali cæteris periant: tamen ex dictis porriges ad Ius Ciuile iuxta Farinac. & alios proximè rela-
7 tos. † Et ſi velis ſcire quæ ſint illa delicta occulta, recurres ad ea, quæ adduxi, *ſup. in Rubr.*

8 Quod ſi præſumptio eſt à lege poſita, tunc poterit ex ea ſequi pœna capitalis, vt tenet Abb. *in cap. accedens, col.*2. *de accuſat.* Anton. Gomez. *Variar. reſolutionum, cap.*12. *n.*25. quem videas, omnino Tyraquell. *de pœnis tempor. cauſa* 27. *n.*10. itaque multis adductis Farinacius *d. q.*86. *de Reo confeſſo, n.*52. ait quod in præſumptione Iuris, & à Iure approbata, quando ſcilicet lex in cauſa criminali præſumit, & ſuper præſumpto diſponit, tunc ex tali præſumptione poſſe quenquam in pœnam ordinariam delicti, & etiam corporalem condemnari; quia ſicut ex tali præſumptione crimen legi patet, ita etiam debeat patere Iudici, probat textus *in l. ſi hi qui Cod. de adulteriis*, & *in Authent. vt liceat Matri, & Auiæ*, §. *fin. collat.*8. & *in cap. de hoc de ſimonia*, Gloſſa *in l. ſciant cuncti*, in verb. *& luce, Cod. de probat.* vbi Aretinus, Bartol. Albericus, & Paulus, Felinus *hic n.*7. qui *in cap. Paſtoralis de officio deleg.* §. *fin. col. penult.* tradit 12. differentias inter ea, quæ ſunt hominis, vel quæ ſunt iuris. Et facit, quia præſumptio legis dicitur veritas, vt probat textus, *in l. fin. ff. de probat.* & gloſſa *ibi* ſic probat, cum multis Gratianus *dict. reg.*174. *num.*5. Itaque licet Menochius *de præſumpt. lib.*1. *q.*92. *à n.*1. & latius *q.*97. *à n.*1. *vſque ad* 16. contendat dicere in pœnam ordinariam poſſe condemnari, ſiue ſit præſumptio Iuris, & de Iure, ſiue Iuris tantùm, ſiue in ſpecie in genere à Iure approbata. Tamen dices hoc procedere in præſumptione Iuris, & de Iure; ſecus in ea, quæ Iuris tantùm eſt, ex qua non talem pœnam imponi poſſe benè declarat Maſcardus *de Probationibus, concluſ.*1221. *à num.*50. & *à num.*59. Burſatus *conſ.*346. *n.*19. 20. *&* 32. *lib.*4. Et quod ex tali præſumptione pœna ordinaria quis puniatur, & ex Præſumptionibus liquidiſſimis, & à lege approbatis, Anton. Gomez. *ſuprà* Boſius *in tit. de conuicto, n.*23. Barboſa *in l.*2. *p.*1. *ff. ſoluto matr. ex n* 81. Noguerol. *alleg.*26. *ex n.*80. Larrea *alleg.*48. *n.*19. *&* 20. Scobar. *de puritat. ſang.* 2. *p. q.*6. §.5. *&* 6. Pichard. *in l. Gallus*, §. *ille caſus, cap.*15. *in fin.* Peguera *deciſ. crim.*17. *à n.*4. Thomas Sanchez *lib.*6. *conſ.*3. *dub.*1. *à n.*5. plures referens Farinacius *q.*47. *ex n.*80. & *q.*86. *ex n.*20. & *conſ.*78. *in addit. litt.* C, & *conſ.*82. *&* 115. Couarruuias *de veterum numiſm. coll. cap.* 8. *n.*4. dicentes etiam quod ſi vnus teſtis adſit, & ſimiliter indicium, vel aliena probatio diuerſa generis tantum vel plura ſint trahendi ſcripſit non ſufficiant ad condemnandum in criminalibus, ſed tantum ad torturam, niſi tamen ſint præſumptiones liquidiſſimæ, & à lege approbatæ; etiamſi ſint violentæ, niſi eſſet à lege determinata & approbata, præſumptio Boër. *deciſ.*161. Farinac. *q.*50. *ex n.*37. Mantica *de conjectur. lib.*3. *tit.*2. Morla *in emp. tit.*12. *quæſt.*1. & cum multis aliis, Haillon *in addit.* ad Gomez. *d. lib* 3. *cap.*11. *variar. num.*26. *&* 27. & Giurba *conſ.*43. *num.*22.

Item aduertes quod ex indubitatis indiciis, 9
ſeu Præſumptionibus poteſt procedi ad pœnam corporalem contra contumacem, etiam mortis, Baldus *in l. ne diu, Cod. de pœnis*, & *in l.*1. *n.*8. *Cod. quomodo, & quando Iudex*, Anton. Gomez. alios referens, *in l.*76. *Tauri, n.*8. quia & ſi ex contumacia non poſſit quis pœnâ mortis puniri, vt docet Hipolytus *in l. de vnoquoque, num.*172. *ff. de re iud.* Caſſaneus *in conſuetudinibus*, Burg. *Rub* 2. §.1. *n.*12. verſic. *quod nota:* tamen ſi cum contumacia adſint aliæ præſumptiones violentæ, tales, quæ ad torturam ſufficiant, poſſe pœnam mortis apponi in talem contumacem, dixit Gratianus *d. reg.*374. *num.*6. † Qui tamen 10
cum multis *ibi n.*7. ait, quod licet ex Præſumptionibus non poſſit procedi ad pœnam corporalem, tamen poſſe procedi ad torturam, vt *in l.*1. *circa princ. l. vnius*, §.1. *l. militem, ff. de quæſt. l.*26. *tit.*1. *p.*7. *l.*7. *tit.*31. *eadem part.* quod ſemper Iudicis Arbitrio relinquunt, Bart. & omnes *in l. fin. ff. de quæſtion.* & ſi ſint indicia indubitata, dicit Baldus debere fieri acerrimam torturam, *in cap.*1. §. *ſi Vaſallus de controu. inueſt.* & hoc quoties fiat conſiſtere in arbitrio Iudicis, vt condemnat, aut torqueat ſi non ſint præſumptiones Iuris, & de Iure, ſed aliæ leuiores Iuris, aut hominis, latè ſcribit multis adductis Farinac. *d. q.*86. *à n.*64. & *à n.*41. & docet quid ſit in crimine aſſaſſinij, de quo *ſuprà in Rub. q.*1. Et quid in crimine hæreſis, ſeu Simoniæ tradit ex multis Gratianus *d. reg.*374. *num.*8. 9. *&* 10. de quo alibi, Barboſa *in cap. litteras hoc tit. n* 4. & cum multis ab eo relatis. Interim etiam videbis Pegnam *in Annotat. ad Ambroſ. de Vignate, de hæret. q.*12. *art.*2. *n.*46. Paramum *de orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *q.*6. *n* 88. Farinac. *de hær. q.*187. *n.*6. cum aliis Carenam *de offic. inquit. p.*3. *tit.*1. §.2. *&* 3. cum Caſtro Palao, Riccio & Falcodio, negantes in crimine hoc ſufficere ad pœnam ordinariam probationes leuiores, indicia, & præſumptiones nec obſtare, *l.*2. *Cod. de hær.* quam exponunt cum Gloſſa *ibi.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an in cri- 11
minalibus, pœna poſſit extendi vſque ad mortem? reſpondebis ex dictis *in* 1. *parte huius quæſtionis.*

Quod ſi de crimine agatur ciuiliter, poteris 12
etiam reſpondere ex dictis; ſed in terminis video plures dixiſſe, quod Iudex poteſt vtcumque ex indiciis, & præſumptionibus ad condemnationem deuenire. Alij autem dixerunt ad condemnandum procedi non poſſe, etiam quod de crimine agatur, excipiendo ex relatis à Maſcardo *de Probationibus, lib.*1. *concluſ.*459. *num.*3. *&* 4 qui pariter probat non poſſe aliquem damnari ex diſpoſitione vnius teſtis de viſu juncta fama; quamuis ciuiliter agatur; & quod ex vnico teſte de viſu, & fama non oriatur violenta præſumptio, & plures, quàm ſemiplena probatio, negari non poſſe, ait Farinac. *d. q.*86. *à num.*68. Primum verò dictum habebit locum, quando adeſt violenta præſumptio, iuxta terminos noſtri textus. Alter ſecundus, vt declarant Boſius poſt alios *in tit. de conuict. à num.*50. &

& *in tit. de partus ſupp. à n.31.* Maſcardus *de probat. concluſ.*822. *n.*15. & *concluſ.*1220. *à num.*7. Menochius *lib.*1. *de præſumpt. q.*98.*n.*4. *in fine*, de quo *ſuprà* dixi pro intellectu textus noſtri. Et ſic multis adductis Gratianus *regula* 385.*n.*3.cum Anton. Gomez. *d. lib.*3. *variar. cap.*12. *num.*25. Simancas *de Cathol. inſtit. tit.*50. *n.*21. Guttierr. *in l. nemo poteſt ff. deleg.*1. vbi optimas remiſſiones tradit, docet quod violenta præſumptio, quæ in ciuilibus habet vim plenæ probationis in criminalibus, non ſufficit ad condemnandum, vt tradunt omnes *hic*, & *in cap. quia veriſimile hoc tit.* & hoc eſt quod voluit dicere textus, *in l.*8. *tit.*14. *p.*3.

13 Ad tertiam quæſtionis partem, breuiter ex dictis reſpondeo probatum dici illud, quod coniecturis legitimis, ſeu legum præſumptionibus apparet ex Bartol. & aliis, *in leg. licet Imperator, ff. delegat.*1. & *in leg. ſi quis locuplex*, §.*fin. ff. de manumiſſ. teſtam. l. licet, ff. de legation.* vbi cauetur, quod dici poteſt euidens quod ex coniecturis elicitur, probat ſeptem ampliationibus Iaſon *in d. l. licet*, vbi dupliciter reſtringit *à num.* 5. Bartol. *in l. ſi quis ex argentariis*, §. *an hæredi*, *ff. de edendo*, Couarruuias *lib.*2. *Variar. cap.*6. *n.*1. Molin. *de Maioratu*, *lib.*3. *cap.*4. *num.*39. multis adductis Gratianus *reg.*385. vbi dicit in tantum procedere, quod vbi lex requirit certam, & determinatam probationem, ſufficit præſumptiuè, vel ex coniecturis legitimis probare: ſic docet Anton. de Butrio poſt Innocentium per illum textum, *in cap. propoſuit de Clerico excommunicato*, Iaſon *in l. non hoc num.*15. *Cod. vnde legitim.* & in hoc caſu transferre legum præſumptiones, onus probandi in aduerſarium, docent communiter Doctores, de quo dico *quæſt. ſeq.*

14 Sed hæc doctrina generalis declaratur, vt non procedat, quando lex aliqua loquitur in termino poſitiuo, & quando illa lex loquitur in ſuperlatiuo manifeſtiſſimè; quia tunc coniecturæ non ſufficiunt, cum terminus *euidentiſſimè*, plus importet, quàm plena probatio, *l. ſi vero*, §. *ff. qui ſatiſdare cogantur:* ſequitur Iaſon per textum, *ibi in l. ſi pluribus*, *num.*11. *ff. delegat.*1. Gratianus

15 *d. regula* 585. *n.*6. Qui *n* 8. cum Baldo *in leg eum qui in princ. ff. de Iureiur.* & Decio *in Rub. de probat. n.*14. *col.*2. docet, vt regula relata procedat, quando ſimpliciter fit mentio probationis, ſecus ſi probatio nominetur cum aliquibus verbis qualificatis, ſeu aliis dubiis, vel prægnantibus; quia tunc præſumptiones Iuris non ſufficiunt.

16 † Et Tiraquellus *poſt leg. connub. gloſſa n.*165. limitat etiam dummodo coniecturæ ſint legales;

17 non autem verbales. † Et ibi *n.*168. limitat, vbi in caſu quodam ſingulari, vel ſpeciali requi-

18 reretur alicuius probatio. † Et iterum *n.*169. dicit vt expreſsè probatum dicatur quod ex coniecturis appareț generaliter, & non ſpecialiter. Refert, & ſequitur hæc Gratianus *ſuprà à n.*14.

19 Ad quartam quæſtionis partem, quia poſſent ſpecialiter, & longè hîc adduci quæ exactè agitata reperies apud Menochium *in toto ſuo tractatu de Præſumptionibus*; ideo nunc breuiter Megeram adducendo plura, quæ per præſumptiones probantur legitimas, & alia, quæ non ſubiectantur Præſumptionibus, ſed indigent alia clariori, & euidentiori probatione.

20 Primò ergo dici debet, quod probari debent, quæ in facto conſiſtunt; quia hæc non præſumuntur iuxta textum, *in l. ſi emancipati, Cod. de collation. & in l. in Bello*, § *facta, ff. de captiuit. & poſtlim. reuerſis l. aſſeueratio*, *Cod. de nonnumer. pecun. l.*1. *Cod. de probationib.* † Vnde alleganti incumbit onus probandi, cum quid facti ſit, optimè probat Nicol. Bell. *concluſ.*75. *num.*5. Alexand. *concluſ.*26. *n.*21. *lib.*6. Et fecit, quia quando lex aliquid requirit, non ſtatur aſſertioni facientis iuxta textum, & *ibi* notata *in l. ſi forte*, *ff. de Caſtrenſ. peculio*; Et notata per Gloſſam, & Doctores *in l. ſi donatio*, *Cod. de collation.* 21

† Item quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt; nec probant factum, vt *in cap.*1. *de eo, qui mit. in poſſeſſ. l. ait Prætor*, §. *ſi quis*, *ff. de operis noui nunciat* bonus textus *in l. quæcunque*, §. *penultimo*, *ff. de public. l. concilio*, §. *fin. ff. de curat. furioſ.* Antonius Gabriel *in tract. commun. opinion. lib.*1. *cap.*7. *num.*1, Gratianus *regula* 384. † Vbi *num* 5. ait idem procedere in non factis, quæ non præſumuntur, niſi probentur: nam & qui nititur ex non facto, tenetur probare, *l. hoc iure*, & *ibi* Bart. & Doctores, *ff. de verb. obligat.* Innocentius, & alij *in cap. ſuperbis de accuſat.* dicit communem Corn. *concl.*181. *num.*14. *lib.*2. 22 23

Itaque Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine non creditur, niſi ea probetur, cum ſit quid facti Baldus *in l. ſi quis*, § 1. *ff. de pignoribus* in lectura antiqua, *& in l. conſentaneum quomodo, & quando Iudex*, Caſſaneus *in conſuetud. Burgundiæ Rubr.*9. §.9. verbo *leſquels in conſilio*, *num.*31. Imo dicit ibi quod nec reſultat ex tali aſſertione præſumptio, quæ transferat onus probandi in aduerſarium, de quo dico *quæſtione ſequenti* de quo dubio latè dixi *in Rubr. de conſuetudine quæſt. fin.* 24

Econtra tamen ſunt plura, quæ præſumuntur de iure, quia primo poſſeſſio antiqua probata præſumitur continuata ex his, quæ adduxi *ſuprà in cap. licet.*9. *de probationibus*, docet in terminis Cardinalis Puteus *in deciſ.* 17. *lib.*2. Boërius *in deciſ.* 239. *num.*2. taliter vt hæc præſumptio extendatur vſque ad mortem poſſidentis, Magon. *in deciſ.*47. Rotæ Florent. & ſic dixit Oſaſcus *in deciſ.*47. quod qui probauit ſe poſſediſſe, adhuc poſſidere præſumatur † Itemque temporis antiquitas inducit præſumptionem, rem bene fuiſſe geſtam vt docet Boërius *in deciſ.* 124. *num.*17. iuxta adducta *in cap. cum cauſam* 13. *de probationib.* in terminis Verall. *in deciſ.*28. ob idque Guido Pap. *in deciſ.*357. dixit quod præſumptio oritur ex facto antiquo: ſequitur Riccius *collect.*1785. & quatenus dixi *ſuprà* quod debent probari ea, quæ in facto conſiſtunt, quia non præſumuntur, limitat ſemel Catelian. Cott. immemor iuris verbo *facta*, & vis Bernardus *in regula* 280. & *ibi* bene Salcedus *in addition.* refert Gratianus *dicta regul* 384. *in fine.* 25 26

Item etiam Eccleſiæ præſumuntur ædificatæ ab illis, qui tenebantur eas conſtruere. Cardinalis Puteus *in deciſ.*314. Verall. 226 *p.*2. † Et num erectio Eccleſiæ præſumatur præceſſiſſe ſuppreſſionem, & vnionem beneficiorum ei factam, docet Creſcentius *deciſ.*6. *hoc titulo*, vbi affirmat. † Qui *in deciſ.*4. *eodem tit.* affirmat clericatum in dubio præceſſiſſe collationem † Et Rota *in deciſ.*120. in nouis affirmat quod appellatio præſumatur præceſſiſſe commiſſionem. † Et Caſſad. *in deciſ.*21. *de prob.* affirmat vt præſumatur mors præceſſiſſe impetrationem beneficij, quando vtraque eadem die ſubſequuta reperitur. † Qui etiam *in deciſ.*3. *cum duabus ſequentibus ſuper Regula Cancell.* decidit quod expeditio litterarum 27 28 29 30 31 32

præſumatur

33 præſumatur, ne alioquin proceſſus correar.† Et Rota *in deciſ.*316. in antiquis affirmat, vt ex-
34 communicatio præcedat appellationem. † Et idem Creſcentius *in deciſ.*2.*hoc tit.*affirmat quod ex duabus Bullis expeditis eadem die, præſumatur pro ea, in qua adeſt expreſſus verus va-
35 lor. † Item etiam præſumitur Epiſcopum contuliſſe tonſuram de licentia proprij Epiſcopi, quando id fecit præſentibus Canonicis: ſic Cæſar Graſ. *in deciſ. vnica hoc tit.* Riccius *col.*1785.
36 *in fine*: alia tradit *in deciſ.*134. † Et Baldus *in l. cum in teſtamento, hæc verba, ff. de hæret. inſtit.* notabiliter ait quod illud præſumitur præceſſiſſe, quod iure præcedere debet.

37 Item præſens in Curia præſumitur certioratus de omnibus à ſuo Procuratore factis, Ca-
38 putaq. *in deciſ.*110.*p.*3. † Et filius præſumitur imitari geſta patris, tam in vitiis, quàm in virtutibus eiuſdemque affectionis, ac voluntatis fuiſſe, ſicut & pater fuit, Grammat. *in deciſ.* 8.
39 † Et mulier nota interfecta, præſumitur à ma-
40 rito occiſa, Boërius *in deciſ.*261. † Et natus Domini ex Ancilla, præſumitur eſſe Domini,
41 idem Boër. *in deciſ.*299. † Et præſumitur pro ſententia lata, parte præſente, & non appellan-
42 te, Caſad *in deciſ.*.. *hoc tit.*† Et filius præſumitur ſcire factum patris, maximè, quando eſt
43 hæres illius, Verall. *in deciſ.*370. † Et Theſaurus *in deciſ.*49. Achilles de Graſ. *in deciſ.*34. *de appellat.* affirmant quod in dubio præſumitur ſententia præceſſiſſe inhibitoriam.

44 Item præſumitur quiſque decedere ſine liberis; & ideo allegans aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet intentionem fundatam: ſic Cardin.
45 Put. *in deciſ.*45. *lib.*1. † Et Verall. *in deciſ.*360. *p.*2. ait præſumi alios non extare de familia, niſi
46 contrarium probatur. † Et idem Cardinal. Put. *in deciſ.*216. *lib.*2. dixit quod præſumitur hæres
47 extare, donec ſit reclamatum. † Et Cæſar de Graſſis *in deciſ.*1. qui filij ſint legitimi, dixit vt præſumatur quis potius legitimatus, quàm illegitimus.

48 Deinde dicendum eſt quod in dubio bona præſumuntur allodialia, non autem feudalia, vt tradit Ozaſcus *in deciſ.*26. aliquid per Ludoui-
49 cum *in deciſ. Lucan.*14. † Et potius res præſumitur loco pignoris tradita, quàm in ſolutum
50 data, Afflictis *in deciſ.*373. † Et ideo creditor præſumitur Iure pignoris poſſidere, & non Do-
51 minij Thoming. *in deciſ.*100. *p.*1. † Et vxor emens feudum, præſumitur emere de pecunia viri, Boër. *in deciſ.*89. aliquid per Cacheran. *in*
52 *deciſ.*140. † Et Bellamera 653. ait quod præſu-
53 mitur quis diligens ad ſui defenſionem. * Et idem *in deciſ.*134. ait quod habilitas non nega-
54 ta præſumitur. * Et Verallus *in deciſ.*59. *p.*3. dicit quod præſumitur ab eo aliquid recuperatum non fuiſſe, cui ſemel datum apparet.

55 Addo etiam cum Verallo *in deciſ.*131. *ſeu* 18. *part.*3. quod præſumitur quem noluiſſe facere
56 actum fruſtratorium. * Et Cardinalis Puteus *in deciſ.*223. *lib.*1. affirmat, quod faciens id, quod licitum eſſe, poteſt & illicitum, in dubio præ-
57 ſumitur feciſſe licitum. * Itaque Bellamera *in deciſ.*435. ait quod præſumitur pro validitate actorum, vt acta potius valeant, quàm pereant, Riccius *d. collect.*1785. qui *collect.*134. *in fine*, hanc rationem porrigit ad caſus, quos de proximè retuli, vbi refert Caſſador. dicentem *in deciſ.*20. *de præbend.* quid reſpondendum ſit in prælatione paſſionis, quando duplex eadem die capta ſit. * Et cum Puteo *in deciſ.*321.*p.*2. ait 58
quod teſtamentum præſumatur prius, quando duo teſtamenta eodem die condita ſunt. Alia expendes ex his, quæ adducit Patianus *toto lib.*2. *de Probationibus.*

QVÆSTIO III.

An præſumptio hominis transferat onus probandi in aduerſarium: Quid de præſumptione Iuris tantùm: Et quid de præſumptione Iuris, & de Iure: Et an præſumptio ſit alleganda, & probanda?

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio hominis, quæ ſufficit ad condemnandum, transfert onus probandi, ſecus ſi non ſufficiat, n.*2. *&* 3. *quæ ſufficiat, num.*7. remiſſiuè.

4 *Præſumptio quæ oritur ex teſtimonio de auditu, non transfert onus probandi, n.*5. *&* 6.

8 *Præſumptio Iuris, vt transferat onus probandi, vel non, qualis ea ſit, n.*9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *&* 16.

13 *Præſumptio Iuris in materia abjectiua, non transfert onus probandi, vel ſi probatio poſita eſt in conditione, aut à lege requiritur, n.*14. 15. *&* 16.

17 *Præſumptio Iuris quando faciat plenam probationem, ſeu aliam non patet ex regula.*

18 *Præſumptio Iuris, & de Iure regulariter non admittit probationem in contrarium: & ſic non refundit probationem in aduerſarium, fallit n.*19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.

20 *Confeſſio partis de recepta pecunia & ſi vltra biennium pariat præſumptionem Iuris, & de Iure, tamen admittit probationem in contrarium.*

Expenditur pluribus in caſibus ad 39 *Et de ratione, n.*30. *fallit n.*31.

25 *Confeſſio aduerſus præſumptionem Iuris, & de Iure, locum habet in his, quæ dependent à voluntate partis, ſecus econtra, n.*26. *Et quid in ſponſalibus, n.*27.

33 *Probatio per indirectam admittitur aduerſus præſumptionem Iuris, & de Iure.*

35 *Præſumptio Iuris, & de Iure aufertur per confeſſionem partis, n.*36. 37.

56 *Confeſſio legatarij, ſeu creditoris, quando aufert præſumptionem, quæ ſtat pro hærede non conficiente inuentarium, vt vltra vires hæreditarias nihil ſoluat, n.*37. *&* 38.

39 *Confeſſio partis, quare auferat præſumptionem Iuris, & de Iure, & non auferatur alijs probationibus.*

41 *Præſumptio Iuris, & de Iure eliditur per notarium, n.*42.

44 *Præſumptio Iuris, & de Iure admittit reſtitutionem ad probandum ex iuſta cauſa, n.*45.

46 *Præſumptio Iuris, & de Iure admittit probationem ex conſenſu partium.*

48 *Præſumptio debet allegari, & probari, & qualiter, & quando, n.*49. 50. *&* 51.

49 *Notarium debet allegari, & ſi probatione non indigeat.*

50 *Allegare debet quis præſumptionem erroris fauorabilem.*

51 *Poſſeſſor*

51 *Poſſeſſor ad impediendam executionem, quando dominus præſumatur?*

52 *Probatio contra præſumptionem*, leg. fin. Cod. arbitrium tutelæ, *quando admittatur* remiſſiuè.

1 IAm *ſuprà* dixi nonnulla in Rubrica, quibus ad hæc tria dubia poteris reſpondere: Item & in hoc noſtro textu, *q.* 1. Et quoad primam difficultatis partem præmitto quæ adduxi *dicta q.* 1. in verſic. *præſumptio verò hominis.* Quo ſuppoſito aduerto, quod hæc hominis præſumptio triplex eſt, alia violenta, alia leuis, alia temeraria, iuxta ea quæ *ibi* adduxi *num. ſequenti*, in verſic. *item hæc præſumptio*, in duabus vltimis nemini dubium eſt, quod non transfertur onus probandi in Aduerſarium, ſolùm adeſt dubitatio reſpectu præſumptionis hominis violentæ.

2 Vnde vt explicem dico, quod aut hominis violenta præſumptio ſufficiat ad condemnandum, & tunc reuerà multòmagis ſufficiet ad transferendum onus probandi in contrarium iuxta textum, *in l. minor* 25. *annis adito Præſide, ff. de minoribus, l. vtrum, ff. de donation. inter virum, & vxorem.* Et hanc partem exemplificabis ex dictis per noſtrum textum, *in dicta quæſt.* 1. & in hoc ſenſu debet accipi Bald *in l. ſiue poſſidetis, n.* 16. verſic. *ſequitur alia principalis, Cod. de probat.* quatenus dicit, quod præfata hominis præſumptio ſufficiet ad condemnandum.

3 Aut enim hominis præſumptio non eſt ſufficiens ad condemnandum, & tunc nec ſufficiet ad transferendam probationem in Aduerſarium vt dicit Binentend. *in deciſ.* 67. *n.* 9. verſic. *prætereà aduertendum eſt*, vbi eleganter ait, quod non omnis præſumptio transfert onus probandi in contrarium, ſed illa ſolùm quæ habetur pro plena probatione; & licet ipſe det exemplum in præſumptione legis, tamen idem dicendum eſt de præſumptione hominis violenta, quæ & ipſa facit plenam probationem in his caſibus, in quibus ſufficit ad condemnandum: idem docuit Natta *in conſ.* 170. ſub *n.* 2. verſic. *nec probant, volum.* 1. *& conſ.* 473. *num.* 10. *volum.* 2 verſic. *ſed præſumptio*; Zephal. *in conſ.* 435. *num.* 86. verſic. *vbicumque, volum.* 3. Patianus *de probat. lib.* 1 *n.* 9. Quo fit, vt licet idem Baldus *in l.* 2. *in lect. antiqua in princip. ff. de probat. & in cap. bonæ memoriæ de electione, & l.* 1. *num.* 2. verſic. *in textu ibi præſumatur, col.* 2. dicat quod præſumptio hominis non transfert onus probandi in Aduerſarium; eo quod non ſit probatio, nec releuet ab onere probandi, ſed ſit quoddam adiutorium probationis; Tamen hoc procedit in præſumptione hominis temeraria: ſeu leue, non autem in violenta, iuxta ea quæ expendi *in dicta quæſtione* 1.

4 Vnde infero reſponſionem ad illam difficilem quæſtionem, an cum Teſtis de auditu alieno, vel de auditu relationis, qui facit hominis præſumptionem, & non legis transfert onus probandi in Aduerſatium. In quo dubio licèt Romanus *in ſingul.* 341. *Teſtimonium de auditu*, dicat ex tali Teſtimonio transferri probationem in Aduerſarium, vti etiam ſequuntur plures relati à Patiano *de probationibus dict. lib.* 1 *cap.* 9 *à n.* 3. qui concludunt ex teſtimonio auditus oriri præſumptionem, quæ quamuis hominis ſit, transfert onus probandi in Aduerſarium.

5 Vt contingit etiam in ea præſumptione, qua quis dicitur maior, vel minor, quæ hominis eſt præſumptio ſumpta ex aſpectu iuxta textum *in dicta l. minor* 25. *annis, ff. de minoribus.* † Tamen verius eſt, vt dicamus, quod cum ex tali Teſtimonio de auditu nulla detur violenta præſumptio, ſed quædam leuis quæ apta non eſt ad faciendam plenam probationem, nec ſemiplenam non habere efficaciam transferendæ probationis in Aduerſarium, ſed tantum probationes adiuuare, vt docet Baldus *in dicto cap. bonæ memoriæ, num.* 2. *de elect.* Alex. *in conſ.* 77. *num.* 4. *volum.* 1. vbi dicit quod Teſtimonium de auditu facit aliqualem præſumptionem; multis adductis tradit omninò videndus Patianus *dicto cap.* 9. *lib.* 1. *de probationib. à num.* 11. *& à n.* 31. *vſque in finem*, vbi multis exemplis declarat quomodo tale Teſtimonium ſit adminiculum ad probationem perfectam. De quo videbis quæ adduxi *ſuprà in cap. licet ex quadam* 47. *de Teſtibus, quæſt.* 1. verſic. *ad quartam*, vbi egi de hoc dubio. 6

Et quæ verò præſumptio hominis adeò violenta dicatur, vt ſufficiat ad condemnationem tradit Salicetus *in leg. ſiue poſſidetis, num.* 18. *Cod. de probation.* Abbas *in cap. quanto hoc tit. n.* 3. 7

Ad ſecundam quæſtionis partem an præſumtio Iuris tantùm transferat onus probandi in Aduerſarium? vt reſpondeas adiunges quæ retuli *ſuprà dicta q.* 1. in verſic. *igitur*, & in verſic. *& ex Menochio*, vbi adduxi quid hæc præſumptio ſit; & quia longè Patianus *de probationibus lib.* 1. *cap.* 8. *& cap.* 12. agit de hoc dubio; Ideò cum præſumptio Iuris illa dicatur approbata, quæ oritur ex nobilibus coniecturis, veluti ſi eſt natus aliquis in figura Matrimonij ſcientibus vicinis: Tunc præſumitur Filius, & transfertur onus probandi in Aduerſarium. † Et ita Baldus *in l. fin. in vltima lect. in fine, ff. de eo, quod metus cauſa*, vt explicet dicit, quod præſumptio, aut deſcendit ab aliquo certo, & indubitato principio, & tunc transfert onus probandi in Aduerſarium iuxta textum *in leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probationibus.* 8 9

Aut deſcendit ab incerto, & dubitato, & hoc in caſu idem affirmandum dicit Patianus *ſuprà, n.* 6. quoniam quoties lex habet huiuſmodi præſumptionem Iuris pro vera; adeò vt faciat plenam probationem: Tunc ſemper refundit onus probandi in Aduerſarium, & ſic generaliter affirmandum, quod ſiue habeat præſumptio certum principium, ſiue incertum, ſemper vbi facit plenam probationem, transfert onus probandi in Aduerſarium. 10

Sed ſi lex habeat eam pro adiuuante veritatem, & non profundente, tunc non ſufficit ad transferendum onus probandi in Aduerſarium; ſed confirmat probationem probantis minùs plenè, ſicut dicitur de fama, quia conſentiens fama, confirmat rem de qua agitur, ſic reſumit Baldus *in dicta l. ſiue poſſidetis, num.* 15. verſic. *quædam eſt, col.* 3. Imola *in l. hoc Iure, num.* 11. verſic. † *Et ſic col. fin. ff. de verb. obligat.* vbi tradit quod Iura, quæ dicunt præſumptionem Iuris, onus probandi transferre in Aduerſarium debent intelligi de illa violenta præſumptione, quæ ſit loco probationis, ſequitur Corneus *in conſ.* 230. *littera L,* verbo *& propterea, vol.* 3. Egidius Bellameta *in cap. accuſatus, num.* 10. verſic. *adde hoc intellige, col. fin.* 6. *q.* 6. vbi dicit ſupradicta debere intelligi de præſumptione Iuris, 11 12

vim,

vim, & effectum probationis habente, quæ
non ſit per contrariam probationem, ſeu præ-
ſumptionem eliſſa.

13 Vnde infero quod in materia obiectiua, ſiue
contra formam, ſiue contra perſonam iuxta
textum, *in cap. vt circa de electione libro 6. &*
Clementina conſtitutionem eodem titulo, non trans-
fert præſumptio iuris onus probandi in aduer-
ſarium; quoniam in tali caſu non facit ple-
nam probationem, cum vera, & aperta pro-
batio, & non præſumptiua deſideretur, vt con-
cludit Pariſius *in conſil.*104. *dico vol.*4. † Item
14 etiam transfert illum onus probandi, quando
in aliqua materia probatio poſita eſt in condi-
tione; eo quia dictum fuit *ſi probaueris:* quia
talis probatio veram, & concludentem proba-
tionem requirit, & non præſumptiuam, vt do-
cent Pariſ. *ſuprà dict. conſil.* 104. *num.*6. Felinus
*in Rubric. de probation. num.*3. verſic. *ſed aduerte,*
ibi Decius *num* 153. verſic. *retenta.* De quo vi-
debis textum ſingularem, *in leg. Lucius, ff. de*
15 *condit. & demonſtrat.* † Et Patianus cum eodem
Felino, Decio, & aliis, *dicto lib.* 1. *cap.*12. *n.*10.
& 12. id declarans, dicit hoc vltimum de con-
ditione procedere, quando ſubiecta materia per
teſtes, & inſtrumenta poſſet haberi; quoniam
tunc probatio non verificatur ex præſumptione
Iuris; ſecus autem vbi ſumus in materia, in qua
probationes concludentes haberi non poſſunt,
vt in filiatione, adulterio, & ſimilibus; quia
tunc Iuris præſumptio plenè probabit, & per
conſequens transfert onus probandi in aduer-
ſarium.

16 Et idem Felinus *in dicta Rubric. de probationi-*
*bus, num.*4. verſic. *tertia concluſio*, dicit idem di-
cendum eſſe de probatione; quæ fieri requiri-
tur, vel à lege, vel ab homine cum verbis præg-
nantibus, & qualificantibus, vtputà, quia
dictum eſt, fiat apertiſſima, vel liquidiſſima,
vel legitima probatio; quia in talibus non ſuf-
ficit ſemiplena probatio cum iuramento; &
quia præſumptio Iuris non plenè probat: idem
Felinus *in cap. quia veriſimile col. fin. hoc titulo,*
diſtinguendo, tradit in quibus caſibus præ-
ſumptiua probatio ſufficiat, & Decius *in dicta*
Rubrica de probationibus, numero 168. verſic. *ter-*
tius eſt caſus, colum. fin. dicit hoc eſſe verum,
quando illa verba prægnantia proferuntur
principaliter in aliqua diſpoſitione, ſecus ſi in-
cidenter.

17 Quod ſi deſideres ſcire qui ſint caſus, in quі-
bus præſumptio Iuris faciat plenam probatio-
nem, & in quibus minus plenam: dico quod non
poteſt dari certa regula, ſed eſſe legem ſer-
uandam ſecundùm quod diſponit, vt ait Abbas
in cap. quanto, colum. 2. *circa medium*, verſic.
quandoque Ius præſumit aliquid hoc tit. Nonnul-
los refert Angelus *in leg. ſciendum eſt penultima,*
ff. de verb. obligat. & ibi, *num.*26. verſic. *deſcendo:*
aliquos alios deſumit Patianus *dict. cap.*12. *à*
*num.*4. videbis Menochium *de Præſumptionibus,*
*lib.*1. *quæſt.*82. Andream Valenſem *in Rub.* §. 4.
*hic à num.*3. & in verſic. *fin.*

18 Ad tertiam quæſtionis partem, vt plenè ſa-
tisfacias, repetes quod de præſumptione Iuris,
& de Iure adduxi, *ſuprà in dicta quæſt.* 1. in ver-
ſic. *præſumptio Iuris, & de Iure*, vſque ad ver-
ſic. *præſumptio vero hominis*: de hac ergo præſum-
ptione regulariter docent Doctores non ad-
mittere probationem in contrarium; & neceſ-
ſarium non eſſe, vt probatio refundatur in ad-
uerſarium iuxta text. *in cap. is, qui fidem de ſpon-*
ſalibus, l. antiqua, Cod. ad Velleianum, l. fin. Cod.
arbitrium tutelæ: notant Innocentius *in cap. quia*
*veriſimile, num.*2. verſic. *eſt autem hoc tit.* Abbas,
Imola, Anania, & Felinus *in cap. quanto hoc tit.*
Butrius *in cap. vidua de regular.* Baldus *in Rubr.*
hic, vbi Andreas Valenſis *num.*6. Bartol. *in dict.*
l. antiqua, plures huius aſſertionis tradit eos ſe-
quutus Patianus *de probat. lib.*1. *cap.*11. *num.*3.
& fin. & ante eum Menoch. *de Præſumptionibus,*
*lib.*1. *q* 90. Alios plures refert Gratian. *Reg.*185.
*num.*10.

Sed quia hæc præſumptio Iuris, & de Iure, 19
nonnullis in caſibus admittit probationem in
contrarium: ideo & pro conſequens affirmabis;
quod poteſt admittere probationem in contra-
rium, eamque transfundere in aduerſarium liti-
gantem, vt docent ſuprà relati Doctores, &
communiter omnes.

Primò enim hæc Iuris, & de Iure præſum- 20
ptio diluitur, vt ſi v.g. quis faſſus fuit ſe rece-
piſſe pecuniam, & intra biennium non obiecit
exceptionem non numeratæ pecuniæ, oritur
præſumptio Iuris, & de Iure, illum eſſe debito-
rem talis pecuniæ, iuxta ea, quæ adduxi, *ſup. in c.*
*ſi cautio de Fide inſtrument. à quæſt.*4. vbi latè de
hac exceptione: & tamen contra admittitur pro-
batio ex confeſſione creditoris: ſic Gloſſa *in l. in*
contractibus, in verbo *nullo Cod. de non num. pecun.*
Cynus *in Auth ſed iam neceſſe, n* 5. verſic. *quinto*
quæro eod. tit. vbi Bartol. *& in d. l. antiqua, Cod.*
ad Velleian. plures adducit Patianus *de probat.*
*lib.*1. *cap.*11. *n* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *q.*61.
alios adducit Gratianus *d. reg.*185. *n.*11.

Dubium tamen eſt, an hæc confeſſio debeat 21
eſſe iudicialis ſeu ſufficiat extraiudicialis: Et licet
Andreas Valenſis *in Rub. hic, n.*7. admittat vtran-
que ſufficere, modo hæc confeſſio extraiudicia-
lis teſtibus rectè probetur, vel iam ſit probata, vt
quia de ea per ſcripturam conſtat: & modo con-
feſſio ſit de his, quæ pendent à voluntate con-
fitentis vt in exemplo iacto de receptione pecu-
niæ non numeratæ. † Tamen alij abſolutè docēt 22
eam confeſſionem extraiudicialem in caſu non
id operari, vt animaduertit Additionator ad Sa-
licetum *in Authent. ſed iam neceſſe, Cod. de dona-*
tion. propter. nuptias, Decius *Rubr. de probation.*
*n.*92. verſic. *ſecundo declaratur.* † Idem voluit ex- 23
preſsè Baldus *in l. filium quem col. penult. ſub n.*37.
verſic. *ego breuiter, Cod. familiæ erciſcundæ*, vbi
dicit quod legatarij, qui habent in fauorem præ-
ſumptionem Iuris, & de Iure, non poſſunt ad
petitionem hæredis cogi reſpondere ſuper arti-
culis factis de confeſſione eorum, quod bona
hæreditaria non ſufficiebant. † Tamen ſi confeſ- 24
ſio extraiudicialis eſſet in ſcriptis redacta, veluti
inſtrumento publico, vel in alia legitima ſcriptu-
ra, & Baldus dixit *in l. quicumque in fine, Cod. de*
Apochis publicis, lib. 10. quem refert Patian. *d. c.*11.
*n.*16. videndus *à n.*17. quod tunc admittetur talis
probatio contra præſumptionē Iuris, & de Iure.

Hæc tamen dicta de admittenda tali proba- 25
tione ex confeſſione partis, locum habent in
his, quæ dependent à voluntate confitentis, &
quando ſumus in materia, vel actu, in quo
poſſit confeſſio operari, & præiudicare con-
fitenti: eo quia talis actus dependeat à poteſtate
partium, vt ſunt contractus, & ſententia: quia
tunc confeſſio tollit de medio Iuris, & de Iure

26 præſumptionem. † Secus tamen eſſe quando ſumus in materia, in qua partes non poſſunt ſibi præiudicare: nec lex eorum confeſſionem attendit, vt eſt in cauſa matrimoniali; quia tunc confeſſio non tollit vires prædictæ præſumptionis; non quidem propter maiorem virtutem præſumptionis, ſed propter cauſam materiæ, quæ confeſſioni repugnat, *cap. ſuper eo*
27 *de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ.* † Vnde fit, vt ſi poſt contracta de futuro ſponſalia ſponſus, & ſponſa inuicem copula carnali coniungantur, & poſtea mulier confiteatur ſe non animo contrahendi matrimonium copulaſſe cum viro, nihil operetur talis confeſſio aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, quæ pro contractu matrimonij ex dicta copula, attento Iure communi inſurrexit, vt concludit Anton. de Butrio *in dicto cap. is qui fidem de ſponſalibus*, per textum ibi, *colum.2.* in verſic. *hic aduerte*, Abbatis in verſic. *ſed aduerte.* Præpoſitus *col.4.* verſic. *aut probatio*, Felinus *in cap. quando hoc tit.* multis adductis Menochius *de Præſumpt. lib.1. quæſt.61. n.11.* verſic. *tertius caſus*, Patian. *d. lib.1. de probat. cap.11. n.27. & 28.* & reddit rationem Andreas Valenſis *in d. Rub. hic*, §. 4. *n.7.* ſub verſic. *dixi*, affirmans non admitti probationem per confeſſionem, etiam vtriuſque contrahentis, ſi dicant ſe non contraxiſſe; quia ab eorum poteſtate, & voluntate, non pendet matrimonij contractus, & diſtractus. *Sed quid per indirectum*, dico *infrà*.

28 Et hunc priorem modum probandi ex confeſſione partis aduersùs prædictam præſumptionem, limitabis ſecundùm ea, quæ tradit Decius *in dicta Rub. de probat. num.91.* verſic. *& retentu*, & *n.97.* verſic. *quarto*, refert Patianus *de probat. dicto cap.11. n.28.* verſic. *hunc tamen.*
29 † Et Andreas Valenſis *vbi ſuprà ſub d. n.7.* verſic. *dixi*, ait quod etſi independentibus à poteſtate confitentis, contra præſumptionem Iuris, & de Iure, admittatur probatio per confeſſionem, pro quo ſtat præſumptio; tamen cogi ad eam non poteſt, niſi fortè magna ſuadente æquitate eam exigat.

30 Quod ſi dubites quare confeſſio partis aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure admittatur, cum cæteræ probationes admitti nequeant aduersùs Alciatum aliter explicantem; reſpondeo ideo fieri, quia cùm iuris præſumptio fundata ſit ſuper re dubia, quam pro vera leges ſtatuerunt, cum veritatem incognitam haberent, vt docent Doctores, *in dict. cap. is, qui fidem de ſponſalibus*, & *in dicta leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probat.* & quia per confeſſionem partis detegitur veritas; idcirco confeſſio tollit prædictam præſumptionem, cum præſumptum cedat verò, & rei dubiæ opinio cedat veritati, Gloſſa *in cap. veritate diſt.8.* & *in cap. quicumque diſt.81.* Patia-
31 nus *de Probat. dict. cap.11. à n.9. 12. & 13.* † Et ita tenens Andreas Valenſis *in Rub. hoc tit.* §. 4. *ſub diſt. n.7.* ait quod etſi præſumptio Iuris, & de Iure habeatur à lege pro veritate: tamen verè, & propriè non eſt ipſa veritas, cum verſetur circa dubium, & in claris non ſit locus coniecturis, vel præſumptioni, ob idque poſſe in contrarium detegi veritatem per confeſſionem eius, pro quo ſtat præſumptio, cum nulla melior, nullaque efficacior ſit probatio, quàm pro-
32 prij oris confeſſio. † Tamen ſi ſtatuto, vel lege adimatur omnis qualibet probatio, ſiue directa, ſiue indirecta, ne illuſoria reddatur præſumptio Iuris, & de Iure: tunc confeſſio partis aduersùs præſumptionem hanc non admittetur, vt docet Andr. Valenſ. *in Rub. huius tituli*, §. 4. *ſub d. n.7 in fine primi verſiculi*, cui addo Bartol. Socin. *in conſ.242. circa primum, num.7.* verſic. *ex quibus patet, col.4. in fine, vol.2.*

Vnde, etſi communiter DD. dicant probari 33
contra præſumptionem Iuris, & de Iure per indirectum, vt 4.g. quando virtus probationis non tendit ad impugnandam ipſam præſumptionem, ſed tendit ad euacuandum effectum eius intendẽdo quod factum non eſt tale, quale requiritur ad prædictam: præſumptionem inducendam, vt patet in exemplo, *ſup.* poſito de matrimonio, & copula, iuxta text. *in d. c. is qui fidem de ſponſalibus*, vbi præſumit Ius inter ſponſos de futuro verum conſtitui matrimonium per copulam. Tamen contra hoc admittetur ea nempe probatio, vel quod copulauit ſponſus cum ſponſa per vim, aut econtra, vel quod illa ſponſalia iam erant diſſoluta ante prædictam copulam; vel quod talia ſponſalia à principio fuerunt inualida propter aliquod impedimentum, vt ſequitur Andreas Valenſis *in dicta Rubric.* §. 4. *numero 9.* plures adducens Patianus *dicto lib.1. de probation. dicto cap.11. à numero 37.* † Qui 34
ex aliis, *à num.39.* ait quod iſtud genus probandi eſt multùm notabile; quia eſt generale ad omnia iura, quæ diſponunt ratione cuiuſdam qualitatis non eſſe admittendam probationem in aliquo actu; quia ſemper poterit indirecta probatio admitti, dicendo, vel quod nos non ſimus in illo caſu, vel quod requiſita qualitas in illo actu non interuenit, vt notat egregiè Bartol. *in l.1.* §. *parui refert, num 3.* verſic. *ego in iſta, ff. quod vi, aut Clam.* Tamen fallit vbi omnis probatio, etiam indirecta auferretur ex dictis *num. praced.*

Ex his infero ad nonnullos caſus, quibus 35
aufertur Iuris, & de Iure præſumptio per confeſſionem partis. Primus eſt, quia ſententia lata cum cognitione cauſæ habet pro ſe præſumptionem Iuris, & de Iure, quia tranſiuit in rem iudicatam: & tamen ſi pars aduerſa, pro qua lata fuit ſententia, confiteatur illam eſſe iniuſtam, poterit ex prædicta confeſſione aduersùs præfatam ſententiam probari, vt adnotant Innocent. *in cap. quia plerique de immunit. Eccleſiar.* Butrius, Abbas, Imola, & Felinus *in cap. quoniam contra de probationibus*, Florianus *in leg. cum putarem, ff. familiæ erciſcundæ*, Paulus de Caſtro *in dicta leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probation.* Marſilius *in l.1.* §. *ſi quis vltro, num.57.* verſic *tu etiam iſtis addere potes, ff. de quæſtionibus*, Romanus *conſ.350. col. pen.* Et quid ſit in criminalibus tradit Felinus *in cap. conſanguinei de ſent. & re iud.* Valenſis *in Rub. hic*, §. 4. *ſub n.7.* verſic. *ſimiliter.*

Secundò infertur quod licet hæres non conficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias, ſatisfacere creditoribus, & legatariis, 36
cum hæreditas ex præſumptione Iuris, & de Iure cenſeatur eſſe ſoluendo, §. *ſi verò non fecerit, Auth. de hæred. & falcid* tamen hoc non habet locum quando ex legatariorum, vel creditorum cõfeſſione conſtaret de quantitate bonorũ, quæ ſufficientia non fuiſſent tempore mortis teſtatoris, vt ait Baldus *in l. filium, quem col. penult.* verſic. *ego breuiter, C. familia erciſcunda*, Paul. de Caſt. *in l. in*

in ratione la 1. §. quod vulgò in fine, ff. ad leg. fal-
cid. vbi ponit differentiam inter creditorem, &
legatarios, Felinus in cap. quanto hoc tit. & in
d. cap. quoniam de probat. ſub num. 30. verſic. fallit
37 quinto. † Qui in dicto n. 30. verſic. amplia iſtam
fallentiam, & in d. cap. quanto, col 3, verſic. & ha-
bet, docet ſupradicta de confeſſione habere lo-
cum, non ſolum in confeſſione vera, ſed etiam
ficta, quæ & ipſa contra præſumptionem Iuris, &
de Iure admittitur, vt notant etiam Bart. in l ab-
ſentētiam, n. 4. verſ. quarto circa ff. de pœnis, Alex. in
l. à D. Pio, §. ſi pignora, n. 3. verſic. limita de re iud.
& ibi Iaſon col. 2. in fine, Patian. d. cap. 11. lib. 1.
de probat. n. 8. Menoch. lib. 1. de præſumpt. lib. 1.
quæſt. 61. n. 9. verſic. ſecundus eſt caſus
38 Sed an fictio Iuris per confeſſionem partis
auferatur; vt explices, videbis quæ adduxi, ſu-
prà in Rub. q. 1. num fin.
39 Etſi dubites quare leges admiſerint aduersùs
Iuris, & de Iure confeſſionem partis, & non alias
probationes; reſpondeo id fieri; quia cōfeſſio ha-
bet in ſe maiorem veritatis certitudinem, quàm
teſtes, & cætera probationū genera, vt habetur,
in l. vnica, Cod. de confeſſ. Decius in Rub. de pro-
bationibus, num. 42. verſic. Aretinus hic reſpondit,
Patianus de probat. dicto lib. 1. cap. 11. num. 15.
40 Quæ aſſertio difficilis eſt; ſiquidem Andreas
Valenſis in Rub. hic, §. 4. n. 8. dixit admitti proba-
tionem in cōtrarium aduersùs præſumptionem
Iuris, & de Iure, non ſolùm per quinque teſtes,
ſed etiam per duos, vel tres, multùm legales. Imò
Anton. de Butrio in cap. vidua, in fine extra de
regularib. & alij, quos refert Patianus de probat.
d. lib. 1. cap. 11. n. 59. dixerunt quod aduersùs eam
admitti valet probatio per iuramentum perſonæ
honeſtæ, & multùm fidelis, fauore honeſtatis:
& faciunt quæ adduxi ſuprà in Rub. de Fide In-
ſtrument. q. 2. vbi dixi quod inſtrumentum po-
teſt teſtibus improbari. Sed dico eſſe dubium
inter Doctores, an tribus, vel quinque teſtibus
improbetur præſumptio Iuris, & de Iure. De
quo videbis quæ adducit Menochius de præ-
ſumpt. lib. 1. quæſt. 63. Non tamen admitto quod
dicunt iuramento vnius quantumcumque ho-
neſtæ perſonæ iuxta dicta ſuprà in cap. 28. à
nobis de Teſtibus: imò id non dixiſſe Butrium
docet Patianus videndus dicto libro 1. de probat.
cap. 11. num. 59.
41 Alius nempe modus probandi contra præ-
ſumptionem, eſt per notoriū, quia probatio, quæ
fit per facti euidentiam, nunquam cenſetur ex-
cluſa, licet cæteræ ſint excluſæ, modo hoc no-
torium ſit permanens & allegatur: nam cum al-
legatur notorium facti tranſeuntis, illud per te-
ſtes probari debet, & licet notorium non indi-
geat probatione, indiget tamen allegatione, vt
tradit in Rub. hoc tit. Andreas Valenſis §. 4. n. 10.
cui addo Butrium in d. cap. quoniam contra col. fin.
de Probationibus, ibi Imola, Felinus n. 25. mul-
tis adductis Menochius de Præſumptionib. lib. 1.
quæſt. 67. & Patianus de Probationibus, d. cap. 11.
42 lib. 1. à n. 44. † Vbi addit quod hoc probationis
genus eſt omnibus efficacius, & nunquam à lege,
vel ſtatuto intelligitur excluſus, cuius exempla
tradit Hipolytus de Marſ. in l. 1. § ſi ſerui quaſi,
n. 4. ff. de quæſtionib. & in §. 2. num. 23. verſic. quæ
quidem, & in §. ſequens, n. 42. verſic. aliter, & in
§. vlt. verſic. ſecundo dico pract. crimin. Et hic
probandi modus ſimilis eſt confeſſioni, cum per
eam notorium inducatur vt dixit idem Patia-
nus ſuprà dict. numero 44. verſic. & ſub hoc capite.
Alter modus erit, quando nondum lata ſen- 43
tentia prætextu præſumptionis Iuris, & de Iure,
intenditur in integrum reſtitutio; quia tunc
probatio admittitur in contrarium, de quo Fe-
linus in cap. quanto hoc titul. col. 3. verſic. fallit 4.
& alij relati à Patiano, qui dubius eſt de hoc;
eo quod Alciatus libro 2. de Præſumptionibus,
p. 2. num. 18. verſic. quinto limitatur hunc, mo-
dum limitauit.
Tamen ſi quis contra præſumptionem Iuris, 44
& de Iure vult probare ad hoc, vt in integrum
reſtituatur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa videbitur, tunc admittetur ſecundùm Al-
ciatum ſuprà in fine ſeptima limitationis, vbi di-
xit poſſe ſuccurri Tutori, qui imprudenter bo-
na ſua deſcripſit in inuentario; tanquam bona
Pupilli: videbis Menochium de Præſumptionib.
quæſt. 70. lib. 1. & Patianum dicto lib 1. cap. 11. à
n. 47. vbi limitat num. 49. quando lex, vel ſta-
tutum reſiſteret ex iam dictis. † Et à n. 51. vſ- 45
que ad 54. agit de alio modo, videlicet quan-
do fit probatio per proteſtationem iuſtam, &
benè fundatam, quæ vel præceſſit actum, vel
in ipſo actu interuenit ex Gloſſa in cap. vidua de
regularib. Socinus reg. 384. fallent. 3. Menochius
lib. 1. de Præſumpt. q. 75. alij relati à Patiano, qui
etiam à n. 55. dicto lib. 1. de probat. cap. 11. affert
alium modum, nempe quando tractaretur de
fauore cauſæ publicæ ex Socino, & Butrig. ſed
ipſe, illum modum apud prædictos Doctores
affirmat non inueniſſe. Et à n. 56. agit de alio
modo, nempe quando probatio fuerit per in-
ſtrumentum publica aduersùs præſumptionem,
quod admittit caſibus, in quibus inſtrumen-
tum facit notorium, vbi alia tradit ex Specula-
tore, Socino, Butrio, Cyno, & Angelo.
Vltimus nempe modus erit probandi aduer- 46
sùs præſumptionem Iuris, & de Iure, quando
probatio admiſſa fuit ex conſenſu partis, ſiue
expreſſo, ſiue tacito eo; quia non reclamauit,
ſed paſſa eſt probationes admitti: & ſic dixit
Innocent. in cap. cum Bertoldus, col. 3. in princip.
verſic. vel dic quod licet à principio, de ſentent. &
re iud. vbi notat quod licet quando ſententia
tranſiuit in iudicatum, poſſit, & debeat proba-
tio repelli contraria, ſi tamen admiſſa eſt de
facto, & appareat ſententiam non benè latam,
tunc eam reuocandam eſſe; quoniam ex quo
Iudex cognouit, pronunciare debet: ſic docent
Butrius in cap. quoniam contra de probat. Abbas
n. 22. Felin. n. 29. multis adductis Menoch. de præ-
ſumpt. dict. lib. 1. q. 68.
Dubium tamen eſt ſi pars aduerſa non con- 47
ſentiat, & probationes contra præſumptionem
Iuris, & de Iure admittantur, Iudex tamen il-
las admittit, & pars ab admiſſione non appella-
uit, aut proteſtata eſt contra Iudicem, nun-
quid tales probationes valeant, & dico in eo
caſu valere, ſecus tamen ſi in vita appellaret,
aut proteſtaret; quia non proteſtando, videtur
conſentire, & fauori ſuo renunciare, ſic cum
aliis; & plura in confirmationem adducens, do-
cet Patianus dict. lib. 1. de probat. cap. 11. à n. 31.
& Baldus in l. certi conditio, §. quoniam, num 12.
verſic. ſecundo quæro in fine, quæſtion. ff. ſi certum
petatur, & verſic. nota 2. n. 30. videtur tenere, vt
ſit neceſſaria proteſtatio.
Ad vltimā quæſtionis partem, an præſumptio 48
ſit allegada, & probanda, vt benè reſpondeas,

leges

leges quæ adduxi, *ſup. q.* 1. in verſic. *non iterum obſtat*, text. *in l. ſi adulterium*; ſed quia plena manu caſus ibi reſumptiuè collectos expendit Gratian. *de probat. lib.* 1. *c.* 12. *à n.* 21. cum leges ad ſaturitatem: vbi *à n.* 13. ait quod etſi habens præſumptionem Iuris in fauorem non teneatur probare, ſed transferat probationem in aduerſarium: tamen bene tenetur præſumptionem allegare; ita vt ſi allegata non ſit, nihil operetur per textum, *in d. l. adulterium cum inceſtu*, quam omnes allegant, §. *idem Pollioni*, vbi Gl. *ff. ad leg. Iuliam de adulter.*

49 † Et in tãtùm verum eſt, vt habeat etiam locum in notorio, & in conſuetudine notoria, quæ debent allegari, licet probatione non indigeant, vt de notorio ſcripſit Gloſſ. *in Clem. appellanti*, verb. *alias de appellat.* latiſſimè Felin. *in c. cùm ordinem*, *n.* 10. *&* 11. *de reſcriptis*: & de conſuetudine affirmant Alex. *in leg. vnic. n.* 4. verſic. *vnde puto*, *Cod. quæ deſunt aduocatis*, vbi amplius ſubiungit, quod etiam ſi conſuetudo non eſt notoria, & illam pars allegaret, poſſet Iudex ex officio ſuo ſe informare Tabellionibus, vt pulchrè ſequitur Socin. *conſ.* 65. *n.* 38. verſic. *ſed tamen vol.* 1 & hoc in praxi video receptum.

50 Quare ſi quis habet præſumptiones erroris in fauorem, licet releuetur ab onere probandi: tamen oportet, vt eam alleget; quia quædam non habemus neceſſe probare, quãdo ex his agimus, vel excipimus, vt ait Bald. *in l. quicumque in* 2. *notab. C. de ſeruis fugitiuis* idem *in l. ſuper longi*, *n.* 11. verſic. *illud autem teneſixum*, *Cod. de præſcript. longi temporis*: vbi tradit, quod vbi præſumimus bonam fidem, intelligendum eſt modo allegetur: & ſic monet aduocatos, vt de bona fide articulos ſaltem faciant: ſequitur Angel. *in l. eum, qui*, §. *Publiciana*, verſic. *ſis tamen cautus*, *col fin. ff de Publiciana*, rurſus Bald. *in l. etiam num.* 10. verſic. *&*

51 *vota*, licet, *Cod. de executione rei iudicatæ*. † Vbi inquit quod quamuis poſſeſſor præſumatur Dominus ad impediendam executionem: tamen iſtud eſt verum, ſi dominium allegat, & eo non allegante, non præſumitur, vt tradit Bart. *in l. rem alienam*, *n.* 6. verſic. *quæro circa iſtam*, *ff. de pignor. act.* & *in l. cum quid*, *n.* 13. *col. fin. ff. ſi certum petatur*, & *in d. l. ſi adulterium*, *n.* 14. verſic. *ſecundo nota*. Abbas *hîc n.* 4. verſic. *ex prædictis*, *col.* 2. Felin. *n.* 3. verſic. *ſed contra hoc facit*, plenè Iaſon *in d. l. cum quid*, verſic. *ſubdit ſucceſſiuè*, *col.* 5. ibi Socinus *n.* 37. verſic. *tertia concluſio*, Afflictis *in deciſ.* 178. *in cauſa filiorum in fine*, aliis adductis Parianus *d. c.* 11. *de probat. n.* 17. vbi addit iſtam partem eſſe tenendam; licet Barbatia *in conſ.* 70. *illud aſſerat*, *col. penult. in fine*, verſic. *mihi tamen videtur de Iure*, aliter conſuluerit. Et pro complemento applicabis quæ adduxi ſuprà *in cap. dilecti de Iudicijs*, *q.* 10. *vbi egi de quæſtione*, *an teneatur iudicare Iudex ſecundùm ſtatuta non allegata, ſeu conſuetudinem notoriam.*

52 Quod ſi dubites probatio qualis, & quando admittatur contra præſumptionem, *legis fin. Cod. arbitrium tutelæ*, leges Cyriac. *tom.* 1. *controu.* 25. vbi *n.* 5. ait quod tollitur præſumptio huius legis circa deſcriptionem factam à Tutore in inuentario Pupilli ex inſpectione oculari, ſic cum Vrſil. ad Afflictis *deciſ.* 13. *n.* 42.

QVÆSTIO IV.

An exemplo ſententiæ latæ à Salomone in noſtro textu, alij etiam Iudices inferiores, debeant iudicare in ſimilibus, & aliis caſibus: Et an rectè hic Salomon Iudicium ſuum interpoſuiſſet: Et an res, quæ vno tantùm ſpiritu conſtat, diuidi poſſit: Et an mater ſuperuiuat infanti?

SVMMARIVM.

1 *Salomonis exemplum mandantis diuidi infantem, qualiter fecit legem ad alios Iudices inferiores, n.* 3. *&* 4.

4 *Salomonis Iudicium mandantis diuidi infantem, vt rectum defenditur ab impugnatione, n.* 5. 6. 7. *&* 8.

7 L. Plagij, § fin. C. ad leg. Iul. de plag.

8 L. Iudex poſteaquam, ff. de re iud.

9 *Renuntiatio inuoluntaria, & per metum proprij Iuris, non tenet, n.* 10.

11 *Obligatio dicitur diuidua, ſiue indiuidua ex rebus in eam deductis.*

Diuiduæ dicuntur res, quæ diuiſionem recipiunt. Et harum quædam diuiſione facta, conſeruantur in parte diuiſa, aliæ autem omnino deſtruuntur. Declaratur, n. 12. 13. 14. *&* 15.

16 *Mater præſumitur ſuperuiuere infanti, ſecus puberi iam facto.*

AD primam quæſtionis partem, videtur dicendum Salomonis factum non eſſe adducendum ab aliis Iudicibus in exemplum. Ratio eſt; quia hîc procedit non ſolùm contra ordinarium Iuris ordinem in proceſſando, ſed etiam cõtra ordinem Summarium, & in quo ſolent procedere Iudices de plano, & nulla figura, Iudicij ſeruata, in quo ſaltem citatio, & actorum copia danda eſt partibus iuxta ea, quæ latè adduxi, *in cap. dilect.* 6. *de Iudic.* & ibi, *q.* 15. *&* 16. & contra regulam textus, *in cap. quoniam contra falſam de probationibus*, *l. rem non nouam.* 12. *Cod. de Iudiciis.* Etenim nullis aſſignatis dilationibus, quæ etiam in cauſis admodum executiuis ſolent aſſignari, Salomon hîc ad ſententiam definitiuam peruenit; non enim ſolent Principes defenſionem partibus auferre, & minus citationem iuxta ea, quæ latè adduxi, *ſuprà in Rub. de cauſa poſſeſſ.* quantumuis Princeps ſit Legibus ſolutus, iuxta longè dicta *ſuprà in cap.* 1. *de probationibus*, *in* 2. *eius parte.* Ergo & ſi admitteretur Salomonis factum rectum fuiſſe; non tamen inde ſequi, vt talis ordo Iudicij ſuſtineatur inter alios Iudices inferiores. 1

Tamen conſtat ex textu noſtro Salomon proceſſiſſe ad ſententiam definitiuam, vtraque matre præſente, & allegante infantem viuum eſſe ſibi adiudicandum; & cum ibi alia citatio neceſſaria non eſſet, aut quia antea præſumeretur facta, aut quia quælibet mulier illico ad regem iuit, ſequitur dicendum quod Rex Salomon non omiſit citationem, quæ taliter eſt de ſubſtantia Ordinis Iudiciarij, vt omnis cauſa abſque ea progreſſa nulla ſit, vt ſæpius alibi repeti; & colligẽs ex dictis *ſuprà in d. cap. contra falſam ſub. quæſt.* 1. & *in cap.* 2. *de Teſtibus*; cum 2

ergo

ergo caſus, de quo hic probari nequibat teſtibus, ſeu aliâ ſpecie probationis, præter præſumptionem, quæ ex vultu, & aſpectu cuiuſlibet ſibi adiudicari filium petentis; quid mirum vt Salomon Rex violentâ præſumptione orta ex facto ibi contingenti abſque alio ordine iudiciario vni ad iudicaret; potius quam alij, iuxta rationem noſtri Textus Latam *ſupra in dict.q.*1. quælibet etenim Mater allegauerat ſuper filiatione, & audita, vt ex facto conſtat; & cum in tali contingentia, non adeſſet alius modus probandi, factum eſt, vt non eſſet neceſſarium, quod Salomon partibus litigantibus coram ſe aſſignaret delationem ad probandum; quia tota vis probationis conſiſtebat in præſumptione, quam ipſe Salomon oculis intuebatur, & ſic exiſtimo non omiſiſſe ordinem iudiciarium, & locum fuiſſe in Textu noſtro allegationi, & probationi iuxta relata, *ſupra quæſt. preced.* in verſic. *ad vltimam queſtionis partem*, & ſupra adducta, *in dict.quæſt.*1. à verſic. *non iterum obſtat Textus in l. ſi adulterium.*

3 Quare exiſtimo in puncto quæſtionis dicendum exemplum Salomonis facere legem ad alios iudices inferiores, vt in eodem caſu, & aliis ſimilibus queant abſque alia forma iudiciali Definitiuam ferre ſententiam; & licet Regula iuris ſit, exemplis non eſſe iudicandum: fallit tamen in his; quæ à factis, & deciſionibus ſupremi Principis ſumuntur, *cap. in cauſis* 19. *de re Iudic. cap. conſultationi*, vbi Bernardus verbo *indicari de frigidis, & maleficiatis*, *l.*3. *l. ſi Impersalis vltima*, *Cod. de legibus*, *l.* 1. *ff. de conſt. Principum*, *§. ſed quod Principi inſt. de iure naturali*, *l.* 14. *tit.* 22. *p.* 3. ibi: *fueras ende ſit omaſen aquella facaña de Iuycio, que el Rey obieſe dado ca entonces bien pueden iurgar por ella; por que la del Rey ha fuerca e deue valer, como ley en a quel pleyto, ſobre que es dado, e en los otros que fueren ſemejantes*, Menochius *conſ.*2. *num.*10. *lib.*1. cum pluribus ab eo relatis, quod verum eſt, maximè ſi Principum exempla ratione nitantur, Cardinalis *in cap. ſanè* 11. *diſt.* 9. & cum cauſæ cognitione ſententias ipſi ferant; pro vt ex *dicta l.fin. Cod. de legib.* & ſic Thomas Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 9. *cap.* 12. *num.*3. adducit, quod ſanctorum teſtimoniis, ſeu exemplis iudicandum eſt, quod in exemplis ſcriptura Sacra contentis, fortius obtinet, præſertim ſi Diuina ſint, *cap. qualiter, & quando* 24. *de accuſationib. cap. Deus omnipotens* 20.2. *quæſt.*1. Panormit. *hic n.*1. dum tamen non ſint cæremonialia veteris teſtamenti, quæ non admittuntur in vim illius legis, de quo iam alibi dixi latè, *in cap. tranſlato* 3. *de conſtit.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, de qua ex dictis legitimè inquiritur, poteſt etiam dubitari, dicendo non bene Salomonem hic iudicium tuliſſe. Primò, quia cum hic Salomon omiſiſſet diuiſionis cautela, quæ poſtulata fuit; debuit tunc adiudicare filium matri, quæ eum poſſidebat; quia cum præſumptionis iudicium fundetur in dubio ſecundùm latè dicta *ſupra in Rubrica, & in noſtro Textu*; & in dubio potior ſit conditio poſſidentis, & conſtaret quod mulier, quæ non vera Mater Salomoni viſa fuit, filium tunc poſſideret, in fauorem eius debuit præferre ſententiam; ſi quidem vera Mater, nec plenè, nec ſemiplenè probabat, quare mulier illa erat in poſſeſſione tuenda *ex Reg.* Textus *in l. actor, Cod. de probationib. l. qui accuſare, Cod. de edendo, cap. fin. §. ſanè de Iureiurando.* Tum etiam, quia hîc Mater, quæ poſſidebat vicem rei agebat, & altera vicem actoris, ſed in iudiciis, dum adeſt, dubium eſt pro Reo iudicandum; igitur. Tertiò, quia ſi dicimus Salomonis iudicium rectum fuiſſe, tunc incidimus in aliud dubium, nempe aut eſſe nullum, aut eſſe retractandum; eo quod non declarauit mulierem illam falſo ſibi filium petentem; aut quod diuideretur incidiſſe in pœnam plagij ſibi imponendam iuxta legem Plagij, *Cod. ad legem flauiam de plag. §.fin.* cum ex illa violenta præſumptione conſtabat illam mulierem, quæ infantem poſſidebat veræ matri abſtuliſſe. Vltimo quia cum iam ſemel Salomon Rex decerneret iudicando, vt infans diuideretur, non potuit poſt iterum iudicare, vni filium ad Iudicando; quia iam iudex non erat; eo quod functus erat iure ſuo per primam Diuiſionis ſententiam iuxta regulam Textus. *in l. poſtea quam, ff. de re iud.* ergo.

Adhuc defendenda eſt Doctrina, & ſententia 5
Salomonis hîc tradita in noſtro Textu, ex adductis, *ſupra quæſt.* 1. *& ſequentibus.* Et ſic non obſtat primum argumentum, *num. præcedenti*, relatum, quia communiter dicitur quod probatio eſt in duplici differentia directa, quæ non artificialis dicitur, vel indirecta, quæ artificialis appellatur, vt tradit Duarenus *lib.* 1. *diſp. cap.* 27. directa eſt, quæ Teſtibus & Inſtrumentis conſtat, *l. teſtium* 18. *Cod. de Teſtibus.* Indirecta, quæ & ſi id, de quo quæritur, directè non probet, tamen certis de cauſis illa vti poteſt, & oportet, vt de quo quæritur cognoſcatur, & ſi non certè, & neceſſariè, tamen probabiliter ei ſtandum eſt, & eam iudex amplectetur, vt dixi ſupra, *num.* 2. quare vt ait Graña *hic num.* 7. Oña *num.* 80. & Menoch. *de præſumptionib. lib.* 1. *in præfatione, ex num.* 6. Textus noſter debet deſumi in hac indirecta probatione.

Non ſecundùm, quia licet rei ſint fauorabi- 6
liores in re dubia, ſeu obſcura, *ex cap. cum ſunt de Reg. iuris, l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris:* Tamen hic in Textu noſtro ex propoſita violentiſſima præſumptione, qua Salomon Rex commotus fuit, vt veræ præſumptæ matri infans adiudicaretur, non fuit res dubia, nec obſcura; imo nec par, vt docent relati hic, vbi Matienc. *num.*54. Maſcardus *de probat. concl.* 1221. *num.* 4.

Non tertium, *ex dicta l. Plagij, §. fin. Cod.* 7
ad leg. flauiam, de plag. quia omiſſis aliis de quibus Morla *de variis quæſtionibus, tit.* 12. *quæſt.* 1. reſpondeo, quod in noſtro Textu pœna plagij locum habere non potuit; quia in eo non erat actum criminaliter, ſed tantùm ciuiliter ad faciendam reſtitutionem infantis veræ Matri, & nulla alia extitit probatio, quàm violenta illa præſumptio, quàm ex Diuina inſpiratione Salomon exegit: ita Graña hic *num.*9. Oña *num.*79. & vt vberius reſpondeas, aduertes hoc dubium pendere ab illo, an ex violenta præſumptione, poſſit imponi pœna ordinaria? De quo Morla *ſupra*, & ego dixi longè, *ſupra quæſt.* 2. *dubio.* 1. *&* 2. verſic. *ad primam*, & verſic. *ad ſecundam.*

Nec obſtat vltimum ex Textu, *in dicta l. iu-* 8
dex poſtea quam, ff. de re Iudicata; quia reſpon-

deo Textum illum obtinere in ſententia definitiua, qua lata dicitur iudex functus officio ſuo, non item quoties aliquid interloquendo decernit; cum ergo iudex Salomon ad eruendam veritatem in re difficilis probationis, non haberet aliam indagationem; ideo, vt neceſſarium decreuit vti illâ cautela, nempe, vt infans diuideretur contra facti naturam in rebus ab ea indiuiſibilibus; vt ſic ex commotione viſcerum illarum mulierum collitigantium inſpiceret Salomon, cui infantem adiudicaret, quod factum optimum fuit, vt ſic ſuum informaret animum: Vnde etiam incidimus in aliam quæſtionem, an iudici liceat vti cautelis, ſiue fallaciis ad eruendam veritatem? De qua dico, *in quæſt. ſequenti.*

9 His tamen omnibus obſtat, quia cõſtat ex hoc noſtro Textu, quod vera mater præſumpta, ex quo audiuit à Salomone, vt infans diuideretur, renunciauit iuri ſuo, dicens, & petens, vt alteri adiudicaretur mulieri; ergo cum ſic renuntiaret, non fuit cur amplius audiretur, *ex cap. cum inter 16. de electione, l. poſtquam liti, Cod. de pactis*, & patet ex his, quæ adduxi, *ſupra in cap. ſi Diligenti de foro comp.* & alibi.
10 † Tamen reſpondeo prædictam renunciationem potuiſſe locum habere, quando quis liberè, & voluntariè litem deſerit, & Ius ſuum renunciat, ſecus ſi inuoluntariè, ac per metum iuxta ea, quæ adduxi, *ſupra in cap. 2. & 3. & de renunciatione*; cum ergo in Textu noſtro Mater verè præſumpta, metu mortis ſui filij, liti ceſſerit, in fauorem impiæ mulieris, qui metus vehemens, & iuſtus diiudicatur, *ex l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa*, & ex aliis adductis, *quæſt.* 1. in ratione decidendi ad Textum noſtrum, mirum non eſt, vt eà renunciatio non valeret. Et adiuuatur ex alia iuris conſideratione, quia cum hic alia mulier eam renunciationem non acceptaret, & ante acceptationem quælibet promiſſio non obliget irreuocabiliter ex his, quæ latè adducit, Sanchez *de matrimonio, lib. 1. diſp. 6. & 7.* de quo alibi latè dixi, potuit Salomon iudex veræ Matri, non obſtante eius renunciatione infantem adiudicare: ita hic Graſſia *num.* 5. ex verbis Textus noſtri, *ibi: obſecro mi Domine dato illi.* Quæ animaduerſio, & ſi recta ſit, tamen in noſtro caſu non multùm adaptabilis; quia hic vera Mater, quamtumuis renuntiaret libenter, non ob id deſinebat eſſe talis; ita vt infantem filium ſibi competentem adiudicaret alteri mulieri, nullum Ius in eum habenti.

11 Ad tertiam quæſtionis partem, per quam poſſemus agere de rebus diuiduis, ſeu indiuiduis facto, & natura, vel aliis de cauſis, de quibus agunt Doctores, *in l. 2. §. & harum, l. 3 4. 5. 72. & 85.* & in aliis, *ff. de verb. obligat.* de quorum natura plura, *ibi* interpretes, Antonius Gomezius *lib. 2. variar. cap.* 10. Pichardus *in §. ſi finium Regundorum 6. inſt. de officio iudicis*, & alij per eos relati? Tamen his ſuppoſitis, vt ad punctum difficultatis reſpondeam, præmitto, quod diuidua; ſiue indiuidua dicitur obligatio ex rebus in eam deductis, & diuiduæ illæ dicuntur, quæ diuiſionem recipiunt, indiuiduæ, quæ partis præſtationem non recipiunt, ex *dicto §. ſi finium, & in dicta l. 2. §. & horum, ff. de verb. obligationib.* etenim diuidua ſua natura ſunt omnia corpora, vt homo, lapis, fundus, domus; Nauis, armarium, legio, grex, & ſimilia; *l. 1. §. quædam, ff. de rerum diuiſ. l. ſi quis duas 6. §. ſi quis partem, ff. communia præd. l. quod in rerum 24. §. ſi quis poſt, ff. de leg. 1.* & etiam diuidua ſunt, quæ in numero conſiſtunt, veluti decem aurei, decem tritici modij, decem homines, quæ & numero diuiduntur, & in partes quoque realiter ſeparatas & diſcretas, vt ſuperiora.
12 † Secundùm quod & ſi re ipſa omnia corpora diuidua ſint, & aliqua tamen ſic diuiduntur, & poſt diuiſionem adhuc retineant nomen ſubſtantiale, quod naturam propriam ſignificat, vt *cum fundum in fundos, locum in loca, Domum in Domos, lignum in ligna, lapidem in lapides*, diuidimus, *dict. l. ſi quis duas, dict. §. ſi quis partem*, verſic. *planè, l. communi diuidundo 7. §. Neratius, ff. communi diuid. dict. l. quod in rerum, dict. §. ſi quis poſt, l. planè 34. §. fin. ff. de leg. 1.* quo caſu pars illa diſcreta, & realiter ſeparatà, iam non propriè pars, ſed totum appellatur, vt in dictis iuribus & magis, *in l. rectè dicimus 25. §. quintus, l. locus 60. ff. de verb. ſignificatione.* Et harum diuiſio contingere poteſt ſine totius corruptione: & tunc non pars diuiſa, ſed totum dicetur, *dict. §. quintus cum aliis*, quæ diuiſio in iudiciis familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo obſeruatur, ne aliàs cohæredes, aut ſocij in communione inuiti manere compellantur, cum frequenter communio non leues ſoleat generare diſcordias iuxta ea, quæ latè adduxi, *ſup. in cap. 3. de probationib.*

13 Alia equidem ſunt, quæ quamuis re ipſa diuidi poſſint, & in partes diſcretas ſecari, conſiderata tamen natura pro formali, ſubſtantialique quadam compoſitione, quæ certum quoddam indiuiduum determinant, ſi diuidantur tales res, amplius non dicentur, vel non ſaltim tale perfectum; quæ quia continentur vno ſpiritu, quod *vnitum*, Græci appellant, inter quæ anumerantur homo, animalia ſingula, ſaxa, ligna, ſtatutæ & ſimilia, quæ vnita, congenitaque vno ſpiritu, id eſt vna elementatione, ſiue compagine elementorum non ſoluta continentur, vt ait Pomponius *in l. rerum mixtura 3. ff. de vſucap.* quia vt ait Seneca, *omne, quod vndique ſuis partibus circunſcribitur, viuere vno ſpiritu dicitur*, Cujacius *lib. 5. obſeruation. cap. 33.* ideo propriè diuiſionem non recipiunt homo, & alia animalia; quia ſine eorum interitu, nequeunt diuidi in partes; eo quod impoſſibile eſt, vt res, quæ vno Spiritu continetur, diuiſa talis ſit, qualis erat ex *dicta l. rerum mixtura, §. eadem inſt. de officio iudicis*, & agnoſcunt Doctores per Textum noſtrum, & *ex lib. 3. Reg. cap. 3.* Tradit alia videndus, Pichardus *in dicto § ſi finium inſt. de officio iudicis*, ibi, *à num.* 10. vt ait quod Philoſophos eſſe tria corporum genera vnum, quod vnico ſpiritu continetur, aliud connexum, vt nauis; armarium, aliud, quod ex diſtantibus partibus conſtat, aliis non ſolutis, vt claſſis, legio, exercitus, grex, familia, ſumma pecuniæ, quadriga, & cætera huiuſmodi, quæ vno nomine, vel alioquin ſummatim, ſine coniunctione comprehenduntur, quas ſummas, ſiue quantitates lex plerumque appellat, *l. certum 6. ff. ſi certum petat. l. ſcire debemus 29. ff. de verb. obligationibus, & num. 26.*
14 † Vbi addit eſſe alias res, quæ hominum artificio habent vnam certam formam,

&

& ex qua talia dicuntur; quia forma dat eſſe rei, *l. Iulianus* 9. §. *ſi quis rem*, *ff. ad exhibendum*, & hæc quidem artificio inſpecto, non patientur in partes ſectionem; quia poſt diuiſionem talia quæ ſunt non erunt, vt in ſcripto, arca, Naui & ſimilibus.

15 Vnde quid mirum ſi in noſtro Textu ea diuiſio infantis, licet ſimulate præcepta ad eruendam veritatem, nunquam in executionem veniret, quia deſtruebat rem vno ſpiritu à natura compaginatam, qualis erat infans. Nec argui debet, quod per dolum hic Rex Salomon ſimulauit diuiſionem infantis, quæ minimè ad executionem, & effectum perduci poterat ex dictis, & ex eo, quia talis diuiſio ordinaretur ad occaſionem ipſius infantis, quæ omni iure prohibita eſt, vt dico, *infra in tit. de homicidio*, & adduxi nonnulla, *ſupra in cap.* 1. quia reſpondeo dari duplicem dolum malum, aut bonum, primus prohibetur, *in cap. ſane de renuntiat.* vbi iudex per dolum, ſententiam ferre non poteſt. Secundus autem, qui dicitur dolus bonus, id eſt Solertia, *in l.* 1. §. *dolum*, *ff. de dolo*, non prohibetur; imo poteſt iudex eo vti ad detegendam veritatem, cum talis ſimulatio licita, & honeſta ſit, *in cap. vtile* 22. *quæſt.* 1. de quo Barboſa *hic*, Graña *num.* 6. *& quæſt ſequenti:* Et applicabis plura, quæ adduxi, *ſupra in Rubrica*, *& tit. de dolo*, *& contumacia.*

16 Ad vltimam quæſtionis partem, an Mater ſuperuiuat infanti? Quia vidi quendam repetentem hic de ea agere, quæ non multùm huic loco congruit, reſpondeo dicendum, quod prius præſumitur de morte infantis; eo quod imbecillior ſit ratione ætatis; ſecus ſi pubes eſſet; Verum hoc venit declarandum ſecundum diſtinctionem, de qua cum multis Couarr. *variarum*, *lib.* 2. *cap.* 7. *per totum*, *& num.* 9. agens de ea quæſtione, duobus ſimul naufragio, ruina, aut bello pereuntibus, vter eorum præſumatur prius deceſſiſſe.

QVÆSTIO V.

An liceat Iudici ſimulationibus vti, vt verum extorqueat: Et an fidem promiſſam teneatur ſeruare Delinquenti: Et an filius anniculus, vel recenter natus, ſi reperiatur mortuus in lecto Patris, vel Nutricis, præſumatur mortuus caſu, vel aliquâ culpâ: Et an ſi quis committens aliquod furtum in hac ciuitate, reperiatur ſine auriculis, poſſit damnari, vt famoſus, quia ſic talis præſumitur: Et an ad eruendam veritatem poſſit mors, aut Tortura minari?

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt ſimulationibus vti, vt verum extorqueat, n.* 2.

2 *Claudij Cæſaris dictum refertur.*

3 *Iudex fidem non ſeruans delinquenti, peccat.*

4 *Filius mortuus repertus in lecto Patris, præſumitur caſu mortuus, vel aliqua culpa, non dolo; ob id pœna eſt arbitraria.*

5 *Fur inuentus ſine auriculis, non eo præſumitur taliter famoſus, vt pœnâ ordinariâ plectatur abſque aliis adminiculis, n.* 6.

6 L. 6. tit. 18. p. 2.
Fur furans in Caſtris, quali pœnâ plectatur.

7 *Tortura inferri, vel minari in loco conſueto non poteſt perſonis priuilegiatis; ita vt confeſſio ex eo reſultans non teneat, numero* 8. 9. *&* 10.

8 *Confeſſio reſultans ex minis torturæ in cauſis perſonæ priuilegiatæ nullam fidem facit ad condemnandum, etiam ratificata, n.* 9. *&* 10.

9 L. 1. §. impuberi, ff. ad Sillanianum, l. nec quidquam, §. de plano, ff. de officio procurat. l. 1. §. cognoſcitur, ff. de officio præfecti vigil.

10 L. item apud Labeonem, §. quæſtion. ff. de iniuriis.
L. metus la 2. ff. quod metus cauſa, l. metum, Cod. eodem, l. 3. ff. ex quibus cauſis maior.

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeas præmittes ea, quæ adduxi, *ſupra in cap. accedens* 4. *vt lite non conteſt. quæſt.* 4. verſic. *ad ſecundum*, vbi egi de dubio, *an poſſit iudex ſub ſpe impunitatis eum damnare, à quo ſub tali ſpe ſciuit veritatem*, Et reſpondebis etiam ex dictis, *quæſt. præcedenti*, & affirmatiuè videtur reſpondendum ex noſtro Textu, vbi refertur factum Salomonis, de quo ſcribitur 3. *Reg. cap.* 3. ſiquidem Salomon vir quidem ſapientiſſimus ſimulauit infantis viui diuiſionem iuri naturali, & diuino contrariam, non quod eam exequi vellet, ſed vt veritatem rei incertæ ex coniectura maternæ dilectionis, quæ eſſet vera, illius mater deprehenderet. 1

Et ſic Claudius Cæſar Matrem negantem quendam iuuenem, qui verè eius filius erat, proprium filium eſſe coëgit ad confeſſionem veritatis in dicto ei cum ipſo iuuene matrimonium, vti commemorat Sueton. Tranquillus, *in Claudio*, *cap.* 15. Et Carolus Magnus certus, quod vel Pater, vel filius quos captos, detinebat, quendam occidiſſet, incertus tamen vter eorum; iuſſit vtrumque ſuſpendi atcum Pater, qui verè deliquerat, nullam videret redemptionis ſpem faſſus eſt, & agnouit propriam culpam; & ita filium innocentem ab imminenti periculo liberauit, vt tradunt, Andreas Iſernia *in cap.* 1. §. *publici latrones de pace tenenda*, & eius violat, Iaſon *in l. ſi is qui pro emptore*, *ff. de vſu*, *cap. num.* 172. Barbatia *in l. cum acutiſſimi*, *col.* 23. *Cod. de fideicommiſ.* idem, *in cap.* 1. *col.* 2. *de commodato*, Catel. Cotta dictione, *dolum*, Tiraquellus *in l. ſi vnquam*, *Cod. de reuocand. donation. in principio*, *num.* 8. & ſic Abbas, & Doctores hic, quos ſequitur, Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num. fin.* ait poſſe iudicem aliquid ſimulare cauſa veritatis indagandæ iuxta Textum *in cap. vtilem* 22. *quæſt.* 2. 2

Ad ſecundam quæſtionis partem dixi, *ſupra in dict. cap. accedens* 4. *vt lite non conteſtata*, *quæſt.* 4. & deo ſuo, *cap.* 1. *de pactis*, Et applicabis dicta, *ibi quæſt.* 3. *& num.* 5. de qua benè loquitur Couarruuias *dicto lib.* 1. *variar. cap.* 2 *ſub num. fin* in verſic. *ſimiliter ex hoc oritur controuerſia*, bene Gomezius *tom.* 3. *variar. cap.* 12. *num.* 7. Felinus hic. Azeuedus in 3

*in l.3. tit.2. lib. Recopil. num.*13. *&* 15. vbi reſoluit quod iudex peccat mortaliter fidem non ſeruans; & ita in praxi admiſſum refert Zeuallos *in pract. quæſt.* 272. vbi alios plures adducit aſſerentes ad eam fidem ſeruandam iudicem non teneri iuxta Textum, *in Authentica de mandatis Principum*, §. *nec homicidiis*: & videbis concordiam, quam ponit Gomez, *dicto num.*7. *cap.*12. Et ibi Hayllon *num.*8. *cum* Placa *de delictis*, *c.*37. *num.*10. Farinac. *cum multis quæſt* 1. *num.*182. *&* *de immun.cap.*19 *num.*301. Barboſa videndus, *de Iure Eccleſiaſtico,lib.*2 *cap.*14. *num.*54. Sanchez *tom.*2. *conſilior,lib.*1.*cap.*1.*dubio* 12. Zenedus *in Cano, q.*9. *num.*9. Bobadilla *in Politica,lib.*2. *cap.*14. *num.*79. Et applicabis quæ dico, *infra in cap.*3. *de ireiurando*, *quæſt.*2. Et videbis cum multis nouiſſimè Dianam, *p.*11. *tract.*7. *Rub.* Vbi an ſuperior teneatur ſeruare factum de impunitate Reo promiſſa.

4 Ad tertiam quæſtionis partem de filio mortuo reperto in lecto Patris? Reſpondeo quod præſumitur mortuus caſu, vel aliquâ culpâ, ſed non dolo Patris, aut Nutricis; ob idque non debere puniri pœnâ mortis ordinariâ, ſed tantum iudicis arbitrio pœnâ extraordinariâ ſecundùm qualitatem culpæ, vt docet Bonifacius *in tractatu maleficior in Rub. de parric. & eorum pœnis* 2.*col.q.fin.* facit Textus notabilis, *in cap. fin.de his, qui filios occiderunt*, vbi DD. *& in cap. conſuluiſti* 2. *quæſt.*4. vbi etiam Doctores, de quo caſu refert ſic practicatum fuiſſe Salmanticæ Antonius Gomezius *lib.*3.*variar.cap.*3.*num.*19. Carrerius *in practica tract.*3.*de homicid.& aſſaſin.*8. *nono quæro, num.*31. Menochius *de arbitrar. caſu* 356. *num.*78.*in additione*, Decianus *lib.* 9. *cap* 8. *&* 16. *num.*31. Auendañus *in c.*1. *prætor.num.*13. plures relati à Zenedo *ad decretal. col.*48.*n.*1. Barboſa *in cap.*1.*de his qui filios occid.num.*2. videbis Guttierrez *l.*62. *Canon. c.*6.*à num.*139. Farinac.*quæſt.*120. *à num.*178. *& quæſt.*98. *de pœnis temp. num.*72. & alios communiter.

5 Ad quartam quæſtionis partem de furante reperto ſine auriculis, an præſumatur famoſus latro; ita vt poſſit ad mortem condemnari? Reſpondeo illam præſumptionem non ſufficere, vt fur, vel latro condemnetur ad mortem, ſed neceſſario requiritur quod verificetur ex qua cauſa illi auriculæ abſciſæ ſint, quia potuit prouenire ex aliqua alia cauſa, vel facto inculpabili, ſic videri vt ea præſumptio, quæ oritur ex abſciſione auricularum videatur inſufficiens, nec concludens, Tam etiam quia in criminalibus, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel corporalis, non ſufficit probatio præſumptiua, vt ſupra dixi, *quæſt.*2. ſed requiritur liquida, & vera, vt probant iura *in l.fin.Cod.de probationib.& in l. ſinguli*, vniuerſique iudices cum ſimilibus, *C. de accuſat.* tradunt plenè, & Magiſtraliter Innocent.& Abbas & communiter DD. in noſtro Textu, *& in c. quia veriſimile,hoc tit.*& in terminis ſic defendit omnino videndus Antonius Gomezius *lib.* 3. *variar. cap.*5. *ſub*, *num.* 14. vbi tradit verificandam eſſe prius cauſam abſciſionis auricularum. Bayardus ad Clarum *in* §.*furtum,num.*51. Farinac.*quæſt.*176. *num.*94. Molina *de iuſt. tom.*3. *diſp.*695. 15. Sarmiento *ſelect.lib.*1.*c.*1. Auendañus *cap.*16. *prat.*2. *p.num.*12. Menoch. *conſ.*279. *&* 362. *num.*10. *& conſ.*536.*in fine*, Mantica *de coniect. lib.*1.*tit.*2. Barboſa *in l.*2. *ff. de ſoluto matrim.* 1. *n.*61. *& à n.*76. *ad* 94. cum aliis Hayllon, *in addit ad Gomez.d. cap.*5.*n.*15.

Nec obſtat *l.*6. *tit.*18. *p.*2. vbi habetur quod ſi fur furetur in Caſtris, puniatur pœna abſciſionis manus Dextræ, & auricularum. Et ſi iterum reperiatur furtum committere, quod illud furtum, & abſciſio auricularum, ſit ſufficiens præſumptio vt poſſit ad mortem condemnari in illis verbis ibi: *e por que ſi a quel furtaſe, otra vega da que el furto, e la ſeñal le fueſen reſtimonios para darle muerte.* Quia reſpondeo prædictam legem fore intelligendam in caſibus, quibus loquitur, ſcilicet, quando furtum eſt commiſſum in caſtris, item quando concurrit; ſimul cum abſciſione auricularum, abſciſio etiam manus, quod deficit in noſtro caſu: Tamen illa abſciſio auricularum, qua inuenitur, qui furans reperitur, eſt ſufficiens indicium, vt interrogetur de aliis furtis, & in quibus locis illa commiſit, vt iudex reddatur certus, & poſſit mittere litteras requiſitorias ad verificanda, & hoc caſu ſi nolit declarare, & negaret poſſe torqueri, vt dicat, & declaret, ait Gomez. ſicque debere practicari à peritis iudicibus. 6

Ad quintam quæſtionis partem, de qua agunt Doctores ex regula Textu noſtri, videtur dicendum poſſe aliquem priuilegiatum tormento minari, vt ex hoc eruatur veritas ex facto Salomonis hic, & Panormitanus *col.*1.*num.* formaliter dicit quod poſſunt iudices facere reum dici ad locum tormenti ad terrorem inducendum pro eruenda veritate, licet non habeat animum, nec voluntatem torquendi: & ad hoc Textum noſtrum conſiderat Bartol. *in l.de minore,*§.*plurimum, ff. de quæſt.*1.*col.num.*2. vbi etiam facit Textus, in quantum dicit quod pro eruenda veritate in cauſa criminali, ſubtilis cogitatio debet adhiberi, & probat etiam Textus, *in l.non fuit. ff de dolo*: ſed quia benè, & optimè loquitur de hoc dubio Antonius Gomez. *lib.*3.*variar. cap.*13. *num.*4. ideo cum eo reſolues perſonas exceptas à tortura, ſolùm poſſe minari extra conſpectum loci, vbi exercetur, & hoc verbaliter, non tamen ligari; quod ſi tunc fateatur, valebit, earũ confeſſio, tanquã ſpõtanea, & ſine tormentis adhibita. Carrerius *in praxi in ſecundo tract.de indic.*§.*circa tertium,n.*43. Scaccia *de iudic.lib.*3.*cap.*8.*ex num.*104. ob id prægnante Queued. *de tortura* 1.*p.cap.*12. *ex num.*10. cum multis Farinac. *quæſt.*41 *ex num.*110. qui laudans Gomezium addit quod perſonæ quæ non poſſunt torqueri de iure poterunt conſulto Principe Boſius *in pract.tit. de tortura reorum, num.*20. Paz *in praxi p.*5.*tom.*1.*cap.*3.§.12.*n.*51. Leſſius *de iuſtitia,lib.*2.*cap.*29.*num.*17.*num.*155. Ægidius Trulench. *in decalog. lib.* 8. *cap.*1. *dubio* 20. *num.*6. Farinac. *iterum conſ.*16. *num.*34. *& conſ.*83. *num.*7. Narbona *de ætate anno* 70. *q.*5. vbi limitant quod ſi leuiter nunc conſtet ex circunſtantiis confiteri non ſponte ſed metu etiam leui non ſufficiat ad condemnandum confitentem niſi ſequatur libera ratificatio, ita Leſſius & Hayllon ad Gomez. *d.cap.*13.*num.*5. 7

Et in tantum eſt verum, vt perſonæ priuilegiatæ non poſſint torqueri; nec terreri; quod etiam ſi de facto torqueantur, vel terreantur, & confiteantur delictum, & ſequatur ratificatio, illa confeſſio etiam ratificata eis non noceat, vt ex ea poſſint condemnari; quia talis tortura fuit nulla; & contra iuris ordinem, & diſpoſitionem, ſimiliter confeſſio, & quidquid ex ea ſequitur, argum. Textus *in l.non dubium,Cod.de leg.l.*3. §. *ſcio, ff.de minor.l fin.ff.de conſtit. pecunia, l. Mulier la* 2. *Cod. ad Velleianum*, *l.*1. §. *Diuus Antonius. ff. de* 8

quæſtion.

quæſtion. l. vnicus, §. ſerno eodem tit. & in expreſſo
per iſta Iura tenet Platea *in l. ſeueram, Cod. de
dignit. lib.* 12. Baldus *in l. Imperator, la* 2. *ff. de
ſtatu hom. col.* 1. *num.* 3. Hypolitus *in practica*, §.
expedita, num. 46. & facit textus ſingularis iuncta
Gloſſa *in l. penult. ff. de quæſt.* vbi habetur quod
confeſſio accuſati, vel inquiſiti facta in tormen-
tis, non præcedentibus indiciis, eſt nulla, etiam
ſi poſteà ſequatur ratificatio.

9 Vnde infertur quod licet textus *in l.* 1. §. *impu-
beri, ff. ad ſyllan*, dicat quod minor, qui tor-
queri non poteſt queat tamen terreri; vel ferru-
la cædi, vt notat textus *in l. nec quidquam*, §. *de
plano, ff. de officio Procurat.* & textus *in l.* 1. §. *co-
gnoſcitur, ff. de offic. Præf. vig.* vbi permittitur
indiciis ſubditos terreri, & grauiter comminari.
Ex quo infert Platea per prædicta Iura *in l. ſeue-
ram, Cod. de dignitat. lib.* 12. 1. *col. in medio*; vt
licet illuſtris perſona, vel clariſſimus dinitate,
non poſſint tamen terreri; & ita practicari per
Iudices huius Regni contra nobiles habentes
hoc priuilegium, & tenet Baldus *in l.* 2. *Cod. quo-
rum appellat, non recip. col.* 2. idem *in l.* 1. *Cod de
locato, & conducto oppoſit.* 1. Paris de Puteo *de ſyn-
dicatu de repetitione Torturæ, col. fin.*

10 Tamen hæc doctrina ſic generaliter relata de-
bet recipere intellectum iuxta diſtinctionem
Gomezij *ſuprà* relatam, nempe de terrore, ſeu
comminatione remota, quia reputatur leuis, &
non nocet, vt probat textus ſingularis *in l. apud
Labeonem, §. quæſtionem, ff. de iniuriis*, cuius ver-
ba ſunt *quæſtionem intelligere debemus, & tormenta
& corporis dolorem ad eruendam veritatem, nuda
ergo interrogatio, vel territio non pertinet ad hoc
edictum*, vbi Gloſſa ordinaria, & communiter
Doctores, textus *in l. metum, la* 2. *ff. quod metus
cauſa, l. metum, Cod. eodem, l.* 3. *ff. ex quibus cau
ſis maiores* & vtrobique Doctores; docet expreſsè
Bart. *in l.* 1. §. *Diuus Seuerus, ff de quæſt. col.* 1.
num. 2. Gandinus *de quæſt.* verſic. *quæ confeſſio di-
catur facta formidine tormentorum*, ſecùs tamen
eſſe quando comminatio eſſet actui, & tormen-
to propinqua, aut ſi eſſet contra perſonas non
priuilegiatas, quia tunc ſicut illæ poſſunt tor-
queri poterunt, & terreri ex prædictis Iuribus,
& ex Leſſio, Haillon. Farinac. & aliis, *vbi ſuprà.*

Qvæstio VI.

*An ſi duæ illæ mulieres, de quibus textus no-
ſter lite de infantis adiudicatione penden-
te deceſſiſſent, nec pro vna, magis quam
pro alia eſſet præſumptio, vel probatio
vtrique, vel neutri ſuccedere debuiſſet;
Et quid ſi vtraque dixiſſet nolle infantem
interfici, cui ſuccederet?*

Svmmarivm.

1 *Hereditas duarum, quarum qualibet mater di-
citur infantis, quo pacto ei pertineat: Ex-
penditur. num.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. 14.

15 *Filiatio inter duas matres diſceptantes, præſumi-
tur pro poſſidente.*

1 DVas hac quæſtiones mouet Gloſſa finalis
hic, & reſoluit, & tu quoque eas expendes
ex his quæ adduxi *ſuprà in cap. licet* 9. *de probat.*
per plures quæſtiones, præcipuè *quæſtione* 1. Et
in terminis, quo ad primam reperio Doctores
quadrupliciter reſpondere. Quidam enim dixe-
runt, ſuccedere ei mulieri, pro qua filiationem
infantis Rex Salomon declarauit. Alij enim di-
xerunt ſuccedere ei mulieri, in cuius poſſeſſione
infans erat. † Sed quia dubitatio noſtra eſt de 2
eo caſu, quando ſumus in dubio de maternita-
te mulierum: & neutra poſſideret, nec adhuc
Iudex vlli earum, ſiue per præſumptionem, aliam-
ve probationem adiudicaret infantem, quia in
prædictis caſibus vtraque Doctrina vera eſt,
vtet prima præter Gloſſam probat Abbas *hic ad
finem.* & ſecunda parte, ideò de aliis inquiro.

Igitur alij dixerunt per ſortem vni earum ad- 3
iudicandum eſſe infantem, & tunc ei ſoli ſuc-
cedere, & pro hac parte faciunt ea quæ adduxi
in dicto cap. licet 9. *de probat. dicta quæſt.* 1. verſic.
alij autem dixerunt, vbi dixi ſortis Iudicium nun-
quam habere locum, niſi in caſibus à Iure ex-
preſſis. Vnde cum in hoc caſu, de quo loqui-
mur, ſi vni potius; quam alteri per ſortem ad-
iudicaretur, eique ſuccederet, exponeretur ne-
gotium periculo maximæ abſurditatis, & iniqui-
tatis, cum de facili contingere poſſet, vt infans
ille ibi ſuccederet fœminæ, quæ vera mater ſua
non eſſet in præiudicium cognatorum, in quo-
rum præiudicium nunquam res ad Iudicium ſor-
tis reducitur, vt tradit Gloſſa *in §. ſed ſi ex Te-
ſtamento*, verſic. *ſin autem*, verbo *partes Inſt. de
ſatiſ. Tutor.* Cynus, & reliqui *in l.* 3. *Cod. com-
munia delegatis*, Angelus *in l. ſed & ambo, ff. de
Iudiciis*, ideò hic modus non eſt cur admittatur
in præſenti caſu.

Alij inquam dixerunt prædictum infantem 4
propter incertitudinem neutri earum mulierum
ſuccedere, quia hæc ſemper vitiat diſpoſitio-
nem *ex l. duo ſunt Titij, ff. de Teſtamentaria Tute-
la, & ex l.* 2. *ff. de lib. & poſthumis*, & non ſolùm
in exhæredatione (quæ eſt odioſa) procedit, ſed
etiam in inſtitutione: argumento textus *in l inten-
tus, §. quoties, ff. de hæred. inſtituend.* † Et in le- 5
gatis, *l. quoties. §. ſi verò duo, ff. de vſufructu,
l. ſi fuerit*, aliàs *ſi ita fuerit, ff. de rebus dubiis*, vbi
ſi fuerit legatum vni ex cognatis; qui priùs Ca-
pitolium aſcenderit, ſi ſimul duo aſcendant, nec
appareat quis priùs legatum impetret.

Idem ſtatuitur in aliis ſpeciebus *ibi* relatis, in- 6
ter quas enumeratur etiam ſi libertas vni ex plu-
ribus relicta ſit, nec appareat, de quo teſtatur
ſenſerit, quod mirùm eſt, cum ſit res fauorabi-
liſſima, vt tradit Tyraquellus *in l. ſi vnquam*, verb
donatione largitus, quæſtione 17. *Cod. de reuocand.
Donat.*

Et comprobatur, nam ſi vidua paulò poſt 7
prioris viri mortem, alteri nubat, & poſteà pa-
riat filium in ſeptimo menſe ſecundi Matrimonij;
ita vt filius potuerit gigni à priori, vel à poſte-
rior, viro; Ideòque incertum ſit, vtrius ſit, neu-
trius eo caſu cenſebitur, nec vtrique ſuccedet, vt
tenent Cynus, & alij *in l. vulgo concepti, ff. de
ſtatu hominis*, Bald. & Angel. *in l. liberorum, ff. de
his, qui notantur infamia.* Et facit etiam, quia in-
certitudo vitiat diſpoſitionem, vt *ſuprà* dixi,
& notant Bartolus & alij *in l. relegatus; ff. de
reb. dub.*

Hæc tamen opinio etiam ab omnibus impro- 8
9 batur cum puer matrem non habere non poſſit,
cuius ſucceſſionem ipſi deferendam, naturalis

&

& ciuilis dictat ratio. Et pro altera ſaltim ex his, quæ de filio contendunt Iuris, & naturæ neceſſaria præſumptio adſit, ea etiam ratione conuincitur, quod poſt habito eo, qui proximior eſt gradu, ad quem hæreditas pertineret, vlteriores admitterentur, quod omnium iniquiſſimum eſt, vt omnes agnoſcunt, & patet ex dictis *ſuprà in cap. in præſentia de prob.*

9 Alij verò dixerunt quod infans ille vtrique fœminæ ſuccedere debuiſſet, qrimo ex textu *in l. qui duos, ff. de rebus dubiis, & ex l. ex duobus* 34. *ff. de vulgari ſubſtit. l. qui filiabus*, §. 1. *ff. delegat.* 1. melior textus *in dict. l. qui duos*, §. *cum in bello*, vbi in patre & filio in bello mortuis, ſi dubitetur quis eorum præmortuus fuerit, mater filij ſuccedet vtrique; vt tradit eruditè Coſta in noſtro textu.

10 Facit etiam quod ſcripſerunt Anton. & Petrus de Ancharrano inter conſilia ipſius Petri, *conſ.* 120. quod vbi Iura partium ſunt dubia, adeo vt Iudex queat inclinare in vtramque partem, debeat vtrique rem adiudicare, ſicut & Hyberius Imperator fecit *in l. & hoc Hyberius, ff. de de hæredib. inſtit* & Rex Salomon in noſtro textu.

11 † Et ob id Bald. & reliqui *d. l. qui filiabus*, §. 1. *ff. deleg.* 1. dixerunt quod ſi à Principe, vel ab alio ſtatutum ſit præmium primo ingredienti caſtrum obſeſſum, ſi duo ſimul ingreſſi fuerint, vtrique tunc præmium debeatur, vel integrum, vel mediatum; idem docent *ibi* Bart. & Alexander, & facit textus *in l.* 12 *tit. fin. p.* 7. ſed licet hæc in ſe vera ſint, tamen non conueniunt ſententiæ noſtri textus ex iam *ſuprà* conſideratis contra alias ſententias.

12 Ego tamen ſuppoſitis his, quæ *ſuprà* adduxi *cap. per tuas de probationibus* quibus modis probetur filiatio, tam reſpectu patris, quàm matris? Exiſtimo in hoc dubio dari ipſi infanti electionem, an potiùs vellet hæreditatem vnius mulieris, quàm alterius; licet opulentiorem adire & acceptare, vt dicitur quando duæ actiones contrariæ competunt ex textu *in l. qui in hærede*, §. *eligere, ff. de tributaria actione*, & iuxta ea, quæ adduxi *ſuprà in cap. exhibita* 15. *de Iudiciis*, Doctores *in dicto* §. *eligere*, Innocent. *in cap. audiuimus de colluſione deteg.* quam opinionem vno verbo videtur amplecti Abbas *hic in fine*, qua retenta ceſſant inconuenientia aliarum trium opinionum.

13 Nec obſtat, vt aduersùs iſtam maneat argumentum indiſſolubile ex eo, nempe, quia dato ipſi infanti Iure eligendi cognatis illius mulieris, quam in matrem eligit, eius hæreditatem acceptans, maximum præiudicium generatur, & ſic contingeret, vt ipſe infans ſuccederet mulieri, quæ fortè vera eius mater non eſſet. Quia id euenit recto Iuris tramite ſeruato, ſecundùm quod ſententia debet eſſe conformis libello, *cap. licet Ely de Simonia, l fin. Cod. de fideicom. libert. l. vt fundus, ff. communi. diuid. l. ex teſtamento, ff. de except. rei Iudicata*, & Iudex tenetur Iudicare ſecundùm allegata, & probata in Iudicio, non ſolùm quando ſibi conſtat de veritate, vt in quæſtione noſtra, verùm etiam ſi conſtet ſibi vt priuato, aliter ſe haberi veritas in contrarium ex textu *in l. illicitas*, §. *veritas, ff. de officio Præſidis*, vbi Doctores, Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. Pinellus *in l.* 2. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 33. *Cod. de reſcind. vendit.* Ioannes Garcia *Regula* 254. Maſcardus *de probat. concluſ.* 949. *volumine* 2. de quo iam alíqua dixi *ſuprà q.* 1. & latè *in cap. dilecti de Iudiciis*, *à q.* 6. ita quidam Modernus repetens de hoc dubio in noſtro textu, reſpondet quod non eſt concludens.

Et ſic exiſtimo id euenire ex natura electionis, quæ data eſt in Iure minori ex fratribus, 14 inter quos hæreditas diuiditur ex his, quæ adducit Couarr. *in cap. indicante, num.* 2. & 3. *de Teſtament.* Gratianus *regula* 162. *cum aliis*, vbi expendit, quod etſi *ex l. fin. Cod. communia de leg.* §. 1. & *in l. ſi quis argentum*, §. 2. *Cod. de donation. l. legato generaliter, & l. ſi hæres generaliter, ff. de leg* 2. *l.* 23. *tit.* 9. *p.* 6. competat legatario eligendi facultas; tunc non meliorem rem, aut peiorem, ſed mediocrem eligat, fallere quando duæ eſſent tantùm res, ſuper quibus deberet electio fieri, quia tunc meliorem eligere poterit ex textu *in l. qui duobus, ff. deleg.* 1. Baldus *in l. fin.* §. 1. *Cod. communia, delegat.* Gregorius Lopez. *in dicta l.* 23. *tit.* 9. *p.* 6. Gloſſa *el mejor*, dicit communem Iaſon. *in l. legato generaliter, n.* 4. *ff. delegat.* 1. de quo ego dico late *in cap.* 1. *de Parrochiis, & alienis Parrocianis.*

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo 15 ex iam dictis; Nam ſi vtraque mulier dixiſſet nolle infantem diuidi, tunc incideremus in dubio, de quo in hac prima quæſtionis parte; quia ſi altera eſſet in poſſeſſione, nullis habitis adminiculis pro parte alterius, tunc filiatio præſumeretur pro poſſidente, & inſimul ad eius hæreditatem veniret infans. Si autem neutra poſſideret; tunc omiſſis aliis opinionibus adductis, eſſet in electione infantis matrem, & hæreditatem nominare.

AD TEXTVM
IN CAPITE III.
Ex ſtudiis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

HVivs Textus materia expenditur ex dictis *infrà in cap. fin. hoc tit.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IV.
Nullus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Fuga qualem præſumptionem faciat delicti remiſſiuè.*

2 *Frangens carcerem qualiter puniatur, ſeu liceat ne fugere ab ea*, remiſſiuè, n. 3.

4 *Contumax videatur, nec confeſſus, ſi non compareat? Et an condemnetur?*

PEr hunc textum agunt Doctores, an fuga probet delictum & de multis circa præſumptionem, 1

ptionem, quæ oritur aduerſus fugientem, de quo Iaſon. *in l. admonendi in prima lectura ex n.* 88. *& in* 2. *ex n.* 156. *de Iureiur.* Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *ex n.* 7. vbi latè Dueñas *reg.* 389. Socinus *reg.* 162. Antonius Gomezius *in leg.* 76. *Tauri*, Maſcardus *de probat. concluſ.* 498. idem Antonius Gomez. *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *num.* 11. Menochius *de arbitr. caſu* 301. Plures refert Zened. *collect.* 43. *ad hunc textum folio* 167. ad quod applicabis multa, quæ adduxi *ſuprà in cap.* 1. *de Iudiciis*: vbi de Cobuldeo Epiſcopo citato, & nolente ad Iudicium venire, & quæ adduxi *ſupra in Rubrica & tit. de dolo & contumacia.* Sed quia Farinacius latiſſimè agit de hoc dubio *in praxi p.* 2. *q.* 48. diſputans quando fuga faciat indicium ad torturam ibi, *à num.* 1. & *à num.* 60. *vſque ad finem* quando faciat probationem, vel non; Ideò ad illum, & ad iam relatos te remitto: Videbis etiam Clarum *in praxi*, *§. fin. q.* 21. verſic. *tertio autem modo*, idem Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 89. *num.* 45. Morla *in Emporio tit.* 11. *q.* 10. *n.* 11. plures relati à Farin. *q.* 30. *ex n.* 7. vſque ad *n.* 33. plures opiniones adducit agens latè de intellectu textus *in l. in eos*, *ff. de cuſtodia Reorum*, reſoluens tandem ſub diſtinctione mitiori nempe pœna ordinaria fugientem puniendum *ibi* videndus, *n.* 24. *&* 25. Paz. *in praxi tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. *§.* 2. *ex n.* 7. Plaza. *de delict. cap.* 38. *n.* 7. Faquin. *lib.* 9. *controu. cap.* 69. *&* 72. Bobadill. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *ex n.* 132. qui addunt, *& Curia Philippica* 3. *p.* § 11. *num.* 13. Haill. ad Gomez. *dicto cap.* 9. ſub *n.* 10. quod ſi fugiens à Carcere, ſe præſentet coram Superiori non videatur fugere, nec pœnam incurrere, pro qua faciunt quæ dico *infrà ſub tit. de Clericis peregrinantibus.*

2 Per hunc etiam textum agunt Doctores de ea quæſtione, quando damnatus ad mortem poſſit frangere Carcerem, rumpere vincula, & fugere, de quo latè præter alios Couarr. *dicto lib.* 1. *variar. reſolution. cap.* 2. *& num.* 12. Plaza *de delictis*, *cap.* 23. *num.* 6. Maſcard. *concluſ.* 810. Guttierrez. *de Iuramento confirm. p.* 1. *cap.* 57. *ex num.* 25. latè Soto *lib.* 5. *de Iuſtitia quæſt.* 6. *art.* 4. Simancas *de Catholicis inſtitutionibus*, *ex num.* 26. Menoch. *de arbitr. caſu* 301. *ex num.* 14. cum aliis hic Zenedus *dicta collect.* 43. *folio* 167. *n.* 2. Balboa *in cap.* 8. *de Iureiur. num.* 34. pluribus adductis Vazquez. 1. 2. *diſp.* 164. *p.* 2. D. Thomas 22. *q.* 69. *art.* 1. Leſſius *lib.* 2. *de Iuſt. cap.* 31. *dif.* 3. pluribus aliis adductis Villalobos *in ſum. p.* 2. *tract.* 16. *de Reo difficult.* 11. *per totam*, vbi plures adducit caſus, & affirmat poſſe fugere, ſed ad id non teneri, & tunc poſſe etiam frangere carcerem, & priſiones, & quando hoc liceret, licere cuilibet conſilium ſuum præſtare, ſed non coadiuuare, cum nemini liceat frangere carceres, & cuſtodias publicas ad Reos cuſtodiendos in adminiſtrationem Iuſtitiæ; quia aliàs nullus eſſet carcer ſecurus.

3 Et ſi velis ſcire plura, leges Farinacium *in praxi* 2. *p. q.* 30. vbi agit de ea quæſtione, qualiter frangens carceres, & ab illis fugiens puniatur, & quando non. De quo *in l. ff. de efract. & expilat. l. in eos*, *ff. de cuſtodia Reorum*, *l. milites*, *§. eius fugam*, *ff. de re militari*, agit Felinus *hic*, *num.* 3. Videbis Gomezium *dict. lib.* 3 *variar. cap.* 9. *de captura Reorum*, ſed ſex opiniones ex multis refert Farinacius *ſuprà*, quem leges, qui *à num.* 24. vt ſuam explicet, plures caſus diſtinguit, vbi videbis, & omnibus addo Laram *in l. ſi quis à liberis*, *§. ſed iſtum*, *ex num.* 24. Azeued. *in l.* 8. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil. num.* 7. Sarr. *in Claui Regia lib.* 12. *ex n.* 4. Reginald. *in praxi lib.* 24. *num* 149. D. Larr. *alleg. Fiſcal.* 114. *n.* 4. *&* 28. vbi quod ei licet cuſtodes occidere, de quo Sanch. *in conſiliis lib.* 6. *c.* 4. *dub.* 17. *& dub.* 7. *& ſeq.* vbi de iuſtè carcerato fugiente, & quod fugiens à manibus Iudicis punitur; ac ſi fugiſſet à carcere, idem Farin. *cap.* 32. *à num.* 26. vbi *à num.* 43. an fugientem liceat perquirere.

Et an contumax in non comparendo videatur confeſſus: Et an condemnetur ex ficta confeſſione? Dixi *ſuprà in cap.* 15. *de Iudiciis*, *quæſt.* 21. *num.* 16. & qualiter habeatur pro confeſſo, dixi *ſuprà in Rubr. de dolo*, *q.* 2. *num.* 18. Huc etiam ſpectat quæ de calumniatoribus litigantibus Iura medentur, de quo dico *infrà ad titulum de Calumniatoribus*, & quæ adduxit Pichard. *in Rubr. tit.* 16. *lib.* 4. *inſtiut. de pœna temerè litigantium ex bonis Authoribus* quem leges, & applicabis quæ adduxi *ſuprà in Rubr. de dilationib.* Item, & quæ adduxi *ſupra in Rubr. de litis conteſtatione q.* 13. 14. 15. 16. *& q.* 18. verſic. *ad ſecundam*, *num.* 2. vbi plura de ficta confeſſione, quæ inducitur per contumaciam; an faciat, vt quis queat condemnari, & applicabis *q.* 1 *in c.* 1. *vt lite non conteſt.* & ibi *q.* 7. *q.* 8. *& in c.* 2. *q.* 2. verſic. *ad ſecundam à n.* 23. *& q.* 3. *verſ. ad ſecundum*, *n.* 4. vbi plura, per quæ fictè cõfeſſus condemnatur iuxta Gloſſ. fin. huius textus, quæ declarat textũ noſtrum intelligi de ficta confeſſione, quæ inducitur ex contumacia: De vera autem confeſſione plura adduxi *in cap. at ſi Clerici* 4. *de Iudiciis*, *& in tit. ſuprà de confeſſis*, & aliis in locis. 4

AD TEXTVM

IN CAPITE V.

Nonne benè, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. PER hunc textum *in* 1. *p.* verſic *nonne*, & verſic. *reſpondet Ieſus*, poteſt inquiri de ea quæſtione, quando quis interrogatur, teneatur directè præbere reſponſum ad interrogata reſpondendo, ad quod applicabis quæ dixi *ſupra in cap.* 1. *de confeſſis*, *quæſtione* 4. *&* 5. & alibi.

II. Et ibi *Samaritanus es tu*, *& Dæmonium habes*? & ibi *reſpondit Ieſus ego Dæmonium non habeo*, &c. Per hæc verba poteſt agi de opprobrio, & verbis iniurioſis, de quo dico *infra ad titulum de iniuriis*: Etenim vt ait Gloſſa hic verbo *illata*, relata verba ignominioſè, & iniurioſè à Scribis, & Iudæis illata fuere Chriſto Domino.

III. Et ibi *vnum negauit*, *& alterũ tacendo conceſſit.* Per hæc verba poteris applicare quæ de nagatiua probanda adduxi *ſupra in cap. quoniam contra falſum de probat.* IV. Et quod adduxi *ſupra* quando is, qui tacet fateri videatur, vel non, *in cap.* 1. *de Iudic. q.* 15. *n.* 2. vbi expendi regulam, is, qui tacet *de regul. Iur. lib.* 6. *& in cap.* 1. *de litis conteſt. q.* 2. *num.* 7.

QVÆSTIO I.

An ex duobus illatis, ſeu propoſitis, qui vnum negat, cenſeatur alterum affirmare vel negare?

SVMMARIVM.

1 *Negans, ſeu affirmans vnum ex duabus illatis, ſeu propoſitis, quando alterum negare, ſeu affirmare cenſeatur*, n. 2.3.4.5.6.7.8.9.10. 11.12. *componitur diſtinctione inter capitula connexa, & ſeparata*, à num. 13.14.15.16. 17.18. vſque ad num. 36. *vbi de pluribus caſibus:*

9 Cap. tranſlato §. fin. de conſtitutionibus, & num. 26.

10 Cap. poſtulaſti 27. de reſcriptis &, n. 27.

11 L. conſilio, §. fin ff. de curat. furioſ. & num. 28.

12 L. commodiſſimè, ff. de liberis, & poſthumis, & num. 29.

13 *Separatorum, & connexorum, quale Iudicium fiat*, num. ſequentibus.

30 Cap. qui tacet, cap. is qui tacet de reg. Iuris remiſſiuè.

36 L. ſi cui §. 1. ff. delegat. 1. l. Gallus 39. ff. de pignoratitia actione, l. Titius §. fin. ff. quibus modis pignus, vel hypotec. l. Titia, §. Lucia Titia, ff. de legatis 2. *remiſſiuè.*

37 *Chriſtus cur conſenſit ſe vocari Samaritanum?*

1 Et quod cenſeatur alterum affirmare, probat
expreſsè noſter textus, & colligitur ex textu
*in cap. fin. § fin. de Iureiur. cap. 2. de his, quæ fiunt
à Prælato ſine conſenſu Capituli, cap. qui tacet,
cap. is qui tacet de reg. Iuris, lib. 6. cap. qualis 25.
diſt. cap. ex eo 15. q. 3. cap. lator. 23. q. 2. l. 2. §. fin.
ff. ſoluto Matrimonio, l. ſi remunerando, §. ſi paſſus,
l. ſi pro dote, ff. mandati, l. & ſi ſine, §. ſed quod
Papinianus, ff. de minoribus, l. obligamur, ff. de
action. & obligation. l. maritus, Cod. de Procurator.
l. cum Prætor, ff. de Iudiciis, l. ob res, §. 2. ff. de
pactis Dotal. Auth. ſi ſeruus, Cod. de Epiſcop. &
Clericis, Gloſſa in leg. conſilio, §. fin. ff. de curat.
furioſ.*

2 Econtra autem quod de vno affirmatur, de
alio negari dixit textus *in l. cum ita legatum, ff. de
conditionib. & demonſtrationib. l. cum lex, ff. de legibus*,
& Senatusconſult. *dicta l. maritus, Cod.
de Procurat.* ſic docent per textum noſtrum Baldus,
Abbas, Bellamera, Butrius, Anania, Imola,
& Felinus aſſerentes, quod qui ex duobus illatis
alterum negat, reliquum affirmare præſumitur,
vel econtra, & Tyraquellus ait de retractu
in §. 6. *Gloſſa* 1. *num.* 5. verſic. *nos verò p.* 1.
quod hæc colectio conceditur ad inſtar argu-
3 menti à contrario ſenſu. † Et Baldus *in dicta l.
at ſi ſine, §. ſedet, quod Papinianus, ff. de minor.*
inquit quod quando de duobus quæritur, & ad
vnum quis affirmatiuè reſpondet, & ad alterum
non reſpondet, cenſetur illud quod tacitè omiſit
negaſſe, & econtra ſic notauit Gloſſa *in cap.
poſtulaſti* in verbo *prouentibus de reſcript.* Romanus
in leg. quæ dotis, num. 56. verſic. *an autem is,
col. penult. ff. ſoluto Matrim.* ibi Alex. *num.* 36.
verſic. *facit etiam col.* 10. Gratus *conſ.* 25. *num.* 15.
verſic. *quod abſque dubio volum.* 1. Dominicus, &
Præpoſitus *in dicto cap. qualis, diſt.* 25. Baldus *in
l. 1. notab. 2. Cod. de diuerſis reſcriptis*, videndus
Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 69. *& de
arbitr. caſu* 37. *num.* 22. *& conſ.* 106. *num.* 3. *&* 4.
Maſcardus *de probationib. concluſ.* 1218. Couarr.
lib. 3. variar. cap. 15. Oſualdus ad Donellum *lib.* 20.
cap. 3. littera P, Donellus *in l. 6. Cod. mandati*; cum
aliis Graña *hic* vbi, *n.* 2. reddit rationem, quia
tacens in fauorabilibus, quo ad eius vtilitatem
conſentire videtur, niſi contrarium probet, aut
offendat, nutu, verbis, aut alia qualibet demonſtratione,
dict. l. ſi remunerandi, ff. mandati, &
quia qui tacet non fatetur, ſed nec vtique negare
videtur *ex dicta Reg. is, qui tacet, reg Iuris*, vbi
Pechius, Dinus, & alij.

Vnde Baldus *in l. ſiue poſſidetis ſub num.* 13. ver- 4
ſic. *item pone exemplum, col.* 3. *Cod. de probationib.*
Abbas *hic in* 1. *notab.* Bellamera *in princip.* Felin.
colum. 1. circa medium, dixerunt, quod ſi quis
arguitur de pluribus delictis, & in dilucidatione
criminum aliqua prætermittit, cenſeatur confiteri
ex violenta præſumptione quidquid tacuerir.
† Et Anania hic *in princ.* Ioannes de Imola 5
notab. 1. Bald. & Butrius vterque, *in princip.* &
alij dixerunt, quod reſpondens poſitionibus, ſi
vnam partem negat, & aliam partem ſilentio
omittit, quoad omiſſam pro confeſſo habetur
& econtra,

Et ſic etiam infertur quod ſi Epiſcopus, vel 6
poteſtas firmat vnam cauſam de geſtis, ac adminiſtratis
à ſuo Vicario, videtur cætera non
approbare, ſic vt verſa vice ſi vnam reprobet,
aliàs confirmare videatur, & Baldus egregiè
tractans *in l. Tribunus, §. cum aliquis, num. 2. in 3.
notab. ff. de milit. Teſtamento*, & ibi Albericus ait
hanc rem eſſe veram, quando hoc facit cùm matura
deliberatione, ſecùs autem ſi velo leuato
& nulla examinatione ad id proceſſiſſet † Et 7
ob eandem rationem Albericus *in dict. leg. cum
Prætor, num.* 3. verſic. *& faciunt prædicta col.* 2. *ff.
de Iudiciis*, tradit quod ſi Eccleſia habebat multa
priuilegia, quorum confirmationem probat
à Papa, & ipſe cõfirmauit certa capitula ipſorum
priuilegiorum, & de aliis nihil dixerit tunc reprobaſſe
cenſeatur ea, quæ omiſerit. † Quæ 8
etiam confirmantur ex traditis à Felino *hic in
princip.* & à Rota *in deciſ.* 50. *in antiquis de reſcriptis*,
dicentibus quod ſtante ſtylo Cancellariæ,
quod per ſimplex verbum *fiat* non veniat
in conceſſione dignitatis cum Canonicatu, niſi
de dignitate exprimatur ſi aliquis petierit Canonicatum,
& dignitatem electiuam, & Papa Cancellauerit
illud verbum *electiuam*, & poſteà poſuerit
verbum *fiat*, nec tacitè videatur dignitatem
conceſſiſſe.

Sed his omnibus obſtant textus *in cap. tranſla-* 9
to, §. fin. de conſtitut. vbi ſancitum eſt, quod ſi
de duobus interrogatio præcedat, & de vno tantùm
ſequatur reſponſio neceſſe ſit, vt id quod
de vno dicitur, de altero etiam dictum intelli-
gatur. † Secundò obſtat textus *in cap. poſtulaſti* 10
de reſcriptis, vbi ſi de duobus eſſet quæſitum,
ſcilicet de Paterna hæreditate, & de Vicaria, id
quod de beneficio, ſeu Vicaria reſponſum eſt,
extendi etiam ad Paternam hæreditatem.

Tertiò obſtat Textus *in dicta l. conſilio. §. fin. ff.* 11
de Curatorib. furioſ. vbi interrogatus de duobus,
ſi de vno tantùm reſpondeat: videatur idem de
alio reſpondiſſe; ita vt reſponſio vnius proſit al-
teri. † Quartò obſtat regula textus *in l. commo-* 12
diſſimè,

diſſimè, ff. de liber. & poſthumis, vbi dicitur quod caſus omiſſus remanet in diſpoſitione Iuris, cum ergo ex regula Iuris, qui tacet conſentire videatur *dicto cap. qui tacet*, aut ſaltim non negare videatur *dicto cap. is qui tacet de Reg. Iuris, lib. 6.* ſequitur dicendum; vt ex duobus poſitis, vno negato, alterum etiam negatum eſſe videatur, vel econtra.

13 Tamen vt has diluas obiectiones diſtingues inter connexa, & ſeparata capitula; etenim de connexis, ſeu dependentibus communiter dicitur quod ſi vnum v.g affirmatiuè exprimitur, alterum quoque affirmatiuè cenſeatur expreſſum: vt docent Felin. *hic*, *n.2.* verſic. *primo enim fallit, col.1.* Bald. *in l. 1.2. notab. Cod. de diuerſ. reſcript.* larè Patian. *de probat. lib.1. cap.26.* vbi de connexis, *item & cap.27.* & Ant. de Butr. *in dicto cap. tranſlato de conſtit. n.6. in notab.4.* verſic. *pro hoc, col.2.* tradit quod quando tacitum eſt connexum cum expreſſo per viam rationis, & naturæ, tunc quod dictum eſt in vno, in altero quoque dictum eſſe cenſeatur, quod idem notauit Imola *ibi ſub n.4.* verſic. *nota quod quando*, Dominicus *in dicto cap. qualis, diſt.25. n.2. in fine*, verſic. *ad id*, Præpoſitus *ibi in fine*.

14 Ob idque ſi eſſet eadem ratio reſponſionis in vtroque, tunc idem dicendum eſt; quia tunc vtrumque videtur affirmatum, vel negatum vt tenet Gloſſa *in d.l. conſilio, §. quæſitum.* in verb. *rectè reſolui, ff. de curat. furioſ.* optimè Bart. *in d. l.1. in princ. Cod de diuerſ. reſcript.* ibi Bald. *in 2. notab. col.1.* Felin. *hic n.5.* verſic. *fallit 4.* Bellam. *n.5.* verſic. *tertio verò caſu*: Et ſic ſenſit Bald. *ſupra*, quod tunc connexitas conſideratur per viam
15 naturæ, & per viam identitatis rationis. † Itaque ſi vnum veniret principaliter in diſpoſitione, & aliud conſecutiuè, vel additiuè; tunc ſi ipſum principale negaretur, vel affirmaretur, intelligeretur affirmatum, vel negatum eius acceſſorium, tradit Felin. *hic, n.5.* verſic. *fallit. 2.* Domin. *in d.c. qualis 25. diſt.* Præpoſit. *ibi*, Butr. *in dicto cap. tranſlato, notab.4.* Imola *ſub n.4.* idem Butr. egregiè *in cap.1. in 4. notab.* Patian. *de probat. dicto*
16 *lib.1. cap.34. n.13. & n.17.* † Et idem Felin. *hic*, etiam regulam noſtri Textus limitat, quando ratione maioris frequentationis id, quod eſt dictum fuerit expreſſum, non vt aliud notaretur diuerſum; quia tunc dictum in vno, non videtur in alio negatum, vt tradit Imola *in clem. 1. n.21.* verſic. *ex hac Gloſſa de reſcript.* Patianus *vbi ſuprà, num. 8.*

17 Deinde infertur quod vbi fiunt duæ poſitiones, & vna habet dependentiam ab alia, qui reſpondet principali affirmando, videatur quoque affirmatiuè reſpondiſſe acceſſoriæ eo modo, vt accidit quando quis in ſtipulatione interrogatur an promittat dare centum ſub pœna mille aureorum, ſi reſpondeat ſe promittere centum, videatur promittere etiam ſub illa pœna, vt notat
18 idem Patian cum Butr. *d.c.34. n.14. & 16.* † Vbi ait cum Felino *hic*, *n.4.* verſic. *fallit tertiò*, Geminian. & Præpoſ. *in d.c. qualis 25. diſt.* quod ſi interrogatio fieret per verba poſitiua, veluti ſi dixerim *quis iſtorum eſt bonus*? Et reſpondeas *iſte*, tunc intelligatur quod alij ſint mali iuxta noſtram concluſionem; ſecùs verò ſi interrogatio fiat per verba comparatiua, veluti ſi dicerem *quis iſtorum eſt melior*? nam ſi reſpondeas *iſte*; tunc non ſequitur, quod alij ſint mali.

19 Itaque ſit, vt ſi à reſpondente taceatur, vel à ſtatuente omittatur illud, quod eſſet de genere prohibitorum; tunc negato vno non intelligitur aliud conceſſum, vt tradit Bellam. *hic col. fin. in fine*.
† Et ſic verſa vice ſtante ſtatuto, vt quilibet 20
confiteatur proprio Sacerdoti ſemel in anno peccata ſua, non per hoc negatur, vt pluries queat peccata ſua confiteri, cum ſit hoc de genere non
prohibito. † Et ſic ſimiliter, ſi ſtatutum decre- 21
uerit, vt Epiſcopis ſemel in anno viſitet ſuam Diœceſim, non per hoc denegatur, quin pluries poſſit viſitare, toties, quoties opus fuerit; vt ait Gloſſa *in cap. cum venerabilis*, verbo *bis in anno de*
cenſ. Bellam. *hic, col.5. in fine*. † Et ſic infertur, vt 22
ſi quis Princeps ſtatuerit, vt nullus pro vſura accipiat vltra duos denarios pro libra in menſe, non propterea negando de pluribus, videtur de minore ſumma concedere, id eſt quod poſſint duo denarij, vel minùs recipi, cùm omnis vſura, etiam minima ſit in genere ſuo prohibita, vt patet *in c. ſuper eo, c. conſuluit, de vſur.* notat Gloſſa *in clem.1.* verbo *facere de vſur.* Bellam. *hic col.6 in fine*, verſic. *ſi quaeris de illo tacent.* Bald. *in Auth ad hac, n.9* verſic. *ſed dubit. col.2. C. de vſur. & in l. Gall. §. ille caſus, n.10.* verſic. *item argumentum col 3 in fine ff. de liber. & poſth.* Alios plures refert Patian. *dicto cap.34. de probat. lib.1. num.22.*

Et licet Abbas dicat noſtram concluſionem li- 23
mitari, vt quando ſermo propoſitus eſſet affirmatiuus; tunc ſi ex duobus propoſitis vnum quis confiteatur, non videatur aliud negare, vt tradit *in clem. nolentes de hæret.* tamen Felin *hic col.2* verſic. *fallit 6.* dixit ſibi non placere hanc Abbatis
opinionem. † Qui in verſic. *fallit ſeptimò*, ait 24
quod ſi reſponſio fiat ſimpliciter ad interrogationem, cum verbis qualificatis reſpondentem non negare qualitatem, quem leges ad caſum, quo exemplificat hoc dictum, quod non probat, vt commune, Patian. *dicto cap. 34. de probat. lib.1.*
n.19. † Qui cum Bald. *in l. Tribunus, §. cum* 25
aliquis in fine, ff. de teſtam. milit. limitat concluſionem noſtram, vt non procedat in Iudice coram quo plures exceptiones fuerunt oppoſitæ: nam ſi pronuntiauerit ex dictis exceptionibus vnam non obſtare, non per hoc cæteras approbare, ſed potius cenſeatur illas reliquiſſe indeterminatas, ac in ſuſpenſo.

Quibus ergo propoſitis iam non obſtant Iura 26
ſupra relata in verſic. *ſed his* non Textus *in dicto cap. tranſlato, §. fin. de conſtitut.* quia ex dictis reſpondetur Textum illum loqui, quando fuit facta interrogatio de duobus connexis, & ſimilibus; quia tunc reſponſio vnius, alteri inſeruit: Nam vt ait Gloſſa 1. & fin. *ibi* lex, ſeu conſtitutio, quæ de vno connexorum dicitur, debeat etiam de
alio intelligi. † Nec obſtat Textus *in dicto cap.* 27
poſtulaſt.27. de reſcript. quia reſpondetur ex Gloſſ. *ibi*, verb. *prouentibus*, vt quando reſponſio, affirmatio, ſeu negatio vnius conſiſtit in ratione alterius, vtrumque negatum, ſeu affirmatum præſumitur iuxta Textum *in l.1. Cod de diuerſ. reſcript.* vbi Bart. & Bald. alia tradit Gaña *hic, n. 6.* vbi dicit in prædicto caſu dicti capituli poſtulaſti, tanquam in connexis ceſſare Regulam Textus noſtri.

Nec etiam obſtat *dict. l. conſilio, §. fin. ff. de* 28
Curator. furioſ. quia reſpondeo cum Gloſſa *ibi*, omninò videnda; Ideò ibi reſponſionem vnius alteri prodeſſe, quia etiamſi diuerſæ ſint, tamen ſimul de illis fuit interrogatum, de quibus eadem militabat ratio.

29 Vltimò non obſtat regula textus *in d.l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth.* quia licet verùm ex ea ſit, vt caſus omiſſus maneat in diſpoſitione Iuris communis; tamen illud procedit, quando caſus omiſſus non fuit nominatus, nec propoſitus; ſecus verò in à nobis relatis *ſuprà à num.* 1. in quibus vterque caſus fuit manifeſtè propoſitus, & expreſſus, vt tradit Felin. *hic in princip.* & ante ipſum Bellamer. *in* 1. *notab.* Patian. *dicto lib.* 1. *de probat. cap.* 34. *n.* 6.

30 Quare non contradicunt Iura, *in dicto cap. qui tacet, & dict. cap. is qui tacet de regul. Iuris*, quia ſatis lucem accipiunt ex locis aſſignitatis *ſuprà in præmiſſo ad noſtrum textum*, & vt docent Dynus, & Pechius in prædictis regulis, taciturnitas eſt medium inter conſenſum, & diſſenſum; ita vt qui tacet, nec conſentire, nec contradicere videatur; licet vtrumque exiſtimetur appetere, tamen aliquando ſumit effectum vnius extremorum, aliquando alterius iuxta textum *in l.* 1. §. *ſcientem, ff. de tributaria actione*, veluti cum agitur de ipſius tacentis præiudicio, vel commodo aliquando mediam viam extremorum ſignificare *in dicto cap. is qui tacet, de reg. Iuris*, ſequitur Graña *hic*, *n.* 4. Et quando tacens pro conſentiente habeatur, optimè expendit Patianus *de probat. lib.* 1. *toto cap.* 30. Et quando tacens pro negante habeatur *ibi cap.* 29. vbi dicit difficilimum eſſe aſſignare exempla, quem videbis, quia ad vtrumque plurima dicit.

31 Iam ergo apparet quibus in caſibus textus noſtri regula, & aliorum Iurium habeat locum ſecundùm ea quæ *ſuprà in principio* adduxi in quorum confirmatio nem facit dictum Plinij Iunioris *in Epiſt.* 13. *lib.* 3. vbi ſcribens ad Romanum vt in libro ſuo ea notet, quæ putauerit corrigenda ſubiungit in fine, quod tantò magis credit cæteras ibi placere, ſi quædã diſplicuiſſe cogno-
32 uerit. † Ad quod etiam pertinet dictum Cornei *in conſ.* 222. *viſo proceſſu col penult.* ſub *littera G*, verſic. *ſed dic quod creditor, volum.* 3. vbi per eundem textum dicit, quod qui reclamat aduerſus vnam partem laudi, & in alia tacet, videtur ap-
33 probare laudum in parte, in qua tacet. † Et confirmantur omnia ex his, quæ tradit Bart. *in l. ſi publicamus.* §. *in omnibus vectigalibus in fine, ff. de publicanis*, vbi tradit quod ſi quis exigit vectigal pro certis rebus videtur, quod in futurum non poſſit exigere pro aliis, pro quibus non fuit
34 ſolutum. † Et ſic etiam qui habet bona caſtrata, pro collecta trium millium librarum, videtur quod pro maiori ſumma non poſſit pro exactoribus moleſtari, vt tradit Corn. *in conſ.* 142. *præſens conſultatio col. penult. littera M*, verſic. *confirmantur, volum.* 1. & Craueta *conſ.* 111. *ſpectabilis. n.* 4. verſic. *ſecundo fortiſſimè*, *col.* 2. Patianus *dicto lib.* 1. *de probat. cap.* 34. *à n.* 8. *ad* 11.

35 Et quia ad textus noſtri expeditionem poterant adiungi ea, quæ de connexis, & ſeparatis circa contractus, vltimas voluntates, Iudicia reſcripta, & alia innumerabilia ſolent diſputari; Ideò leges quæ latiſſimè tradit ex multis Patianus *de probation. cap.* 26. vbi multa de capitulorum connexione, *& in cap.* 27. vbi de connexis & vnitis, & ad æquitatis, & qualiter ſibi inuicem communicent priuilegia, & exemptiones, *& in cap.* 28. vbi per practicabiles quæſtiones, & admodùm vtiliſſimas expendit relata.

36 Et de duabus interrogationibus in Iure factis plura tradit Felinus hic, Imola, Paulus de Caſtro, & Cujacius *in l. ſi cui*, §. 1. *ff. de legatis* 1. Et pro interpretatione, *in l. Gallus* 39. *ff. de pignorat. actione*, *l. Titius* 9. §. *vlt. ff. quibus modis pignus; vel hypoteca*, *l. Titia* 34. *Lucia Titia, ff. de legat.* 2. videbis Cujacium *lib.* 4. *reſponſ. Modeſtini & lib.* 3. *obſeruat. cap.* 11. Oſualdum *lib.* 8. *comment. cap.* 2. *littera D*, Barboſam *in leg. quæ dotis, ff. ſoluto Matrimonio, ex numero* 152. *&* 159. verſiculo *tertia.*

Quod ſi quæras cur Chriſtus conſenſit Sama- 37
ritanum vocari, negans ſe Dæmonium habere, cum nec Samaritanus eſſet, ſed potius Galilæus iuxta illud Ioannis VII. vbi talis appellatur ex genere Dauid deſcendens, & natus in caſtello Bethleem, ſeu eius oppido? Reſpondeo non ex ea taciturnitate Chriſtum Dominum confeſſum ſe eſſe Samaritanum; licet viſus ſit illi vocationi conſentire; & licet per iniuriam à Iudæis talis vocaretur eum notando legis Moyſaicæ violatorem, & nouam Religionem inducentem, in hoc approbando Samaritanorum facta, qui plura contra legem Moyſaicam retinebant; cumque ipſi Iudæi exiſtimarent Chriſtum, Dæmonium habere, nec aliter tot miracula poſſe operari, reſpondit ſe Dæmonium non habere, & permiſit Samaritanum vocari, nihil reſpondendo, non propriè, ſed allegoricè; vtpotè non dedignatus contra Ceremonialia Iudæorum ire, quaſi in ea irruens, vt in totum ceſſarent ad nouam legem Euangelicam adſtruendam,

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Mandata, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiam huius textus videbis quæ dico *infrà in cap. fin. hoc tit.* I. Et ibi *mandata cæleſtia efficacius gerimus ſi noſtra cum fratribus onera partiamur.* Per hæc verba agi poteſt de ratione, quare Epiſcopatus diuiſi ſunt vt maior Paſtoralis officij ratio habeatur, & inde deſcendere poteris ad beneficiorum diuiſionem; vt congruentiùs paſtus ſpiritualis Chriſtianis impertiatur, de quo *in Rubr. de præbendis & in Rubr. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.* Item adiunges quæ de regularibus, & eorum ſtatu dico in ſuis titulis, & quæ dixi ſub *Rubr. de officio Archiep.*

II. Et ibi *proinde ſuper cunctas Eccleſias Siciliæ te Vice Apoſtolica ſedis miniſtrare decernimus.* Huc ſpectat adiungere materiam de officio legati, de quo plura adduxi *ſuprà in cap. fin. de foro comp. à q.* 20. *&* 21. & videbis *ſuprà in tit. de officio legati* & applicabis quæ dixi de officio Proregis *ſuprà in cap.* 8. *de Iudic. q.* 16. *num.* 3. *& in cap.* 4. *de foro compet. q.* 16. *num.* 10.

III. Et ibi *quas non loco tribuimus, ſed perſonæ.* His verbis poſſunt adiungi quæ Doctores tractant *in cap. quoniam Abbas* 14. *de officio delegati*, vbi de differentia delegationis factæ dignitati, aut perſonæ. Et *in cap fin.* §. *fin. eodem tit.* vbi de eo, cui committitur nudum miniſterium propter eius induſtriam.

IV. Et

IV. Et ibi, *quia ex tranſacta in te vita didicimus, quid de conuerſatione ſubſequenti præſumamus.* De hoc puncto videbis *in dicto cap. fin. hoc tit.* & quæ notant Doctores per text. *in cap. 2. de regul. Iuris in decretalibus*, in verſic. *ex fructibus eorum cognoſcatis eos.*

AD TEXTVM IN CAPITE VII. Quoniam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD materiam huius textus poteris applicare plura, quæ adduxi *ſuprà in cap. cum cauſam 37. de Teſtibus*, & alibi, vbi exigitur à teſtibus ratio ſui dicti, quod vicinus præſumatur ſcire facta ſui vicini, & qui vicini dicantur, tradit ex multis hic Barboſa *n. 2.* & ad alia *ibi, n. 3.* videbis quæ tradit Maſcardus *de probationib. concl. 752. & concluſ. 191.* vide quæ adduxi *de Teſt. conſanguin. aut per famam deponentibus* ſuprà, *in cap. præterea.*

QVÆSTIO I.

An Teſtis ſi deponat dicendo ſe ſcire quia vicinus eſt, probet: Et quanam pœna ſit imponenda, probato delicto per Teſtem deponentem prædicta cauſalitate?

SVMMARIVM.

1 *Vicinus, vt Teſtis deponens ſuper adulterio, ſtupro, furto, homicidio, & aliis abſque alia ſcientia, non ſatis probat, n. 2 & 3.*

3 *Mors alicuius non probatur teſte vicino dicente ſe ſcire quia vicinus.*

4 *Vicinus deponens de his quæ communiter cadunt in notitiam vicinorum in actu ſucceſſiuo probat, ſecùs in actu momentaneo expenditur, num. 5. 6 7. 8.*

9 *Vicinus Teſtis non ſolitus conuerſari cum ſuo vicino, qualiter probet, & de aliis, n 10. 11. 12. 13. & 14.*

15 *Vicinus deponens ſuper eo, quod latere non poteſt probat, ſecus econtrà declaratur, numero 16. 17. 18.*

19 *Vicinus vt Teſtis deponens, quando agitur de probando quid in genere probat, n. 20. 21. vt in vſurario hæreſi, Meretrice, Blaſphemante.*

22 *Vicinus deponens per verbum* ſcio, quia vicinus vel conuictus non facit probationem neceſſariam, n. 23. & 24.

25 *Vicinitatis, ſeu coniunctionis ratio, ſi ſit bona in Teſte deponente per eam tunc vicinitas, & coniunctio probatur duobus teſtibus.*

26 *Argumenta diluuntur, n. 27. 28. 29. 30. 31.*

27 *Delictum probatum per Teſtes deponentes ſe ſcire quia vicini, ſeu coniuncti, quali puniatur pœna, n. 28. 29. 30.*

31 L. 1. Cod. de ſicariis.

Homicidium præſumitur malo animo, cum conſtet de facto.

32 *Iuramentum non defertur in ſupplementum ex depoſitione Teſtium vicinorum, vel coniunctorum.*

COmmuniter per textum noſtrum, *& in cap. ſequenti hoc tit.* diſputant Doctores de prædictis dubiis, & pro parte negatiua ſunt non leuia argumenta, quia vt dixit Bald. *in l. 1. in 2. lectura, ff. ſi certum petat.* Teſtis debet deponere per ſenſum corporeum; hoc eſt de his quæ percipit ſenſu corporeo iuxta, *l. Teſtium, Cod. de Teſtibus*; ergo ſi teſtificat ex ea ſolum ratione ſe ſcire; *quia vicinus eſt*, nihil facit. 1

Quare euenit, vt cum agitur de probatione adulterij, ſtupri, furti, homicidij, vel alterius particularis delicti commiſſi in domo vicini, vel conſanguinei non erit bona ratio, ſi dicat teſtis ſe ea delicta, aut quodlibet eorum ſcire, cum regulariter contingat, vt hæc oculis vicini latere ſoleant; ſic Baldus *in l. conuenticulam, n. 5. poſt medium, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Romanus *in l. 12. ad finem*, & ibi etiam Alex. *n. 18. ff. ſi certum petat.* Menoch. *lib. 6. de præſumpt. 24 poſt n. 4. & n. 6.* & Aret. *in d. l. 1. n. 15. in fine ff. ſi certum petat.* ait eam rationem ſcilicet, *quia vicinus coniunctus, ſeu conſanguineus* non eſſe bonam, quoties ageretur de probando dolum, vel fraudem alicuius. Alia plura adducit videndus Farinac. *de Teſt. q. 70. à n. 164. & à n. 180.*† Et ſic Bart. quaſi ſibi contrarius *in l. is poteſt, col. 5. ff. de acquir. hæred.* dixit ad probandam mortem alicuius non ſufficere, quod Teſtis dicat, *quia cum vicinus*, niſi etiam ſit fama in vicinia. 2 3

Suſtinendo tamen doctrinam noſtri textus, de qua agunt DD. hic *& in cap. ſequenti, & in cap. cum dilectus de purg. Canonica, & in l. octaui, ff. unde cognati, in l. de tutel. ff. de in integ. reſt. & in l. ſi ita, ff. de fund. inſtr.* exiſtimo ſub diſtinctione textum noſtrum intelligendum eſſe; Nam vel teſtis vicinus deponit de his, quæ cadunt communiter in notitiam vicinorum, aut coniunctorum; prout ſunt actus, qui habent tractum temporis ſucceſſiuum, vel in caſibus qui non habent tractum temporis ſucceſſiuum, ſed momento temporis expediuntur: Nam in primo caſu locum habet doctrina textus noſtri, ob idque teſtis vicinus, ſeu coniunctus præſumitur ſcire vicinum, vel coniunctum eſſe, v g. diuitem, vel pauperem iuxta textum *in d l. ſi ita, ff. de fund. inſtruct.* 4

Et etiam præſumitur ſcire ſi vicinus, aut coniunctus ſit bonæ vocis, conditionis, aut famæ, vt dixit Felin. *in cap. in litteris hoc tit.* facit textus *in cap. poſtquam de electione, & in cap. cum dilect. de purg. Canon.* † Et Alex. *in dict. l. 1. ff. ſi certum petatur, n. 18.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 51.* dicunt quod vicinus præſumitur ſcire cum ætatis ſit vicinus, vel coniunctus. † Item & quod aliquis ſit filius vicini, vel conſanguinei: arg. textus *in l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni Iuris.* 5 6 7

Econtrà verò dicendum eſt, vt vicinus non præſumatur ſcire facta vicini, quando ſcilicet ſumus in actu momentaneo, qui non trahit ſecum tractum ſucceſſiuum, & ſic fit vt non præſumatur ſcire quod celebratus fuerit contractus, quod commiſſum fuerit delictum, aut quod Teſtamentum ſit conditum à coniuncto, vel vicino; nec adulterium, vel ſtuprum, aut ſententiam latam contra vicinum ex his quæ ſuprà contra noſtrum textum, & eius regulam adduxi, 8

n.2. de quibus, & aliis caſibus videbis Bartol.
in dicta l.1. num.9. ff. ſi certum petatur, Decium
n.58. Caſtrenſem in fine, Ripam n.46. Purpura-
tum n.118. Decianum conſ.93. num 100 lib. 2.
Farinac. dict. quaſt.70. de Teſtibus, à n. 164. vſque
ad 206. qui plures caſus congerit, quibus exem-
plificata manet diſtinctio iam relata.
9 Tamen ſi probetur quod vicinus, ſeu coniun-
ctus in teſtem adductus non ſit ſolitus conuerſa-
ri cum ſuo vicino, tunc non facere fidem, docet
Socinus conſ.187. n. 22. lib.2. vbi dat cautelam
iſtam, nempe vt probetur, quod non conuer-
ſetur, docent etiam Decius in dicta l.1. ff. ſi cer-
10 tum petatur, n.95. Ripa n.46. † Vbi etiam addit
quod vicini, & coninncti, qui fuerunt abſentes
tempore actus non probant; idem tenet Bolo-
11 gnet. num.32. verſic. item poſſet eſſe. † Et Alex.
in dicta l. is poteſt, ff. de acquirenda hæred. n. 14.
Menoch. de præſumpt. præſumpt.24. lib.6. n.40. dicũt
fallere etiam in Vicino, vel coniuncto nouo.
12 † Et Ripa vbi ſup. dict. num. 46. dicit fallere in
13 minore, qui deponit de ætate maioris. † Qui
etiam addit in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa
poſſeſſ. & propriet. num.88. & Menochius ſuprà
n.43. fallere in vicino, qui deponit ſuper nega-
14 tiua. † Vel quando coniecturæ ſunt in contra-
rium, vt tradit Menochius ſuprà n.42. vel quan-
do reſultaret delictum: Nam ad euitandum de-
lictum præſumitur error potius, & ignorantia,
tradit Faquineus lib 11. controuerſ. cap. 69. in
verſic fallunt, Farinacius dicta q. 70. num. 147.
cum pluribus ab eo relatis.
15 Quare pro maiori declaratione dico regulam
textus noſtri, & aliorum procedere, quando
Teſtis deponit ſuper eo, quod latere non poteſt
oculos vicini, ſecus ſi ſuper eo, quod latere
poteſt; quia tunc non eſt bona ratio Teſtis di-
centis, ſcio hoc, quia ſum vicinus, tradunt An-
gelus n.4. Alex. n.17. Curtius n.43. Ripa n. 42.
Cagnolus n.108. in dictà l.1. ff. ſi certum petatur
& Romanus ibi num.12. verſic. aliquando, & ſe-
quent. vbi etiam ait quod quando Teſtis deponit
ſuper eo, quod aliquando latet oculos vicini
& aliquando non, & tamen, vt plurimùm latet,
tunc talis ratio, ſcio quia vicinus non concludit,
nec neceſſariò, nec præſumptiuè, & ex pluribus
16 ita tenens Farinac. dict. q. 70. n. 198. † Addit à
num.199. cum aliis ab eo adductis, quod talis
ratio, quia vicinus, vel coniunctus, tunc demùm
ſit bona, quando Teſtis deponit ſuper iis; quæ
communiter, & veriſimiliter nota ſunt vicinis
& coniunctis; ſecùs in his, quæ communiter
illis nota non ſunt, & taliter procedere, vt etiam
procedat in his, quæ vicinis, in his quæ coniun-
ctis, & vicinis poſſunt eſſe nota pariter, vel igno-
ta, ſic cum Baldo in dicta l.1. num.12. Alex. n.18.
17 Felin. in cap. litteris poſt n.7. hoc tit. † Itaque ad-
dentes ad Bartol. in dicta l.1. n.15. litt. E, in princ.
addition. & ibi Alex. num.15. in fine, Iaſon. poſt
n.20. docent quod prædicta ratio; quia vicinus,
aut coniunctus, benè concludit in his; quæ com-
muniter accidunt, ſiue à Iure præſumuntur; ſe-
18 cùs in aliis. † Et Fulgoſ. n.22. verſic. vbi autem,
dicit quod prædicta ratio non eſt bona, quando
Teſtis deponit de his, quæ percipiuntur Iudicio
intellectus, & non ſenſu corporis; & propte-
reà non eſſe hanc rationem bonam in Teſte de-
ponente ſuper Domino alicuius rei, de quo ex
multis tradit Farinacius dicta q.70. num. 180. &
num. 103. ſed contra hanc vltimam partem te-
nuit Pariſius in addition. ad Bart. in dicta l. n. 17.
littera G.
Præterea etiam generaliter regulam declaro 19
vt tunc prædicta ratio, quia vicinus, vel coniun-
ctus ſit bona, quando agitur de probando quid
in genere, & quod in genere ſciri poteſt, ve-
luti quando agitur de probando, quem Vſura-
rium in genere ſecundum Menochium lib.6. præ-
ſumptione 24. n.29. Ripam in dict. l. 1. ſi certum
petatur, n.55. vbi Purpurat. n.103. de quo caſu
multum dubitat Farinac. dict. q. 70. à num. 174.
niſi Teſtis deponat de aliquo actu ſpeciali, vſu-
ram ſapiente, prout de hæreſi probanda reſol-
uit ibi n.177. & n.178. contra alios.
Tamen abſolutè ex multis exemplificat quan- 20
dò agitur de probando aliquam eſſe Meretricem;
quia tunc bona eſt ratio ſi Teſtis deponat ſcire,
quia vicinus, vel conſanguineus, vt tradit Ripa
in dicta l.1. num.55. verſic. hinc eſt. Felinus in dicto
cap. litteris hoc tit. num.6. † Et ibi Purpuratus 21
n.108. Bolognet. n.31. dicunt ſic etiam proce-
dere, quando agitur de probando quem eſſe
Blaſphematorem, Aleatorem, Venatorem, vel
Prodigum, refert Menoch. dicto lib. 6. præ-
ſumpt.24. num.33. ſed Alex. in hoc vltimo diſſen-
tit, conſ.71. lib.1. & conſ.100. lib. 3. quod poteſt
expendi ſecundum mentem Farinacij, vbi ſuprà
qui ex aliis mnltis dict. quaſt.70. n.202. ait regu-
lam limitari, ſi agatur de probando aliquid in
ſpecie, & quod in genere ſciri non poteſt.
Vt cumque vera prædicta procedant reſolues 22
caſum noſtri textus: & aliorum, nempe de teſte
deponente; ſcio quia vicinus, vel coniunctus non
facere probationem neceſſariam, ſeu concluden-
tem; ſed tantum præſumptiuam, Romanus in
dicta l. 1. n.12. ff. ſi certum petat. Alex. n.17. vbi
præterea reſoluit ex hac ratione non oriri ple-
num teſtimonium, ſed Iudicium, Maſcard. de
probationib. concluſ.233. n.3. † Vbi propterea di- 23
cit, quod talis ratio non eſt bona, quando ſu-
mus in caſu, in quo non admittitur probatio
præſumptiua, tenet cum pluribus aliis Farinac.
dict. q.70. de Teſtibus, à n.185. † Vbi addit, quod 24
talis præſumptio, quia vicinus, vel coniunctus re-
putatur à Doctoribus præſumptio Iuris, & non
hominis quidquid in contrarium dixerit Felinus
in dicto cap. litteris hoc tit. n.13. verſic. idem tenet
Baldus.
Notabis verò quod in omni caſu, in quo ta- 25
lis ratio, quia vicinus. vel coniunctus eſt bona tunc
vicinitas, & coniunctio ſit probanda per duos
Teſtes, nec Teſtem deponentem ſe talem cre-
dendum eſſe, vt docent Roman. in addition. ad
Bart. in dict. l.1. ff. ſi certum petatur litt. D, verſic.
& nota, ibi etiam Cardinalis Alban. poſt num.10.
Iaſon. n.23. in fine, verſic. aduerte. contrarium te-
nuit Ripa ibi, n. 54. cuius opinio ſecundum Fa-
rinacium dicta q.70. num.206. poſſet procedere,
quando eſſent duo Teſtes, qui ſe inuicem refer-
rent & nominarent pro vicinis, vel coniunctis,
vt declarant Albanus, & Roman. ſuprà, & pro
veritate huius reſolutionis latè ſcribit Cagnolus
omninò videndus, in dicta l.1. ff. ſi certum peta-
tur, num.136.
Quibus ita iactis eſt facilis explanatio eorum, 26
quæ contra regulam adduxi ſuprà, num. 1. Et
pro eorum explanatione videbis, quæ addu-
cit Faquineus dict. lib. 11. controuerſ. cap.69. à ver-
ſic. venio, vſque ad verſic. hæ ſunt, vbi plures dicen-
di modos adducit ex Bartol. Cagnolo, & Baldo in
dict.

dict.l.1. ff. ſi certum petatur; & tandem concludit rem hanc explicari, adhibita diſtinctione, *ſupra*, relata.

27 Ad ſecundam partem difficultatis, ſi delictum, v. g. probetur per teſtes dicentes, *ſe ſcire, quia vicini*, qualis pœna imponatur? Videtur quod veniat imponenda pœna ordinaria. Primo quia præſumptiones iuris, qualis eſt iſta, vt iam dixi, dicuntur liquidiſſimæ probationes ex Textu *in l. licet, ff. de legat.1. l. ſi quis locuples in fine, ff. de manumiſſ. vindicta*. Secundò, nam iſta Ratio, quia ſum vicinus, eſt approbata à iure ſecundùm Bartoli Doctrinam *in dicta l. 1. ff. certum petatur*. Tertiò, quia hæc videtur eſſe probatio vera, & non præſumptiua, cum teſtes deponant de ipſo delicto immediatè poſtremo ex Textu, *in l. 1. Cod de ſicariis*, & ex his, quæ adduxi, *ſupra in cap. 1. hoc tit.* & tenuit Decius *in d. l. 1. num. 16. in fine, iuncto, num. 17. & 18 ff. ſi certum petatur*.

28 Verior tamen eſt ſententia dicentium in hoc caſu ex probatione teſtium reddentium rationes, *quia vicinus, vel coniunctus*, non poſſe aliquem condemnari pœnâ ordinariâ, ſed ſemper mitiorem pœnam imponendam eſſe, vt tradunt Alexandr, *in dicta l. 1 num. 28.* Cagnolus *num.* 118. verſic. *& cum probatio*, & verſic. *ad propoſitum*, vbi benè reſpondet rationibus Decij contrarium ſententientis loco iam dicto, quibus etiam ſatisfacit, plenè Curtius iunior, *à num.* 44. Iaſon *num.* 21. Felinus *in dicto cap. in litteris, hoc tit.* Farinacius *dict. quæſt. 70. de Teſtibus, num.* 189. Faquineus *lib. 11. controuerſ. cap. 70.* quorum ea eſt ratio, quia ex præſumptionibus nemo condemnandus eſt in pœnam ordinariam, iuxta ea, quæ latè adduxi, *in cap. 2. hoc tit. & ibi quæſt. 2.* Abbas, & Decius *in cap. tertio loco, de probationib.* Innocentius *in cap. quia veroſimile, hoc tit.* maximè quia hæc ratio *quia ſum vicinus*, non concludit in delictis, quæ habent cauſam momentaneam, vt *ſupra*, dixi.

29 Tum etiam quia ſententia lata ex Teſtibus deponentibus cum ratione, *quia vicinus, vel coniunctus*, tanquam lata ex præſumptiua probatione, nunquam tranſit in iudicatum, vt tradit Alexandr. *in dicta l. 1 num. 1.* & ibi Iaſon *n.* 22. & Curtius *à num.* 44. vbi bene comprobat, & reſpondet contrariis, *ff. ſi certum petatur*, Felinus *in dict. cap. in litteris, hoc tit. num.* 8. verſic. *ſecundus eſt*, Menochius *lib. 6. præſumptionib. 24. à n. 46. & 47.* Quare Aretinus *in dicta l. 1. num. 16.* verſic. *quarta concluſio*, vbi Decius *num.* 18. verſic. *infertur etiam*, Curtius *dict num.* 44 verſic. 3. *effectus*, Menochius *vbi ſupra, num.* 48. dixerunt quod teſtes reddentes bonam, & concludentem rationem, præferuntur illis, qui hanc reddunt rationem, ſcilicet, *quia vicinus, vel coniunctus*.

30 Nec obſtant fundamenta contrariæ ſententiæ, non primum deſumptum ex Bartoli doctrina; quia negatur approbatam eſſe. Non ſecundùm, quia etſi præſumptiones iuris dicantur liquidiſſimæ probationes tamen id non habet locum ad effectum, vt ſit, locus pœnæ ordinariæ; quare Aretinus *in dicta l. num. 15. ff. ſi certum petatur*, verſic. *prima concluſio*, dixit non videri, vt ſit bona ratio, *quia vicinus*, videlicet ad imponendam pœnam ordinariam; ſecus quoad imponendam pœnam mitiorem, & extraordinariam, vti declarat, Farinacius *dicta quæſt. 70. de Teſtibus, à num.* 192. Nec obſtat tertium, quia & ſi ex eo probetur, vt talis probatio videatur vera & non præſumptiua, quia teſtis deponit immediatè de delicto. Sed reſpondetur id procedere quando teſtis ratio eſt concludens, quod hic non inuenitur. † Non vltimum ex Textû, *in dicta l. 1. Cod. de ſicariis*, quia 31
reſpondet Bolognetus *ibi num.* 35. Textum illum loqui, quando conſtat de facto, id eſt homicidium eſſe Commiſſum, quia tunc præſumitur malo animo commiſſum, niſi probetur contrarium iuxta regulam Textus *in dict. cap. 1. hoc tit.* vbi etiam dixi latè: tamen in propoſito non præſtat, cum negatur delictum eſſe commiſſum: ſic hæc expendit, Faquineus *d. lib. 11. contr. c. 71.* in verſic. *non obſtant*.

Notabis ex Purpurato *in dicta l. 1. ff ſi certum petatur, num.* 114. ex Menochio *de præſumptionib. lib. 6 præſumptionib. 24. num. 49.* Farinacio *de Teſtibus, dicta quæſt. 70. num. 196.* quod cum ex prædicto modo deponendi à teſte ſe ſcire, videlicet, *quia vicinus, vel coniunctus*, non oriatur. niſi præſumptiua probatio, ex ea non deferatur iuramentum in ſupplementum; ad quod applicabis dicta *in cap. 2. de probationib. & in cap. fin. de Iureiurando*. 32

† Item quod publica vox, & fama in vicinia multùm operatur, ad probandum matrimonium, Menochius *conſ. 18. num. 12.* verſic. *tertio* pluribus adductis Barboſa *in cap. illud 1. hoc tit.* quod intelligit ſi concurrant alia adminicula, vt per Couarruuias *in cap. Alma Mater, p. 1. §. 2. num. 4.* Maſcardus *concluſ.* 1025. Alter Barboſ. *in l. ſi alienum, n. 75. ff. ſoluto matrim.* 33

QVÆSTIO II.

Quando vicinus præſumatur ſcire facta vicini: Et an res præſumatur eſſe viciniotis: Et an ad gubernationem Reipublicæ, debeant aſſumi potius vicini, quàm exteri?

SVMMARIVM.

1 *Vicinus quando præſumatur ſcire facta vicini, tam in actibus palam, quàm in clam factis, n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

6 *Vicinus quis dicatur, n. 7.*

8 *Vicinitas facit præſumi, vt res ſit viciniotis: expenditur, n. 9. & 10.*

11 *Vicinus an potius ad officia Reipublicæ vocetur, quàm non vicinus?* remiſſiuè.

AD primam quæſtionis partem facilè reſpondebis ex dictis, *ſupra quæſt. 1.* ſecundùm diſtinctionem, *ibi* iactam; igitur & ſi de iure ex noſtro Textu, *& ex cap. quanto, hoc tit.* vicinus regulariter præſumatur ſcire facta vicini; & quod vicinus præſumatur ſcire qualitatem fundi vicini. Item & habere notam conditionem perſonarum, & diuitiarum, vt notat Bartol. *in l. 1. ff ſi certum petat. & in l. velle, ff. de reg iuris, à n. 11.* & quod vbi eſt maior vicinitas, ibi præſumatur maior ſcientia per Textum noſtrum, *& in l. octaui, ff. vnde cognati*, de quo plures adducit Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1413. † Tamen ipſe limitat, vt non procedat, quando actus ſunt tales qui clam fieri poſſunt, vel ſolent; non enim etiam inter domeſticos poteſt præſumi ſcientia de his, quæ ſunt in abſcondito; & ſic dixit Menochius *de* 1 2

de recuperanda poſſeſſ. rom. 16. *num.* 48. quod & ſi vicini præſumantur ſcire aliquem fundum poſſidere vicinum; & quod per vicinum magis probetur poſſeſſio, quam per alium: tamen non ob id præſumi ſcire quo titulo poſſideat, Baldus *in l. quoniam, Cod. de Iure deliberandi*, Socinus *reg.* 98. *fallentia* 1. Alexandr. *conſ.* 80.
3 *num.* 70. *volum.* † Alia exempla adducit videndus Maſcardus *dicta concluſ.* 1413. *à num.*9. vbi *à num.*11. diſtinguit, & limitat in his; vbi adeſt cauſa momentanea, & non ſucceſſiua; item quando vicinus eſſet infirmus, vel abſens, ſi abſentia longa, ſit, & infirmitas grauis, non
4 ſi leuis. † Itaque idem Maſcardus *concluſ.* 735. *& concluſ.* 879. *à num.* 49. Menochius *lib.* 6. *præſumptione* 23. *à num.* 28. docent quod factum proprium ignorare quis præſumitur, quando illud eſt de longinquo, & antiquo tempore: ſequitur Barboſa hic *num.* 3. vbi cum prædictis limitat, vt non procedat in caſu arduo, & graui, nec in his, quæ quotidie videntur, nec in facto obligatorio, nec vbi in facto adeſt
5 iuramentum. † Addo etiam cum Maſcardo *de probationibus, concluſ.* 1063. *num.* 36. Farinacio *in praxi crimin quæſt.* 36. *num.* 38. quod mulieris inhoneſtas, ſeu illius mala fama, probantur per teſtes vicinos.

6 Quod ſi velis ſcire quis dicetur vicinus, breuiter reſpondeo, quod dicuntur vicini qui habent prædia vicina; item qui habent ædes proximas, etiam mediante via; item qui habent ædes in conſpectu, ſiue ſint proximæ, ſiue non item qui habitant in eadem contrata, ſecundùm vulgi opinionem iuxta ea, quæ referunt Alexandr. *conſ.* 21. *num.* 5. verſic. *illud ergo, lib.* 4. Dueñas *regula* 125. Sygnorolus *conſ.* 32. Menochius *de arbitrariis, caſu* 122. *à num.* 13. Tiraquellus *de retractatu linag.* §.1. *Gloſſa* 9. *num.* 21. Barboſa *hic ſub, num.* 2. qui ex multis, *num.*1. reſoluit quod ex vicinitate loci præſumitur notitia facti conuicini pro aliquo, vel contra aliquem; quod intelliges iuxta declarationes iam dictas *hic & q.*1.

7 Item addit, *in cap. quanto* 8. *hoc tit.* quod vicinus dicitur ille, qui proximè habitat; ita vt alta voce acclamando audiri poſſit, dicens etiam quod ſcientia in factis vicinorum præſumitur; ad quod plures Doctores adducit.

8 Ad ſecundam partem quæſtionis iam ex dictis reſpondetur, quod vicinitas facit præſumi rem eſſe illius, cui magis eſt propinqua, vt ſenſit Angelus *in l. ſanè inſulæ, ff. de iniuriis*, Ruinus *conſ.* 53. *num.*4. *vol.*4. Paris de Puteo *de feudi reintegratione, cap. an ſi Domin. Baron. num.*4. argum. Textus *in l. adeo, §. inſula ff. de acquir rerum Domin, §. inſula inſtit. de rerum diuis, vbi inſula in flumine nata ei acquiritur, qui fundum viciniorem habet.* Et eſt ratio, quia vicinitas, & aptitudo ſunt Dominij argumenta, Baldus *in cap. cum cauſam,* verſic. *item dicit Innocent. de probationib.* multis adductis Maſcardus *de probationib. p.* 3. *con-*
9 *cluſ.* 1414. † vbi *à num.*4. refert cum Alex. & aliis quod ſi diſputatur de iuriſdictione Caſtri, vel villæ, præſumetur eſſe de iuriſdictione magis adiacentium, niſi contrarium probetur, & Nicaſius *in dicto §. inſula, num.*4. inquit, quod in dubio, quando ignoratur de aliqua terra, ad quam ciuitatem pertineat; adiudicabitur propinquiori; & ſi ſint duæ æque propinquæ adiudicabitur ambabus, iuxta tradita Doctoribus *in l. adeo; ff. de acquir. rerum Dominio*, & ibi ſubiungit ex hoc colligi poſſe, vt quando ædificatur aliqua Domus, vbi prius non fuerat Domus, ſpectare ad Parochiam propinquiorem; item & Caſtrum poſitum inter duas ciuitatis, præſumi iuriſdictionis illius, cui eſt propinquius: ita amplectitur Maſcardus, *ſupra à num.* 8. vbi reſpondet aliis, quæ adduxit, *dict. tract. de probationibus concluſ.* 79. *&* 209. † Vbi 10
etiam improbat Brunum, qui *conſ.* 109. *num.*8. dixit vicinitatem, vel longiquitatem, non efficere, vt locus præſumatur eſſe magis vnius, quàm alterius; quia conſtat aliquas ciuitates habere longa, & latiora territoria, aliquas parua, & anguſta, aliquas nulla, per ea quæ animaduerſa fuere, *in cap felicis, §. ciuitas de pen. lib.*6.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ad guber- 11
nationem Reipublicæ debeant aſſumi potius vicini, quàm exteri? De qua video longè agere Maſtrillum & ab eo relati, *de Magiſtratibus, lib.*2. *cap.*7. & per noſtrum Textum, *& in cap. quanto, hoc tit.* longè ago, *in cap. ad decorem de inſtitutionibus*, vbi alias quæſtiones, etiam circa beneficialia ſcribo, quibus agitur, an oriundus, ſiue originarius alicuius ciuitatis, ſeu Epiſcopatus, dicatur ad officia publica, ſiue beneficia aptior quàm alienigena, ſeu ex terris, aliquid notaui ſub *cap. bona* 4. *de poſtul. prælator.* Et applicabis quæ noto circa eligendos ad officia Reipublicæ, *in Rub. de elect. q.*17. *& fin.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Quanto, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

HVIVS Textus materia terminatur ex dictis, *cap. præcedenti.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Scribam, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

DE materia huius Textus ago *infra in cap. fin. hoc titulo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE X.
Quia veroſimile, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

AD materiam huius Textus de Teſtibus deponentibus de veroſimili, aut in veroſimili,

ſimili,applicabis quæ adduxi,*ſupra in cap.in noſtra de Teſtibus,quæſt.*1.in verſic.*& licet.*Item applicabis quæ adduxi,*ſupra in cap.2. hoc tit.* vbi de omnibus præſumptionibus,& vbi nonnulla dixi pro explicatione huius Textus.

I. Et ibi *vt tales perſonæ appareant , de quibus veriſimile non ſit,quod debeant deierare.*Per hæc verba poteris diſputare de qualitate eorum , qui ad teſtificandum admittuntur,de quo dixi *ſup. in c. quoties 5.de teſt.*

II. Et ibi : *quia ſæpè contingit quod teſtes facilè corrupti inducuntur ad falſum teſtimonium proferendum:*Per hæc verba applicabis ea, quæ adduxi de teſtibus corruptis,& falſis,*in cap. ſicut vobis 9. de Teſtib.* Alia, quæ ex verbis noſtri Textus moueri poſſunt,adducit ex multis Barboſa hic,vbi videbis per ſeptem numeros.

QVÆSTIO I.

An veriſimilitudo habeat aliquos effectus probationis : Et quare efficacior probatio deſideretur ab eo, qui probare vult illud, quod non eſt veroſimile?

SVMMARIVM.

1 *Veriſimilitudo quos effectus habeat ad probandum,n.*2.3.4.5.6.9.10.11.

3 *Veriſimilitudo eſt cognata naturæ, & continet imaginem veritatis;& qui arguit ab ea,arguere dicitur à ratione naturali.*

6 *Teſtis non deponens veroſimilia non probat , ſed eſt vehementer de falſo ſuſpectus.*

7 *Probationes Clariores, & dilucidiores in non veroſimilibus requiruntur.*

8 *Probationes debent eſſe efficaciores,quando agitur de probando contra illud,quod habet præſumptionem pro ſe.*

9 *Veriſimilitudo eſt probatio in aliarum defectum.*

10 *Scriptura tutoris ,ſeu adminiſtratoris continenti veroſimilia ſtatur magis,quàm alia,n.*11.

12 *Inſtrumenti amiſſio creditur,ſi ſit allegatus veroſimilis caſus,quid in ſtatuto, n.*13.

14 *Partus quinquagenariæ , quam probationem requirat.*

15 *Iuramentum probationis non defertur in ſupplementum,cum id,quod quis vult probare non eſt veroſimile.*

16 *Confeſſio non veroſimilis non præiudicat confitenti ; etiam extraiudicialis, n.*17.

18 *Ignorantia iuramento allegantis probatur, ſed eſt veroſimilis.*

19 *Impedimentum probatur iuramento, ſi pro iurante adſit veroſimilis præſumptio.*

20 *Probatio efficacior deſideratur ab eo,qui probare vult illud,quod non eſt veroſimile.*

21 *Coniectura quæ prouenit ex veroſimili aut in veroſimili* remiſſiuè.

1 Congruit ſcire ad veram Textus noſtri materiam de vi veriſimilitudinis , vt ſic ad eius rationem deueniatur.Igitur affirmo,quod veriſimilitudo eſt omnium interpretationum caput,& ea,in conijcienda teſtatoris voluntate,principem locum obtinet, *l.cum res in princip.ff.de leg.*1.*l. ſi cum ve in vtero,l.ſicut certi,ff de teſtam militis,l.Titius,§.Lucius Titius,ff.de liberis , & poſthum. l. cum Auus.ff.de condition. & demonſtrat, l. cum in teſtamento,ff.de rebus dubiis.* † Et in coniecturanda mente contrahentium maximè valet,*l.in obſcuris, ff.de reg.Iuris,l.ſemper in ſtipulationibus,ff.eodem,c. inſpicimus de regul.iuris,lib.6.l ſi vnquam,Cod.de reuocand.donation.*vbi veriſimilitudinis plures enumerat effectus Tiraquell.*n.*37. 2

Quare cum veriſimilitudo ſit cognata naturæ , & in ſe contineat veritatis imaginem ; & qui arguit à veriſimili , dicatur arguere a ratione naturali , vt ex multis tradit hîc Barboſa *num.* 6. ideo tanti eſt apud iuriſconſultos ; vt ex ea per ſæpe leges fieri, lites, ac iudicia definiri iubeant, vt patet ex pluribus eorum reſponſis , videlicet *in l. non eſt veriſimile ,ff. quod metus cauſa l. peculium autem , §.1.ff. de peculio,l ſi filius , ff. eodem tit. l. Iulianus, §. præterea , ff. de vulgari, & pupil. l. Manius in principio ,ff. de legat.* 2. *l. Plautius ,ff. de auro , & argento legato* , Textus noſter, & alij plures , quos congerit Tiraquellus *in dicta l. ſi vnquam , Cod. de reuocand. n.*37. † Item & qui eã allegauerit , alleget Textum legis cum veriſimilitudo pro lege habeatur , vt inquit Baldus *conſ.* 380. *num.* 3. *volum.* 3. Oldradus *conſ.* 13. *in fine* , Caueta *conſ.* 197. † Item & quod diſtat à veriſimili , non ſit credibile , nec conſiderabile ; quia imaginem habet falſitatis , & eſt naturæ contrarium , quæ veriſimilia maximè ſequitur, vt conſiderauit Baldus *in l.*1 *Cod.de ſeruis fugitiu, & in l.actor.*quod aſſeuerat,*C.de probat.* 3 4 5

Ob idque maximus circa teſtes veriſimilitudinis effectus perſpicitur ; quia teſtis non deponens veroſimilia , non probat , ſed eſt vehementer de falſo ſuſpectus , *l. ob carmen* , §. *fin. ff. de teſtibus* , Iaſon *in l.ſi extraneus in* 4. *notabili* , *ff. de condit. ob cauſ.* de quo plura adduxi , *in cap. in noſtra de teſtibus , dict. quæſt.* 1. verſic. *& licet* , multa etiam adducit Maſcardus *de probat. concluſ.* teſtis non veroſimilia deponens , de quo puncto agunt Doctores allegati à Barboſa *hic n* 2. qui etiam , *in dicto cap. in noſtra* 32. *in Gloſſa* 1. dicit cum aliis pluribus quod teſtibus deponentibus veriſimilia , magis creditur , quàm deponentibus inueriſimilia ; & ex aliis multis, *hic n.*3. reſoluit,vt id,quod veriſimile non eſt , præſumatur falſum. 6

Vnde Doctores congruè ex noſtro Textu reſoluunt,quod in non veriſimilibus multò clariores , & dilucidiores probationes requiruntur, quàm in his quæ veriſimilitudini accedunt ; notant Abbas *hic notab.* 2. Felinus vbi dicit quod licet quis non debeat grauari onere vlterius probandi , cum habeat plenam probationem, *cap.* 2 *de probat.* tamen id fallere quando factum allegatum non eſſet veriſimile : ſic Tiraquellus cum aliis , *in dicta l. ſi vnquam in præfatione , num.* 38. † Itaque rectè ex aliis multis Barboſa *hic num* 4. reſpondet quod quando tractatur de probando contra illud , quod habet præſumptionem pro ſe , probationes debent eſſe efficaciores; quia iuris præſumptio (hoc eſt veriſimilitudo) pro liquidiſſima probatione habetur iuxta , *l. licet Imperator .ff. de leg.* 1. *l. ab ea parte , ff. de probationib.*Couarruuias *lib.* 2. *variar. cap.*6. *num.*1. Menochius *de præſump. lib.*11. *cap.*4.*ex num.*3.Molina *de primog lib.*3.*cap* 4 *n.*39. quæ iuris præſumptio debet admittere probationem in contrarium eo modo,quo dictum eſt,*ſup. in d c.*2.*hoc tit.* 7 8

Ex his infero nonnulla ad explanandã efficaciã 9

veroſimilitudinis, nam primò, vt quæ aliter non probarent, probant tamen, propter veriſimilitudinem, vt ait Alexandr. de Imola *in l. edita in fine, Cod. de edendo*, vbi ponit exemplum, quod licet aliàs ſcriptura priuata non probet pro ipſo ſcribente, iuxta ea, quæ latè adduxi, *ſupra in cap. 1. & 2. de fide Inſtrumentorum:* tamen id fallit, ſi continet veriſimilia, iuncto iuramento ſcribentis per Textum *in l. ſi quis pro redemptione*, §. *penult. Cod. de donationib. l. per hanc ante finem*, *Cod. de erogation. milit. annon.* ſequitur, Decius *in dicta l. edita, col. 1.* Et de multis modis quibus appocha ſiuè ſcriptura priuata recognoſcitur nouiſſimè, Gayto *de credito, p. 1. cap. 2. tit. 7. ex n. 2617. legendus, à n. 1591.*

10 Cui finitimum eſt quod ſcribit Bald. *conſ.* 117. ſcilicet quod in redditione tutoris rationum ſtatur ipſius ſcripturæ, ſi continet veriſimilia, quod pari ratione ad omnes adminiſtratores de adminiſtratis rebus rationem reddentes, extendit Socinus *conſ. 46. volum. 1. conſ. 162. col. vltima, lib. 2.* ſequitur Tiraquellus *in dicta l. ſi vnquam in præfat. num. 51. & 52.* Maſcardus *dicto lib. 3. de probationib. concluſ.* 1409. *num.* 19.

11 † Vbi *à num.* 22. ait cum Baldo *in l. in exercend. col. 2. Cod. de fide Inſtrument.* quod ſi duo producantur Inſtrumenta contraria, ſtatur veroſimiliori: de quo videbis ea, quæ adduxi, *ſup. in cap. imputari 13. de fide inſtrum.*

12 Et ſic fit quod ſi quis dicat Inſtrumentum eſſe caſu amiſſum, probatur ipſius iuramento; dum tamen caſum veriſimilem alleget, vt combuſtionem domus, & huiuſmodi, vt tradit Tiraquellus *in dicta l. ſi vnquam, num.* 39. & ſententia, Baldi *in l. vltima in fine, Cod. de eden-*
13 *do.* † Qui etiam addit, *num.* 50. cum Alexandr. *conſ.* 47. quod ſi ſtatutum mandet credi aſſertioni damnum paſſi, id intelligatur ſi dicat veriſi-
14 milia. † Quare dixit, Fulgoſius *in l. ſi maior, Cod. de legit. hæred.* quod ad probandum quinquagenariam peperiſſe, requirantur probationes clariores, tradit poſt alios, Tiraquellus *vbi ſupra, num.* 35. qui *num.* 38. ex Baldo, & aliis,
15 & ex Gloſſa *in l. 1.* verbo *non ſit, Cod.* † Qui & *aduerſus quos*, ait nunquam deferri iuramentum in ſupplementum probationis, cum id, quod quis, vult probare non eſt veroſimile. Alia tradit omnino videnda ipſe, Tiraquellus, *vbi ſupra*, vbi videre poteris quæ ad veriſimilitudinem ſpectant.

16 Pro complemento noto quod confeſſio non veriſimilis, non præiudicat confitenti, vt docet Baldus *in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcopis, & Cleric.* Ancharranus *conſ.* 24. Cæpola *conſ. crim.* 32. *col.* 4. Pariſius *conſ.* 131 *num.* 13. *lib.* 1. pro quo fa-
17 ciunt quæ adduxi, *ſupra in cap. fin. de confeſſis.* † Ideoque licet confeſſio extraiudicialis probet quandoque, & in eo confitens cogatur perſeuerare; id tamen procedit, quando eſt veroſimilis; ſecus ſi non ſit veroſimilis; quia præſæpe multa temerè dicimus potius iactationis cuiuſdam gratia, quàm quod ita ſe res habeat, vt tradit, Baldus *in l. clarum, Cod. de Authorit. præſtanda*, Iaſon *in l. Magiſtratibus, col.* 2. verſic. *ſecundo limitatur, ff. de iuriſdictione omn. iudicum*, de quo Maſcardus latè, *de probationibus*, verbo *confeſſio*,
18 idem, *dict. concluſ.* 1409. *num.* 20. & 21. † Qui *num.* 12. ait quod licet aliàs iuramento probetur ignorantia allegantis eam; hoc tamen procedere ſi ignorantia eſt veroſimilis, aliàs iuramentum non ſufficeret.

Et addit, *num.* 17. quod & ſi impedimentum iuramento poſſit probari; id tamen verum 19 eſſe, ſi pro iurante adſit veroſimilis præſumptio: ſic tenent alij ab eo relati, & Tiraquellus *in dicta l. ſi vnquam in præfatione, n.* 39.

Ad ſecundam quæſtionis partem, qua inquirimus 20 de ratione noſtri Textus, iam facilis eſt explanatio: Quia ſi ex veroſimili probato tantùm inducitur præſumptiua probatio, & veriſimilitas deſideretur in rebus probandis, ſi pars ſe offerat probare id, quod eſt inueriſimile; quid mirum ſi efficacior deſideretur probatio ab eo qui probare vult illud, quod non eſt veriſimile. Et pro pleniori tractatione videbis Doctores quos allegat Barboſa *hîc*.

Et quænam coniectura, ex veroſimili aut in 21 veroſimili arguatur latè cum infinitis D. Ioannes de Caſtillo *omninò legendus, lib. 7. contr. cap. 63. 64.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XI.
Illud, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

QVIA Textus huius materia continet plura ad matrimonium ſpectantia ſuis in locis repetenda; ideo nunc ex verbis eius notabis ſequentia.

I. Primum quod diutina cohabitatione Mulieris cum viro, præſumitur matrimonium, ad tradita, *in cap. ad id de ſponſalibus.* II. Item & de coniugio ſerui cum libera, qualiter impediatur; ſeu permittatur, ago *infra in tit. de coniugio ſeruorum.*

III. Et ibi, *ipſum ſuum non eſſe maritum.* ad hæc verba applicabis, quæ adduxi, *ſupra in cap. propoſuiſti 4. de probationibus*, quatenus egi, *de* credendo coniugi aſſerenti ſe cognouiſſe ſuum coniugem.

IV. Et ibi, *verum vir eam vindicans in vxorem:* Per hæc verba poteris agere de coniuge vindicando iure Dominij, ſeu vtili; de quo iam dixi, *ſup. in cap. 1. de ordine cognition.*

V. Et ibi, *per quod ipſum ei donationem propter nuptias feciſſe apparet.* Per hæc verba applicabis quæ de donationibus propter nuptias, & de ſponſalitia, largitate, & harris dico *infra in Rubrica & tit. de donationibus inter virum, & vxorem.*

VI. Et ibi: *Mulier vero inſtrumentum illud aſſerens vitioſum, vt ſeruo Dominus fraudaretur, &c.* Per hæc verba poteſt agi de cauſis, quibus inſtrumentum falſum eſſe appareat; ad quod applicabis *dicta ſupra in cap. cum Ioannes 10. de fide Inſtrumentorum.*

VII. Et ibi *qui viderant annulos deſerentem:* Et ibi *ſi annulos detuliſſe dicebat.* De annulorum iure videbis Doctores ad titul, *Cod. de iure aureorum, & annulorum,* aliquid dixi ſub, *tit. de ſeruis non ordinandis & ſub, cap. fin.* & quid ſibi velit inter ſponſos annuli traditio; dico *infra de ſponſalibus.* VIII. Et ibi *fama vicinia:* ad hæc verba applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap. quoſdam 7. hoc tit.*

IX. Et ibi *cùm matrimonium ſit maris, atque*

fœmina

fœmina conjunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Per hæc verba agi poteſt de veritate huius diffinitionis, de qua dico *infrà ad Rubriçam de ſponſalibus.*

X. Et ibi, *cogenda eſt mulier, vt idem viro affectu ſeruiat coniugali*, cum matrimonia debeant eſſe libera, qua coactione poſſit mulier ad cohabitandum cum viro compelli, aut econtra, dico *infrà in cap. ex litteris* 10. *cap. requiſiuit*, & *cap. cum locum, de ſponſalibus.*

XI. Et ibi, *præſertim ſi præſcriptum inſtrumentum ab eo conditum fuerit qui officium ſuum fideliter adimpleuit.* Per hæc verba applicabis quæ adduxi, *ſuprà de probatione inſtrumenti in Rubr. & tit. de Fide Inſtrumentorum.* Et quæ adduxi, *in cap. cum P. eodem tit. de Fidelitate Tabellionum.* Item poteſt hîc adjungi quid ſibi velint dotalitia inſtrumenta, de quo dico *in cap. tanta qui filij ſint legitimi.* Et quod hodie ex Trident. *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* matrimonium aliter probatur, quàm colligitur ex praxi noſtri textus iam ab omnibus receptum eſt, vbi Tridentinum obſeruatur. De quo Graña *hic ſub num. fin.* Barboſa *ſub num.* 2.

QVÆSTIO I.

An matrimonium rectè probetur per inſtrumenta, per cohabitationem diuturnam, per famam loci, & per alia adminicula: Et an per hæc ſingula probari queant, vel neceſſum eſt, vt concurrant: Et an ei, qui dicit extare matrimonium, incumbat onus probandi eum: Et quid in matrimonio ſpirituali?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium rectè probatur per inſtrumenta, per cohabitationem diuturnam, per famam, & alia de Iure Canonico, n.* 2. 3. 4. 5. *&* 6. *certis adminiculis, n.* 7.

7 Cap. aliter 30. q. 5. l. in liberæ, ff. de ritu nuptiarum.

9 Cap. lator qui filij ſin legitimi.

10 Nouella 74. §. quoniam, quibus modis naturales efficiantur legitimi.

11 *Matrimonium per ſolum inſtrumentum, aut cohabitationem diuturnam, aut per ſolam famam non probatur plenè niſi hæc concurrant.*

12 *Matrimonium quando benè probetur teſtibus, vel non, num.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. *&* 22.

23 *Matrimonium alleganti incumbit probandi onus.*

24 *Probandi onus incumbit agenti ad reſtitutionem mulieris, vel viri, n.* 25.

26 *Iuramentum ſuppletorium non defertur probanti matrimonium per vnum teſtem ad vindicationem coniugis conſequendam.*

27 *Alleganti matrimonium ſpirituale, incumbit onus probandi, num.* 28. 29. 30. 31. 32. 33. *quod dicitur etiam per ingreſſum Religionis.*

28 *Prælatus quis non præſumitur, nec ordinatus, num.* 29.

30 *Clericus beneficiatus agens ad recuperandum beneficium, debet in poſſeſſorio, vel petitorio probare titulum, & inſtitutionem, aut ſe verum rectorem, n.* 31.

33 *Dicenti ſe Monachum incumbit onus probandi.*

AD primam quæſtionis partem, videtur di- 1
cendum non rectè per cohabitationem, &
aliis matrimonium probari. Primo *ex cap. ali-
ter* 30. *q.* 5. vbi Gloſſa notabilis, ait quod lex
Canonica ſemper conſiderat periculum animæ;
& ob id in dubio iudicat potiùs eſſe fornicatio-
nem, quàm matrimonium; & ideo Baldus rectè
loquutus fuit, *in l.* 2. *n.* 80. verſic. *hinc eſt quod
nemo, col.* 15. *Cod. de ſeruitutibus, & aqua*, vbi
dixit quod nemo præſumitur eſſe maritus. Et ſic
Abbas *hic in fine* dixit, quod licet de Iure Ci-
uili ex mutua cohabitatione maris, & fœminæ
probetur matrimonium, *ex l. in libera, ff. de ritu
nuptiar.* ſecus tamen eſſe de Iure Canonico ex *d.
cap. aliter*, vbi Gloſſa, Socinus *conſ.* 39. *ſub n.* 5.
verſic. *nec etiam*, Alexand. *conſil.* 150. *ſub num.* 7.
verſic. *quartus, vol.* 5. Decius *conſ.* 310. *n.* 5. Co-
uaruu. *in cap.* 4. *cap.* 1. *p.* 2. *n.* 5. verſic. *ex præfata.*
† Vnde Baldus *in cap. ex tranſmiſſa de reſtitut. 2
ſpoliator*, verſic. *item periculoſum*, & Felinus *hic
ſub n.* 11. verſic. *adde iſtis, col.* 4. dixerunt peri-
culoſum eſſe diuinare matrimonium per ſigna;
quia licet quis teneat mulierem in lecto, & in
menſa, eamque honorificè tractet, hoc ipſum
non concludit; quoniam huiuſmodi actus etiam
ſine matrimonio conſueuerunt exerceri.

Imò & idem Felinus *num.* 13. verſic. *& adde*, 3
Abbas *col. fin. hîc*, & plures relati à Patiano *de
probationib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 7. dixerunt ex ipſorum
viri, & mulieris cohabitatione Iure Canonica
iudicare ſtuprum, & fornicationem, niſi ab ipſis
matrimonium probetur.

Et hæc difficiliora redduntur ex doctrina tex- 4
tus, *in cap. lator qui filij ſint legitimi*, vbi habetur,
quod ei, qui dicit matrimonium eſſe illegiti-
mum, incumbit onus probandi; & ſic apparere;
quod in dubio matrimonium præſumatur con-
tra *ſupradicta.* † Deinde ex textu, *in cap.* 51 *§. quo- 5
niam: nouella* 34. quibus modis naturales effi-
ciantur legitimi, vbi Imperator Iuſtinianus iubet
mulierem, etiam per multos annos in viri do-
mum communiter exiſtentem, non aliter legi-
timam vxorem reputari, quam ſi eam vir, vti
vxorem ſub figura matrimonij habuerit, ſeu in
domum traduxerit: ergo fit vt contra deſtina-
tum, *in d. l. in libera, ff. de ritu nuptiar.* etiam de
Iure Ciuili non ſufficiat ſola diutina cohabitatio
ad præſumendum matrimonium.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt de 6
Iure communi Canonico matrimonium probari
per inſtrumenta, per cohabitationem diutur-
nam, per famam loci, & per alia adminicula, vt
probat textus noſter, cui conſonat textus, *in cap.
ſolet* 32. *q.* 2. textus, *in d. l. in liberæ, ff. de ritu
nuptiar. l. in concubinatu, §.* 1. *ff. de concubinis, dicta
nouella* 74. *cap.* 5. *§. quoniam*, docent Couaruu.
de ſponſ. 2. *p. cap.* 1. *n.* 5. Decius *in l. nuptias, ff. de
reg. iuris, num.* 4. Anton. Faber *in Papinian. tit.* 9.
princ. 5. *illatione* 18. Anaſtaſius Germon. *libro* 2.
animaduerſ. cap. 8. Maſcardus *de probationibus,
concl.* 124. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 66.
cum aliis Barboſa, & Graña *hic.* Et de ratione
videbis *infrà* ad ſecundam quæſtionis partem.

Ex quo non obſtant in contrarium adducta, 7
non textus, *in d. cap. aliter*, & Gloſſa *ibi* 30. *q.* 5.
nec

nec textus, *in d. leg. in libera*, *ff. de ritu nuptiar.*
quia vt reſpondeam, conſtituo differentiam in-
ter Ius Canonicum, & Ciuile Digeſtorum. Ete-
nim de Iure Canonico patet matrimonium nun-
quam probari potuiſſe ex ſola cohabitatione,
etiam diutina, *ex d. cap. aliter*, niſi alia admini-
cula concurrant, vt notat Tiraquell. *de præſcript.*
verſic. 6. *fol.* 99. Menoch. *conſ.* 15. *n.* 12. Maſcard.
de Probationib. concl. 260. *num.* 7. *& concluſ.* 1031.
& 1316. *n.* 4. *&* 1371. *n.* 3. Guttierrez *de matrim.*
cap. 4. *n.* 6. verſic. *verum*, & *cap.* 71. *n.* 12. cum
aliis Barboſa *hic n.* 2. Graña *hic num.* 3. vbi dicit
textum, *in d. cap. aliter non eſſe*, diſſimilem à
textu noſtro; ſiquidem ſimiliter dicitur, quod
matrimonium etiam ex ſola cohabitatione longa
decem annorum, & conſuetudine, non poſſit
probari, niſi fama loci, aut actus matrimonia-
lis intercedant: quibus vltimis adminiculis de-
ficientibus, non matrimonium, ſed adulte-
rium erit; eo quod Ius Canonicum ſemper ob-
uiet periculo animæ: argumento text. *in cap.*
lator & tenor, *de ſent. & reiud.* & probant alia
relata *ibi dict. num.* 1.

8 De Iure autem Cæſareo, quo tale periculum
non attenditur, aliud dicendum eſt, *ex d. leg. in*
libera, & *ex d. l. in concubinatu*, §. 1. *ff. de concu-*
binis: quo in tempore à conſultis præſumebatur
matrimonium inter coniuges ex ſola cohabita-
tione, vt docent Couarruu. Antonius Faber,
9 Decius *vbi ſuprà*, & communiter alij. † Cui
ſolutioni non obſtat textus, *in d. cap. lator qui*
filij ſint legitimi: quia textus ille non loquitur
de interpretando veritatem matrimonij per co-
habitationem, & alia adminicula, vt hic: quia
ibi de matrimonio conſtabat. Quare dicenti ma-
trimonium illegitimum eſſe incumbit onus pro-
bandi reſpectu filiorum, in quorum fauore ma-
trimonium præſumitur legitimum extitiſſe in-
ter Parentes eorum, quando ipſi ſunt in poſſeſ-
ſione filiationis legitimæ: nam tunc qui con-
trarium dicit, tenetur probare, vt notat Gloſſa
in d. cap. lator, verb. *probare*, Patianus *de proba-*
10 *tionibus, lib.* 2. *d. cap.* 3. *n.* 5. † Nec textus, *in d.*
Nouella 74. §. *quoniam*, quia reſpondetur ex eo
textu Ius Digeſtorum relatum, *ex d. l. in libera*,
& *in d. l. in concubinatu*, iam correctum eſſe: &
ait Graña *hic n.* 4. Iuſtinianum ſic diſpoſuiſſe; eo
quod mariti mulierum deſiderio ſatiauerant eas,
& liberè filios extra domum ejiciebant, cum à
principio, propter deſiderium, eas in legitimas
vxores ſemper retinere fallendi cauſa propo-
nerent.

11 Ad ſecundam difficultatis partem, videtur
reſpondendum ex textu noſtro, vt matrimo-
nium ſolâ cohabitatione abſque aliis adminicu-
lis factum, non præſumatur verum, ſiquidem
hîc in textu, vir ad illud probandum, non ſo-
lùm allegabat cohabitationem, ſed etiam quod
inter ipſum, & mulierem interceſſiſſet inſtru-
mentum dotale, & in quo ſe coniuges nomina-
bant, & alia ex traditis à Barboſa *hic n.* 1. *&* 2
& ſic Graña *hic n.* 2. videtur docere, vbi addu-
cens rationem ad noſtrum textum, ait ſic proce-
dere; quia quando interueniunt diuerſæ ſpecies
probationum reſpicientes ad diuerſum finem, ſi
ſingulæ non proſunt ſimul tamen junctæ pote-
runt prodeſſe, *ex cap. cum cauſam de probat.*
iuxta vulgatam regulam, ſingula, quæ non pro-
ſunt multa collecta iuuant; & ſic Puteus *in de-*
ciſ. 103. *p.* 2. & Riccius *collect.* 219. *ad textum no-*
ſtrum, concludunt, quod per cohabitationem
diutinam, & famam de matrimonio, & con-
tractibus matrimonialibus, ac alia adminicula,
probatur matrimonium.

Quare libuit *hic* repetere nonnullos caſus, in 12
quibus probatur, aut deſinit probari; & primo
Cæſar de Graſſis *in deciſ.* 1. *de ſponſalibus*, dixit
per vnum teſtem de veritate, cum duobus aliis
de fama probari matrimonium. † Et Antonius 13
Faber *in deciſ.* 8. *de probationib.* dicit etiam pro-
bari per publicam vocem, & famam. † Et Ve- 14
rallus *in deciſ.* 203. dixit probari teſtimonio pa-
rentum, Creſcent. *in deciſ.* 22. *de probat.* † Et 15
Caputaquenſ. *in deciſ.* 205. dixit probari per
duos teſtes, qui fuerunt præſentes contractui
matrimonij. † Item Verallus ait *in deciſ.* 11. *p.* 2. 16
quod ſi duos teſtes deponant de ſponſalibus fu-
turis, & alij de concubitu, & cohabitatione,
probatur matrimonium. † Qui *in deciſ.* 213. ad- 17
dit etiam probari, ſi quatuor teſtes dicant, quod
in eodem loco, & tempore viderunt quendam
annulum in digito mulieris immittentem, &
mulierem immittentem alium annulum in digi-
to viri. † Item dixit Creſcent. *in deciſ.* 22. *de* 18
probation. probari per litteras amatorias viri, in
quibus dicebat, quod eam nunquam dimittat,
quódque erit, & ipſius; & mulieris honor. † Et 19
Caputaq. *in deciſ.* 108. *p.* 2. ait probari confeſ-
ſione contrahentium, qui limitat *in deciſ.* 207. ſi
ageretur de alicuius tertij præiudicio.

Sed quando matrimonium teſtibus non pro- 20
batur, decidit Verallus *in deciſ.* 110. *p.* 2. qui *in*
deciſ. 209. negat illud probari per verba enun-
ciatiua mariti in inſtrumento ſolutæ dotis. † Et 21
Vibius *in deciſ.* 111. dixit per inſtrumentum do-
tis, vel donationis propter nuptias, matrimo-
nium non probari, ſed tantùm oriri præſumptio-
nem: ſic ex noſtro textu probans ſequitur, &
refert Riccius *d. collect.* 219. *circa finem.* † Et ſi 22
velis ſcire quibus coniecturis matrimonium
probetur, leges Cephalum *conſ.* 435. *n* 56 *vol.* 3.
latè Salicetum *in l. quidam*, *n.* 3. verſic. *ego au-*
tem, col. 2. *ff. de probationibus*: latiſſimè Menoch.
lib. 3. *præſump.* 1.

Ad tertiam quæſtionis partem, breuiter reſ- 23
pondeo quod alleganti matrimonium, incum-
bit onus probandi: quia matrimonium eſt quid
facti, quod non præſumitur, niſi probetur, vt
docent Bartol. *conſ.* 42. Corneus *conſ.* 68. *vol.* 1.
in littera P, Alciatus *conſ.* 9. *num.* 8. *tom.* 1. *lib.* 1.
Baldus *in l.* 1. *in* 2. *lectura*, *ſub num.* 2. verſic. *ſed*
nunquid in matrimonio, *ff. de probation.* Menoch.
conſ. 199. *vol.* 2. *& in præſumpt.* 1. *lib.* 3. cum aliis
docent Patianus *de probation. lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 1.
vbi probat ex aliis. Et confirmatur ex Bartoli
doctrina *in l. non Epiſtolis ſub num.* 11. verſic. *ſed*
nunquid quaſi poſſeſſio matrimonialis, *Cod. de prob.*

Vbi dicit quod agenti ad reſtitutionem mu- 24
lieris, incumbit onus probandi matrimonium,
de quo dixi *ſuprà* latè *in cap. ex tranſmiſſa de re-*
ſtitut. ſpoliatorum, vbi Gloſſa, & Abbas *num.* 8. &
probat ex eo, quia concubina præſumitur, niſi
probetur titulus, id eſt, quod matrimonium
fuerit contractum per verba de præſenti; quo-
niam ad probandam quaſi poſſeſſionem matri-
monij, verba narratiua, vel aſſertiua non ſuffi-
ciunt ſi non conſtet quod per interrogationem,
& reſponſionem fuerit contractum matrimo-
nium.

Item facit quod notat Gloſſa *in cap. mulieri de* 25
Iureiurando

Iureiurando, quam dicit Decius eſſe communiter approbatam, *in conſil.* 133. *num.*2. *col.*2. quâ cauetur, quod quando mulier petit aliquem virum in maritum, ſi non probat ple-
26 nè matrimonium, vir abſoluitur. † Nec in tali caſu licet probaret intentionem ſuam per vnum teſtem ſemiplenè, ſibi eſſet deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, quantumcumque perſona ſit honeſta; quia agitur, quaſi de ſtatu hominis, cum per hoc ſeruitus in ipſo conſtituatur; & facit regula generalis, quæ deſumitur, de qua *in leg. actor, Cod. de probat.* & *in cap. fin.* §. *fin. infrà de iureiurando*, vbi diſputatur.

27 Ad quartam quæſtionis partem ſimiliter reſpondeo, quod alleganti matrimonium ſpirituale, incumbit onus probandi illud, tum quia procedit argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, vt ait Iaſon *in Authentica ſi qua mulier*, *num.*11. verſic. *ego circumſcripta*, *C. de Sacroſanct. Eccleſiis*, Ripa *in l. ex facto*, *n.*2. verſic. *infertur etiam*, *ff. de vulgari*, *& pupil.* Euerard. *in loco* 33. *de modo arguendi.* Tum etiam quia matrimonium ſpirituale, & ipſum quoque eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, *leg. in libello*, *facta*, *ff. de captiuis*, *& poſtlim. reuerſis*, *cap. cum in Iure de offic. delegatis.*

28 Et ſic Baldus *in l.*2. *num.*80. verſic. *hinc eſt quod nemo*, *col.*15. *Cod. de ſeruitutibus*, *& aqua*, dixit quod Prælatus non præſumitur niſi pro-
29 betur. † Et textus cum Gloſſa *in cap. Presbyteri diſt.* 68. dixit quod in dubio quis potius præſumitur non ordinatus, quàm ordinatus; de quo latè agit Patianus *libro* 2. *de Probationibus*,
30 *cap.*34. *de Clericis.* † Qui cum Abbate *in cap. accedens*, *ſub num.*7. verſic. *& nota*, etiam ex Gloſſa *de præbendis*. *dicto libro* 2. *cap.*3. *num.*38. ait vt cum inter Clericum & Beneficium, dicatur contrahi ſpirituale matrimonium, vt habetur, *in cap. ſicut* 31. *quæſt.* 2. idcirco Clericus beneficiatus agens ad recuperandum ſuum beneficium, tanquam maritus vxorem, debet in poſſeſſorio, vel petitorio, probare matrimonium, id eſt titulum, & canonicam inſtitutionem, vt tenet Antonius de Butrio *in cap.*
31 *ex inſinuatione in* 5. *notab. de probationibus.* † Aut ſaltem ad exemplum matrimonij carnalis, debeat probare diutinam cohabitationem; id eſt, quod longo tempore tenuerit Eccleſiam, & habitus fuerit in commune pro vero rectore, vt tradit eleganter Felinus *hic ſub num.* 5. verſic. *ſed per iſtum textum infertur*, *colum.* 3. de quo Patianus *dicto libro* 2. *de probationib. cap.*20. *& cap.* 34. qui *dicto cap.* 3. *num.* 40. ita tenet.
32 † Et infert cum Baldo & Imola, per ingreſſum Religionis contrahi ipſum quoque matrimo-
33 nium ſpirituale. † Quare dicenti ſe Monachum, vel Monacham incumbere onus probandi, cum ſit iſta qualitas præter naturam, quæ non præſumitur, niſi probetur.

QVÆSTIO II.

An is, qui carnaliter cognouit mulierem, debeat pro euitanda pœna probare, quod ſub præcedente matrimonij conſenſu, ad copulam acceſſit: Et an qui vindicat vxorem ſuam teneatur probare, prius matrimonium præceſſiſſe: Et an ex diuturnitate decem annorum, præſumatur filium poſſidere hæreditatem ante Patris iuſſum: Et an per diuturnitatem temporis, alia præſumantur: Et fama an matrimonium probet?

SVMMARIVM.

1 *Carnaliter cognoſcens mulierem, vt euitet pœnam, debet probare ſe eam cognouiſſe ſub præcedente matrimonij conſenſu. Idem de ſtupro, n.*2. *& 5. vbi de iuuene.*

3 *Adiurare mulierem dicitur is, qui cum ea matrimonium contrahit.*

4 *Matrimonium confitentibus creditur, ſi æqualitas perſonarum, & alia indicia patiantur eſſe contractum. Quid ſi vnus ignoret matrimonium alterius, n.*6. 8. *&* 9. *& n.*7. *vbi quæ ſit qualitas dicta, & indicia, & n.*12.

8 *Vir accuſatus de commixtione carnali cum muliere, quam ignorabat eſſe alteri nuptam, & vt excuſet pœnam, allegat matrimonium inter eos, quid fiſcus probet, vt puniatur? n.*9. 10. 11. *vbi quid econuerſo.*

13 *Vindicatio vxoris competit viro omni iure: ita vt libellus facilè ſuſtineatur in Iure, n.*14.

15 *Filius poſſidens hæreditatem decem annorum ſpatio, præſumitur eſſe cum iuſſu Patris antecedendi.*

16 *Temporis diuturnitas facit vt omnia benè acta præſumantur. Exemplificatur, n.*17 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. *&* 32. *fallit ſi ſit in præiudicium tertij, & in alijs caſibus, n.*33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. *&* 41.

42 *Fama an matrimonium probet?*

43 *Fama qualis facit indicium ad torturam.*

AD primam quæſtionis partem, reſpondeo, 1
quod is, qui carnaliter cognouit vxorem, debet pro euitanda pœna probare, quod ſub præcedente matrimonij conſenſu ad copulam acceſſit; quoniam conſenſus, & non concubitus matrimonium facit, *l. nuptiæ*, *ff. de reg. iuris*, ſcripſit eleganter Barbatia *in conſil.*6. *col.*1. verſic. *licet autem hæc concluſio*, *volum.*1. vbi dicit quod quamuis copula clandeſtina reputetur, vel præſumatur ſecundum Ius Canonicum, tamen iſta præſumptio tollitur ſi fuerit probatum, quod conſenſus vtriuſque ad matrimonium contrahendum, vel in copula interuenit, vel copulam præceſſit; & ſic Iura Canonica, & Ciuilia inuicem concordant, vt ſcilicet in vtroque Iure habeat locum animi deſtinatio iuxta textum, *in l.*3. *&* 4. *ff. de concubin.*

Quo fit vt Gloſſa ſingularis, *in l. penult.* verb. 2
confeſſus. Cod. de fideiuſſoribus, dixerit quod ſi quis deprehenſus fuerit cum aliqua muliere, pœnam ſtupri vitabit, ſi probauerit matrimonium inter eos,

eos extitiſſe, & in tali caſu loco probationis ſufficiet ſi iurauerit dictam mulierem ſe adiu-
3 raſſe.† Adiurare autem mulierem dicitur is, qui cum ea matrimonium contrahit, vt colligitur ex dicta Gloſſa, & exponit Cæpola *in conſ.56. in princip. lib. conſ. crimin.* & Gloſſæ prædictæ opinionem ſequuntur Angelus *in tractatu de maleficiis*, ſub verbo *Char adulterato la mia dona*, verſic. *pone quod quidam*, Lanfrancus *in cap. quoniam de probationibus*, in verbo *confeſſiones ſub n.*18. verſic. *quæro Petrus, & Berta*, cum aliis Pa-
4 tianus *de probat. lib.2. cap.3. à n.*13. † Vbi *n.*18. declarat ita demum confitentibus matrimonium credatur, ſi qualitas perſonarum, & alia indicia patiantur eſſe contractum, vt ait Baldus *in l.1. in princip. Cod. de colluſ. detegenda*, Alexand. *conſ.24. volum.2. ſub n.15.* Marſilius *in ſingul.22. confeſſio offenſi*, Barbatia *d. conſ.6. col.9.* verſic. *faciat quod voluit volum.1.*

5 Vnde Baldus *in d. l. penult. Cod. de fideiuſſoribus*, & *in l. vnic. Cod. de confeſſis*, *n.*17. verſic. *quæro*, & *in l.1. in princip. Cod. de colluſione deteg.* ait quod ſi iuuenis carnaliter cognouerit iuuenculam, & ambo accuſati fuerint de ſtupro, debent euadere pœnam, ſi confitebuntur ſe ante
6 inuicem matrimonium contraxiſſe. † Et ſubiungit ſe defendiſſe quendam in adulterio repertum, eo quia quandam mulierem nuptam retinebat: nam fecit dictum inquiſitum iurare, quod dictam mulierem adiurauerat; & ſic euaſit pœnam, cum ipſe eſſet ſolutus. Hæc tamen deciſio non videtur tuta, cum videatur eſſe neceſſarium iuramentum vtriuſque, id eſt viri, & mulieris, vt fatetur *ibi* Baldus, & notat Romanus *in conſ.506. n.10. ſed aduertendum*, & Angelus *in d. l. penult. Cod. de fideiuſſ.* velle videtur, quod duo ſint neceſſaria; id eſt, quod iuret matrimonium ignoraſſe, & iuret ſe dictam mulierem adiuraſſe. Alia plura adducit Patianus *d. lib.2. de probat. à n.22.* vbi declarat, quod & ſi liberetur à pœna ſtupri non tamen à pœna raptus.

7 Sed quia dictum eſt, tum demum credi confitentibus matrimonium fuiſſe contractum, ſi qualitas perſonarum, & alia indicia id patiantur. Eſt pulchrum dubium quænam ſit iſta qualitas perſonarum, & quo modo alia indicia id patiantur. Et idcirca primum de qualitate perſonarum, eſt Gloſſa *in cap. aliter 30. q.5.* vbi videtur hoc exponere in paritate perſonarum. & earum imparitate, ſentit Barbatia *dicto conſil.6.* & Baldus, atque Angelus *in d. l. penult. Cod. de fideiuſſor*, quos ſequitur Patianus *d. lib.2. de probationibus, cap.3. à num.*18 verſic. *eſt tamen*, addunt quod prædicta qualitas, etiam debet intelligi probabilitate perſonarum, vt ſcilicet vterque ſit ſolutus; quia ſi vir aliàs eſſet vxoratus; tunc ex dicta iurata confeſſione non adiuuaretur, cum intelligeret communiter adulterium.

8 Tamen ſi vxor ſit maritata, & vir ſolutus, & vterque confiteatur matrimonium inter eos fuiſſe contractum, an huius facti matrimonij prætextus eos à pœna excuſabit? Dico cum Angelo *in d. l. penult. Cod. de fideiuſſ.* quod cum matrimonium illud mulieris conſiſtat in facto alieno; ob id virum ſolutum habere in fauorem præſumptionem ignorantiæ, *l. verius ff. de probat.* & in hoc incidit Baldus *in l. quicumque, n.*28. verſic. *item facit ad ſtatutum*, *Cod. de ſeruis fugitiuis*, quatenus dicit, quod parcitur ei, qui tenet alienam vxorem, ſi matrimonium ignorabat: ſequitur idem Patian. *d. cap.3. de probat. ſub n.*19. vbi dicit hoc dubium eſſe difficile propter authoritates *ſuprà* relatas, & maximè propter Baldum, qui dicit ſe defendiſſe adulterium ob hanc ſimplicem ipſius confeſſionem.

Et ſic concluditur quod vt vir accuſatus in 9
præcedenti caſu puniatur, oportet vt fiſcus, vel accuſator probent ſcientiam alieni matrimonij fuiſſe in accuſato. † Econuerſò autem erit in 10
muliere nupta, aduerſùs quam adeſt præſumptio, ſeu probatio adulterij, & ſcientiam proprij matrimonij; ob idque ipſam eſſe torquendam ad inueſtigandum, nunquid ipſi matrimonium ſecreto contraxerint, pulchrè decidit Baldus *in d. l. quicumque ſub num.27.* verſic. *ſed pone quod non habeo, Cod. de ſeruis fugit.* ſequitur Cæpola *d. conſ.56.* verſic. *& propterea*, dicit *col.3. in princ.* Patian. *dict. lib.2. cap.3. de probat. ſub n.21.* vbi dicit hoc modo declarari dicta Bald. & Angeli *in d. l. penult. Cod. de fideiuſſ.*

Addens quod huius caſus deciſio poſſit etiam 11
adaptari ad caſum proximè præcedentem, quando vir erat vxoratus, & mulier ſoluta, vt ſcilicet ipſe quoque vir ad integram mulieris excuſationem torqueatur.

Ad ſecundum requiſitum de indiciis, quo- 12
modo alia indicia id patiantur, pones exemplum in mutua, & longa amantium affectione, & in aliis, quæ ponit Alexand. *in conſ.1. ſub num.16.* verſic. *ergo cum Dominica*, *volum.* 3. cui addo exempla, de quibus adduxi, *ſuprà quæſt.1.* ex noſtro textu.

Ad ſecundam partem quæſtionis, an qui vin- 13
dicat vxorem ſuam, teneatur probare prius matrimonium præceſſiſſe? Affirmatiuè reſpondeo; quia vindicatio adiecta cauſa de Iure Diuino, & Canonico, competit etiam marito pro vxore, & econtra, vt latè diſputat Abbas *hìc ſub n.10.* verſic. *ſecundo oppono*, vbi inter cætera notat quod licet vir poſſit vxorem vindicare; attamen non per hæc ceſſant alia remedia competentia, vt eſt interdictum de vxore exhibenda, vel Iudicis officium, vel interdictum quaſi vnde vi, de quo meminit Baldus *in leg. non epiſtolis ſub n.11.* verſic. *quæro an ſit reperire, Cod. de probationib.* vbi dicit quod ſi ſponſa de futuro nondum duodecim annorum deducta ſit ad domum ſponſi, & per vim rapiatur; aut Clam auferatur ſponſo, competit officium Iudicis ad eam recuperandam. At ſi talia in vxore carnaliter cognita eueniant, tunc viro competere interdictum, quaſi vnde vi.

Vnde licet multi contrarium teneant affir- 14
mantes vindicationem non competere marito; cum mulier non ſit in eius abſoluta poteſtate, ſed remaneat in poteſtate Patris, *leg. ſi vxorem, Cod de condit. inſertis*: tamen Imola dixit quod facillimè ſuſtineretur libellus, in quo vir ſimpliciter, vindicaret vxorem; quoniam ſimplicitas & æquitas Canonica non attendit Iuris ſubtilitates, & nomina actionum; prout hæc ſcripſit in textu noſtro, *in 2. notab. colum.1. & in gloſſa 2. col.2.* latiſſimè Felinus *in 1. notab. col.1.* tradit Patianus *d. lib.2. de probationib. cap.3. à n.30.* Couarruu. *in 4 p.2. cap.7. n.3.* vbi de vindicanda vxore à marito; benè agit cum Gloſſa *hìc* latè Balboa *in cap.1. de ordine cognit. à n.26.* de quo ego dixi *ibi* latè.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ex diuturni- 15
tate decē annorum præſumatur filius poſſidere hæreditatem

hæreditatem ante Patris iuſſum? Video tangere hanc difficultatem hîc Doctores, inter quos Felinus, *num.5.* & in hoc puncto dico quod filius poſſidens hæreditatem ſibi delatam ex diuturnitate temporis decem annorum, præſumitur Patris iuſſum præceſſiſſe Iuxta textum ſingularem *in l. ſi filius, Cod. de petit. hæredit.* quem *ibi* Bart. pro ſingulari notat, eſt ſimilis textus *in l. qui in aliena, §. & ſi non adierit, ff. de acquirenda hæredit.* Gratianus *regul.* 196. Vbi plures refert hoc dictum limitantes; quia Alexand. *conſ.*179. *num.* 5. *lib.* 6. limitat duobus modis, Iaſon *in l.* 1. *Cod. qui admit. num.* 10. & 14. limitat quinque modis, benè Alexand. *in l.*2. §.*fin. col.*1. *ante finem, ff. ſoluto matrim.* Felinus *hîc dict. num.*5. & *in cap. Albericus de teſtam. à n.*3. & *in cap. ſicut nobis, n* 28 *de re iud.* Rodericus Suarez *in l.*23. *tit. de las deudas, lib.*3. *fori, fol.*55. *pag.*2. Palacios Rubios *in Rub. de donat.* §.42. *n.*13. & §. 43. *n.*2.

16 Ad quartam quæſtionis partem ex regula præcedenti dicendum eſt, *ex dict. leg. filiusfamil.* & *ibi* Bartol. *Cod. de petitione hæred.* quod diuturnitas temporis facit vt omnia ſolemniter acta præſumantur, de quo latè Balbus *de præſcript.*3. *parte princip. columna* 7. *dict. leg. qui in aliena, §. ſed ſi non adierit, ff. de acquirenda hæredit.* Alexand. *conſ.*120. *num* 5. *lib.*6. & *eo lib. conſil.*191. *num.*4. & *conſ.*218. *num* 1. Platea *in l. quicumque, Cod. de publican. lib* 10. Socinus *conſ.*46. *num* 36. *lib.*4. Aretinus *conſ.*36. Romanus *conſ.*252. aliis
17 adductis, Gratianus *regula* 144. † Et intantum diuturnitas operatur, vt ſuppleat ſolemnitates extrinſecas inſtrumenti, ſecundùm Felinum *in dicto cap. Albericus, num.*4. & *in dict. cap. ſicut, num.*34. Socinum *regula* 376. *fallent.*5. Boërium
18 *deciſ.*1. *num.*15. † Etiam facit vt etiam præſumatur præceſſiſſe iuſſum Patris ex detentione hæreditatis filio delatæ per longum tempus ex dictis *ſuprà*, & tradit iterum Gratianus *dict.*
19 *reg.*144 *num.*2. † Qui *num.*3. cum Tiraquello *lib.*1. *de retractu*, §.32. *gloſſa* 1. *num.*36. ampliat, vt etiam diuturnitas poſſeſſionis faciat ſecun-
20 dùm Patrimonialem præſumi. † Imò Baldus *in dict. leg. ſi filius, Cod. de petit. hæreditatis*, Angel. *in dicta l. qui in aliena*, docent quod ſcientia, & patientia diuturna, habetur pro conſenſu expreſſo. Quæ opinio magis approbata eſt, vt affirmat Alexander *in l.*2. §. *fin. num* 3. *ff. ſoluto matrimonio*, Tiraquellus *poſt leges connub. gloſſa* 5. *num.*59. & alij contra eundem Baldum ſibi con-
21 trarium *in l.*2. *Cod. de legitimis hæred.* † Item vt etiam præſumatur pars citata, ſi producatur inſtrumentum longo tempore ſumptum ab originali, Corneus *conſ.*304. *num.*2. *libro* 3. Ioannes Andreas *in dicto cap. Albericus de teſtibus*, & *ibi* Felinus *num.*4. vbi adducit plures effectus diuturnitatis temporis, & alias multas ampliationes adducit *hîc à num.*6. & vtrobique oſtendit decennium longum tempus vocari, vt ait Decius benè *conſil.*375. *à num.*3. & *conſil.*409.
22 *per totum.* † Qui etiam *conſil* 212. *num.*9. & *in conſil.* 486. *num* 10. & *in conſil.*558. *num.*5. ait quod & præſumatur interueniſſe formam requiſitam à ſtatuto ex temporis diuturnitate, & *ibi, num.* 6. plura ſingularia ex diuturnitate
23 temporis congerit. † Item etiam addit *in conſilio* 341. *num.*13. & *in dicto conſilio* 409. *à num.*1. ex diuturnitate 30. annorum tolli omne vitium, & omnem defectum, qui allegari poſſit in contractu Eccleſiæ, vt tenent Petrus de Ancharrano *conſ.*135. Alexand. *conſil.*79. *col.*3. *lib.*1. & *conſil.*65. *in fine, lib* 3.

Octauò etiam fit, vt præſumatur licentiam 24
Patris interueniſſe, & præceſſiſſe, vbi eius licentia requiritur in alienatione, vel actu filij ipſa temporis diuturnitate, vt tradit Baldus *in dicta leg. Filiusfam. Cod. de petitione hæredit.* Alexand. *in l. ſciendum, col.*5 *ff. de verb. oblig.* vbi dicit communem Rodericus Suarez *in alleg. in declaratione leg.*3. *tit. de las deudas, lib* 3. *fori* 8. *limit. in q. fol.*53. vbi per totam illam quæſtionem tradit ſingulariter, an ex diuturnitate temporis præſumatur licentiam mariti in contractu vxoris præceſſiſſe, Didacus Deel Caſtillo *in l.*57. *Tauri, n.*8. vbi *num.*9. tradit plures effectus diuturnitatis temporis. * Et benè Hieronym. Grat. 25
*conſ.*121. *num.*7. *lib.*2. Tiraquell. *de præſcript.* §.1. *gloſſa* 4. verſic.14. dicunt quod etiam præſumetur diuiſio inter fratres, qui diuturno tempore bona ſeparatim poſſederunt; licet de diuiſione non conſtet. * Et Bartol. *in dict. l. qui in aliena,* 26
§.1. *ff. de acquirenda hæred.* Baldus *in d. l.*2. *Cod. de legit. hæred.* Caſtillo *in l* 54 *Tauri, n.*19. dicunt quod ex tranſcurſu diuturni tẽporis, præſumitur additio hæreditatis. * Imò & diuturna 27
præſtatio inducit iuſtam, & ſufficientem cauſam, *l. cum de in rem verſo, ff de vſuris*; de quo alibi dixit: tradit Gratian. *dicta regula* 144 *n* 3.
* Vbi *num.*14. ex Tiraquello *de præſcript.* §.1. 28
gloſſa 4. verſic.16. ait quod ex diuturna præſtatione cenſus, probatur conceſſo in emphyteuſim; vt tenet Gl. *in l.*2. *in fin. C. de iure emphyteuſ.*

Item ex diuturnitate temporis præſumitur vo- 29
tum religionis, ſeu caſtitatis, vt inquit textus, *in cap. viduas* 27. *quæſt.*1. de quo dico plura, *ad titulum de regularibus.*

Vnde venit vt licet Apocha priuata nullo ad- 30
minicolo ſuffulta, nec teſtium, nec ſubſcriptione nihil penitus probet, vt habetur, *in ſcripturas, Cod. qui potior, in pignor. habeantur*, Bart. & alij *in l. admonendi, ff. de Iureiur.* de quo latè dixi *ſuprà in cap.*1. & 2. *de Fide Inſtrument.* tamen ſi factum ſit antiquum, & Apocha antiqua, inducit ſemiplenam probationem, vt tenet Ioannes Andreas *addit ad ſpeculat. tit. de inſtrument. editione*, §. *nunc dicendum*, verbo *quid ſi producens*: ſequitur commendans Hipolytus *in ſingul.*436.
Vbi latè ſcribit. * Et concludo cum Tiraquello 31
de præſcript. §.1. *gloſſa* 4 verſic *nono huc ſpectat*, intantum regulam, de qua loquimur procedere, quod ex diuturnitate temporis, id, quod nullum eſt confirmatur, vt probatur ex textu notabili, *in l. qui in prouincia,* § 1. *ff. de ritu nuptiar.* quem textum nimis ad id exaltat Barbatia *conſ.*9. *col.*2. *lib.*2. * Et ex diuturnitate temporis multa 32
fieri conceduntur, quæ aliàs non fierent, notat Gloſſa *in cap.*1. & 35. *q.*3 per textum, *in dicto cap. viduas* 27. *q.*1. & multos effectus diuturnitatis temporis refert Didacus de Segur *in repetitione, l. Imperator, ff. ad Trebell. fol.*65. verſic. *ex eadem infertur*, per tres columnas, Bertachinus *in ſuo repertorio*, verb. *diuturnitas* verſic 3 & per totum, & in verb. *ſolemnitas*, verſic.25 & *per totum*, & multa alia, quæ diuturnitas temporis concedit, ſcribit Tiraquellus *de præſcript.* §.1. *dicta gloſſa* 4. verſic. & *hac quidem*, vſque ad finem: plura traduntur *infrà in titulo, de præſcriptionibus.* Et *in cap. fin. de conſuetud.* & *in cap penult. de prob.* vbi de antiquis inſtrumentis & inſcriptionibus.

Sed regula iacta cum prædictis amplitioni- 33
bus

bus quindecim, proximè adductis, ceſſat aliqui-
bus in caſibus, veluti cum agitur de præiudicio
tertij magno; & tunc non ſufficere tranſcurſum
decennij, ſed triginta annorum, tradunt Cor-
neus *in conſ.*181. *num.*21. Paulus de Caſtro *con-*
*ſil.*102. Felinus *hîc n.*10. & cum aliis Gratianus
34 *dict. regula* 144. *n.*17. *&* 19. vbi *n.*18. ait regulam
prædictam non procedere, vbi requiritur ſcri-
ptura; quia tunc ex diuturnitate temporis non
præſumitur ſolemnitatem interueniſſe, niſi pro-
batur per ſcripturam, vt ait Felinus *in cap.* 1.
35 *in principio delitis conteſt.* † Qui etiam in noſtro
textu, *numero* 11. ait quod licet præſuma-
tur pro eo, qui diu Eccleſiam poſſedit: tamen,
ſi conſtaret de inſtruſione, vel alio vitioſo in-
36 greſſu; omninò poſſit remoueri. † Item limi-
tatur, quando ex ipſo inſtrumento, contra-
rium verificatur, Alexand. *conſ.*1. *lib.*4. Phi-
lippus Decius *in conſ.*564. *num.*13. & *conſ.*558.
37 *num.*7. & *conſ.*442. *n.*68. † Qui *conſ.*442. *n.*22.
limitat noſtram regulam, vbi non apparet de
ſubſtantia actus, tradit Alexand. *conſ.*50. *lib.*5.
38 Gratianus *d. reg.*144. *à n.*21. † Qui *n.*26. addit
quod temporis diuturnitas, non minuit pecca-
tum, de quo *in cap. fin. de conſuetudine.*

39 Dubium tamen eſt, an in mandato præſu-
matur ſolemnitas ex temporis diuturnitate, &
ex tranſcurſu longiſſimi temporis 30. anno-
rum, mandatum, & eius ſolemnitas præſu-
mantur, affirmat Baldus ſibi contrarius *con-*
*ſil.*337. *col. fin. lib.*1. Decius *conſ.*199. *circa finem*,
Melius *conſ.*487. *col. fin.* & alibi Tiraquell. *de*
præſcript. §.1. *gloſſa* 4. verbo *trigeſimo primo*, Boë-
rius *in deciſ.*281. *n.*15. vbi cum aliis hanc opi-
40 nionem dicit veriorem. † Sed ipſa Baldus *in*
*l.*1. *col.*2. & *ibi* Salicetus *Cod. de rebus alienis*, di-
xit quod nunquam mandati ſolemnitas ex diu-
turnitate temporis præſumitur, Mattheus de
Afflictis *in deciſ.*345. *num.*8. *&* 9. & *in deciſ.*368.
*n.*8. *&* 9. pro vtraque opinione plures alios re-
fert Gratianus *dict. reg.*144. *num.*24. qui cum
Philippo Decio, ait, quod hæc vltima Baldi
opinio procedat, quando mandatum ſimplici-
ter allegatur, & nulla alia ratione coadiuuatur,
quam temporis tranſcurſu; ſin autem aliqua
alia ratione munitur ex diuturnitate longiſſimi
temporis, mandatum præceſſiſſe præſumetur;
quæ diſtinctio ex iam adductis vera eſt; licet
Mieres *de Maioratu* 1. *part. quæſt.*45. *num.*1. re-
ferens opiniones, nullam auſus ſit firmare opi-
41 nionem. † Qui benè *ibi* diſputat, & Molina
*de Primog. lib.*4. *cap.*10. *n.*10. *&* 11. an ex tranſ-
curſu temporis præſumatur præceſſiſſe licen-
tiam Regis ad Maioratum.

42 Ad vltimam quæſtionis partem, an per fa-
mam matrimonium probetur? ex dictis *quæſt.*
præcedenti, ſatis reſponderi valet: quare breui-
ter aliqua de fama notanda aduertes ad ea, quæ
adduxi, *ſuprà in cap. noſtra quæſt.*2. verſic. *ad vl-*
timam de teſtibus. Vnum tamen notabis quod ſi
poſt delictum commiſſum in aliquo loco, ſit
publica vox, & fama inter omnes, vel maiorem
partem eorum in illo loco, quod talis reus com-
miſit illud delictum, & talis fama probetur
per duos teſtes, qui ſufficienter deponant, &
reddant rationem, dicendo quod ita commu-
43 niter, & publicè audierunt. † Et ſi ita ſe habet
publica vox, & fama, talis fama eſt ſufficiens
indicium ad torturam, vt probant Canoniſtæ
ex doctrina textus noſtri, & probat textus *in l. de*
minore, §. *tormenta*, *ff. de quæſtionibus*, vbi Gloſſa Ordinaria, Bart. & communiter Doctores, *in l.*3. §. *eiuſdem*, *ff. de Teſtibus*, textus *in leg. cum quidam*, §. *quod dicitur & l.*2. *ff. de acquirenda hæredit. l. Labeo*, *ff. de ſupellectili legata*, & docent Legiſtæ, *in l. admonendi*, *ff. de Irreiurando*, vbi Iaſon *num.*105. latè, Salicetus *in leg. ea quidem*, §. *quia propter*, *Cod. de accuſ.* cum aliis: ſic docet Gomezius *lib.*3. *Variar. cap.*13. *num.*10. vbi idem probat ex *l.*3. *tit.*30. *p.*7. quam notabilem vocat; & ſic exponi debere dicit, vbi adducit textum noſtrum.

QVÆSTIO III.

An verba enunciatiua probent: Quid ſi prolata ſint inter partes?

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua verba prolata propter aliud regulariter non probant, n.*2. *etiam ſi eſſent in inſtrumento appoſita, n.*3. *Vel ſint prolata à teſte, n.*4. *vel à lege, n.*5. *vel in contractu, n.*6.

7 *Enuntiatiua verba non probant filiationem, niſi dicerentur filio præſente.*

8 *Enuntiatiua verba futuri temporis non probant, nec inducunt legati, ſeu fideicommiſſi diſpoſitionem.*

9 *Poſſeſſio per verba enuntiatiua, etſi confeſſa non probant.*

10 *Enunciatiua verba Summi Pontificis, ſeu Principis, quando probent: Vel non, n.*11. *&* 12.

13 *Enuntiatiua verba probant multis in caſibus iactis, vſque ad n.*35. *vbi quibus requiſitis?*

36 *Enuntiatiua, quæ regulariter propter aliud non probant, tamen interpretantur diſpoſitionem, & faciunt præſumptionem.*

37 *Enunciatiua verba probant inter eaſdem partes contrahentes, & paſciſcentes etiam, ſi inſtrumentum actus, tunc non potuiſſet perfici.*

38 *Enunciatio matrimonij in inſtrumento dotali, confert ad dotis validitatem. Et illud ſic enunciatum ſemiplenè probatur, n.*39. *&* 40.

41 *Enuntiatiua in factis antiquis regulariter probant.*

42 *Enuntiatiua probare procedit improbatis contractibus, priuilegijs, reſcriptis: niſi reperiantur ſcripta in diuerſis inſtrumentis.*

43 *Enuntiatiua verba generalia non probant, niſi forſan fauore cauſæ piæ.*

44 *Narratiua verba Papæ*, remiſſiuè.

PEr verba textus noſtri in verſic. *mulier*, vidi 1
quendam diſputare, an prædicta verba probent? Et vt cum diſtinctione procedam, dico, quod is dicitur loqui per verba enunciatiua, & aſſertiua, quando loquitur hoc modo, *quia conſtat talem nobis eſſe infamatum*, *&c.* Et per verba narratiua dicitur loqui, quando dicitur *multorum clamor ad nos pertinet quod talis:* ſic expendit Petrus Dueñas *regula* 229. *limit.*18. Maſcardus *de probat. concluſ.*622. *num.*2. Et quia præter alios ibi per totam concluſionem agit de difficultatibus propoſitis, quibus addo Gratianum *regul.*483. Riccium *collect.*189. Ioannem Guttierrez *conſil.*25. vbi plenè videbis; ideò nam breuiter accipies ſequentia.

Sit ergo concluſio quod verba enuntiatiua re-
gulariter

gulariter propter aliud probata, non diſponunt, nec probant, textus *in l. non nudis, l. non Epiſtolis, C. de probationib. l. ex verbis, vbi recentiores, Cod. de teſtam. militis,* & *in l. ex his, Cod. eodem,* vbi Riccius *d. collect.* 189. *cap. ſi Papa de priuileg lib.* 6 Gloſſa *in l. vnica*, quando non petent partes: latiſſimè proſequitur Bartol. *in l. in hac ſcriptura, à n. 2. ff. de donation.* vbi eſt locus communis, Gloſſa, & Doctores *in l. 1. Cod. de falſa cauſ. adiect. leg* & *in cap. fin. de ſucceſſ. abinteſtato*, & *in cap. poſt ceſſionem de probation.* plures alios referunt tam relati DD. & ita tenens Bald. *conſ.* 14. *col.* 1. *lib.* 1. & *conſ.* 170. regulam reſtringit, quando verba enuntiatiua emittuntur propter modum cauſæ, Carol. *in regula cum quid de reg. Iuris, lib. 6. p. 2. limit. 4. num.* 4. vbi limitat etiam, quando id, quod denunciatur, pendet à nudo & mero animo præferentis plura de probatione per verba enuntiatiua; ſcripſit Genua *ſub ſuo tractatu, de ſcriptura priuata:* aliquid Gaito *de credito tit. 3. p. 1. cap. 2. à n.* 41. & 222.

3 Et prædicta regula procedit, etiamſi verba enunciatiua eſſent in inſtrumento appoſita iuxta textum, *in l. optimam, Cod. de contrah. ſtipulatione*, quem ſingularem dicit Baldus *in cap. ſeries de teſtibus*, Felinus *in cap. per tuas de probationibus, num.* 30. etiamſi in inſtrumento aliquid aſſeratur enuntiatiuè; ſeu incidenter: aliis ad-
4 ductis Gratianus *d. regula* 483. *num* 1. † Vbi ex multis aliis, *à num.* 3. ait regulam procedere etiamſi verba enunciatiua ſint prolata à teſte, aut ab arbitro, de quo latè Paulus de Caſtro *conſ.* 139. *n.* 3. *lib.* 1.

5 Et in tantum regula procedit, vt verba enuntiatiua non probent, etiam ſi ſint prolata à lege, vel ſtatuto, Salicetus *in l. qui ſe Patris, Cod. vnde liberi*, Iaſon *in l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis, num* 26. *in* 1 *lect.* & *in* 2. *lect. num.* 33. & *in Rubr. inſtit. de act. num.* 5. & ibi *in* §. *in perſonam,*
6 *num.* 49. † Et addit Gratianus *dicta regula* 483. *num* 9. procedere, etiam ſi verba enuntiatiua ſint in contractu prolata, & etiamſi verba enuntiatiua eſſent in ſententia prolata, niſi de mandato Iudicis eſſet tranſumptum mandatum, & poſitum in ſententia, vel in actis, parte præſente, de quo latè Ferrara *in ſua practica in forma ſententiæ definitiuæ*, § *viſa quod litis conteſt. num.* 2. vbi latè, quid in ſententia, quid in teſtamento, quid in priuilegio, ſeu reſcripto.
7 † Nec enim hæc verba probare filiationem docet Gloſſa *in cap. per tuas de probationibus*, vbi Felinus *numero* 10. qui ſublimitat, niſi talia verba dicerentur filio præſente, tradit Gratianus *ſuprà num.* 7. vel niſi ſit in antiquis, Faber *in deciſ.* 28. *de probationib.* Riccius *dicta collect.* 189. verſic. *tertio*, vel niſi talia verba proferantur, filio præſente; quia tunc per ea, filiatio probatur, tradit Felinus *in dicto cap per tuas de probationib. n.* 10. Imola *in l. ex hac, ff. de probationibus*, Gratianus *ſuprà, num.* 17.

8 Item pro regula facit: quia nec verba enuntiatiua futuri temporis probant, nec inducunt legati, ſeu fideicommiſſi diſpoſitionem, vt probat textus, qui communiter allegatur, *in leg. Iulianus, §. ex his, ff. de legat.* 3. Romanus *ſingul.* 153. Iaſon *in l. ſi ita legatum, num.* 9. *ff. de legat.* 1. communémque eſſe tradit Didacus ab Aluarez *de coniecturata mente defuncti, libro* 3. *cap.* 2. *numero* 48. Gratianus *vbi ſuprà, numero* 5.
9 *de regula* 443. † Qui ait *ibi num.* 40. intantum procedere, quod ſi in poſitione ſint verba enuntiatiua, & poſitio confiteatur illud, quod enunciatiuè in poſitione continetur, non cenſeatur confeſſum benè Matth *in ſingul.* 33. videndus Romanus *in ſingul* 534. vbi limitat regulam fauore dotis, idem Hipolytus *in ſingul.* 444. Boërius *in deciſione* 333. *numero* 8. Oroſcius *in l.* 3. *ff. de officio Præfecti Vrbium, numero* 11. *colum.* 368.

Idem etiam concluditur in verbis enuntiatiuis Summi Pontificis, aut Principis ſuper 10
facto alieno, etiamſi ſuper eo innitatur intentio Principis reſcribentis, vt teſtatur Imola *in Clementina* 1. *de probat.* Aretinus *in cap. cum à nobis de teſtibus*, pluribus adductis ita tenet Maſcardus *dicta concluſione* 622. *à num.* 3. † Vbi 11
declarat hanc ampliationem ſibi non vindicare, quando Pontifex, aut Princeps reſcribit, aut aliquid concedit motu proprio, & huic aſſertioni innitatur eius intentio; quia tunc hoc in caſu huiuſmodi verba probant, cum ita videatur enuntiare, & aſſerere, tanquam inſtructus de facti veritate: argum textus, *in Clement. ſi Summus Pontifex de ſententia, excommunic.* quod intelligitur verum eſſe in facto alieno geſto coram ipſo Principe; quia aliàs indiſtinctè ei non creditur, vt ait Aretinus *conſil.* 23. *colum.* 3. verſic. *eſt enim ſciendum,* Craueta *de antiquitate tempor num.* 10. *in princip. parte* 1. Alia ex multis circa hoc tradit Maſcardus *ſuprà.* * Vbi *num.* 9. ait ampliationem 12
prædictam non eſſe veram, quando Princeps aſſeteret factum ſui genitoris; quia præſumitur quod inſtructus ita aſſeruit, vel ſi agatur de leui præiudicio; quia tunc creditur aſſertioni Principis ſuper facto alieno, etiam in non antiquis, vel quando Summus Pontifex, aut Princeps aliquid aſſerat in facto ſuo proprio, quod pendeat à poteſtate eius, & ei innitatur eius intentio; quia tunc creditur eius atteſtationi, vt videtur ſancitum, *in dicta Clement.* 1. *de probationibus*, refert latè Craueta *vbi ſuprà dicto num.* 10. alios caſus pro intelligentia huius declarationis, refert *ſuprà*, Maſcardus *dict. concluſione* 443. *art.* 7. *ad* 13. ſecundùm quos debet intelligi Oroſcius *in dict. l. 1. ff. de officio Præfect. vrbium*, & *in l. ſæpè, ff. de officio Præſid. n.* 3. *col.* 461. Tiraquell. *de præſcript.* §. 1 *gloſſa* 4. *limitat.* 28. Delphin. *in deciſ.* 779. *p.* 1. qui abſolutè dixit enuntiatiua verba prolata à Principe probare: Gratianus *ſup. n.* 11. & 15.

Sed licet hæc, & alia ita ſe habeant: tamen 13
ſunt multi caſus, in quibus verba enuntiatiua probant. Primò quando agitur de modico præiudicio, vt iam dixi, quia tunc verba enuntiatiua inſtrumenti probant iuxta textum iuncta Gloſſa *in cap. cum olim de cenſ.* ita per illum tenet Panormit. *in cap. ſeries de teſtam.* Maſcardus *ſuprà, num* 48. Gratianus *ſuprà dicta reg.* 441. *n.* 16.
* Vbi etiam *num.* 18 limitat, niſi lex ſe fundet 14
in verbis enuntiatiuis, vt tradit Iaſon alios referens, *in l. 2. lectura, l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis, n.* 33. * Tertiò fauore dotis, Verallus 15
in deciſ. 288. & id etiam inter diuerſas perſonas, idem Verallus *in deciſ.* 338. *parte* 3. ſequitur Riccius *dicta collect.* 189. verſic. *quarto*, de quo plures refert ſic affirmantes Maſcardus *d. concl.* 622. *num* 35. licet Angelus *conſ.* 181. dicat dotem per hæc verba non probari.

Quartò prædicta verba enuntiatiua probant 16

quoad liberandum , vt *in l. tale pactum* , *ff. de*
pactis , vbi notat Iaſon *num.*1. & Ioannes Oto-
ſcius *num.*10. *col.*899. Gratian. *dicta regul.*189.
*num.*19. & ſic Maſcardus *dicta concl.*622. Vbi li-
17 mitat regulam fauore libertatis † Quintò pro-
bant ea verba ad inducendum iuſſum ; quia per
quæcumque verba enuntiatiua iuſſus inducitur,
vt *in leg. ſiquis mihi bona* , §. *ſed quid ſi manda-*
dauit , *ff. de acquirenda hæred.* ex quo Iaſon *ibi*
*num.*12. cum aliis aliqua ſingularia adducit
18 Gratianus *dicta regul.* 488. *n.*20. † Sextò ea ver-
ba probant nobilitatem , vt docet Faber *de*
*probation. deciſion.*27. ſequitur Riccius *dicta col-*
19 *lect.*189. verſic. *ſexto.* † Septimò ſi prolata ſint
fauore matrimonij , vt tenet Baldus *in dicto*
*cap. ſeries num.*4. *de Teſtibus.* Cum aliis Maſcar-
20 dus *dicta concluſ.*622. *num.*46. † Octauò verba
enunciatiua probant ſi conferant ad ſubſtan-
tiam , ad validitatem , ad effectum eius , quod
in primis agitur in inſtrumento, vel ſi in inſtru-
mento dicatur me promiſiſſe centum titio ſer-
uo Sempronij : nam illud enuntiatum probat
interdictas perſonas Titium eſſe ſeruum Sem-
pronij , quoad hoc , vt ſtipulatio valeat , ex-
pendit cum multis Maſcardus videndus *dicta*
*concluſ.*622. *à num.*19. cum Buttio hic , qui di-
xit ita limitari in textu noſtro , & *in l. optimam,*
Cod. de commit. ſtipulat.

21 Et nonò limitatur quando enuntiatur aliquid
facti , quod poteſt aliter ſe habere , quàm vo-
22 luntate proferentis. † Decimò ſi cum verbis
huiuſmodi enunciatiuis concurrerent aliæ
præſumptiones , & coniecturæ , vt docet Af-
flictis *deciſ.*83. *num.*1. vbi de his duabus limita-
tionibus loquitur , quem ſequitur Maſcardus
23 *dict. concluſ.*622. *num.*24. & 25. † Vbi *à num.*26.
ait cum Bart. & Doctoribus, *in l. prædicta* , *ff. de*
acquirenda poſſeſſ. & aliis ab eo relatis huiuſmodi
verba enuntiatiua,& aſſertiua ſi ſint de eo, quod
potuit , tunc eſſe , vel fieri plenè , probare
24 etiam ſi ſit inter alios. † Vndecimò verba enun-
ciatiua in Iudicio emanata poſt litem cōteſtatam,
probationem inducunt , quando ſcilicet verba
ponuntur explicitè , veluti ponendo , vel capi-
tulando ; non autem in eo , quod implicitè ex-
primunt verba enunciatiua , non vt verba pri-
mario loco prolata : ſic expendit Doctores à ſe
relatos idem Maſcardus *dicta concluſione* 622.
*num.*49. & 50.

25 Duodecimò verba enuntiatiua probant con-
tra enunciantem,vt docent Bartol. *in l. ſi quis in*
aliquo , *Cod. de edendo* , & *in l. ſecundum* , *Cod. de*
verbo obligat. Afflictis *in deciſ. Neapol.*285. *n.*23.
Et etiam verba enunciatiua probant , ſi gemi-
nata ſint , vt docent Bartolus & Angelus *in leg.*
cum ſcimus , *Cod. de Agricolis, & Cenſitis* , & plu-
res , quos ſequitur Maſcardus *de probat. dict. con-*
26 *cluſ.*622. *num.*37. † Qui *à num.*42. cum aliis
multis probare , & diſponere ait verba enuncia-
tiua , ſi ſint Iurata , ſiue Teſtator diſponens iu-
ret , ſiue aſſerat ſe iuraſſe ; quia iuramentum
habet vim clauſulæ , vt actus valeat omnino,
leg. cum Pater , §. *filius matrem* , *ff. de legat.*2. di-
xit Bartol. *in leg. ex hac ſcriptura* , *ff. de donation.*
*num.*11. & latius *num.*14. Caſtrenſ. *poſt num.*2. &
de his duabus declarationibus ſcripſit Capu-
aquenſ. *deciſ.*336. verba enuntiatiua geminata,
& iurata probare , modo ſint prolata propter
ſe principaliter ; ſequitur Riccius *dict. col* 189.
verſ. *ſeptimo* , & Guttierr. *conſ.*25. *n.*4. ait quod
quando confeſſio contrahentium eſt geminata,
probant verba enuntiatiua. † Qui cum Del- 27
phin. *in deciſ.*335. ait verba enunciatiua proba-
re , ſi reperiantur in inſtrumento limites terri-
toriorum.

Decimotertiò verba enuntiatiua prolata per 28
modum cauſæ ab eo , qui habet poteſtatem diſ-
ponendi , inducunt diſpoſitionem , vt tradunt
Gloſſa, & Bartol. *in leg. ſi ſocer* , §. *Lucius* , *ff. ſo-*
luto matrim. Socinus *conſ.*227. *n.*2. verſic. *quinto,*
*vol.*2. Ioannez Guttierrez *allegat.*25. *n.*2. ſic vi-
detur innuere textus , *in l. emptor* , §. *Ancillam*,
ibi Bart. & Bald. *ff. de rei vind.* idem ſentit Bar-
tol. *in leg. cum Tabernam* , §. *idem quæſiit* , per
illum textum , *ff. de pignor.* & *in l. qui valebat,*
*num.*3. *ff. de hæredibus inſtit.* cum aliis Maſcar-
dus *dicta concluſione* 622. *num.*44. vbi dixit pro-
bare ſic incidenter prolata. † Qui *num.*45. cum 29
Iaſone , Bartol. Baldo , & aliis refert quod ver-
ba enuntiatiua incidenter prolata per modum
conditionis probant , & diſponunt : de quo vi-
debis Alexand. *conſ.*119. *num.*1. & 3. † Item 30
verba enuntiatiua fauore piæ cauſæ probant, vt
tradit Bartol. *in l.*1. *col. penult. num.*77. *Cod. de*
Sacroſanct. Eccleſ. cum aliis, probat Maſcardus
*dict. concluſ.*622. *à num.*41. vbi ait hoc dictum
deduci ex textu , *in cap. fin. de ſucceſſ. abinteſtat.*
Abbas *in cap. cum dilectus* , *num.*14. *eodem titulo.* 31
† Item etiam verba enuntiatiua prolata probare,
ſi prolata fuerint per militem , vt tradit Iaſon
in l. ex his verbis , *num.*1. verſic. *aliquando* , *Cod.*
de teſtam. milit. & *ibi* Bartol.1. † Quod procede- 32
re docent relati à Maſcardo *dict. concl.*622. *n.*38.
& 49. etiam in Pagano , quando ea verba prin-
cipaliter proferuntur propter ſe , hoc eſt ad il-
lum finem , vt enuncient illud , quod proferunt,
vt tenuit *ſuprà* Iaſon.ex textu , *in l. ex hac ſcriptu-*
ra , *ff. de donat.* Bartol. *in l. ex his verbis* , *Cod. de*
teſtamento militis , *num.*1. Socinus *conſil.*227. *n.*25.
vbi declarat quæ dicantur verba emiſſa propter
aliud , & emiſſa propter ſe , *vol.*2. & clarius at-
teſtatur *in conſ. ſeq.*

Vigeſimo quia verba prolata enuntiatiuè in 33
contractibus probant ſimpliciter , vt docet Bal-
dus *in dicta leg. optimam colum.*2. *Cod. de contrah.*
ſtipulatione , dummodo contrahentes ſint huiuſ-
modi , vt ſibi præiudicare queant , vel ſint ta-
les contrahentes , in quibus lex fraudem non
præſumat inter ſe : ſic Bartol. *in leg. ſi fortè* , *n.*4.
ff. de Caſtrenſi peculio , & *in Authent. hoc Ius por-*
rectum , *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* refert Maſ-
cardus *dicta concluſ.*622. *num.*51. cui addo Gut-
tierrez *allegat.*25. *num.*3. & textum, *in l.*32. *tit.*11.
*p.*5. vbi Gregor. Lopez , qui dicunt probare in-
ter eaſdem perſonas.

Quia autem contingat in vltimis voluntati- 34
bus , quid in confeſſionibus , in Epiſtolis , quid
in priuilegiis, reſcriptis , aut litteris ſummorum
Pontificum , diſtinctè , & latè expendit Vitalis
de Gamba. *in ſuo tractatu* , *clauſ. à fol.*131. *vſque*
ad 167. quem Maſcardus *dicta concluſ.*622. *n. fin.*
commendat videndum. † Et D. Ioannes del 35
Caſtillo cum multis , *lib.*4. *controuerſ. cap.*46. &
in ſumma quomodo verba enuntiatiua probent,
ſiue in contractibus , ſiue in vltimis voluntati-
bus,decidit Anton.Faber *in deciſ.*23. *de probat.* Et
Petr. de Peralta *in l. Titia cum teſtamento*, *ff. de leg.*2.
ad hoc, vt verba enunciatiua probent , quatuor
requiſita ponit, quę videbis, & *in d. l. Titia*, §. *gra-*
nus Seius , *num.*3. vbi quid in verbis enuntiatiuis
emiſſis

emiſſis propter ſe: videbis alios, quos refert, Gratian. *d. reg*. 483. *n*. 14.

36 Vnum tamen notabis, quod & ſi regulariter verba enunciatiua propter aliud non diſponant ex dictis; *ſuprà in principio*: Tamen interpretantur diſpoſitionem, vt notant Bartol. & DD. *in l. cum proponebatur, ff. de legatis* 2. ſequitur Gratianus *dict. reg*, 483. *num. fin.* & ob id exiſtimo relatos à Maſcard. *de probationib. dicta concluſ*. 622. *num*. 34. dixiſſe verba enunciatiua prolata propter aliud facere præſumptionem, & ſemiplenam probationem: argum. Textus *in l. ſi quis in aliquo, C. de edendo*; adeo vt transferatur onus probandi in aduerſarium, iuxta Bartol. *in dicta l. ex hac ſcriptura, col. vlt. ff. de donationib.* Socinum *conſ*. 65. *lib*. 1. *n*. 7. *conſ*. 184. *num*. 97. Iaſon *in dicta l. ex his verbis, Cod. de militari teſtam. poſt, num*. 2 *in* 3. *limit.* per quem Textum aduertit limitari relatam regulam Riccius *d. col*. 189. *in princ*.

37 Ad ſecundam partem quæſtionis dico, quod verba enunciatiua probant inter eaſdem partes contrahentes, aut paſciſcentes: ita colligitur ex *dicta Authentic. ſi quis in aliquo, Cod. de edendo*, vbi Bartol. *col. vlt*. verbo *venio, num*. 11, vbi Bald. *col*. 2. multis adductis probat Maſcard. *dict. concluſ*. 622. *à num*. 28. qui *num*. 29. cum Socino *conſ*. 23. *num*. 5. id porrigit etiam procedere, quando actus, ſuper quo huiuſmodi verba prolata ſunt tempore confecti inſtrumenti, non potuiſſet perfici legitimè quia; nihilominus probant inter partes eaſdem; quod tamen intelligit, Maſcard. *n*. 31. cum eodem Socino *conſ*. 47. *poſt num*. 8. & cum Bartolo *in l*. 1. *num*. 2. *Cod. de fide Inſtrumentorum.* & cum aliis quando huiuſmodi verba emittuntur à partibus præſentibus ſuper actu, in quo partes poſſunt ſibi præiudicare; quia tunc non admittetur probatio in contrarium; aliàs enim hoc dictum principale non procedet, quoties admiſſa probatione in contrarium aliud appareret.: Alia notabis cum eodem Maſcardo *ibi num*. 32. *&* 33. quo pacto expendo Caputaq. *deciſ*. 135. dicentem *ex dicta l. ex his, Cod. de militari teſtamento*, verba enunciatiua benè probare inter eaſdem partes.

38 Vnde infero ad intellectum noſtri Textus, quod enunciatio matrimonij in Inſtrumento dotali confert ad validitatem dotis: nam non eſt dos ſine matrimonio, *l. vlt C. de donat. ante nuptias*; & hoc ſi de dote principaliter agatur, quando deſerat principaliter in Inſtrumento, ſed ſi contingeret principaliter agi iudicio de illo enunciato matrimonio, vt in noſtro Textu apparet, tunc illud inſtrumentũ quoad matrimonium non plenè probare, ait Alex. *in conſ*. 21. *volum*. 1. *& conſ*. 136. *& conſ*. 202. *num*. 3. *volum*. 2. Antonius de Butrio *hic*, & cum aliis multis Maſcardus *dicta*
39 *concluſ*. 621. *num*. 20. † Qui *num*. 21. declarat; quod licet quando agitur principaliter de illo enunciato matrimonio huiuſmodi verba
40 non probent plenè. † Tamen ſemiplenè, & præſumptiuè probare ait: Quare Romanus *in ſingulari* 451. *num*. 2. dixit tale matrimonium enunciatum in illo Inſtrumento dotis ſemiplenè probari, quod placuit Felino *hic num*. 5. *& in cap. per tuas de probationib. num*. 10. Decio *ibi num*. 34. Matth. de Matheſil. *in ſingul*. 79. vbi videbis quando verba enunciatiua in Inſtrumento appoſita probant, vel non.

41 Pro complemento noto regulam Textus noſtri procedere in factis recentibus, ſecus in antiquis, in quibus verba enunciatiua regulariter probant, & tenent, Gloſſa & DD. *in dicto cap. cum olim. de cenſ. & in dict. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato*, probat cum multis Maſcardus *de probationib. dicta concluſ*. 622. *à num*. 15. quibus addo alios, quos refert, *dicta reg*. 483. *num*. 11. & Riccium *dicta col*. 189. † Qui omnes, & alij hoc declarant 42
procedere in verbis enunciatiuis priuatorum contractuum, & etiam in priuilegiis, aut reſcriptis principum, in quibus verba enunciatiua, etiam facti emiſſa propter aliud probarent in in antiquis, Antonius Faber expendit, *in deciſ*. 6. *de probationib.* an hoc procedat inter eaſdem perſonas, vel inter alias; & Maſcardus *num*. 27. cum aliis limitat, & reſtringit hoc dictum, quando verba enunciatiua reperiuntur ſcripta in diuerſis Inſtrumentis, & aduerſis Notariis ſcriptis, ſecus è contra etenim verba enunciatiua poſita in duobus Inſtrumentis plenã inducunt probationẽ ſi ſit cum antiquitate temporis. de Franchis *dec*. 357. *n*. 5. *latè* Genua *de lib*. 2. *de ſcriptura enunciatiuis*, verbis & *q*. 1. *à n*. 63. Gayto *de credito p*. 2. *tit*. 2. *cap*. 2 *n*. 322.

Quia tamen dicendum eſt de verbis enunciatiuis generalibus, an probent? & reſpondeo 43
cum Carroſcio *in deciſ*. 46. quem ſequitur Riccius *dicta col*. 189. *in fine*, nequaquam probare, quia ſolet dici verba generalia non eſſe *appretiatoria* niſi forſan verſetur fauor piæ cauſæ.

Verba narratiua Papæ in litteris qualiter probent: dixi *in Rubrica de reſcriptis, q*. 1. verſic. *ad ſecundam*. 44

QVÆSTIO IV.

An mulierum vſus poſſit inducere conſuetudinem: Et annuli immiſſio in digitum mulieris, inducat matrimonium?

SVMMARIVM.

1 *Vſus mulierum non inducit conſuetudinem, nec derogant ſtatuto, ſi millies ipſæ contrahant: fallit in actibus muliebribus, n*, 2. 3.

PEr verba Textus noſtri ibi, *ſed mulier de more illarum, &c.* diſputant DD. hîc de hac 1
difficultate, de qua latè dico *ſuprà in tit. de conſuetudine?* Et an mulier poſſit conſtituere leges, *ibi in tit. de conſtitut.* Nunc verò generaliter reſpondendum eſt, quod vſus mulierum non inducit conſuetudinem, ſicut ipſæ non poſſunt condere legem; quia lex, & conſuetudo æquiparantur, Bartol. *in l*. 1. *ff. de legibus in fine*, & Romanus *ſingulari* 42. dicit quod ſi millies contraherent, non derogant ſtatuto. Et ratio Bartoli poteſt eſſe; quia conſuetudo non poteſt induci, niſi ab habentibus poteſtatem legis condendæ, vt *in l. de quibus, ff. de legibus*, † Nec huic re- 2
ſolutioni obſtat Textus noſter; quia eſt intelligendus in actibus muliebribus, Iaſon *in l*. 1. *ff. de legibus*, *num* 14. verſic. *tertio videtur*, vbi dicit quod videtur poſſe limitari in his, quæ ad earum artem ſpectant per Textum *in l*. 1. §. 1. *ff. de variis, & extraordinariis cognit.* de quo *ibi* per eum ampliationes docet Auiles *in cap. prætor. in proœm.* verbo *ordenançãs*, *à n*. 10. *&* 12.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem dico *infrà in cap.penult.de ſponſ.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Litteris,hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DE violenta præſumptione qualiter probet,dixi latè ſupra *in cap.afferte 2.hoc tit.* Et videbis quæ de carnali copula probanda docent Doctores,*in cap. preterea 27. ſuprà de Teſtibus*,de quo aliqua dixi, *in cap. licet ex quadam 47. eodem,quaſt.*3.ſub,verſic *ad quartam*,ibi in verſic. *circa quartum dubium:*Et applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap.4.de probationibus*,vbi quibus teſtibus virginitas probetur ; & qualiter deponere debeant ?

QVÆSTIO I.

An præſumptio carnalis copulæ violenta ſufficiens ſit , vt alter coniux diuertere poſſit ? Et quando dicatur talis præſumptio violenta : An ſufficiat ad eam inducendam , vt ſolus cum ſola , nudus cum nuda ſecretò , & abdito ſint reperti : Et an oſcula , & amplexus talem præſumptionem inducant : Vbi quid de aliis : Et an hæc ſuſpicio probanda ſit teſtibus omni exceptione maioribus , & non ſingularibus : Vbi de aliis : Et an vxore à viro dimiſſa,causâ fornicationis,poſſit vir aliam, viuente priore,vxorem accipere ?

SVMMARIVM.

1 *Certitudo methaphyſica ad carnalem copulam probandam, non requiritur : ſufficit moralis, n.2.& 3.*

2 *Certitudo methaphyſica carnalis copulæ non inducitur ex eo, quod nudus cum nuda , ſeu ſupra nudam reperiatur : Et quare : Quæ coniectura ſufficiant , ponitur arbitrio iudicis ſecundùm iuris regulas,n.3.*

4 *Suſpicio violenta deſideratur carnalis copulæ, vt vir ſeparetur à coniuge. Nec ſufficit probabilis.*

5 *Præſumptiones ad ſeparandum matrimonium, debent eſſe probabiles , legitimæ , vrgentes, violentæ , à iure receptæ , & à natura , n.6.& 7.*

7 Cap.dixit Dominus 32.q.1.

8 *Præſumptio nudi cum nuda, nunquid ad ſeparationem ſufficiat , vel ſint aliæ præſumptiones infimul neceſſariæ , numero 9. 10. 11.*

12 *Adulterium probatur , ſed non per neceſſe ; eo quod nudus cum nuda , & ſolus cum ſola reperiantur* , in lecto , num. 13. & 14. & à num. 15. *vbi præ requiruntur alia adminicula ſecundùm alios,n.16.17.*

13 *Iacens in lecto cum muliere,non præſumitur cauſa faciendi pœnitentiam,vel delendi peccata: Quid ſi veſtiti iaceant, n.20.*

Fornicatio qualiter per teſtes probetur ?

18 *Copula carnalis quibus coniecturis,probetur,longè per Doctores aſſignatos hîc, quibus excludatur , n.19.*

21 *Adulterij præſumptio violenta non inducitur ex oſculis,& amplexibus, n.22.*

L.quod ait lex,ff.ad leg.Iuliam de adulteriis, & n.23.

Cap nec aliqua 27.q.1.& n.24.

23 *Argumenta diſſoluuntur , numero 24. 25. 26. 27. 28.*

29 *Suſpicio, coniectura, vel præſumptio carnalis copulæ,& adulterij planè ſunt probanda , vt ſeparatio ſubſequatur.*

30 *Copula carnalis directè nequit probari per teſtes de viſu,nec de credulitate,niſi reddant efficacem rationem credulitatis,n.31.*

32 *Matrimonium quoad vinculum ex adulterio, nullo modo ſeparatur,niſi quoad torum, n.33. 34.& 35.*

35 *Argumenta diſſoluuntur.*

OMnes hæ quæſtiones ex littera Textus noſtri deduci valent ; & ſic quoad primam partem præmitto dicendum , quod non deſideratur certitudo methaphyſica , ſed ſatis eſt moralis,qualis habetur per ea indicia , quæ in foro externo probata conuincerent cóiugem de adulterio,vt conſtat ex D.Hieron.*in c.10. Matth.*& refertur *in c.dixit Dominus 32.q.1.*ibi : *vbicumque eſt fornicatio vel fornicationis ſuſpicio, liberè dimittitur vxor.* Et eſt ratio quia cum adulterium ſit ex illis criminibus,quæ in abdito loco,& omnino occulto admittuntur,*l.conſenſu, ff. de repudiis*, eſt difficillimum probatu,nec verè probari poteſt,ſed ex probationibus petitis,ex præſumptionibus concluditur. † Quod ad eo verum eſt , vt ſi quiſpiam nudus ſupra nudam fœminam in ipſo reperiatur, non vera, & methaphyſica certitudine conſtet adulterium conſummatum , quale ad diuortium exigitur , vt multis citatis aduertant, Maſcardus *de probationib.concluſ.*59 *à num.*4.Menochius *de præſumptionib. lib.5. præſumptionib.*41. *num.*12 quoniam fieri poteſt vt fœmina ſit arcta, vel vir impotens, vel minimè ſeminaret intra vas vnde fit , vt non tam exactæ probationes petendæ ſint , ac in aliis criminibus , quæ oculis patent, palam que perpetrantur , vt alios referentes docent , Maſcardus *de probationib. concluſ.*57. *num.*8. Menochius *dicta præſumptionib.*41. *num.*1.*& conſ.*31. *à num.*18. *volum.*1. cum multis aliis refert ; & ſequitur Sanchez *de matrimonio, lib.*10.*diſp* 12.*num.*40.hoc dictum probans etiam ex noſtro Textu,vbi dicitur poſſe ſententiam diuortij proferri ob violentam adulterij ſuſpicionem , & multis adductis probat videndus Farinac.*de delictis carnis,quaſt.*136.*tit.*16.*p.*5. *praxis crimin.à num.*2. † Vbi *num* 6.*&* 7. concludit arbitrio iudicis prudentis,& diſcreti poni qualiter credatur prædictis præſumptionibus,aut coniecturis ex regula Textus *in cap.præterea* 27.*de Teſtibus in fine*, de quo arbitrio latè *ibi* ad alia dixi : Et *in dicto cap.*aduertit Cardinalis Zabarela *col.*1. *in fine*, quod licet ſit in arbitrio iudicis quæ adminicula ſufficiant;non tamē debet iudex in hoc arbitrio recedere à diſpoſitione iuris:ita ſequuntur alij Doctores,quos refert Farin.*d.n.*7.

1 (margin, beside "OMnes") 2 (margin, beside "piam nudus") 3 (margin, beside "crimin.à num.2.")

Vnde

4 Vnde iam ad difficultatem reſpondeo, vt non ſufficiat quæcumque ſuſpicio probabilis, ſed deſideratur ſuſpicio violenta, quia hæc ſufficit ad condemnandum in noſtro Textu, *& in cap. afferte 2. hoc tit.* vbi latè dixi de præſumptione violenta, & eius poteſtate, quod procedit maxime in adulterio; eo quod vere probari nequit, vt iam dixi; non enim ex omni præſumptione dicitur probata fornicatio, & copula carnalis, ſed tantùm ex ea, quæ ſit violenta, & certa provt contingit in Texto noſtro ibi *violenta, & certa ſuſpicione fornicationis*, & Gloſſa in figuratione caſus in fine, verſic. *nota quod violenta*, Hoſtienſ. *num.*4. Andreas *num.* 1. Butrius *num.* 1. *&* 5. Imola *num.* 1. *&* 4. multis aliis probat Farinac. *vbi ſupra dict. quæſt.*136 *num.*13.

5 † Vbi dicit quoad præſumptiones probantes adulterium non eſſe admittendas qualeſcumque, ſed illæ tantùm, quæ ſint probabiles, legitimæ, vrgentes, violentæ & quod plus eſt à iure receptæ, ſed quod ſufficiant etiam hominis præſumptiones, refert *ibi* ex Petro Barboſa *in l.* 2 *ff. ſoluto matrimonio, p.* 1. *num.* 78. verſic. *pro quo*, & *num.*79. verſic. *dummodo*, & ex aliis, quæ ipſe adduxit, *in pract quæſt.*86. *à num.*11. *&* 94. *& in dicta quæſt.*136 *num.*2.

6 † Et ſic Menochius *de præſumptionibus, lib.* 1 *quæſt.*58. *num.*3. *& lib.*3. *dict. præſumptionib.*41. *num.* 1. *&* 4. dixit in propoſito huiuſmodi coniecturas, & præſumptiones aliquas colligi ab ipſa natura, & aliquas eſſe à lege approbatas, & aliquas ab homine ipſo, videlicet à iudice, qui *à n.*5. ponit exemplum de ſingulis his coniecturis, & generaliter ego poſui, *ſup. in d. c.* 2. *hoc tit. q.* 1.

7 Vnde dum Textus *in dicto cap. dixit Dominus* 32. *quæſt.*1. dicit *ob fornicationis ſuſpicionem liberè poſſe vxorem dimitti*, intelligitur de ſuſpicione violenta, vt tradit Gloſſa *ibi* verbo *ſuſpicio, & in cap. maritis*, verbo *ex ſuſpicione de adulteriis*; ita intelligens illum Textum dicentem poſſe maritum accuſare vxorem ob adulterij ſuſpicionem: ſic Innocent. *ibi num. vnico*. Hoſtienſ. *vnico*, Abbas, *num.* 1. & plures referens ex Canoniſtis, & Theologis tradit Sanchez *de matrim. dicta diſp.* 12. *num.* 41. *lib.* 10. qui *num.* 42. ſatis impugnat alios dicentes, non ita ſimpliciter ſufficere ſuſpicionem violentam, ſed dicunt eam ſufficientem, vt coniux innocens curet inueſtigare alterius adulterium, & eo cognito, diuortium celebrare; eo quod non dixit Chriſtus Matth. 5. *&* 19. ob ſuſpicionem fornicationis, ſed ob fornicationem poſſe diuortium celebrari: ſic intelligentes Textum *in d. c. dixit Dominus*; Sed, vt iam dixi, *ſup. n.* 1. ſatis eſt vt certitudine morali probetur ex noſtro Textu.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, quando dicatur præſumptio violenta, ſufficiens ad diuortij ſententiam? Videtur dicendum ex verbis Textus noſtri ibi: *ſolum cum ſola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentem viderunt multis locis ſecretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis, reſpondemus quod ex huiuſmodi violenta, & certa ſuſpicione fornicationis poteſt ſententia diuortij promulgari*: ſic docent omnes, vt ſequitur Sanchez *dict. lib.* 10. *de matrim diſp.* 12. *num.*43. qui *num.*44. ait cum Caſtro *de lege pœnali, cap.*4. § *vt igitur*; non tamen id ita ſtrictè accipiendum, vt ſola ea præſumptio explicata in hoc noſtro Textu ſit violenta, ſed ſufficit quæcumque alia ſimilis, quæ vehementer ſuadeat coniugis adulterium.

Hæc tamen Doctrina difficilis videtur; quia etſi præſumptiones ſufficiant ad probationem adulterij, & copulæ Carnalis, debent tamen eſſe plures; quia vt dicunt in propoſito Doctores ſi non proſunt ſingula multa collecta iuuant iuxta ea, quæ dixi, *ſupra in cap. illud, hoc tit.* & in terminis docet Farinacius *dict. p.* 5. *in praxi crimin. quæſt.*136. *à num.*8. cum Ancharrano *hic num.*2. verſic. *& alibi*; Et Ioannes Andreas ponit exemplum quando concurrit dictum vnius teſtis cum fama, & aliis adminiculis, probat Textus *in cap. tertio loco, ſeq. in hoc tit.* vbi concluditur concubinatum, & fornicationem probari ex conuagatione viri & mulieris per nemora, ex fama, & ex confeſſione eiuſdem viri, & mulieris, quare ad hanc probationem faciendam plures præſumptiones in eo Textu explicantur, vt aduertit Gloſſa *ibi* in figuratione caſus in verſic. *nota quod* Hoſtienſ. *num.*4 verbo *manifeſtum*. Abbas *num* 4. vbi benè numerat omnes præſumptiones quæ concurrebant in caſu illius Textus *in d. c. præterea* 27. *de Teſt.* vbi habetur copulam carnalē probari ex Teſtibus deponentibus proprio auditu ex fama, & aliis legitimis adminiculis; & ſic non vnica, ſed plures ibi concurrunt præſumptiones ad hanc probationem adnotat ibi Gloſſa in figuratione caſus in fine, & in verbo *de auditu*, Imola *num.* 5. verſic. *nota*, Decius *conſ.* 577. *num.* 12. Socinus *conſ.* 32 *à num.*33. *& num.* 24. *lib.* 2. Crotus *conſ.* 413. *num.* 24. Berthacolus *conſ.*273. *ſub, num.* 14. *lib.*2. Petrus Barboſa *in dict. l.* 2. *ff ſoluto matrimonio p.* 1. *n.*83. *in fine, & num.*64. aduertit Zabarella *in dicto cap. tertio loco, hoc tit.* verſic. *quod tene menti*, Abbas *num.*4. Felinus *num.*12. dicentes quod vnica præſumptio non ſufficit, Aymon Craueta *conſ.*205. *num.*19. *in fine*, Corneus *conſ.*192. *lib.*4 *num.*11. 9

† Vbi amplius, dicit quod quando agitur criminaliter duæ præſumptiones non ſufficiunt ſine aliis, † Adminiculis: Itaque licet Ancharranus *hic num.*5. videatur dicere vnicam tantùm præſumptionem ſufficere, quando eſt multùm proxima facto: tamen aduertes eum loqui in alia materia; videlicet filiationis iuxta terminos *dicti cap afferte* 2. *hoc tit.* ſequitur Farinac. *d. q.*136. *n.*11. *&* 12. *& q.*86. *n* 93. quod patet ex dicendis quæſtiuncula ſtatim ſeq. 10 11

Ad tertiam quæſtionis partem dixit Menochius *dict. lib* 5. *de præſumptionib. præſumptione* 41. *num.*11. 12. *&* 13. cum aliis ab eo relatis plenè adulterium probari, quando quis ſolus cum ſola in loco abdito inuentus eſt: huius dicti plures refert Doctores Barboſa *hic num.*2. & quod hæc vnica præſumptio ſufficiat, tenet Imola *in dicto cap. tertio loco infra, hoc tit.* verſic. *item nota quod ex ſolitudine*, vbi dixit quod licet ſolitudo maris, & fœminæ, non de neceſſitate probet copulam carnalem; quia poteſt eſſe oppoſitum: tamen iſto in caſu quando ſcilicet nudus cum nuda in lecto adeſt, in dubio præſumatur copula; donec contrarium probetur, Decius *conſ.*577. *num.*9. *in fine, & ſequent.* ita colligit ex noſtro Textu Hoſtienſis *num.*1. 12

† Vbi reddit rationem; quia ſic in lecto cum muliere iacens non præſumitur veniſſe cauſa faciendi pœnitentiam, vel delendi peccata; imo & Abbas *hic num.* 1. verſic. *& nota* expreſsè dicit quod ad probandam fornicationem, non eſt neceſsè teſtes deponere quod viderint virum, & mulierem ſimul commiſcentes, ſed ſatis eſt quod deponant ſuper nuditate, & 13

ſolitudine loci, Gloſſa *in dict. cap. præterea*, verbo *conſcios*, verſic. *vel quia viderunt*, de Teſtibus, vbi ſufficit ſola viſio nudi cum nuda in eodem lecto, etiam quod non viderint carnaliter commiſceri, Butrius *hic num.* 5. Felinus *num.* 2. de quo plura alia cumulat videndus Farinacius
14 *dicta quæſt.* 136. *in praxi, num.* 170. & *num.* 171. † Et Lapus allegat. 53. dixit quod talis præſumptio operatur quoad omnem effectum, ſcilicet, tam ad ſeparandum, quàm ad impediendum matrimonium, quàm etiam ad pœnam imponendam; de quo dico, *infrà*.

15 Tamen quod hæc ſola præſumptio non ſufficiat abſque aliis adminiculis, probatum manet ex dictis *dubio præced.* ſub verſic. *ad ſecundam*, quæ pars videtur in terminis probari ex hoc noſtro Textu, in quo habetur violentam præſumptionem, & certam inde oriri, quia concurrebat quod vir, & mulier fuerunt etiam viſi in multis ſecretis locis, & latebris ad coitum commodis, & horis electis, aduertit Ancharranus *in dicto cap. tertio loco hoc tit. num.* 2. *in* 3. *notab.* Paris *conſ.* 54. *lib.* 4. *n.* 61. Quare Menochius *dict. præſumptionib.* 41. *lib.* 5. *num.* 12. & 13. Lapus *allegat.* 53. & alij, quos ſequitur, Maſcardus *dicta q.* 136. *num.* 174. dixerunt quod hæc præſumptio ſola non concludit per neceſſe, ſed tantum præſumptiuè, dicens ſufficere ſecundùm mentem omnium hanc præſumptiuam probationem, de quo ipſe etiam cum aliis dixit, *dict. quæſt.* 136. *à*
16 *num.* 37. & 50. † Imo & Petrus de Barboſa *in dict. l.* 2. *ff. ſoluto matrim p.* 1. *num.* 8. taliter procedere ait, vt hæc præſumptiua probatio in hac materia ſufficiat etiam ad probationem adulterij, & etiam ſi de eo puniendo criminaliter agatur, de
17 quo dico *infra.* † Et addit, *dict. quæſt.* 136. *à n.* 54. & 58. quod adulterium, & copula carnalis non poteſt directè probari, hoc eſt concludenter, & per neceſſe per teſtes de viſu, ſed tantùm præſumptiuè; & propterea ad probandum hoc delictum ſufficere præſumptiones, & coniecturas, vt docent plures relati à Barboſa *hic ſub, num.* 8. vbi concludit quod in hoc crimine lex contenta eſt ea probatione, quæ haberi poteſt, cum certitudinaliter probari non valeat: Itaque Nauarrus *in Rubrica de iudiciis, num.* 10. quem ſequitur Sanchez *dict. lib.* 10. *de matrimonio, diſp.* 12. *num.* 45. aliis ab eo adductis, dicit non ſufficere prædictam præſumptionem, *ſolus cum ſola, &c.* niſi aliæ circunſtantiæ adjiciantur loci, temporis, vel perſonarum, aut niſi tanto tempore eo in loco ſecreti eſſent, vt poſſent adulterium committere: videbis quæ tradit Antonius Gomez *in l.* 80. *Tauri, n.* 50.

18 Vnde hîc adiunges præſumptiones, & coniecturas, quibus adulterium, & copula carnalis probetur, de quibus latè videbis Farinacium *in praxi dict. quæſt.* 136 *à num.* 108. vbi adducit triginta duos caſus, quibus hæc probantur, & alios diuerſos adducit Crotus *conſ.* 413. *num.* 19. cum aliis ſequentibus, Ferretus *conſ.* 168. *per totum*, vbi latiſſimè, & *conſ.* 189. *per totũ.* Hypolitus Riminaldus *conſ.* 774. *per totum, lib.* 3. vbi videbis, ne lon-
19 gus videar. † Præterea, & leges ipſum Farinacium *dicta quæſt.* 136. *à num.* 102. vbi agit de nonnullis præſumptionibus, & coniecturis excludentibus adulterium, & carnalem copulam; quæ omnia ſummè debent commendari ad perfectam noſtri Textus declarationem: Et nonnulla adijcio, *infra in cap. ſeq.*

Quid tamen dicendum eſt, quando vir, & mu- 20
lier ſtabant in eodem lecto non nudi, ſed veſtiti? Videbis quæ tradunt Maſcard. *de probat. concl* 59. *à num.* 6. & *concl.* 312. *à num.* 1. & 21. & *concl.* 432. *num.* 1. & 8. & *concluſ.* 810. *num.* 5. & 7. Boërius *in deciſ.* 297. *num* 9. & plures alij, quos refert Farinacius *dicta quæſt.* 136 *ſub, num.* 171. *circa finem*, vbi notat quid ſi mulier erat nuda in lecto, & vir veſtitus.

Ad quartam quæſtionis partem, an ex oſculis 21
& amplexibus inter virum, & mulierem, oriatur vehemens præſumptio adulterij, ſeu fornicationis; ita vt ex his plenè probetur adulterium? Videtur quod ſic. Primò ex Textu *in l. quod ait lex, ff. ad leg. Iuliam, de adulterijs.* vbi habetur fas eſſe Patri filiam in his caſibus occidere, ſicut inuentam in adulterio. Secundò ex Textu *in cap. nec aliqua* 27. *q.* 1. ex quo Textu habetur adulterium ita iudicari ex actu impudico, & venereo, ſicut ex concubinatu: ſic videtur tenere Gloſſa *ibi* verbo *concubitu*, quatenus dicit exemplaribus, & confabulationibus deprehẽdi aliquam eſſe corruptam; & videtur tenere Gloſſa *in dicta l. quod ait*, verbo *in ipſis*, vbi ait ex his actibus actum ſceleris induci, docent Felinus *in dicto cap. præterea de Teſtibus*, verſic. & *dicas*, *num.* 3 Ruinus *conſ.* 162. *num.* 4. *volum.* 4 Decius *in Rubrica de iudiciis, num.* 5. Bellonius *in Rubrica de edendo, num.* 81. & multos referentes, Burſatus *conſ.* 218. *n.* 3. *volum.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 57. *num.* 5. & *concluſ.* 64. *à num.* 1. *ad* 5. eiuſdem ſententiæ videntur Sotus *in* 4. *diſt.* 35. *quæſt. vnica, art.* 3. *poſt tertiam concluſionem*, verſic, *circa ſingulas*. Ledeſma *dubio* 67. *de matrimonio, & notab. poſt primam concluſionem*, dicentes ſufficere ſi adulteri in eodem lecto reperiantur, aut aliter amplexati; idem tenet Azeuedo *lib.* 8. *recopil. tit.* 20. *in Rubrica, num* 14. & fauet valdè Couarruuias *in* 4. *decret.* 2. *p. cap.* 7. §. 6. *n.* 3. vbi dixit mulierem reddi valde ſuſpectam ex oſculo; ita vt prudentis arbitrio ſuſpicio hæc pro indubitata, & violenta haberi poſſit; & ratio eſt, quia hæc ſunt præparatoria ad adulterium.

Quare Bartol. *in d. l. quod ait lex in princ.* & *n.* 1. 22
in fin. ff. ad l. Iuliam de adulteriis, dixit adulterij, & copulæ carnalis, præſumptionem eſſe illam, quæ ex præparatoriis eiuſdem adulterij oritur.

Tamen contrarium tenendum eſt ſcilicet, vt 23
non inducatur violenta præſumptio adulterij ex ſolis oſculis, & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt, vt probatur ex Textu *in l.* 1. *ff. de extraordin. crim.* relata *in c. ſolicitatores de pœnit. diſt.* 1. vbi imponitur pœna extraordinaria ſolicitatori alienæ vxoris; & Gloſſa *ibi* verbo *propter voluntatem*, explicat, licet colloquia, & baſia interuenerint; ac ſi inde concluderetur adulterium pœna ordinaria imponenda eſſet. Secundò quia hic in Textu noſtro multo fortiora exiguntur indicia, vt violentam adulterij ſuſpicionem inducant. Tertiò quia licet coniecturis probetur adulterium; at illæ debent eſſe, vel à natura, vel à lege receptæ, probatæque, vt ait Gloſſa *in l. abſentem* 5. verbo *damnari, ff. de pœnis*, ſed oſcula, & amplexus, nec à natura, nec à lege pro vrgenti coniectura admittuntur, neo etiam ab homine recipi debent, cum nulla vrgens ratio id ſuadeat; ergo & huius ſententiæ ſunt Ripa *in Rubrica de iudiciis, num.* 23. Nauarrus *ibi num.* 10 Beroius *n.* 20. Menoch. alios allegans, *de præſumptionib. lib.* 5 *præſump.* 41. *à n.* 28. Cantera *quæſt. crimin. qq. tangentibus punitionem delicti cap.* 4. *num.* 52.

num.52. cum multis docet Sanchez. *lib.10. de Matrim. diſp.* 12. *à n.47.* Barboſa alios referens *in dicta l.2. ff. ſoluto Matrim. p.1. n.73.* cum aliis tenet alter Barboſa *hic, num.3.* & ſic dixit Ancharranus *in dicto cap. propterea de Teſtibus*, quod ex præparatoriis non inducitur plena probatio adulterij, & copulæ carnalis, ſed tantùm faciunt adminiculum, docent Decius *conſ.* 577. *num.* 3. verſic. *& hoc confirmatur*, Maſcardus *dict. concluſ.64. ſub n.1. & lib.2. concl.* 810. *n.6.* cum aliis Farinacius *in praxi, dict. q.136. n.110.*

24 Nec obſtat Textus *in dicta l. quod ait lex ſuprà adducta*, quia ſolùm probat licere Patri iuxtà illum textum impunè occidere filiam repertam in his actibus impudicis, ſicut inuentam in adulterio; non tamen probat inde conuinci adul-
25 terium. † Nec obſtat Textus *in dicto cap. nec aliqua 27. q.1.* ibi adductus pro contraria ſententia; quia tantùm ex eo probatur illa eſſe indicia deprauatæ voluntatis adulterandi, ita expendunt relati: Quo pacto ſunt expendendi Doctores, quos plena manu adducit Farinac. *de delictis carnis diſt. q.136. à n.129.* Vbi vtramque ſententiam refert.

26 Et *n.133.* quod adulterij, & copulæ carnalis violenta præſumptio ex oſculo impudico producatur: Tamen id intelligi vt faciat præſumptionem non commiſſi, ſed committendi adul-
27 terij. † Et *num.134. & 135.* ait eſſe veritatem vt ex tali oſculo arguatur carnalis copula; & in præteritum, & in futurum, non ad condemnandum, ſiue de præterito, ſiue de futuro adulterio ſed ad faciendum indicium ad torturam, vt re-
28 ſoluit ex aliis ibi, *num.135.* † Qui etiam alia plura cum multis tradit, *à num.136.* reſoluens quod ſoli amplexus non ſufficiunt ad inducendam prædictam violentam præſumptionem
29 abſque aliis adminiculis. † Et tunc credo, vt idem operetur poſitio brachij ad collum ac amplexus ex his, quos refert Maſcardus *lib.1. de probationibus, concluſ.452. num.15.* Riminaldus *conſ.274. num.45. in fine.* Barboſa *conſ. crimin.* 96. *num.1. lib.1. & ibidem num.8.* & Zangerus *in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. num* 74. ex ſolo amplexu ait abſque aliis adminiculis, & circunſtantiis non oriri indicium ad torturam, nec Iudicem mouendum eſſe ad credendum actum Venereum veriſimiliter ſubſequutum eſſe.

Et pro complemento ad alia quæ poſſunt hic adiici, dico *infrà in dicto cap. tertio loco, hoc tit.*

30 Ad quintam quæſtionis partem, quibus Teſtibus probetur prædicta, & quælibet alia ſuſpicio? Vt explicem præmitto quod quamuis adulterium plenè probari nequeat, tamen coniecturæ, & præſumptio violenta, quibus probandum eſt, ſunt plenè probanda per Teſtes: non ſingulares, & omni exceptione maiores, vt multis citatis probat Burſatus *conſ.* 435. *num.39. volum* 4. cum aliis notat Sanchez. *de Matrimonio, dicto lib.* 10 *diſp.* 12. *n.51.* alia notat Barboſa *hic ſub num.8.* ſed quia plura ex pluribus adducit Farinacius *in praxi dicta q.136. à num. 26.* & multa etiam dixerim *ſuprà in cap. tam litteris 33. de Teſtibus ſingularibus*, ideò reſumptiuè dico quod etſi plures adducti *ſuprà* à Farinacio *n.* 29. teneant quod teſtes ſingulares probent copulam carnalem, & adulteriũ, referens aliorum contrariam negatiuam ſententiam *ibi n.30.* tamen ipſe *in tractatu de Teſtibus, q.64. à num.* 223. plenè de hoc dubio cum multis agens, *à num.223.* reſoluit Teſtes ſingulares probare adulterium, & ſtuprum in genere, non tamen probare in ſpecie certum adulterium, aut ſtuprum, ſi loco, aut tempore ſint diſcordes, prout contingit in Teſtibus Suſanæ, quod limitat *num.229. & 228.* ſi Teſtes deponentes de diuerſis actibus adulterium inſerentibus de diuerſis loco, & tempore factis remaneant ſuper quolibet actu duo Teſtes ſecus ſi vnus Teſtis de vno actu, & alter de alio deponant, tradit Maſcardus *de probat. concluſ. 65. num.2.* verſic. *diſtingue*, vel niſi agatur ciuiliter, & non criminaliter ad probationem dotis, vel ad irrogandam infamiam, quia tunc Teſtes ſingulares probant adulterium, ſtuprum, & inhoneſtam vitam alicuius ſecundùm Bertacolum *conſ.20. num.18. & ſequentibus*, & latius *conſ.273. à num.3.* Simancas *de hæreſi tit. 64. n.37.* vbi pulchrè oſtendit ſomnium, & chimeram eſſe dicere quod ad effectum puniendi Teſtes ſingulares, probent adulterium, ſtuprum, vel Sodomiam in genere. Et in confirmationem videbis Farinacium *dicta q.64. n.156. & 158.*

Itaque notandum eſt, quod etſi Doctores diſ- 31
ſentiant, an admittantur ad probandam copulam carnalem, & adulterium Teſtes de viſu, vt multi authumant Doctores relati à Farinacio *in praxi q.136. à num.54.* ex Gloſſa noſtri textus, & his quæ adducunt *in dicto cap. propterea de Teſtibus*, tamen reſoluendum eſt ea non poſſe probari directè hoc eſt concludenter, & pernecesſè; quia ille carnalis actus non ſubiacet oculis: benè autem poſſe probari præſumptiuè, putà dicendo virum & mulierem ſe vidiſſe vnum ſupra alium inſimul commiſcentes, quam probationem præſumptiuam dicunt ſufficere Hector Æmil. *in tract. de Teſtibus*, in verbo *Teſtis adulterium, num 9.* ad finem Maſcardus *de probat. lib.2. concluſ* 810. *num.2.3. & 4.* & videtur de mente Batt. *in l.2. §. ſi ſimul, num.3. ff. de adulteriis*: Sic ex multis reſoluit Farinacius expendens textum noſtrum *dict. q. 136. à n.35. & à num.54.* vbi infinitos refert vtriuſque ſententiæ. Et hoc pacto ſunt intelligenda, quæ ipſe addit ibi *à n.59. ad n. 63. & 66.* Barboſa *hic, num,8.*

Quo fit vt licet de mente textus noſtri, & 32
Gloſſæ, verbo *vt credebant* videantur admitti ad præfatam probationem Teſtes de credulitate; eo quod fornicationis vſus non patet viſui, vt exiſtimant Ancharranus *ibi num.4.* Butrius *n.5.* Imola *num. 3. 4. & 7.* & alij relati à Farinacio *dict. q 136. num.32.* Tamen hoc poteſt habere locum quando Teſtes reddunt efficacem ſuæ credulitatis rationem per aliquos actus propinquos copulæ carnali; prout contingit in noſtro textu, vbi Teſtes ſic credebant, quia viderant virum, & mulierem in multis ſecretis locis, & latebris coniungentes, & etiam ſolum cum ſola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentes: Ita Hoſtienſis *num.1.* verbo *vt credebant ibi* etiam Butrius *num.4. & 11.* verſic. *ſi actus eſt talis*, Annania *n.5.* Abbas *n.1.* vbi benè declarat, & Felinus *n.2.* & hanc declarationem probat etiam textus *in cap. tertio loco hoc tit.* vbi loquitur in Teſtibus aſſerentibus ſe ſic pro certo credere adiiciendo tamen ſe ſic credere; eo quod virum, & mulierem viderunt per remota, & in via, loca pluries conuagantes iunctis aliis, de quibus in eo textu: Sic Hector Æmilius, vbi *ſuprà num.51.* Maſcardus *de probationib. concluſ.65. n.10. & concluſ.452.*

*cluſ.*45 2. *n.*13. alios adducit Farinacius *ſuprà, num.*34. qui licet doceant Teſtes ſic deponentes plenè & directè probare; ego exiſtimo tantùm præſumptiuè ſicut dictum eſt in Teſtibus de viſu ſic intelligens cum Innocentio *in dicto cap. tertio loco*, verb. *credere* Hoſtienſ. *ibi n.*1. *poſt medium in eodem verbo*: Alia plura adducit videnda Farinacius *de Teſtibus, de auditu ex tenui pariete, vel cortina, & de aliis à num.*67. de quibus loquutus fui ſuprà *in dicto cap. prætereà, & in cap. licet ex quadam de Teſtib.* Alia notat Barb. *hic ſub d. n.*8.

33 Ad vltimam quæſtionis partem, an liceat viro aliam vxorem ducere, prima dimiſſa fornicationis cauſa? Et quia video hanc difficultatem motam à Couarr. *in* 4. *p.* 2. *cap.*7. §. 6. *n.*13. per verba textus noſtri ibi in verſic. *mortua illa* inquiretis an marito repudiata vxore ex Iudicis ſententia liceat aliam vxorem accipere viuente prima? Et quia poſt illum latiſſimè de hac difficultate egerint aduerſus hæreticos, Bellarminus *lib.*1. *de matrim. cap.*15. & duplici ſequenti, & Valentia *lib. vnico de indiſſolubilitate Matrimonij, & duplici ſequenti*, ideò magis reſumptiuè Megeram, plura alia remittens ad Iura, *in cap. gaudemus, cap. ex litteris, de diuortiis.*

34 Etenim pro affirmatiua ſententia facit Diuus Ambroſius 1. *ad Corinthios* 7. vbi exiſtimat id licere marito; non tamen vxori etiam, quæ fornicarium virum, & adulterum Iudicio Eccleſiæ dimiſit, ſed præter hæreticos nonnullos Catholicos tenuiſſe apparet, atque ita Sixtus Senenſis *lib.*6. *Biblioth.* refert originem *tract.*2. *in Matth.* aſſerentem quoſdam ſui temporis Epiſcopos permiſiſſe alias nuptias vxoribus ob virorum adulteria; etiam tenuit Tertullianus *lib.* 4. *aduerſus Marcion.* Eraſmus *in annotat.*1. *Corinth.* Cajetanus *in illud Matthæi* 19. *quicumque dimiſerit*, Cathar. *lib.*5. *annotatio contra Gayetanum in fine*, & is fuit error Græcorum, vt refert Guido Carmelita *in ſua ſumma*, ac in errore eodem verſantur Anabatiſtæ, Lutherani, & Caluiniſtæ hæretici noſtri temporis. Primò ex eo, quia Chriſtus *Math.*19. ait *quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem & aliam duxerit mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mœchatur*, refertur *in cap. dixit Dominus* 32. *q.*1. vbi Chriſtus apertè concedit dimiſſionem vxoris propter adulterium, probat Durandus *in* 4. *diſt.*35. *q.*2. ad ſecundum reprobans dicentes, cuius rationem benè refert videndus Thomas Sanchez. *de Matrim. lib.* 10. *diſp.*2. *ſub n.*1. vbi pro hac doctrina refert decretum Zachariæ I. Pontif. relatum *in c. concubuiſti* 32. *quæſt.*7. *& in cap. vxor* 32. *q.*7. ex Diuo Ambroſio, & *in cap. ſi qua mulier* 31. *q.*1. ex quibus locis conſtat licere ſaltim viro ad alias nuptias migrare, atque ita diſſolui Matrimonium quoad vinculnm.

35 Verùm his, & aliis non oſtantibus dico, quod veritas Catholica eſt, vt nullomodo diſſoluatur Matrimonium ob adulterium quoad vinculum; atque ita neutro coniugi licere, alio ſuperſtite, ad alias nuptias tranſire, quod ſi tranſeat matrimonium eſſe irritum: Sic in terminis docent Innocentius I. Pont. *in Epiſt.* 3. *ad Exuperium Epiſcopum, cap.*6. habetur *tom.*1. *concilior. Canon.*48. Apoſtol. Alex. III. *de ſponſal. in cap. ex parte* Conſilium Florent. *in Armenor. inſtruct.* & Trident. *ſeſſ.*24. *de Matrim. cap.*3. Ita ex multis docet Sanchez. *vbi ſuprà*, dicens hanc veritatem ſemper in Eccleſia habitam fuiſſe à Sanctis Patribus, & diſcurrens per omnia ſæcula, varia Sanctorum Teſtimonia affert Bellamer. *in ſuis controuerſ. lib.*1. *cap.*16. & probatur ex D. Paulo I. *ad Corinth.* vbi declarat Chriſti mentem dicens *iis autem qui Matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit manere in ſe nuptã, aut viro ſuo reconciliari.* Quæ verba optimè expendit D. Auguſt. *lib.*1. *adult. coniung. cap.*1. 3. *&* 4. & huius doctrinæ rationes plures ex Sanctis Patribus adducit Sanchez. *vbi ſuprà dict. diſp.* 2. *lib.* 10. *de Matrimonio ſub num.*2. nam vt ipſe probat *lib.*2. *diſp.*13. Matrimonium conſũmatum eſt indiſſolubile inter fideles propter ſignificationem indiſſolubilis vnionis verbi cum humanitate: Et ſic docet cõmuniter DD. antiqui, & Neotherici per rationem textus *in cap. quanto de diuortiis*: Multis aliis probat Couarruuias, *vbi ſuprà dict. cap.*7. §. 6. *ſub num.*13.

Nec obſtant contraria in principio adducta ex verbis Chriſti relatis *in dicto c. dixit Dominus* 32. 36
*q.*1. quia ea verba niſi ob fornicationem dupliciter expendi poterunt. Primò cum Diuo Auguſtino, vt non accipiantur exceptiuè, ſed negatiuè vel exceptiuè referens exceptionem ad prima iam relata verba: alia relata in contrarium optimè expendit Sanchez. *dicta diſp.*2. *de Matrim. lib.*10. *num.*3. vbi videbis, & relatum Couarruu. *dicto num.*3. optimè impugnantem quod illa licentia ducendi aliam vxorem, prima dimiſſa ob fornicationem, liceat viro tantùm, & non vxori ex Diuo Ambroſio, quia *ibi* ex Patribus dictum Ambroſij expendens docet æquale eſſe virum & vxorem; Et ſic ex noſtro textu in verſic. *mortua illa*, reſoluit quod adultera viuente marito non licet, etiam latâ ſententiâ diuortij aliam ducere vxorem. Quo in ſenſu debent accipi alia tradita Iura in contrarium adducta; quaſi veræ ſint eorum deciſiones poſt mortem vnius ex coniugibus licere tunc remanenti, ad alia vota tranſire, & non aliter. Et ad hæc videbis quæ tradunt Filiuc. *tom.*1. *tract.*10. *p.*1. *c.*10. *n.*36. Hurtado *diſp.*51. *difficult.* 2. Bonacina *q.*4. *de Matrim puncto* 5. *num.*2. Trulenc. *in praxi Sacram.* 167. *c.*12. *n.*4 & alij receptores loquentes de diuortio.

AD TEXTVM
IN CAPITE XIII.
tertio loco, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

MATERIA huius textus appendix eſt ad materiam textus proximæ præcedentis, ſic in præſenti ſumatur; itavt ab omnibus ſub vnica tractatione comprehendantur hæc duo iura taliter vt quæ adduxi in eo ſunt quaſi hic ſcriberem, & quæ hic intendo proponere ſunt quaſi ſi relata eſſent. Quare ad eius litteram renodandam priùs procedo vbi videbis alia diſſimilia quæ poſſent hic ad longum ſcribi, quæ remitto ſuis locis tractanda. I. Ibi in verſic *an iuuenis ſponſam inquam per verba de præſenti conſenſit debeat vxorem habere*, dico *infrà. in tit. de ſponſalibus, in cap.*3. *cap.*7. *cap. ex parte* 9. *cap. ſicut*

ſicut ex litteris 22. *cap. tua nos* 26. *cap. is qui fidem* 30. *cap. ſi inter virum* 31. quibus iniuribus agitur quibus modis ſponſalia de præſenti contrahantur, & effectum Matrimonialem ſortiantur.

II. Et ibi *ad quorum Matrimonium impediendum neptis ipſius ſponſæ proſilians ſe à iuuene carnaliter præcognitam proponebat, &c.* Per hæc verba poteſt agi de impedimento affinitatis, de quo dico *ad titulum de conſanguinit. & affinit.* & applicabis quæ noto *in dicto cap.* 3. *& in cap. ſponſam alterius de ſponſalibus*, vbi de impedimento publicæ honeſtatis.

III. Et ibi *à qua producti Teſtes dixerunt ſe pro certo credere quod illa dicti iuuenis extitit concubina* de concubinis plura dico, & quando talis cenſeatur *infrà ad titulum de cohabitatione Clericorum, & in cap. vt Clericorum, de vita. & honeſtate Clericorum aliquid ſuprà ſub cap.* 10. *de probat.* Et de probatione adulterij per Teſtes, dixi, *capite præced.*

IV. Et ibi *adijcientes quod eos inſimul viderant per plana, & nemora, vias, in via, &c.* dixi ſuprà *in cap. præced.* & alia dico *infrà*. V. Et ibi *& Teſtimonium viciniæ ſuper hoc recepiſſe dicebant*, quando, & qualiter vicini Teſtes probent? dixi *ſuprà, in cap. quoſdam* 7. *hoc tit.*

VI. Et ibi *ad maiorem verò certitudinem, tam ipſa quam iuuenis Iuramentis adſtricti ſeorſum confeſſi ſunt.* De quæſtione, quæ reſultat ex his verbis dico *infrà hoc in cap.* ſed applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap.* 4. *de probationib.* vbi an credatur marito, etiam cum Iuramento aſſerenti ſe cognouiſſe vxorem, &c. Et quæ dico *infrà in cap. conſultationi* 28. *de ſponſal.*

VII. Et ibi *præſertim cum hoc non dicatur occultum, ſed quaſi prædicetur à pluribus manifeſtum.* Applicabis quæ de Notario dico, & qualiter probetur *in cap. veſtra. cap. fin. de cohabitat. Clericor.* vbi quando aliquid publicum dicatur.

QVÆSTIO I.

An confeſſione coniugis aſſerentis proprium adulterium illud probatum cenſeatur: Quid in profeſſione? Vbi de aliis, quibus illud ſaltim præſumptiuè cenſeatur probatum: Et an ea, quibus tale adulterium probatur procedant non ſolùm ciuiliter, ſed etiam criminaliter ad pœnam infligendam: Et an ſint aliquæ præſumptiones? Ita vt non obſtantibus illis, quibus adulterium præſumitur, illud non dicatur præſumptum, nec probatum?

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quomodo, & quando probetur ex confeſſione coniugis illud aſſerentis, n* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 *quid de confeſſione extraiudiciali, n.* 2. *& de aliis.*

7 *Confeſſio coniugis de proprio adulterio, an ſola ſufficiat ſine aliis adminiculis ad ſeparationem, n.* 8. *&* 9.

10 Cap. penult. de raptoribus, & n. 14.

Confeſſio partis cum cedit in detrimentum profeſſionis, nunquid ſufficiat; n. 11. 12. 13. 14.

11 Cap. Viduæ de regularibus, & n. 14.

13 Cap. ſuper eo, de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ, & n. 14.

15 *Adulterium probatur multis aliis præſumptionibus, vt ſi viſi fuerint per nemora, & loca inuia.*

16 *Adulterium nunquid probetur geniis miſſis ab Adulterio, ſeu verbis amatoriis; vel ſi quis glorietur ſe concubuiſſe cum vxore alterius, n.* 17. *& aliis modis, n.* 17. 18. 19. 20. 21. *Et quid ſi vxor diſcedat à domo viri ſine licentia, num* 22.

23 *Adulterij præſumptio certa eſt, cum vir ſit ab anno, & citra per abſentiam non cognouiſſe vxorem, & illa inueniatur prægnans.*

24 *Adulterium præſumptionibus probatum; licet ciuiliter ſuper eo agatur ad pœnam criminalem dubium eſt, n.* 25. 26 27.

28 *Adulterium, ſeu copula ex multis nequit etiam præſumi, num.* 29. 30. 31. 32. 33 34. 35. *vt ex ſenectute, infirmitate, deformitate mulieris qualitate perſonarum, vt putà Patre, Fratre, Clerico bona vitæ, vel ſi actus ſit publicus.*

31 *Bellum exiciale eſt inter pulchritudinem, & pudicitiam.*

35 *Conſanguinitas non excuſat accuſatos de adulterio.*

AD primam noſtræ difficultatis partem, quæ 1
deducitur ex verbis textus noſtri ibi, *adſtricti ſeorſum confeſſi ſunt, quod ſe inuicem carnaliter cognouiſſent*, vt reſpondeam præmitto quæ de confeſſione Iudiciali, aut extraiudiciali adduxi *ſuprà in cap. at ſi Clerici de Iudiciis, & ſuprà in cap. de confeſſis, & ibi in Rubr.* Quo ſuppoſito & Ioannes Baptiſta Ferretus *conſ.* 168. *num* 15. *in fine*, verſic. *deuenio ad aliam ſpeciem probationis, & à num.* 16. ait quod etiam parte abſente, & non ſolùm de Iure Canonico, ſed etiam de Iure ciuili, & ne dum in confeſſione expreſſa, & ſpecifica, ſed etiam tacita, & generica confeſſionem coniugis aſſerentis adulterium commiſſum eſſe probare illud; vt tenent Bertazol. *conſ* 20. *n.* 14. *lib.* 1. Hector Æmilius *in tractatu de Teſtibus*, verbo *teſtis adulterium, n.* 47. Hypolitus Riminald *conſ.* 274. *à n.* 34. † Tamen credo prædictam confeſſionem parte abſente, & nullo acceptante cùm extraiudicialis ſit, non præiudicare in noſtro caſu; vt docent Bertazolius *conſ.* 228 *n.* 7. Baldus *conſ.* 427. *n.* 2. *lib* 5. vbi quod talis confeſſio extraiudicialis facit indicium ad Torturam, quod eſt repetitum inter Conſ. Romani *conſ.* 451. & ibi Mandos *in addition. littera D*, Pariſius *conſ.* 54. *num.* 50. verſic. *nec etiam probari, lib.* 4.

Vbi quod Teſtes deponentes de auditu con- 2
feſſionis adulteræ, non probant adulterium, Maſcard. *de probation. concluſ.* 62. *num.* 4. verſic. *etiamſi deponerent*; vbi quod Teſtes de confeſſione extraiudiciali nihil probant, Hector Æmilius *vbi ſuprà, num.* 45. vbi quod confeſſio extraiu-
dicialis adulterij, non ſufficit, nec ad condem- 3
nandum, nec ad torquendum. † Quare licet 4
Menochius dicat *lib.* 5. *de præſumptionibus, præſumpt.* 41. *in fine*, quod ſi mulier in litteris amatoriis præteritum concubitum fateretur rem eſſe manifeſtam, vt ſic contra eam; dum tamen eſſent litteræ; quibus virum induceret ad acceſſum arguere adulterium committendum non commiſſum: Tamen non ſufficienter probare tenendum eſt, licet in eis mulier proprium adul-

deterium

terium fateatur ; quia confeſſio extraiudicialis qualis eſt hæc non plenè probat , ſed conſtituit indicium ſufficiens ad Torturam,docet Sanchez. *de Matrim. lib.*10.*diſp.*12.*ſub n.*48. cum Abbate *in cap. quam ſit graue de exceſſibus Prelator* , & multis Maſcard. *de probationib. concl.* 350. *à n.* 1. alia adducit Farinac. *in praxi q.*136.*n.*42.*&* 43.

5 Et quia noſter Textus videtur loqui de confeſſione Iudiciali , vt indicant verba ibi , *quod eadem mulier aſſerebat , tam ipſa , quàm iuuenis Iuramentis adſtricti , ſeorſum confeſſi ſunt , quod ſe inuicem carnaliter percognouerant* ; Ideò docent Doctores hanc confeſſionem à partibus factam, copulam carnalem probare , quando talis confeſſio eſt præiudicialis ipſi confitenti , vt putà quando ſic confitens inſtaret pro non ſeparatione Thori ; ſecùs ſi pro ea inſtaret ; quia tunc debet eſſe in poteſtate coniugis Thorum ſeparare confitendo adulterium ; & propterea concludunt ſtari huic confeſſioni , quando ambæ partes, videlicet Maritus , & vxor adulterium confitentur , vt videbis *hic* apud Innocentium *in fine* verſic. *ſecus* Hoſt. *n.*4. verſic. *nec obſtat* ; verſic. *vel aliud Iudicas* , & in verbo *ſeparari* , Butrius *n.*9. Annania *n.*2. Hector Æmilius *ſuprà num.*46. Maſc. *de probat. concl.*61.*n.*12.*& concl.*810.*n.*18.

6 Imò & alij addunt ſatis eſſe confeſſionẽ coniugis aſſerentis proprium adulterium , vt illud probatum cenſeatur , quod intelligit Thom. Sanchez. *de Matrim. dict. lib.*10.*diſp.*12.*num.*49. quando confeſſio facta eſt in Iudicio id probans ex Textu *in cap. penult. de Adulter.* in verſic. *mandamus* , & ex Gloſſa *ibi* , verb. *confeſſionem*, vbi Hoſt. & ex Gloſſa , *in cap.* 1. verbo *Patronus* 32.*q.*1. ex eo , quia hæc facit notorium Iudiciale.

7 Quod ſi dubites an ſola prædicta confeſſio abſque aliis adminiculis probet ſufficienter ad effectum ſeparationis Thori ? Videtur quod ſic ex dictis ; ſed ego ex noſtro Textu aliter exiſtimo , vbi vltra confeſſionem mulieris , & viri concurrebat etiam conuagatio per nemora , & loca ſolitaria , & etiam Teſtimonium , & fama viciniæ , quaſi secùs ſentiens ibi Pontifex non concurrentibus prædictis ; Sic aduertit Gloſſa hic in verbo *dicta ſunt* , Innocent. in verb. *in via*, & Barboſa *hic*, *n. fin.*

8 Et Rota *diuerſ. deciſ.*95.*p.*2.*n.*2. ait quod aſſertio Mariti dicentis cognouiſſe vxorem probat copulam carnalem , iuncta habitatione , & aliis adminiculis , quod & idem dixit Couarr. *in* 4. *p.*2.*cap.*3. §.1.*n.*14. Rota coram Pamphilio valenti profeſſionis 24. Ianuarij 1586.

9 Vbi pariter dixit Mariti aſſertionem iuratam non probare copulam cum vxore , niſi iuncta habitatione , vel illius loco concurrentibus aliis præſumptionibus , & adminiculis , Alia tradit Farinac. *dicta q.*136. *in praxi* , *n.*51. *&* 52. & à Maſcard. *dict. concluſ.*64.*n.*13. relati voluerunt, quod talis confeſſio non probet adulterium.

10 Et pro complemento huius dubij quæſtio eſt an ſufficiat ea confeſſio partis quando cedit in detrimentum profeſſionis ? Difficultatem facit textus *in cap. pen. de raptoribus* , ex quo conſtat vxorem profeſſam abſque Mariti licentia ei reſtituendam fore , ſi ipſa fateatur ante ingreſſum fuiſſe conſummatum Matrimonium , vbi Gloſſa verb. *mulieris* aſſerit aliud eſſe in Matrimonio carnali , aliud in ſpirituali ; quia in illo non ſtatur confeſſioni mulieris ; ſecus verò in hoc.

Quare Hoſtienſis *in cap. veniens* , *n.* 7. *de conuerſ. coniugator*, & ibi Ioannes Andreas, Ancharranus , & Antonius *num.fin.* docent quod ſi iam coniux Innocens reputatus emiſerit profeſſionem, & proprium adulterium ante profeſſionem commiſſum fateatur , vt ſic compenſentur adulteria , & coniugi manenti in ſæculo concedatur repetio illius coniugis iam profeſſæ ; vtpotè qui compenſatis adulteriis profiteri non potuit , credendum eſſe illi confeſſioni aduerſus religionis profeſſionem , & in fauorem inſtaurationis Matrimonij. 11
† Tamen hæc dicta videntur difficilia 12
ex ſequentibus. Primò *ex cap. vidua de regularibus* , vbi deciditur nouitiam actibus profeſſarum ſe in gerentem cenſeri profeſſam : licet Iureiurando animi defectum profitendi affirmet.

13 Secundo ex textu *in cap. ſuper eo* , *de eo qui cognouit conſanguin. vxoris*, vbi ad Matrimonij carnalis diſſolutionem minimè ſtatur coniugum confeſſioni ex ea ratione ; quia ſæpè aduerſus Matrimonium , vt illud dirimatur coniuges inter ſe colluderent , quæ ratio æque militat in religionis profeſſione , cumque confeſſio coniugis tendat contra profeſſionem , & in Monaſterij præiudicium videtur non ei credendum , ex iam relatis, quia confeſſio aduerſus ipſummet confitentem valet , non verò contra tertium, *ex c. de confeſſis* , vbi dixit, & probat , *princ.*14.*q.*2.

14 Quare vt reſpondeam aduerto cum Abbate *in dicto cap. veniens in fine de conuerſ. coniug.* tunc demùm primam relatam opinionem procedere quando vxor profeſſa , confitens in Iudicio præuiam Matrimonij conſummationem , vel præcedens adulterium reuerà ſtat pro ipſa profeſſione , & ſuperiore coniuente eam profeſſionem fecit ; quia tunc non eſt veriſimile eam contra ſe mentiri , ac proinde confeſſio ibi præiudicat, ac Monaſterio , quo pacto intelligit Abbas textum *in dicto cap. penult. de raptor.* propriori doctrina allegatum , & *ibi n.*6. Hoſtienſ. *n.*3. ſuprà verbo *confeſſione* , & *ibi* , Annania *n.* 6. Sanchez. *dicta diſp.*12. *de Matrimonio lib.* 10. *num.* 50. *in fine*. Quo pacto non obſtant alia. Iura relata *in dicto cap. vidua* , *& in dicto cap. ſuper eo.*

15 Ad ſecundam partem , an ſint aliæ præſumptiones , quibus adulterium probatur ? Et præter ea , quæ adduxi ſuprà *in cap præced.* in primis ergò , quemadmodùm oritur adulterij præſumptio contra virum , & mulierem , qui viſi inſimul fuerint in ſecretis locis iuxta ea , quæ adduxi *ſuprà in cap. in litteris* , veluti ſi cum hoc actu , & alij etiam concurrant , ſcilicet amplexus, & oſcula, vt benè expendit ex multis Farin. *d.q.*136 *à n.*148. *cum tribus ſequentibus*; Ita ſimiliter quando viſi fuerint per loca in via , & nemora conuagantes iuxta Textum noſtrum , dum ibi dicit adiicientes quod eos inſimul viderant per plana nemora , & vias , & in via plures conuagantes, & Gloſſa , vbi licet de mente Imolæ ſola hæc præſumptio ſufficiat : Tamen verius eſt tunc demùm probare , ſi prædicta concurrant cum fama viciniæ , & confeſſionibus viri , & mulieris ; Sic fornicationem confitentium, vt annotauit Gloſſa in verbo *dicta ſunt*, Abbas *n.*4. Felin. *n.* 12. & cum aliis Farinac. *vbi ſuprà, à num.*153. per ea , quæ ipſe anteà dixit *à n.*8. *& à n.*150. *& à n.*157. qui *à n.*108. ex multis Authoribus expendit plures alios caſus , quibus præſumitur adulterium ; dum tamen adſint plura adminicula.

Quare

16 Quare ego reſumptiuè dico quod genia miſſa
ab adultero vxori alienæ , aut verba amatoria,
quia minora ſunt amplexibus, & oſculis non
probant adulterium, vt refert Thomas Sanchez.
dicto lib. 10. *de Matrim. dict. diſp.* 12. *à n.*48. cui
addo multos, quos refert Farin. *ſuprà dict. q.*136.
*à num.*125. Vbi dicit quod ex tranſmiſſione mu-
nerum, & iocalium, & nunciorum, & amato-
riarum litterarum receptione non probatur, nec
præſumitur adulterium; quia hæc non eſt vio-
lenta præſumptio, licet aliis additis ſufficiat
ad Torturam, veluti quando litteræ ita conce-
ptæ ſunt, vt ex illis poſſit percipi delicti con-
feſſio, de quo iam *ſuprà dixi*: Et ſic Menochius
dict. præſumptione 41. *lib.* 5. Iudicis arbitrio re-
mittendum pro litteratum tenore ait.

17 Nec item erit ſufficiens præſumptio; ſi quis
glorietur ſe cum vxore alterius concubuiſſe;
quia non valet confeſſio in præiudicium alteriùs
vt iam *ſuprà* dixi, & patet *ex cap.* 1. *de confeſſis,
cap. ſignificaſti de adulteriis, l. fin. Cod. de accuſat.*
Abbas *in cap. quam ſit graue de exceſſibus Prælat.
num.*1. *notab. vlt.* Stephanus de Gaeta *in cap. ad*
18 *limina* 30. *q.*1. §.4. *num.*210. † Tamen hæc præ-
ſumptio oritur, quando vir, & mulier viſi fue-
rint ingredi in camera mulieris, & poſtea mu-
lier egrediatur cum rubore faciei, & crine ſo-
luto, Hector Æmilius *de Teſtibus*, verb. *Teſtis
adulterium n.*33. cum aliis Farinac. *d. q.*136. *n.*169.

19 Qui *à n.*165. aliis multis tradit eam præſum-
ptionem adulterij, ſeu copulæ carnalis oriri,
quando iuuenis fuit repertus in camera cum mu-
liere clauſa ianua depectoratus, & caligis diſſo-
20 lutis. † Et ſic etiam eam præſumi cum iuuenis
inuentus eſt in domo pulchræ mulieris, de quo
ipſe latè *à n.*158. ex Bart. *in l.* 3. *ff. de furtis, n.* 1.
Felin. *in cap. prætereà de Teſt.* Menoch. *de præ-
ſumpt., vbi ſuprà lib.*5. *à n.*11. quod procedit ſi
adſint alia adminicula, vt putà cum Iuuenis in-
uentus eſt in latebris domus in actu præambulo
Veneris, veluti in oſculis, aut quid ſimile, aliter
ſecus: ſic diſtinguunt opinionem Bart. & aliam
Abbatis *hic n.*4. verſic. *& licet Bart.* Campeg.
de Teſtibus, reg. 385. verſic. *ſexto probatur*, Rui-
nus *conſ.*32. *num.* 10. *ad medium lib.*5. Riminald.
*conſ.*274. *à num.*22. Fontanel. *conſ. crim. diuer.* 97.
*num.*33. qui non diſſentit cum aliis Farinac. *ſu-*
21 *prà, à num.*158. *&* 164. † Et textus *in l. conſen-
ſu*, §. *vir quoque*, *Cod. de repud.* ibi, *aut ipſo in-
uito ſine iuſta & probabili cauſa foris ſcilicet perno-
ctantem*: quo probant Doctores oriri ex perno-
ctatione vxoris extra domum viri ſine cauſa, &
ſine alius conſenſu, quod limitat ibi Gloſſa, niſi
mulier eſſet apud perſonas non ſuſpectas, & aliis
modis, de quibus plures relati ab eodem Fari-
nac. *dict. q.*136. *à n.*176.

22 Et ita etiam procedere ſimilem præſumptio-
nem aduerſus vxorem, quæ ſine licentia viri di-
ſcedat ex illius domo, eamque præſumi ex con-
uerſatione cum lenonibus, & ob id oriri gene-
raliter ex qualitate perſonæ, & ex retrò acta vita
arg. eorum quæ dico *infrà, cap. fin.* ex qualitate
tẽporis ex communiter accidentibus actibus ad
fornicationẽ tendentibus, & ex omnibus actibus
Venereis, vt ait Abbas *hic dict. n.*4. ad fornicatio-
nem tendentibus, cum proximi ſint; ſecùs ſi re-
moti, & ex nutu, & ſignis amoris, quæ ſunt in-
ter virum & mulierem; Sic idem Farinac. tradit
ex multis *à n.*184. & ex tactu mammillarum, aut
manuum, & ex aliis quæ ibi congerit, quæ in-
telliges de præſumptiua, & non concludenti
probatione, vt iam dixi *in cap. præcedent.*

Tamen ſi maritus benè ſcit vxorem ſuam ab 23
anno citra propter abſentiam, vel alia de cauſa
carnaliter non cognouiſſe, & eam prægnantem
inuenit, vel in domo infantem natum, tunc talis
præſumptio adulterij eſt certa, ſeu potiùs con-
cludens probatio, vt docet Hoſtienſ. *in dicto cap.
litteris hoc tit.* verſic. *eſt autem*, Ioannes Andreas,
*n.*3 Butr. *n.*9, Imola *n.*5. verbo *item poteſt addere*,
Felin. *in cap. prætereà n.*3. verſic. *& idem ſi maritus
de Teſt.* Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.* 41.
*n.*5. *&* 9. vbi quod hæc præſumptio eſt vrgens;
imò facit concludentem probationem adulterij,
ex qua poteſt etiam criminaliter puniri ad pœ-
nam capitalem ſecundùm ea, quæ dixit Farinac.
*in praxi q.*143. *n.*57. *& d. q.*136. *à n.*100.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ex prædictis 24
& annotatis *ſuprà in c. præcedenti* procedant, non
ſolùm ciuiliter, ſed etiam criminaliter ad pœnam
infringendam, & in hoc dubio video DD. diſcor-
dare; ſiquidem poſſunt eſſe aliquæ præſumptio-
nes adulterij illud probantes, ita vt poſſit ad pœ-
nam criminalẽ deueniri ex dictis *n. præced.* † Tum 25
etiam ex ea, quæ oritur ex nuditate, & ſolitudi-
ne viri & mulieris in eodem lecto, vt voluit ex-
preſsè Abbas *in d. c. præced. in fine*, verſic. *vltra
alios*: ſequitur Felin. ante *n.*1. dicens *hoc eſſe benè
notandum*. Plura congerit omninò videnda pro
vtraque opinione Farinac. videndus *d. q.* 136. *à
n.*16. *ad* 24. *&* 25. pro quo applicabis quæ ad-
duxi *ſuprà. in c. afferte* 2. *hoc tit. q* 2. vbi genera-
lem appoſui quæſtionem, an ex præſumptionibus
poſſit quis damnari, non ſolùm ciuiliter, ſed
etiam criminaliter.

Quibus viſis breuiter dico in hoc puncto ve- 26
rius eſſe vt ex præſumptionibus adulterij quan-
tumuis violantis probetur adulterium, & copula
carnalis, tantùm quando agitur ciuiliter, vel ad
impediendum Matrimonium, ne contrahatur, vel
ad Thori ſeparationem, aut etiam ad dotis amiſ-
ſionem, de quo loquitur textus *in d. c. litteris*, &
textus noſter, & textus *in d. c. prætereà de. Teſtib.*
vt docent adducti à Farin. *d. q.*136 *à n.*18. qui nu-
meris ſequentibus dicit contrariam opinionem
procedere, vel in præſumptionibus Iuris, & de iu-
re; ſiue legis; ſecùs in præſumptione hominis, vel
aut procedere, quando præſumptio adulterij, ſeu
fornicationis oritur ex actibus propinquis ad id
inducentibus, ſecùs in remotis ſecundùm *ſuprà
dict.* in quo videbis quæ refert Menoch. *d. lib.*5. *præ-
ſumpt.*41. *n.*3. *&* 4. *& à n.*11. vſque *ad* 16. & quod
nec ex prædictis procedi queat ad pœnam: ſequi-
tur Barb. cum multis ab eo relatis *in d. c. litteris
hoc tit. n fin.* † Et mihi verùm videtur; quia licet 27
præſumptionibus, coniecturis, & præparatoriis
ad adulterium dicatur probari ipſum adulterium
ſaltim præsũptiuè: tamen hoc intelligi debet quò
ad conatum, non autem quòad conſummatum
adulterium, tradit idem Farinac. *d. q.* 136. *n.* 16.
per ea quæ adducit *ibi à n.*172. *&* 166. & in ſpecie
voluit Grat. *conſ.*50. *n.*9. *& n.*26. *ad finem lib.*2.
vbi proptereà quòad imponendam pœnam ſtatu-
ti pro adulterio præſumptiones non ſufficiunt;
ſed veriùs dices quod præparatoria adulterij, &
copulæ carnalis non faciunt plenam probationẽ
ipſius copulæ & adulterij ſequuti, ſed tantùm at-
tentati, benè tamen Iudicium & præſumptionem
ad ipſam copulam. Nec obſtat caſus adductus *ſu-
prà* in verſ. *tamen ſi maritus*, quia inibi adeſt pluſ-
quam præſumptio.

28 Ad vltimam quæſtionis partem perlectis quæ adduxi *ſuprà* ad ſecundam partem quæſtionis, nunc breuiter aduertes, nec ad procedendum ciuiliter oriri præſumptionem adulterij, ſeu fornicationis in aliquibus caſibus. Et primò Zabarella *hic in fine*, ait quod ſenectus, præſertim mulieris eſt præſumptio copulæ carnalis excluſiua, & admonet in probatione copulæ carnalis eſſe articulandam ætatem mulieris, quod limitat Barboſa *conſ. crim. diuerſ.* 96. *n.* 9. verſic. *non obſtat*, niſi mulier vetula eſſet robuſta, & recens, econtrà autem de his quæ ſunt validæ ætatis ſecundùm ea, quæ docent Maſcard. *lib.*1. *concluſ.*59. *num.*16. verſic. *non omninò*, Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*17. *n.*2. *in fine*, cum aliis Farinac. *dicta q.*136. *à n.* 214. Surdus *de alimentis, tit.* 7. *q.*16. *num.*35.

29 Vbi teſtatur ſic Iudicatum in muliere ſeptuagenaria, quæ ſæpiùs viſa fuit in cubiculo ſedere ſuper ſtrato propè virum habentem manus ſuper eius femore, tamen ipſe ſurdus magis hanc concluſionem probans pro viris, credit contrarium in muliere, quantumcumque vetula, cum vulgò dicatur huiuſmodi vetulas mulieres habe-

30 re rabiem in vulua. † Et Maſcard. *concluſ.*312. *à n.*6. quem ſequitur Farinac. *ſuprà*, *num.* 216. ait eam etiam præſumptionem excludi ex infirmitate, ſeu etiam ex nimia mulieris deformitate, de quo *ibi*, *n.*217. cum Maſcardo *concluſ.*59. *n.* 16. verſic. *non omninò*, *& concluſ.* 61. *num.* 2. *& ſequent.* vbi adducit etiam mulieres turpes, & deformes non carere ſuſpicione fornicationis, & Hector Æmilius in verb. *Teſtis adulterium*, *n.*31.

31 *in fine.* † Et Polidorus Ripa *in tractatu de nocturno tempore*, *cap.*36. *n.*10. *&* 11. Inter alia dicit quod inter pulchritudinem, & pudicitiam lis eſt perpetua, & exitiale bellum; obidque pulchritudinem mulieris conſiderauit pro adminiculo carnalis copulæ Rota in vna Cæſar Auguſtana ſtatus Veneris 21. Nouembr. 1586. de quo idem Farinacius *ſuprà*, & poſt eius *conſ. deciſ.*35. *n.*7. *ad finem.*

32 Itaque ſunt & aliæ cauſæ, quibus nulla inducitur præſumptio adulterij; ſeu copulæ, veluti ex qualitate perſonarum, ſcilicet ſi contingat inter conſanguineos proximos, vt Pater, Frater,

33 &c. † Item ſi ille, qui intrat in domum mulieris ſit Clericus bonæ anteactæ vitæ, & mu-

34 lier ſit ſexagenaria, ſecus econtra. † Vel ſi actus ſit publicè geſtus coram multis: Quia tunc non inducit præſumptionem: arg. textus noſtri, & *d. c. in litteris*, de quibus omnibus ex pluribus plura dicit Farinac. videndus *d. q.* 136. *à n.* 202. vbi *n.*210. expendens textum *in dicto cap. in litteris*, dicit ibi repertum eſſe conſanguineum cum conſanguinea: Tamen ideo præſumptio fuit iſta quia aderant adminicula ſatis inducentia adulterium & fornicationem; vt iam ibi, & in hoc

35 noſtro textu expendi. † Quare Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 41. *num.*7. *&* 8. expendens legem *ſi qui adulterij*, *Cod. ad leg. Iul. de adult.* vbi habetur conſanguinitatem non excuſare accuſatos de adulterio, quando poſt accuſationem defendentes ſe propter conſanguinitatem inſimul contraxerunt Matrimonium cum ex ſubſequenti copula oriatur præſumptio Iuris, & de Iure, quod antea adulterium commiſerint, & hanc præſumptionem contra conſanguinitatem eſſe potentem ad criminaliter puniendum, vt ibi benè ſtatuitur, & refert Farin. *d. q.*136. *n.* 211.

AD TEXTVM
IN CAPITE XIV.
Litteras, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

LITTERA huius textus apta eſt ad agendum de vniuerſa hæreſis materia quibus Teſtibus ſufficienter probetur? ad quos Iudices ſpectet eius cognitio, & de aliis, quæ *infrà ad titulum de hæreticis* latiſſimè aguntur. Quare nunc eſto contentus cum aliis quæ adduxi *ſuprà in cap.*2. *hoc tit.* vbi dixi de præſumptione vehementi, & de violenta, in quo diſtinguantur: plura etiam animaduertit Zenedus *collect.* 127. & Barboſa hic, quos videbis præter antiquos, & alios, cum quibus, & præter quos ſic ex contextura aduerto ſequentia. I. Ibi, *quos idem Epiſcop. de hæreſi impetebat vobis, & Abbati Collonenſi delegata eſſet.* Per hæc verba valet diſputari ad quos Iudices antiquitùs, & hodie cognitio hæreſis ſpectat, de quo ſuo loco? Et quod hoc crimen ſit merè Eccleſiaſticum: Ita quod nec incidenter laïcus Iudex de eo cognoſcere valeat, dixi *ſuprà in cap. cum* 3. *de ordine cognit.* & nonnulla ſpectantia ad hoc crimen dixi *ſuprà in cap. nouit de Iudic. q.*31.37. *&* 38. & alibi.

II. Et ibi *vtraque pars vos duos ſub certa pœna ſibi arbitros ſtatuerunt delegata vobis, nihilominùs poteſtate reſeruata.* An Iudices delegati, & ordinarij poſſint eſſe arbitri? Ex his verbis poteſt moueri de quo hic agit Gloſſa, & plures adducit relatus Zenedus *dict. col.*117. *n.*2. de quo in ſuo tit. *de arbitris*, vbi ago, an ſit in poteſtate partium ſibi eligere, & nominare arbitros.

III. Et ibi *vnus ex illis hæreſim, ſuam fuerat publica voce confeſſus.* Per hæc verba quit agi de ſpontaneis confitentibus hæreſim; qualiter miſericorditer puniantur, de quo dico *in tit. de hæreſi.*

IV. Et ibi *de fratre ſuo ſimiliter recognouerat, quod eodem ſecum laboraret errore.* Per hæc verba poteſt agi de materia, an frater pro fratre, pater pro filiis, & conſanguinei pro conſanguineis admittantur in Teſtes, & quam fidem faciant, ſi contra eos deponant. Ad quod applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap ſuper eo* 22. & ibi in aliis Iuribus de Teſtibus. Item applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap. prætereà* 20. *eodem tit. & in cap. fin. de Teſtib. cogend.* vbi egi an admittantur in Teſtes ſimili morbo laborantes, ſeu intereſſe habentes, & quæ inibi annotaui videnda ſuis locis.

V. Et ibi, *tum quia quod ante dixerat, poſteà ſe dixiſſe negauit.* Ad hæc verba applicabis quæ notaui *in cap.*1. *de Iudiciis*; vbi de Epiſcopo Cobuldeo comparere promittente, & altera die renuente. Item & quæ adduxi *ſuprà in cap. per tuas de probationib. à quæſt* 5. & qualiter hoc procedat in hæreſi, vbi de Teſte variante in ſuo dicto.

VI. Et ibi *tum quia vel mendacium*, ex quibus præſumatur mendacium dico *infrà ad titulum de falſis*, *& in cap. ſuper litteris* 20. *de reſcriptis*, & alibi.

VII Et ibi *vel periurium poſtea commiſit in Deum* de peierante duo *infrà de Iureiur. in cap. breui* 17 Cætera autem verba optimè Gloſſa, & ex multis, Barboſa *hic*, quem videbis.

VIII. Et

8 Et ibi *talem & tantam ſecuritatem recipiatis ab ipſo, præter iuratoriam cautionem*, ad hæc verba applicabis quæ adduxi *ſuprà in Rubr. de litis conteſt. q.fin.* vbi de Iuratoria, & aliis cautionibus, de quo etiam *in cap. ex tranſmiſſa de reſtitutione*
9 *ſpoliator*, *& alibi*. † Et dictio *præter* poſita hic eſt intelligenda incluſiuè, id eſt *vltra*, non verò excluſiuè; quaſi Iuramentum excludit, vt docet Barboſa *in cap. cum in Eccleſiis de maiorit. & obedientia*, verſic. *nec obſtat* in fine contra Imolam, & Felinum aliud ſentientes *hic n.22.*

10 Et ibi *quod timore pœnæ corporalis, debeat coerceri diſcretam ei pœnitentiam coniungentes* Per hæc verba dices quod licet ad punitionem delictorum multùm poſſit arbitrium Iudicis: Tamen hoc debet metiri iuxta diſpoſitionem Iuris, vt colliges ex his quæ adduxi *ſuprà in cap. 1. hoc titulo.*

11 Et ibi *ſi eum hoc modo virum Catholicum cognoueritis, non ſinatis ipſum indebitè moleſtari.* Per hæc verba poteſt applicari quod dixi *ſuprà in cap Teſtimonium de Teſtibus, & inibi in q.4.& 5.* ad quæ admittatur de crimine emendatus. Item poteſt agi de alia pulchra quæſtione, an qui confeſſus eſt hæreſim, aut Iudaiſmum, propter quod impoſita eſt ei ſalutaris pœnitentia ſacci benedicti habeat Ius, vt à nemine exprobetur? *Mamandole hereje o Iudio*, De hoc dico *infrà hoc textu, quæſt, 2.*

12 Et ibi *alioquin eum tanquam hæreticum condemnetis.* Per hæc verba poteſt agi de relapſis in hæreſim, quali pœna puniantur? De quo dico *in ſuo tit. de hæreſi*, & ſic Menochius *conſ.82. n.102.* & Barboſa *hic* dicto verſic. *alioquin*, dicunt quod ille, cui tanquam hæretico ab Inquiſitore fuit pœnitentia iniuncta, ſi eam non fecit, dicitur incorrigibilis, impœnitens, atque relapſus: aliquid dixi *ſuprà in cap.1. de Summa Triuit. q. fin. in fine*: De incorrigibilitate videbis quæ adduco *ſuprà in cap. cum ab homine* 10. *de Iudiciis.*

13 Et gloſſa *hic* in verbo *tam graue*, mouet quæſtionem an deponenti in mortis articulo credatur? præter Gloſſam, & ea, quæ adducunt ex multis *hic* Barboſa *num. 12. fin.* Zenedo *dicta col.127. num* 6. cum aliis ab eis: Videbis quæ adduxi *ſuprà in cap.1. de confeſſis q.2.* verſic. *ad ſecundam.* Et de materia excuſationis factæ per condemnatum, & iam exiſtentem cum laqueo in collo: tractat Hypolitus Marſill. *in praxi crimin.*, §. *diligenter ex num* 118. *& in* §. *reſtat per totum.* Et applicabis ad quæſtiones *ſuprà dicta in cap.28. q. fin. de teſtibus*, & in aliis Iuribus ibi aſſignatis.

QVÆSTIO I.

An frater pro fratre, aut contra fratrem admitti queat Teſtis in cauſa hæreſis: Quid de filio aduerſus Patrem? Et an vnico tantùm Teſti credatur in cauſa hæreſis, quando domeſticus eſt?

SVMMARIVM.

1 *Frater pro fratre, aut contra fratrem, nunquid teſtis admittatur in ciuilibus, aut criminalibus, n.2.3.& 4. Et quid pro defenſione, & in crimine hæreſis, n.5.6.7.8.9 & 10.*

9 *Frater pro fratre admiſſus teſtis, qualiter probet,*

vbi de teſte inhabili pro defenſione.

10 *Frater deponens contra fratrem in hæreſi non plenè probat, num.15.*

11 *Filius contra Patrem teſtis admittitur in crimine hæreſis.*

12 *Filius denunciare quando teneatur patrem hæreticum, n.13. & 14.*

QVando generaliter frater pro fratre poſſit 1
eſſe Teſtis, docet latiſſimè videndus Farinacius *de teſtibus q.54. à num* 82. cum multis ab eo relatis, & quod veniat admittendus in caſibus, quibus de matre, aut patre pro filiis, ſeu de aliis conſanguineis dixi *ſuprà in c. ſuper eo 22. de teſt.* pro certo tenebis ſecundum doctrinam Gloſſæ *hic*, verſic. *de fratre*, quam optimè declarant relati à Barboſa *hic n.11.* & Zenedus *collect* 127. ſuper hunc textum *n.* 3. † Quare etſi 2
Gloſſa *in l. lege Iulia* verſic. *an pro eis, ff. de teſtibus* voluerit, vt frater pro fratre nunquam eſſe poſſit Teſtis, vt ſequuntur relati à Gabriel. *Rubr. de teſtibus, concluſ.14. n.1. in princip.* & per Maſcard. *de probat. concl.1357. n. 45.* inter quos Alb. de Malet. *in tract. de teſt. p. 1. poſt n. 43. & ſequent.* vbi tribus rationibus mouetur, Campegius *de teſt. Reg 5. in princip.* & multò magis quia affines, qui non ſunt eo ſanguine adſtricti, etiam à ferendo teſtimonio remouentur pro ſuis affinibus ex textu *in cap. ſimiliter 2. q.5. cap. abſens, & l.2.* ibi *nec affinis teſtis admittitur 3. q.9* vbi tenent plures relati à Farinacio *dicta q,54 n. 2.* Tamen hoc procedet iuxta diſtinctiones adhibitas *in dicto cap. ſuper eo*, quas repetes ad reſolutionem huius dubij.

Vnde quia Felinus *hic n. 15.* & multi, quos 3
plena manu congerit Farinac. *dict. q 54 n 17.* doceant quod frater in criminalibus admittatur ad defenſionem fratris, & ad illius innocentiam purgandam, quod idem eſt de affinibus, vt tradunt relati ab eodem Farin. *dicta q. 54. n. 35.* & generaliter de omnibus Teſtibus inhabilibus probent ab eo relati *q.62. n.90. & dict. quæſt. 54. num.108.* vbi de parentibus; de quo dixi *in dicto cap. ſuper eo*, & in cauſa hæreſis, quæ eſt admodùm criminalis, probet textus noſter, vbi frater admittitur in Teſtem ad purgationem fratris, vt in terminis docent Campegius *de teſtibus Reg.5. in .9. fallent* Gabriel *lib.7. concl. 22. n.7.* verſic. *contrarium voluit*, vbi idem generaliter in criminalibus exceptis, Dueñas *Reg. 383.* vbi concordantes adducit *in 2. limit.* Maſcard. *de probat. lib 2. concl.857. n 27.* & in ſimili de Teſte domeſtico *infrà* dicam † Imò & ſi ſint multi DD. 4
quos referunt Gabriel *concl.13. n.12.* verſic. *contrarium ſentit Bart.* & *lib.7. concl. 22. n 1.* verſic. *contrariam opinionem*, vbi etiam dicit ita Doctores communiter tenere, & relati à Maſcardo *de probationib. lib.2. concl.904. n. 2.* inter quos præcipuè Aretin. *in l. qui teſtam.* §. *quacumque, num.6. col.4. in princ.* verſic. *Ratio tamen poſita de teſtam.* vbi dicit quod fortè de rigore Iuris relata doctrina tenenda non ſit; quia ratio quare fratres à teſtimonio repelluntur in criminalibus ea eſt quia propter affectionem facilè præſomuntur mentiri; quæ quidem ratio militat, ſiue ad offenſam alterius, ſiue ad defenſam fratris deponat, vt ibi per eum, qui benè reſpondet ad Textum noſtrum dicens, quod ideò hic voluit teſtificatio, vel quia frater non erat productus à fratre in teſtem, ſed aut fuit interrogatus

à Iudice ex officio, vel ad inſtantiam partis aduerſæ, & licet frater non cogatur Teſtificari contra fratrem, vt *in l. lege Iulia 3. ff. de Teſtibus* poteſt tamen voluntariè, ſi vult Teſtificari; vt optimè declarat Abbas *hic.*

5 Sed tu tamen communem tenebis, tam generaliter in omnibus criminibus, quàm in crimine hæreſis, & pro concordia prædictarum opinionum reſolues, quod quando agitur de ſola defenſione fratris: Ita quod dictum fratris nemini noceat alteri, quàm fiſco, provt loquitur Bartol. *in l. parentes, num.* 1. verſic. *aut dictum*, qui originaliter ponit relatam primam ſententiam tunc verum ſit, quod frater admittatur in Teſtem ad defenſionem fratris, quod valet verificari quando Iudex procedit ex officio, vel ad

6 Fiſci inſtantiam. ✝ At ſi Iudex procedat ad inſtantiam Accuſatoris, vel quæ relantis qui in cauſa habeat intereſſe, cum tunc non agatur de ſola defenſione fratris, ſed etiam de intereſſe partis, & præiudicio quærelantis, tunc verius ſit, vt nec etiam ad defenſionem frater admittatur in Teſtem pro fratre ſecundùm Aretinum, *vbi ſuprà*, Felinus *ſuprà*, Alex. *conſ.* 4. *num.* 10. Grammar. *conſ.* 12. *n.* 19. *&* 20. *& conſ.* 32. *n.* 13. Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 104. *num.* 6. *verſic. & intelligunt relati*; idem tenet de affinibus & conſanguineis. Farinac. *dict. q.* 54. *in* 1. *Reg. num.* 97. & ad noſtrum caſum, *à n.* 120.

7 Qui *n.* 121. ex aliis reſoluit, vt quantumcumque frater pro fratre admittatur in Teſtem ad eum defendendum, Tamen non ita eſſe integræ fidei, vt ei ſatis credatur ſecundùm ea, quæ adduxi *in dicto cap. ſuper eo* 22. *de Teſtib.*

8 Tamen vt video contra regulam Textus noſtri inſurgit admodùm Faquineus *lib.* 9. *controuerſ. cap.* 83. vbi agens de quæſtione, an frater ſit admittendus in Teſtem pro fratre in cauſa criminali contra eos, qui admittendum eſſe dixerunt per textum noſtrum: eo quod in hac facti ſpecie fratris Teſtimonium pro defenſione, ſiue excuſatione non admittitur, quia fuerat ſibi contrarius, cum priùs aduerſus ipſum Teſtificaretur eum hæreticum eſſe aſſerendo: Ergo cauſa illa contrarietatis ceſſante, ſatis valeret fratris Teſtimonium pro defenſione: dicit hoc fundamentum infirmum eſſe; Nam hìc Teſtimonium fratris non fuit admiſſum, *tum quia vel mendacium priùs dixit in fratrem, aſſerendo illum hæreticum, vel periurium poſteà commiſit in Deum purgando illum de hæreſi, quorum vtrumque reddit illum valdè ſuſpectum*, quæ ſunt verba Pontificis hic, quare reſoluit, vt ceſſantibus iſtis ſuſpicionibus: atque adeò extra hanc noſtri textus facti ſpeciem, in qua frater prius contra fratrem depoſuerat, non dicit Pontifex fratris Teſtimonium eſſe admittendum, vel idoneum eſſe pro defenſione fratris, vel non eſſe admittendum, & nihil aliud dicere, obidque id ex aliis legibus definiendum, quæ ſic ſe habent, etiam Iure ciuili Domeſtici Teſtimonij improbatur, *l.* 2. *Cod. de Teſt. l. pen. ff. eodem*, merito tamen: Nam propinquitatis, & conſanguinitatis affectio veritatem impedire ſolet, vt dicebat Calixtus Papa *in cap. accuſatores*, 1. 2. 3. *q.* 5. & ſic concludit huic neganti ſententiæ ſubſcribendum eſſe, quam tu expendes ſecundum declarationes *ſuprà* relatas, quibus vtramque admittere poteris.

9 Quare cum ex noſtro textu generaliter Antonius Gomez. *lib.* 3. *variar. cap.* 12. inquirat an Teſtes minus idonei, & inhabiles admitti queant ad probandum innocentiam delinquentis, vbi referens plures per noſtrum Textum affirmantes: Tamen quia licet æquam, & communem dicat, dubiam vocat ex rationibus *ſuprà* dictis, quibus nititur contraria ſententia; ideò dicit quod iſti Teſtes plenè non probant, etiam pro defenſione Rei; ſed faciunt indicium ſecundùm qualitatem inhabilitatis, & negotij; itavt non imponatur pœna ordinaria, ſed alia Iudicis arbitrio iuxta dicta *ſuprà in cap.* 1. & docet Bart. *in l. marius, ff. de quaſt.* & tenet ſic hanc ſuam nouam opinionem, Gomez. ex textu, *in l. abſentem, ff. de pœnis & in l. interpretatione eodem*, Clarus *in pract. q.* 24. verſic. *item ſcias*, Maſcardus *de probationib. concluſ.* 905. *&* 1359. Farin. *quaſt.* 62. *numero* 98. Barb. *in cap. cum cauſa de Teſtibus n.* 12. Menochius *de arbitr. caſu* 587. Tuſchus *littera T, concl.* 109. *ex num* 25. Cancerius *var.* 15. *c.* 20. *num.* 18. *ad num.* 24. ibi; & dicendum eſt dicentes quod Teſtes inhabiles etiam examinati pro defenſione non plenè probent, ſed faciant tantùm indicium pro qualitate inhabilitatis, & negotij arbitrio Iudicis ad hoc vt mitior pœna imponatur, de quibus Teſtibus plura notatu digna, Caſſen. *de officio inquiſit. p.* 3. *tit.* 5. §. 12. Caſtro Palao, Souſa, Diana; Cantera, & aliis.

Alia dubij pars clarior ex noſtro textu deciditur; Siquidem ex eo videmus quod frater 10 aduerſus fratrem ſuum impetitum de hæreſi Teſtificatus fuit, ob quod licet intenderet ab ea compurgare per ſecundum dictum non fuit ei data fides; Imò Pontifex ſic alloquutus fuit in fauorem primæ depoſitionis ibi *quanquam veriſimilius videbatur, quod eo tempore, quo tanquam verè pœnitens ab hæreſi reuertebatur ad fidem tam graue mendacium non dixiſſet, præſertim in fratrem, quem tanquam chariſſimum non adſcruiſſet hæreticum, niſi fuiſſet aſſenſus zelo Fidei Orthodoxæ, vnde præſumitur quod cum poſteà purgauit illum de hæreſi, turpiter deierauit*: Videbis quæ ex multis hic expendit Barboſa *n.* 6. *& ſub num.* 10. in Gloſſa *purgauit*, ad quod applicabis dicta *in cap. per tuas* 10. *de probationib. q.* 5. *&* 6. Et in terminis ea, quæ communiter adducuntur *in cap. tanta de Simonia*, Dueñas agit *ex regula* 382. Pegna *in* 2. *p. direct. inquiſit. ſcholio* 12. & multi relati à Zenedo ad noſtrum Textum *dicta col.* 127. *n.* 3. quod confirmatur ex *infrà* dicendis.

11 Ad ſecundam partem quæſtionis de filio, an admittatur in Teſtem aduerſus Patrem. Reſolues ex dictis *ſuprà*, *& in dicto cap. ſuper eo* 22. *de Teſtibus*; Igitur in crimine hæreſis ad illius probationem, certum eſt, quod admittitur Filius contra Patrem, & econtrà: ſic tenendum eſt ex reg. Textus *in d. c. ſuper eo* 22. *de Teſtibus*, vbi admittitur mater ad probandum Matrimonium, aut ad impedimentum eius declarandum tanquam magis conſcia, vtpotè ibi dixi, & facit quia familiares teſtes admittuntur ad probandam hæreſim; tum quia ſunt magis informati de his, quæ domi fiunt; tum etiam quia deponendo contra Dominum domus, veriſimile eſt quod veritatem dicant: tradit ex multis Farinacius *de hæreſi, quaſt.* 188. § 8. *num.* 143. vbi *num.* 147. docet in terminis de filio contra Patrem, aut èconträ, docent etiam Maſcardus *de probationib. concluſ.* 857. *à num.* 18. Ioannes à Rojas *ſingulari* 150. vbi ampliùs quando filius punitur

tur ex diſpoſitione Patris, an ſit mitius puniendus? De quo ipſe Farinacius *de Teſtibus*, *quæſt.* 54. *num.* 174. Eymericus *in director. inquiſit. p.*3. *quæſt.*70. *in principio*, *& num.*1. *&* 2. & *ibi* Franciſcus Pegna *addit,comment.*119. verſic. *item pater*.

12 Vnde ſi dubites an filius teneatur denunciare Patrem hæreticum, inuenies aliquos negatiuam tenentes, inter quos Rojas *ſingul.*12. *num.*2. Riccius *p.*3. *deciſ.*178. *num.*8. Vallerus *in differentiis vtriuſque fori*, verbo *hæreſes differem.*1. *num.*4. vbi ſic aſſerit. Septimò fallit in filio contra Patrem maximè ſi Pater non inducebat filium ad hære-

13 ſim. † Alij autem affirmant, inter quos Farinacius *de hæreſi*, *quæſt.*197. §.2. *num.*40. vbi latè loquitur ex multis pro vtraque, & docet èconrra etiam Patrem ad denunciandum teneri, & Suarez *de fide diſp.*20. *ſect.* 40. *num.*21. Bonacina *de cenſ. diſp.*2. *quæſt.*6. *puncto* 5. *num.* 1. Gaſpar Hurtado *diſp.*2. *diſ.*8. & alij relati à Diana *p.* 1. *tract.* 4. *reſol.*4. vbi refert, & ſequitur tertiam mediam opinionem ex Genuenſi *in praxi*, *cap.*18.

14 *num* 9. † Vbi dicit tunc filium debere denunciare Patrem hæreticum, quando hæreſis Patris tendit in puniciem Reipublicæ, vt ſi Pater dogmatizaret, & filium, alioſque doceret, vel quando filius interrogaretur à iudice tanquam teſtis; & in hoc ſecundo caſu putat non eſſe cogendum filium teſtificare aduersùs patrem, ſi alij teſtes adſint; quia cum ſint teſtes priuilegiati, tantùm in ſubſidium ſunt admittendi; & ſic teſtatur practicatum in curia Neapolit. vbi non coegerunt teſtificare quendam filium aduersùs Patrem hæreticum: ſic docet Filiucius *tom.*2. *tract.*40. *cap.*8. *num.*233. videtur idem tenere Rojas *dicto ſingul.*12. *num.* 3. adductus à Farinacio *num.*43. qui dicit in vtroque caſu teneri ad reuelandum. quod pro hæreſi admittendum, licet non in aliis magis credo: Et applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap.*1. *de Teſtibus cogend.* vbi de compellendis Teſtibus, etiam quando veritas per alios poteſt haberi. Gulaſen *in arbore criminali*, *cap.*6. *p.*3. *num.*19. Cantera *in criminal. tit. de plena prob num.*10. *in fine*, *& num.*12. Caſtro Palao *in opere morali diſp.* 8. *puncto* 25. §.1. *num.*6. cum aliis Carena *de officio inquiſit. p.*3. *de teſt. tit.*583. *num.*21. *& p.*2. *tit. de obligatione denunciandi*.

15 Ad tertiam quæſtionis partem, an vnico tantùm teſti credatur in cauſa hæreſis, quando Domeſticus; vt benè hoc dubium, reſoluas, applicabis quæ *ſuprà* adduxi, *in cap. tam litteris* 33. *de Teſtibus*, vbi de ſingularitate teſtium, & quid in hæreſi *ibi quæſt.*2. verſic. *ad tertiam*, vbi latè egi, & etiam applicabis quæ adduxi. *in cap. cum à nobis* 28. *de teſtibus*, vbi egi de caſibus, quibus vni tantùm teſti fides adhibatur; nec enim *hic* ex dicto fratris contra fratrem, eum de hæreſi impetendo probata remanet hæreſis fratris teſtificati, ſed tantùm ſuſpicio oritur contra illum vehemens, non temeraria, de cuius diſtinctione dixi *ſupra in cap* 2 *hoc tit.* vbi hunc Textum expendi, *q.*1. in verſic. *his ergo conſtitutis*.

QVÆSTIO II.

An ſit peccatum iudicium temerarium: Et quale peccatum ſit temere ſuſpicari: Vbi an dubium, ſeu ſuſpicio temeraria, ſit mortale: Et an ſi quis pœnitentiatus per ſanctum officium ab aliquo vocetur hæreticus; ſeu iudæus, plecti queat à iudice: Et an ſi frater fateatur ſponte hæreſin ſuam, & de fratre recognoſcit eodem laborare, errore & poſtea negat, ſtetur primæ depoſitioni, vel ſecundæ?

SVMMARIVM.

1 *Temerarium iudicium quale ſit peccatum, & n.*3. *Et quod ſolet confundi cum ſuſpicione, & dubio, n.*2. *& à n.*8.

3 *Iudicium temerarium, regulariter eſt lethale, & poteſt eſſe veniale, n* 4.5.6.

6 *Iudicium temerarium eſt iudicare defunctum eſſe in inferno, & lethale.*

7 *Dicere aliquem deſcendere à iudæis, vel à Mauris, lethale regulariter eſt iudicium.*

8 *Dubium, ſeu ſuſpicio temeraria, quando ſint peccatum mortale n.*9 10.11.12.

12 *Suſpicio maius eſt, quam dubium, quæ ſi eſt temeraria in re graui, eſt mortalis.*

13 *Pœnitentiatus à ſancto officio, ſi ab aliquo vocetur iudæus, vel hæreticus, nunquid exprobatorem ad Pallinodiam compellat, numero* 14. 15. 16. 17. *Vel ad pœnam pecuniariam, n.*18.

Pallinodiam cantare quid ſit remiſſiuè; d. n.13. in fine 15.16.17.

19 *Intelligitur Textus noſter, n.*20.

20 *Frater qui confitetur ſponte hæreſim ſuam; & de fratre idem dicit, & poſtea negat, numquid ſuſtineatur in primo dicto numero* 21: *&* 22.

21 Cap. cum dilecti de accuſationibus.

22 Cap. accuſatus, §. licet de hær. lib.6.

EX verbis Textus noſtri *quo circa mandamus, quatenus per ſolam ſuſpicionem, quamuis vehementem, &c.* poteſt de his dubiis ſpectantibus ad iudicium temerarium, tam fori externi, quàm fori poli diſputari. Sed quia iam *in Rubrica quæſt.*1. latè dixerim de differentia præſumptionis, indicij, argumenti, ſuſpicionis, coniecturæ, & aliorũ quæ *hic* commodè innecti valent; itẽ & *in cap. afferte*, alia adduxerim de præſumptione violenta, vehementi ſeu temeraria; & quod huic vltimæ non ſit ſtandum in foro iudiciali; ideo nunc tantùm applicabis ad Textum noſtrum quæ propoſita ſunt in quæſt. 1

Cum ergo D. Thomas 1.2. *quæſt.*60. *art* 3. Summiſtæ, verbo *iudicium temerarium*, & verbo *ſuſpicio*, agant latè; & expoſitores cum D. Thoma, quibus addo nouiſſimè Ægidium Trulench. *in opere morali* cum multis ab eo relatis, *lib.*8. *cap.*1. *dub.*1. *&* 2. *& in dubio* 4. vbi agit de quibuſdam pertinentibus ad iudicium temerarium; ideo nunc pro vero intellectu aduertes, & ſuppones quod quamuis hæc tria nomina *dubium*; *ſuſpicio*; *& iudicium*; ab aliquibus confun- 2

dantur, tamen vt iam, *ſupra in dicta Rubrica*, adduxi, differunt, vt patet ex his, quæ adduxi, *in dicta Rubrica quæſt.* 1. vbi de diſtinctione dubij, & ſuſpicionis; & ſic remanet ſcire quid ſit iudicium temerarium; & dico illud dici, quando ſcilicet leuibus coniecturis aliquis de alio iudicat aliquod peccatum, aut aliquid infame. Quare cum ſuſpicio ſit cum formidine contrarij, & iudicium firmiter præſumat; ideo accidit vt quod ſufficiens non eſt ad iudicandum indicium ſufficiat ad ſuſpicandum; eo quod minus ſit ſuſpicio, quàm iudicium. Et ob id eſt inſuper aduertendum minus admodum requiri ad dubitandum, ſeu ſuſpicandum de aliquo male, quam ad iudicandum de illo.

3 Quo ſuppoſito breuiter reſpondeo ad primum, quod iudicium temerarium de ſua natura eſt lethale peccatum, vt probatur ex illo, Matth. 7. & Lucæ 6. *nolite iudicare, & non iudicabimini.* (id eſt vt non iudicemini) *nolite condemnare, & non condemnabimini:* quibus verbis Chriſtus Dominus prohibet iudicium temerarium, & minatur damnationem ſic iudicantem, & D. Paul. 1. *Corinth.* 4. ait *nolite ante tempus iudicare*, & ad Roman. 14. ait *tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?* & D. Iacob. 4. ait: *qui detrahit fratri ſuo, aut qui iudicat fratrem, detrahit legi, & iudicat legem*, & ratio eſt, quia fit maxima iniuria proximo exiſtimans eum eſſe malum abſque ſufficienti cauſa, quod idem videtur, ac in eum falſum teſtimonium dicere, quod ſpecialiter procedit, ſed aliquo publicè malum dicit, & idem etiam ſi in corde tacitus ſic temerariè de aliquo exiſtimat; quia adhuc aufert à proximo ſuam bonam opinionem; ob quod oritur in animo ſic ſuſpicantis quædam diſplicentia, quæ charitatem impedit: ita docet D. Thomas *vbi ſup.* & expoſitores cum eo.

4 Sed poteſt eſſe peccatum veniale, aut ex paruitate materiæ vel quia actus non fuit plenè deliberatus, ſeu perfectus, nec enim materia in hoc caſu dicetur leuis, aut grauis ex eo quod ſit veniale, aut mortale, quod iudicatur de proximo, ſed tantùm ex iniuria facta proximo: nam vna res poteſt reſpectu ſui eſſe peccatum mortale, & homo, cui infertur de ea non dedignetur, vt pote ſi diceretur de milite ab eo vindicatam, eſſe iniuriam vel de iuuene in honeſto diceretur

5 quod ſit libidinoſus. † Et ècontra ſunt caſus, qui de ſui natura non ſunt ſub peccato, & nihilominus iniurioſè habentur, & eſſe mortale temerariè ſuper illis iudicare, vt ſi iudicaretur quem deſcendere à Mauris, ſiue à iudæis, tradunt Ledeſma *in ſumma, p.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *poſt* 3. *concluſionem*, Medina *in ſumma*, Al-

6 cocer *in ſumma, cap.* 20. † Et ita Ledeſma, *vbi ſuprà dubio vltimo*, ait eſſe peccatum mortale aduerſus iuſtitiam temerariè iudicare defunctum quendam eſſe in inferno; quia licet non viuat vita hac temporali, viuit tamen quoad honorem, & famam, & quemadmodum eſt peccatum mortale eam ab eo auferre, ita ſuper illa temerariè iudicare: ſequitur Villalobos *in ſumma, p.* 2. *tractatu* 14. *dif.* 18.

7 Vnde & ſi in caſu, quo de aliquo quis dicat deſcendere à iudæis vel à Mauris, non eſſe peccatum mortale doceant Petrus de Nauarra *de reſtit. libro* 2. *cap.* 4. *numero* 450. Leſſius *lib.* 2. *de iuſtitia cap.* 29. *dubio* 2. *numero* 14. Azor *inſtit. moralium* 4. *p. lib.* 13. *cap.* 11. *dubio* 4. ex eo quia qualitas naturalis eſt, quæ nec culpæ, nec dedecori à prudentibus tribui valet: Idemque procedere, quando quis dicit aliquem eſſe filium clerici, ſpurcum, ex inceſtu ſeu ex adulterio, aliove damnato coitu natum: tamen iam ſupra relata ſententia eſt tenenda; quia & ſi prædictæ qualitates poſtquam homini in natiuitate cohærent, naturales ſint, nec poſſint ei imputari. Verùm cum valde inter nos exiſtimationem lædant. & infamiæ notam inuiant, vt circa maculam, ex multis latè probat D. Scobar *de puritate ſang. quæſt.* 1. §. 4. *& quæſt.* 4. §. 2. & circa filios illegitimos in eadem, *quæſt.* 4. §. 6. *in initio*, & in re grauiſſima proximum lædat, & apud omnes eius opinionem minuat, eumque arcere poſſit à magnis dignitatibus, & honoribus ſine iuſta cauſa; ob id peccatum lethale gigni dixerunt Molina *de iuſt. & iure tract.* 4. *diſp.* 16. *num.* 5. Valencia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. Soto *lib.* 2. *de iuſtitia, quæſt.* 4. *art.* 3. §. *pari modo*, verſic. *& èconuerſo*, Bonacina *tom.* 2. *de reſtit. diſp.* 2. *quæſt.* 7. *de iudicio temerario puncto* 1. *propoſitione* 2. *num.* 6. verſic. *ſed mihi probabilior*, idem D. Scobar *vbi ſupra, quæſt.* 8. §. 2. *num.* 32. *&* 33. Sed Diana *p.* 5. *tract. de paruitate materiæ reſ.* 68. vtramque ſententia vocat probabilem, niſi per tale opprobrium proximum contemnas, aut infames, vt ab aliquo bono conſequendo impedias iniquè, alia dicit, *p.* 3 *tit.* 5. *reſ.* 31 *poſt medium.*

Ad ſecundam quæſtionis partem an dubium, 8
ſeu ſuſpicio temeraria ſit mortale peccatum? Et reſpondeo ſuſpicionem eſſe aliquid amplius, quàm dubium, vt *infra:* dico quare cum in dubio mulier interpretanda pars ſit, *reg.* 2. *de regul. iuris*, in antiquis, ſit vt dicat, D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 4. quod in dubio non eſt in peiorem partem inclinandum; eo quod fiat maxima iniuria proximo: tamen ſi reuera dubia adhuc res eſſet, tunc liceret iudicium ſuſpendere; dum tamen indicia ita vehementia ſint, vt pariant verum dubium, non autem ſi leuia forent. † Sed ſi de aliquo 9
damno ageretur vitando, tunc venit vt in dubio pro priore parte fiat interpretatio de illo, ſic iudicans, quaſi verum eſſet iuxta illud Iacob. 9. ibi: *verebar omnia opera mea*, docet D. Thomas, *ſupra* ad 3. exemplis declarat Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 14 *c.* 1. *poſt* 8. *concluſionem*, Aragon 2. 2. *q.* 60. *art.* 4.

Quo ſuppoſito dico cum eodem D. Thoma 2. 2. 10
dict. quæſt. 60. *art.* 3. & Bañez *ibi dicto art.* 4. Soto *lib* 3. *de iuſtitia, quæſt* 4. *art.* 3. & aliis, quod deliberatè dubitare de bonitate proximi in re graui habente ordinariam grauitatem, tantum eſt de ſui natura veniale peccatum. Et ratio eſt; quia dubium hoc non facit, vt temerariè de proximo iudicetur, quæ iniuria facilè deſtrui quit.
† Tamen ſi dubij materia grauiſſima, ſit tunc 11
eſſet pecatum mortale, veluti ſi dubium oriretur de aliquo ſine ſufficienti fudamento, quod hæcreticus eſſet; & eſt ratio, quia plus vult homo, vt de illo dubitetur circa rem grauem, quam circa rem grauiſſimam: & ſic ait Bañez *vbi ſupra*, quod iudicium ſuſpendere, eſſet peccatum mortale; quia eſſet iudicium facere de iuſta cauſa ad dubitandum; & ſic aduertes quod ratione materiæ aggrauatur, ſeu non agrauatur peccatum; item aduertes quod iniuria non adeſt in ſuſpenſione actus, ſed in eo

eo nempe, quod ſine iuſta cauſa, aliquis exiſtimat bonitatem alterius eſſe dubiam: ita explicant iam relati.

12 De ſuſpicione verò quia maius eſt; quam dubium, dicendum eſt, quod ſi eſt temeraria in re graui, eſt peccatum mortale; dum tamen plena deliberatione aduertatur, quod non adeſt iuſta cauſa ad ſic ſuſpicandum, ſed erit tantùm veniale, quando ea procedit non à graui malo, aut procedit ab errore intellectus, quem ſi quis non haberet, non admitteret talem ſuſpicionem; ex quo exiſtimat Villalobos, *ſuprà dicta dif.* 19. *numero* 7. quod in practica, ſuſpicio eſt peccatum veniale, niſi materia ſit grauis & offenſiua & addit qui ſi ſuſpicio ita grauis eſt, vt æquetur fere iudicio, de ea dicendum ſit idem, quod de iudicio; quia in moralibus quod parum diſtat, nihil diſtare videtur.

13 Ad tertiam quæſtionis pertem infero reſpondendum ex adductis pro primò dubio, & videtur non eſſe quem moleſtandum opprobriis, etiam ſi originem trahat à radice infecta ex verbis noſtri Textus ibi, *ſi cum hoc modo verè catholicum cognoueritis, non ſinatis ipſum indebitè moleſtari*; tum etiam quia ſi à parte probatur quod vocans aliquem iudæum, aut Maurum ea fuit mente loquutus, vt illum conuiciari voluerit de actuali legis Moſaicæ aut ſarracenæ obſeruatione, nullum eſt dubium, ni quod Palinodiæ pœnam patietur iuxta regulam Textus, *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 8. *ordinam. quid autem ſit Palinodiam cantare, dixi ſupra in cap.* 1. *de litis conteſtatione, quæſt.* 7. verſic. *ad vltimum, num.* 17. hodie docet, *lex* 2. *tit.* 10. *lib.* 8. *recopil.* quæ addit, vt præterea rer centum ſolidis mulctetur, quæ qualiter æſtimentur, explicat Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 3. & expeditius *lib.* 4. vbi de differentia, & valore monetarum, in verſic.
14 *praxis enim.* † Et Placa *de delictis cap.* 1. *num.* 14. Humada *in l.* 35. *tit.* 18. *p.* 2. *Gloſſa* 1. *à num* 5. Didacus Perez *in l.* 9. *tit.* 1. *lib* 1. *& in l.* 2. verſic. *qui autem dicit Iudæum, tit.* 9. *lib.* 8. *ordinam.* Azeued. *in dicta l.* 2. *num* 41. *& num.* 87. aſſerunt, quod conuitians alium, vocans eum iudæum, Maurum; aut hæreticum, &c. Venit plectendus extra decem millium marapitinorum pœnam; & ſic poteſt inferri, vt iudicis arbitrium debeat extendi iuxta ea, quæ adduxi, *ſupra in cap.* 1. *hoc tit.*

15 Tamen in caſu de quo loquimur exiſtimo dicendum, vt nullo inquam modo veniat plectendus ad Palinodiam recantandam vulgò, *des decirſe*, qui vocat iudæum, ſeu Maurum illum, qui publicè, vt talis in ſancto officio inquiſitionis punitus fuit, ſeu inſignitur ſacco bene-
16 dicto, vulgò *San Benito.* † Itaque Ioannes Iañez, Parladorius *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 17. *num.* 24. Salazar *de vſu, & conſuetudine, cap.* 1. *n.* 85. Ioannes à Vela *de pœnit. delict. cap.* 17. *de iniuriarum pœna, num.* 23. & cum eis DD. Ioannes Scobar del Corro, *de puritate ſang. quæſt.* 4. §. 2. *à num.* 62. inferunt quod hoc verbum, *iudicio*, in rixa aduersùs aliquem proferens, non teneatur ad Palinodiam recantandam ſecundùm diſpoſitionem, *dict. l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 8. *recopil.* vbi alterum conuicians appellando eum hæreticum, illâ plectitur pœnâ; quia præterquam quod Scobar *ibi à num.* 62. ſpecialiter prædictam legem expendet diſſimilitudinem proferens inter verba, *Iudæus, hæreticus, Maurus*, & ſimilia: tamen cum eo dico non ad plus, quàm ad pœnam decem millium marapetinorum eſſe condemnandum quantumcumque conuiciantem alium ex animo. † Et hoc ſi ſcili- 17
cet conuiciaret aliquem deſcendentem ab illis, qui his in Regnis permiſſi fuerint; eo quod fidem Catholicam amplexi fuerint libenter: nam tales deſcendentes, licet iam Chriſtiani fuerint, nihilominus iudæi communiter appellati fuerint; ita vt vulgò iudæorum appellatione, Chriſtiani conuerſi è Iudæis appellentur, nec iam eo nomine legis iudaicæ ſectatores intelligantur, ſed originarij ab his, qui tales fuerint, ſignificentur, vt conſiderant relati.

Imò ſecundùm hæc poteſt dici, vt nec pœ- 18
nâ decem millium marapetinorum veniat puniendus ille, qui vocat Iudæum; hæreticum, aut Maurum illum, qui viſus eſt publicè portare, aut aliquando viſus eſt portaſſe ſaccum Benedictum ei impoſitum ſancti officij ſententia; eo quod probatum fuit eius confeſſione, aut Teſtibus fuiſſe aliquando legis Moſaicæ profeſſorem, ſeu alterius damnatæ ſectarorem, & tantùm ex verbis relatis Textus noſtri alio iudicis arbitrio non immoderato eſſe iudæum, ſeu hæreticum conuerſum, & pœnitentem, ab opprobriis defendendum.

Ad vltimam quæſtionis partem, vt optimè 19
reſpondeas præmittes quæ adduxi, *ſupra in cap. ſi.* 1. *de confeſſis*: vbi de reuocante confeſſionem ſuam, *à quæſtione* 3. *& quæſt.* 5. verſic. *ad vltimum, num.* 18. *& in cap. per tuas* 10. *de probationib. à quæſt.* 5. vbi de teſte variante: Et *ibi* dictum, *quæſt.* 6. verſic. *ad ſecundam, à numero* 20. vbi cum egerim de puncto, an quando teſtis corrigit ſuum dictum, ſtetur primo, vel ſecundo ibi à *dict. num.* 20. dixi qualiter procedat, *in hæreſi*: & quia omiſſi expendere Textum noſtrum. † Id eo reſpondeo cum Palacios 20
Rubios allegatione in materia de hæreſi, §. 8. *num.* 2. *&* 3. quam in ſuo tractatu de hæreſi afferr D. Ambroſius de Vicente, vbi reſpondet Papam arbitratum fuiſſe Guillerm, de quo hic, qui quando ad fidem rediit, confeſſus eſt fratrem laborare eodem morbo; poſtea verò in alio iudicio, dum fieret inquiſitio contra fratrem, purgauit illum iuramento, dicendo quod credebat illum fuiſſe, & eſſe Catholicum; & ſic aut primò dixiſſe mendacium, aut poſtea periurium, potius incidiſſe in periurium; quia non eſt veriſimile, quod ille Guillet. tempore conuerſionis ſuæ dixiſſet mendacium in fratrem; & licet eſſet præſumptio pro ſecundo dicto; quia fuerat iuratum, ſed prima præſumptio erat validior: ita ille, cui expoſitioni, aſſentior per diſtinctiones, quas adduxi, *in dicto cap. per tuas, à q.* 5. *& in c.* 2 *hoc tit. q* 1. *n.* 1. *&* 29. vbi hunc Textum expendi.

Vnde infero intellectum ad Textum *in cap.* 21
cum dilecti de accuſat, cum eodem Palacios *n.* 1. *&* 3. *in dicto* §. 8. *iam allegato*; quia eo quod Epiſcopus, de quo ibi à principio iurauerat meram, & ſimplicem veritatem dicere; licet poſtea ſuam confeſſionem voluiſſet excuſare, non debuit admitti; quia præſumendum erat veritatem dixiſſe; ex quo fuit confeſſus de facto proprio, quod ſcire præſumitur, vt notatur *in cap. ab ex communicato de reſcript*; non enim contra ſuam confeſſionem eſſe admittendum Palacios ſcribit, præſertim ex interuallo, ſicut de teſte

dicit; qui dictum ſuum ex interuallo corrigere non poteſt iuxta Textum *in cap. praeterea de Teſt. cogend.* de quo ego dixi *in dicto c. per tuas à dicta quaeſt.* 5.

22 Et quia Textus *in cap. accuſatus*, §. *licet de haeret. lib.* 6. videatur eſſe contra Textum noſtrum, quatenus in cauſa haereſis, probat ſtandum eſſe ſecundò dicto, vt cum aliis probat Barboſa *in cap. ſicut* 9. *de Teſtibus*: tamen exiſtimo conſtitui differentiam inter illum, qui cum confeſſus eſt de ſe haereſim, & in ſimul de fratre, vult poſtea reuocare confeſſionem reſpectu fratris, cui credendum non eſt; eo quod praeſumatur veniſſe zelo fidei ad confitendum contra ſe, & contra fratrem: Tamen ſi tanquam teſtis tantùm veniret, nec diceret contra fratrem, tunc potius haberet locum deciſio, *dicti*, §. *licet*: de quo, *in dict. cap. per tuas, quaeſt.*6. *num.*20. & 21. Et nouiſſimè ex pluribus vt iam dixi, *in dict. cap. per tuas*, explicat Carena *de officio inquiſit. p.* 3. *tit.* 6. *de Teſtibus*, quoad dicta, §. 7. *à num.* 58. *ad* 62. ex Farinacio de Riq, Diana, Souſa Cantera, Simanchas, Sanctarel, Caſtro Palao & aliis ex antiquis.

AD TEXTVM IN CAPITE XV.

Cum in Iuuentute, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

De materia huius Textus dico, *infra in cap. fin. hoc tit.* vbi videbis, nunc verò eius verba ponderando notabis ſequentia. I. Ibi, *vt cum propria nepte abominabilem perpetraret inceſtum*: Occaſione horum verborum poteris applicare materiam Textus *in cap.*1. & *fin. de cohabitatione clericorum*, & *mulierum*; ad quod etiam applicabis quae tradit Pichardus *in* §.2.*inſtit.de ſucceſſ.ſublatis.*

II. Et ibi *cum etiam ſecundùm ſententias ethnicorum naturale foedus inter tales perſonas nihil permittat ſaui criminis ſuſpicari*: Per haec verba etiam relata mouentur, & poteſt inquiri, an conſaguinitas inter neptem, & Patruum ſit indiſpenſabilis, de quo dico, *in tit. de conſanguinitate.* Aliqua adduxi, *ſupra.in cap. litteras de reſtit. ſpoliatorum.*

III. Et ibi; *licet igitur Rex vngariae, &c.* qualiter Regi, aut Principi aſſerenti credatur? Applicabis quae adduxi, *ſupra in cap. cum à nobis* 28. *quaeſt.* 3. *de Teſtibus.* IV. Ibi; *quia tamen eius ſugeſtio non de charitatis radice procedere videbatur*: Per haec verba agi poteſt de improbis delatoribus, ſeu denunciatoribus, de quo *infra in tit. de calumniatoribus*: Et applicabis quae adduxi, *ſuprà*, *de temere litigantibus*, *in cap. fin. de iuramento calumniae*, *quaeſt.* 5. 6. & *fin.* Et quae latè dixi *de correctione fraterna ſub cap. nouit.de iudic. cap.*17.

V. *Sed vt probaremus*, &c. ex verbis huius verſiculi poteſt inferri ad quaeſtionem, an inquirendum nihilominus ſit contra aliquem, cuius delator improbus exiſtimatur: Videbis ad Titulum, *de accuſationibus*, & *de delatoribus.*

AD TEXTVM IN CAPITE XVI.

Fine, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

Ex verbis Textus noſtri apparet, vt agamus hic etiam de materia Textus *in cap. ex ſtudiis* 3. *cap. mandata* 6. *cap. ſcribam* 9. *cap. cum in iuuentute* 15. *hoc tit.* vbi agitur ex quibus quis praeſumatur bonus, aut malus, & quid in dubio dici debeat? I. Ibi *Sed Presbiter declinans examen*: Per haec verba agi valet de declinatoria intentanda aduersùs aliquem, qui dicitur incompetens: Applicabis quae adduxi, *ſupra de foro comp. in cap.*4. *quaeſt.*15. *à num.* 3. *cap.* 5. *quaeſt.*20. *à num.*4. *cap.*15. *num.* 1. & 2. & de ea, quae reſpicit perſonam iudicis, quando opponi valet, *cap.* 18. *quaeſt.* 3. *num.*5. II. Ibi *aſſeruit quod nequaquam ſufficiebant duobus clericis facultates Eccleſia memeratae*: Per haec verba poſſes agere de congrua aſſignanda ſimplici Presbytero, Capellano, Beneficiato, Parrocho, ſeu Epiſcopo, de quo ago *infra in c.*12. *de praebendis.*

III. Alia autem verba noſtri Textus infra per quaeſt. lucem accipiunt.

IV. Et applicabis quae adduxi, *ſup. in c. licet cauſam de probat.* vbi an antiquus poſſeſſor praeſumatur hodie poſſidere.

QVÆSTIO I.

An quis idoneus ſemper praeſumatur, etiam ad beneficia: Et an vnusquiſque purus praeſumatur: Et an qui bonus antea fuit, & nunc talis praeſumatur: Et cui incumbant onus probandi praedicta, aut alia huiuſcemodi?

SVMMARIVM.

1 *Bonus ſemper quis praeſumitur: Cicero periculoſum arbitratur, iudicare probus, ne ſit quiſpiam an improbus, n.* 5. & 6. & *n.* 10.
2 *Bonus qui antea fuerat, & nunc talis praeſumitur, niſi contrarium probetur, numero* 9. & *numero* 16.
3 *Teſtis ſemper praeſumitur bonae opinionis.*
4 *Delictum nunquam praeſumitur.*
6 *Improbus ſimulatus paulatim, prodit in nota.*
7 *Continens in iuuentute, praeſumitur idem in ſenectute n.*8.
8 *Auaritia in ſenectute iuueneſcit.*
10 *Mutatio de facili non praeſumitur.*
Animus hominis miris fluctibus agitatur.
11 *Prouiſus à Papa cum clauſula idoneitatis, non tenetur probare idoneitatem intrinſecam, & naturalem,*

naturalem, ſecus extrinſecam, n.12. & 13.

14 *Puritas ſanguinis inter Hiſpanos præſumitur, & inter alios agentilitia origine antiqua deſcendentes, niſi contrarium probetur per illud opnentem, n.15. q.2. à n.1.*

17 *Malus quis non dicitur ex vnico actu mali.*

1 EXtenſiuè plura hîc agi valebant, ſed quia ex prædictis dubiis: ſatis materia textus noſtri, & aliorum comprehenditur: Ideò accipies ſequentia. Et in primis dico quod quis ſemper bonus præſumitur, vt notant communiter Doctores per Textum noſtrum, & per Textum *in cap. fin. de ſcrutinio, l. cum Pater, §. rogo, ff. deleg.2. l. merito, ff. pro ſocio, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probationib. l. ſi quis ſeruum. ff. de ſeruo corrupto, l. apud Labeonem, §. ſi communem, ff. de Iniuriis*, vbi Gloſſa dicit eſſe nobilem præſumptionem Textus *in cap. tales 23. diſt. & in cap. ex pœnitentibus 50. diſt.* cuius rei rationem tradit Bald. *hic, & in l. 1. ad finem, Cod. ſi quis omiſſa cauſa Teſtamenti*, quia mores inſunt à natura, quæ cum bona ſit, niſi contrarium oſtendatur mores ſemper boni præſumuntur, & quia ex bonis naturalibus principiis, quæ ſemper in initio adſunt, ſemper talia præſumuntur principiata iuxta doctrinam textus *in cap. proximè præced. hoc tit.*

2 Quare ſolent Iuriſconſulti dicere eum, qui bonus anteà fuerat, & nunc bonum præſumi, rationemque ante actæ vitæ conſiderãdam eſſe ad æſtimanda, metiendaque facta, dictaue hominum *l. vltima in fine, ff. de action. & obligat. & l. deſertorem, §. is qui ad hoſtes*, verſic. *ſed etſi ex improuiſo* ibi. *inſpecto eius vita præcedentis actu l. non omnes in princip.. §. qui à Barbaris*, & quod ibi notat Gloſſa, *ff. de re militari, l. deinde, §. Iulianus, ff. de liber. exhib. l. Diui Fratres poſt princip. ff. de liberali cauſa l. famoſi, ff. ad leg. Iul. Majeſt. l. vltima iuncta Gloſſa. ff. de quaſt. l. 3. ff. de ſuſpectis Tutor. l. 1. Cod. ſi quis imperat. maled*, ibi *ex perſonis dicta penſamus, cap. mandata, dict. cap. cum in iuuentute præced. hoc tit.* vbi non eſt facilè credendum eum, qui ſe diu honeſtum, & prouidum exhibuerit, ſtatim fuiſſe à Deo immutatum, vt ſe vitiis turpiter contaminarit, & quod ibi dicit Gloſſa, & Baldus ex multis comprobat Tiraquellus *de pœnis temperandis, num. 3.* quem videbis *tota cauſa 51.* vbi infinita refert hic commodè inſerenda: alia notat omnino videnda Barboſa hic, & *in dicto cap. cum in iuuentute 15. in cap. ex ſtudiis 3. cap. mandata hoc tit.* per illa Iura, quibus congruit illud Epicuri, *ſi Laertio credimus eum, qui ſemel fuerit ſapiens in contrarium habitum tranſire non poſſe.* Et videbis quæ docet idem Barboſa *axiomate 142 n. 2.* Gratianus *Reg. 373.* & Socinus *Reg. 39.* vbi ſemel ampliat, & tripliciter limitat, & quatuor modis Felinus *hic, num. 10.* & cum aliis quinque modis Alciat. *præſumpt. 3. Reg. 2.*

3 Ita iuxta Regulam prædictam infero, quod Teſtis ſemper præſumitur bonæ opinionis, niſi contrarium probetur, vt ait Hieronimus Gra-

4 tus *conſ. 41. n. 14. lib. 2.* † Et hinc infertur delictum nunquam præſumitur per eundem *conſilio 45. num. 21. eodem lib.* Hypolit. *in l. 1. Cod. de ſicariis, num. 67. & in Rubr. de fideiuſſ. num. 46. & 47.*

5 Vnde etſi Cicero *in 1. Epiſtola ad Quintum fratrem* periculoſum eſſe arbitraretur Iudicare probus ne ſit quiſpiam, an improbus, quod multis vt ille dicit ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura, frons, oculi, vultus perſæpè mentiuntur, &c. Et pleroſque videri probos, qui ſunt improbi, vt exemplis exornat ex bonis litteris Tiraquellus, *vbi ſuprà* videndus. † Tamen 6
aduertes, quod nemo fuit tam peritus, ſagaxque & egregius ſimulandi, ac diſſimulandi magiſter, atque Artifex, quin breui, præruptis, atque exutis paulatim inuolucris, vel inuitis prodat, & detegat innata, atque ingenita vitia, quæ aliquanto tempore diſſimulauit: Nam vt ait ipſe Cicero, *lib. 2. officiorum ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum*, plura videnda proſequitur Tiraquellus *ſuprà à num. 17.* qui *num. 130.* ait quod qualitas præcedentis vitæ excludit præſumptionem, vt contingit *in dicto cap. cum in iuuentute hoc tit.* & in aliis relatis Iuribus.

Etenim qui in iuuentute fuit continens non 7
præſumitur in ſenectute continens, vt notant omnes per textum *in dicto cap. cum in iuuentute* vbi notatur quod in ſenectute diminuitur omnis concupiſcentia, & libido, vt ait Tiraquell. *in l. 6 connub. Gloſſa 1. p. 6. n. 9.* qui ait *de Iure primog. in præfatione, à n. 150.* ſemper pro Senioribus præſumi, vbi colligit multa de ſenum præſtantia, & quam vtiles ſint Reipublicæ moderandæ.

Sed Paulus Tuſcus *ſing. 106. littera A, ex dicto* 8
cap. cum in iuuentute, colligit quod in ſenectute auaritia iuueneſcat; Tamen pro litteratis ſenibus contra omnia vitia præſumi debet in bonitate vt apparet ex illo textu. Nam conuerſatio in adoleſcentia, facit præſumptionem in ſenectute, vt docet etiam Textus *in dicto cap. ex ſtudiis 3. hoc tit.* conſonant Iura, quæ adducit Graña *ibi, num. 1.* vbi rationem reddit, *n. 2.* & plures refert.

Ex his enim dico breuiter ad primam partem 9
quæſtionis regulariter bonum & idoneum quem præſumi, niſi contrarium probetur: Ita ex iam relatis Iuribus apparet, & comprobat pluribus Barboſa *hic, num. 3.* Quare & ſi replices dicendo quod an quis benè, vel malè viuat, ſeu agat, eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur. *l. in bello, ff. de captiuis, & poſt lim. reuerſis*, & ob id dicendum neminem bonum Iudicari debere, niſi eius acta probentur. Tamen reſpondeo quod etſi ea, quæ facti ſunt, non præſumantur, niſi probentur: hoc autem verum eſſe ſi nihil præcedat, ex quo illa bonitas præſumptio duci, & trahi poſſit, ſecùs verò ſi aliqua anteà præceſſerunt: Nam tunc ſemel bonus ſemper præſumitur eſſe bonus, quemadmodùm ſemel malus, ſemper præſumitur malus *ex reg. ſemel de Reg. Iuris*, vbi longè Dinus agit † Nec 10
enim præſumitur de facili mutatio, cum mutare eſt quid accidens, & accidentia non præſumuntur, Gloſſa *in l. ſi verò, §. qui pro rei, ff qui ſatis. dare cogantur*: Plura refert Petrus Pechius *in dict. reg. ſemel, malus, n. 8. in fine, & n. 9.* & ſi videamus quod animus hominis, in quo bonitas; vel malitia reſidet miris fluctibus agitetur, nec vnquam in eodem ſtatu permaneat, quia non ob id credendum eſt de eius mutatione; niſi aptè probetur, præcipuè ſi conſideremus quod natura prima fuit in homine perfectiſſima bona ad bonum à perfectiſſimo Creatore ordinata,

cap.

cap. naturalia 6. diſt. quam Cicero *lib.1. de officiis, & lib 1. de legibus*, Ducem optimum appellat; quo Duce nullomodò quis errare poteſt, & ob id dici debet, vt meritò quis ſemper præſumatur bonus, nec immemor ſalutis æternæ ſit ex Textu *in cap. ductum hoc tit. l. cum quidam, l. cum Pater, §. rogo, ff. de legat.2.* Gailius *lib.2. obſeruatione* 110. *n.6. & obſeruat.20. num.* 2. Dinus *in Regula ſemel malus*, Menoch. *de præſumpt. lib.5. præſumpt.1. & ſequent.*

11 Rectèque ex noſtro textu probatur quod quando Papa pro aliquo reſcribit, vt recipiatur in numerum beneficiatorum cum clauſula *ſi idoneus fuerit*; Tunc prouiſus non teneatur probare ſe idoneum, quia præſumitur idoneus, niſi contrarium probetur, vt ex multis notat, & ſequitur hic Barboſa *num.1. & 2.* vbi notat quod

12 quis præſumitur idoneus ad beneficia. † Sed hæc auertio videtur ex ſequentibus deſtrui, quia quæ non inſunt homini à natura, non præſumuntur, niſi probentur, *cap. ſi fortè de elect. lib.6.* item etiam pro idoneitate non præſumitur, cùm agitur de alterius præiudicio, vt docet Panormit. *in cap. cum in Iure, num.2. de officio deleg.* & ex aliis infrà referendis.

13 Sed reſpondeo breuiter noſtri Textus dictum intelligendum eſſe de idoneitate intrinſeca, & naturali, veluti puritatis, de qua *infrà* ago, non verò de ſcientia, & litteratura, quæ cum ſit quid extrinſecum, & accidentale, homini ineſſe non præſumitur; docet Barboſa *in paſtorali, p.2. alleg.10. num.17.* & hic, *num.2. in fine*, quare vt pluribus exemplis expendas, & declares, leges quæ lato calamo ſcribit Parianus *lib.2. de probat.* per plura capita, vbi *à capite 26.* cum pluribus ſequentibus probat quod cum nobilitas, dignitas Abbatialis, ſeu Epiſcopalis, & alia ſint homini, extrinſeca non præſumuntur, niſi ab eo probentur, quod ſecus eſt de aliis, quæ naturaliter inſunt; quia tunc à negante ſunt probanda, vt contingit in textu noſtro, qui debet intelligi modo dicto, quibus non obſtant contraria adducta.

14 Ad ſecundam quæſtionis partem, an purus quis præſumatur ex veteranis Chriſtianis ortus? Reſpondeo quod cum qualitas Chriſtiani veterani proueniat ex immemoriali obſeruatione fidei Catholicæ non ſparſa cum macula Hebræorum, Sarracenorum, & Hæreticorum in aliqua aſcendentium linea, & Hiſpani omnes à temporibus, & aduentu D. Iacobi ad Hiſpanicas Regiones ab hinc annis 1606. & plus, ſecundùm communem computationem fuerint ex gentilitate ad Catholicam conuerſi fidem, & eam conſtanter ſemper obſeruauerint; vt latè ex multis probat D. D. Ioannes, & Scobar *de puritate ſanguinis* omninò videndus 1. *p. tota q.* 8. *cum ſuis §§.* hinc eſt quod qualitas puritatis exinde proueniens Hiſpanis, omnes ſequatur, & patrocinetur, & omnes habeantur pro Chriſtianis veteranis: niſi contrarium probetur, cum præſumi non poſſit eis prædictam deficere qualitatem: arg. textus *in l. quod dicitur 5. in principio*, vbi Bart. *ff. de impenſ. in rebus dotal. cap. vnico de Vaſallo decrepitæ ætatis*, quibus probatur omnes res præſumi in eodem ſtatu, & cum eiſdem qualitatibus manere, quas ab origine habuerunt; tum etiam quia cuiuſcumque rei Initium inſpici debet ad cognoſcendas eius qualitates, *l. cui fundus 56. ff. de condition. & demonſt l. qui id quod 33. ff. de donat. l. ſi filius 3. Cod. ad Macedonianum*: probat *ſuprà* cum multis Scobar. *à num.18. & 25. §.1. & in §. 2. à num.1.* qui *in §. 3.* plures facit illationes, contrarium tenens *à n.34.* vbi de quo *q. ſequent.*

Et taliter ex aliis id probat Barboſa *hic, n.4.* vt dicat quod capitulo obiicienti impuritatem & ortum à parentibus, vel infidelibus, aut impuris incumbat onus probandi, & quidem concludenter, vt ſæpiùs cenſuit Rota, de quo ſignanter loquuntur DD. à Barboſa relati. Econtra verò de nobilitate dicendum, quæ cum ſit qualitas de nouo introducta ex peculiaribus cauſis non præſumitur, niſi probetur, vt alibi dixi. 15

Ad tertiam quæſtionis partem reſpondebis ex dictis ſuprà *q.1.* vbi dixi quod qui bonus antea fuit, & nunc bonus præſumatur; quia non eſt malum præſumendum de illo qui benè vixit, cum ex vita retrò acta, præſumatur etiam de præſenti, vt multis traditis nouiſſimè probat *in dicto cap. cum in iuuentute hoc tit.* Barboſa *p.6, n.2.* Et ſic dixit Caſador. *lib.6. Epiſt. 1. ſi honoris alicuius eſt laudabilis origo bonorum initium ſequentibus rebus poteſt dare preconium*; Non enim mors mala putanda eſt, quam bona præceſſit vita, vt tradit Auguſtinus *lib.1. de Ciuitate Dei cap. 11.* vti proborum virorum exemplificat Barboſa *ibi, num.3.* quem leges, expendit optimè Tiraquell. *de pœnis temperandis dicta cauſa 51. num. 156.* & applicabis Iura *in cap. quia ſunt 28. diſt. cap. miremur 41. diſt. cap. in noſtra*, verſic. *nos verò de procurator. cap. ſacro*, ibi *maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat de ſentent. excommunic.*; Etenim vt dicit textus *in dicto cap. mandata hoc tit.* & cum multis *ibi*, Barboſa præterita faciunt præſumere de futuris, & vt dixit ex aliis *in dicto cap.3. hoc tit. num.1.* Puer ſimplex & humilis præſumitur quod bonus futurus ſit. 16

Vnum tamen notabis quod ex vnico actu mali, non eſt quis malus præſumendus, ſi etiam alium bonum actum fecit; Sed eſt ponderandum quid plus conſueuit, & ſecundùm id Iudicandum per textum *in l. ob carmen, ff. de Teſtibus*, Dinus *in dicta Regula ſemel de Reg. Iuris*, alia refert Gratian. *d. Reg. 173. num 5. & 6.* 17

QVÆSTIO II.

An ita quilibet bonus, & purus præſumatur vt id etiam procedat, vbi integritas, & bonitas ex ſtatuto prærequiritur: Et an prætendenti, ſeu communitati prætenſæ incumbat hæc probatio: & an Teſtes, quibus idoneus quis probatur, debeant eſſe omni exceptione maiores, & non ſingulares: Et an Teſtes aduerſus ſubornatos Iudices, debeant ſuam idoneitatem articulare: Et an Teſtes Teſtamentarÿ de Iure Canonico, aut Ciuili abſque alia probatione, præſumantur legitimi?

SVMMARIVM.

1 *Purus, & bonus, vbi integritas, & bonitas ex ſtatuto requiritur, eſt quis ſuis expenſis probandus, n.2.3. & 4. latè poſt longam diſputationem*

tationem vſque ad num.19. vbi diſtinctione componitur.

4 *Præſumitur quiſque poſſidere Iure qualitates,quæ communiter alijs conueniunt.*

5 *Aſſerens, aliquem eſſe indignum tenetur id probare.*

6 *Mortuus inuentus in terris Chriſtianorum præſumitur fidelis.*

Nemo præſumitur ex infecta radice ortus.

7 *Puritatis probandæ ſtylus in tribunalibus, & collegijs.*

8 *Qualitas ſpecialiter requiſita ſtatuto, eſt ſpecialiter probanda, n.9. & 10.*

11 *Allegans qualitates certas, tenetur eas probare.*

12 *Promoueri intendens ad aliquam dignitatem, tenetur probare ſuam habilitatem ad illam requiſitam. Idem ad officia Inquiſitionis, ſiue ad collegia, n.13. & 14.*

16 *Præſumptio in materia obiectiua, ſiue contra formam, ſiue contra perſonam, non facit plenam probationem.*

16 *Sanguinis puritas recipit mutationem, n.17. Nec eſt à natura inſita, n.18.*

17 *Homo quilibet non præſumitur liber.*

20 *Puritatis probatio ex ſtatuto requiſita incumbit communiter prætenſa expenſis prætenſoris, n.21. 22. 23. 24. & 25. niſi aliter obſeruetur.*

22 *Collegium S. Crucis hic Valliſoleti, & D. Bartholomei Salmanticæ expenſis ſuis informationes prætendentium facit, n.25.*

24 *Prætendens rem certo hominum generi conceſſam, tenetur probare ſe illius qualitatis, & generis eſſe.*

26 *Puritas ſanguinis, quibus probetur teſtibus, n.27. 28. 29. 30. & 31.*

27 *Prætendens ſanguinis puritatem, vulneratur, ſi ſunt aliqui teſtes maculam infingentes.*

29 *Teſtimonia circa puritatem, præferuntur alijs contra eam, n.30. & 31. vbi non multùm fidit author.*

30 *Informationes duæ, ſi ſint vna pro puritate, alia contra eam, vtra præferatur, & n.31.*

1 AD primam difficultatis partem, vt reſpondeam præmitto quæ dixi, *quæſt. præced.* verſic. *ad ſecundam quæſtionis partem*, vbi dixi quod Hiſpani omnes præſumuntur Chriſtiani Veterani trahentes ſcilicet originem à Gētilibus conuerſis temporibus D. Iacobi; eo quod ſtatim amplexi ſunt, & libenter Catholicam fidem, probāt Tertull. *in lib. aduerſus Iudæos, cap. de Natiuitate Chriſti, fol.* 106. Baldes *de Dignitate Regia, & Regnorum Hiſpaniæ, cap.*6. *à n.*8. Chriſtophorus de Caſtro *in Hiſtoria Deiparæ Virginis cap.*18. Fr. Didacus de Morillo *en la fundacion milagroſa de la capilla, de nueſtra Señora Angelica deel Pilar, cap.*5. Gregorius Lopez Madera *de excellentijs Hiſpan. cap.*6. & in diſcurſibus montis Sacri Granatenſis *cap.*3. *fol.*144. Raddes de Andrade *en la hiſtoria de las tres ordenes militares en la de Santiago, cap.*1. refert aliquos Auguſtinus Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi*, 1.*p. titul.*3. *cap.*8. *n.*28. Lara *de anniuerſarijs, & capellanijs* 2. *p. cap.*4. *n.*67. Zeuallos *in pract. q.*900. *num.*107. Valenzuela *conſ.*90. *n.*56. *p.*1. Farinacius pluribus in deciſionibus, maximè *deciſ.*167. *à num.*31. & *deciſ.*182. *n.*4. & *deciſ.*204. *n.*3. *p.*1. *tom.*1. fauent Menochius *lib.*1. *de præſumpt. præſumpt.*1. *à n.*1. Maſcardus *de probat. concl.*878. *num.*4. alios Doctores recenſet Farinacius *de Indicijs, & Tortura, q.*47. *n.*277. probantes quemlibet præſumi bonum, & bonæ famæ, & progeniei, probant multi adducti à D. D. Ioanne de Scobar *de Puritate ſang. q.*18. §.2. *n.*1. † Et ob id dixerunt 2
omnes præſumi probæ, ac genuinæ progeniei, non verò impuri ſanguinis, nec infecta nati radice ex ratione textus, *in l. cum quidam* 24. *ff. de leg.*2. *l.*3. *Cod. de infantibus expoſitis ex cap. cum deputati* 16. *de Iudicijs, cap. longinquitate* 64. & *cap. ſeq.* 12. *q.*2. & ex hoc noſtro textu, & probat Gloſſa verbo *dubitetur, in l. ſi vero* 5. §. *qui pro rei qualitate*, vbi Bart. *n.*5. Iaſon 15. qui ſatiſdare cogantur.

Vnde dubium eſt, an hæc puritatis præſumptio ſufficiat, vbi integritas, & bonitas à ſtatuto, ſeu aliquo conditore, aut fundatore exigatur? Et pro parte affirmatiua vltra tradita *n. præced.* probatur primo; quia natus inter Chriſtianos, non tenetur probare ſe natum ex puris, & orthodoxis parentibus, cum hoc ſatis ex Iuris præſumptione probatum habeat ſecundùm textum optimum, *in cap. veniens de Preſbytero non baptizato miniſtrante*, vbi Cardinalis *n.*6. Ancharran. *n.*6. Butrius 5. Abbas *n.*1. Auguſtinus Barboſa *de Canonicis, cap.*13. *n.*33. & *in paſtorali* 1. *p. tit.*2. *gloſſa* 17. *n.*26. in aliis *n.*45. Ceuallos *in pract. q.*900. *n.*45. & *ſeqq.* Farinac. *deciſ.*167 *à num.*40. *p.*1. *recent.* † Secundò; quia 4
quilibet præſumitur poſſidere, Iure, & rectè qualitates, quæ communiter omnibus conueniunt ex Patria, & Parentibus: argumento textus, *in l. cum* 22. *ff. de probat. l. in finalibus, ff. finium regund. l. ſi priuſquam* 15. *ff. de operis noui nunciat*, Gloſſa *in l. ſi vero, §. pro rei qualitate, ff. qui ſatiſdare cogantur.* Sed ſic eſt quod omnes in Hiſpania poſſident ex gentibus ſuis progenitoribus ſanguinis puritatem ſaltim præſumptiuè; ergo præſumi debent omnes rectè poſſidere, vt pro talibus ſemper habeantur, nec amplius probare ſit neceſſarium ſecundùm textum, *in leg. circa* 14. *ff. de probationib. l* 5. *tit.*14. *p.*5. cum aliis adductis à Ioanne Garcia *de nobilitate, gloſſa* 11. *n.*69. & §.1. *n.*11. Valenzuela *conſ.*90. *à n.*66. qui hoc extendunt ad omnes ſtatus cauſas. † Tertiò; quia aſſerens aliquem eſſe indi- 5
gnum, hoc tenetur probare plenè; at repellens aliquem ab honore prætenſo illum eſſe indignum aſſerit; igitur id probare tenebitur, maximè cum indignus quis dicitur ex aliqua turpi cauſa, vt generis macula eſt, probatur: argumento textus noſtri, *l. ſeruos* 20. *ff. de manumiſſ. teſtam. l. cum Pater* 78. §. *rogo* 25. *ff. de leg.*1. *leg. quoties* 18. §. *qui dolo* 1. *ff. de probat. leg. omnimoda* 38. *ff. de inofficioſo teſtam.* Menoch. *l.*1. *præſumpt.*1. Maſcardus *concluſ.*222. *n.*2. Mantica *de coniect. lib.*12. *cap.*5. *n* 22. & in terminis puritatis dixit Farinacius *deciſ.*494. *n.*12. *p.*2. † Quar- 6
tò; quia ſicut inuentus mortuus in terris Chriſtianorum præſumitur fidelis, Gloſſa *in cap. Preſbyteros* 68. *diſt.* & *in cap. ſi eos* 148. *de conſecrat. diſt.*4. Ricciulus *de Neophitis, cap* 7. *num.*10. ſic etiam videtur, vt ſi poſitiuè puritas non probetur, admitti debeat ex puritatis ſtatutis ille, cuius macula plenè non apparet; præcipuè ſi conſideres neminem præſumi ex infecta radice, ſed ex proba progenie, vt probatur *ex l.*3. *de infantibus expoſitis*, *d. cap. cum deputati* 16. *de Iudicijs*, cum ibi notatis, tradit Gutierrez *lib.*3. *pract. q.*14. *n.*3. Azeuedus *in Rub. num.*163. *tit.*2. *lib.*6.

lib.6. recopilat. Pelaez *de Maiorat.* 1.*p.q.*51. *n.*14. & hanc partem multis aliis probant rationibus Felinus *hic num.*11. Butrius *in cap. vnico, de ſcrutinio in ordine faciendo, num.* 11. Salicetus latè diſputans *in leg. actor. numero* 10. *Cod. de probation.* Baldus *in leg. cum ita.* 33. *ſpecies, numero* 2. *&* 3. *delegat.*2. & *in l.*1. *numero* 10. *Cod. ſi quis emiſſa cauſa teſtament.* D. Ioannes del Caſtillo *tom.*6. *Controuerſ. libro* 5. *p.*2. *cap.*123. *num.*17. vbi plures citat, & rationes reddit Farinacius *dict. deciſione* 167. *à num.*31. *&* 39. & *deciſ.*182. *num.*4. & *deciſ.* 494. *à num.*1. *p.*1. *tom.*2. & *deciſione* 335. *tomo* 1. *num.*1. *p.*2. vbi expreſsè *de puritate ſanguinis*, & Alexander Ludouiſ. alias refert deciſiones; præcipuè *deciſ.* 498. *num.*1. & facit Barboſa *de Canonicis, cap.*13. *num.*33. *&* 34. & quæ adducit Menochius *dicto libro* 1. *præſ.*1. *num.*36. & aliqui ex allegatis à Maſcardo *de Probationibus, concluſione* 878. *num.*6. & magis ſpecificè loquitur Valenzuela *in dicto conſil.*90. *num.*55. *&* 70.

7 Alij verò docent, vel quod hæc puritas ſanguinis, etiam in noſtris Hiſpanis non præſumatur, vel eſto præſumptio vera ſit ex iam dictis, tamen in noſtro caſu non procedere, dicentes verum non eſſe quod in omnibus Hiſpanis præſumatur puritas ſanguinis, vt ſtylus omnium tribunalium obſeruat, & demonſtrat; ſiquidem quoad ſtatuta Hiſpanica, ea non ſufficit, niſi ſpecificè puritas ſanguinis probetur: qui ſtylus in praxi in omnibus tribunalibus, Collegiis, & Eccleſiis, & aliis communitatibus talem qualitatem exigentibus, communis eſt, & omnibus notum: & hanc partem videntur amplecti Alciatus *regula* 3. *præſumpt.* 1. *num.*35. *&* 36. Maſcardus *de Probationibus, concluſ.*878. adducti à Farinacio *quæſt.*47. *à n.*287. *&* 294. *cum ſequent.* Menochius *libro* 5. *præſumptione* 1. *num.*35. *&* 36. Patianus *de Probationibus, libro* 1. *cap.*7. *num.*18. & ſpecificè loquentes in puritatis probatione, tenent Perecius de Lara *de Capellanijs, lib.*2. *cap.*4. *n.*38. Ceuallos *in pract. dict. quæſt.*900. *à num.*110. vbi plures caſus, & leges interpretatur, & poſt eos longè agens, & contrariis reſpondens, tenet D. D. Ioannes de Scobar y Corro *de puritate ſanguinis, quæſt.*8. §.2. *à num.*34.

8 Et de Iure hæc ſententia probatur ſequentibus validioribus fundamentis. Primò; quia licet verum fateatur iuxta primam ſententiam; quod quilibet præſumitur bonus ſine *raca, & macula Maurorum, vel Iudæorum:* Tamen quoties ſtatutum alicuius Eccleſiæ, vel ordinationes collegiorum, vel confraternitatum requirunt, quod nemo admittatur ad officium, vel præbendam, niſi fuerit deſcendens ex veteribus Chriſtianis, nullâ Hebræorum, vel Sarracenorum maculâ infectis: tunc eam qualitatem præciſè, & concludenter eſſe probandam: dicit Patianus *de probat. cap.*54. *libro* 1. *num.*9.
9 † Quod declarat Antonius de Amatis etiam procedere, ſiue qualitas ſit affirmatiua, ſiue negatiua, ſiue fuerit actor, ſiue Reus *ibi in deciſ.*31. *num.*34. *& num.*89. vbi addit quod qualitas requiſita ſit probanda, etiam parte non opponente, quod fuit de mente Baldi *in leg. ſi verò, §. qui rei qualitatem in fine, ff. qui ſatiſdare cogantur.*

10 Conſtat enim quod qualitas ſpecialiter requiſita, eſt ſpecialiter probanda, nec ſufficit præſumpta ex Bartol. & Doct. *in l. cum actum* 17. per textum ibi, *ff. de negotijs geſtis*, & *in leg. qui iuraſſe* 26. §. *qui Pater, ff. de iureiurando:* multis adductis comprobat Scobar *vbi ſuprà dicta q.*8.
*à num.*35. † Secundò, quia petens ſe admitti 11
ad munus cooptatum, aſſerit ſe dignum, poſſideteque requiſitas qualitates; at qui qualitates certis etiam tacitè allegat, tenetur ad earum ſpecificam probationem; quia ſtante ſua aſſeratione, nihil Ius præſumit ex text. *in l. Diuus* 33. *ff. de re iud. leg. cum te* 9. *Cod. de probationibus, leg. ſi minorem* 4. *Cod. de in integ. reſtitutione, leg. non ignorat.*9. vbi Baldus *Cod. de accuſat.* pluribus adductis Barboſa *axioma* 19. *num.* 3. Stephanus Gratianus *deciſ. Marchiæ* 198. *num.*24. & comprobat ex aliis ſuprà Scobar *dicta q.*8. *à num.*43. cui accedunt Butrius *in cap. ſi fortè, n.*9. *de elect.* & ibi Monachus *num.*9. vbi dicit *quod quando nihil habeo facere cum homine, tunc debeo eum præſumere idoneum, & dignum, vbi verò aliquid agendum mihi eſt cum illo, tunc de qualitate illius inquirendum eſt; nec ſufficit illa generalis*
præſumptio. † Et ſic in terminis Iuris commu- 12
nis, quando aliquis intendit promoueri ad aliquem Præbendam, vel dignitatem, non ſufficit præſumptio bonitatis, & honeſtatis, ſed neceſſarium eſt adhibere aliam ſuæ probitatis inquiſitionem traditur Cardinalis *in Clement.* 1. *notab.*2. Ancharranus *num.*4. *de conceſſione præbendæ*, Felinus *in cap. cum in Iure de officio deleg. in limitat.*5. Maſcardus *concluſ.*222. *num* 10. *&* 11. Alciatus *regula* 3. *num.*6. *&* 7. vbi refert hæc verba: *iſta non eſt limitatio ad regulam: quia etiam in tali caſu quis præſumitur bonus, cæterum lex non manet contenta ſola præſumptione, ſed vl-*
terius requirit adhiberi aliquas informationes. † Ob 13
idque ſi iſtæ informationes non fierent in forma concludenti, & probanti inde abſurdum, ſequeretur quod ſola Iuris præſumptione omnes macula infecti ſine vlla ſanguinis puritate, poſſent admitti in omnibus collegiis, & confraternitatibus, & Eccleſiis Cathedralibus; & vbi adeſt ſtatutum puritatis ſanguinis, quod eſſet valde damnoſum, & pernicioſum; & ſic optimè dicit Conſultus *in l.*1. *ff. de probation.* ibi: *quoties quæreretur genus, vel gentem quis haberet nécne, eum probare oportet*, vbi Gloſſa in fine ſubjungit; quia ſi dico me de gente Italica, ego debeo me probare Italicum, optimè tradit, & explicat Aymon Craueta *Reſp.*1. *pro genere, n.*125. cuius verba tranſcribit Ceuallos *d. quæſt.*900. *num.*117. videndus *à num.*115. Menochius *lib.*6. *præſumptione* 1. *n.*36. *&* 37. Tuſch. *lib.*6. *concluſ.*16. *num.*93.

Tertiò; quia cum diſponentes iam ſint certi 14
de præſumptione Iuris & Legis, & adhuc deſiderent, vt euidentius conſtet de veritate qualitatis, quam ſpecificè exigunt, apparet vt non proſit eo caſu qualitatem adeſſe per Iuris præſumptiocem, niſi per extrinſecam probationem detegatur, vt docet Cæphalus eleganter *conſil.*317. *num.*8. *volum.*3. Archidiaconus 3. *quæſt.*3. Baldus *in cap.*1. *col.*1. *de conſtit.* benè probat de allegante bonam famam, quam quilibet tenetur probare, Farinacius q.47. *num.*294. Patianus *dicto libro* 1. *de probat. cap.*42. *num.*8.
† *Ibi*, quod in materia obiectiua, ſiue contra 15
formam, ſiue contra perſonam iuxta, *cap. vt circa de elect. libro* 6. *Clem. conſtitutionem eodem tit.* præſumptio Iuris non transfert onus probandi

bandi in aduerſarium; quoniam in tali caſu non
facit plenam probationem, cum vera, & aperta
probatio non præſumptiua requiratur, multis
adductis docet Ceuallos *dicta q.900. à num.*111.
vbi *n.*115. concludit quod illa qualitas ſangui-
nis, quod quis non deſcendat ex genere Sarra-
cenorum, vel Maurorum probanda eſt; ita vt
iuris præſumptio non ſit ſufficiens; quia omnes
præſumptiones, etiam humanæ naturæ adhæ-
rentes, prout eſt aliquem eſſe bonæ conditio-
nis, & famæ, ceſſant, & nihil operantur, niſi
extrinſeca, & affirmatiua eius qualitas probetur,
Decius *in cap. ſuper litteris* 20.*num.*8. *de reſcrpitis*,
Abbas, & Paris, *in cap. cum in Iure de officio
de leg.* Menochius *dicta præſumpt.*1. *lib*5. *num.*19.
Maſcardus *de probationib.concl.*878. *n.*5. *limitat.*2.
Parianus *de probationibus,lib.*1.*cap.*7.*n.*18.

16 Quartò; quia cùm hæc qualitas ſanguinis, &
puritatis recipiat mutationem, & alterationem;
eo quod quotidie ſtatus mutentur, & qui ho-
die eſt ex antiquis Chriſtianis deſcendens, filius
eius eſt contaminatus ex noua generatione, &
procreatione; ideo merito neceſſaria eſt talis
probatio, nec iuris præſumptio prodeſſe pote-
rit; quia fundans ſe in qualitate ſuæ perſonæ,
tenetur eam probare. Genuens *conſ.* 90. *num* 9.

17 Vti contigit in probatione libertatis, vel ſer-
uitutis, quia licet quælibet res præſumatur libe-
ra, *vt in l.altius, Cod de ſeruitut.* tamen non qui-
libet homo præſumitur liber; licet libertas ſit
omnibus rebus fauorabilior, *vt in l. libertas* 165.
ff. de regulis iuris, cum de iure gentium ſint tria
genera perſonarum, vt *in leg. manumiſſiones, ff.
de Iuſtitia, & Iure*: & ſic reſoluit eleganter Al-
bericus *in leg. circa eum, num.*2. *&* 3. *ff. de prob.*
quod hodie nemo præſumitur liber, cuius
verba refert Ceuallos *diſt. quæſt.*900. *num.*123.

18 † Et ſic videri, quod cum qualitas puritatis non
ſit à natura inſita in origine mundi, licet inter
nos Hiſpanos admodum antiqua ab aduentu
D. Iacobi, vt *ſuprà* dictum eſt, tamen acciden-
talis, & ex nouis principiis introducta; ideo in-
ferri ad eam probandam, teneri qui eam allegat,
ſicut tenetur ad nobilitatem probandam, qui
eam prætendit, ſecundùm ea, quæ ex multis
tradit ipſe Ceuallos *d.q* 900. *à n.*118. multis aliis
comprobant iam relati hanc partem.

19 Ego verò, etſi acerrimè proximè relatam ſen-
tentiam defendat D. Scobar *de puritate, d. q.*8.
*p.*1. §.2. *à num.*35. ita vt nullo modo habeat
locum contraria ſententia, niſi in his qualitati-
bus, quæ naturaliter honoribus inſunt, quibus
bonus idoneus quilibet reputatur, vt integritas
animi, & bonitas animi ſecundùm ea, quæ tra-
dit Pichard. *de nobilitate communic. inter virum,
& vxorem, n.*4. *& n.*74. & vt *ſuprà* expendi ex
noſtro textu, & aliis; non item in hac purita-
tis qualitate, quæ eſt mutabilis, & accidentalis:
tamen vtramque veram eſſe Iudico, etiam in ma-
teria puritatis taliter verò, quod ſi ego ſpecia-
tim aliquid habeo, agere cum aliquo; quia de
intereſſe agitur; tunc omnino hæc vltima ſen-
tentia ſequenda ſit ex vi ſtatuti per fundamenta
adducta pro eo. Sin autem ſimus in terminis,
vbi de intereſſe ſpecialiter non agitur, exiſtimo
primam ſententiam veram eſſe per eius funda-
menta; quia ea accipi debet de præſumptione
puritatis, dum contrarium non apparet: argu-
mento textus, *in leg. cum in lege* 33. *de contra-
henda emptione, l. cum ita* 33. aliàs *omnia*, §. *cum
ita*, §. *ſpecies* 5. vbi Baldus *ff. delegat.*2. videbis
Farinac. *deciſ.*174. *n.*35. *&* 42. adductos à Bar-
boſa *axioma* 174. *num.*9. Cardinalem Tuſchum
*littera P, concluſ.*84. *per totam, tom.*6. & compro-
batur ſatis hæc diſtinctio ex doctrina Perez de
Lara cum multis ab eo adductis *d. lib.*2. *de an-
niuerſ. cap.*4. *à num.*67.

Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis 20
iam non difficulter reſpondebis: nam ſi dicas
onus probandi puritatem ſanguinis, incum-
bere collegio, ſeu tribunali; id probabis ex
dictis *ſuprà in principio huius quæſtionis*; eo quod
fundans ſe in alterius ignobilitate, aut defectu,
teneatur illum probare, velut ſuæ intentionis
fundamentum, iuxta regulam textus, *in leg.
ab eâ parte* 5. *de probationibus, l.*2. *de exception.*
& ſic dixit Valenzuela *conſil.*90. *part.*1. *num.*39.
& *à num.*66. quod communitas, & eius fiſca-
lis, tenetur maculam, & alios defectus præ-
tenſoris probare. † Et Auguſtinus Barboſa 21
de poteſtate Epiſcop. 1 *part. tit.*2. *gloſſa* 17. *n.*35.
dixit quod dum prouiſi petunt admitti ad
præbendas Eccleſiarum, in quibus ſint purita-
tis ſtricta ſtatuta, non aſſerunt ſe puros in ſan-
guine eſſe, nec cæteras habere requiſitas qua-
litates, ſed petunt immiſſionem reſpectu ſuæ
prouiſionis, quam ſi capitulum vult excludere
cauſam excluſionis, tenetur probare, *ex cap.
dilecti* 8. *de except. l.*1. *in princip.* vbi Gloſſa ſi
quadrupes pauper feciſſe dicatur, quod proce-
dere ait, quando capitulum rejicit prouiſum, &
ille appellauit: ſic Ricciolus *de Neophitis, c.*7.
*ex num.*8. alia ex multis ſcribit D. D. Ioannes de
Scobar *de puritate, quæſt.*8. *part.*1. §.3. *à num.*1.
† Et ſic videmus quod in Collegio Sanctæ 22
Crucis hic Valliſoleti non expenſis prætenſo-
ris, ſed Collegij informationes puritatis fiunt;
idémque obſeruari in Collegio Sancti Bartho-
lomæi apud Salmanticos vulgò noncupato
el viejo; ob idque Baldus *in leg. ex perſona, n.*2.
Cod. de probation ait poſſeſſionem transferre
onus probandi in aduerſarium negantem, iux-
ta relata ſuprà *in cap. licet* 9. *de probat.* & ali-
bi eo *in titulo*, & faciunt iuram. *leg. cui neceſ-
ſitas* 39. *leg. liberis* 7. §. *vltimo, ff. de liberali
cauſa, l. ſi is qui* 15. §. *ſi ſeruus, ff. de vſu, leg.
circa* 14. *de probationibus, leg. ſi prius quam* 15.
de operis noui nuntiat, leg. eam quæ 12. *Cod. de
lib. cauſa, cap. ſi Iudex laicus* 12. verſic. *ſicut de
ſentent. excommunic. libro* 6. & facit textus *hic*
verſic. *eidem.* † Qui autem tenent hanc pro- 23
bationem ſpectare ad prætenſorem, fundant
ſe ex dictis *ſuprà* pro ſecunda ſententia præ-
cedentis dubij; tum quia generaliter loquen-
do qui ad honorem officij, ſeu maioratum ad-
mitti vult, tenetur ſe talem probare, qua-
lem eum eſſe voluit, conſtitutio, vocatio,
ſeu ſtatum per, *leg. Diuus* 33. *ff. de re iudicata*,
Barboſa *axioma* 19. *num.*3. ex aliis, docet Pe-
laez *de Maiorat. quæſt.*50. *num.*123. † Et ſic fie- 24
ri, vt intendens rem certo hominum generi
tantùm conceſſam probare debeat ſe illius gene-
ris, & qualitatis eſſe: argumento text. *in l. Codi-
cillis* 89. *alias l. Lucius* 88. §. *matre, ff. delegat.*2. *ſi
ita quis* 135. §. *ea, l.*3. *ff. de verb.* Lara *de Capella-
niys, à n.*23 *p.*2. *cap* 4. multis probat Scobar *vbi
ſuprà d.q.*8 *à n.*11. eo quod in hoc caſu cum aga-
tur de præiudicio tribunalis prætenſi, cui dam-
num probent exceptione maculati contra ſuas
conſtitutiones, & ſtatuta, & etiam aliis, qui po-

terant admitti; ideo probatio incumbit prætenſori ex doctrina Abbatis *in cap. cum in Iure n.2. §. ſed hac de officio deleg.* & ibi Barbatia *n.2.* verſic. *item*, Afflictis *deciſ.345. n.6.* Menochius *præſumpt.1. n.36.* Farinac. *deciſ.116. in poſthumis*
25 *ſub n.3.* † Et hanc ſententiam in praxi admiſſam video in tribunalibus S.Inquiſitionis, & in aliis communitatibus puritatem ſanguinis requirentibus, non quod examinentur teſtes præſentati à prætenſore; quia hos ex officio perquirunt, & examinant informantes, ſeu commiſſarij ad id nominati, & electi; ſed quod expenſis ipſius prætendentis fiat, niſi aliter à fundatore ſtabilitum ſit, vt contingit in iam relatis collegiis Sanctæ Crucis, & Diui Bartholomæi, propter paupertatem prætendentium, quam in illis temporibus ipſi conſiderauerunt: plura videnda refert D. Scobar *dicta quæſt.8. §.3. de puritate à num.15.* qui vſque ad finem quæſtionis plura infert notatu digna, & contrariis ſatisfacit, quibus ex dictis ſatis reſpondetur, faciunt adducta à Patiano *de probationibus, lib.1. cap.42.* Alia refert Ceuallos *in pract. dicta quæſtione 900. à num.110.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem, an teſtes, quibus puritas probatur, debeant eſſe omni exceptione maiores? Vt reſpondeas applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. licet ex quadam 47. de teſtibus*, & ibi, *q.2. & 3.* item ea, quæ generaliter adduxi de idoneitate teſtium, *in Rub. & in cap. quoties 5. in cap. teſtimonium ibidem*, & aliis in locis & de teſtibus circa puritatem ſanguinis probandam, latè dicit D. Ioannes de Scobar *de puritate 1. p. q 9. per totam, & vſque in finem libri*, vbi quid etiam de inſtrumentis, & de fama, vbi latè videbis, & leges quos ipſe congerit.

27 Vnum tamen breuiter notabis, quod quando ſunt teſtes aſſerentes aliquem deſcendere ex Iudæis, ſeu Mauris, vel aliis affectis macula, & reddunt ſufficientem rationem, non poteſt iſte dici integræ opinionis, cui per teſtes ſiniſtra infertur, & cum bonus dicatur ex integra cauſa, malus autem ex quocumque defectu repellendus eſt, cum requiratur integer bonus ſine contraria opinione ſecundùm Laram *de Capel-*
28 *lanijs. p.2. cap.4. num.72.* † Sed quia teſtes ad probandum in hac materia nitantur aduersùs Iuris præſumptionem, debere eſſe idoneos, & omni exceptione maiores, dixerunt Thomas Grammaticus *conſil.35. num.36.* Decianus *tom.2. Criminalium*, qui loquuntur in probanda corruptione Iudicis; pro quo adeſt Iuris præſumptio, vt *infrà* dico *dubio ſequenti*, probat Valenzuela *conſil.92. p.1. num.83. & 168.* Scobar *de puritate, p.1. quæſt 8. §.2. à num.28.* qui cum aliis *num.30. & 31.* ait quod etſi idoneitas teſtium expreſsè in aliqua requiratur conſtitutione non eſt opus eam ſpecificè probare, ſed ſufficit præſumpta à iure argum. textus, *in leg. marito, ff. pro ſocio, leg. quoties 18. §. qui dolo, ff. de probat. leg. ſi quis ſeruum, §. ſi in ſeruo, ff. de ſeruo corrupto, leg. item apud Labeonem 15. §. ſi communem 36. ff. de iniurijs*, atque idoneitatem teſtium ſpecificè articulari; nec probari non eſſe neceſſe, voluit Narbona *in l.31. gloſſa 16. tit.7. lib.1. recopil. & in l.82. gloſſa 2. à n.45. tit.5. lib.2. eiuſdem recopilat.* de quo latè idem Scobar *q.6. de puritate, §.5. à num.103.*

29 Notabis primò, quod teſtimonia circa puritatem ſunt præferenda aliis, quæ circa maculam ferantur: ſic Farinacius *in praxi, quæſt.47. num.170.* Valenzuela *conſil. 90. num.50. & 65.* vbi *num.53.* ait quod etiam minori numero teſtium circa puritatem, & bonam famam, ſit magis credendum; quia ſe confirmant cum Iuris præſumptione iuxta textum noſtrum, & *c.1. de ſcrutinio in ordine faciendo*, ibi illum, quem indignum eſſe non nouit dignum, debeat æſtimare. Videbis Patianum *de probationib. lib.1. cap.50. n.81.* aliis adductis Scobar *d. q.8. de puritate. §.2. num. 26.* videbis relatos à Farinacio *in praxi, quæſt.65. num.258.* Cardinalis, & Gloſſa fin. *in cap. cum in tua deſponſ.* Felinus *in cap. cum contingat de reſcript. n.2.*

Notabis ſecundò, quod ex duplicibus, & æqualibus informationibus puritatis, & maculæ, erit illa præferenda, quæ pro puritate facit cui adhæret Iuris præſumptio, & in concurſu ſemper præualet opinio, & fama bona, *d. cap. cum in tua*, & ibi Abbas *n.10. de ſponſ.* & ſic pluries iudicatum fuiſſe à Rota Romana, recenſet Barb. *de Officio Epiſcop. tit.2. Gloſſa 17. ſub n.38. in fine*, verſic. *etſi contingat*, aliis relatis Valenzuela approbat *conſ.92. p.1. n.204. & 215.* de cuius veritate agit Scobar *d. q 8. de puritate, n.25. & § 3. illatione 10. in fine.* 30

Ego tamen de his duobus notabilibus non multùm confido; ſiquidem vt dixi in primo dubio huius principalis quæſtionis, puritas, vbi ex ſtatuto requiritur, non præſumitur, niſi probetur; tum quia nulla eſt ratio quare vnis, quam aliis creditur iuxta ea, quæ docet, & tenet idem Scobar *dicto §.3. quæſt.8. à n.65. 68. 69. & 70.* & quæ dixi ego latè, *in cap. in noſtra 32. de teſtibus*, vbi quod inter teſtes actoris, & Rei contraria dicentes, ſit credendum dignioribus, & veriſimiliora deponentibus: ita ſic receptum in praxi vidi in tribunali Sanctæ Inquiſitionis Valliſoletanæ, vbi tanquam Patronus Fiſci alias acerrimè impugnari per ſeptem annos, & poſt cum eſſem Inquiſitor; & ſic video in hoc conſilio ſuppremo generalis Inquiſitionis, vbi nunc ſum conſiliarius, & Fiſci Patronus. † Et an teſtes ſingulares admittantur ad puritatem probandam? Videbis quæ adduxi, *ſuprà in cap. tam litteris 33. de teſtibus, & ibi* dicta hic applicabis, & in terminis optimè agit D. Scobar *de puritate ſanguinis, q.9. §.3. per totam*, & ſuper hoc dixi, *in dicto cap. tam litteris, q.2.* verſic. *ad ſecundam partem quæſtionis.* 31 32

Ad quartam quæſtionis partem, an teſtes aduersùs ſubornatos Iudices, debeant ſuam idoneitatem articulare? Dixi aliqua ſub verſic. *ad tertiam*, & longè agam, *in cap. cum ab omni ſpecie 10. de vita & honeſt. Cleric.* quid Iure Regio per, *l.6. tit 9. lib.3. recopil.* dixi *ſuprà in cap. tam litteris, q.3. à n.60. de teſtibus.* 33

Ad quintam quæſtionis partem, an teſtes teſtamentari de Iure Canonico, aut Ciuili abſque alia probatione, præſumantur idonei, aut legitimi? Dico *infrà de teſtam. in cap. cum eſſes*, & ibi Couarruu. *in cap.11. n.6.* 34

QVÆSTIO III.

An nepos alicuius expoſiti poſſit eſſe Miniſter Sancti Officij, ſi eius Auunculus expoſitus habitus, ſit Chriſtianus Veteranus opinione vulgi, aut teſtium? Vbi quam praxim obſeruant

obſeruant Tribunalia ſanctæ Inquiſitionis ab anno præterito 1658. præceptam: Et quid dicendum quando prætendentis puritas ſit in incerto propter parentum incertitudinem, aut ſi de vno probetur puritas, & nobilitas, de alio verò contrarium, & de vera dubitetur filiatione: An pœnitentia publica aſcendenti injuncta pro cauſa, quæ non ſit fidei, nec pro hæreſi, vel ſuſpicione illius, noceat deſcendenti, quominus adipiſcatur habitus militares, ſi nobilis ſit, dignitates, Canonicatus, ſiue Præbendas, aut beneficia, collegia, aliave officia Sanctæ Inquiſitionis, ſi aliàs puri ſanguinis ſit, & ex veteribus Chriſtianis: Et an familiares Sancti Officij, vt conueniantur coram Inquiſitoribus, debeant prius probare ſe tales eſſe, aliàs inquam ſint conueniendi coram Iudicibus laicis?

SVMMARIVM.

1 *Ex poſitis nonnulla priuilegia conceſſa, notantur* remiſſiuè, *& nonnulla de eorum materia.*
2 *Puritatis interrogatio circa aſcendentes prætenſoris, qualiter concipiatur.*
3 *Puritatis teſtes deponentes, qualiter debeant diſtinguere, vt aſcendentia prætenſoris probetur.*
4 *Commiſſarius S. Officij nominatus ad faciendam informationem puritatis quid à teſtibus ex officio debeat exigere?*
5 *Teſtes etiam non interrogati debent rationem reddere de rebus, quæ ſolo Iudicio intellectus valent percipi, qui poſſunt compelli ad eam reddendam, publicatis atteſtationibus, n. 6.*
6 *Teſtes poſſunt examinari ob non redditam rationem poſt publicatas atteſtationes in cauſis ſtatus, & ſic puritatis, & in alijs.*
7 *Teſtes deponentes, quod nihil puritati aduersùm audiuerint, & ex Iuris præſumptione dicant prætenſorem purum nihil probant, & qualiter debeant deponere, vt probent, à n. 8.*
8 *Aſcendentia prætenſoris, eſt non ſolùm poſitiuè probãda pura in parentibus, & auis; imò & in alijs aſcẽdentibus, orta ex legitimo matrimon.*
9 *Chriſtianus Veteranus dicitur propriè ille, in cuius aſcendentia indefinitè puritas ſanguinis probatur ſine auditu contrario.*
10 *Statutorum puritatis, & nobilitatis æquitum ordinem qui agant, & n. 35.*
11 *Expoſiti in pluribus Cathedralibus habentibus ſtatuta puritatis ſanguinis, referuntur admiſſi, & de ratione, n. 12. & à n. 15.*
12 *Præſumptio Iuris dicitur plenam probationem facere, etiam in cauſis puritatis, n. 13. & 14.*
14 *Statuta ſunt interpretanda, vt rationabilem ſenſum faciant.*
15 *Expoſiti ſecundùm plures ſunt admittendi ad officia puritatis, & quare, n. 16. & 17.*
17 *Bulla Gregorij XIV. de expoſitis, illos ponit, vt ex legitimis ad honores explicatur, à n. 29.*
18 *Puritas iuxta ſtatuta ſanguinis S. Officij, Collegiorum, & Cathedralium Regnorum Hiſpaniæ, eſt poſitiuè probanda, nec ſufficit præſumptiuè.*
19 *Expoſitus prætenſor, aut aliquis ex eius parentibus, aut auis, aliorúmque aſcendentium probatus, non obtinebit circa puritatem prætenſam, & à n. 20. 21. & 22.*
20 *Eligendus, vt purus, & nobilis, debet talis probari in ſe, & in aſcendentibus.*
21 *Geniti ex incertis progenitoribus rejiciuntur.*
22 *Improbabile dicitur quod eſt incertum; & ſic puritas in expoſito.*
23 *Expoſitus auus alicuius prætenſoris nati ex legitimo matrimonio, ei efficit ad puritatem probandam plenè, & poſitiuè.*
24 *Origo probari debet à parentibus, & auis certis*
25 *Puritas ſanguinis nequit poſitiuè probari in expoſitis. Et quid deinceps pro ſtatuto S. Inquiſitionis ſtabilitum cauetur.*
27 *Teſtes vniformiter deponentes de fama communi puritatis in perſona aui expoſiti cuiuſdam prætenſoris, non ſufficiunt ad probandam puritatem poſitiuè, & quare, n. 27.*
28 *Prætenſor in Inquiſitione debet dicere quando præſentat Genealogiam, ſe non eſſe ortũ ab expoſito vllo.*
29 *Bulla Greg. XIV. loquens de expoſitis, ſolum practicatur quoad beneficia, & ordines.*
30 *Expoſitus quidam fuit admiſſus ad portionem cuiuſdam Cathedralis.*
31 *Expoſitus tunc admittetur, vt legitimus ad officia puritatis, quando ſtatutum ſolum expoſcit, vt pratẽſores non deſcendãt ex Iudæis, vel Mauris, & n. 32 ſecus ſi ſtatutũ expoſcat, vt pratẽſor procedat ex notis, & puris parẽtib. vt n. 33.*
32 *Expoſitus, cui aſſiſtit præſumptio puritatis poterit iurare ſe non eſſe ex genere Iudæorum, ſeu conuerſorum.*
34 *Diana de expoſitis loquens, ſubmittit ſe Iudicio Inquiſitorum.*
35 *Statuta quorundam communitatum expoſcunt etiam nobilitatem, & Eccleſia Argentens, vt num. 36.*
37 *Prætenſor non admittitur ad actum puritatis, ſi incertitudo qualitatum proueniat ex incertitudine Parentum, aliter ſi conſtare poſſit, n. 38. & 39.*
38 *Demonſtratio optima rei deducitur ex duobus paribus ſimilibus.*
39 *Teſtes totum probabunt ſi conueniant in ſingulis partibus, ex quibus rectè totum inferatur.*
40 *Expoſitis ſi dubitetur ortus ab vno ex duobus, quorum alter eſt impuri ſanguinis, non obtinebit.*
41 *Natus ex patre dubio, ſequitur patrem apud quem ſit procreatus.*
42 *Pœnitentia publica imponi debet, quæ ſit culpæ conformis.*
43 *Pœnitentia publica non imponitur, niſi pro delicto manifeſto.*
44 *Deſcendentes à pœnitentiatis extra S. Officium, de Iure non amouentur ab officijs, & n. 45.*
46 Cap. ſtatutum 15. §. de filiis de hæret. lib. 6.
47 *Statutum loquens de Nepotibus hæreticorum, ſeu reconciliatorum, non habet locum in reconciliato ſponte confeſſo, promiſſa ſibi venia.*
48 *Admiſſus præſumitur, qui expreſsè prohibitus non eſt.*
49 *Iuriſdictionis qualitas, quæ fundat Iuriſdictionem, debet ante omnia probari ſic vt non ſufficiat ſolus titulus delicti.*
50 *Delictorum qualitates, vt Familiares Sancti Officij amittant forum, ſunt ante omnia probanda ab accuſatore, vel Fiſcali, qui ex officio cauſam proſequitur.*

1 AD primam ergo difficultatis partem, ne ad longum repetam, quæ de expoſitorũ habilitate, iura proclamant, quæque ipſis per priuilegia etiam Pontificia communicata ſunt, & conceſſa, iuxta quæ DD. tradunt *infr. in tit. de infantibus expoſitis percipies*, ſi leges quæ dixi *ſup. in cap. cum deputati* 16. *de Iudicijs, q.* 8. dũ egi de ea quæſtione: *an expoſiti, & quorum origo incerta eſt, ſint irregulares, vel ſint habiles ad officia publica?* & ad propoſitum *ibi, n.* 14. & 15. ſub diſtinctione, & etiam *in c.* 1. *de filijs Presbyt. q.* 2. dum dixi de quæſtione, *an ſit legitimus reputandus ille filius, qui etſi expoſitus non ſit, eius verò parentes non reperiantur? q.* 5. *à n.* 1. vbi, *an illegitimus occultus incurrat irregularitatem?* aliquid ſub *q.* 10. ibi. Et magis ad propoſitum ſuprà proximè in textu noſtro, *ſub q.* 1. *ex n.* 1. in verſic. *ad ſecundam*, & tota, *q.* 2. *à n.* 1. & 3. vbi latè dictum eſt de dubio, *an purus quis præſumatur, vbi integritas, & bonitas ex ſtatuto expreſſè prærequiritur vſque ad n.* 19. & in verſic. *ad ſecundam, an probatio puritatis incumbat prætendenti, aut communitati prætenſa*, & de aliis verſic. *ad tertiam, & quartam*; quibus repetitis hæc noſtra quæſtito latè expendatur; ſi verò non ita cum breuiori calculo valebit intelligi.

2 Supponitur etiam, quod capitulum interrogatorij S. Officij ad informationes puritatis peragendas, quartam ſcilicet in ordine habet interrogationem ſequentem, *ſis auenqae el pretendente, ſus Padres, y Abuelos, y ſus aſcendentes todos, y cada vno de ellos*, &c. & cap. 3. *ſi conocen, o an oido decir al pretendiente, y a ſus padres y abuelos, y ſi tienen noticia de los demas aſcendientes, ſu naturaleca, y vecindad*, &c. & in c. 5. puritatis interrogatio facta de parentibus, & Auis, porrigitur ad illos aſcendentes, dicendo, *ſi ſauenque ninguno de ellos, ha ſido penitenciado por el Sancto Officio, ni ha incurrido en otra infamia*, &c. *que le impida tener honor, ni officio publico*, &c.

3 Ex quorũ tenore iam optimè dubitatum fuit dicto anno præterito 1658. & poſt lõgam diſcuſſionem, deciſũ, non ſufficere de puritate probari, iuxta depoſitionem teſtium, niſi & ſimul ſpecificè, ac poſitiuè deponant de ſcientia originis, ac loci, tam prætenſoris, quàm ſuorum parentum, & auunculorum; imò & aliorum aſcendentium; quia etſi regulariter rationem, niſi interrogati teſtes, exponere non teneantur, *cap. ſicut* 16. iuncta Gloſſa verbo *de cauſis de re iudic.* ex adductis à Gomez. *lib.* 3. *variar. cap.* 12. *num.* 10. Maſcardo *de prob. concl.* 1569. *à n.* 1. Farin. *de teſtib. cum alijs, q.* 70. *n.* 91.

4 † Iudex tamen, hoc eſt, commiſſarius ad rationis interrogationem, omninò tenetur ex ſuo officio, *l. ſola* 3. iuncta Gl. *Cod. de teſtib. c. ſi teſtes* 3. verſic. *item ſolam* 4. *q.* 3. *l.* 36. ibi, *deuele preguntar como los aue faciendole decir porque razon los ane*, vbi Gl. 8. & *l.* 28. *in princ. tit.* 16. *p.* 3. defectus enim rationis in dicto, tollit fidem, vt *in Auth. de teſtibus*, §. *licet dudum*, ibi, aut etiam cauſam teſtimonij faciant manifeſtam, *col.* 7. *cap. cum cauſam* 57. *in princ. de teſtibus.*

5 Et confirmatur, nam licet nonniſi interrogati teſtes, rationem reddere teneantur, at in rebus, quæ non valent comprehendi ſenſu corporeo, ſed Iudicio intellectus, debent in his, non interrogati, rationem reddere, ita vt ſi nõ reddiderint, nec fuerint interrogati, poſſint iterum produci, & eam reddere, etiam publicatis atteſtationibus, vt reſoluunt. Gomez. *ſup.* Boſius *in tit. de oppoſit. contra teſtes, n.* 73. Vibius *comm. opin.* opinione 898. *ex n.* 1. Clar. *in praxi*, §. *fin. q.* 53. verſic. *præterea dixi*, Maſcard. *concl.* 1369. *ex n.* 1 Sanch. *in conſ. lib.* 6. *c.* 5. *dub.* 19. *n.* 6. plures referens.

6 † Et explicans cum ampliationibus, & limitationibus, ad ſaturitatem Farinac. *de teſtib. q.* 61. *n.* 37. & *d. q.* 50. *ex n.* 91. Ioan. Guttierrez *lib.* 1. *pract. q.* 57. vbi quando poſſunt examinari teſtes poſt publicatas atteſtationes ob non redditam rationem D.D. Ioannes Scobar *de purit. ſang.* 2. *p. q.* 5. *à n.* 78. D.D. Ioan. de la Rea *in deciſ. Granat.* 98. *n.* 41. Cancer. *Variar.* 1. *p. cap.* 20. *ex n.* 19. & quod ita procedat in cauſis ſtatus; & ſic puritatis videntur tenere idem Gomez. *d. cap.* 12. *n.* 10. verſic. *& idem quando eſt deponunt*, Roland. à Valle *conſ.* 3. *n.* 52. *lib.* 1. Farin. *d. q.* 70. *n.* 45. in terminis D. Scobar *de purit.* 1. *p. q.* 4. § 4. *n.* 15. videndus toto illo, §. *vbi à n.* 8. ponit 16. requiſita, de quibus debet commiſſarius inſtrui, vt ritè, & rectè probationem puritatis Sanguinis perficiat, legendus omnino.

7 Et confirmatur, quia ſi teſtes circa puritatem deponentes eam reddiderint rationem, quod nihil puritati aduerſum audierunt, & ex Iuris præſumptione dicam prætenſorem puram nullam efficiunt fidem, nihilque omnino probat, corruit eorum teſtimonium ex reddita ratione, quæ Iuris præſumptio tantùm eſt, & ſicut hæc ex iam dictis, *q.* 2. hic per ſe non ſufficit ita, nec teſtimonium, quod pro fundamento habet eam, cum debeat regulari per rationem text. *in l. cum ratio* 7. *de bonis damnator, in C. & l. fideicommiſſ.* 11. §. *hæc verba, ff. de leg.* 2. *cum ſimilibus.* Ergo cum prædicta ratio de ſe nulla ſit, & teſtimonium nullum erit ſimiliter ſecundùm Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *in fine. ff. ſi certum petatur*, & *in cap cum cauſam, n.* 15. vbi Abbas *n.* 6. & alij: de teſtibus, Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 1369. *num.* 58. Octauican. Cacheran. *conſ.* 66. *lib.* 1. *ſub num.* 17. D. Ioan. Scobar 1. *p. de puritat. q.* 8. § 3. *num.* 65. & 66. & alibi ſæpè.

8 Quare in propoſito, de quo loquimur, & iuxta relatas clauſulas interrogatorij, & ex doctrina longè adducta ſub *d. q.* 2. *hic à n* 1. reſpondeo vt ſit non ſolùm in perſona prætenſoris probanda poſitiuè, & clarè aſcendentia parentum, & Auorum ex vtroque latere; imò & in aſcendentibus aliis; ſic vt teſtes deponant ſcire ſe omnes illos fuiſſe, ac eſſe ex legitimo matrimonio ortos: nã ſi fortè idem prætenſor, aut pater, aut mater ſi ex Auis aliquis probatur expoſitus; ita vt ignorentur eius aſcendentes, aut eorum quilibet, nullo modo ſit admittendus ad officia puritatis S. Inquiſitionis, quantumuis teſtes deponant de communi habita opinione, vel fama puritatis, cum in ſpecie illam non poſſint verificare in aſcendentibus illius, qui fuit expoſitus, & apparet ſic ex ſequentibus.

9 Primò, quia Chriſtianus Veteranus ille propriè dicitur, in cuius aſcendentia indefinitè probatur ſanguinis puritas iuxta prædicta ſtatuti verba; dicitur enim talis ille qui per omnes indiſtinctè gradus ab Orthodoxis deſcendit, quo fit vt puritas ex Iure ſpeciali ſtatutorum quorundam tribunalium, & communitatum probetur pro deſcendentia in infinitum abſque præfinitione aliqua ab antiquis Chriſtianis, ſemper conſtanter obſeruauere fidem Catholicam, nec fuerint aliquæ cõtrariæ doctrinæ ſpurcitia coinquinati, nec quid incontrarium hominum notitia eſt aſſequuta, vt ex eiſdemmet ſtatutis conſtat, Simancas *de Cathol. inſtit. tit.* 47. *n.* 84. *in fin.* Roxas *ſingulari* 104. Paramo *de origine Inquiſitor. lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 1. *n.* 16. Perez de Lara *de capell. c.* 4. *à n.* 2. Ignat. decl Villar *in Sylua reſponſ. r.* 11. *n.* 42. Valenzuela

10 lenzuela *conſ.90.p.1.n.1.*† Vbi refert ordinũ militarium, ac collegiorum ſtatuta, & qui de illis ſpecialiter agant, & *num.4. de Hiſpalenſis Eccleſiæ ſtatuto, & n.43. per Auth. de refer. Sacri Palatij*, ibi *& præcipuè in viris procedat de patribus quidem bonis, col.2.* quia boni dicuntur ex integra cauſa, ſicut mali ex quocumque defectu, Gloſſa *in extrauag. execrabilis*, verbo *vitæ puritate de præbend.* Lara *dicto lib. 2. de Capell. cap.4. num.73. & lib.1. cap.11. num.12.* D. Ioannes de Scobar *dicta p.1. de purit. quæſt.4. §.2. num.1. & à num.3.* vbi *à num.4.* ponens differentiam inter Ius commune ſtatutarij, quo terminati ſunt gradus: de ſtatutis noſtræ Hiſpaniæ circa puritatem probat cum infinitis ea in infinitum puritatem perquirere; ſic vt etiam ſi in remotiſſimo macula interuenerit hæreticalis, ſeu alienæ religionis obſeruantia; omnibus poſtea in infinitum noceat.

11 Obſtant admodum plura, quæ adduxi, *quæſt. præced. à num.3. ad 6.* quibus, & aliis docent infiniti in Cathedralibus habentibus ſtatuta de puritate ſanguinis, expoſitos admittendos eſſe, quia ex præſumptione Iuris, habent ſanguinis puritatem, vt ſæpius firmauit Sacra Rota, & vt patet apud Ludouiſium *deciſ.498.* apud Coccinum *deciſ.68.* cum ergo prædicta, & alia ſtatuta ſimilia vulnerent Ius commune, & ſint ei contraria, vt *in cap. eam te de reſcript.* ac probauit ſæpius Sacra Rota penes Ricciolum *in tract. de Neophitis, cap.7. num.1.* euenit ſtrictiſſimè interpretanda, ſicut obſeruant Nugnus *in cyclopedia Iuris 1. p. tit.3. cap.7. num.2.* Afflictis *deciſ. 21. num. 12.* Martha *de iuriſd. p.4. cent. 1. caſu 53. num.53.* Vueſembech. *conſ.286.num.26. volum.2.* Gaylius *lib. 2. obſeruationib. 33. num.9.* Surdus *deciſ.16.num.17.* Roman. *conſ.197.num.2.* Alex.*conſ.106.n.9.* & patet, *in c. ſtatutum de hæret. lib.6.cap.cum dilectus de conſuet.*

12 Secundò, quia præterquam quod ex magis recepta ſententia, DD. *in l. cum de indebito, §.fin. de probationib. l. licet imperator*, & ibi Bartol. & Iaſon, *ff. de legat 1. l ſi quis locuples, §.fin.ff. de manumiſſ. teſtam. l.1.* & ibi Angel, & Iaſon, *Cod. de teſtam. milit. cap. cum dilecti*, & ibi Abbas *decenſ Gloſſa l. ſi tutor petitus, Cod. de periculo tutor.* præſumptio iuris inducit veram, & plenam probationem, ſicut & etiam docent Mathias Berlichius *in concluſ. practical. p.1. concluſ.36. num.14.* Schraderus *de feudis tomo 1. p.2. nou. part. princ. ſect.12. num. 30.* Mynſinger *cent.5. obſeruation 68.* Gaylius *lib. 2. obſeruation. 128. num.12.* Ciarlinus *in controuerſ. forens, tom. 1. cap.97. num.3.* Garcia *de nobilit. Gloſſa 35. num.8. & Gloſſa 4. num 9.* Martin. Bourus *in diſputat. de vniuerſo iure tom. 2. claſſe 6. diſp.25. num.2.* Merenda *lib.5. controuerſ. 39.* Reſumerius *volum.3. conſ.10.* Humnius *in treutherun. volum. 2. diſp.4. theſi 10. quæſt.34.* Marc. Anton. *variar. reſol. lib.2. reſ.51. num.4.*

13 Etiam in terminis de ſtatuto, liquidiſſimas probationes requirente, ſufficere præſumptiones iuris, dixit Alexandr. *in dicta l. licet Imperator ff. de leg.1. num.5.* ſicut in terminis terminantibus, vt dici ſolet, extant alij DD. quos citat, & ſequitur, Menochius *de præſumptionib. lib.1. quæſt.36. num.9.* Patianus *de probationib. lib.1. cap 12. n.10.* Sperellus *tom.1. deciſ.27. num. 65. & tom. 2. de-*
14 *ciſ.174. num.56.* † Aſſerentes præſumptionem iuris ſufficere, etiam vbi manifeſta probatio de aliqua re ab aliquo ſtatuto requiritur, non enim ſtatutum poteſt præcipere niſi rationabilia, & poſſibilia; alioquin verò contineret abſurdum, & irrationabile, contra quod docet Nugnus *in Cyclopedia p.2. tit.3. cap.3. num.6.* qui Gayl, Pictorium, Crauetam, & alios adducit, aſſerentes ſtatuta eſſe interpretanda, vt rationabilem ſenſum habeant; & hoc licet extaret ſtatutum; quod ſtatuta ciuitatis, v. g. ſecundùm litteram, & prout ſonant, intelligi debeant, vt obſeruant Pariſius *conſ.278. num.6. volum.4.* Nauarr. *conſ.52.n.208.* Maſcard. *de interpr. ſtatutor. concl.4. n.110.* cum aliis.

Ob quæ, & ex aliis probant infiniti DD. expoſitos prætenſores in ſe ipſos admittendos eſſe 15
ad officia puritatis ſanguinis, in tantùm vt ipſis non officiat incertitudo parentum, aliorumue aſcendentium; quia eo ipſo quod idemmet prætenſor probat liquido, & clarè ſe expoſitum eſſe, aut aliquem ex ſuis aſcendentibus, affert Authenticam, & liquidiſſimam informationem de ſua ſanguinis puritate. † Quia expoſiti iuxta 16
Ius reputantur eſſe defæcati, & puri ſanguinis, vt tradunt Martinon. *de Sacram. tom.5. diſp. 80. ſect.3. num.32.* Henriquez *lib.11. cap.20. §.2. in Gloſſa littera, K*, Auila *de cenſu p.7. diſp.3. dubio 59. in fine*, Breſerus *de conſcient. lib.3. cap.14. num.127.* Salas *in part.2. D. Thom. tract. 8. diſp. vnica ſect.24. num 246.* Geronda *de Epiſcop. lib.2. diſp.2. cap.3. num.27.* Arriaga *in curſu Theolog. tom.3. diſp.26. ſect.4. num. 20.* Baſilius Pontius *de matrim. lib.11. cap 9. num.4.* Cornejo *in 3. p. tract.5. de irregul. diſp 15. dubio 1. num.4.* Baldellus *in Theolog. moral. tom.1. lib.4. diſp.8. num.24. & diſp.9. num.15.* Valenzuela *conſ.90.p.1.num.70.* † Dicentes Bullam Greg. 14. pro confraterni- 17
tate expoſitorũ ſancti Spiritus in Saxia ann. 1591. in qua habetur expoſitos eſſe reputandos, tamquam legitimos & puri ſanguinis ad omnes Præbendas obtinendas, eſſe declaratiuam iuris: quare Pelijarius *in man. regular. tom. 2. tract. 7. cap.5. num. 70.* ita loquitur: Gregorius 14. *in quadam Bulla in gratiam confraternitatis pro expoſitis ſtatuit. vt haberentur pro legitimis:* ex quo hanc amplectitur ſententiam, & ante illum Turrianus *de cenſur. lib.9. diſp.71. dubio 1.* Ludouicus Caſpenſis *in curſ. Theolog. tom.2. tract.25. diſp.6. ſect.15. num.104.* Boſius *in mor. variar. tom.1. p.2. tit.1. §.43. num.176.* acerrimè, & latè Diana legendus, *p.10. tract. 16. reſ. 96.* contra noſtrum D.D. Ioan. Scobar, contra quem idem, Boſius & alij.

Sed his, & aliis non obſtantibus, putamus 18
quem adhuc in praxi ſtatutorum, quibus vtimur in ſancto officio inquiſitionis, ac vtuntur collegia, & Eccleſiæ Hiſpaniæ expoſcentium ſanguinis puritatem poſitiuè probandam, non ſufficere præſumptiuam probationem, ſed requiri Authenticam ſpecificam, & poſitiuam. † Indeque 19
procedere, vt ſiue prætenſor expoſitus ſit, ſiue aliquis alius ſuorum aſcendentium nullo modo ſit admittendus ad honores, qui conſequuntur, facta aliàs liquida probatione, quod prætẽſor ſit ex legitimo matrimonio procreatus & quod talis deſcendat ab Auis, & proauis vtrinque. Primò, quia iuxta formam adducti interrogatorij, neceſſum eſt prouiſo, vt exprimat nomine Parentum, & Auorum, & alia; quæ quidem ab expoſitis ignorantur, nec ſciri poſſunt; & ob id obſeruat Alphonſus Narbona, *in l.20. tit.1. lib.4.*

recopil. vbi de concotdia familiarium, Gloſſa 2. *num.*2. quod expoſitus dicitur filius populi iuxta illud vulgatum dictum, *cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnis.*

20 Secundò, quia per relata verba interrogatorij apertè cauetur, vt diligendus, ſeu cooptandus purus exiſtat ex omni ſua aſcendentia nominatim ex parentibus, auis, pro auis, & deinceps, & per conſequens, quod ex notis oriatur parentibus, vt eorum puritas, & nobilitas probari poſſint; non enim expoſitus cognomen patris deferre poteſt; non quia Ius prohibeat; ſed quia incertum habet, nec habere conſtat, vt DD. dicunt, *in l filium 6.ff.de his, qui ſunt ſui,* Rebuffus *in l.ſubſignatum* 39.§.*incertus*, verſic.*ſecundo.ff.de verb. ſignif. fol.*502. facit quod docet Couarruuias *de ſponſ.p.2.cap.*8.§.5.*in princip.*& quod docent, DD. *in dicta l. filium, & Gloſſa in l. quia ſemper* 5. *ff. de in Ius vocando, & in l. vulgo concepti, ff. de ſtatu hom. & in l. Lucius,* vbi Bartol. *de condit. & demonſtr.* Decius *conſ.*11. *num.*9.

21 † Dicentes reijci eos, qui ex incertis geniti ſunt progenitoribus, vberrimè probans alijs fundamentis, D.D. Ioannes de Scobar, & Corro *de purit.ſanguinis dicta quæſt.*8.§.3.*ex num.*27.*ad* 57. ſatisfaciens contrariis fundamentis, & *ibi à num.*43. dictæ Bullæ Gregorianæ, & in ſuper faciunt plura fundaméta ab eo adducta *ibi in* 1.§.2. vbi agit de probatione reſultante ex præſumptione puritatis, de qua, & ego & ſi non latè, vt ipſe *dixi,q.*2.*præced.*

22 Tertiò fundatur, quia ſi expoſitus ad probandam puritatem ſuorum aſcendentium admitteretur (quod nequit perficere) quorum ſanguinis qualitates probare non valet; cum improbabile dicatur, quod incertum eſt, *in Auth.vt his qui obligatas,* §.*vt autem*, iuncta Gloſſa verb. *incertum, collat.* 6. cum ſuſtinere paternas qualitates non poſſit qui incertas habet, ſicut nec patrē habere intelligitur qui incertū habet, §.*ſi aduerſus ea* 13, *inſt.de nuptiis*, Gloſſa *in d.l. quia ſemper* 5.*ff. de in Ius voc.* ſequeretur quod eius admiſſio eſſet contra ſtatutorum mentem, & finem; imo & prouenirct inde quod eo velamine admitterentur inſciè, & procaciter maculati cum magna communitatum, & tribunalium iniuria, & dedecore; ſic vt expoſiti ex maculatis ortis parentibus, his abditis, conſequerentur quod ritè capere non poſſent, atque melioris eſſent conditionis, quam legitimi, qui ex macula paterna, à puritatis arcentur honoribus, ad quos admitterentur expoſiti; licet ex expuriſſiſſimis nati progenitoribus, quod iuri, & rationi repugnare videtur; eo quod in tali prætēſore, deficit principium generationis, vt conſiderauit Bald. relatus à Pinelo *in l.ſi viua matre, C.de bonis maternis, n.*19.

23 Quod ſi replices dicendo, quamtumuis verum ſit in prætenſore ipſo expoſito iuxta praxim, eo quod incertitudo progenitorum experitur ab illo; non ſic, quando prætenſor eſt nepos alicuius expoſiti, cuius pater, & mater ſunt certi, & aliqui ex auis. Nihilominus ex proximè dictis ita tenendum eſt, in caſu, de quo inquirimus: nam ex quo deficit in aliquo ex auis certitudo aſcendentiæ improbabilis, quæ in auo expoſito aperte inuenitur, euenit, vt idem Nepos expoſiti, nequeat, vt requiritur, à ſtatuto ſuam aſcendentiam aui expoſiti probare, cum & eius auus expoſitus miniſter non valet eſſe inquiſitionis, purus quidem in ſanguine ſine relatione ad propriam ſuorum parentum aſcendentiam, quam, & Nepoti legitimo ex verbis ſtatuti, & interrogatorij incumbit probare, de quo teſtes ad minus generaliter, & ex auditu debent affirmare procedere ab ortis ex legitimo matrimonio, ſicut optimè conſiderauit D. D. Ioannes Scobar *dicto* §.3.*num.*68. in verbis ſequentib. *quod ſi ſtatutum non ſolùm puritatem requirat in admittendo ſed etiam in omnibus eius maioribus, indefinitè debet omnium puritas probari, non tantum patruum, & Auorū ſed cæterorū etiā quantūcumq; antiquiſſimi exiſtant, & teſtes generaliter, & de auditu, ſaltim, de eorum debent deponere qualitatibus, vt praxi ſeruatur, nec ratione antiquitatis præſumi puritas eorum poteſt; ſecus verò ſi ad certum ſe ſubiaceat gradum; quia & ſi vſque ad illud præſumpta probatio locum habere non poſſit, ad cæteros autem gradus optimè poterit extendi contraria opinio, in quibus ſpecifica illa qualitas non requiritur:* ita ille.

Vnde ſequitur in iure quod ſicut relatiuè in filio expoſito ad parentes, requiritur certa origo probata & ſimiliter ab auo, expoſito in nepotem legitimum impedimento. foret aui expoſiti prætenſio puritatis ex regula Iuris *nemo* 54. *&* 120. *ff.de regul.Iur.nemo,* ſcilicet *plus iuris ad alium transferre valet, quam quod ipſe habet, l.ſi viua matre* 3.*C. de bonis matern.* ibi *non tamen abs re eſt, vt in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus, filij non ſinantur, nam excluſa radice, &c.* non enim, vt dicit Gomezius *in l.* 40. *Tauri*, poteſt eſſe in cauſato plus virtutis, quàm in potentia cauſa, *ibi n.*61. 24

Quare ex his, & aliis diu penſatis, atq; diſcuſſis, iterū atque iterū in pretēſione nepotis vnius ex auis expoſiti inuenti, de cuius bona opinione, etiam in puritate ſanguinis, & pro puro habiti, communiter teſtes vni formiter depoſuerunt, me præſente reſolutum fuit illius probationem non fuiſſe ſufficientem; indeque prouiſum à Domino meo D. Didaco Arce, & Reynoſo inquiſitore generali, tunc temporis ſimul cum Dominus de Conſilio vt deinceps in poſterum prætenſores, cum porrigunt memoriale ſuorum parentum, auorum, atque aſcendentium, in quo originem aſſignant, & habitationem in fine ſub iuramento, addant quod ipſi parentes eius aui, atque alij ex aſcendentibus, ſunt orti ex legitimo matrimonio, & quod nec eorum vllus fuerit expoſitus; & ita quotidie video practicari in hoc ſupremo conſilio, & practicari in omnibus inquiſitionibus Hiſpaniarum iuxta Epiſtolam ſuper hoc decretam, atque miſſam ad ſingula inquiſitionum Tribunalia, etiam Aragoniæ Coronæ, Siciliæ, atque Indiarum. 25

Nec fuit impedimento prædicta conſideratio facta, nempe teſtibus probatum vniformiter auum expoſitum fuiſſe ſemper in opinione puritatis, ſanguinis, ac integræ famæ; quia cum non potuiſſent deponere certo & euidenter de paterna eius origine; inde factum, vt deficiente liquida ac ſpecifica probatione aſcendentium aui expoſiti, & eius nepos prætenſor deficeret ad tradita longe per D. Scobar *dicta* 1 *p.quæſt.*8.§.4.*num.*12. & ibi *à num.*1.*& dict.quæſt.*8.§.3. *d.num.*65. *&* 66. *& p.*2.*quæſt.*9.§.4.*num.*1. 26

† Quia ex quo ipſi teſtes depoſuerunt auum fuiſſe expoſitum, & conſequenter ignorarunt eius aſcendentes, de quorum origine, legitimitate, integra fama, ac ſanguinis puritate debuerant deponere generaliter, ſaltim quod non fecerunt; ex quo dixerunt auum dictum expoſitum fuiſſe, nec profeciſſe ei natum auum eius in oppido, in quo ſemper fuit habitus purus, 27

purus, & integræ opinionis; quia hæc probatio
eſt tantum præſumptiua orta ab opinione,& ac-
ceptione vulgi;non verò è certa ſcientia,& com-
muni auditu, quod ipſe fuerit ortus ex legitimo
matrimonio, & quod originem traderet ab Or-
thodoxis puris,& nobilibus parentibus,cum cer-
to conſtiterit fuiſſe expoſitum.

28 Et iuuatur ex eo,nempe,quod ſtylus cuiuſque
Tribunalis inquiſitionis eſt,vt porrecto à præten-
ſore memoriali ſuorum parentum,& auorum,in-
quiſitores mandent communicari in ſecreto,quo
viſo à ſecretariis, & Patrono Fiſci, illud compa-
rant cum notis librorum antiquorum ſecreti, in
quib.ab antiquo initio inquiſitionũ reperiuntur
cuiuſlibet oppidi proceſſus,ſiue notæ,ac Genea-
logiæ infectorum, quæ nullo modo poſſent ap-
plicari aſcendenti expoſiti prætenſoris; eo quod
in ipſo deficiat verum progenitorum cognomen
ad tradita longè per eundem Scobar *d. q.* 8. §.3.
*n.*19.31.35.36.37.43.44.45. *& d.q.*6. §.3. *a n.*1. *&*
*p.*2.*q.*9.§.2.*n.*18.

29 Et ſic quamtumuis ex relata Gregor.Bulla ex-
poſitus habitus ſit pro puro, & ex legitimo ma-
trimonio ortus;at cum ſtatutum ſancti officij, &
cæterarum communitatum, collegiorumve ex-
poſcat rigidè poſitiuè ſpecificam,& claram pro-
bationem puritatis,ſiue nobilitatis,dicendum eſt
prædictam Gregorij 14.indulgentiam pro expo-
ſitis latam ſolùm practicari poſſe iuxta illa, quæ
dixi ſub,*d.c.*1.*de filiis presbit.d.q.*2.& in aliis,nem-
pe vt expoſitus; qui de iure ad ordines, & bene-
ficia aſcendere non poſſet, ſicut omnes illegiti-
mi,aliud iam ex dicta Bulla Gregorij procedat,
vt cum infinitis probat idem Scobar *d. q.*8. §.3.
*n.*41.43.*&* 44.iuxta quem exponendi modum eſt
intelligenda,& prorſus legẽda deciſio Sacræ Ro-
tæ coram R.P.D.Melio in cauſa Cordubens. di-
midiæ portionis veneris 20. Iunij 1653 quem ad
longum refert Diana *p.*11.*fol.*1574 poſt finem re-
ſolutionum, vbi expendendo verba ſtatuti illius
Eccleſiæ confirmatum à Paulo 4. in verbis ſe-
quent,*quod nullus ex iudæorum, ſeu conuerſorum ge-*
nere deſcendens ad aliquod beneficium in Eccleſia
Corduben.admittatur, quodque præterea quotieſcum-
que alicui prouiſo tradetur poſſeſſio, is ſe ex iudæorum
ſeu conuerſorum genere,non eſſe iuramentum præſtare,
& de eo ſufficientem informationem dare teneatur; &
ſi non fecerit quod capitulum,illam accipiat;& ſi per
eam de contrario conſtiterit,talis prouiſus admitti non
debeat,& ſi iam fuiſſet admiſſus pro priuato habeatur
30 *& ad fructuum reſtitutionem teneatur.*† Concluſum
ibi refert à Rota in fauorem D. Didaci Franc.
qui fuit admiſſus ad portionem;licet conſtiterit
quod eſſet expoſitus;eo quod in illo non fuit re-
perta macula,quam ſtatutum excludit;præcipuè,
quia ex parte illius D.Didaci probatum fuerit te-
ſtium depoſitione Aluarum Pizano de Palacios,
alias fuiſſe receptum in Canonicum ſcriptura-
rium à Capitulo Corduben, non obſtante quod
iſte fuiſſet expoſitus.

31 Vel ſi non acquieſcas dicendo ſtandum eſſe
prædictæ deciſioni Rotæ,& aliis eiuſdem metri
quia clarè diſponunt admittendos eſſe expoſitos
non obſtante vllo ſtatuto Eccleſiarum; imo nec
collegiorum,Concilij ordinum,aut ſanctæ inqui-
ſitionis, tunc reſpondetur iuxta diſtinctionem,
quam retuli,*ſupra in dicto cap.*76.*de iudic. quæſt.*8.
*n.*14.*& fin.*nempe quod quando ſtatutum ſolùm
requirit quod prætenſores non deſcendant ex
iudæis, vel Mauris, vel ſint aliqua macula in-
fecti, qui debeant admitti ad aliquod Benefi-
cium, vel quid ſimile; per hoc tamen non ex-
cludantur expoſiti, quia cum ſtatutum ſit con-
trarium iuri, *dict. cap. eam te de reſcript.* debet
reſtringi, vt diximus, & docent, Bartolus
in l. omnes populi, num. 56. *de iuſt. & iure*, Ro-
land. *conſ.* 21. *num.* 21. *lib.* 1. quod non debet
extendi vltra illud, quod exprimitur, *l. ſi vero,*
§. *de viro, ff. de ſoluto matrim.* vnde reſoluunt,
Perez *de anniuerſ. & capell. lib.*2. *cap.*4. *num.*39.
ad 42. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ.*267.
num. 24.25.26. & cum Feliciano de Vega ego *in*
*dicto cap.*16.*quæſt.*8.*num.*15. vt quoties non repe-
riuntur in expoſitis macula,quam ſtatutum exclu-
dit, ſint admittendi, iuxta quod non rejicimus
Dianam *in d.p.*10.*tract.*16.*dict.reſ.*96.qui dum latè
loquitur de ſtatutis Eccleſiarum cathedralium
Hiſpaniæ,circa finem concludit probabiliter ſa-
tis expoſitos eſſe admittendos in illis Eccleſiis,
in quibus extaret ſtatutum de puritate confir-
matum à Papa, etiam ſi in ſtatuto cathedralis
decernatur,quod prouiſus debeat iurare ſe ex iu-
dæorum, ſeu conuerſorum genere non eſſe, &
quod de hoc ſufficientem informationem dare
teneatur.† Non expoſitus, ſtante præſumptione 32
iuris,quam pro ſe habet,verè poteſt iurare ſe nõ
eſſe ex genere iudæorum, ſeu conuerſorum, &
poſſet hoc liquidiſſimè, & ſufficienter probare.
† Sin autem verba ſtatuti continerent qualita- 33
tem,quod prætenſor ſit ex notis parentibus, aut
puri ſanguinis,tunc reuera admittendum expoſi-
tum non eſſe,quaſi non poſſit per illum proba-
ri talis qualitas,docent præcitati & Ricciolus *de*
*Neophit.c.*7.*n.*33.quem *in d.q.*8.*n.*15,adduxi,qui-
bus nunc addo Sanctarell *var. reſol. q* 44. verſic.
tertio in fine, Hirondam *de priuileg. n.*1444. Bar-
boſam *de Canonic.c.*13.*n.*47. Valaſcum *de priuileg.*
*pauper.p.*2.*q.*63.§.2 *à n.*199.† Et licet pro ſua ſen- 34
tentia poſt plures Diana *d.reſ.*96.*tract.*16 *p.*10.di-
cat ſenſiſſe viros doctos illius temporis Romæ
exiſtentes, vt Patres Lezana, Carmelitan, Mag.
Clemens Aluarez Dominicanus;Raphael Auerſa
ex Cleric.minor.Zacharias Paſqualigius ex Cle-
ric.regularib.Mart.Eſperza ſocietatis Ieſu; nihi-
lominus praxim noſtræ Hiſpaniæ non explodit,
quin potius ſuam ſententiam ſubmittit cenſurã-
dam Reuerendiſſimis capitulis Eccleſ.Cathedra-
lium huius Reg.ac illuſtriſſimis Dominis Inqui-
ſitoribus vbi etiam inueniantur ſimilia ſtatuta.

At cum pateat in noſtra Hiſpania de pluribus 35
ſtatutis,veluti,vt cauetur in ordine illuſtriſſimo-
rum equeſtrium, cui non ſunt adſcribendi, nec
inter ſacratos,equeſtreſque milites referendi,qui
genus dicunt etiã longiſſimo indice ab Hebræis,
vel à Mauris,ſiue ab his, quos conuerſos vulgus
noſter Hiſpanus appellat,prout conſtat ex ſtabi-
limẽtorum libris,*tit de las calidades,que a de tener*
el cauallero, para poder tener el auito de Santiago,
*cap.*1. Alcantaræ *tit.*13. *de el auito, cap.*1. & in
definitionibus Calatrauæ *tit.*5. *de las calidades,*
*cap.*3. Rendina *tract. de Majeſt. Princip.* verb.
*ſed etiam per legitimos tramites,n.*199.Rot.*dec.*176.
*n.*7.*p.*1.*diuerſ. ſacr.* Palat. Salced. *ad l.*64. *tit.*4.
*lib.*4.*recop. n.*47.51.*&* 52.& ſimiles ſint in Col-
legiis Principalibus horum Regnorum; vt notat
Rendina *vbi proximè, num.*200. Alphonſus de
Hojeda *de incompatibilitate, parte* 1. *cap.*33. *ex*
*num.*136. Azeuedus *in l.*22. *tit.*7. *lib.*1. *recopilat.*
Horalora *de nobilit.* 2.*p. part.*3. *princip. cap.*7. *à*
*n.*24. Salced. *ſuprà*, Solorzanus *de Iure Indiar.*

tom.2.*l*.3.aliqui ex relatis per Zened. *in collect*.77.
decretal..*in cap.cum ſit nimis de iudæis*, *p*.2. Valen-
zuela Velaſquez *dicto conſ*.90. *ex n*.1.vbi *n*.3.*&* 4.
refert ſimilia quidẽ ſtatuta eſſe in Eccleſiis Prin-
cipalibus horum Regnorum,ſpecialiter in Thole-
tana,Gienenſi,& Oxomenſi,& de Hiſpalenſis ſta-
tuto,*deciſ.Rotæ* 176.*p*.1.*deciſ*.55.*&* 999.*num*.1.*p*.3.
lib.3.Petrus Paul.Æmilius,Perez de Lara,& alij,
& Didacus Velaſquez de Simanchas *in defenſione
ſtatuti Toletani*,quibus adijcio etiam ſtatutum le-
gion.& Tudicenſ.Eccleſiæ ; item ad præbendas,
quæ vocantur de officio , Abulens , Cauriens,
aliarumue.

36 Et quod conſuetudine Argentinenſis Eccle-
ſiæ,vt referunt idem Valenzuela *d.n*.4.*in fine*, &
Padilla *in l.naturalis*,*n*.7.*ff.de reſcript.verbis*,nullus
admittitur in eius capituli conſortium,niſi nobi-
lis, & liber,& ab vtroque parente illuſtris,& illu-
ſtris conuerſationis,ac eminentis ſcientiæ,vt agi-
tur,*in c.penult.de præb*.& ibi Doctores.

37 Ad ſecundam quæſtionis partem , ex dictis
facilis erit explanatio , nempe vt ſi incertitudo
qualitatum proueniat ex incertitudine parentum
prætenſor non ſit admittendus.Verùm ſi conſti-
terit,vt prætẽſor ſit filius vnius ex duobus,à quo
exiſtimabatur procreatus,tunc quidem ſi conſtet
de puritate probati patris , debebit admitti ; ſin
autem de macula non item;quia iam tunc certum
probatur, aut apertè , vel per neceſſarias conſe-
quentias demonſtratus,quod à principio videba-
tur incertum,*ex l.certum* 6.*ff.de reb.credit*.etiam ſi
per relationem ad aliud,*l.venditor*.7.§.*huiuſmodi*,
de contrah.empt.Tiraq.*in leg.connub.Gloſſa* 5.*n*.166.
Menoch.*de arbitr.q*.68.*n*.52. Morla *in empor*.1.*p*.
tit.9.*de contrah.empt.q*.9.*n*.9.D.D.Ioannes de Sco-
38 bar *de puritate ſanguinis*,*d.q*.8.§.3.*ex n*.53. † Quia
ex duobus paribus ſimul iunctis , ſeu combina-
tis optima rei deducitur demonſtratio ſecun-
dùm Textum *in l. Gallus* 29. §. *ille caſus* 15.
vbi DD.*ff.de liberis*,*&* *poſthum.in cap.cum dilectus*,
vbi etiam Abbas *de ſucceſſ.ab inter.Gloſſa in l*.1.*ff.
de reg.iuris*,*&* *in l.Lucius*,*ff.de his* , *qui notantur in-
famiâ*,*&* *in l.proſpexit*,*ff.qui*, *&* *à quibus*, Tuſchus
39 *littera*,*A*,*concl*.503.*n*.1. *&* 2. *tom*.1. † Et quia ad
totum probandum ſufficit conuenire teſtes in
ſingulis partibus , ex quibus rectè totum infera-
tur;& quia proportionaliter requiſita deducitur
qualitas,& eius probatio ex ſimilitudine ſangui-
nis duorum , à quorum vno certo fuit prætenſor
procreatus, quod ſufficit iuxta Textum *in l. ſuffi-
cit* 56.vbi Gloſſa,*ff.de condit. indebiti*, Baldus *in l.
ſi emancipati* 9. *Cod. de collat*. vltimo nam quoties
qualitatem , quam inquirimus à quocunque ex
parentibus habemus,non eſt amplius curandum,
ex l.1,vbi Bald.*in princip.ff.de liberis*,*&* *poſthum. l.
hac*,*conſultiſſima* 8.*Cod.qui teſtam.facere poſſunt*.vi-
dendi ſunt etiam Innocent.& Abbas apud Pere-
grin.*de fideicom.art*.43.*ſub*,*n*.79.*in medio*.

40 Maius inquam eſt dubium,ſi alius nobilis , &
puri ſanguinis eſt,alter verò non,& de vera dubi-
tatur filiatione ; ſic vt nec plus pro vno , quàm
pro alio probatum appareat.quo in caſu ex dictis
in prima noſtræ quæſtionis parte videtur reſo-
luendum,vt ſicut expoſitus non admittitur quo-
ties puritas ſanguinis ſpecificè, ac poſitiuè venit
probanda , & ſimiliter quando nequit probari
quis duorum prætenſoris ſit pater. Nam cum
exiſtant pro vtraque parte æquales probationes,
quarum vna elidit alteram , & oppugnat acci-
dit , vt quaſi nihil maneat probatum ex. Donel,
lib.24. *comment*. *cap*.19. *num*. 5. Antonio Fabro
de erroribus pragmat. *lib*. 19. *errore* 1. cum aliis ,
quod ſequitur idem D. Ioan. de Scobar *de puri-
tate dict.quæſt*.8.§.3.*à num*.58.non enim ait ex di-
uerſis duorum qualitatibus colligi valet certum
quid , *ex l. Papinianus* 20. *ff. de minorib. l. fin. de
calumniator*. cum aliis, Stephanus Gratian *Mar-
chia deciſ*.32. *num*.8.*&* *deciſ*.42. *num*.10. Valen-
zuela *conſ*.1. *num*.79.*&* *conſ*.5. *num*.26.*&* *conſ*.67.
num.39. *&* *conſ*.91, *num*.30. & quia vnum ex-
tremum inhabile totum corrumpit. *l.neceſſario* 8.
in princ. verſic. *quod ſi pendente* , de periculo , &
commodo rei venditæ , *l. bonorum* 24. §. *an au-
tem* , *ff. rem ratam haberi* , cum ſimilibus addu-
ctis à Pelaez *de Maioratib*. 2. *p*. *quæſt*. 2. *num*.32.
cum que in hoc vltimo caſu interueniat certa
macula in vno ex parentibus, quæ velut certior,
& propinquior magis timenda eſt:*argum.l*.1.§.*ſed
ſi quis* 5.*ff.de Carboniano edicto*,*cap.vbi periculum de
elect*. *lib*.6.*l*.4. vbi Gloſſa 2.*tit*.17.*p*.3.Altamira-
no de viſitatione verbo *debeant quidem* , *num* 30,
Barboſa *axioma* 177.*num*.1.*pag*.110. & magis ad
propoſitum Marc. Anton. Genuenſ. *in pract.Ec-
cleſ.quæſt*.541.*num*.3. ac conſtet ex dictis,vt præ-
tenſor debeat diſtinctè, & clarè probare ſangui-
nis puritatem , & veros parentes ; non eſt cur
in tali dubio ſimus pro prætenſore per dicta iam
à num.1.

Solum verò pro prætenſore reſpondendum 41
erit in eo caſu , ſcilicet quando fuerit procrea-
tus ex coniugata cum ſuo marito cohabitante :
nam tunc & ſi vertatur dubium , an ab alio fue-
rit genitus, cenſetur filius mariti , non alterius
præſumptione iuris , & de iure aduersùs quam
non admittitur probatio in contrarium , vt dixi
ſub Rub. *noſtri tit*. *&* *in cap*.2. ac DD. docent per
Textum *in l.filium* 6.*ff.de his qui ſunt ſui*,cum aliis
& Regnicolæ *per l*.9. *tit*.14.*p*.3. *l*.7. *in fine* , vbi
Gloſſa *fin*. *tit*.2. *p*.4. *&* *in ſumma* , *&* *in l*.1. *tit*.15.
p.4.& vtrobique Gregorius Lopez, *&* *l*.31.*tit*.9.
p.6.D.Ioan.de Scobar *vbi ſup.d.q*.8.§.3. *ſub*, *n*.63.
verſic.*vnum*.

Ad tertiam quæſtionis partem , an pœniten- 42
tia publiba aſcendenti iniuncta , noceat deſcen-
denti ? Et ſuppoſito quod pœnitentia imponi
non debet , quæ non ſit conformis culpæ &
perſonæ , cui imponitur , *cap*. *non cogantur* 41.
diſt. Gregorius Lopez *in l*.25. *tit*.4. *p*.1. *Gloſſa* 4.
& pœnitenti publica ſit multum grauior, quàm
ſecreta vt conſtat , *ex l*. 20. *tit*. 4. *p*.1. & Ber-
nard. Diez *in pract*. *crimin*. *can*. *cap*. 23. vbi Sal-
ced. Hypolitus *ſingulari* 639. Nauarrus *tom*. 1.
cap. 1. *de pœnit*. *diſt*. 6. *num*. 69. † Nec pœ- 43
nitentia publica poſſit imponi , niſi pro delicto
manifeſto , & enormi, ac totam ciuitatem com-
mouente , *cap*. *preſbyter* 26. *quæſt* 6. Gloſſa ver-
bo *in pœnitentia in cap*. *Clerico* 37. *diſt*. 50. quæ
allegat alio iure Petr. de Biaſio *in director ele-
ction*. 2. *p*. *de eligendis* , Borgaſius *tract*. *de irre-
gularit*. *&* *diſput*. *p*. 6. *tit*. *de pœnitent*, *ſolemni* ,
Gloſſa verbo *dicendus* , *in cap*. *ſi ille* , & verbo
repreſententur in fine , *cap*. *quadrageſimæ eadem* ,
diſt, 50. ſicut in terminis pœnitentiæ inflictæ
hæreticis ; tradunt Simancas *de catholog*. *inſtit*.
tit. 47, *de pœnitent*. *&* *conuerſ*. *num*.8. & alij
moderniores ; & ſuppoſito etiam , quod Va-
lenzuela latiſſimè agit de prædicto dubio ,
toto conſ. 91. cum infinitis legendus , re-
ferens etiam plures deciſiones Rotales , ac
alias.

Breuiter

44 Breuiter exiſtimamus dicendum, vt cum non ſit lex, nec Canon, aut conſtitutio conciliaris, quæ diſponat, aut declaret incapaces filios & deſcendentes condemnati, aut pœnitentiati per delictum quod non ſit hæreſis, aut ſuſpicionis in fide, tales quidem deſcendentes debeant haberi habiles, & capaces ex doctrina textus noſtri, *& leg. ab ea parte, ff. de probat.* vbi Paul. Iure Conſult. Butrio *in cap. quia, n.* 37. *de elect.* & hîc *n.*3. Alciatus *reſponſ.*90. *n.*7. Cardin. Zabarella *in cap. excommunicamus* 13. §. *credentes de hæreth. ſub n.* 2. ibi, *& ſufficit quod non ſit lex, quæ eos prohibeat*, Fulgoſ. *conſ.*182. *n.* 3. Simancas *de Cathol. inſtitut. tit.*29. *num.*19. *& in Enchirid. In-*
45 *dic. viol. relig. tit.*38. *de falſis Teſtibus.* † Dum dicit quod filij, & deſcendentes illius, qui tanquam falſus Teſtis fuit pœnitentiatus, & etiam combuſtus per Sanctum Officium, non incurrunt inhabilitates, nec incapacitates, quas deſcendentes illorum, qui fuere puniti & pœnitentiati propter hæreſim, aut ſuſpicionem in fide, ſicut & latiùs idem Simancas *de Cathol. tit.*64. *de*
46 *Teſtibus, num.*91. *&* 95. † Ad interpretationem *dict. cap. ſtatutum* 15. §. *de filiis*; *de hæret, lib.*6. & ſimilium loquentium de infamia filiorum hæreticorum, vbi Barboſa plures adducit, & alij Regnicolæ *per leg.*3 *tit.*3. *lib.*8. *recopil.* idem Valenzuela cum aliis infinitis, ſex rationes & fun-
47 damenta longè proſequutus. † Et videtur confirmari, quia ſtatutum loquens de Nepotibus hæreticorum, ſeu reconciliatorum non habet locum in reconciliato ſpontè confeſſo, promiſſâ ſibi veniâ, vt per Puteum *deciſ.*526. *lib.* 2. alia tradit videnda Barboſa *in dicto cap. ſtatutum, n.*6. *&* 7. vbi refert aliquid de ſtatuto Hiſpalenſis Eccleſiæ, de quo etiam idem Valenzuela *num.*7. cum Paulo Æmilio *deciſ.*202. *&* 208. *cum ſequentib. p.*3. Hojeda *de incompatibilit. benefic. lib.* 2. *cap.*23. *num.*139. † Qui enim expreſsè non reperitur prohibitus, præſumitur eſſe admiſſus, vt 48
Doctores docent per textum *in l. neque non*, §. *quod eis, ff. ex quibus cauſis maiores*, vbi Gloſſa *l. mutus*, §. *cum quæritur, ff. de probat.*

Ad vltimam quæſtionis partem, ſuppoſito 49
quod qualitas, quæ fundat Iuriſdictionem alicuius Iudicis, vel priuat illi in alium transferendo, cognitionem debet ante omnia probari, nec ſufficiat ſolus titulus delicti, non probata qualitate ex his quæ latè dixi *ſub Rubr. & tit. de foro compet.* & cum nouem fundamentis, Valenzuela Velaſquez *p.* 2. *conſ.*191. infinitos referens; ideò breuiter cum illo *n.* 13. & Narbona *ſuper dict. l.*20. *tit.*1. *lib.*4 *recopil. Gloſſa* 19. *n.*24. Geminiano *conſ.* 96. *n.*8. verſ. *& ſi ipſi vellent*, Roland. à Valle *conſ.*10. *num.* 22. *volum.*3. Cardinal. Tuſco *practic. concluſ.*17. *per totam, littera Q. præcipuè, n.*4. *&* 27. † Dico delictorum qualitates, vt fa- 50
miliares extrahantur à foro, & à Iudicibus ſecularibus puniri valeant eſſe probandas ab Accuſatore vel à Fiſcali, qui ex officio cauſam proſequitur, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, & illis innitantur ad familiares extrahendos à foro Sanctæ Inquiſitionis, quia quotieſcumque qualitas eſt delatiua Iuriſdictionis, debet ab eo probari, qui in ea ſe fundat, vt concludit idem Tuſch. *concluſ.*18. *per totam*, Curtius Iunior, *concluſ.* 124. *n.*6. Bartol. *in l. præſcriptione, n.* 8. *Cod. ſi contra Ius*, Alex. *in l.* 2. *n.*16. *ff. ſi quis in Ius vocatus non ierit.* Habent enim Familiares ex multis ſchedulis Regum ampliores exemptiones, ne conueniantur niſi coram Inquiſitoribus, quæ etſi limitatæ ſint *in dicta l.*20. *recopilat.* ſemper quidem poſſident, niſi in eos fiat probatio caſuum: ibi exceptorum.

AD RVBRICAM ET TITVLVM

DE IVREIVRANDO.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vires circa res honeſtas, & licitas præſtitum.*
2 *Iuramentum dicitur quia quod Iuratur inſtar iuris eſt, & ſanctè ſeruandum. Et appellatur Iuſiurandum, n.*4.
3 *Iuramento præſtito, nulla alia inquiſitio fit.*
5 *Iuramentum etiam vocatur Sacramentum, n.*6.
7 *Iuramenti definitio, quæſit. & quæ eius partes num.*8. *&* 9.
10 *Matthæi* cap.5. & n.12.
Cap. & ſi Chriſtus hoc tit. & n.13.
Cap. Clericum 22. q. 1. & num.14.
11 *Iuramentum per Deum, & per creaturas licet, n.*12.13.14.15. *&* 16.
15 Cap. Ecce dico 21. q. 5.
17 *Iuramentum diuiditur in aſſertorium, promiſſorium, ſeu execratorium in purum, & conditionale, n.*18. *& in Iudiciale, & cuius ſint diuiſiones, n.*19.20.21.
20 *Iuramentum iudiciale ſolet præſtari quacumque quis conueniatur actione.*
21 *Iuramentum Iudiciale tres ſpecies recipit in iure, nempe vt ſit de calumnia, vel de veritate dicenda, aut litis deciſiuum.*
22 *Iuramentum litis deciſiuum, aliud eſt voluntarium,*

rium, aliud neceſſarium, aliud quod dicitur Iudiciale, & expenditur, n.23.24.

25 *Iuramentum Iudiciale differt à conuentionali.*

Iureiurando tranſigi negotium inter litigantes quomodo ſumitur.

26 *Doctores de Iuramento agentes.*

1 QVia diſperſim in hoc titulo plura de perfecta intelligétia totius huius materiæ adducuntur; Ideò nunc breuiora & aptiora præmittam acturus, de aliis ſub capitibus, quæ ſequuntur in Rubro. Quare primò dicendum eſt quod Iuramentum habet vires circa honeſtas, & licitas præſtitum; Itavt eſſe non poſſit vinculum iniquitatis, *cap. 1. hoc tit. lib.6.* nec contra bonos mores obligationem inducet, *cap. quantò 18. hoc tit. c.2. de rebus Eccleſiæ non alien. c.vbi c.cum contingit de elect. cap. non eſt obligatorium de Regul. Iuris lib. 6:*

2 Secundò Iuramentum deducitur, quia quod Iurator inſtar Iuris eſt; & ſanctè ſeruandum, velut ius: argum. textus *in l. 5. §. dato, ff. hoc tit.* Valenſis *hic num.1.* Et ſic D. Thomas 2.2.*q.89. art.1.* dixit Iure introductum eſſe, vt homines dicta ſua;& facta Teſtimonio Diuino confirment vel quia qui iurat perinde facit firmum id, quod iurat, ac ſi eſſet ius: Nam quod iuratur pro lege habendum eſt, & veluti ius ſanctè ſeruan-

3 dum *dicto §. dato.* † Et ſic lege ſancitum eſt, vt poſt iuramentum præſtitum nulla alia inquiſitio fiat iuxta *leg. poſt rem 59 ff. de re Iud.* ibi, *vel iniureiurand. deciſum*; quia ailàs Deo irrogaretur iniuria, cum iam per Iuramentum illam veritatem ſtabiliuerit, & congruunt Auguſtini verba *ſermone 28. de verbis Iacobi Apoſtoli cap.5.* ibi, *qui Iuramento ius veritatis reddit Deo, cui propriè competit ferre patrocinium veritati*, ſic tradit Barboſa *hic, num.3,*

4 Vbi *n.4.* ait apud Ireconſultos, & Pontifices Iuſiurandum frequentiùs appellari, vt patet

5 ex hac Rubr. & ex titulis, *ff. & Cod. eodem* † Imò quod etiam Iuramentum dicatur Sacramentum omnibus patet, *ex cap. qui Sacramento, cap. non eſt obſeruandum 22. q.4. cap. paruuli 22. q.5. cap. querelam* ibi, *interpoſito Sacramento hoc tit. & in Auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus Venditorem, l. vltim. Cod de veteran. lib. 12. l. milites 13. §.1.* verſic. *ignominia, ff. de re militari*, tradit Couarr. *in cap. quamuis pactum, p.1. in initio, num.2.* & ex aliis Barboſa *ſuprà*; eò quod Iuramentum aliquid religioſum eſt, & actus latriæ, ſiue religionis; vt ait D. Thomas *dict. quæſt.84. art.4.* quia qui Iurat Deum in Teſtem adducit, & eum inuocando recognoſcit habere perfectam rerum cognitionem, & infallibilem veritatem.

6 † Et quod Iuramentum, & Sacramentum ſint ſynonima, longè declarat Anaſtaſius Germonius videndus *lib.3. de immunitatibus cap.21. à num.7.* vbi plura adducit ab antiquitate, quem leges.

7 Vnde communiter ſi Doctores multipliciter definiant commodiùs eſt, *vt Iuſiurandum ſit aſſumptio Diuini nominis ad confirmandam Iurantis fidem.* Vel quod ſit *inuocatio Dei, qua petimus, vt noſtræ ſit aſſeuerationis Teſtis, & fallentes puniat.*

8 † Ex quo infert Pichardus *in §. ſi quis poſtulante Inſt. de actionibus, num.14.* duas eſſe Iuriſiurandi partes alteram inuocationem Dei, vt ipſe ſit Teſtis nos vera dicere. Alteram imprecationem noſtri, qua deuouemus nos, ſi fallamus pœnis, & Diuinæ vindictæ.

Item etiam, vt non temerè iuretur: Nam vt 9 dicebat Socrates, *nec viri boni eſt Deum ſuorum negotiorum Teſtem facilè accerſere*, non enim ſuperuacua Iuramenta, aut deferenda ſunt temerè, aut præſtanda, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà in cap. 2. de probationib.* & per Textum *ibi* DD.

Vnde & ſi multi hæretici docuerint antiquitùs Iuramentum non eſſe per Deum, aut per 10 Creaturas, vt colligi videtur ex illo Matthæi 5. *dico autem vobis nolite iurare omninò, nec per cælum; quia Thronus Dei eſt, nec per terram*, & ſubiunguntur *ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non*, de quo *in cap. & ſi Chriſtus hoc tit.* & videtur probare textus *in cap. Clericum 22. q.1.* vbi refertur Clericum per Creaturas Iurantem acerrimè obiurgandum etſi præſtiterit in vitio eſſe excommunicandum.

† Tamen veriſſimè dicendum eſt interdum licitum eſſe Iuramentum, non ſolum per Deum, ſed 11 & per Creaturas, quod omni iure probatur, nam de iure veteri, Diuino, & naturali patet ex iuramento Ioſephi, & Moyſis de Iure Diuino nouo, & Iuramento Pauli de iure ciuil *ex l.3.5. iurari, l. qui per ſalutem, ff. hoc tit.* de Iure Canonico *ex cap. ſi aliqua, cap. habemus 22. q.1.* vbi ſupponitur licitum iuramentum per Euangelia, per reliquias, vel Altare, *cap. qui peierat 22. quæſt.5.* vbi pariter ſupponitur licitum eſſe iuramentum per Crucem conſecratam, & ſic de aliis.

Nec obſtat Matthæi locus *ſuprà* relatus, *cap.5.* 12 quia ibi prohibetur iuramentum per Creaturas, non quia per ſe ſit malum, ſed ob nimiam frequentiam, & ne leui de cauſa iuretur: vti Iudæi iurabant, & ſic *in dicto cap & ſi Chriſtus hoc tit.* dicitur tale iuramentum eſſe ſeruandum; ibi enim agitur de iuramento per Creaturas, vel relatas ad verum Deum.

Nec enim vt ibi dicam obſtant verba relata 13 *ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non*, quia vt ibi latè dico, & ſi ex verbis ſequentibus ibi, *quod autem his abundantibus eſt à malo eſt*, videatur omne iuramentum prohiberi; quia malum; ſed quia eius neceſſitas à malo prouenit, nempe ab incredulitate audientium adulterum aliquid ſimpliciter aſſerentem, vel negantem, vel promittentem, cui fidem adhibere nolunt, niſi aſſertionem, aut negationem, vel promiſſionem Iuramento confirmet, vel ad effectum veritatis humanæ in natura corrupta, vt ſic intelligatur, non de malo culpæ, ſed de malo pœnæ, ſeu imperfectionis humanæ, quia inde euenit, vt Iuramentum aliquando reputetur, atque etiam ſit neceſſarium ex Paulo *ad Habreos 6.*

Nec obſtat Textus *in dicto cap. Clericum*, quia 14 loquitur de iurante per Creaturas more Ethnico tanquam per Deos quoſdam; veluti Iouem, & ſimiles; ita hic Valenſis §. 2. Etenim Iuramentum per falſum Deum non eſt verum, nec obligar, niſi ex conſcientia erronea, quæ habet vim obligandi ſub ea ratione, ſub qua concipitur, nempe ſub ea qua putatur eſſe verum Iuramentum, & factum per verum Deum, vnde cognitâ facilitate & luce Dei aduenientе, depulſaque conſcientia erronea non ampliùs obligat; quia eſt deſtructum eius fundamentum † Cui dicto 15 non obſtat textus *in cap. ecce dico 22. q. 5.* vbi ait periurum eſſe, qui per lapidem falſum iurat, quia intelligi poteſt eſſe periurum, vel ex opinione Ethnici, cui tale Iuramentum præſtatur, & cui fides in contractibus ſeruanda eſt, vel quia externa ſpecie periurus videtur. † Alíud autem 16 eſt

eſt de Iuramento per Creaturas, vt iam dixi, quia
illud eſt verum Iuramentum; eo quod cum per
Creaturas iuremus non volumus ipſas nobis eſſe
Teſtes, ſed Deum, quia in ipſis ſingulari modo
præſidet, & relucet, itavt capiatur continens
pro contento, & ſignans pro ſignato, atque hoc
modo omne Iuramentem eſſe inuocationem Di-
uini nominis expreſsè, vel tacitè, verè, vel ex
opinione reſoluunt communiter Doctores *infrà*
referendi, de qno *in dict. cap. & ſi Chriſtus 26.*
hoc tit. vbi ex multis expendit videndus Balboa
ad alia Graſiā *ibi*.

Ex his prouenit ſcire qualem diuiſionem re-
17 cipiat Iuramentum, & communiter diuiditur in
aſſertorium, promiſſorium, comminatorium,
ſeu execratorium. Aſſertorium eſt quando ali-
quid affirmatur, vt ſi aliquis iuret hoc eſſe ve-
rum. Promiſſorium, veluti ſi promittens dicat
Iuro me cras tale quid facturum. Execratorium,
veluti ſi per viam maledictionis aliquid iuratur
ſubiiciens ſe qui iurat Dei vindictæ, vtpotè ſi
dicat ad craſtinum moriar, vel Deus non adiu-
uet me, ſi quod affirmo verum non eſt, quod
idem dicitur de comminatorio.

18 Item diuiditur Iuramentum in purum & con-
ditionatum, & hoc dicitur ſic, vt ſi aliquis iu-
ret aliquam erogare eleemoſinam ſi ſibi à Deo
ſalus impertiatur.

19 Item aliud dicitur Iuramentum Iudiciale; ideo
dictum, vt ſolemne; Quia coram Iudice præſta-
tur. Aliud dicitur extraiudiciale, & non diffe-
20 runt ſpecie. † Sed hoc iuramentum Iudiciale
quacumque quis conueniatur actione præſtari
& poſſit, & ſoleat, ſiue in perſonam ſiue in rem,
ſiue in factum, ſiue pœnali actione, ſiue quauis
alia, *l. 3. §. quacumque*, *l. ſi duo 13. § idem*, *ff. de*
Iureiur. & denique ad pecunias, & omnes res
extenditur, *l. Iuſiurandum 34 ff. eodem*, expen-
dit Pichardus *in dicto §. ſi quis poſtulante de actio-*
nibus, *num. 22. & alibi in eodem §.* quas refert
hic breuiter videndus Valenſis §. 6. † Et li-
21 cet Maranta *de ordine Iudiciorum p. 6. actu 9. à*
principio vſque ad num. 33. dicat huius Iuramenti
eſſe decem ſpecies; tamen Barboſa *hic num. 7. 8.*
& 9 omnes ad tres ſpecies reduci poſſe ait,
nempe ad Iuramentum calumniæ, de quo latè
ſuprà dixi in eius *Rubrica, & tit.* Et ad Iuramen-
tum de veritate dicenda, de quo dixi *ſuprà in*
cap. 1. de litis conteſt. vbi egi de poſitionibus, ad
quas interrogatus ſub Iuramento reſpondet, &
ad Iuramentum litis deciſiuum.

22 Etenim prædictum Iuramentum deciſiuum,
aliud eſt voluntarium, quo extra Iudicium pars
parti defert, quod non niſi ex eius, cui defertur
voluntate ſuſpiciatur *l. 1. 2. 3. & aliis hoc tit.* niſi
fortè inter partes conuenerit, vt ab eo, cui de-
fertur præſtatur: Nam tunc ab eo præſtandum
erit, benè expendit Valenſis *hic*, *§. 5. num. 1.* vbi
ait quod etſi ab initio ſit voluntarium, tamen
ex conuentione, aut ſuſceptione fit neceſſarium.
Et addit quod hoc parit exceptionem Reo ſi iu-
rauerit, *l. 6. & 9. ff. eodem*, daturque etiam Suc-
ceſſoribus, tam in rem, quàm in perſonam *l. 7.*
ff. eodem, & fideiuſſoribus rei competit, *l. 28.*
§. 1. ff. eodem, at Actori ſi ipſi iurauerit parit
actionem in factum, *l. Actori*, *Cod. de rebus cre-*
dit. vel actionem ex contractu, ſi de ipſo con-
tractu iuratum fuerit, *l. ſi duo*, *§. ſi quis iuraue-*
rit. ff. eodem, & hoc pacto circa hoc Iuramen-
tum eſt explicandus, Barboſa *hic, n. 9. in fine.*

Aliud iuramentum litis deciſiuum eſt neceſſa- 23
rium, & eſt illud quod à Iudice partium conſen-
ſu defertur, & tale ob id dictum; quia pars; cui
defertur in vita, & renuens illud tenetur ſubire,
nec poteſt, niſi iuſta de cauſa recuſare, exemplo
exornat hic Barboſa *ſub n. 9. in princ.* & hoc vt
ait valenſis hic *dicto §. 5. à n. 10.* defertur à Iudice
in cauſa dubia Reo, vel Actori propter defe-
ctum probationis, *l. admonendi 31. ff. hoc tit.*
quod poſitum eſt, vt præſtetur in Iudicis arbi-
trio, inſpectis perſonarum, & cauſæ circunſtan-
tiis, & cuinam parti illud ſit deferendum, de
quo latè *in cap. vltimo. & in §. ſanè hoc tit.* expli-
cat Barboſa *hic ſub dicto n. 9. in medio*, Valenſis
ſuprà, num. 11.

Aliud eſt Iuramentum litis deciſiuum; quia 24
Iudiciale dicitur, & eſt illud, quod a parte par-
ti defertur, cum Iudicis authoritate in Iudicio
defertur, de quo agitur *in l. 1. & per totum, ff. hoc*
tit. & in l. Actori. l. delata cum aliis, Cod. de re-
bus credit. & in dicto cap. vlt. verſic. *quamuis hoc*
tit. vbi expendo benè, & breuiter cum diſtin-
ctione explicat Valenſis hic *dict. §. 5. à num. 8.*
De qua diuiſione videbis Pichardum *in dicto §.*
ſi quis poſtulante Inſtituta de actionibus à num. 47.
vbi cum multis expendit de hoc triplici Iura-
mento.

Vnum tamen notabis quod Iuramentum Iudi- 25
ciale differt à Iuramento conuentionali, in eo
nempe quod in Iudiciali nulla actio detur, ſed
tantùm modo ſolere Iudices in dubiis cauſis ex
acto Iureiurando ſecundùm eum Iudicare qui
iurauit: Tamen ex conuentionali actio naſcitur
in fauorem illius, cui delatum eſt, & Iuraret
aduerſus illud ſibi deferentem propter Religio-
nem, & conuentionem, *l. ſed & ſi ſeruus ad finem,*
ff. de Iureiurando, vbi ſcriptum eſt Iureiurando
tranſigi negotium inter Litigatores, & ſimiliter
tranſactionis vim obtinere traditur *in l. eodem,*
Forcatol. *Dialogo 46. n. 1.* Donellus *in hoc tracta-*
tu n. 2. in lib. 24. comment. & explicans relatam
legem Pichardus *dicto §. ſi quis poſtulante de act.*
num. 63. ait verba ibi *iuſiurandum ſpeciem tran-*
ſactionis continere, non ſic intelligi, vt Iuſiuran-
dum habeat ſpeciem tranſactionis, ſed tantùm
ſimilitudinem, ſeu inſtar tranſactionis, ipſum
videbis *ibi à n. 66. & 68.* vbi expendens textum
in l. admonendi, verſic. *ſolent enim*, *ff. hoc tit.* ait ex
vi, tum religionis, tum conuentionis actionem
produci, econtrà tamen in Iudiciali iuramento
cum nulla ſit conuentio in eo, quod Iudex ex
officio citrà partium voluntatem defert ob ino-
piam probationum.

His ſic breuiter poſitis quidquid ad materiam 26
integram de effectibus iuramenti deſideraueris
leges quos plena manu hic congerit Barboſa *n. 2.*
quibus addo Balboam & Graſiam ad noſtrum ti-
tulum, Trulenq. *in opere morali lib. 2. cap. 1. per*
totum & ad noſtram Rubricam Ricc. *collect.* 1888.
1985. 2054 Oſuald. ad Donell. *lib. 24. comment.*
cap. 8. vſque ad finem, & alij *infrà* referendi quid
ſit iuramentum latè Suarez. *de Relig. cap. 1. lib. 2.*
& de iuramento ſacro & humano *cap. 7. de aſſer-*
torio & promiſſorio cap. 8. & 9. Sanchez. *tom. 1 mo-*
ral. lib. 3. Azor. *lib. 1. mor. cap. 2. q. 4.* Et quod co-
mites debeat habere iuramentum ago *infrà in*
cap. & ſi Chriſtus hoc tit. & an validet contractus
aliàs nullos dico *infrà cap. debitores.*

QVÆSTIO I.

An Iuramentum habeatur pro legitima probatione: Et an in Iuramento deſiderentur verba: Et an lex poſſit prohibere ne contractus Iurentur, ſeu poſſint per Principes Iuramenti vires infringi: Et quos effectus habeat Iuramentum in genere, & in ſpecie: Et an iuſta de cauſa liceat vti amphibologico Iuramento: Et an credatur Iuranti ſe Miſſas celebraſſe?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habetur in Iure pro legitima probatione, n.2. ſi ſit Iudiciale, n.11.*
Probatio admittitur aduerſus declarationem iuratam.
3 *Iuramento probantur plura, n.4.5.6.7.8.9.10.*
12 *Iuramentum in iure releuatio probationis dicitur.*
14 *Princeps, & lex poſſunt facere, ne contractus iurentur.*
15 *Iuramenti præſtatio quos effectus pariat in genere* vſque ad numerum .41. *quos in ſpecie num. 42. & 43.*
42 *Cauſa iuramento deciſa non retractatur in inſtrumento poſtea reperto, niſi ſpecialiter caueatur.*
43 *Iuramenti neceſſarij vis, & effectus qui ſint?*
44 *Iuramentum promiſſorium, quando inducat obligationem ad ſui obſeruationem.*
45 *Iuramenti præſtatio, quando admittat probationem. ſeu nihil operetur, n.46.47.48.*
49 *Iuramentum verbis æquiuocis, ſeu amphibologicis præſtitum, qualiter ſuſtineatur, etiam Iudice interrogante, num 50.51.52 53.54.55. & 56. vbi benè expenditur.*
52 *Iuramentum petitum à Iudice ſuper rebus occultis, non eſt cur ab interrogato præſtetur. Et obligabit iuxta mentem præſtantis, n.53.*
54 *Confeſſarius interrogatus de peccato ſibi confeſſo, poteſt illud negare.*
57 *Iuramentum amphibologicum ioci cauſa præſtitum, tantùm gignit veniale, n.58.*
59 *Miſſas dictas eſſe ſatis probatur iuramento eius, qui eas dixit, vel per Iuramentum Superioris conuentus, n.50.51.*
61 *Iudicatur in foro exteriori ſecundùm verba Iurantis.*
62 *Iurantis intentio debet cum iure conformari.*
63 *Iuramento opus eſt, quando ſolet ſtari dicto alterius: quid de citatione?*

1 AD primam quæſtionis partem multi dixerunt, quod iuramentum non habeatur in iure pro legitima probatione iuxta Gloſſam *in l. cum de indebito, ff. de probationibus,* quæ opinio communis eſt, vt tradit Romanus *in l. admonendi, num.*80. *ff. hoc tit.* vbi Iaſon. *n.*382. Hypolitus *in Rubr. Cod. de probat. n.*119. dixit communem Boërius *deciſ.*85. & facit pro hac opinione, quia ſi iuramentum diceretur vera probatio, non ob id deſineret admitti, quando per Teſtes infringi poteſt quæ tunc non admittitur: docet ſingulariter Romanus *conſ.* 241. *num.*1. Et ex eo etiam quia probatio admittitur in contrarium aduerſus declarationem iuratam cuſtodis montium, licet lex, & ſtatutum dicat quod illis plena adhibeatur fides; non enim probatio per iuramentum eſt iuris, & de iure, ſed imò potiùs admittit probationem in contrarium efficacioribus rationibus, & fundamentis, vt docent Albanus *conſ.*4. *n.*21. dicit communem Tiraquellus *de retractu*, §. 4. *Gloſſa* 1. *n.*3.

His tamen & aliis non obſtantibus verius eſt 2
dicere, vt probatio per iuramentum ſit legitima in iure iuxta textum *in l. ſed etſi poſſeſſori, ff. hoc tit.* ibi, *perinde haberi quod iuratum eſt, ac ſi probatum eſſet, l. fin, §. licentia, Cod. de iure deliberandi* ibi, *vel per Sacramentum illius, ſi aliæ probationes deficiant*, dicit communem Barb. *conſ.* 40. *col,*5. *vol.*3. plura congerit Maſcardus *de probat. volum.*1. *q.*9. *per totam*, Iaſon. *in l.*2. *n.*2. *Cod. vnde vi, & in l. ſi cum te, n.*9. *Cod. de tranſact.* Riccius, *collect.* 211. *ad Textum in dicta l. ſed & ſi poſſeſſori.*

Obidque iam vides quod amiſſio ſcriptura- 3
rum probatur iuramento amittentis, Maynardus *in deciſ.*40. Antonius Faber *de probat. deciſ.*57. vbi loquitur de amiſſione inſtrumenti ca-
ſu. † Sic etiam quantitas probatur iuramento 4
de Amatis *in deciſ.*23. † Et Carrocius *in de-* 5
ciſ. 11. ait idem procedere, quando creditum
fuerit probatum in genere † Item etiam quan- 6
do adeſt præſumptio pro impedito, probatur iuramento impedimentum, niſi aliundè poſſet probari, Baldus *in deciſ.* 317. Guido Pap. *in de-*
ciſ. 64. Rota *in deciſ.* 3. *hoc tit. in antiquis.* † Et 7
ſic etiam ſtatur iuramento virginis aſſerentis ſe ab aliquo cognitam, Antonius Faber *in deciſ.*18. *de probat:* idque procedit, niſi vir neget: quo caſu debet vel negatiuam iurare, vel referre; ſed etſi recuſat iurare, tunc ſtatur iuramento mulieris non valentis aliundè probare dictum ſuum, de quo Boërius *in deciſ.*299. & Theſaurus *deciſ.*3. *concluſ.*6. quæ notabis ad Textum *in c.* 4.
de probation. † Item etiam ſtatur iuramento 8
Epiſcopi dicentis ſe ignoraſſe tempus vacatio-
nis, Rota *in deciſ.*10. *de probat. in antiquis* † Et 9
ſic etiam ſtari iuramento aſſerentis ſe non poſſe conſequi iuſtitiæ complementum in partibus quòad reſcriptum obtinendum, Rota *in deciſ.* 3.
de reſcriptis innouis. † Item etiam damnum pro- 10
batur illud paſſi iuramento, niſi aliundè poſſet probari, Capicius *in deciſ.* 44. Mynſing. *cent.* 5. *obſeruat.*71.

Quibus præhabitis iam nunc ex dictis *ſuprà* 11
in Rubr. ad difficultatem propoſitam reſpondebis hanc ſecundam opinionem locum ſibi vindicare in iuramento iudiciali, quod eſt illud quod à parte parti in Iudicio, Iudice approbante defertur, & de Iuramento neceſſario, quod à Iudice Actori, vel Reo ſolet deferri, cum in Iudicio Actor tantùm ſemiplenè intentionem ſuam confirmauit, vt per iuramentum perfectum fiat quod ſemiplenè probatum fuit *l.*2. *tit.*11. *p.*3. vbi Gregor. Zeuallos *in pract. q.*7. *à num.*1. & 4. vbi *n.*5. ait tunc verè iſtud iuramentum propriè probationem nequaquam vocari, ſed probationis ſpeciem non ſic in iuramento veritatis; & in litem, vel in eo quod defertur à debente reſpondere poſitionibus, & in eo etiam, quod præſtatur, quando Iudex Teſtes & partes interrogat vt de controuerſia inſtruatur; Quia huiuſmodi iuramentum non dicitur propriè probatio, ſed præambulum probationis; quia ad probationem, vltra iuramentum Teſtium depoſitio re-
quiritur

quiritur, & confeſſio, ſeu reſponſio partis interrogatæ.

12 Ita verè dicendum eſt abſolutè loquendo, quod iuramentum non ſit probatio, ſed releuatio probationis, quæ ſi per probationem incontrarium infringi poſſet, non deberet admitti, vt tradit Romanus ſingulariter *conſ.* 141. *num.* 1. vt iam dixi, tamen ſi de modico præiudicio ageretur, & actor pro ſe haberet ſemiplenam probationem in comprobationem ſuæ intentionis, poſſet Iudex non ſolùm ad petitionem partis, vt ait Abbas *in cap. fin. hoc titulo*, Alex. *conſ.* 53. *num.* 5. *volumine* 1. ſed etiam ex officio iuramentum deferre, vt quod ſemiplenè probatum eſt perfectum fiat; Sic Abbas *in cap. quoſdam de præſumption.* quem ſequitur Decius *in cap. cognoſcentes in* 1. *lectura de conſuetudine*, & modica quantitas, eſt hodie declarata per Textum, *in leg.* 2. *tit.* 11. *p.* 3. in verſiculo *otroſi decimos*, quam expendit Zeuallos *dicta quæſtione* 7. *à num.* 18. de quo videbis quæ adduxi *ſuprà in capite* 6. *de Iudiciis*, *quæſtione* 15. *&* 16.

13 Ad ſecundam quæſtionis partem, an in Iuramento deſiderentur verba expendo *infrà in cap.* 4. *&* 5. *hoc titulo*. ex propoſito *in cap. & ſi Chriſtus*, verſic. *ad ſecundam*.

14 Ad tertiam quæſtionis partem, an lex, vel Princeps poſſint prohibere, ne contractus iurentur? Et quod lex poſſit prohibere ne contractus iurentur? Tradit Guttierrez. *in Auth. Sacramenta puberum*, *à num.* 151. vbi latè, & ſic dixit Gloſſa *in leg. adigere*, §. *quamuis de Iurepatronatus*, quod lex Ciuilis poteſt remittere vires Iuramenti, Alexander, & Iaſon, qui latiſſimè proſequuntur *in leg. fin. ff. qui ſatis dare cogantur*, vbi Iaſon. *in fine*, reprobat Gloſſam illam, & eam optimè declarat Alexan *conſ.* 18. *volumine* 4. *col.* 1. & ſex opiniones in hoc adduxit Caſſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ Rubrica* 4. §. 7. verbo *ſupoſſe*, *numero* 42. *cum ſequentibus:* plures de hoc dubio agentes tradit Zeuallos *in pract. quæſtione* 188. cui accedit Textus de Iure Regio *in leg.* 11. *tit* 1. *lib.* 4. *nouæ recopilationis*, quâ prohibetur apponi Iuramenta in contractibus; adeò vt ſi opponantur contractus ſint nulli, & exequi non poſſent, & Tabellio incurrit pœna fin. ipſa lege ordinamenti contentas, cuius contexturam refert Guttierrez, vbi *ſuprà dicto num.* 151. in verſiculo *porque*, qui poſtquam latè egerit an hæc lex ſit iniuſta, & contra libertatem Eccleſiaſticam; Item & quæ deſtruit dictam Authenticam Sacramenta puberum, & omnes leges Ciuiles, & Canones ſacros, quibus permittitur, vt contractus ad firmiorem validationem roborentur, & poſteà *num.* 154. referat reuocationem prædictæ legis Regiæ factam ab inuictiſſimis Principibus, & Regibus Ferdinando, & Iſabela, qui nihilominùs iterùm ſanxerunt, vt robur haberet, ſaltem per obliquum ibi: *Porque de los iuramentos, que ſe haçen en los Contractos, ſe han ſe guido, y ſi guen grandes coſtas, y daños, y peligros a las animas, conciencias, y bienes de nueſtro ſubdito, y naturales por los periurios en que a menudo incurren. &c.* Qui & *à numero* 156. docet prædictam legem Regiam non abrogare leges Ciuiles, nec Textum *in dicta Authentica Sacramenta puberum*; Quia lex illa Regia tantùm procedit in caſibus, & contractibus, in quibus ad ſui firmitatem non requiritur Iuramentum, non autem in aliis caſibus, ſic cum multis, & tu ſatis reſolues ex his quæ adduxi *ſuprà in cap. nouit de Iudiciis quæſtione* 9. & aliqua *q.* 13. vbi quid de lege, ſeu ſtatuto.

Ad quartam quæſtionis partem quos effectus habeat iuramentum? Agunt Doctores ſuper 15
Gloſſa *in l. generaliter*, *Cod. hoc tit.* & quia plures effectus annumerantur *infrà in hoc titulo & in cap. cum contingat* 28. *infrà*. & in aliis; ideò nunc breuiter dico, vt faciat valere donationem inter Patrem & Filium, Guid. Pap. *in deciſ.* 45.

Sicut donationem inter virum, & Vxorem 16
Theſaurus *in deciſ.* 32. † Et donationem fa- 17
ctam à milite Concubinæ: idem Theſaurus *in deciſ.* 111.

Et quod non poſſit obiici de ſimulatione 18
contractus, Afflictis *in deciſione* 60. & Grammaticus *in deciſ.* 90. † Item quod renun- 19
tiatio iurata tollit effectum Patriæ poteſtatis, Carrocius *in deciſ.* 94.

Item operatur, vt vxor valeat intercedere 20
pro marito, quæ aliàs prohiberetur, Theſaurus
in deciſ. 213. † Et facit ceſſare remedium *l.* 2. 21
Cod. de reſcindenda venditione, quando Venditor promiſit cum iuramento non contrauenire, idem Theſaurus *in deciſ.* 165. & Oſaſcus *in de-*
ciſ. 155. † Et tollit beneficium Authenticæ 22
hoc niſi, *Cod. de reſolut.* idem Theſaurus *in deciſione* 164. Ioſeph. Ludouicus *deciſ. Peruſ* 64. ſed limitatur in caſu, de quo Benin. *in deciſione* 28.

Et tollit beneficium reſtitutionis minori 23
donanti, licet enormiter ſit læſus ſecundùm
Theſaur. *deciſ.* 66. † Et beneficium Authen- 24
ticæ præſente. *Cod. de fideiuſſ.* Ludouicus *deciſ. Peruſ* 57.

Item operatur vt renuntiatio Velaiani per mu- 25
lierem abſque certioratione valeat. Theſaurus *in deciſione* 222. facit *deciſ. Rip. in obſeruatione* 37.

Item, vt pactum de non diuidendo quod de 26
Iure affirmatur ſit validum, idem *in deciſione* 141.

Item vt circa impedimentum ſtetur ipſi iu- 27
ramento, vt iam dixi Guido Pap. *in deciſione* 64.

Item vt contractus ab Adulto ſine Curato- 28
re valeat, idem Guid. *in deciſ.* 35. † Item vt 29
quis teneatur præciſè ad factum, idem *in deciſione* 627. licet regulariter; ſecùs ſecundùm Marc. *deciſ.* 56. quod dicit notandum Riccius *ſub collect.* 205. *ad textum in leg. Emptore*, *Codice locati*, ad alia quæ ſequuntur legendus.

Item vt pactum nudum producat actionem 30
Theſſil. *in deciſ.* 37.

Item vt principalis nequeat reuocare Pro- 31
curatorem, Rom. *in deciſione* 8. *de Procurator. in antiq.*

Item operatur, vt minor valeat Teſtes de 32
nouo repertos producere non obſtante publicatione, Theſaurus *in deciſione* 60. de quo dixi *ſuprà in cap.* 18. & in aliis de Teſtibus.

Item habet vim clauſulæ derogatoriæ, Gui- 33
do Pap. *in deciſione* 128. † Et confirmat 34
pactum inter Patrem, & Flium in materia;

l. pactum quod dotale, idem Guid. Pap. *in deciſ.* 226.
36 Item excludit à petitione ad arbitrium boni
37 viri, Rota *in deciſ.* 2. *de arbitris in antiquis.* † Sic ſpoliatum ab exceptione reſtitutionis, Rota
38 *in deciſ.* 11. *de renuntiatione in antiquis.* † Item *ſalua guardia* non extenditur ad debitum iuratum Afflictis *in deciſ.* 5.

39 Sicut dicimus de moratoria, Anton. Faber
40 *in deciſ.* 20. *de precibus imper. offerend.* † Item confirmat contractum Prodigi, cui bonis interdictum eſt, Cappel Tholoſan. *in deciſ.* 498.
41 † Item quod probato credito in genere ſuper quantitate ſtatur Iuramento concurrẽtibus aliis coniecturis, de quibus per Boerium *in deciſ.* 339. Charrocius *in deciſ.* 11. Vnde Chacharranus *in deciſ.* 96. inter coniecturas, conſiderat præſertim legalitatem iurantis, & dolum præſumptum debitoris, qui quantitatem negauit, & propterea Rota Perus *in deciſ.* 100. ſcripſit quod ceſſantibus prædictis coniecturis non eſt locus iuramenti. Item & ex aliis Riccius *collect.* 2053. ſuper hac Rubrica, ait quod licet filiusfamilias non poſſit condere Teſtamentum; Si tamen condendo illud renuntiauit cum iuramento omni legum auxilio non poſſit dici de nullitate ex defectu Patriæ poteſtatis. Idem ſi ſe Iuramento obligauit de non contraueniendo, manet efficaciter obligatus, &c.

42 Ex prædictis iam vides quos habeat effectus Iuramentum in genere, vt ad alios caſus illud porrigas, nunc verò oportet, vt ſcias quos habeat effectus in ſpecie: Etenim Iuramentum voluntarium, & Iudiciale eam vim habet, quod cauſa Iureiurando deciſa non retractetur per inſtrumenta poſteà de nouo reperta niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur *l.* 1. *Cod hoc tit. & ſimilibus*; aut niſi Litigatorum conſenſu occaſione inſtrumentorum de nouo repertorum efficiatur vt alia ſententia feratur, per quam prior quæ in rem tranſiuit Iudicatam reſcindatur: argumento Textus *in l.* 1. *Cod. quando prouocare non eſt neceſſe.*

43 Iuriſiurandi neceſſarij vis, & effectus eſt, quod eius prætextu valeat Iudex confeſtim cauſam decidere, & ſententiam definitiuam, vel abſoluendo, vel condemnando Reum ferre, *l. admonendi, ff. hoc tit.* Ita tamen quod ſententia huiuſmodi licet in rem Iudicatam tranſiuerit reſcindi poſſit prætextu nouorum inſtrumentorum, modo per ea iuramentum neceſſarium quod ſententiæ latæ cauſam dedit, falsò præſtitum fuiſſe plenè, & ſine alterius adminiculo probetur, *dicta l. admonendi in principio*, & eſt ratio, quia tale iuramentum non defertur ex pacto litigantium, ſed officio Iudicis, etiam inuito Aduerſario (vt iam dixi) aduerſus quem ſententia lata eſt; & qui petit eam reſcindi Et pari modo talis ſententia per nouos Teſtes; id eſt non productos anteà reſcindi poteſt, quia Teſtes appellatione inſtrumenti continentur, *l.* 1. *ff. de fide inſtrumentorum*, tradit Valenſis [illegible], §. 7. de quorum effectibus latè *infrà. in cap. fin. hoc tit. & alibi.*

44 Promiſſorium Iuramentum inducit obligationem ad ſui obſeruationem; dum vera, & ſeria, atque abſoluta intentione ſit emiſſum & reliqua adſint ad validitatem eius requiſita. Et confirmat ipſam promiſſionem, vel pollicitationem, & aliquando etiam contractum, de quo latè dico, *in cap. debitores hoc titulo*, vbi quando locum habeat, videbis quæ benè, & breuiter adducit hic Valenſis §. 8. *per totum*, vbi *in* §. 9. agit quando iuramentum confirmet contractum, quando verò non, de quo *infrà in dicto cap. cum contingat* 28. *hoc tit.* & in aliis iuribus huius tituli.

Sed quia *infrà* etiam referam plures caſus 45
in quibus iuramentum nihil operatur; Ideò pro hac Rubrica tantùm refero ſequentes. Primus vt poſſit non obſtante iuramento reſcindi renunciatio facta per minorem, ſtante enormi læſione ſecundùm Peguer. *in deciſ.* 153.

Secundus non operatur, vt renuntiatio ceſ- 46
ſionis valeat. Rota *in deciſ.* 4. *de enumtiatione in antiquis.*

Item iuramentum vltrò à collitigante præſti- 47
tum de expenſis à ſe in litem factis, non excludit probationem in contrarium; vt ſic poſſit qui iurauit conuinci de mendacio, & periurio, hoc namque iuramentum voluntarium non eſt ei ſimile, quod à Iudice, vel parte defertur, Antonius Faber *in deciſ.* 37. *hoc titulo*, Riccius *dicta collect.* 105. *ad Gloſſam in leg. generaliter, Cod. hoc tit. in fine.*

Vbi cum inquirit an Iuramentum excludat 48
exceptionem non numeratæ pecuniæ, de qua dixi latè, *in cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum*, reſoluit cum Cappella Tholoſana *in deciſ.* 374. Polidor. Rippa *in obſeruatione* 192. quod ſi fuerit interpoſitum in continenti: tunc non operetur quominùs poſſit opponi exceptio contra, ſi ex interuallo.

Ad quintam quæſtionis partem, an liceat 49
vti amphibologico Iuramento, vt reſpondeas præmittes quæ adduxi *ſuprà in cap.* 1. *de confeſſis, quæſtione* 4. verſic. *ad ſecundam*, & verſic. *ad tertiam*, de interrogato à Iudice, an teneatur verum fateri, de quo alibi etiam dixi; Tamen quia hic caſus ſolet frequenter accidi, ſuppoſitis illis, ex quibus optimè ad hoc dubium reſpondebis, breuiter addo fuiſſe Doctores abſolutè tenentes nunquam aliquid affirmando, aut negando licere vti actione, quæ ſpectatis omnibus circunſtantiis eſt abſolutè falſa, nec poteſt habere verum ſenſum, quamuis iuncta verbis quæ à dicente tacitè ſubintelliguntur ſit vera, niſi ea ratione, iiſque circunſtantiis proferatur, vt prudens auditor in his meritò colligat verbis exteriores prolatis aliqua alia ſubintelligi; Ita Siluius *in* 2.2. *D. Thoma quaſt.* 89. *art.* 7. *quæritur tertio concluſ.* 5. Rebellus *de Iuſt. parte* 1. *lib.* 4. *tractatu* 3. *capite* 13. *num.* 7. *& capite* 14. *num.* 8. Coninch. *de actibus ſupernaturalibus, diſputatione* 10. *dubio* 3. *concluſione* 3. *num.* 49. & alij relati à Diana *p.* 3. *miſcell.* 1. *tract.* 6. *reſ.* 30.

Tamen hæc doctrina ſatis vera erit, quan- 50
do præcipit Iudex, vt aliquis iuret in caſu licito, & ſecundùm ius; quia tunc debet iurare iuxta Iudicis interrogationem, & mentem ex textu, *in capite quacumque arte* 22. *quæſtione* 5. ibi *quacumque arte verborum, quis iuret*; *Deus Tamen qui conſcientiæ Teſtis eſt, ita hoc accipit ſicut ille, cui iuratur intelligit*, quod idem eſt quando quis ſe ad iurandum ſponte offert, præcipuè in contractibus: Sic Leſſius *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 42. *dubio* 9. *numero* 46. Villalobos *in ſumma p.* 1. *tractatu* 36. *diſ.* 5. *à numero* 4. addentes vt quando

quando Mercatores iurantrem tali pretio emptam fuiſſe ; Sed hoc verbis æquiuocis alio ſenſu , quam ille , qui ſubintelligitur ab Emptore , ſi tali arte intendat rem vendere iuſto pretio.

51 Sed idem Leſſius *n.* 46. cum Soto , Caiet.& Arag.docet vt quoties aliquis iniuſtè præmitur ad iurandũ iniuſtè,aut habet iuſtam cauſam celandi veritatẽ,poteſt vti verbis amphibologicis,quãuis altera pars ea intelligat in alio ſenſu , ſi ille qui iurat ſentiat vtilitatem , aut commodum eo modo iurando ; quia non eſt obligatus ad iurandum , ſicut alter intelligit.

52 Ob idque ſi Iudex contra ius petat , vt aliquis iuret , vtpotè ſi interrogaſſet de rebus occultis ; tunc Iudex non debet eas aperire , & idem eſſe , quando qui iurat eſt perſona particularis , quæ non tantùm vti poterit verbis dubiis , & æquiuocis ; ſed etiam tacita reſtrictione in ſua mente , veluti ſi Reus interrogaretur ſuper aliquo peccato à ſe commiſſo , & ſciret non Iudice interrogari , poſſet tunc reſpondere reſtrictiuè , dicens ſi illud peccatum , aut delictum non perpetraſſe intraſſe cogitans *in Carcere* , Angelus verbo *Iuramentum* 4. *p. num.*1. Syluester verbo *Iuramentum* 3. *q.*2. Nauarrus *cap.* 12. *num.*8. 18. *& 19. & in cap. humana aures* 22. *q.*5. Azor. *tom.* 1. *mor.lib.*1. *diſp.*10. *cap.*4. *q.* 5. Leſſius *vbi ſuprà* , Sanchez. *de Matrimonio lib.*1. *diſp.*10. *à num.*2. *& in ſumma lib.*3. *cap.*6. *num.* 5. Villalobos *vbi ſuprà num.*7. Diana cum aliis *dict. miſcel.* 1. *tract.* 6. *p.*3. *reſol.* 30. qui decem , & ſeptem examplis explicat cum Doctoribus ab eo relatis , & Villalobos ſeptem exempla ponit ad ea quæ alia omnia reducit apud quos , & & alios videbis.

53 Et taliter hæc res procedit , quod ſi Iuramentum eſt promiſſorium in hoc caſu obligabit tantùm iuxta mentem promittentis , & non interrogantis , ex eo quia ſic iurat coram Deo non mentitur , vt probant verba Textus *in dicto cap. humana aures* 22. *quæſt.* 5. ibi *humanæ aures verba noſtra talia Iudicant , qualia foris ſonant , Diuina verò Iudicia talia ea audiunt , qualia ex intimis proferuntur.* Et quod iſte iurans verum loquatur patet , quia vna propoſitio valet componi ex partibus diuerſis, quarum quædam ſint expreſsæ vocales , aut ſcriptæ; aliæ autem ſint tacitæ ,& mentales , & quod integra propoſitio dicatur vera , quamuis altera pars vocalis , aut ſcripta ſine tacita ſit falſa , ſeu fortè hæretica probatur exemplis Sacræ Scripturæ , vtpotè ex illo Dauid. *Pſal.* 1. ibi *non reſurgent Impij in Iudicio*, quod declaratur cum verbo quodam mentali, ſcilicet *ad gloriam*, & Chriſtus Dominus cum fuit interrogatus quo tempore futura eſſet dies Iudicij Marci 13. reſpondit *de die illo , vel hora nemo ſcit , nec Angeli in cœlo , nec filius hominis*, quæ verba ſubintelliguntur , ad id nempe , vt Chriſtus ipſe diem illam manifeſtet , & alibi Ioannis *cap.*7. dixit *non aſcendam ad diem feſtum hunc* intelligens *non aſcendam modo , vel manifeſtè.*

54 † Et ſic euenit ; vt ſi Confeſſarius interrogaretur an tale peccatum ſibi confeſſum ſit , poteſt reſpondere non eſſe ſibi confeſſum , id intelligens intra ſe *vt manifeſtet*, & in aliis caſibus.

55 Vnde non obſtat dicere , quod qui ſic iurat, fraudat illum cui iurat ? Quia reſpondeo non id intendere qui iurat, ſed tantùm veritatem celare,

ne altera pars eam cognoſcat , habens ſe tantùm permiſſiuè reſpectu falſi Iudicij,quod altera pars cui iuratur , format vtens Iure quod habet celandi veritatem ex rationibus iactis , & ex his quæ adduxi *dict. cap.* 1. *de confeſſis quæſtione* 4. verſic. *ad tertiam.* Etenim ſi cui iuratur eſſet perſona prudens , poſſet intelligere , vt qui iurat verum celando habere iuſtam cauſam ad ſic celandum : Sic reſoluunt relati exemplis rem exponendo , vt iam notaui.

Etenim ex iuſta cauſa , quando id neceſſarium 56
eſt , vel vtile ad ſalutem corporis, honoris , aut rerum familiarium , vel etiam quando iniuſta interrogatio proponitur , poteſt aliquis abſque mendacio aliqua verba vſurpare , etiamſi ex ſua ſignificatione non ſint ambigua,nec eumſenſum verum admittant ex ſe nec ex circunſtantiis currentibus , ſed tantùm verum ſenſum addant ex aliquo addito mente proferentis retento quodcumque illud ſit , non ad fallendum , ſed ad occultandum veritatem , quam tunc non expedit maifeſtare,

Ex his dubium eſt an iurare prædicto modo, 57
ſcilicet amphibologicis verbis ſine cauſa , & neceſſitate , vt ſi v. g. iures ioci cauſa Principem eſſe in aula intelligendo pictum ? In quo dubio inuenio Doctores affirmantes peccare ; quia ſic iurans agit contra præcipuum iuramenti finem; quod eſt determinatam veritatem teſtificari ; Sic Nauarrus,Toletus, Tabiena, & alij relati à Diana *p.*1. *tract.* 15. *miſcel.* 1. *reſ.* 25. mitius loquitur Leſſius *lib.*2. *de Iuſt. cap.*42. *dubio* 9. *num.* 98. *in fine* , excuſans à tali peccato ſi ſcandalum abſit.

Alij autem aſſerunt abſolutè non eſſe pec- 58
catum mortale , nec periurium , modo non iuret in Iudicio , dum Iudex iuridicè illum interrogat , vel non iuret in materi a præiudiciali ; Ita Sanchez. *in ſumma tom.* 1. *lib.* 3. *cap.*6. *num.* 22. Bonacina *tract. de legibus diſp.* 4. *quæſtione* 1. *puncto* 12. *num.*3. Filiucius *in moralibus. tom.* 2. *tract.* 25. *cap.* 11. *n.* 6331. cum aliis Diana *dicta reſ.* 25. *& dicta* 3. *p. tractatu* 6. *miſcel. reſ.*30. verſic, *an verò* , ex eo quia non facit contra finem iuramenti in materia graui , tum quia in huiuſmodi iuramento deficit ſola diſcretio ſeu Iudicium ,ex quo defectu non Iudicatur mortale iuramentum : Et ſic ſatisfatiens Diana rationi contrariæ ſententiæ *dict. reſ.*25. *p.*1. verſic. *ad argumentum* quam probabiliorem vocauit , & communiorem *in dict. reſ.* 30. *lib.* 3 reſpondet caſum propoſitum contingere in materia leui , & ſic non gignere peccatum mortale ſed tantùm veniale : leges quæ docet Valencia *tom.*3. *diſp.*5. *q.* 13. *puncto* 2. *& tom.* 4. *diſp.* 7. *q.*13. *puncto vltimo.* Plura congerit Egidius Trulenq. *in opere morali lib.*2. *cap.* 1. *dubio* 15. dum agit an poſſimus iurare alio ſenſu , quam alter intelligat.

Ad vltimam quæſtionis partem , an creda-
tur Iuranti ſe Miſſas celebraſſe , & tenuit affir- 59
mando Guido Pap. *in deciſ.*614. ſed contra tenuit Theſaurus Fil. *deciſ.* 86. *n.* 2. vbi dicit ita deciſum : tamen Riccius in controuerſa quæſtione *deciſ.*211. *ad textum in dicta l. ſed & ſi poſſeſſori* in verſic. *quæro* approbat opinionem Guidonis, ſi iurãs ſit perſona honeſta,& non ſuſpecta;quod indubio præſumitur ex eo quia quoties ſumus in his quæ dependẽt ab animo,debet ſtari iuramẽto

præterea ſi diceretur contra oporteret, vt Parochus quoties eſſet celebraturus portaret Teſtes in ſæculo, & illud quod dicit Gaſpar. deciſionem Guidonis intelligi de re minima, ait non videri verum; quia loquitur genericè, & licet poſteà ſubdat verbum *de modica expenſa*, tamen non ſe fundauit ſuper hoc quia eſt ſolitum Guidonis poſt factam deciſionem aliqua conferen-
60 tia ſubnectere. † Etenim ſi rectè ponderetur Guido ait quod ſi legatum fuerit factum Curato tunc ſtetur iuramento illius ſuper celebratione, ſin autem legetur fratribus minoribus, tunc ſtetur iuramenro Guardiani illorum, non alia ratione, quàm vti capiti, & digniori, vt putat Riccius, qui ad euitandam hanc dubietatem conſulit vt celebraturi miſſas, eas deſcribant in libro ſingulis diebus; & ſic ſint obligati, notando diem & locum, & tunc credetur, ſed Tondutus *lib.1. cap.100.* loquens *n.20. & 21.* de dubio, an ſtandum ſit iuramento Superioris regularis dicentis miſſas fundatas fuiſſe celebratas varias referens ſententias ex Maſcardo *concl.969.* Guidon. *vbi ſuprà* Molfeſio *in ſumma tract.13. cap.5. n.167.* concludit hoc totum pendere à Iudicis arbitrio, & colligit ex Maſcardo *concl.709.* verbo *executores n.2. & per totum.*

61 Pro complemento notabis, quod in foro exteriori non Iudicatur ſecundùm intentionem iurantis, ſed ſecundùm verba exteriora, quia Eccleſia non Iudicat de occultis ex textu, *in dicto cap. humanæ aures 22.q.5.* tradit Villalob. *in ſumm.2.*
62 *p. tract. 36.* Diana *difficult. 6. n. 9.* † Qui cum Azor. *tom.1. moralium lib. 11. cap.8. q. 2.* & ex textu *in l.1. §. deiiciſſe, ff. de vi, & vi armata, & in l. item apud lobeonem, §. feciſſe, ff. de iniuriis,* ait quod quando aliquis, qui rem aliquam non fecit, præcipit vt fieret ſi eſt in caſu, quo tenetur verum fateri, non poteſt iurare negando rem ab illo factam fuiſſe, quia verba & voces ſunt accipiendæ, iuxta earum ſignificationem communem; & ſic in Iure qui per alium facit, ipſe facere videtur: quæ dicta deſeruiunt ad declarationem eorum, quæ adduxi *ſuprà* in verſic. *ad quintam.*

63 Addo etiam notabiliter quod in caſibus, in quibus ſtatur dicto alicuius, non creditur ſine iuramento, Gratian. *in deciſ.166.* Riccius *vbi ſuprà dicta deciſ. 111. ad Textum in dicta l. ſed & ſi poſſeſſori, §. fin ff. hoc tit.* vbi interrogans *ibi in fine*, an in caſibus noſtræ quæſtionis, & materiæ, & in caſu textus *in cap. fin. de eo quod metus cauſa ſit neceſſaria citatio partis*, & reſpondit negando cum Rota *deciſ. fin. de eo, quod metus cauſa*; ſed pro contraria opinione faciunt plura quæ aduxi *in c. 2. de Teſtibus*, argumento eorum, quæ adduxi *ibi, in cap. quoties 5. eodem tit.*

QVÆSTIO II.

An vt Iuramentum obliget, prærequiratur ætas determinata in Iurante: Et de aliis ad Rubricam.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum vt obliget quam ætatem prærequirat in Iurante.*
L. qui iuraſſe 22. ff. de Iureiur.
2 *Iuramentum aliquando in Iure non eſt neceſſarium, & ex quibus cauſis num.* 3.4.5.6.7.8. 9.10.11.
12 *Iuramentum vt loco probationis adhibeatur, quando pluſquam ſemiplena probatio requiratur.*

AD primam difficultatis partem reſpondeo 1
breuiter ex his, quæ adducit Narbona *de computatione annorum, anno 10. q. 11.* vbi de pluribus dicit, & ego cum multis ab eo relatis, reſumptiuè dico neminem ante rationabilem ætatem non eſſe compellendum iurare *c. paruuli 22. q.5.* & licet apud Doctores in aſſignanda hac ætate laborioſum ſit: verius eſt vt in maſculis requiratur annus decimus, & inſuper dimidius, & in fœminis nonus annus, & dimidius: ita ipſe Narbona *n.4. & 7.* qui *n.12.* expendit textum *in l. qui Iuraſſe 22. in principio, ff. hoc tit.* dicens ibi non agi de validitate Iuramenti, ſed de veritate iurata, ſeu illam legem loqui de pupillo non proximo pubertati, & non doli capaci, qui periurus dici non potuit, cum in ea ætate fallere non potuiſſet, & expendit Iura *ibi, numero 6.11. & 13. in l. videamus 4. ff. de in litem iurando, cap. honeſtum cap. pueri 22. quæſtione 5. Auth. Sacramento puberum, Cod. ſi aduerſus venditorem.*

Ad ſecundum de aliis ſpectantibus ad Ru- 2
bricam, breuiter etiam dico ex quatuor fortibus potiſſimum ad probationis effectum non dari locum Iuramento. Primò ex qualitate perſonæ, cui deferendum ſit, quæ debet eſſe honeſta; Et ſic non defertur Vſurario, nec iudæo, nec excommunicato. † Secundùm
oritur ex qualitate probationum, nam vt defe- 3
ratur, requiritur, vt probatum ſit ſaltim ſemiplenè, obeſt etiam quotieſcumque petenti obſtat iuris præſumptio, & eſt neceſſarium, vt
qui petit ſit veriſimiliter informatus. † Ter- 4
tium eſt qualitas, aut ſtatus litis, quæ agitur, veluti in criminalibus, in pœnalibus, in quibus non præſtatur, niſi plus, quàm ſemiplenè in illis probatum ſit. † Quartum impedimen-
tum eſt à lege, vel ſtatuto; quia ſi lex deſide- 5
rat probationem fieri per ſcripturam, non eſt
locus iuramento. † Nec vbi lex exigit legiti- 6
mam probationem, & minus, vbi deſiderat probationem pleniſſimam, & vbicumque expreſsè ſtatutum prohibet deferri: ex pluribus deciſionibus congerit Riccius videndus *col.1888. ff. ſuper hac Rubrica.*

Item etiam pro hac Rubrica, vt idem Ric- 7
cius *collect. 1984 notat ſuper d. Rub. ff. hoc tit.* ex Capicio *deciſ. 35.* Cancerio *in deciſ.* 8. Vibio *deciſ. 108. p 1.* Ioſepho Ludouico *deciſ. Perus 100. p.2.* & ex aliis notandum eſt, quod iudex non poſſit deferre iuramentum, niſi parte petente, & niſi plus, quàm ſemiplenè probatum eſſet. † Secundò, vt non poſſit ſuprà dictum iura-
mentum deferri poſt concluſum in cauſa, vt iam 8
dixi; quemadmodum huiuſmodi iuramentum non defertur in cauſis criminalibus, quod limitat cum Rubeo *in deciſ.16.* & Cancerio loco citato, vbi quis de cauſa, alias criminali ageret ciuiliter, valde delicto ciuiliter ageretur; ad quod videbis quæ adduxi, *ſupra in cap. 18. 19. & aliis de teſtibus.* † Ob idque Gama refert, *in deciſ.169.*
ſenatum cenſuiſſe non eſſe locum huic iuramen- 9
mento in cauſis actionum iniuriarum, quæ mouentur coram ſyndicatoribus, aut coram iudicibus

cibus tabulæ, qui ſic Neapoli appellantur; licet
10 ciuiliter intententur. † Tertiò quod prædictum iuramentum habet locum, etiam ad probandum quantitatem, vbi de debito conſtat: quo caſu admittitur iudicis taxatio, habitâ ratione perſona-
11 rum, & ſubiectâ, Chacheran. *deciſ. 96.* † Imo & iudex poterit parte non petente ſeſe informare de quantitate, aut rerum valore, vbi de debito, aut rebus conſtat, vt ex Regio ſenatu tradit Michael Ferrer. *deciſ. 322. p. 1.*

12 Quod ſi dubites quando plus quam ſemiplenè probatum cenſeatur ad hoc vt iuramentum loco probationis adhibeatur, breuiter dico quando vltrà ſemiplenam probationem, non nihil probatum eſt, vt ſi duo teſtes videlicet depoſuiſſent, quorum alter non eſſet integræ fidei, aut ſi vltra vnum teſtem omni exceptione maiorem, ſint aliquæ coniecturæ fauorabiles: ſic Cancerius *deciſ.* 8. *de iuramento*, Riccius *dicta deciſ.* 1984. paulo poſt principium: De quo iam, *alibi*, dixi, & dico, *in cap. fin. hoc tit.*

QVÆSTIO III.

An iuramentum falſum inaduertenter dictum ab eo, qui prauam conſuetudinem iurandi habet, ſit peccatum mortale?

SVMMARIVM.

1 *Iurans falſum repentinè non aſſuetus iurare, non peccat mortaliter, ſecus ſi aſſuetus ſit, num. 2.*

3 *Receptum frangens ex praua conſuetudine affectus peccat mortaliter.*

4 *Iuramenta non retractata ab aſſueto iurare, non habent diſtinctam malitiam à ſua cauſa, ſecus ſi retractentur.*

1 VT reſpondeam præmitto cum Sanchez 1. *tom. ſumm. lib. 3. cap. 5. num. 22. & 23.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 7. n. 5.* Valencia 22. *quæſt. 7. num. 5.* Iuramentum profectum non ex praua conſuetudine, ſed ex repentino impetu, non imputari ad culpam, & idem tenet Caſtrus Palao 3. *tract. 14. diſp. puncto 9. num. 5.* ex eo quia tale iuramentum, vt in ſe eſſet peccatum mortale, debebat eſſe voluntarium directè, vel indirectè; at non eſt voluntarium vllo modo ex his; quia vt eſſet indirectè voluntarium, debebat habere iurans poteſtatem illud vitandi, cum de facto non vitet, ſic procedens ex motu repentino, qui non eſt in voluntate: ergo.

2 Nec obſtant Tejada *tomo 2. lib. 3. tract. 2. controuerſia 5. n. 115* Ledeſma *in ſumma tom. 1. tract. 11. c. 5. n. 2.* Caietanus 2. 2. *q. 98. art. 3.* Nauarr. *in ſumm. cap. 12. num. 6.* quia iſti & alij loquuntur de illo, qui iurat inaduertenter falſum: tamen ex prauo affectu, & aſſuetudine ad iurandum falſum, nam tunc quomodocumque falſum iuret peccat mor-
3 taliter. † Et comprobatur, nam qui praua ea conſuetudine affectus frangit præceptum aliquod diuinum, peccat mortaliter quamuis illud infringat inaduertenter ex affectu nimio ad rem aliquam, aut ex repentino impetu, vt conſtat in peccato blaſphemiæ, quæ inaduertenter dicta ab eo, qui eſt aſſuefactus blaſphemare; eſt mortale quandocumque dicatur: ſic præcitati, & Diana *p. 10. tract. 14. reſ. 13.* quod verum fateor, Suarez, verò, Sanchez, & alij loquuntur in caſu, vbi ſ non eſt ex parte iurantis conſuetudo, ſeu affectus iurandi falſum.

Vnde Trulench. *in opere mortali tomo 1. lib. 2.* 4
cap. 1. dubio 10. num. 12. dixit iuramenta inaduertenter prolata ab habente conſuetudinem iurandi non retractatam, non eſſe ſpeciale peccatum, nec habere diſtinctam malitiam à ſua cauſa (ſcilicet à conſuetudine iurandi;) Si autem ſit retractata dicit idem iudicandum eſſe de hoc, ac de non aſſueto ad iurandum, & præter relatos docet Mazuchel *de caſibus reſeruatis diſp. 2. cap. 16. difficult. 4. à num. 74.* De hac enim difficultate dico Vberius *infra in cap. 17. hoc tit. quæſt. 3. à num. 1.*

AD TEXTVM
IN CAPITE I.
De Iureiurando, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte duplicem habet partem. Prima de iuramento ſuper ſoluendis vſuris, de quo dico latè *infra in cap. debitores, hoc tit.* Secunda de relaxando tali iuramento ſuper vſuris ſoluendis præſtito: De quo erit integra Textus noſtri diſputatio, & de remiſſione eiuſdem, de iuramento per metum, aut per iniuriam delato relaxando, nonnulla *quæſt. fin. & in cap. ſi vero, cap. verum, hoc tit.* De pœna ſponſalibus adiecta cum iuramento, an recipiat relaxationem, *cap. 2. bap. gemma de ſponſalibus:* De iuramento ſuper ſoluendis ludo amiſſis, an capax ſit relaxationis: Dico *infra in cap. Clerici 15. de vita, & honeſtate clericorum.*

QVÆSTIO I.

Quare poſſit agi ad relaxationem iuramenti cuius implementum continet ex parte ſuſpicientis turpitudinem, cum ſic iurans teneatur ſoluere quod promiſit: Et an ad relaxationem iuramenti requiratur partis citatio: Et an iudex, qui abſoluit à iuramento, efficiatur iudex competens in cauſa: Et quis poſſit iuramentum relaxare: Et an obligatio debitoris condonatione creditoris tollatur: An laicus poteſtas poſſit relaxare iuramentum: Et non obſtante quod ſoli Deo ſit præſtitum ſeu intuitus pietatis?

SVMMARIVM.

1 Cap. debitores, hoc tit. & num. 9. 10. & à num. 17.

2 L. 1. cum aliis ff de vſuris, & n. 11.

3 *Obligatio, cui adijcitur Iuramentum, qualiter efficax, etiam ſi turpitudinem contineat.*

4 *Obligatio ex Iuramento promiſſorio, acquiritur Deo, & parti.*

5 *Relaxatio Iuramenti conceditur propter eius turpitudinem : Vſura omni iure prohibita, num. 6.*

6 *Vſurarum promiſſio ex parte creditoris ſemper eſt iniqua.*

7 *Mutuans ſub vſuris peccat : Quid de mutuatario.*

8 *Simonia eſt dare aliquid temporale pro conſequendo beneficio: Et quando liceat dare ob remouendam vexationem, n.9.*

9 Cap. ſuper eo de vſuris.

Vſurans dans, vel recipiens ob redimendam vexationem, an excuſetur?

10 *Argumenta diſſoluuntur, num. 11. 12. 13. 14. 15. 16.*

13 *Iuramentum de ſoluendis vſuris, primario obligat quoad Deum, incidenter quoad homines : Expenditur, n.14.15.16.17.*

15 *Iuramentum homini factum poteſt includere promiſſionem, aut non : Et qualiter obliget? Et quos?*

16 *Remiſſio creditoris, qualiter excuſet à Iuramenti obligatione?*

17 *Iuramenti excellentia eſt, actus ſuâ naturâ reddere efficaces.*

Vſurarum ſolutio ex promiſſione iurata obligat, & indiget relaxatione, num. 18.19. vel repetitione.

19 *Solutio vſurarum promiſſarum ſub Iuramento; ideo fit, vt periurium poſſit euitari.*

20 *Relaxatio, ſeu abſolutio à Iuramento ad effectum agendi tantùm, non eſt neceſſaria citatio partis; ſecus ſi abſolutionem obligationis iuratæ, n.21.22.23.24.25.26.* & à n.27.28.29.30. 31.32.33.34. ad n.45.

32 *Citatio requiſita in iudiciis, & in aliis & quare,* num. ſeq.

38 *Relaxatio Iuramenti ad effectum agendi parit leue praiudicium.*

39 *Citatio non requiritur, vbi ceſſat partis praiudicium: exemplificatur.*

40 *Tertius poſſeſſor, qui poſſidet rem ſpecialiter hypotecatam, non eſt citandus à creditore; licet tutius ſit, vt citatur, n 41. & 42.*

42 *Poſſeſſor rei alienata à debitore non poteſt reuocatoria conueniri per creditorem, niſi pracedente excuſſione, & citatione ad eam.*

43 *Abſolutio à Iuramento ſuper actu, metu celebrato, requirit partis citationem : fallit, num. 44. & 45.*

44 *Citatio in abſolutione à Iuramento, non requiritur, cum narratur, ex actiſſima geſtorum ſeries : nec in obligatione camerali iurata, num. 45.*

46 L. nulli, C. de Iudiciis: & n.49.

L. ordinarij, C. de rei vindicat, l. minor annis, ff. de euictione, l.4. C. vbi cauſæ fiſcales, & num. 51.

47 Cap. fin. de foro compet, lib.6. & n.52.

L. vbi ceptum, ff. de iudiciis, & n.53.

L. cum Papinianus, C. de ſententiis & inter locut, & n.54.

48 *Iudex, qui abſoluit à Iuramento, non id eo fit competens iudex cauſa iurata.*

49 *Argumenta contraria diſſoluuntur, n.50.51.52. 53.54.55.*

56 *Relaxatio Iuramenti inter Clericos praſtiti, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum : Quid inter duos laicos, aut clericum actorem cum laico Reo, n.57.58. & 59.*

57 *Iuramenti condonatio poteſt ad laicum pertinere, & n.59. vbi de ratione.*

58 *Relaxatio iuramenti, quando ad Principem laicum ſpectet?*

60 *Condonatio creditoris, tollit obligationem debitoris.* fallit, n.62.

61 *Vſuras non repetere iurans, poteſt condonante creditore adhuc repetere.*

62 *Relaxare, ſeu remittere nequit creditor iuramentum praſtitum in Dei honorem, ſecus ſi homini fiat principaliter, numero 63. & 64.*

65 *Iuramentum quod poteſt relaxari praſtat ius retinendi rem iuratam.*

66 *Condonatio, ſeu remiſſio iuramenti, tollit eius vim, quoad Deum etiam.*

67 *Abſolutionis à iuramento aliqua conditiones.*

68 *Laicus abſoluere poteſt à iuramento ſuper contractu, &c. cumulatiuè, ſe à iuramento Deo facto vel ſuper re pia ſolus Eccleſiaſticus.*

AD primam quæſtionis partem faciunt difficultatem ſequentia. Primò Textus *in cap. Debitores, hoc tit.* vbi qui promiſit abſque Iuramento, vſuras non tenetur ex tali promiſſione, ſed ſi iurauerit ſoluere vſuras ad ſolutionem tenetur. Ergo ex eo prouenit; quia, cui iuratur poteſt eas recipere. † Et confirmatur ex Textu *in l. 1. & ſequentibus, ff. de vſuris, l. eos, Cod. eodem,* vbi vſuræ Iure Ciuili permiſſæ ſunt, & patet ex illo *deuteronomij, cap. 23.* ibi: *non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno,* & ex illo, *c.37.* ibi: *fœneraberis gentibus multis, & à nemine fœnus accipies* † Vnde etiam de Iure Canonico fit, vt licet obligatio ſui natura, turpitudinem continens inefficax ſit: tamen adiecto Iureiurando actus ſui natura infirmos, firmos & efficaces reddit: quare & ſi creditoris turpitudine vſurarum obligatio efficiatur inefficax: tamen debitoris promiſſio, Iureiurando fulcita, eam reddit efficacem, *ex cap. ad noſtram 7. cap. ſi vero 8. cap cum contingat infra, hoc tit.* ergo cum rectè poſſit debitor ſic promiſſas vſuras ſoluere, & ad id teneatur, item, & rectè poterit ipſe creditor eas accipere ex dictis iuribus; aliàs enim iuramentum eſſet vinculum iniquitatis; ergo non eſt cur in Textu noſtro rectè relaxatio illius iuramenti præcipiatur. 1 2 3

Secundò; quia ex iuramento promiſſorio, de quo hic, & *in dict. cap. debitores*, non ſolum Deo, ſed etiam parti acquiritur obligatio, *dict. cap. cum contingat 26. hoc tit. cap. licet mulieres, hoc tit. lib.6.* ex quibus conſtat actionem oriri ex iuramento promiſſorio, etiam ſi promiſſio ſit inefficax; ergo eo ipſo quod licitè Deo promiſſio vſurarum ſub iuramento Deo redditur, item & homini, cui iuratur ſolutio, ergo non eſt cur creditor ad relaxationem iuramenti præmatur. 4

His tamen, & aliis non obſtantibus, dico rectè in noſtro Textu, & in aliis admiſſam eſſe relaxationem Iuramenti propter turpitudinem ſuſcipientis, etiam ſi turpitudo ex parte promittentis non conſideretur. Et eſt ratio quia vſuræ omni iure prohibitæ ſunt, & damnatæ de Iure Diuino, vt *in cap. quia in omnibus, cap. ſuper eo de vſuris tam noui teſtamenti*, Lucæ 6. ibi: *mutuum dare nihil inde ſperantes*, & veteris teſtamenti Ezechielis 18. & Exodi 22. Leuitici 25. Item & de Iure naturali, quia præceptum 5

ceptum illud non patitur, vt vnus cum alterius iactura locupletetur, *l. nam hoc natura, ff. de condit. indebiti*: etenim vſura ipſa, furtum, & rapina vocatur, *cap. ſi quis cum ſequenti* 14. *quaſt*. 4. De Iure Canonico in prædictis iuribus, & in toto titulo *infra de vſuris*, & per totam cauſam 14. *quaſt*. 3. *&* *quaſt*. 4. De Iure Regio *in l*. 9. *tit*. 13. *p*. 1. *l*. 1. *tit*. 2. *lib*. 8. *ordinam*. Item & de Iure Ciuili prohibitas eſſe multi exiſtimarunt per Textum *in l. placuit, ff. de vſuris, l. lecta, ff. ſi certum petatur, l*. 3. *ff. de eo, quod certo loco, l*. 3. *ff. de annuis legatis, l*. 1. *l. eos, Cod. de vſuris*, inter quos Bartol. & Iaſon *in l*. 1. *num*. 28. *Cod. de ſumma Trinitate*, de quorum dicto efficacius dico, *infra in tit. de vſuris*, qualiter poſſet eſſe verum illo Iure, quo communis Doctorum

6 tenet eſſe permiſſas. † Cum ergo ea promiſſio de ſoluendis vſuris iurata ſemper iniqua ſit ex parte creditoris, mirum non eſt, vt ad relaxationem Iuramenti compellatur ex noſtro Textu *cap. tuas de vſuris, cap. ad audientiam de his, quæ vi, cap*. 2. *de renunciatione, cap. ſignificante de Teſtibus, dicto cap. debitores, cap. quanto* 18. *cap. cum quidam* 12. §. *fin. cap. fin. de Teſtibus cogendis*, quibus, & aliis iuribus genericè probatur agi poſſe ad relaxationem iuramenti, cuius implementum turpitudinem continet & ex parte ſuſpicientis, & colligitur ex, *l*. 9. *ff. qui, & à quibus*, ſic communiter Doctores hîc, & in prædictis iuribus plures refert, *hîc* Balboa, & Graña, item & Barboſa *in collect. ad noſtrum Textum*, & nouiſſimè in additionibus, inter quos Sanchez, Couarruuias, Oſualdus, Gutierrez, Anaſtaſius Germonius, Antonius Gomezius, Molina, Faquineus, & alij *infra* referendi.

7 Et vt ad argumenta reſpondeam, ſuppono dicendum, quod quamuis mutuans ſub vſuris, peccet mortaliter: tamen mutuatarius licitè accipit ſub vſuris pecuniam cauſâ propriæ neceſſitati ſubueniendi, ſeu vtilitati; dum tamen ad vſuras non inducat mutuantem, etiam quamtumuis paratiſſimum ex eo; quia licet cuicumque vti peccato voluntario alterius propter bonum proprium iuxta Auguſtini verba, *in cap. mouet* 22. *quaſt*. 1. ibi, *ac per hoc qui vtitur fide illius, quem conſtat iuraſſe per Deos, falſos, & vtitur, non ad malam rem, ſed ad licitam, & bonam, non peccato eius ſe ſociat, quo per Dæmonia iurauit, ſed bono pacto eius, qui fidem ſeruauit*; cum ergo illi, qui accipit mutuum ſub vſuris, petat id, quod ſibi vtile eſt, nempe mutuum ab illo, qui ſine peccato præſtare illud poteſt; ob id accipiens non cooperatur peccato vſurarij iuxta Gloſſam *hic*, quam ſequuntur Felinus *numero* 6. *hic*, Boërius, & Innocentius *in dicto cap. ſuper eo de vſuris, numero* 10. Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 1. *p*. §. 1. *num*. 10. *de pactis, lib*. 6. Molina *de Iuſtitia tom*. 2. *diſp*. 335. Balboa *hic num*. 10. Vbi ait ſic eſſe intelligendum Textum *in l. debitor, ff. de vſuris*: nam licet ibi, is, qui pecuniam accepit ſub vſuris, Debitor vſurarius appellatur, non ideo fieri; quia vſuræ crimen committat, ſed debitor vſurarius appellâtur; quia debitor eſt vſurarius: Vide quæ congerunt Theologi cum D. Thoma 2. 2. *q*. 78. *art*. 4 *in corpore*.

Et confirmatur hoc dictum, nam & ſi vere- 8
ra ſit ſimonia dare aliquid temporale pro redimenda vexatione in acquirendo beneficio, antequam beneficium detur ſic donanti, vt probant Doctores per Textum *in cap. Matthæus de ſimonia*, D. Thomas 2. 2. *quaſt*. 100. Aragon *ibi*, Silueſter verbo *ſimonia, num*. 2. Tamen poſtquam quis habet Ius acquiſitum ad beneficium licere ei docent aliquid præſtare temporale, vt remoueat impedimenta, ſeù vexationem, quibus minus valet aſſequi poſſeſſionem quietam ipſius beneficij iam ſibi collati, ſic docent Aragon *vbi ſupra*, Ledeſma 1. *p. tract*. 12. *in ſumma, concluſ*. 27. Soto *de Iuſtitia, lib*. 9. *quaſt*. 6. *art*. 1. cum aliis Villalobos *in ſumma, p*. 2. *tract*. 37. *difficult*. 30. *& num*. 4. *&* 5. & comprobant Doctores ex Textu *in cap. dilectus de ſimonia*.

Nec obſtat Doctrinæ iam, *ſupra*, relatæ ex 9
noſtro Textu, & ex *dicto cap. debitores, hoc tit*. Textus *in cap. ſuper eo de vſuris*, ibi: *multò magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur*: Ex quibus nonnulli colligunt vt promittens ſoluere pecuniam ſub vſuris; quamuis ad redemptionem captiuorum eodem vſurarum crimine inuoluatur; & licet laborent Doctores in expoſitione prædictorum verborum potius dicendum videtur ea verba referenda eſſe ad perſonam mutuantis tantùm, quàm mutuatarij; quia ex mente ipſius apertè colligitur Pontificem loquutum fuiſſe de creditore ſub vſuris mutuante, nam vt conſtat ex Antonio Auguſtino *in* 1. *decretalium collectione, lib*. 5. *tit*. 15. *cap*. 3. quæſtio in illa ſpecie fuit an creditores, licet ſub vſuris pecuniam dare poſſent ad redemptionem captiuorum, & reſpondet Pontifex non poſſe: nam vſura, vt iam dixi) Vtriuſque teſtamenti paginâ prohibita eſt, benè expendit hic Mogrouejo, *num*. 11. contra Abbatem, Hoſtienſem, *& ibi* aliter docentes ſequitur Graña *in d. c. debitores, ſub, n*. 8.

Ex quibus iam non obſtant obiectiones ad- 10
ductæ ex Textu *in dicto cap. debitores*, & aliis; quia Textus *in dicto cap. Debitores*, cuius prima pars obſtat ſecundæ parti ipſius Textus, eo ſolùm, quod promiſſio vſurarum ſine iuramento, non obligat, & eo adiecto ipſi promiſſioni obligat, ſaltim ad ſoluendas vſuras; ob idque fieri licitum ſolo iuramento, quod aliàs illicitum, & turpe foret: tamen reſpondetur iuramentum ibi adiectum, non fuiſſe contra bonos mores, quia licet mutuans ſub vſuris, mortaliter peccet: tamen qui pecuniam ſub vſuris accipit ſubueniendi propriæ neceſſitatis cauſa, ac que ideo peccato vſurarum non inuoluitur; & ſic teneri debet ad implementum iuramenti à ſe præſtiti de ſoluendis vſuris, quamuis ea poſtea repetat, tanquam indebitè ſolutas: ſic tenent Doctores relati, *num. præcedenti*: Et probatur argumento Textus *in cap. commiſſum* 16. *de ſponſ*. vbi qui iurauit cum aliqua contrahere, ſi vult religionem ingredi, debet primo contrahere, vt iuramentum ſeruetur, & ante copulam carnalem monaſterium ingredi poterit, quæ ingreſſio illico poſſet fieri, quando antecederent ſponſalia non iurata: videbis quæ adducit Mogrouejo *in c*. 3. *hoc tit. num*. 3. *&* 59. Sanchez *de ſponſ. diſp*. 42 43. 44. *&* 45. Diana *p*. 3. *tract*. 4. *reſol*. 107.

11 Non obſtat conformatio ex *dicta l. 1. & ſequent. ff. de vſuris*, ex Textu, *in dicta l. eos, Cod. eodem*, quia omiſsâ longa diſputatione, an de iure ciuili vſuræ permiſſæ ſint: tamen communiter docent Doctores tali iure permiſſas fuiſſe; & ob id tot Pontificum decreta in contraria à Patribus Eccleſiæ condita in contrarium fuere, vt ſic oſtenſa vſurarum iniquitate lex illa ciuilis omnino aboleretur ſecundùm ea, quæ dico *infra* ad titulum de vſuris.

12 Nec obſtat conſideratio, *ſupra*; relata, qua dictum eſt de Iure Canonico mediante Iuramento obligationem, aliàs inefficacem, reddi efficacem; quia de hoc dubio ſatis reſpondebo *in dicto cap. debitores*: amplius *in cap. cum contingat.* 28.

13 Vltimum non obſtat; quia & ſi valdè controuerſum ſit, an ex Iuramento promiſſorio de ſoluendis vſuris, non ſolùm Deo, ſed imo creditori obligatio acquiratur, vt docent Panormit. *hic num.* 1. Cardinalis *num* 1. Valentia 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *puncto* 4. Sayrus *in claui Regia lib.* 5. *num.* 16. moti ex noſtro Textu, qui docent creditorem cogendum eſſe ad relaxanda Iuramenta ſuper ſoluendis vſuris, nam cum prædicta relaxatio vinculum ſupponat, euenit vt vinculum iuramenti obliget reſpectu creditoris, cui Ius acquiſitum ſupponitur, & ex eo etiam; quia ſi ſola iuramenti obligatio Deo acquireretur remiſſione creditoris tolli non poſſet; non enim obligationem ſoli Deo quæſitam tol-
14 lere poteſt. † Tamen verius eſt vt ex tali Iuramento de ſoluendis vſuris, obligatio illa primario, aut ſecundario creditori non acquiratur, ſed ſoli Deo ex Textu *in dicto cap. debitores*, vbi probatur cogendum eſſe vſurarium ſoli Deo reddere Iuramentum, quaſi ipſi ſoli ſit acquiſita obligatio, quia ſicut Ius non fouet obligationem illius promiſſionis; eo quod turpis ſit ex parte creditoris, ſic etiam nec fouet obligationem iuramenti, vt Ius aliquod creditori acquiratur: ſic Balboa *hic numero* 118.

15 Pro cuius explicatione ſuppono, quod iuramentum homini factum, aut poteſt eſſe non includens promiſſionem, aut illam includens; quotieſcumque verò non includit promiſſionem habet tantùm vnicam obligationem, quæ dirigitur in ipſum Deum, ſicut Doctores docent in noſtro caſu de Iuramento de ſoluendis vſuris, quod nullam confirmat obligationem, ſed ſolùm propoſitum, ex quo nulla oritur obligatio, & ſuperſit ſola obligatio religionis orta ex Iuramento, quæ eſt erga ſolum Deum, vt ex multis probat Suarez *de Iuramento lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. Et eſt communis Theologorum Doctrina cum D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 4. *& in tertio ſententiarum, diſt.* 39. proſequitur optimè Mogrouejo *hîc à numero* 33. vbi expendit dictum Soti: Qui *lib.* 8. *de Iuſt. & Iure, quæſt.* 1. *art.* 7. *ad tertium*, dixit vnicam tantum eſſe obligationem ad hominem, duplici vinculo fundatam, videlicet vinculo promiſſionis, & vinculo Iuramenti; eo quod cum nulla fiat Deo promiſſio, nulla videatur ei poſſe acquiri obligatio; quia præter quam quod obligatio poſſit acquiri ſoli Deo, non ſolùm per promiſſionem illi factam; quæ in illum refertur, tanquam in creditorem, ſed & alia obligatio reuerentiæ reſpiciens Deum, tanquam fideiuſſorem, & teſtem, qualis eſt iſta de ſoluendis vſuris; ideo concludit, *numero* 35. quod quando iuramentum continet promiſſionem homini factam, adhuc tamen ait principalem obligationem ſoli Deo acquiri, ſecundario homini ex ea ratione; quia obligatio quoad Deum nunquam poteſt ſeparari à iuramento; cum tamen aliquando ſeparetur, quoad hominem; vt in prædicto Iuramento de ſoluendis vſuris: Tum etiam quia obligatio iuramenti directè, & principaliter eſt obligatio Religionis, quæ per ſe directè, & principaliter reſpicit Deum ipſum, eique debitum reddit.

Vnde iam ſatisfacies dicendo, quod credi- 16
toris remiſſio; non ideo excuſat à Iuramenti obligatione; eo quod creditori ſit acquiſita; Sed quia Deus illam non acceptat, niſi quatenus eſt in fauorem creditoris; quare ceſſat, & quaſi impleta videtur, creditore remittente, vt docent, Butrius *in dicto cap. debitores, numero* 7. Fortunius *de vltimo fine illatione* 22. *numero* 465. Couarruuias, *in cap. quamuis pactum* 2. *p.* §. 3. *numero* 2. Molina *de iuſtitia tom.* 1. *diſput.* 150. *& tomo* 2. *diſp.* 515. Suarez *de religione, tract. de Iuramento, lib.* 2. *cap.* 27. *ad finem*, Leſſius *lib.* 2. *de Iuſt. cap.* 27. *dubio* 6. *num.* 51. cum aliis Mogrobejo *hic num.* 118. Videndus *à num.* 113.

Itaque cum Iuramenti ea ſit excellentia, vt 17
actus ſui natura infirmos, efficaces, & firmos reddat, vt iam dixi, & probat Textus, *in cap. ad noſtram* 7. *cap. ſi vero* 8. *cap. cum contingat* 28. *hoc tit. dicto cap. quamuis pactum de pactis, lib.* 6. *Authentica Sacramenta puberum, Cod. aduerſus venditorem*, euenit vt quamuis debitoris promiſſio efficiatur inefficax creditoris turpitudine, ea tamen Iureiurando efficax reddatur: Quare optimè dixit Sanchez *tom.* 2. *moralium, lib.* 3. *de Iuramento, cap.* 11. *numero* 3. in Textu noſtro, *& in dicto cap. Debitores, hoc titulo.* Vſurarum ſolutionem ex promiſſione iurata, debitam eſſe creditori; quia ſuppoſita tali promiſſione, eſt actus magnæ veracitatis, & fidelitatis, & etiam quando promiſſio per ſe non obligabat; tum etiam quia eſt actus conſeruandi propriam exiſtimationem licitè, ſtando promiſſis, etiam in extorſionibus iniquis; præſertim; quia ſolutio eſt valde vtilis, vt petentibus mutuum in neceſſitate fides adhibeatur; & ſic facilius pecuniam inueniant; quod ſufficit ad ſolutionem honeſtam ex parte promittentis, vt tradit, *hic* Balboa *num.* 116. Videndus *à num.* 98. Ergo ſi ex ſola promiſſione abſque Iuramento. Debitor vſurarum licitè ſolueret vſuras, etiam ſi eas ſoluere non ſit obnoxius; quid mirum vt adiecto Iuramento tali promiſſioni ex ſola obligatione reuerentiæ, & Religionis Deo acquiſita, ad ſolutionem teneatur, *ex dicto cap. debitores*; cum ſuam à ſe ipſa Ius Iurandum habeat obligationem, & is, qui promiſit vſuras ſe ſoluturum ſimul aſſeruit verum eſſe quod promiſit: quo circa verum eum facere oportere, quod Sacramento firmauit: ſic notat, & declarat, Barboſa *in additioinibus ad Textum in dicto cap. debitores, num.* 6. *tom.* 6. qui ibi in additionibus ad Textum noſtrum in fine, verſic. *habes*, concludit valore Iuramentum de ſoluendis vſuris; licet ſponſio non valeat de eiſdem, quia eſt

eſt iuramentum ſingulare quoddam in iure, & *n.14.* quod citatio ſemper eſt neceſſaria, ſi petatur à ſimplici iuramento.

18 Nec tunc inſurgas ex noſtro textu dicendo, quod cum debitor vſurarum efficaciter non ſit obligatus, taliter quod vſuras, iam creditori ſolutas eas repetere nequeat ex *d. cap. Debitores*, ad quid eius deciſio, cum facilius creditor ſibi repetiturus ex noſtra deciſione ſuccurratur; ſiquidem antequam vſuras promiſſas ſoluat, poteſt ſuccurri petendo relaxationem iuramenti præſtiti de ſoluendis vſuris: quo facto excuſatur earum ſolutio, & repetitio. Sed reſpondetur Ius noſtrum Canonicum variis mediis conſulere iniquæ exactioni vſurarum, vel relaxatione iuramenti, ſi ea petita ſit à debitore, qui iurauit antequam ſoluat vſuras, vel ſi eas iam ſoluit, tunc repetitione ſuccurratur: ſic ſoluit Graña *in d. cap. debitores, n. fin.* ex D.Thom.2.2. *q.98. art 4.* vbi commendat videnda iure difficilia, *in l.1. §. cum prædium 2. & 3. ff. de pignoribus*, & *l. creditor 42. eodem*, cui obſtat, *l. eleganter, §. ſi vendiderit, ff. eodem*, de quorum conciliatione commendat videndum Genua *de Iurium conciliatione pag. ſibi* 220. Et hæc duo iura rectè expendit nouiſſimè Barboſa *hîc tom.6. in additionibus, n. fin.* poſt Lelium Mancinum *diſquiſitionum genialium, & anniuerſariarum Iuris, diſput. centuria 3. cap.*216. vbi dicit hos duos teſtes, remedium duplex habere, alterum prius quàm dies veniat, alterum cum dies aduenerit ſolutionis, in quo iam debitor negare non poteſt vſuras, quin in periurium incidat, ſed dare eas debet, & Iureiurando ſatisfacere; poſtea verò eas per cenſuras quit repetere.

19 Nec vltimò inſurgas dicendo fruſtratoriam eſſe ſolutionem vſurarum, de qua *in d. cap. debitores* quia dolo facit, qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt, *l. dolo facit, ff. de regul. iuris, leg. non videtur capere* 52. *ff. eodem*, *l. dolo, ff. de exceptione doli mali*; & ſic reſoluiſſe non videtur qui ſoluit, vt ſtatim repetere poſſit. *l. qui ſic* 55. *ff. de ſolutionibus*. Sed reſpondetur in caſu noſtro debitorem ſoluere vſuras creditori, vt ſolutione poſſit perjurium euitare: quare poſt ſolutionem, ceſſante iam periurij periculo, poterit debitor vſuras à creditore turpiter receptas repetere; non enim debitor ex Iureiurando ſoluit vſuras creditoris, vt illarum commodum recipiat.

20 Ad ſecundam quæſtionis partem, an in relaxatione, ſeu abſolutione iuramenti ad effectum agendi requiratur partis citatio? Et pro affirmatiua ſententia faciunt quæ adduxi, *ſuprà in cap.2. de teſtibus*, vbi de parte aduerſa citanda, vt videar iurare teſtes præſentatos ab altera par-

21 te, & alibi in eo titulo. † Secundò, quia iuramenti cognitio, requirit cauſæ cognitionem, *cap. quanto de Iureiurando*: ſed cauſæ cognitio requirit partis citationem, *l. in cauſæ* 14. *§. cau-*

22 *ſa autem cognita, ff. de minoribus*. Ergo. † Tertiò; quia pars lædi poteſt ex ipſa iuramenti abſolutione, cum abſolutus à iuramento agere poſſit, & multa alia commoda habeat ex abſolutione; ſed citatio eius, qui lædi poteſt, ſemper requiritur, *l. nam ita Diuus, ff. de adoption. l. de*

23 *vnoquoque, ff. de re iud.* † Quartò; quia ſi pars citaretur forſitan oſtenderet abſolutionem per calumniam peti: argumento textus, *in leg. ſatis apertè, Cod. ad legem Corneliam de falſis*. Ergo.

24 † Hanc partem docuerunt Ancharranus *in conſil.*198. & 382. *n.*3. Federicus Senenſis *conſ.*300. Felinus *hic n.*23. Gailius *lib.1. obſeruat.22 num.*3. & multi alij ex antiquis relati à Faquineo *lib.8. controuerſ. cap.*62. verſic. *quarto*, multi alij relati à Barboſa *hic num.*4. & hanc partem in praxi ex aliis refert obtinere Mogrobejo *hic ſub num.*74. ex regula textus, *in cap.1. de cauſa poſſeſſionis, & propriet. & Clem. paſtoralis de re iud.* & cum infinitis hanc regulam probat Gratianus *reg.6. n.*3. qui hanc ampliationem ponit ex reg. textus, *in d. l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. nam ita Diuus, ff. de adoption. l. fin. Cod. de legit. hæred. l ſi quando? Cod. de teſtibus*, vbi dicit quod debet citari pars, cuius intereſt de vno quoque negotio; eo quod citatio ſit radix, & fundamentum proceſſus, *§. fin. inſt. de pœna temerè litigantium*, cum vulgatis, hanc probant relati nouiſſimè à Cyriaco *controuerſia 7. à num.1. vſque ad* 16. contrariam ipſe ſequitur ex rationibus, *n.26. & 27.* adductis; vbi ait quod ſi quis iurauit non petere relaxationem à iuramento, debet explicitè prius abſolui ab eo; Deinde ab alio.

Contrariam verò ſententiam, nempe vt non 25 prærequiratur citatio, docet alia communis ſententia, quam vt communiorem ſequuntur idem Anchar. ſibi parū conſtans *conſ.*18. Calder. *conſ.7. tit. de Iureiur.* Alciàt. *in cap. cum contingat hoc tit. n.*125. Couarruu. *variar. reſolut. lib.1. cap.4. n.6.* Afflictis *deciſ.*220. *n.*10. & cum aliis Faquineus *d. lib.8. cap.*62. vbi dicit hanc partem ſemper ſequutus ex eo; quia per abſolutionem à iuramento conceſſam ad effectum agendi, nullum generatur præiudicium aduerſario, cuius de Iure ſit habenda ratio; & ob id non eſſe citandum aduerſarium: nam abſolutio conceditur ad effectum agendi, hoc eſt, vt qui iuramenro obſtrictus eſt agere valeat, à limine Iudicij repellatur, tanquam periurus. † Ex hoc enim quod 26 aliquis agere poſſit, nullum præiudicium generaliter alteri, cuius habenda ſit ratio: nam aut agendo probabit iuſtitiam, & turpitudinem contractus, propter quam meritò ſit reſcindendus, aut non probabit, ſi non probabit, nihil eum iuuabit abſolutio à iuramento conceſſa, & ſic manebit nihilominus obligatus vinculo ipſius contractus, nec poterit ab eo recedere. Si verò probauerit, tunc aduerſarius quidem præiudicium ſentiet, ſed ſumma ratione; quia non expediebat eiuſmodi contractum ſeruari. turpem, ac iniuſtum, ſed magis vtile eidem fuit eum reſcindi, ne contra iuſtitiam ex alieno damno compendium faceret, ne animæ ſuæ iacturam faceret. Plures Doctores pro vtraque parte refert Ceuallos *in pract. q.*434. vbi hanc amplectitur, & cum multis aliis nouiſſimè Carleual. *de Iudicijs, p.1. diſput.2. quæſt.4. ſub num.*197. Mareſcot. *lib.2. Variar. cap.*84. *n.*9. Riccius *collect.*39. ad hunc textum.

Ego autem vtramque ſententiam veram eſſe 27 credo in ſuo ſenſu, licet huic poſteriori libenter accedam; ob idque talis praxis recepta eſt, vt quando petitur abſolutio ad effectum agendi tantum, non ſit neceſſaria citatio; quia non agitur de præiudicio conſiderabili: quod ſi petatur abſolutio à iuramenti vinculo, & obligatione: tunc neceſſum ſit citare creditorem propter illius conſiderabile præiudicium, & hoc in caſu primam ſententiam amplector: ſic diſtinguunt Antonius Gabriel *tit. de citationibus, concluſ.1. n.*85. Lancellotus *in templo Iudicij, lib.2. cap.1.*

*cap.*1. §.4. *Rubrica diſpenſatio à iuramento*, *n.*6.
Couarruu. *vbi ſuprà*, & relati à Zenedo *ad De-
cretales collect.*78.*pag.*225. Mogrouejo *hîc dict.*
28 *n.*74. † Et ſic quando eſt ad effectum agendi
tantum abſque citatione, procedere abſolutio-
nem docet Riccius *reſol.*290.*n.*1. verſic. *& iuxta*,
vbi ait ita iudicatum apud aliqua Tribunalia in
praxi fori Eccleſiaſt. *deciſ.*333. *n.*1. *in* 1. *editione*,
& *in collect. ad hunc textum* 39. item *col.* 686.
29 *&* 1419. † Et Guido Pap. *in deciſ.*114. & Fa-
ber *in deciſ.*13. *Cod. hoc tit.* docent quod abſolu-
tio à vinculo Iuriſiurandi ad finem agendi, tan-
tùm concedi ſolet in auditio aduerſario; ita vt
nec ſit hæredis iurantis neceſſaria citatio; quia
iuramentum eſt perſonale, quod non tranſcen-
30 dit iurantis perſonam. † Item Peguera *in caſu
deciſion. Catalonia* 188. refert deciſum quod
quando ad habilitandum perſonam, iuramentum
petitur relaxari ſolum, vt iuramento non ob-
ſtante, poſſit quis fraudem detegere: tunc non
eſt neceſſaria partis citatio, ex eo; quia non agi-
tur de ipſius creditoris magno præiudicio, vt
tradit Iafredus *in deciſ.*22. & ſic Treuiſanus Ro-
tæ Venet. *deciſ.*64. *p.*1. refert quod ſecundùm
ſtylum illius Curiæ nunquam citatur pars in ab-
ſolutione iuramenti per tres rationes, quas re-
fert illius obſeruantiæ. Et his debent intelligi
quæ ſcribit Cyriacus *tom.*1.*conr. cap.*7. vbi *n.fin.*
dicit, vt ſit neceſſaria partis citatio in obtinen-
da abſolutione à iuramento ſimplici & pura; ſe-
cus ad effectum agendi, & excipiendi.

31 Nec obſtat ſi alleges aduerſarii intereſſe, ne
ſumptibus in Iudicio vexetur? quia reſpondeo
huius præiudicij rationem habendam non eſſe:
nam alias nullus auderet alterum ad Iudicium
vocare, & ad agendum admitti, niſi prius, cau-
sâ cognitâ, appareat, eum bonam, & iuſtam
obtinere cauſam, quod eſt abſurdum, & ridi-
culum, & cum ſint pœnæ ſtatutæ aduersùs te-
merè litigantes, *ex l. cum qui temerè*, *ff. de Iudi-
cys*, *cap. calumniam de pœnis*, de quo iam alibi
dixi, quid mirum, vt hæc obiectio non ſit con-
ſiderabilis ad hoc, vt prærequiratur citatio.

32 Vnde non obſtant obiectiones, quibus niti-
tur contraria ſententia; quia ad primam reſpon-
deo ex neceſſitate citationis prærequiſitæ in Iu-
diciis iam formatis, ſeu formandis iuxta dicta
in cap. penult. de foro comp. & *in cap.*1. *de cauſa
poſſeſſ.* & *in d. cap.*2. *de teſtibus*, & quando ſubeſt
præiudicium conſiderabile, quod in noſtra ſpe-
cie non ſubeſt, quoties petitur iuramenti rela-
xatio tantùm ad effectum agendi, vel excipien-
33 di. † Nec obſtat ſecundum; quia conceditur
quod in concedenda relaxatione requiritur ali-
qua cauſæ cognitio; ſed non ideo requiri partis
citationem, cum nullum præiudicium reuera
ſentire queat, ex eo quod conceditur petenti
iuramenti relaxatio: quia, vt iam dictum eſt,
manent creditori, ſalua omnia ſua iura, & ex
eo, etiam: quia talis relaxatio ad illum effectum
conceditur, ſi preces veritate nitantur, de qua
poſtea cognoſcetur: ſic expendit Faquineus *d.
quæſt.* 62. verſic. *ad argumenta*, Ceuallos *dicta*
34 *q.*434. † Vbi *ſub num.*8. cum multis, ait quod
creditor ex hac relaxatione nullum patitur præ-
iudicium, cum Ius ſuum ſaluum ſemper maneat
ad defendendum contractum; & ſic quod non
ſit citandus: quia illud, quod poteſt inuitis fieri,
multò magis abſentibus, & ignorantibus, *ex
l. qui poteſt de regul. iuris*, & Salcedus ad Bernar-
dum Diaz *reg.*5. *col.*4. dicit ita ſeruari in Curia
Complutenſi, & in publicis Tribunalibus to-
tius Hiſpaniæ, & Flaminius Pariſius *lib.*2. *de re-
ſignat. benef. q.*1. *n.*37. dicit ab ea non eſſe rece-
dendum in Iudicando, & conſulendo, cum ita
practicetur apud omnes, vt pluribus citatis
tradit Rolandus *conſ.*2. *n.*6. *vol.*2.

Quare non ſunt audiendi Antonius, qui *in* 35
d. cap. debitores hoc tit. tenet quod debet pars ci-
tari in hac abſolutione: etſi non citetur non vi-
tietur diſpoſitio, nec annulletur proceſſus, quem
ſequitur Tiraquellus *in tractatu*, res inter alios
acta, *limit.*30. verſic. *hoc primum*, vbi perdoctè
declarat hanc quæſtionem, ſequitur prædictam
diſtinctionem Iaſon *in l. Patre furioſo*, *ff. de his,
qui ſunt ſui*, *vel alieni iuris.* † Nec Paz, qui *in* 36
ſua praxi 2.*p. in præludio*, *n.*38. diſtinguit dicen-
do, quod ſi relaxatio iuramenti petatur à Reue-
rendiſſimo Nuncio, non ſit neceſſaria partis ci-
tatio: ſi verò ab Epiſcopo, vel eius Vicario ſe-
cus, & dicit quod ita practicatur. † Nec etiam 37
audietur Afflictis *deciſ.*120. vbi refert deciſum
per omnes Dominos Sacri Conſ. Neap. quod
abſolutio ad effectum agendi conceditur ſine
partis citatione, *ſed data venia*, & ex iuſta cau-
ſa: eum tamen improbat Riccius *collect.* 686.
verſic. *ego*, dicens contrarietatem adducere: nam
non poteſt eſſe iuſta cauſa apud concedentem
abſolutionem, niſi cognoſcatur, quod nequit
fieri ſine citatione.

Et licet Ceuallos *vbi ſuprà n.*6. dicat vtram- 38
que opinionem eſſe veram, & ſubſtentabilem:
tamen vt ſtrepitus Iudicij euitetur: cum agatur
de leui præiudicio, & neceſſario, relaxatio ſit
concedenda, ait melius eſſe, vt pars non cite-
tur, cum fruſtra ſpectetur euentus, cuius rei
nullus ſequitur effectus, vt *in l. fin. C. de adopt.*
maximè cum in relaxatione iuramenti non aga-
tur de cauſa principali redimenda, ſed ſolùm de
habilitatione perſonæ, vt ſine metu periurij
poſſit qui iurauit actionem ſuam exercere, do-
cet Guilliermus Benedict. *de teſtam. in principio*,
*fol.*4. & verſic. *duas habens filias*, *col. fin. n.*299.
nec enim iuramentum ex hoc perdit vires, nec
eius robur, & efficaciam, vt tradit Ripa *in Ru-
brica de Iudicys*, *n.*29. Afflictis *deciſ.*220. *in fine*,
Felinus *hic n.*24. Couarruu. *d. cap.*4.*lib.*1.*Variar.
n.*6. & alij iam relati: quam Doctrinam optimis
exemplis expendit, & declarat Riccius viden-
dus *in collect.*686. ad textum, *in cap.* 2. *hoc titulo*,
quorum aliqua pono in fine huius dubij, & latè
examinando Guttierrez hoc dubium, *in Auth.
Sacramenta puberum*, *Cod. aduersùs venditorem*, *à
n.*111. hanc partem defendit, *n.*112. in verſic.
ſed meo Iudicio, Anaſtaſius Germon 3.*p. de im-
munit. num.*172.

Itaque quoties nullum verſatur partis præiu- 39
dicium, citatio non prærequiritur, vt etiam
contingit in exẽplis ſequẽtibus, vt in liberto, qui
vt Patronum ſuum in Ius vocet, tantùm veniam
à Prætore petit. item in filio emancipato: quia
litis inſtituendæ cauſa aduersùs Patris teſtamen-
tum inofficioſum, bonorum poſſeſſionem apud
Iudicem agnoſcit: hæc enim expediuntur parte
non citata: quia nullum verè præiudicium infe-
runt. tamen ſi ratio illa afferri poſſet, de qua
ſuprà, nempe Patroni intereſſe, ne temerè à li-
berto in litem vexetur; item hæredis inſtituti
intereſſe, ne temere inofficioſum teſtamentum
arguatur: non enim, vt dictum eſt habetur ratio
huius

huius præiudicij: quia temerè litigantes ſuis ſubiacebunt periculis, & pœnis, & iniquè vexatis ſua non deſunt legum auxilia, quibus indemnes conſeruentur, *ex d. cap. calumniam de pœnis, & ex tit. inſtit. de pœna temere litigantium,* tradit, vt explicet noſtram quæſtionem Faquin. *d. lib.8. com. cap.62.* verſic. *exemplum.*

40 Ex his etiam optimè defendi poteſt Parlador, qui *lib.1. rerum quotid. cap.10. n.10.* reſoluit quod tertius poſſeſſor, qui poſſidet rem ſpecialiter hypothecatam, non ſit citandus à creditore, cum de Iure rectè procedat executio in prædio ſpecialiter hypothecato cum clauſula de non alienando iuxta textum, *in l. ſi creditor, §. fin ff. de diſtractione pignor.* tradit Roderic. Suarez *ad leg. Toleti limit.1.* Gutierrez *in l. nemo poteſt, num.27. ff. de leg.1.* ſicque nihil operari citationem, cum etſi facta eſſet, & tertius citatus eſſet, nihilomi-
41 nus poſſeſſio ab eo auferretur. † Tutius tamen ait Ceuallos *in pract. d. q.434. n.11.* quod tertius poſſeſſor citetur, anteaquàm creditor mittatur in poſſeſſionem, etiamſi veriſſimam fateatur prædictam doctrinam: quia citatione præhabita, tolluntur non leues difficultates, tradit Bartol. *in l. decem, ff. de verb.* & eſt communis opinio ſecundùm Iaſonem, cum pluribus ab eo relatis, *in §. item ſi quis, n.84. inſtit. de actionibus,* & tenet Paz *in praxi 4.p. tom.2. n.27.* aliquas limitationes ad illam regulam videbis apud Gregorium *in l.14. tit.13. p.5.* verb. *entregue,* & Gratianus *reg.338.* poſuit 34. limitationes, quas le-
42 ges. † Vbi agit de Regula, quod poſſeſſor rei alienatæ à debitore, non poteſt per creditorem conueniri reuocatoria, niſi prius excuſſio fiat in omnibus debitoris bonis: ſed tamen dicit *ibi n.5.* quod debet citari debitor ad talem executionem faciendam.

43 Vnum tamen notabis ex Flaminio *de reſignat. beneſ. lib.13. q.1. n.8.* quod in abſolutione à iuramento præſtito ſuper actu metu celebrato, requiratur partis citatio refert Barboſa *hic ſub n.4.* & ratio poteſt eſſe; quia hic agitur de relaxatione, non ad effectum agendi, ſeu excipiendi, ſed ad effectum annullandi actum iuratum: in quo caſu cum ex *ſuprà* relata diſtinctione agatur de graui præiudicio creditoris, & ſuper negotio principali, rectè citatio procedit ante relaxationem.

44 Etenim pro complemento, & perfecta declaratione noſtri dubij, dices cum Rota Romana *deciſ.226 p.3.* quod abſolutio iuramenti poteſt concedi abſque partis citatione, quando exactiſſima geſtorum ſeries narratur; & poteſt eſſe ratio; quia eo in caſu apparet de iuſtitia cauſæ allegatæ, cum illa rotalis ſeries enarrata ſuppleat præſentiã partis, quæ & præſens nihil aliud addere poſſet, vt ait Polidorus Ripa *obſeruat.150.*

45 † Et ſic Rota Marchiæ penes Gratianum *dec.65.* ait quod etiam in obligatione Camerali, in qua ſecundùm ſtylum hodiernum conceditur abſolutio, non ſit neceſſaria partis citatio; imò concedatur, ea in vita: docet Ricciùs ſic ſequendo *d. col.684.* & Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ 2.p. q.97. num.3. & 4.* cum Neuicanis *conſil.22.* ſtylum eſſe Curiæ Romanæ, vt non deſideretur citatio in relaxatione iuramenti: & addit Mattha *de Iuriſdictione, 2.p. cap.4. n.15.* quod in conflictu opinionum, eſt ſequendus ſtylus Curiæ Romanæ.

46 Ad tertiam quæſtionis partem, an Iudex, qui abſoluit à iuramento, efficiatur Iudex competens in cauſa? Videtur dicendum quod ſic? Primò ex regula textus, *in l. nulli, Cod. de Iudicijs,* ne ſcilicet continentia cauſæ diuidatur: De qua regula dixi latiſſimè, *ſuprà in cap. fin. de Iudicijs.* Secundò, quoniam ex præparatoriis infertur ad principale iuxta ea, quæ adduxi, *ſuprà in Rubr. de Iudicijs;* videtur ergo abſolutio à iuramento præparatoria ad cauſam principalem. Tertiò facit regula textus, *in leg. ordinarij, Cod. de rei vindicat.* & *in l. minor 25. annis, ff. de euiction. l.4. Cod. vbi cauſa fiſcales.* † Quare Baldus *in dicta* 47
l. ordinarij, exiſtimauit Iudicem Eccleſiaſticum, abſolutione à iuramento conceſſa totius principalis cauſæ Iudicem fore: quia ratione iuramenti, Iudex Eccleſiaſticus, eſt competens, *cap. fin. de foro comp. lib.6.* ſiue agatur de eius obſeruantia, vt ibi, ſiue de inobſeruantia, vt in noſtro textu. Quartò, ex *l. vbi ceptum, ff. de Iudicijs,* quia docetur *ibi* finiendum Iudicium, vbi ceptum eſt, etiam in cauſis expreſſis, hoc eſt, vt ſi apud vnum Iudicem, Iudicium ſit inceptum ſuper vna cauſa, locus eſt præuentioni, quæ inducitur per citationem, *leg. ſi quis poſtea, ff. de Iudicijs,* præcipuè, cum Iudex Eccleſiaſticus competens ſit. Quintò, ex *leg. cum Papinianus,* quæ eſt penultima, *Cod. de ſentent. & interlocut. omnium Iudic.* vbi Iudex conuentionis, eſt etiam Iudex reconuentionis, licet alioqui ſit incompetens reſpectu cauſæ reconuentionis. Hanc ſententiam ex his, & aliis docent Baldus *vbi ſuprà,* Alexand. *in leg. quoties, Cod. de Iudicijs,* Cagnolus *in Rub. Cod. de edendo, n.35.* Ripa *in Rub. Cod. de Iudicijs,* Felinus *in cap. cum ſit generale, n.4. de foro comp.* Curtius Iunior *Rubric. Cod. de edendo, n.14.* & multi alij à Couarruu. citati *lib.1. Variar. cap.4. n.8.* & ab Ozaſco *deciſ. Pedmontanea 78.*

His tamen non obſtantibus communior eſt 48
contraria ſententia, cuius fundamentum eſt, *in l.1. Cod. ad exhibendum,* in illis verbis: *Præſes Prouinciæ eam exhiberi iubebit, vt apud Iudicem de rei veritate quæratur.* Secundò, quia actor ſequitur forum rei, *cap. cum ſit generale, l. vlt, Cod. vbi in rem actio;* ergo ſi Iudex laicus ſit competens Iudex rei conuenti ille adeundus erit, non autem Eccleſiaſticus Iudex. Tertiò, quia minus dignum, non debet trahere ad ſe magis dignum, ex *leg. ſi quis ſciens, Cod. de rei vindicat.* Quartò, *ex l.2. Cod. vbi, & apud quem,* vbi dicitur, quod ſi agitur de reſcindendo contractu, cauſa eſt cognoſcenda, coram Iudice Domicilij ipſius rei, non autem coram Iudice loci, in quo contractus eſt celebratus; ergo cauſa eſt cognoſcenda, non à Iudice Eccleſiaſtico, ſed à Iudice domicilij rei conuenti. Quintò, quia abſolutio à iuramento petitur ab Epiſcopo neceſſario, cum Iudex ſæcularis non poſſit abſoluere à iuramento; ergo non videtur prorogata iuriſdictio ad cauſam principalem; quia ex actu neceſſario, non inducitur prorogatio Iuriſdictionis, vt notat Baldus *in Authent. offeratur in 2. notab. Cod. de litis conteſtat.* hanc partem defendunt Paulus de Caſtro *in d. l. ordinarij,* Decius *in Rub. de Iudicijs in Decret.* Couarr. *d. libro 1. Variar. cap.4. n.8.* & multis alij apud Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuilegio 60.* Farinac. *de Inquiſitione, q.8. n.144.* Faquineus *d. lib.8. cont. cap.62.* ex verſic. *quod attinet ad alteram,* Vberius *lib.11. cap.68.* vbi ſatisfacit contrariis, & etiam refert

refert fundamenta, quibus reſponderi poteſt ad iura huius ſecundæ opinionis, quem leges.

49 Et ſuſtinendo hanc ſecundam ſententiam, non obſtant fundamenta contrariæ, non primum ex regula textus, *in dicta leg. nulli, Cod. de Iudiciis*, nec continentia cauſæ diuidatur: de qua regula dixi latiſſimè, *in dicto cap. fin. de Iudicijs*, ſed ad propoſitum, de quo hîc nulla datur cauſæ diuiſio, cum omnia ceſſent, quæ deſiderantur, ad hoc, vt cauſa diuiſionem pati dicatur; primò quando agitur de vna, eadémque. Secundò quando agitur de vna; & eadem actione. Tertiò quando agitur de pluribus perſonis, habentibus cauſam communem, quorum nihil adeſt in caſu noſtro.

50 Non ſecundum de præparatoriis ad præparata; quia hæc regula plures habet limitationes, vt tradunt Decius, Bolognetus, & alij *in Rub. Cod. de edendo*; & ſic colligitur ex dictis *ſuprà in Rub. de Iudicijs, q.3.* vbi dixi quando inferatur de præparatoriis ad præparata; quod hic non reperitur; ſiquidem cauſa abſolutionis à iuramento, differt omnino à cauſa principali.

51 Et ob id non obſtat tertium deſumptum ex Legibus ibi iactis; quia ad textum *in dicta leg. ordinarij, Cod. de rei vindicatione*, reſpondet *ibi*, Caſtrenſis *numero* 4. Iudicem ordinarium fuiſſe competentem, tam ſuper poſſeſſorio, quàm ſuper petitorio; & ſic cognoſcere potuiſſe de præparatorio, & de principali; quia erat competens ſuper vtroque. At noſtra quæſtio ſupponit Iudicem non eſſe competentem ſuper principali. Et ad textum, *in dicta leg. minor 25. annis. ff. de euictionibus*, reſponderi poteſt ex Gloſſa ibi verſic. *reſtitui*, prætorem cognoſcere etiam ſuper cauſa euictionis, ne ipſius Prætoris auxilium alteri ſit captioſum, contra textum, *in l. Paulus, Cod. de Prætoriis ſtipulat.* & ad textum, *in dicta l. 4. Cod. vbi cauſa fiſcales*, reſpondetur ſecundùm Gloſſam *ibi*: ideo procuratorem fiſci de vtraque cauſa cognouiſſe; quia electus fuit ex conſenſu partium, *l.1. Cod. de iuriſd. om. iudic.*

52 Nec etiam obeſt inſtantia Baldi *ibi* relati *in dicta leg. ordinarij ex dicto cap. fin. de foro compet.* cuius dictum iuuatur alio eiuſdem Baldi *hic*, quem refert Phirus Alfanus, vbi dicit abſolutionem à iuramento, non tollere vim iuramenti, ſed eam ſuſpendere; & ideo eum, qui iurauit contractum obſeruare, eſſe periurum, ſi fuerit conuictus ad ſeruandum contractum; & ob id inferri poſſe Iudicem Eccleſiaſticum eſſe competentem; quia talis competens eſt vbicumque agitur de obſeruantia iuramenti: *dicto cap. fin. de foro compet. lib.6.* Tamen reſponderi poteſt in noſtro caſu non agi de obſeruantia iuramenti, eo modo, quo loquitur, *dicto cap. fin.* quia loquitur tantùm quando quis compareret apud Iudicem Eccleſiaſticum, tanquam actor petens aduerſarium ſuum compelli ad obſeruantiam iuramenti; at in noſtra ſpecie actor eſt ille, qui abſolutus fuit à iuramento, & petit totum contrarium; videlicet pronuntiari contractum eſſe illicitum: expendit Faquineus *dicto libro 1. cont. cap.68.* verſic. *hoc ita*, & *dicto libro 8. cap. 62.* ſub verſic. *& hoc.*

53 Nec obſtat quartum *ex dicta leg. vbi ceptum:* quia reſpondeo negando eſſe ceptum Iudicium ex abſolutione à iuramento quoad cauſam principalem: item & negando cauſam principalem eſſe connexam: etenim dicta lex non habet locum, niſi quando exceptio rei iudicatæ locum haberet; quia ſcilicet vnum, & idem ſit negotium, vt declarat Socinus *conſ.38. col.4. lib.1.* Faquineus *dicto libro 11. cont. dict. cap.68.* verſic. *non obſtant*, ſecus tamen quando Iudicia tenderent ad diuerſos fines, ſicut in caſu noſtro; quia vnum tendit ad relaxationem iuramenti, aliud ad reſciſionem contractus. Nec enim hîc datur præuentio ex parte Iudicis Eccleſiaſtici; quia tantùm cœpit cognoſcere de cauſa abſolutionis, non de cauſa principali.

54 Nec obſtat adductum ex textu, *in dicta leg. cum Papinianus, Cod. de ſentent. & interlocutionibus:* quia etſi regulariter Iudex conuentionis, ſit Iudex reconuentionis, vt latè dixi ad Rubricam, *de mutuis petit.* aliqua *ſuprà in d. cap. fin. de Iudicijs, q.1. à n.3. & à n.25.* Tamen *in d. l. cum Papinianus*, hoc procedit aliâ ratione; de qua *ibi*.

55 Et licet fateamur Iudicem Eccleſiaſticum compellere poſſe ad relaxandum iuramentum, vt poſtea dico; hoc tamen nihil facit ad quæſtionem noſtram; quia iam relaxatum eſſe iuramentum ſupponimus, & de ipſa re principali quærimus, an à Iudice Eccleſiaſtico, cognoſcenda, & tractanda ſit; rarò enim à Iudice Eccleſiaſtico huiuſmodi cauſæ laicorum cognoſcuntur; licet abſolutionem conceſſerit à iuramento, vt benè tradit Mancinus *in tract. de Iuramento parte 6. quæſt.11.* debet ergo actor conuenire reum, qui eſt laicus coram Iudice ſuo, qui eſt laicus, non autem Iudex Eccleſiaſticus iuxta ea, quæ latè adduxi *ſuprà in cap. ſi Clericus 5. de foro comp.* per textum, *ibi:* & ſic videmus, *in cap. tuam de ordine cognit.* cauſam præparatoriam, & cauſam principalem diuerſos Iudices habuiſſe; item & *in dicto cap. fin. de Iudicijs*, diuerſes Iudices datos ad cauſam poſſeſſionis, & ad cauſam proprietatis: item & *in dicto cap. cæterum de Iudic.* ſecundùm Gloſſam *ibi* cauſa poſſeſſorij rei feudalis, cognoſci poteſt coram ordinario, & cauſa proprietatis coram Domino feudi, de quo dixi *ibi quæſt.3.* Cætera tamen, quæ hîc deſunt videbis, *in cap. nouit de Iudic. quæſt.13.*

56 Ad quartam quæſtionis partem, quis poſſit iuramentum relaxare, longiſſima poteſt eſſe diſquiſitio. Sed quia in materia de relaxatione, irritatione, ſeu interpretatione voti, quæ conducibilia ſunt ad tractationem de iuramento, dico *infrà in cap. ex multa de voto, & voti redemptione*, & plura adducit *hic* Barboſa *à n.41.* quem omnino videbis diſtinguentem inter iuramentum Soli Deo præſtitum, & illud, quod homini præſtatur, vt proſequitur *à numero 50.* ideo his ſuppoſitis, nunc vt ad noſtrum dubium ſatisfacias, aduertes quod quando contrahens eſt Clericus, proculdubio eſt adeundus Iudex Eccleſiaſticus loci contractus, vel domicilij eius, cui iuratum eſt ad petendam relaxationem iuramenti; quia Iudex laicus nullam habet poteſtatem in Clericos; *cap. qualiter, & quando de Iudiciis, cap.1. 2. & 4. de foro compet.* de quo latè *ibi* dixi, *cap.2. eodem tit. lib.6.* Tota ergo difficultas eſt, quando vterque contrahens eſt laicus, vel vnus Clericus, qui ſit actor, alter laicus, qui ſit Reus.

57 Et pro affirmatiua ſententia faciunt, quæ vberrimè

vberrimè adduxi *in dicto cap. ſi Clericus laicorum 5. de foro compet.* Secundò, quia poſſunt poteſtates laicæ iuramenta remittere, eorúmque relaxationem concedere, *l. adigere*, §. *lege*, verbo *remittitur*, *ff. de Iurepatronatus.* Tertiò ex his, quæ adduxi, *in cap. nouit de Iudiciis, quæſtione 9. à num.*21. vbi ex multis probari videtur, vt Princeps poſſit diſponere circa cenſuras, & excommunicationem. Tamen quia longè de hac difficultate diſputaui, *dict. quæſt.9. ex num.*1. ideo ad *ibi* dicta te remitto, quæ pro Iudice Eccleſiaſtico faciunt, cui competit relaxatio à iuramento, vt benè *ibi* dictum eſt: quo pacto poſſit de iuramento contracto pertinere ad Principem laicum, de quo benè Carleual. cum multis ab eo relatis, *p.*1. *de Iudicijs diſput.*2. *quæſt.*4. *à num.*[illegible]06. & abundè *à num.*110. vbi cum diſtinctione loquitur, quam non repeto; quia longè dictum eſt, *in dict. quæſt.9. dict. cap. nouit.* & adjunges quæ tradit Balboa *hic à n.*94. qui docens *num.*96. relaxationem iuramenti propriè ſpectare ad Eccleſiaſticum ſolum dicit, vt quatenus ad Principem laicum ſpectare poſſit, habeat locum in remiſſione obligationis, quam creditor ipſe, cui iuratur concedere poſſit; quia ſicut creditor poteſt condonare obligationem debitori, ſic eſt poteſtas ſæcularis eius bona vendere immobilia ad ſatisfactionem creditorum, ſupplendo venditoris conſenſum; ita vt tali venditori; debitor etiam declaratione teneatur, tanquam ſi ipſe ſponte vendidiſſet, *leg. ſi ob cauſam* 13. *Cod. de euiction.* ex eo, quia in hac ſpecie factum Iudicis, factum partis reputatur, quod expendit vberius cum multis Carleual. *vbi ſuprà à num.*212. vbi videbis.

58 Quare poſſunt intelligi aliæ duæ ſententiæ, quæ mediam viam eligere videntur in hac difficultate; quatenus ait poſſe Principem ſæcularem iuramentum relaxare, & remittere ex cauſis iuſtis publicam vtilitatem reſpicientibus, vt contendit Couarruu. *in cap. quamuis pactum de pactis, lib.6. 1.p.* § 3. *n.*7. cum aliis ab eo citatis. Et altera, quæ docet poſſe legem, ſeu ſtatutum fieri, vt iuramentum in certis contractibus non obliget, ſed præſumatur dolo extortum, Bartol. *in l. omnes, n.24. ff. de Iuſt. & Iure*: alios citat Iaſon *in l. vlt. ff. qui ſatiſdare cogantur*, Seraphinus *priuileg.*83. *n.*79. quos refert Faquineus *lib.3. cont. cap.*13. & vtriuſque fundamentum adduxit primæ, *ex l. quæ ſub conditione*, §. *ſi quis ſub Iuriſiurandi*, *Cod. de condition. inſtitut.* ibi: *& magis eſt, vt remitti Iuriſiurandi religio debeat*: & *in l.*1. *Cod. de in dicta viduit. toll.* ibi: *nullum concedimus fieri iuramentum ſecundum prædictam legem*, & *in l. non dubium*, *Cod. de legibus in fine*, ibi: *nec Sacramentum admitti.* Secundæ verò fundamentum eſt; quia iuramentum dolo extortum, ſeu vi non obligat, *dict. cap. quamuis pactum de pactis, lib.6. cap. cum contingat* 26. *hoc tit.* quin autem poſſit lex Ciuilis præſumere iuramentum dolo extortum ex iuſta cauſa, dubium non eſt, vt ſi contractus fiat abſque ſolemniis neceſſariis, *l. quemadmodum, Cod. de agricolis, & cenſit, lib.*11. itaque diſtinguens Faquineus, ait iura vetera, à nouis diſtinguens: nam ſecundùm leges veteres Principibus abſque dubio poteſtas de facto fuit remittendi iuramentum, & de eo diſponendi ac ſtatuendi, *ex d. l. adigere*, §. *vlt. ff. de Iurepatronatus*, & expreſsè ex verbis, *in d. l. fin. ff. ad municipal.* ibi: *Imperatores Antonius, & Verus ſcripſerunt gratiam ſe facere Iuriſiurandi, ei qui iurauerat ſe ordini non interfuturum.*

Et licet Gloſſa *in dicta leg. adigere*, doceat 59
Legem Ciuilem habere vim Apoſtolicam quòad iuramenta remittenda, debet tamen intelligi ſecundùm iam relata; nempe, vt quemadmodum creditor tenetur condonare iuramentum debitori, cum per iniuriam fuerit extortum, poterit Iudex creditore iniquè contradicente, ſupplere eius conſenſum, & condonare ipſi debitori nomine ipſius: ita Couarruuias *de pactis dict. parte* 1. §.3. *num.*7. Alexand. de Neuo *hic num.*13. & *in cap.*2. *hoc tit. num.*10. Balboa *hic num.*96. *in fine*, in quo non videtur reſidere Faquineus *dict. lib.3. cont. cap.*13. in verſic. *nec obſtat.* vbi quantumuis admittat condonationem creditoris, quia illi eſt ius quæſitum ex iuramento promiſſorio, quod Ius remittere poteſt, & aliquando debet ex noſtro textu; id tamen negat in Principe ſæculari; quia nec illi iuramentum eſt præſtitum, nec Ius quæſitum ex eo, ſed Couarruuiæ, & aliorum dictum optimè defendit Carleual. *dicta* 1. *p. de Iud. diſput.*2. *quæſt.*4. *ſub dicto num.*212. ex eo; quia quoties conſenſus ſubditi, opus eſt ad aliquem actum, & illum ille præſtare renuit, Iudex eius ſuperior, eum conſenſum poterit ſupplere, vt apud nos probat optimus textus, *in l.57. & 59. Tauri, quæ ſunt l.4. & 6. tit.3. lib.5. recopilat.* & tunc factum Iudicis cenſetur partis factum iuxta textum celebrem, *in l. ſi ob cauſam*, *Cod. de euiction.* poteſt autem Iudex laicus adiri, vt compellat ſubditum ſuum ad relaxandum iuramentum, cum ea licita ſit ex textu noſtro: alia cumulat ipſe ex Filiucio *lib.2. moral. tract.25. num.*284. ex Antonio Gagliardo *de abſolutione à iuramento*, §.4. *ex num.*12. Suarez *de religione*, *tom.2. tractat.5. libro* 2. *cap.*41. *num.*16. & Romanus *ſingul.*498. docet contrarium eſſe maximam ignorantiam, & tanquam certum, & indubitatum apud omnes ſupponit Thomas Sanchez *operis moralis, cap.22. lib.3. n.*22. Et ad ſaturitatem leges quæ adducit Balboa *in cap.*2. *de Iudiciis*, *à num.*158. *ad* 173. & benè hoc dubium expendit Barboſa *in cap.*2. *hoc tit. num. fin.* quem videbis, & hic *num.*3. vbi cum alio Barboſa *in l.1. ff. ſoluto matrimon. p.*1. *num* 77. & Sanchez *lib.*1. *de matrim. diſputat.*32. *num.*18. reſoluit relaxationem prædictam petendam eſſe in foro Eccleſiaſtico. Et de effectu iuramenti circa forum, videbis quæ tradit de iuramento confirmatorio Guttierrez *p* 3. *cap.*12. vbi benè expendit.

Ad quintam quæſtionis partem, an condo- 60
natione creditoris, tollatur debitoris obligatio? iam vides ex proximè dictis *dubio præced.* pro affirmatiua ſententia eſſe reſpondendum ex dictis etiam, *in dicto cap. nouit.* 13. *de Iudiciis, quæſt.9. à num.*1. & patet ex noſtro textu, & ex textu, *in l. vltima*, *in principio*, *ff. qui, & à quibus*, cum aliis, quod contrahens, in cuius fauorem iuratum eſt, & cui actio ex iuramento quæſita eſt cuicumque iurans obligatione adſtringitur, poteſt eam obligationem remittere, & condonare notat Tuſchus *littera A, concluſ.*57. *num.*13. & 14. Belluga *in ſpeculo princip. Rub.*12. §. *quadam*, *num.*71. Couarruu *de Iudiciis dicta* 1. *p. quæſt.*4. *diſput.*2. *ſub num.*212. agit Suarez *de religione*, *libro de Iuramento*, *cap.*39. Sanchez *tom.2. moral. cap.*20 *n.*4.

Et præter relata iura probatur ex textu, *in* 61

cap. ad noſtram 20. hoc tit. vbi iurans non repetere vſuras, poteſt condonante creditore, adhuc illas repetere. Et ex textu, *in dicto cap. debitores hoc tit.* vbi conſtat obligationem illius iuramenti promiſſoris creditori etiam acquiſitam eſſe, vt patet ex integra Antonij Auguſtin. ibi: *Domino reddere iuramentum, vt creditoribus vſura à debitoribus ſoluentur.* Deinde quia vſurarum promiſſione iurata, Deus non inuocatur, vt principalis creditor, nec vt adiectus ſolutioni, vt *in leg. ſtipulatus 9. ff. dè ſolution.* ſed tantùm vt teſtis; ergo ſicut partium conuentione frequentiſſimè contraria partium voluntate diſſoluuntur, ita & in iuramenti remiſſione à creditore facta, nulla irrogatur iniuria Deo; tum etiam nam etſi obligatio iuramenti principaliter Deo quæratur: tamen quia illud iuramentum eam includit conditionem, ſi creditor, cui ſit promiſſio ſatisfactus ſit, euenit vt ſi cui iuramentum præſtitum eſt, & promiſſio facta, illam remiſerit; eo ipſo tollatur obligatio Iuramenti, vt patet ex noſtro Textu, *& ex cap. 2. de ſponſalib.* Deinde quia ſi diceres quod ex iuramento ſoli Deo, & non creditori obligatio quæreretur, eueniret, vt poſſet debitor ſoluere pauperibus, vel Eccleſiæ; quod non eſt dicendum, nec vnquam aliquis auſus eſt dicere, vt tradit hic Mogrouejo *à num. 59. in fine, & aliis, ſeq.*

62 Itaque ex his infertur, vt quoties iuramentum præſtitum non eſt in gratiam creditoris, ſed in Dei honorem, cui cedit res iuramento promiſſa, tunc non poſſe creditorem tale Iuramentum relaxare, aut remittere, Felinus multis relatis *hic n.2.* Mogrouejo *num.63.* D.Thomas 2.2. *quæſt.89.art.9.ad ſecundum.* Azorius *lib.11.inſtitut. moral. cap.9. quæſt.9.* Et eſt ratio, quia & ſi huiuſmodi promiſſiones ſint factæ gratia hominis: nam iurans fidem ſuam, illi homini adſtringit, & forſam, vt illi rem gratam faciat, cum tamen præcipua intentio iurantis, ſit Deum reſpicere, & intuitu religionis opus efficere, vt contingitquando quis promittit eleemoſinam Pauperi dandam, aut religionis ingreſſum, vel collocandi virgines matrimonio ſeu Eccleſiam extruendi, ſecundùm ea, quæ Dico de legato Pio *infra in tit. de teſtam.* Etenim cum in hoc caſu Deo ſit præſtitum iuramentum principaliter, & homo in ſpecie hac non ſit creditor, ſed teſtis, & quaſi incentiuum promiſſionis factæ intuitu Religionis, vt exemplo declarat Suarez *de religione lib. de iuramento dicto lib.39.num.5.* dicens quod ſeruatâ proportione poteſt hoc inter homines accidere, veluti ſi quis promittat Petro propter Paulum, & interponat Paulum, vt teſtem ſeruandæ fidelitatis, non poteſt Paulus facere remiſſionem, ſed Petrus; ergo euidenter apparet, vt in noſtra ſpecie creditor nequeat relaxationem facere iuramenti ſoli Deo, vt principali præſtito.

63 E contra vera, quando principaliter homini facta eſt promiſſio iurata, taliter ab eo remitti valet, vt abſque cauſa legitima, & ex ſolo ſuo arbitrio procedat; quia illud iuramentum remittit, tanquam Dominus materiæ ſibi promiſſæ, & procedit, non ſolùm in expreſſa remiſſione à creditore facta, ſed etiam in tacita, & virtuali, vt tradit Felin. *hic n.6.* Balboa *n.61.* quia in vtroque foro tacitum expreſſo æquiparatur, quando ex ſigno tacito, ſufficienter oſtenditur conſenſus, vt expendit exemplo, & probari videtur ex his, quæ adduxi *in c.1. de foro comp q.5. & alibi.*

Deinde aduertes prædictam Doctrinam, non 64 ſolùm procedere in iuramento promiſſorio, in quo ſupponitur valida promiſſio, inducens propriam obligationem iuſtitiæ, & fidelitatis reſpectu creditoris, ſed etiam locum habere in iuramento promiſſorio, in quo non fuit facta homini propria promiſſio, ſed ſolùm aſſertio de futuro, vel quamuis facta fuerit inualida eſt, nec vllam induxit obligationem promiſſionis, vt in iuramento de ſoluendis vſuris, de quo in noſtro Textu, *& in dict. cap. debitores, hoc tit.* nam etiam, quoties iuramentum illam confirmat, aſſertionem, talis aſſertio includit reſpectum, & habitudinem ad illum, cui præſtatur Iuramentum, & continet conditionem dandi, ſi creditor voluerit, vel ſi non remiſerit: ſic Balboa *hic num. 62.* † Quare Barboſa hic in additionibus, 65 *ſub, num.5.* refert palam eſſe, vt Ius aliquod obligationis ex iuramento creditori acquiritur: nam qui Ius habet relaxandi, & is retinere Ius habere non ambigitur, cum relaxatio præſupponat vinculum relaxabile, *l. decem, ff. de verb. oblig. c. ad diſſoluendum de ſponſ. impub.*

Ex his iam infertur pro coronide huius dubij, 66 quod remiſſa, ſeu condonata à creditore tali iuramenti obligatione, vinculum iuramenti etiam quoad Deum remiſſum, & ſolutum cenſeatur, notat D.Thomas *2.2. quæſt.89. art.9. ad ſecundum,* Bartolus *in l. §. & poſt operis, num.7. ff. de noui operis nunciat.* Ioannes Andreas *in dict. cap. 2. de ſponſal. num.7. & 8.* Zabarella *num.4.* Panormit. *num.6.* pluribus adductis Carleual. *de iudiciis, p.1. diſp.2. quæſt.4. ſub, num.212.* Menochius *de arbitr. lib.2. cent.7. caſu 103. num.2.* Maſcardus *de probationibus, concluſ. 1035 non minor eſt labor, num.17. verſum, 2.* Tuſchus *littera, I, concluſ. 515.* Martha *de iuris dict. 2. p. cap.46. num.20.* Thomas Sanchez *de matrim. lib.1. diſp.52. num.6. & 8. & in opere morali, lib.3. cap.10. ex num.4.* Abulenſis ſuper Matthæum *cap.5. quæſt.319.* Sotus *de iuſtitia, lib.1. quæſt.1. art.9. ad ſecundum,* Suarez *de religione, lib.2. de iuramento, dict. cap.39.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum 1. p. §.3. num.1. & in 4. Decretal. 1. p. cap.5. in princ. n.1.* quod expendit Lelius Mancinus *diſquiſition. genial, & anniuerſariarum iuris diſput. cent 3. cap.214. pag.521.* dicens quod obligatio ex Iuramento ſoli Deo acquiritur, ſed ad fauorem hominis, cui iuratur vnde fieri, vt remittente homine remittat & Dominus, tradit Barboſa *hic tom.6 n.6.*

Pro complemento quæſtionis dico quod & ſi 67 iuramenti abſolutiones ſæpe petantur ad abundantiorem cautelam; quia bonarum mentium, eſt culpam agnoſcere, ibi culpa non reperitur, *cap. de obſeruat. ieiunij,* Felin. *in cap.9. n.3. de exception.* Cyriacus *dict. cent.7. num.10.* cum Gaylio, & Crauetta tamen abſolutio à Iuramento poteſt impugnari de obreptione, & ſubreptione, etiam coram iudice laico, Crauetta *conſ.2 ſub, num.7.* Anton. Corneo *de abſolut. à iuramento, p.3. cap.25. n.9.* cum aliis Ciriacus *ſup. n.9.* vbi *n.3.* cum Roland. & Rota, *vlt. collect.* à Farinac. *p.2. num.2.* ait quod in obtinenda, debet fieri etiam explicita mentio de alio iuramento de non petenda abſolutione ipſa; & *num. 5.* quod abſolutiones tot ſunt neceſſariæ, quot iuramenta; ſic vt abſolutio vnius non pro ſit aliis, *& n.7.* quod abſolutio à pluribus iuramentis, debet eſſe explicita, nec ſufficiat per relationem ad inſtrumentum, *& n.8.* alia dicit.

Ad vltimam quæſtionis parte ſuppoſitis quæ 68 dico ſuprà, & *à n.58.* & quod dicit Thomas del Bene

Bene *de immunit. p.1. c.8. dubit.28. ſect.4. & 6.* & *de parlamen. dubit.4. ſect.27.* cum Azor, Molina, Guttierr. Afflictis, Suarez, Anton. Gomez. Couarruu. Sanchez, & aliis nempe, vt quemadmodum is cui iuramenrum præſtitum eſt poſſit propter vim, fraudem vel aliam iuſtam cauſam, ad Reipublicæ bonum pertinentem cogi ad relaxandum iuramentum indéque, & poſſit laicus Iudex relaxare, quia factum Iudicis factum partis reputatur, vt DD. docent *in leg. ſi ob cauſam Codic. de euictionibus*, item & poſſit cognoſcere ſi iuramentum interponatur ſuper contractu, vel alio negorio ad laicum pertinenti forum non quidem priuatiuè, ſed cumulatiuè, quia iuramentum non mutat forum, ſed addit forum foro per Gloſſam verb. *Iuramenta*, & text. *hic de Iureiur.* vbi Abbas *n.3.* Alexand. de Neuo *n.8.* Couarr. *lib.1. Variar. cap.4. num.5.* Sanchez *de matrimon. diſput.32. n.18.* Tamen quando Soli Deo ſit, aut intuitu pietatis tantum poteſtas Eccleſiaſtica poterit illud relaxare, ſeu diſpenſare ob cauſam iuſtam ſicut & ad ipſum obſeruandum compellere: item ſi de viribus, ſeu valore iuramenri agatur, ſeu an ſit licitum, vel obligarorium nécne in dubium verſatur, quia ſola ea poteſtas poterit de illo cognoſcere vti habetur, *in cap. venerabilem §. iterum de elect.* ex communi docent Abbas *in cap. licet de voto, n.3.* Alexand. de Neuo, & Abbas *in cap.2. hoc tit.* Sanchez *de matrim. d. q.32. lib.1. & moral. lib.3. q.13. n.16.* & aliàs.

QVÆSTIO II.

An relaxatio iuramenti petenda ſit à ſuperiore iurantis, ſeu à ſuperiore eius, cui præſtitum eſt iuramentum: Et an is, à quo petitur poßit compellere creditorem, vt remittat iuramentum: Et quibus medijs; vbi de multis ad praxim: Et an ſi aliquis contrahentium, infidelis ſit, veluti qui iurat, & cui iuratur ſit fidelis, vel econtra, poßit laicus relaxare tale iuramentum?

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio iuramenti, vel petitur à Iudice, eius cui iuratum eſt, vel ipſius iurantis, n.2. & 3. vbi quid verius de Iure: & quid in praxi.*

4 *Relaxatio iuramenti in contractu adhibiti, poteſt fieri coram Iudice domicilij, eius cui iuratum eſt, & etiã corã Iudice loci contractus, & n.5.*

6 *Relaxationem iuramenti fieri, poteſt compelli creditor per Iudicem à quo petitur, cenſuris, aut captura? Et qui ordo ſeruetur, n.7. Et quis Iudex ſit competens, n.8. & 9.*

7 *Relaxatio à iuramento debet peti antequam dies ſolutionis veniat.*

10 *Reſcindere volens contractum, debet prius petere relaxationem, ſeu relaxationem à iuramento. Expenditur, n.11.12.13.14.15.16.17. & 18.*

12 *Relaxatio vnica à iuramento contractus plura capitula continentis, nunquid ſufficiat, n.13. 14. 15. 16. 17. & 18.*

17 *Abſolutio ad effectum agendi, requiritur etiam in contractu iurato, & per ſtatum annullatum, fallit, n.19. 20. & 21.*

18 *Iurans abſolutionem non petere, eget ea.*
Cap. quamuis pactum de pactis, lib.6. c. cum contingat hoc tit.

22 *Abſolutio à iuramento obreptitiè impetrata, non tenet.*

23 *Abſolutio à iuramento obtenta ſine citatione non valet, ſi non eſt facta mentio de pacto iniso.*

24 *Abſolutiones à iuramento ante incurſum periurium, poſſunt obtineri ab ordinario.*

25 *Abſolutio à iuramento poteſt per Procuratorem impetrari, n.26.*

26 *Iuramenti remiſſio poteſt abſenti, & ignoranti fieri.*

27 *Abſolutionis à iuramento praxis, declaratur exemplis, n.28. 29.30.31. 32.33.34. & 35. vbi quando debeat vti verbo* relaxare, *vel habilitare.*

34 *Habilitatio à iuramento, quando propriè dicatur, & detur, n.35.*

36 *Relaxatio iuramenti inter infideles, aut hæreticos præſtitum, an Iudici competat? n.37. & 38.*

AD primam quæſtionis partem, plauſibilior 1
eſt ea ſententia, quæ docet vt abſolutio iuramenti, ſeu relaxatio ad effectum agendi, petenda ſit à Iudice ſuperiore eius, cui iuratum eſt. Primò probatur ex eo; quia Iudex relaxat iuramentum condonando obligationem ex eo ortam, gerens in hoc vices ſui ſubditi, & loco eius, cui iuratum eſt, alioqui ſi illa non eſſet Iudici ſubiectus, qui eſt pars, non poſſet factum Iudicis reputare factum partis iuxta textum, *in l. ſi ob cauſam, C. de euiction.* & hac ratione probat Molina *de Iuſtitia, tom.1. tract.2. diſp.149. §. Deinde relaxare cum ſeqq. & tom.2. diſput.281.* verſic. *dubium vlterius*, & *diſput.515. § ſecunda, ſi renuntient, & tom.3. diſp.579. n 28.* Leſſius *de Iuſtitia lib.2. c.42. dubit 12. n 63.* Zabarella *hic n 4.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem*, verb. *implorandum, n.31. Cod. de in integ. reſtit.* Carleual. *de Iudicijs, p.1. diſp.2. q.4. n.20.* qui hanc probat ex fundamentis alterius quæſtionis, quam agit, nempe coram quo Iudice ſit petenda reſciſio contractus. Secundò ex nunnullis, quæ adduxi, *ſuprà in cap. ſi Clericus laicum de foro compet. & ibi, q.13.* item, & *in cap. cum ſit generale, q.3.* & alibi, *in eo tit.* & pro hac parte faciunt multa tradita à Couarruu. *lib.1. Variar. cap.4. n.1. & 2.* & à Doctoribus, *in l.2. Cod. vbi, & apud quem Iudicem.* Et applicabis alia dicta *in cap.3. in cap. poſtulaſti 14. cap.17. & c fin. de foro comp.* Tertiò quia cum iurans petat relaxationem ad effectum agendi, reuera actor eſt; & ſic iacet ſub regula generali *actor forum rei ſequitur*, de qua *in d. cap ſi Clericus laicum*, & *in dict. cap. cum ſit generale de foro comp.*

Pro contraria ſententia, nempe vt hæc rela- 2
xatio petatur à Iudice iurantis, eo fundamento probatur; quia, is qui petit hanc relaxationem originaliter, eſt Reus; ergo ſi iſte, qui iurauit contractum à fortiori conueniendus eſſet coram Iudice ſuo, & non creditoris, qui vicem actoris agit, vt de ſe patet ſequitur, vt qui petit relaxationem iuramenti, eam coram ſuo Iudice petere debeat: nam debet intelligi naturalis origo cauſæ, non quæ eſt accidentalis, argumento textus, *in l. qui habet in princip. ff. de tutelis*, vbi notat Bart. ex *n.1.* Bald. *n.1. & 3.* Cuman. *ante num.1. & num.3.* Tuſchus *littera C, concl.147.* Boërius *deciſ.114. n.6.* Couarruu. *lib.1. Variar. cap.18. num.5. circa finem*, Seſſe *deciſ.115. ex num.5. tom.2.* Minſyng. *cent.6. obſeruat.90.* Cacheran. *deciſ.151.* Capicius 18 à Ponte 31. *n.4. & per totam*, Maranta *de ordine Iudic. 4. parte,*

*diſputat.*21. *num.*19. Gregorius Lopez *in l.*46. *tit.*2.*p.*3. *gloſſa* 3. Et pro hac parte facit practica textus, *in leg. diffamari, Cod. de ingenuis, & manumiſſis,* de cuius intellectu egi latè, *in d. c. cum ſit generale de foro comp. q.*3. & 4. ibi enim dicta comprobant hanc partem.

3 Sed quia Carleual. *de Iudiciis, vbi ſuprà,* reſpondet optimè his fundamentis *dict. diſputat.*2. *quaſt.*4. *de Iud. p.*1. *à num.*102. & ad textum *in dicta l. diffamari:* ideo breuiter cum Balboa *in cap.*2. *de Iudicijs ſub num.*73. videtur ſiſtendum pro prima ſententia: nam cum actus relaxandi iuramentum exerceatur contra creditorem, cui iuramentum præſtitum eſt, neceſſe eſt, vt is, qui condonat, habeat in illum Iuriſdictionem. Et licet poſſint contra hæc adduci ea, quæ dixi *ſuprà quaſt.*1. verſic. *ad ſecundam,* vbi dictum eſt ad relaxationem petendam non eſſe neceſſum, vt creditor, cui iuramentum præſtitum eſt, citetur, & ob id in hoc caſu, non in forma Iudicij agi: tamen Carleual *vbi ſuprà, ſub dicto num* 102. *circa finem,* ait negari non poſſe, quin ſi deueniret ad notitiam creditoris aduerſarij, petitio relaxationis à iurante facta, poſſet ei ſe opponere, eam contradicere, & litem ſuper relaxatione agitare. In praxi verò exiſtimo quampluries eam relaxationem peti à Iudice iurantis.

4 Vnde infero ex doſtrina textus, *in cap.*17. *cap. fin. de foro comp.* vbi latè egi de foro ſortiendo ratione contractus domicilii, & ex aliis cauſis poſſe relaxationem iuramenti in cõtractu adhibiti coram iudice, cui ratione domicilij eſt ſubditus ille, cui iuratum eſt fieri, & etiam coram Iudice loci contractus, qui ratione contractus initi habet Iuriſdictionem in contrahentes, tum circa contractum principalem; tum circa omnia acceſſoria, & ab illo dependentia, in quibus comprehenditur iuramentum contractui adhibitum, probat ex multis Carleual
5 *dicta diſputat.*2 *quaſt.*4.*p.*1. *num.*204. † Qui id exiſtimat verum, etiam in caſu, quo aduerſarius, cui iuratum eſt ſit abſens à loco contractus, vt ſenſit Romanus *ſingul.*477. quidquid in contrarium dicat Felinus *in cap. cum ſit generale de foro comp. num.*4. ex eo, quia præterquam quod ad iſtam relaxationem non ſit neceſſaria citatio aduerſarij, vt iam dictum eſt: tamen Iudex loci contractus competens eſt ad decernendam citationem contrahentis abſentis, cúmque vocandum, vt ſi velit in eo loco ſponte Iudicium ſubeat de contractu principali; tametſi eo inuitus trahi nequeat, ex textu, *in cap. Romana,* §. *contrahentes de foro comp lib* 6. ergo ſi poteſt citare, poterit, & relaxare iuramentum ex regula textus, *in leg. ordinarij* 13. vbi Bald. *Cod. de rei vind.* nam Iudex cauſæ præparatæ eſt Iudex cauſæ præparantis, de quo notaui *d. q.*1. verſic. *ad ſecundam,* & dixi hanc regulam ſecuram non eſſe, vt etiam adduxi, *in Rubr. de Iudicijs,* & *in cap. nouit eodem tit. q.*9. Quare etiam in hoc caſu poteſt contraria praxis defendi; ſicut in caſu noſtri principalis dubij, cum videam Riccium *collect.*1360. *ad Rub. huius tituli,* verſic. *animaduertas,* dicere quod huiuſmodi abſolutio, ſeu habilitatio, debeat peti ab Epiſcopo iurantis, ſeu loci contractus, non autem creditoris, vt docet Capicius *deciſ.*18.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, an is, à quo petitur talis relaxatio poſſit compellere creditorem, vt iuramentum relaxet? Reſpondeo breuiter ex textu noſtro affirmatiuè ex verbis ibi: *Creditores ad iuramenta ſuper vſuris ſibi ſoluendis præſtita, relaxanda Eccleſiaſtica diſtrictione cogatis:* Etenim illud in his caſibus erit memoriæ tenendum, quod ſi iurans noluerit petere iuramenti relaxationem, poterit Iudicem adire, vt compellat creditorem remittere huiuſmodi iuramentum: ſic communiter docent relati per Sanchez *de matrimonio libro* 1. *diſput.*52.*n.*18. Et hæc compulſio poteſt eſſe Cenſuris Eccleſiaſticis, vt patet hic Eccleſiaſtica diſtinctione, quia excommunicatio ita ſolet in Iure nuncupari ex textu, *in cap. num quis de decimis, cap. aduerſus de immunit. Eccleſiaſt.* notat Barboſa *hic tom.*6. *in addition. num. fin.* Item poterit Iudex partem compellere ad talem relaxationem, etiam per capturam, Baldus *in cap.*1. §. *item Sacramenta,* de pace iuramento firmanda, Afflictis *in deciſ. Neap.*80. *n.*5.& 6. Gratian. *reg.*274.*n.*5. qui dicit communem ex multis ab eo relatis in principio, & comprobari poteſt: argum. eorum, quæ adduxi, *In cap.*1. & 3. *vt lite non conteſtata,* & alibi, vbi de remediis, quibus vti ſolet Iudex ad compellendum aliquos.

Et talis ordo ſeruatur, vt antequam adueniat 7
ſolutionis dies, debitor, requiſito creditore, ab eo petat Iuriſiurandi remiſſionem, eóque id recuſante adeat Epiſcopum, vt compellat creditorem ad iuramenti remiſſionem, vt ſignificat textus noſter in verſic. *cogatis,* & *in cap. per tuas, de vſuris,* ibi, *ante ſolutionem.* Tamen deferente creditore remiſſionem propter periurij periculum, tenebitur debitor ſoluere, quamuis eo in caſu poſſit Epiſcopus iuramentum remittere, *cap. cum quidam* 12. §. *fin. cap. quanto* 18. *cap. Quintauallis* 23. *hoc tit.* ſic eſt ex dictis iuribus doctrina communis, Couarr. *in cap. quamuis pactum, p.*1. §.3. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuilegio* 39.*n.*5. Anaſtaſius Germon. *lib.*2 *de immunit.c.*21.*n.*176. Barboſa *in l.*1. *p* 1. *n.*77. *ff. ſoluto matrim.*

Itaque in prædicta Gloſſa hic verb. *cognatis in* 8
fine, ibi, *vel etiam tanquam ordinarij,* notant Barb. *n.*5. Couarr. *lib.*1. *variar. cap.*4.*n.*5. verſic. *verum,* quod Iudex Eccleſiaſticus loci ordinarius, competens eſt ad compellendum contrahentem, in cuius fauorem fuit iuratum, vt iuramentum, eiúſque obligationem ab altera parte factam remitteret, quando contractus vitium habet vſuræ, etiamſi vterque contrahens laicus ſit, quod probatur: argum. eorum, quæ adduxi, *in c. tuam* 3. *de ordine cognit.* & alibi ſæpè. Et videbis quæ docet Mogrouejo *in c.*2. *de Iudic. n.*160. vbi generaliter
tenet ſic, quia hæc eſt materia ſpiritualis. † Ta- 9
men addit, vt ad hanc relaxationem valeat vtique cõpellere Iudex laicus etiam: nam cum ſit competens ad compellendum laicum ſeruare iuramentum per text. *in cap.*2. *hoc tit lib.*6. ſic & poſſit etiam compellere ad illud remittendum, vt probant relati à Felino *hic n.*12. Afflict. *deciſ.*263.*n.*3. Couarr. *in c quamuis pactum, p.*1.§.2.*n.*2. Gratian. *reg.*172. Molin. *de Iuſtitia tom.*1 *tract.*2. *diſput.*149. Gregor. *in l. fin.* verb. *que la fico, tit.*11.*p.*3.

Vnde ad praxim multa deducuntur, vt ad ter- 10
tiam quæſtionis partem reſpõdeam. Primò quod volens agere ad reſciſionem alicuius contractus, in primis, & ante omnia debet petere abſolutionem à iuramento per ipſum præſtitũ in dicto contractu, quæ ſibi ad effectum agendi tantùm ſolet concedi, vt patet ex iam dictis, & ſeruauit ſemper

ſemper Rota Romana, teſte Caſſador.*deciſ. vni-*
ca de empt. & vendit. Rota diuerſ. *in manu ſcri-*
11 *ptis deciſ.* 122. † Et extenditur hæc concluſio,
vt procedat etiam ſi quis alleget defectum con-
ſenſus ex capite erroris, Afflictis *deciſ.* 322.
& 393. & docent, *ſupra* adductæ deciſiones,
& iterum in vna Romana legitimæ 30.Maij 1588.
coram Bubalo, & in vna Mediolan. affictus de
12 anno 1588. coram Orano. † Et extenditur, vt
locum habeat, quamuis plura adſint Iuramen-
ta; quia tunc non ſufficit petere abſolutionem
quoad vnum Iuramentum tantùm, Anna dicit
deciſum in ſingulari 2. Gram. *deciſ.66. num.*12.
& fuit tantùm in Rota in vna Romana de Theo-
dolis 28.Februarij 1592. coram Cardinal: Blan-
13 chet. † Quare Peregrinus *deciſ. Padua* 102. Af-
flictis *deciſ.*220. Riccius *collect.*1419. ſuper praxi
abſolutionem à Iuramento, verſic. *tertio*, do-
cent quod abſolutio vnica à Iuramento non ſuf-
ficit, quando in contractu adeſſent plura pa-
cta, & ratificationes, ſed debet ab omnibus
impetrari abſolutio, quia tot ſunt neceſſariæ ab-
ſolutiones,quot Iuramenta.

14 Tamen hanc vltimam extenſionem limitabis
ſequentibus modis. Primò, vt non procedat,
quando ſupplicatio pro obtinenda abſolutione
eſſet generalibus verbis concepta,& taliter quod
omnia Iuramenta, quæ obſtant agenti comple-
ctantur; quia tunc ſufficit vna abſolutio, Rubi-
nus *deciſ.*23. & fuit tantùm in Rota Romana in
vna Mediol. bonorum 4. Iunij 1597.coram Car-
dinal. Pamphilio, quæ fuit confirmata 5. Iu-
15 nij 1598. coram Orano. † Item eam limitabis
quando pluralitas Iuramentorum tenderet ad
obſeruantiam vnius actus, tantum, tunc enim
ſufficiet vnicam petere abſolutionem ad effe-
ctum agendi contra illum actum,Balbus *dec* 300.
& fuit reſolutum in vna Romana legatorum 13.
16 Nouemb.1595. coram Orano. † Ex quo infert
Riccius, qui hæc & alia refert in collect. 1252.
ad noſtrum Textum; quod ſi diuerſæ ſint factæ
tranſactiones iuratæ, & vltima, impugnatur,
ſufficit petere abſolutionem reſpectu vltimæ,di-
xit ante illum Caputaq. *deciſ.*393. *lib.*1. *in manu*
ſcript. & fuit reſolutum in allegata Medio-
lan. bonorum 4. Iunij 1597. coram Cardinali
Pamphilio.

17 Item etiam requiritur abſolutio ad effectum
agendi, quamuis ſtatutum annullet Iuramentum
interpoſitum in aliquo contractu ſine certis ſo-
lemnitatibus, Rota *diuerſorum deciſ.* 21. & fuit
tantum in vna Tiraſonen. Decimarum 3.Octo-
18 br. 1586. coram Robuſterio. † Quod etiam
procedet præfata regula, etiam ſi quis iuraſſet
abſolutionem non petere, dixit Artamanus
*deciſ.*50.Riccius *dicta col.*1252.*circa finem.*

19 Sed non requiretur abſolutio à Iuramento
præſtito, quoties quis antequam obtinendo ab-
ſolutionem à Iuramento, aliquos actus fecerit
Iudiciales, per quos in periurium inciderit; quia
tunc à Iuramento præſtito in contractu peti non
poteſt, ſed eſt neceſſaria abſolutio à periurio
iam incurſo, Afflictis *dicta deciſ.* 220. *num.*17.
20 † Nec etiam requiretur abſolutio, ſtante enor-
miſſima læſione, quod intelligit Riccius *dict.*
*col.*1252. *circa finem*, quando de enormiſſima
læſione conſtat per ſententias latas ſine oppo-
ſitione partis de periurio, aliàs ait ſemper eſſe
neceſſariam abſolutionem, cum non ſit ape-
rienda via, vt eludatur Iuramentum, & refert
reſolutum in Rota in vna Romana legitimæ de
Vrſinis 20. Mai 1588. coram Bubalo; & in vna
Epheſina Laud.10.Decembris 1604. coram Car-
dinali Melino. † Et hoc modo debet ipſe in- 21
telligi *in deciſ.*1360. *ſuper hac Rub. circa finem.*
verſic. *ſextum*, dum ait abſolutionem dari à
Iuramento ratione enormiſſimæ læſionis ex Ca-
picio *deciſ.*159. *num.*15. ipſe, *deciſ.*21. Nec ob-
ſtare ait Textum *in dicto cap. quamuis pactum de*
pactis, *lib.*6. quia loquitur; quando læſio eſſet
medietatis bonorum, & non enormiſſima, &
reſpondet ſimiliter ad Textum *in cap. cum contin-*
gat,hoc tit.

Deinde notabis quod abſolutio à Iuramento, 22
quamuis obtineri poſſit ad finem agendi, etiam
parte non citata, ex cauſa in re ſcripta non ex-
preſſa, ſi fuerit obreptitiè impetrata non valet.
Afflictis *deciſ.* 220. *num.* 10. *&* 11. Anna, qui
refert deciſum *ſingul.* 2. Mynſing. *obſeruat.* 84.
*cent.*6.Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Perus.* 18. Valaſcus
*deciſ.luſit.*130.Treuiſ.*dec.*64.*lib.*1.& Polidor Ripa
*obſeruat.*150.

Dubium tamen eſt, an abſolutio à Iuramento 23
obtenta, parte non citata, valeat, ſi non fue-
rit facta mentio de pacto inito, hoc eſt *non pete-*
re abſolutionem, nec contrauenire contractui, &
Afflictis negat; quia debet præcedere abſolutio
circa tale pactum non petendi abſolutionem:
ſequitur Riccius *in deciſ.*8. curiæ Archiepiſc.
Neapol.

Iterum notabis quod abſolutiones à Iuramen- 24
to ante incurſum periurium, etiam parte non
citata ab ordinario obtineri poſſint: ſic refert
deciſum Vrſilis *in deciſ.*120. S. C. Neap.*num.*14.
poſt verò incurſum periurium non niſi à Sacra
Pœnitentiaria fore impetrandas, tradunt quid-
quid ſcripſerit Guido Pap. *in deciſ.* 164. & Ric-
cius *dict. col.*1419.*in princ.* Et Cabalcanus, quem
ſequitur.

Et notabis iterum quod abſolutio à Iura- 25
mento poſſit impetrari, etiam per procurato-
rem, quæ impetratio poterit etiam fieri tem-
poribus feriatis, docet Rubinus *deciſ.*149. quam
commendat, vt notatur Riccius *ſupra ad Tex-*
tum in cap. ego enim, *hoc tit.* & applicabis quæ
adduxi, *ſupra in tit. de feriis*, *cap.*1. vbi extra iu-
dicialia, & quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,
poſſunt fieri diebus feriatis. † Et in terminis 26
docent Balboa *hîc num.*86. Baldus *num.* 7. Ale-
xandr. de Nouo, *num.*30. Felinus *num.* 30. *q.*9.
& patet ex Textu *in l. Labeo*, *ff. hoc tit.* vbi dici-
tur abſenti, & ignoranti poſſe fieri iuramenti
remiſſionem, *num.* 170. Gratianus *regula* 274.
num 2. ex Iaſone *in dict. l. Labeo*, qui dicit ab-
ſenti, & ignoranti poſſe Iuramentum remitti, vt
probat melior Textus *in l.*1.§.*&* *poſt operis*, *ff. de*
noui operis nunciat.

Iterum etiam pro praxi abſolutionis notabis 27
ſequentia, quæ ex parte iudicis ſolent practica-
ri. Primò enim quod debet poni clauſula, vide-
licet Iuramentum non debere eſſe vinculum ini-
quitatis tradit Riccius *in deciſ.*220. per Textum
in cap. quanto, *hoc tit.* † Secundò vt vti debeat 28
verbo *habilitari*, ſeu *relaxari*, non autem verbo
abſolui, & ratio eſt, quia ille non abſoluitur ab
obſeruatione Iuramenti, ſed habilitatur ad hoc
vt poſſit agere & excipere abſque incurſione
periurij De Beninr, *deciſ. Bononiæ* 24. Riccius
ſuper noſtra Rubrica *col.*1360. † Tertiò quod 29
debet poni clauſula *à Iuramento*, ſeu *Iuramentis*,

& maximè quando quis iurauerit non venire contra contractum ; quia modo ſunt duo Iuramenta ſcribit latè ipſe Riccius *deciſ.* 3. Afflictis
30 *deciſ.* 30. aliàs eſſet periurius. † Quartò quod adſit cauſa rationabilis, & quæ cauſa relaxationis debet inſeri in inſtrumento relaxationis,
31 videbis, Guid. Pap. *deciſ.* 140. † Quintò quod debet inſeri in relaxatione, ſeu habitatione tenor totius inſtrumenti, Anna *in deciſ. ſeu ſingulari* 2. refert Riccius *ſub dicta collect.* 1360. vbi
32 ait ita obſeruari Neapoli. † Sextò quod debet addi clauſula *citra præiudicium tertij* ; quia in hoc nullus ſuperior poſſet relaxare, Rubinus *de-*
33 *ciſ.* 3. † Septimò quod non ſit contractus celebratus in forma Cameræ Apoſtolicæ ; quia ab eo non datur habilitatio à Iuramento, Rota *collect.* à Farinac. *in deciſ.* 95. Riccius *vbi ſupra* : Et addo quæ tradit ex Staphileo Anaſtaſius Germonius *de immunitate*, *lib.* 3. *cap.* 21. *à num.* 181.

34 Ex quibus notabis quod à Iuremento ſuper contractu, datur habilitatio, quando abſolutionem petens, intendit probare id, quod promiſerit in contractu ſoluebat ob turpem cauſam, Capic. *deciſ.* 95. argumento Textus noſtri, &
35 aliorum. † Deinde etiam poterit dari à Iuramento habilitatio, quando res non permaneat in eodem ſtatu, tradit Riccius *ſub dict. collect.* 1360. verſic. *quartum*, dicens ſic intelligi debere tradita per Doctores, *in dicto cap. cum contingat, hoc tit.* Guido Pap. *deciſ.* 199. alia refert videnda ipſe Riccius *& in d. col.* 1419.

36 Ad vltimam quæſtionis partem de Iuramento ab infideli præſtito, vel è contra, ſuppoſita Doctrina, de qua in tota q. 1. ſuprà huius capitis breuiter reſpondebis quod ſi teneas pertinere poteſtatem relaxandi iuramentum ad ſuperiorem creditoris, cui iuratum eſt, tunc ſi is, cui iuratur fidelis ſit, poſſe iudicem Eccleſiaſticum ſuperiorem ipſius, illud iuramentum rela-
37 xare. † Sin autem vterque ſit infidelis, & qui iuret, & cui iuratum eſt, tunc ſola poteſtas ſecularis poterit tale iuramentum relaxare ; ex eo quia infidelis non ſubditur poteſtati Eccleſiaſticæ ; infidelis inquam, qui nunquam fidem ſuſcepit, ſecus ſi hæreticus ſit, & à fide errauerit ; quia tunc iſta legibus Eccleſiæ iudicandus eſt : Hanc partem ex multis ab eo relatis ita defendit Carleual *de Iudiciis*, *p.* 1. *quæſt.* 4. *diſp.* 2.
38 *num.* 215. † Verùm ſi teneas relaxationem iuramenti ſpectare ad ſuperiorem iurantis, tunc neceſſario debes tenere vt ſi qui iurat infidelis ſit, relaxationem ſpectare ad iudicem laicum ſuperiorem iurantis, etiamſi creditor, cui iuratur ſit fidelis ex dictis, *dicta quæſt.* 1. verſic. *ad quartam*, & reſolues ex his, quæ adduxi *in cap. nouit de Iudiciis*, *quæſt.* 9. *&* 13. Et applicabis dicta *in cap. Iudæi* 21. *ſupra de teſtibus*, & quod ibi dixi, *quæſt.* 2. in verſic. *ad quartam*, qualiter debeant iudæi iurare de veritate dicenda.

QVÆSTIO III.

Quando contrahentes ſunt diuerſæ diœceſis, an relaxatio pertineat ad Prælatum eius, cui iuratum eſt : Vbi de foro poli : Et an ſi debitor iurat ſoluere intra certum tempus, tranſacto, habeat locum relaxatio à Iuramento : Et an ſi creditor prorogauerit ſibi faciendam ad alium terminum ſolutionem, debitor non ſoluens, periurus ſit, eo tranſacto : Et an queat inhiberi ab Eccleſiaſtico iudex laicus, qui cognoſcit de relaxatione : Et an relaxatio Iuramenti confirmantis contractum poſſit peti à minore : Et an ſi quis iurauerit relaxationem non petere, habeat nihilominus locum relaxatio : Et de aliis ?

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio Iuramenti inter contrahentes diuerſæ Diœceſis, cui iudici competat, num.* 2. *&* 3.
4 *Relaxatio petita pro foro conſcientiæ debet fieri à iudice iurantis Epiſcopo.*
5 *Abſolutio, ſeu relaxatio iuramenti ad finem agendi, peti poteſt, etiam ſi tantum dies vna ſolutioni ſupereſſet.*
6 *Periurium commiſſum, nequit à parte remitti, num.* 7. *Quid de exceptione periurij, numero* 8.
8 *Remittere poteſt pars iuramentum in eius fauorem & exceptionem periurij.*
9 *Relaxatio alia Iuramenti neceſſaria non eſt, ex quo iam pars iuramentum remiſit in tempore.*
10 *Periurus eſt non ſoluens, elapſo prorrogationis tempore.*
11 *Inhibere quando poſſit Eccleſiaſticus laicum iudicem cognoſcentem de iuramento, vel rei iuratæ, n.* 12. 13. 14.
15 *Inhibitio cui proſit, vel negatur, n.* 16.
17 *Relaxatio iuramenti confirmantis contractum, poteſt à minore peti, n.* 18. *Nunquid à pubere, num.* 19.
20 *Iuramentum non petendi relaxationem ab eo non valet. Et ratio, n.* 21.
22 *Iuramento de intrando religionem à parte non remittitur.*
23 *Remiſſio recipere iuramenti inter partes, non impeditur fieri.*
24 *Relaxari nequit iuramentum aſſertorium.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeas, præmittes ea, quæ adduxi, *ſupra q.* 1. 1
verſic. *ad quartam quæſtionis partem*, vbi egi de quæſtione quis poſſit iuramentum relaxare, an iudex iurantis, aut creditoris, ſeu loci contractus, aut Domicilij, & *ſupra q.* 1. *in princ.* † Qui- 2
bus ſuppoſitis etiam præmitto ex Abbate *in cap. quanto, hoc tit n* 8. & ex Azorio *lib.* 11. *moral. cap.* 9. *q.* 8. eam relaxationem à nemine poſſe fieri, niſi à Prælato, habente iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi. † Et in hoc dubio, de quo agit Balboa 3
hic n. 84. poſtquam retulit duas contrarias opiniones, quas retuli, *d. q.* 1. *verſic ad quartam*, diſtinguit cum Felino *in cap. fin. de foro comp. n.* 14. quod ſi

ſi ad relaxationem partis citatio non deſideratur tunc poſſit fieri à Prælato iurantis; ſin verò citatio prærequiratur, diſtinguit dicendo, aut extraneus eſt in loco iurantis, & tunc Epiſcopus iurantis poterit relaxare, aut abſens eſt, & tunc neceſſum eſſe, vt recurratur ad Epiſcopum eius cui iuratum eſt; quia ſubditus citari nequit extra territorium, *l. extra territorium ff. de iuriſd. omn. Iudic.* de quo *in cap. penult. de foro comp.*

4 Vnde infero vt quoties relaxatio pro foro conſcientiæ petitur, debeat ſemper fieri ab Epiſcopo iurantis; quia eo in caſu nulla deſideratur citatio: ſic Balboa *hic n. 85. in fine:* Quare & ſi Sanchez dicat *in ſumma, lib. 3. cap. 21. n. 34.* quod is, cuius relaxatur iuramentum, ſubditur ſuo iudici, & tantum agatur de tollendo grauamine, & ligamine ſibi ſubditi, aut aliquid ab eo, & aduersùs eum petitur, communiter intelligatur loqui de foro iudiciali, in quo non eſt neceſſaria citatio ad relaxationem iuramenti, ſi ſolùm fiat ad effectum agendi, ſeu excipiendi: tamen eius dictum expendit Carleual. *de Iudiciis 1. p. diſp. 2. q 4. n, 200. & 203.* intelligendũ de foro pœnitẽtiali & interius conſcientiæ in quo ait adeundum eſſe propriũ Prælatum iurantis ad impetrandã abſolutionem à iuramento; quia is ſolus habeat in eo foro iuriſdictionem in iurantem ex *c. vlt. 22 q. 1.* cum Gloſſa *ibi, cap. nuper 29. de ſentent. excommunic. cap. nona, c. omnis de pœnitent. & remiſ.* Abbas, Panormit *in c. cum ſit, n. 21. de foro comp.* Marianus Socinus *ibi, n. 22.* verſic. *tu diſtingue poſt Dominum Antonium;* non enim hic agitur de damno aduerſarij, cuius inter eſſe actuale, vel potentiale poſſet impedire, quominus relaxatio concederetur, vt rectè animaduertit ipſe Sanchez *vbi ſup. n. 36.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpondeam præmitto dicendum quod abſolutio, ſeu relaxatio ad finẽ agendi, conceditur etiam, ſi vnus dies termini ſolutionis ſupereſſet, docet Riccius *in dec. 4.* Curiæ Archiep. Neapol, idem *in col. 684.* ad Textum *in cap. 2. hoc tit. in princip.* vbi refert ex Afflictis *dec. 31.* quod nec præuia citatione poſſit Epiſcopus abſoluere à Iuramento, quando non ſuperſunt decem dies termini ſolutionis: Videbis quæ tradit Gratian *reg. 1. ſub, n. 6.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 52. n* 16. quem videbis.

6 Vnde iam ad difficultatem reſpondeo, quod ſi quis incidiſſet in periurium, minimè poſſit pars tale periurium remittere, vt docent Ioannes Andreas *in c. debitores, hoc tit.* Ludouicus Romanus *ſing. 493.* ita communiter ab omnibus accipi docent Robertus Maranta *de ordine iudiciorum 4. p. 31. d. n. 40.* Alex *conſ. 17. n. 4. & 5 vol. 3.* Gratianus
7 *reg. 274. n. 8.* † Quare Menoch. *conſ. 343. n. 48.* quẽ ſequitur Barboſa *hic n. 2, in fine,* verſic. *aduerte,* dicit quod licet poſſit is, ad cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum illud remittere ab initio: tamen poſtquam is, qui iurauit in periurium, incidit, tale periurium ab ipſa parte remitti nequibit; quod mihi probatur ex Doctrina Textus *in d. c. debitores, hoc tit.* Secundùm expoſitionem, de qua *ſup. d. q. 1.* & colligi videtur ex his, quæ adducit idem Barboſa *hic in addition. tom. 6. n. 7. & 8.* vbi expendit ex Lælio Mancino Textum noſtrum cum Textu *in d. c. debitores.*

8 Vnum tamen notabis quod non ſolùm pars poſſit remittere Iuramentum præſtitum in ſui fauorem, ſed etiam poterit remittere exceptionem periurij ſurgentem ex tali iuramento; ita probat in terminis Socinus *conſ. 66. n. 23. lib. 1.* Gratian. *d. reg. 274. n. 4.* quia Iuramentum parti præſtitum, remitti ab ea poteſt ex noſtro Textu, & aliis, quos
ibi refert, *à n. 1.* † Item etiam notabis, quod pôſt 9
quam ſemel in tempore pars creditoris remiſit debitori Iuramentum, non eſt alia relaxatio iuramenti, vt docent omnes, *in c. conſuluit de vſuris, & in c. 2. de ſponſal. & in l ſin qui & à quibus,* dicit cõmunem Hypolitus *in l de vnoquoque, ff. de re iudic. n. 166.* Gratian. *d. reg. 274. n. 3.* & probatur ex his, quæ iam *ſupra* adduxi: nam tunc ſubintrat compulſio iudicis ad prædictam relaxationem, cum creditor noluit debitori iuranti remittere tale iuramentum in tempore, iuxta terminos, de quibus dixi; ergo ſemel facta relaxatione illius iuramenti à creditore, qui pro ſuo arbitrio remittere poteſt, etiam ſine cauſa, vt iam etiã dixi, non eſt ad quid aliud reſpectu relaxationis poteſtas iudicis, & colligi videtur ex dictis à Barboſa *hic in addit. tom. 6. n. 4.* vbi agit de ordine, quo proceditur ad compellendum creditorem, vt iuramentum remittat debitori, quem retuli, *ſup. q. 2.* verſic. *ad ſecundam,* ibi *& talis ordo,* & multa ad praxim adduxi ibi à verſic. *vnde.*

Ad tertiam quæſtionis partem videtur reſpon- 10
dendum, quod elapſo prorrogationis termino, debitor non ſoluens periurus ſit, ex eo: quia prorrogatio trahit omnes qualitates, & conditiones priſtinæ obligationis ex reg. Textus *in l. ſed & ſi manẽtes, ff. de precario,* Gloſſa *in c. cui, n. 12. de Præb. lib. 6.* de qua dixi latè *in c. ſignif. 18. de foro competenti;* tum etiam, quia conceſſa debitori prorrogatione, fideiuſſor eodem modo manet obligatus: argum. Textus *in l. ſi vnus 27. §. ſi cum Reo, ff. de pactis.* Et eodem modo communiter dicitur, quod fideiuſſor pro carcere tuto acceptus, etiam manet obligatus pro carceris prorrogatione. Sed contraria ſententia ſequenda eſt ſecundùm ea, quæ dico *infra in c. Cleric. penult. hoc tit.* vbi plura adduco de Iuramenti prorrogatione.

Ad quartam quæſt. partem, an queat inhiberi ab 11
Eccleſiaſtico iudex laicus, qui cognoſcit de relaxatione: vt reſpondeam breuiter diſtinguendum eſſe exiſtimo ex iam adductis, *ſup. in c. nouit. de iud. q. 9. & q. 13. & hic ſup. q. 1.* verſ. *ad quartam;* eſt enim diuerſum agere de his, quæ ad iuramenti ſubſtantiam pertinent, an licitum, vel illicitum, validum, vel inualidum, hoc vel illo modo exibendum ſub hac forma præſtanda, denegandave illius abſolutione. Et in his caſibus cognitio ad Eccleſiaſticũ iudicem pertinere, docent communiter Doctores.

Aliud diuerſum eſt, ſuppoſito quod valeat, vel 12
non, pœnis coercere indebite iurantes, vel valide iuramenta adimplere recuſantes, vel data iuſta cauſa, aliquos cogere remittere ſibi præſtita iuramenta in his enim caſibus, non ſolùm ad Eccleſiaſticos, verùm & ad ſæculares quoque iudices pertinere poſſe cognitionem, reſoluit Barboſa *in c. 2. hoc tit. n. 5.* vbi tradit rationem differentiæ; quia cum iuramentum ſit actus religionis, ſeu latriæ, per quem Deo datur Ius honoris, tanquam infallibili veritati, iuxta illud Pauli *ad hæbreos, c. 6.* merito ait vt cognitio reſpiciens iuramenti ſubſtantiam ad ſolum Eccleſiaſticum iudicium ſpectare, nõ ſic quando ſæculares iudices ex prædictis ſpeciebus ſubditos cogunt, & pœnis coercent; quia propriè, & directè iuramẽti ſubſtantiã nõ attingũt, ſed potius Ius Pontificiũ iuuare dicũtur: ita Barboſa cui diſtinctioni fauent plura, quæ adducit Carleual. *de iud. p q. 4 diſp. 2. à n. 110.* de quia iam alibi dixi.

13 Hoc ergo ſuppoſito, exiſtimo dicendum in primis ſpeciebus iam relatis, vbi agitur de cognitione ſuper ſubſtantia, & valore Iuramenti, non facere vim iudicem Eccleſiaſticum inhibendo laicum cognoſcentem; quia hæc cognitio eſt ſpiritualis ſecundùm ea, quæ dixi, *ſupra*, & apparent ex dictis, *in cap. tuam de ordine cognit.* In ſecundò autem caſu minimè dari locum inhibitioni: quo pacto erunt interpretanda plura, quæ adducunt in hoc puncto relati à Zeuallos *de cognit. per viam violentiæ* 2. *p. quæſt.*97. Videndus *quæſt.*96. & ante illum ex propoſito di-
14 xit Martha *de iuriſd.*2.*p. cap.*46. † Et ſecundùm hoc poſterius debent intelligi, Alexandr.*conſ.*83. *volum.*5.*& conſ.*9.*volum.*4. Afflictis *deciſ.*30.*num.*2. *& deciſ.*31. dicentes, quod non obſtante inhibitione, poſſit ſæcularis procedere ad executionem inſtrumenti, maximè ſi creditor remittat Iuramentum ſuo debitori, quod poteſt facere, vt iam dixi, & menti commendat Zeuallos; quia ſæpe de facto contingit in Tribunalibus Eccleſiaſticis, quorum vis ait tollenda eſt per
15 Regios Senatores. † Et notabis ex Ioanne Gutierrez, *de Iuramento confirmat.*1.*p.cap.*2.*num.*34. quod inhibitio facta nomine vnius, putà principalis, non prodeſt fideiuſſoribus, ſed tantum eiſdem perſonis, inter quas principalis quæſtio coram ſæculari cognoſcebatur, quem etiam le-
16 ges ad definitionem noſtri dubij. † Et in verſic. *quinimo*, ait inhibitio dari non poteſt à iudice Eccleſiaſtico prætextu vſurariæ quæſtionis contrà iudicem ſæcularem exequentem Inſtrumentum iuratum ante ad implementum ipſius, & principalis, cùm ſit periurus veniendo contrà Iuramentum, non habita prius abſolutione ab eo: ſic Veroius, qui ad hoc allegat Textum *in d.c debitores, hoc tit.*

17 Ad quintam quæſtionis partem, an à minore poſſit pati relaxatio iuramenti confirmantis contractum? Reſpondeo poſſe tutor ex iam traditis ad noſtrum Textum, & *in dicto cap. Debitores*; tum etiam; quia iuramentum eſt relaxandum, vbi ſeruari non poteſt abſque peccato eius, cui præſtitum eſt ex dictis iuribus; non enim debet eſſe Iuramentum vinculum iniquitatis, ſed tres comites habere veritatem, Iuſtitiam, & neceſſitatem; & ex eo etiam; quia iniuſtè facit, & grauiter peccat, qui alterum contrahendo decipit, iuxta ea, quæ dico, *infra in cap.*3. *de emptione*, tradit Couarruuias *lib.*2. *variar. cap.*4. *num.* 11. Faquineus *lib.*3. *controuerſ. cap.*14. in verſic. *non me latet*: latè proſequitur, Iaſon *in Authentica Sacramenta puberum*, *Cod ſi aduerſus venditorem*, *à num.*42.

18 Et Antonius Gomezius *tom* 2. *variar. cap* 14. *de reſtitutione minorum*, reſolutiuè docet, quod ſi actus, vel contractus ſemel remanſit validus, perfectus, & conſummatus per iuramenti interpoſitionem, vt *in dicta Authentica Sacramenta, & in cap. cum contingat, hoc tit. & in cap. quamuis pactum de pactis, lib.*6. abſolutionem, & relaxationem Iuramenti tantùm operari, vt minor contraueniens non ſit periurus quoad effectum agendi; ita vt ſine timore periurij poſſit litem mouere, non tamen annullare contractum, nec tollere vires, & effectus eius; quia iam ſemel ex eo fuit Ius parti quæſitum, quod per ſuperiorem tolli non poteſt. Sin autem actus, vel contractus eſt talis, qui non firmatur Iuramento, ſed ſolùm iurans aſtringitur non venire contra rationem periurij, vt in eo, qui iurat ſoluere vſuras, vel non venire contra pactum legis commiſſoriæ quod eſt reprobatum in pignoribus, tunc abſolutio, vel relaxatio Iuramenti indiſtinctè prodeſt, & operatur, vt agendo non ſit periurus: alia progreditur ipſe Gomezius.
† Sed videbis quæ tradit Gratianus *regula* 1. 19
num. 4. vbi concludit quod quando Iuramentum eſt præſtitum à pubere, non eſt relaxandum, vbi ex Alexandro *in l. qui iuraſſe*, *ff. hoc tit.* Alciato *in cap. cum contingat, hoc tit. num.*141. Matienco *in l.*1. *tit.*11. *Gloſſa* 8. *num.*50. *lib.*5. *recopil.* docet impuberem doli capacem, etiam ſi contractum iurauerit poſſe ab eo abſolui cum *d. Auth. Sacramenta*, non repugnet, & cum ſit, cauſa vtilis, & licita.

Ad vltimam quæſtionis partem, an ſi quis 20
iurauerit relaxationem non petere, habeat nihilominus locum relaxatio? iam *ſuprà* aliquid dixi; nunc verò reſpondeo tale Iuramentum non eſſe validum; eo quod eſt contra bonos mores, vt docent Couarruuias *in cap. quamuis pactum de pactis*, *lib.* 6. 2. *p.* §. 3. *num.* 2. Azorius *lib.* 11. *moralium*, *cap.* 7. *quæſt.* 6. Mogrouejo *hic num.*83, † Vbi ait cauendum, ne iſtorum 21
Iuramentorum relaxatio cedat in damnum Catholicæ Religionis, vt v. g. ſi captiuus iuraſſet infidelibus, apud quos iniuſtè detinebatur ſe in ſuæ libertatis pretium daturum eis mille aureos, tale Iuramentum non eſſe relaxandum propter ſcandalum, & ne nomen Dei apud illos blaſphemetur, vt reſoluit Caietanus 2. 2. *quæſt.*88. *art.*7. *dubio* 1. *& ibidem*, Aragon *concluſ. vltima*, Soto *de Iuſtitia*, *lib.*8. *quæſt.*1. *art.*7. *ad tertium*, qui docet idem eſſe dicendum, ſi captiuus iuraſſet, ſe illuc rediturum: nam procuIdubio teneretur redire etiam cum mortis periculo propter eandem relationem, vt tradit Valentia 2.2. *quæſt.*7. *diſp.*6. *puncto* 4. Et licet fundamentum contrariæ ſententiæ ſit poſitum in eo, quod leges, & canones iubeant Iuramenta ſeruari; reſpondet tamen Faquineus *dict. lib.*3. *controuerſ. in fine*, *cap.* 14. etiam Iuramentum de præſtandis vſuris eſſe ſeruandum, vt *hic & in dicto cap. debitores*, *hoc tit.* & tamen nemo negat quin abſolutio peti, & impetrari poſſit, vt ex noſtro Textu conſtat, & latè dictum eſt, & nouiſſimè Cyriacus *controuerſia* 7. *ſub*, *n.*3. cum aliis, ait quod debet prius petere relaxationem à tali Iuramento, & poſtea ab alio.

Vnde infero primò quod ſi Iuramentum prin- 22
cipaliter obliget Deo, veluti, ſi quis iurauerit intrare Religionem, vel facere aliquod bonum opus, tunc apertè non poteſt Iuramentum remitti, vt tradit Felinus *in cap. preterea*, *num.*31. *ad finem*, *de ſponſ.* Angelus de Clauia *in ſua ſumma*, verb. *Iuramentum* 6. *quæſt.* 2. vbi aliis tribus modis limitat.

Deinde quod etſi Panormit. *in cap. dilecto*, 23
*num.*21. *de præbendis*, doceat, quod ſi aliqui iurent in eorum fauorem, non datur locus remiſſioni; eo quod nemo ſe ipſum abſoluere poteſt. Tamen verius eſt, vt hæc remiſſio locum habeat, vt docent Ioannes Andreas *in addition. ad ſpeculat.*4. *p. tit. de Iud.* §, *ſequitur*, in addit. quæ incipit, *ibi in* §. *ad hæc in fine*, vbi dicit quod ſi duo Iurauerunt de non diuidenda hæreditate paterna; poterunt nihilominus de conſenſu, alter alteri remittere iſtud Iuramentum, vt tradit Iaſon *in l.*1. §. *& poſt operis*, *ff. de noui operis nunciat.*

ciat, Gracianus *Regula* 274. *n*.6. vbi ait ſibi non placere opinionem Abbatis; eo quod nulla ſit ratio differentiæ in iſto caſu cum eo, quando quis ſcilicet iurat alicui tertio: Etenim rationem Abbatis Panormitani improbat, ex eo, quia *hic* alter alteri Iuramentum remittit, ſed non ſeipsũ abſoluit, & idem de ſponſalibus, tradit Abbas *in cap.*2. *de ſponſalibus*, vbi omnes, & oſtendit, communem eſſe, Couarr. *in Epitome de ſponſ.* 1. *p. cap.*9. *num.*1. quem videbis ad plura dicta *in d. cap. quamuis pactum de pactis* 1. *p. cap.* 1. §. 2. *à num.*3. *& in* §. 3. *à n.*1. *&* 2. *p.* §. 3. *à n.* 1. *& in dict.* 1. *p.* §. 3. *à num.*7. 8. *&* 9. *& lib.* 1. *variar cap.*4. *à n.*5. *& in dicto cap. quamuis pactum* 2. *p.* §.3. *à n.*7. verſic. *quarto*, Felicianus de Vega *in cap.*12. *de foro comp. à n.*109.

14 Item addendum eſt quod Iuramentum aſſertorium nequit relaxari, eo quod per id ſolùm affirmamus, & confirmamus rem aliquam factam eſſe, vel non, & nihil remanet in futurum, quod ſit relaxationis capax; Ita communiter docent Doctores, & in ſpecie docet Villalobos *in ſumma p.*2. *tract.*36. *n.*2. & patet ex iam dictis, & ex noſtro textu cum aliis, qui tantùm loquuntur de relaxando Iuramento promiſſorio confirmante aliquam in futurum obligationem.

QVÆSTIO IV.

An ad relaxandum iuramentum cauſa ſit neceſſaria? Et an Iuramentum, quod turpitudinem non continet queat relaxari? Et an hæc relaxatio, diſpenſatio, irritatio, abſolutio, & communicatio à Iuramento differant?

SVMMARIVM.

1 *Relaxandi Iuramenti cauſa nonnullæ aſſignantur, num.* 2.

3 *Relaxari poteſt ſine cauſa iuramentum parti præſtitum. Quid ſi recurratur ad Iudicem, num.*4. 5. *&* 6.

*Iuramentum turpitudinem continens quit ita Iudice relaxari. Quid ſi iuramentum metu leui præſtitum ſit, num.*5. *Quid ſi nulla turpitudo verſetur ex parte Creditoris, n.*6.

8 *Relaxare nunquid Papa poſſit iuramentum.*

9 *Relaxari quit per Bullam iuramentum continens turpitudinem ſine præiudicio tertij.*

11 *Relaxatio, remiſſio, & abſolutio iuramenti diſtinguuntur, & quæ ſint, n* 12. 13.

14 *Irritatio iuramenti à quo fiat, & quid ſit?*

15 *Diſpenſatio iuramenti quid?*

16 *Commutatio iuramenti quæ?*

1 VT ad primam quæſtionis partem reſpondeam, breuiter recenſere decreui cauſas, ex quibus ſolent iuramenta relaxari, ſeu diſpenſari, de quibus agunt Doctores *hic*, *& in dicto cap. Debitores hoc tit.* & D. Thomas 2.2. *quæſt.*89. *art.* 9. & Theologi cum eo, veluti ſi adeſt turpitudo in Iuramento ratione materiæ, vel rei promiſſæ, aut quia Iuramentum iniquè fuit extortum per dolum, metum, aut fraudem.

2 Et etiam quando dubium eſt an iuramentum præſtitum; vim in obligandi habeat in iſto caſu vel non; etiam eſt ſufficiens relaxationis cauſa quando intenditur auferri iniuria; quam aliquis patitur, & quando occurrit maius bonum, vt auferatur occaſio, & periculum peccati, de quo *in cap.*2. *hoc tit.* Item erit cauſa ſufficiens ſi ille qui iurauit leuiter inconſideratè, aut temerariè id fecit, ſeu turbatione graui, vt tradit Azor. *tom* 1. *moral. lib.*11. *cap.*9. *q.*7. & addit Villalob. *in ſumma p.*2. *tract.*36. *n.*6. quod ſi iuramentum ſit contra bonos mores, non obligat, ſicut nec votum, & ob id non egere relaxatione.

Hoc ſuppoſito ad difficultatem reſpondebis 3
cum diſtinctione, nam iuramentum ſit præſtitum parti, tunc ſine cauſa ab ea poteſt remitti ſeu relaxari; Quia id totum pendet ab arbitrio ſuo, vt rectè *ſuprà*, reſolutum eſt *q.* 3. verſic. *ad quintam*.

Sin autem tale iuramentum non condonetur 4
à parte Creditoris, ſed ſit recurrendum ad Iudicem iterum diſtinguendum eſt: Nam ſi turpitudo maneat ex parte Creditoris, & quoties iurans, iniuriam patitur, vt in iuramento, v. g. de ſoluendis vſuris, vt hic, & *in cap. Debitores hoc tit* tunc poterit Epiſcopus Iuramentum relaxare; eo quod nullum ius eo in caſu Creditori acquiratur, quominùs lege Iuſtitiæ teneatur reſtituere vt docent DD. *in d. cap. Debitores*, vbi Innocentius, Butrius *n.*7. Panormit. *n.* 6. Couarr. *lib.*1. *variar. cap.* 4. *num.*5. Mogrouejo *hic n.* 78. qui id probat ex Textu *in cap quidem*. §. *fin cap. qui in tabulis hoc tit.* vbi addit, *num.*79 quod qui metu coactus iurauit ſe facturum id ad quod aliàs tenebatur, poterit petere relaxationem ab Epiſcopo, ne aliàs nõn implendo ſit periurus; eo quod ſit paſſus iniuriam violenta extorſione, vt probant rectè Innocent. & Hoſtienſis *in cap. ad noſtram & l.*3. *hoc tit.* & relati à Couarr. *in Reg. peccatum* 2. *p.* §. 3. *num.*7. quidquid ſenſerit Gloſſa verb. *extorſit, in cap. petitio hoc tit.*

Deinde etiam ſi metus ſit leuis; dubium eſt 5
an Iuramentum ſic extortum ſit capax relaxationis per Epiſcopum? In quo puncto vberius dico *infra in cap verum hoc tit.* interim videbis Couarr. *dicta regula peccatum*, §. 3. *p.*2. *num.*7. Balboa *hic à n.*80. *qui n.*82. agit de alio dubio quando Iuramentum latroni præſtitum eſt per metum, aut per iniuriam ab vſurario extortam, quando iurauit Debitor de non denuntiando Eccleſiæ, vbi etiam cum diſtinctione procedit ex D. Thoma *q.*89. *art.*7. *ad tertium*, ex Soto *de Iuſt. & iure, lib.*8. *q.*1. *art* 7. *ad tertium*, & ex aliis, veluti ſi Iuramentum ſit contra bonum publicum, quod non obligat, & tenebitur denuntiare iurans, non obſtante iuramento, ſecùs ſi iuraret ſuper caſu, ad cuius denuntiationem aliàs non teneretur.

Sin autem nulla turpitudo verſetur ex parte 6
Creditoris, taliter vt non teneatur reſtituere rem ſibi iuramento promiſſam; Tunc nec Epiſcopus, nec alius inferior à Papa poterit tale iuramentum relaxare; quia ad ſolum Pontificem hoc ſpectat, & ex iuſta cauſa aliàs erit irrita relaxatio, & eſt ratio, quia per tale iuramentum eſt ius parti acquiſitum, quod ſine iuſta cauſa nequit auferri, aduertit Soto *de Iuſt. lib.* 8. *q.* 1. *art.*9. *ad tertium*, & tradunt communiter Doctores *in cap. ſi vero hoc tit. cap. venerabilem* 34. *de electione*. Mogrouejo *hic*, *num.*75. *&* 76. Villalobos *de iuramento dicta* 2. *p. tract.* 36. *num.*4.

† Vbi dicit non poſſe tale iuramentum à Pontifice relaxari ſine cauſa, niſi Creditoris adſit con- 7
ſenſus

ſenſus, quod intelligit procedere poſtquam promiſſio iurata, ſit iam à Creditore acceptata.

8 † Quo pacto intelligenda ſunt, quæ ex multis adducit Gratianus *reg.* 1. *num.* 10. vbi tradit poſſe ſine cauſa Papa Iuramentum relaxare: quia in omni Iuramento ſemper cenſetur excluſa voluntas Superioris, vt benè tradit Couarr. *in cap. quamuis pactum p.* 1. §. 3. *num.* 4. quem ad alia vides; & tradit Aragon. 22. *q.* 89. *art.* 9. *ad* 3. quod Pontifex nequit irritare alia iuramenta, præter ea quæ ſpectant ad Eccleſiam, aut quando conſtat extorta eſſe per vim, aut metum; quia tunc poteſt ſic extorquentem in pœnam peccati ſuis bonis priuare, & aliquando relaxare propter excommunicationem Creditoris, cui iuratur ex regula textus *in cap. nos Sanctorum* 15. *q.* 6. Balboa *hic dict. n.* 75. Villalob. *dict. n.* 4.

9 Vnum tamen aduertes quod iuramentum turpitudinem continens ex parte creditoris poteſt per Bullam relaxari, ſi in ea concedatur hæc facultas ſine præiudicio tertij ex eo; quia per hoc iuramentum, nullum ius tertio acquiritur, niſi ſoli Deo ex *dicto cap. debitores*: non enim ex relaxatione iuramenti, vſurarum paratur præiudicium tertio; ſiquidem nullum ius acquirit ad retinendum, etiam ſi vſuræ promiſſæ cum iuramento à debitore ſolutæ ſint; quia hæc ſolutio tantùm eſt neceſſaria, vt vitetur periurium, vt iam ſæpius dixi, docent in terminis Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 52. *n.* 17. videndus ad plura per totam quæſtionem. Ledeſma in locis, quos refert & ſequitur idem Villalobos *dicta* 2. *parte, Summa, quaſt.* 36. *num.* 9 Sanchez, Bonacina, & Trullench referendi *in fine.*

10 Ad ſecundam quæſtionis partem de iuramento, quod turpitudinem non continet, præbes reſponſum ex dictis proximè, *ſub dub. praced.*

11 Ad tertiam quæſtionis partem, etſi promiſcuè in hoc noſtro textu Doctores vtantur, de remiſſione, abſolutione, & relaxatione Iuramenti; Tamen reuerà diſtinguuntur; quia remiſſio propriè pertinet ad perſonam Creditoris, vt patet ex his, quæ adduxi *ſuprà dicta quaſt.* 1. verſic. *ad*

12 *quintam.* † Abſolutio ſpectat ad ſupremam poteſtatem, qualis reſidet in Pontifice iuxtà proximè dicta, & in his continetur omnimoda liberatio Iuramenti.

13 † Relaxatio autem reuerà, vt patet ex noſtro textu, & *in dicto cap. Debitores* ſolùm aufert impedimentum, quod qui iurauit, habebat vt poſſet in Iudicio agere, vel recipere, vt iam, *q.* 2. dixi ſub verſic. *ad ſecundam* ex Ricc. *collect.* 1360. verſic. *ſecundo*, vbi dixit quod Iudex in relaxatione debet vti verbo *habilitari*, ſeu *relaxari*; *non autem* verbo *abſolui*, quoniam ille non abſoluitur ab obſeruatione iuramenti, ſed habilitatur ad hoc, vt poſſit agere, & excipere abſque incurſione periurij, vt tradit de Benint. *deciſ.* 24. Bononiæ.

14 Irritatio eſt quando ſuperior aufert votum, aut iuramentum in totum ſuper his rebus, in quibus inferior ei ſubiicitur, & reducitur ad abſolutionem.

15 † Diſpenſatio pertinet ad ſuperiorem, & requirit authoritatem Eccleſiaſticam, & cauſam, & ſic in quibus contractibus detur diſpenſatio à iuramento, tradunt Guid. Pap. *deciſ.* 89. Boër. *deciſ.* 353. aliquid *in deciſ.* 89. & licet idem Guido *in deciſ.* 198. *& in addition. ad deciſ.* 189. dicat quad Iudex ſæcularis poſſit diſpenſare ſuper iuramento, hoc non placet Riccio *dict. col.* 1360. *ad noſtram Rubr.* verſic. *tertium* quia iſtud potius pertinet ad Eccleſiaſticum.

16 † Commutatio quid ſit, videbis *in cap.* 3. *hoc tit.* & de his latè *in cap.* 9. *de voto.* Et hæc ſufficiat pro vero intellectu totius materiæ relaxationis à iuramento. Alia inquam videbis apud Sanchez *de Matrimonio dict. lib.* 1. *q.* 52. & cum multis Gratianus *reg.* 1. & de his omnibus modis Sanchez. *in ſumma lib.* 3. *ex diſp.* 19. Bonacina & alij quos ſequitur Ægid. Trulenq. *in opere morali lib.* 20. *cap.* 1. *dubio* 21.

AD TEXTVM
IN CAPITE II.
Peruenit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TExtvs huius materia pertinet ad iuramentum metu, ſeu coactione præſtitum, an ſit nullius momenti, vel egeat abſolutione, de quo *in cap. verum*, *& in cap. ſi vero hoc tit.* cum multis aliis. Item facit integra materia de relaxatione iuramenti, de qua *ſuprà in cap.* 1.

I. Et *ibi* in verſic. *Epiſcopum ab Ar. Comite de rebus ſuis ſpoliatum, & iurare compulſum, quod non repeteret ſic ablata.* Per hæc verba poteris hic repetere quod *ſuprà* latè dixi *in cap. ſolicitè cures* 2. *& cap. accepta* 3. *de reſtitutione ſpoliat.* cuius materia ſimilis eſt huic, vt legenti apparebit.

II. Et ibi; *cognita igitur contumelia.* Per hæc verba poteſt agi de quæſtione, an ad abſoluendum, ſeu relaxandum iuramentum, debeat prius à Iudice cognoſci de cauſa, turpitudine, metu, ſeu iniuria, iuramentum extorquentis, de qua *hic.*

QVÆSTIO I.

Quare non valeat iuramentum præſtitum à Pralato, de non repetendis rebus, quas renunciauit metu, & actione, cum alias metu, aut turpiter, ſeu per iniuriam, facta valeant, & indigeant abſolutione, ſeu relaxatione à iuramento, vt valere deſinat promiſſio, ſiue renuntiatio: Et an differant promiſſiones iurata de rebus à natura prohibitis, ab his, quæ de iure poſitiuo prohibentur: Et an debeat praecedere cognitio ſuper cauſa metus, turpitudinis, ſeu iniuria, antequam Iudex decernere poſſit ſuper abſolutione, ſeu relaxatione iuramenti: Et an periurus ſit Prælatus, qui iurauit alienare res Eccleſia?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præſtitum à Pralato de non repetendis rebus, quas renunciauit metu, & coactione, non valet, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *&* 13. *vbi latè intelligitur, & de quibus rebus proprijs, ſeu ſui Epiſcopatus, vel Eccleſia.*

10 Cap. cùm veniſſent 6. de inſtitution.

14 *promiſſiones*

14 *Promiſſiones iuratæ de rebus à natura prohibitis, non obligant, ſecus de rebus de Iure poſitiuo.*

16 *Periurus quando dicatur Prælatus, qui iurauit alienare res Eccleſiæ. Expenditur, num. 17. vbi quid de locatione.*

17 *Locatio rei Eccleſiaſticæ ad multum tempus, nunquid propriè alienationem ſapiat.*

1 AD primam quæſtionis partem faciunt difficultatem verba noſtri Textus ibi *valdè doluimus aſſerentes ipſum Epiſcopum nullius iuramenti vinculo ſuper hoc poſſe conſtringi*, quæ denotant nullitatem renuntiationis ſic iuratæ: ergo malè poſteà Pontifex dixit eum abſoluendum à tali iuramento, quia nefandiſſima coactione iurauit vt patet ex ſequentibus verbis ibi, *quem tamen abſoluimus, &c.* Tum etiam ex regula Textus *in cap. ſi verò, cap. verum cum aliis noſtri tituli, & ex tit. de his, quæ vi, metuve cauſa fiunt, valent licet reſcindantur.* Imò & ſi diceres ea, quæ metu facta ſunt, non valere accedente tamen iuramento vires accipiunt; vt patet ex Textu *in cap. ad aures de his quæ vi, cap. quamuis pactum de pactis lib. 6.* vbi renuntiatio electionis metu facta eſt nulla, ſicut & renuntiatio legitimæ: Si tamen iuramento firmentur fiunt validæ: ergo non eſt cur nullius momenti hic debuiſſet eſſe renuntiatio iurata ab Epiſcopo de non repetendis ſuis rebus,

2 Econtra autem, & in fauorem primæ partis noſtri Textus, quæ denotant nullitatem faciunt ſequentia. Primò, nam promiſſio de Matrimonio contrahendo, aut Matrimonium contractum per metum nullum eſt, etiam ſi iuratum ſit, vt probant iura *in cap. 2. de his, quæ vi* verbo *coactus, & in cap. 2.* verbo *tanta de eo qui duxit in Matrimonium*, Gloſſa *in cap. 2. 15. q. 6. abſoluimus* in verſic. *tu breuiter dicas*, vbi etiam idem de dote dicitur, in quibus, & aliis caſibus videtur, vt non deſideretur vlla relaxatio ſeu abſolutio à iuramento ſic præſtito; quia Textus, *in dicto cap. 2. de eo qui duxit*, non ſolùm irritat Matrimonium metu initum, ſed etiam irritat iuramentum tali Matrimonio accedens.

3 Vt tamen reſpondeas, & Textum noſtrum intelligas, priùs aduertes quod aliud eſt, vt Prælatus iuret non repetere res ſpoliatas ſuæ Eccleſiæ, aliud tamen iurare quod non repetet ſuas, à quibus fuit ſpoliatus. In primo caſu ex Gloſſa *hic* verbo *rebus*, quæ docet prædictum Textum intelligendum eſſe de iuramento non repetendi res Eccleſiæ; Ideò putat non obligare tanquam contra bonos mores; quia Epiſcopus tenetur ex officio res Eccleſiæ conſeruare, Verùm eſt dicere tale iuramentum à Prælato factum non obligare, & nullius momenti eſſe. Quo ſuppoſito, dum in Textu noſtro dicitur *quem tamen abſoluimus*, ait Gloſſa intelligendum eſſe, id eſt abſolutum eſſe oſtendimus: Ita explicat Felinus communem dicens *n. 1.* Panormit. *n. 1.* & ſecundùm hunc intellectum prædictam concluſionem colligunt ex Textu noſtro Suarez. *de religione, tom. 2. tract. de Iuram. promiſ. lib. 2. cap. 10. à num. 4.* Calderinus *de erroribus pragmat. lib. 2. cap 6. num. 7. & 9.* multis adductis Barboſa *hic, num. 1. & 2.* Gutierrez. *de iuramento confirmat. p. 1. cap 51. num. 7.* & alij, non enim tenet iuramentum poſterius latum quando aduerſatur iuramento priori licito, & honeſto iuxta textum *in cap. intellecto 33. cap. ea te 22. hoc titulo, cap. ſicut noſtris eodem.*

Vnde ſupponitur in textu noſtro duplex fuiſſe 4
iuramentum, Primum quod Epiſcopus neceſſariò fecit in ſua conſecratione, ſcilicet de non alienando res Eccleſiaſticas; imo potius de eas conſeruando iuxta textum *in cap. vt ſuper de rebus Eccleſiæ, cap. vltimo*, vbi Gloſſa *de Eccleſiis ædificandis*, & Textus *in cap. ſine exceptione 12. q. 2. cap. cum nulli.* & per totum de rebus Eccleſiæ, qui prohibent Prælatis res Eccleſiæ alienare ſine debitis ſolemnitatibus, & euidenti vtilitate; ergo cum hic Epiſcopus fuiſſet ſpoliatus de rebus Eccleſiæ, vt volunt relati, quas alienare non debet, nec poteſt ſine debitis ſolemnitatibus, ſequitur, vt eas ſpoliatas repetere teneatur, taliter vt non valeat iuramentum quod fecit de non repetendo eas, iuxta præfatam Gloſſam *hic*, & Gloſſa *1. ad finem in dicto cap. intellecto*, Baldum, Abbatem, & Felinum ſic intelligentes, & probat in Epiſcopo Textus, *in dicto cap. ſicut 27. hoc tit.* & videbis Textum *in l. 28. tit. 11. p. 3.*

Vbi hoc etiam extendit ad Regem, qui non 5
poteſt alienare in præiudicium ſuæ dignitatis Regni res, taliter vt ſi alienet reuocetur alienatio etiam facta cum iuramanto de non reuocando ex Regula Textus *in dicto cap. intellecto hoc tit.* ſed quia contrarium videtur probare, *l. 8. tit. 1. p. 2. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinam.* in hac materia videbis quæ tradunt vtrobique Gregor. Lopez, Alciatus *in cap. cum contingat, num. 43. hoc tit.* optimè Couarr. *in cap. quamuis pactum 2. p. § 2. num. 4.* Auendañus *1. p. cap. 1. num. 12. in fine, num. 23.* Rolandus à Valle *conſ. 2. num. 95. lib. 1.*

Et Rodericus Suarez. *allegat. num. 5.* Flamin. 6
de reſignat. benef. lib. 3. q. 18. num. 102. reſoluunt quod etiam promiſſiones factæ à Principe ſæculari ante electionem reuocantur, poſtea ſequuta electione; & addit Suarez quòd hic eſt caſus in quo iurans ante ſuam promotionem in præiudicium ſuæ dignitatis, non tenetur ad obſeruantiam poſt promotionem, & Barboſa *in dicto cap. intellecto hoc tit. num. 1. 2. & 3.* infinitos congerunt, qui agunt de dubio, quando, & quibus caſibus nequeant Princ pes res ſuas Regiæ Coronæ alienare, aut donare.

Itaque ſuppoſito illo primo intellectu, vt no- 7
ſter Textus loquatur de Prælato iurante non repetere res ſpoliatas ſuæ Eccleſiæ, & quod iuramentum illud ipſo iure inualidum ſit. Tamen quia adhuc difficilia apparent eadem verba ibi *quem tamen abſoluimus, &c.* quæ propriè conſiderata important vinculi obligationis liberationem: argumento textus *in cap. ad diſſoluendum de ſponſ. impub. l. decem. ff. de verb. obligat.* Ideò aliqui reſpondent, quod in tali alienatione iuramentum tendit ad commoditatem, & vtilitatem Prælati in cauſa, & tempore iure permiſſo ab eodem Prælato tranſmiſſibilem, & remiſſibilem ex textu *in c. 2.* vbi Gloſſa 1. & vlt. *de locato*, & *ob* id ligare; quia Iuramentum quod attinet ad ſolius Prælati præiudicium, poteſt ſeruari abſque vllo ſalutis diſpendio, & ſic meritò in Textu noſtro adiecta eſſe illa verba, *quem tamen abſoluimus, quia nefandiſſima coactione iurauit*: Ita proſequitur Barboſa *hic toto num. 4.* vbi alias tres explicationes refert.

Ex quibus ego colligo Textum noſtrum nullo 8
modo loqui de rebus Eccleſiæ; ſed de rebus ipſius Epiſcopi particularibus; Tum quia ex integra

tegra Textus apparet Laudecenſ. Epiſcopum Henricum appellatum venientem ad viſitanda limina Apoſtolorum in ipſo itinere fuiſſe rebus propriis, non Eccleſiæ ſpoliatum, ac iurare compulſum, & clarè inſinuant verba Textus noſtri ibi, *rebuſque ſuis*, quæ denotant dominium *l. quintus*, §. *argento*, *ff. de auro*, *& argento legato*, tradit Barboſa *dicto num.* 4. verſic. *ſed hic intellectus*, & ita ſentiens Balboa *in cap. ſi verò hoc tit.* hoc ipſum dictum probat, *num.* 56. ex illis verbis, *quem tamen abſoluimus*; *quia nefandiſſima coactione iurauit*, vbi Pontifex probat quod ratio, qua abſolutio iuramenti ab Epiſcopo præſtito de non repetendo res ſpoliatas, indulgetur ſibi, eſt ipſa meticuloſa coactio: quia metus non efficit vt iuramentum non obliget, ſed vt iuſtè relaxetur.

9 Ob idque Panormitanus hic, idem Balboa *num.* 57. Suarez. *de Iuramento lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 7. Sanchez, *tom.* 2. *moralium lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 2. *n.* 37. docent vt verba Textus noſtri ibi, *nullius iuramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtringi*, referantur ad id nempe vt nullius momenti dicatur Iuramentum quoad effectum confirmandi irreuocabiliter promiſſionem; quia ratione metus facilè relaxatur, & ita verbum *abſoluimus* hic propriè ſumi quaſi prædicta verba, *nullius Iuramenti vinculis*, non denotent iuramentum non obligaſſe, ſed non ita obligaſſe quin Epiſcopus facilè poſſit relaxare, cum ille nefandiſſima coactione fuerit compulſus iurare; aliàs enim ſi Textus noſter intelligeretur de iuramento non repetendi res Eccleſiæ, fruſtra Pontifex hic opponeret pro cauſa non obligandi, quod promiſſio nefandiſſima coactione fuit iurata ad hoc vt à tali Iuramento poſſet Epiſcopus abſolui, cum reuerà ſemper ipſa promiſſio, & per conſequens iuramentum ei adiectum ipſo iure nullum eſſet vtpotè contra bonos mores, quod abſolutione non indigeret ſuppoſita eius nullitate, & hæc explicatio mihi vera videtur, nec diſſimilis eſt alia quam ex Fuētes Canonico Lectorali *lib.* 1. *c.* 8. refert Barboſa *hic* ſub *dicto num.* 4. verſic. *Vnde Antonius de Fuentes*, vbi ponderat in Iuramento coactè emiſſo, duplicem obligationem, vna, quâ quis obligatur homini, alia, quâ obligatur Deo, ex regula Textus *in cap Debitores hoc tit.* Et quoad primam intelligi verba Textus noſtri *nullius iuramenti vinculis*, quia reſpectu Creditoris nulla eſt acquiſita obligatio promiſſionis iniquæ; quò ad ſecundam tamen, vt iurans fugiat ſuſpicionem periurij ortam eſſe obligationem ſoluendi, ſeu non repetendi, & propter iniquitatem Creditoris dari abſolutionem: quo pacto intelligi debere alia noſtri Textus verba ibi, *quem tamen abſoluimus.* Et hæc traditio videtur admodùm commendari ex his quæ iam ego *c.* 1. *adduxi*, pro relaxando Iuramento turpiter per metum, aut per iniuriam extorto, ad quæ recurres.

10 Et ſecundùm verum noſtri Textus intellectum, nempe vt loquatur de rebus propriis Epiſcopi, & non Eccleſiæ, accipit lucem Textus *in cap. cum veniſſent* 6. *de inſtitutionibus*, vbi vt Iuramentum valeat in ſolius Archidiaconi præiudicium, conſonant verba præcedentia ibi, *non ſolùm de illo, ſed de omnibus reditibus ſuis*, &c. quaſi iuramentum ſubſequutum ſolùm ad propriam commoditatem reſpexerit: Sic ibi intelligunt Gloſſa verbo *abiuraſſe*, Abbas *ibi*, *num.* 14.
& hic *à num.* 4. Felinus *n.* 5. Barboſa *num.* 4. † Et 11
ad maiorem intellectum noſtri Textus addo, quod ſi iuramentum fiat de non repetendo ſolutum, non poteſt illud repeti ante Iuramenti relaxationem, poteſt tamen illa concedi, cum nullum ius tertio acquiſitum ſit, & ea conceſſa poteſt ſolutum repeti, & contractus reuocari, tradunt Gloſſa, Hoſtienſ. Anchatran. *num.* 6. Abbas *notab.* 2. *in cap. ad audientiam de his, quæ vi.* Couarr. *de pactis p.* 2. §. 3. *num.* 2. Guttierrez. *de Iuram.* 2. *p. cap.* 53. *n.* 8. Sanchez. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 31. *ſub n.* 7.

His ergo ſuppoſitis iam vides intelligi ſine 12
difficultate poſſe ea, quæ *ſuprà* adduxi *n.* 1. cum iſte Textus loquatur de coactione, quæ fuit cauſa, vt iuramentum abſolueretur Prælati, non enim negatur res metu factas valere, ſed affirmamus dari locum abſolutioni, ſeu reſciſioni promiſſionis etiam iuratæ, vt *hic.*

Nec tunc obſtant quæ de Matrimonio, & 13
aliis metu celebratis dixi, quia cum illis de quibus retuli *ſuprà* in verſic. *econtra*, exigatur liber conſenſus; & exacta libertas ex regula Textus *in cap. cum locum*, vbi longiſſimè repeto, de quo latè loquitur Mogrouejo *in cap. ſi verò* 8. *hoc tit. à n.* 40. ideò cum Matrimonium nullum dicatur ex defectu liberi conſenſus, euenit, vt nec ille ſuppleri queat iuramento, ſicque nulla indigere relaxatione plura proſequitur *à num.* 43. *&* 46. *cum aliis.*

Ad ſecundam quæſtionis partem an differat 14
promiſſio iurata de rebus à natura prohibitis, ab illa quæ fit de prohibitis iure poſitiuo; & in hoc dubio breuiter reſpondeo, quod ſi turpitudo eſt de iure naturali, aut Diuino, iuramentum non confirmat contractum, cui adhæret, ne ſit vinculum iniquitatis contra regulam Textus *in cap. quanto hoc tit.* & ſic fit, vt quoties Iuramentum reprobatur odio Creditoris, in cuius fauorem iuratur nullo modo ſit in ſubſtantia obligatorium, reſpectu contractus, cui adhæret regula Textus *in cap. Debitores, & cap.* 1. *hoc tit.* vel vbi metus, aut dolus interfuit ex noſtro Textu, *& ex cap. cum contingat hoc tit. cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6. *cap.* 2. *de pactis lib.* 6. *Auth. Sacramenta puberum*, *Cod. aduerſus vend.* vbi probatur iuramentum minorum contractibus, dotiſque alienationi adiectum eſſe omninò obſeruandum id eſt abſque aliqua diſpenſatione, & remedio niſi vi, vel dolo præſtitum ſit, quia illa ſunt tantùm prohibita de iure poſitiuo, quæ propter iuramentum confirmantur; tamen ſi adeſt vis, metus, aut dolus, relaxationi locus eſt, vt euitetur periurium quo ad Deum: ſed non confirmatur contractus ſic iuratus, cum hæc naturaliter conſenſui à natura requiſito ſint obuia, & ſic Couarr. *de pactis* 2. *p.* § 3. *num.* 2. verſic. *ſecundo infertur*, reddit rationem cur contractus, quo quis iurat ſoluere vſuras non firmatur iuramento, & ſignat eam; quia hic contractus quo quis iurat ſoluere vſuras, non firmatur iuramento; Nam talis iure naturali nullus eſt, nullamque inducit obligationem, & non tantùm eſt prohibitus de iure humano ſicut prohibentur ſolo illo iure contractus minorum, & alienatio rei dotalis, tradit Guttierrez *de Iuramento confirmat.* 1. *p. cap.* 40. verſic. *non obſtat*, *num.* 5. vbi requirit vt turpitudo illa ſit iure Canonico, & non tantùm in iure Ciuili aduerſa, plures tradit Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 31. *n.* 12. *&* 13.

Ad

15 Ad tertiam quæſtionis partem an debeat præcedere cognitio ſuper cauſa metus, turpitudinis, aut iniuriæ antequàm à Iuramento abſolutio impertiatur? Videtur reſpondendum ex dictis *ſuprà in cap.*1. Ad quod applicabis quæ dixi *ſub captuam* 3. *de ordine cognitionis*, vbi quod priùs debet Iudex cognoſcere de exceptione præiudiciali, quam vt tranſeat ad cognoſcendum de cauſa principali, & etiam adiunges quæ dico *infrà in cap.*12. §.1. *in cap. quintaualis*, vbi de Iuramento ſuper re turpi, & alibi *& in cap. verum de Iuramento per metum, & alibi, &c.*

16 Ad quartam quæſtionis partem etiam breuiter reſpondeo, ſuppoſitis his quæ adduxi in princ. de prohibita alienatione rerum Eccleſiæ, non obſtante Prælati iuramento: Nam cum iam *ibi* dictum ſit Prælatos, & Principes iurare de non alienando res ſuæ dignitatis; ſi poſteà aliud fecerint iuramentum de alienando eas periurum committere perſpicuum eſt, cum veniant contra primum Iuramentum ex adductis *infrà cap. ſequenti quæſtione* 1. verſic. *ad vltimam quæſtionis partem.*

17 Et applicabis ad hoc dictum, quæ ſcripſit Calderinus *in cap. cum contingat hoc tit.* aſſerens non eſſe periurum Prælatum qui iurauit non alienare res Eccleſiæ, etiamſi eas locauerit ad decem, vel viginti annos, quia etſi fateamur prohibitam eſſe locationem rerum Eccleſiæ ad longum tempus, & prohibita alienatione, prohibitam cenſeri conductionem iſtam, & locationem, vt aduertit Baldus *in c.*1.*in princ.col penult. de his qui feudum dare poſſunt*, ſcribens in prohibitione alienationis rerum Eccleſiæ, facta à Prælatis appellatione, alienationis contineri locationem ad decimum; quia propriè alienat qui vtile Dominium transfert, Baldus poſt Gloſſam *ibi, in cap.*1. §. *noui vero per quos fiat inueſtitura*, Abbas *in cap. intellecto de Iureiur.* vbi Calderinum reprobat, de quo vberius dico *ad tit. de reb. Eccleſ. alien. vel non*: Tamen Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.*16. *num.* 2. id dicit verum eſſe impropriè, & ex lata dictionis ſignificatione *l. ſi fundum, ff. de fundo dotali, l. alienatum non propriè, ff. de verb. ſignif. l. non alienat, ff. de Reg. iuris, l. item ſi reſ.* §. *ſunt & alia, ff. de alienat. Iudic. mut. cauſ. facta.* Quibus conſtat conductionem etiam ad longum tempus non eſſe propriam alienationem; Vnde & maritus, qui non poteſt rem dotalem alienare, poteſt eam locare, Authore Baldo Nouello *de dote p.*7.*priu.*1. *col. penult.* Et ſecundùm hoc dictum videatur relata doctrina parùm defenſibilis; ſed ea impropria ſignificatione accipienda eſt ad hoc vt contractus non teneat, non tamen ad pœnam infligendam locanti, Bald. *in l. voluntas, col fin. Cod. de fideicom.* præſertim ad periurium deprehendendum, & eius pœnam, cum iuramentum propriè ſit intelligendum iuxtà proprium verborum ſenſum, *cap. ad noſtram* 1. *cap. Clericus hoc tit.* & ſic Prælatum, & ſi perperam faciat locando periurium non eſſe verum, ſi reuerà alienaret periurus eſſet, cum veniret contra primum iuramentum.

AD TEXTVM
IN CAPITE III.
Peruenit, Hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

PEr Textum noſtrum agi ad longum poteſt materia de commutatione iuramenti à quo fiat, an à Superiore, an verò ſatis ſit vt ipſe iurans aliquid facere in aliud opus, propria voluntate commutet abſque Superiore, ſed quia ſi Iuramentum ſoli Deo fiat, eius obligatio poteſt auferri, ſi anteà, quæ oritur ex voto: tradet ex multis Sanchez. *de Matrim. lib.*8. *difficultate* 2.*num.*16. & eſt communis Doctorum traditio dicentium, quod qui poteſt commutare vota, poteſt & iuramenta, & vota iuramento firmata ſoli Deo facta. Quare proportionabiliter dicta de voto Deo facto, & eius commutatione, diſpenſatione, ſeu irritatione *in cap. ex multa* 9. *de voto*, eadem & iuramento, de quo hic poſſunt agi, de quibus etiam agunt idem Sanchez. *in ſumma lib.*3. *cap.* 16. cum aliis Bonacina, Leſſius, Villalobos, Azor. quos ſequitur Egidius Trulenc. in opere morali *lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 21. 22. *&* 23. vbi de irritatione, relaxatione, deſperatione, ac commorione iuramenti. Et ſic ſolùm hic agam de commutando iuramento in opus melius, à quo fieri poſſit. Deinde agam de ſecunda parte noſtri Textus, quæ agit de iuramento inter partes reciproco, qualiter vna adimplens ſuam promiſſionem iuratam, & altera adimplere teneatur, aut econtrà.

QVÆSTIO I.

Quare non deierat, qui iuramenti implementum in melius commutat, cum Iuramentum in forma ſpecifica ſit adimplendum: Et an commutatio iuramenti, ſiue voti poſſit fieri propria authoritate: Et an neceſſario ſit facienda in melius opus, aut ſufficiat in æquale: Et quando habeat locum ſi fiat in opus inferius: Et an pœnitens propria authoritate poſſit commutare pœnitentiam ſibi impoſitam in rem meliorem: Et an ad commutandum iuramentum, ſeu votum, neceſſario requiratur poteſtas Eccleſiaſtica: Et an vt quis iurans, & vouens vnum facere, velit aliud pro eo etiam melius facere, debeat prius à primo Iuramento abſolui?

SVMMARIVM.

1 L.fin.ff. de vſu & habitatione, n.15.
2 C.commiſſ. de ſponſ.c.per tuas devoto,n.15.
3 Leuitici,cap. fin. num.15.
4 Cap.ad noſtram.7.c.debit.hoc tit.remiſ.n.15.
5 Cap.ſi verò hoc tit. remiſſiue, n.15.
6 L.penult.D.depoſiti,l.fin. C.de comp.c.fin.§. ſanè de depoſit.l.27.tit.24.p.5.n.15.
7 L.91.§. & Celſus, ff. de verb. obligat.n.15.
8 *Commutans Iuſiurandum in melius propria authoritate*

*thoritate, Reus periurij non eſt, n.*12.13.14.
*Solui aliud pro alio nequit , inuito Creditore, num.*13.14.

10 *Creditor cui ſoluitur in moneta debiti pretioſiori, ſatisfactus dicitur.*

11 L.2.§. mutui datio , ff. de rebus creditis , & num. 13.

12 *Textus noſter intelligitur, n.*13.14.

15 *Argumenta diſſoluuntur.*

16 *Commutatio iuramenti in maius bonum propria authoritate , vt fiat qualiter de maiori bono debeat conſtare. n.*17.18.19.20.

21 Cap. per tuas de voto, & n.25.

22 *Commutatio Iuramenti , vt fiat in opus melius, non eget authoritate Superioris, quid in æqualem rem, aut inferiorem, n.*26.27.

23 Cap. licet de regularibus.

24 *Commutatio Iuramenti homini facti. , non fit propria authoritate in melius , niſi , conſenſu Creditoris , & quid de voto, n.*25.

25 Cap. 1. de voto.

26 *Commutatio voti , ſeu iuramenti in rem æqualem ſatius impletur cum authoritate Superioris, quæ vtique deſideratur ſi fiat in rem inferiorem , num.*27.

28 *Commutatio iuramenti , ſeu voti in rem meliorem , non requirit cauſam , ſecùs ſi inæqualem, aut inferiorem , n.*29. *&* 30.

31 *Pœnitens quit propria authoritate pœnitentiam ſibi impoſitam à Confeſſario commutare in opus melius, n.*32. *&* 33.

34 *Confeſſarius, ſeu ſimplex Sacerdos , quando , vel quomodo queat commutare pœnitentiam ab alio impoſitam* remiſſiuè.

35 *Commutatio iuramenti, ſeu voti , per quos ſuperiores ſoleat fieri.*

36 *Iuramentum primum de aliquo faciendo, ſeu dando , quando per ſecundum ceſſat, vel non , & quorum conſenſu, n.*37.38.39.

1 EX ſuppoſitis dubiis , ſatis prima pars Textus
noſtri poteſt explicari : igitur quoad primam
difficultatis partem videtur dicendum, non benè
adimpleri iuramento promiſſum , ſi id in ſpecie
quod iuratum eſt , non adimpleatur ex regula
Textus *in l. fin. ff. de vſu , & habit.* vbi meliori re
ſoluta non liberatur Debitor inuito Creditore ;
non enim aliud pro alio ſoluendum eſt contra
2 Textum *in l.2. ff. ſi certum petatur.* † Deinde ex
Textu *in cap. commiſſum de ſponſalibus , cap. per
tuas de voto*, & ex aliis iuribus requiritur , vt
iuramentum in forma ſpecifica adimpleatur,
etiam ſi aliud opus poſtea promiſſum , quantumuis
melius quis poſt iuramentum adim-
3 plere promiſerit. † Tertiò ex illo Leuitici *c. fin.*
ibi *animal quod immolari poteſt Domino ſi quis vo-
uerit ſanctum erit, & mutari non poterit , id eſt nec*
4 *melius malo, nec peius bono.* † Quarto ex Textu *in
cap. ad noſtram , & l.1. hoc tit.* vbi is qui datis cre-
ditori pignoribus iurauerit ſe quantitatem ſibi
datam ſoluturum , adeò præcisè tenetur ad eius
ſolutionem , vt non poſſit excipere , nec com-
penſare, aut computare quantitatem percepto-
rum fructuum pignoris in principalem ſortem,
quamuis aliàs ſi non interueniſſet iuramentum,
5 fructus eſſent in ſortem computādi. † Quinto ex
reg. Textus *in cap. Debitores, & in cap. ſi verò hoc
tit.* vbi qui iurauit ſoluere vſuras , aut metu ali-
quid facere tali adimplere tenentur ratione iura-
menti , quod ſi non adimpleant , periurij ſint
niſi ante terminum ſolutionis faciendæ abſolu-
tus ſit à iuramento abſolutione , vel relaxatione
ſecundum dicta *ſuprà in cap.* 1. *&* 2. † Sextò *ex* 6
*l. penult. Cod. depoſiti ; l. fin. Cod. de compenſat.
& ex cap. fin. §. ſane de depoſito ex l.* 27. *tit.* 14.
*p.*5. ex quibus ea probatur aſſertio, quod Depo-
ſitarius omninò tenetur rem ſibi depoſitam red-
dere in ſpecie , taliter vt nulla compenſatione
vti poſſit, ſed hic ex ſola depoſiti fide obnoxius
eſt , vtpotè qui ad aliquid tenetur ſola ſimplici
promiſſione , ergo vbi interuenit iuramentum
magis tenebitur adimplendum in ſpecie promiſ-
ſum ; ſiquidem eius virtute adhuc promiſſa lege
naturali , aut Diuina prohibita debet adimplere
ex *dicto cap. Debitores* ; *& ex dict. cap.* 1. *hoc tit.*
† Septimò, quia & ſi quis ſimpliciter ad factum 7
obligatus liberetur ſoluendo intereſſe , vt com-
muniter Doctores docent per Textum *in l.* 91.
verſic. *celſus , ff. de verb oblig.* tamen ſi cum iura-
mento quis facere promiſit non liberatur præ-
ſtando intereſſe , ſed præcisè tenetur ad factum
propter iuramenti religionem ; quod in forma
ſpecifica debuit impleri , Gloſſa communiter
recepta *in leg. ſi pecunia* , verbo *neceſſe habens , ff.
de condit. cauſa data , cauſa non ſequuta.* ibi Iaſon.
*num.*23. Gloſſa *in cap. ex litteris , & l.* 2. verbo
ſub iuramento de ſponſ. † Octauò ex ſecunda par- 8
te Textus noſtri ; vbi ſi vnus non adimplet pro-
miſſum alteri dare cum iuramento , nec alter te-
netur in ſpecie ſuum adimplere promiſſum, quaſi
econtra quilibet teneatur in ſpecie adimplere
promiſſum , & facit Textus *in l.* 3. verſic. *idem
quæritur , ff. de ſtatu liberis* , vbi ſi debitor , qui
ſoluere à Creditore impeditur à ſolutione excu-
ſatur , quando tu mihi debes, & non ſoluis, quo-
dammodo impedis ne tibi ſoluam.

Sed his non obſtantibus vera eſt textus noſtri 9
deciſio in prima eius parte , qua cauetur , quod
periurij Reus non eſt , qui iuſiurandum propria
authoritate commutat in melius, & probāt com-
muniter DD. per Textum *in d. c. ad noſtram hoc tit.
. mulier* 22. *q.*2. *c. ſcripturæ c. licet de voto, c. licet de
regul. l. fin. ff. qui ſatis dare cogantur l.* 7. *tit.* 8. *p.*1.
cuius deciſionis ea eſt ratio communis : nam li-
cet inuito creditore aliud pro alio ſolui non
poſſit , *ex l.2. §. mutui, ff. ſi certum petatur*, tamen vbi
plus ſoluitur, licet ſoluatur aliud pro alio, cenſe-
tur Creditor in dubio conſentire , ſi non contra-
diceret , ſic Balboa *hic n.*5. Couarr. *in c. quamuis
pact.* 1. *p.* §.4. *n.*6. Menoch. *de arbitr. caſu* 338. Suar.
*lib.*6. *de diſp. & commut. voti, c.*18. Barb. *hic n.*2. Sot.
*lib.*7. *de iuſt. q.*4. *art.*3. D. Thom. 2. 2. *q.*88. *Art.* 12.
& in 4. *diſt.*38. *q.*4. *Art.*4.

Et quemadmodum Creditori in melius ſatiſ- 10
factum dicitur, ſi integrum debitum illi in mone-
ta magis pretioſa ſoluatur *ex l. planè ff. fam. erciſ.
c. intellecto* 33. *hoc tit.* ita ſimiliter & iuramentum
Deo præſtitum, quando illi offertur aliquid pro
anima , & peccatorum redemptione adimpletum
videri, ſi in meliori opere perſoluatur, id eſt ieiu-
nio, eleemoſina , peregrinatione, vel religione *ex
c.*1. *&* 2. *de voto*, ita ſimiliter Iuſiurandum propria
authoritate in melius commutari poterit ex *d. c.
ſcripturæ cap.*1. *cap. ex publico* cum aliis *de conuer-
ſione Coniugator* , Refert Graña *hic ſub num.* 2. &
Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*11. *cap.*10. *q.*1. hoc intelli-
git de eo , qui Iuſiurandum mutat in id , quod
eſt certo , & euidenter maius bonum : nam eo
ipſo

ipſo eſt Deo magis acceptum, & gratum, & Balboa *dict. n. 5. in fine*, infert quod ſi iurans promiſſum commutat, in euidenter meliùs adimplere videtur ex præſumpta voluntate illius, cui Iuratum eſt.

11 Sed quia adhuc obſtat *dict. l. 2. §. mutui datio, ff. de rebus creditis*. vbi inuito Creditore, aliud pro alio ſolui non poteſt, ideò Thomas Sanchez opreſſus *lib. 1. de Matrim. q. 46. num. 11. verſic. ad ſecundum* dixit Textum noſtrum loqui de voto, nam cum Deus eſt Creditor, potiùs acceptat rem meliorem, ſecùs in promiſſione homini facta. Quare Antonius de Fuentes Canonicus Lectoralis *lib. 2. c. 1. & 2.* rem hanc latè expendens, dixit Textum *in d. l. 2. §. mutui* procedere tantùm in temporalibus, non in ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis rebus propter ſummam Eccleſiæ æquitatem, quæ accipit ſatisfactionem, quam fideles reddere poſſunt.

12 Tamen quia textus noſter loquitur de iuramento promiſſorio homini facto, quod neceſſario debet impleri illi cui factum eſt; itavt in aliud commutari non poſſit, niſi vbi facta intelligitur à iure exceptio, vt dici ſolet communiter de ſtatu Religionis, vt docet Suarez *de Relig. lib. 2. c. 10.* Ideò non eſt cur videatur ſuſtineri idem Anton. de Fuent. *vbi ſuprà* dicens non pertinere ad rem, quod iuramentum debeat in ſpecifica forma adimpleri, eo quod vbi pinguior ſatisfactio redditur, non mutetur prius votum, ſed tantùm per accidens dicitur mutari; itavt hæc accidentia non ſint habenda in conſideratione ad hoc, vt iuramentum ſpecificè non dicatur ſeruatum.

13 Vnde exiſtimo quod etſi Thomæ Sanchez expoſitio queat ſuſtineri eo quod in prima parte noſtri textus nihil de promiſſione iurata, parti facta colligatur, ſed magis adaptari queant eius verba ad votum, ſeu promiſſionem, aut propoſitum Deo factum abſque Iuramento, vt patet ex verbis ibi, *non enim propoſitum, aut promiſſum infringit; qui in melius commutat*, & ſecundùm hanc expoſitionem, Angelus verb. *votum 4. q. 2. ad finem*, Soto *de iuſt. lib. 7. q. 4. art. 3.* Aragon. 22. *q. 88. art. 11.* Caiet. *ibi*, Couar. *in d. c. quamuis pactum 1. p. §. 3. n. 4.* Nauarrus *tit. 12. n. 75.* docent ex prædictis verbis quemque poſſe votum ſuum commutare in rem euidenter meliorem, & ſic qui Religionis votum fecit laxioris, ſecurè poſſit illud commutare aliam Religionem ſtrictiorem ingrediendo; quia cuique placet rem vberiorem accipere: ſequitur Villalob *in ſumma 2. p. tract. 34. n. 2.* vbi reſpondens ad Textum *in dicta l. 2. ff. ſi certum petatur* ait eius ſpeciem accipi de promiſſione homini facta: nam inter homines accidit vt non eo quod res ſit melior, graciliores exiſtant aliter, quam coram Deo accidit reſpectu voti, ſeu promiſſionis ipſi Deo factæ.

14 Verùm adhuc quia Textus noſter ſubiacet in Rubr. & titulo de iuramento, quod communiter promiſſorium dicitur, & colligitur ex prædictis noſtri Textus verbis, & clarius ex verbis eius ſecundæ partis ſecundùm quæ debet prima pars intelligi de iuramento ſcilicet homini facto, quod ab ipſo iurante quit in melius commutari, video Syluestrum verbo *iuramentum 4. q. 20. 21.* & Quintij *q. 6.* Ioannem Andream *in cap. in malis de Reg. iuris lib. 6.* Corſet. *in tract. de iuram. n. 39. & 40.* dicentes quod non ſatis ſit iuramento promiſſorio homini facto in aliqua alia ſpecie, reddendo æquiualens, nec poſſe Debitorem ſua volunrate commutare rem, quam iuramento promiſit in aliam æqualem; Imò nec in meliorem ſine ipſius Creditoris conſenſu, vt docent Canoniſtæ *in cap. ad audientiam, & l. 1. cap. peruenit, cap. quanto hoc tit. & in cap. cum inter de renuntiat.* & hanc partem ſequutus Mogrouejo *hic num. 7. & 8.* eam deducit ex illo principio, quod Iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret; ſed ſic eſt quod contractus ex natura rei impleri debet in ſpecie promiſſa, ergò multò magis quando firmatur iuramento ex reg. iuris docente, quod aliud pro alio ſolui non poteſt, niſi conſentiente Creditore, & addit apertè etiam declarari in foro interiori: Nam ſicut nemo tenetur commutare rem ſuam, ſimiliter nec rem ſibi datam commutare cogendus eſt; quod fortius procedit in iuramento, cuius virtute obligamur facere verum, quod iuratum eſt. Itaque concludit *ibi num. 9.* licitè poſſe fieri commutationem conſentiente Creditore, non ſolum in æquiualens aut maius, ſed etiam in minus, cum tale iuramentum eam includat conditionem, niſi Creditor conſentiat iuxta ea quæ latè dixit *in cap. 1. hoc tit.* vbi idem ego etiam dixi.

His itaque ſic præhabitis non obſtant iura in 15 principio adducta ſub *num. 1.* quibus ex dictis reſponſum ſatis datum videtur, & ſic breuiter ex illis intelliges Textum *in dicta l. fin. ff. de vſu, & habitat* cum *dicta l. 2. §. mutui datio, ff. ſi certum petatur*, expendit Graña *hic num. 9.* ſecundum diſtinctionem relatam de promiſſione Deo facta aut homini, nec ſecundum ex Textu *in dicto cap. commiſſum de ſponſ. cap per tuas de voto*; quia præter quam quod hæc iura non ſunt contra declarationem textus noſtri: Tamen quia textus in *d. c. cōmiſſum*, loquitur de promiſſione parti facta neceſſum eſt, vt periurium fugiatur promiſſum prius adimplere, vt ſic poſtea ad Religionem Sponſus; de quo ibi tranſeat, & textus *in dicto cap. per tuas* intelligitur poſtea in verſic. *ad tertiam.* Non obſtat tertium ex loco ibi relato leuitici, *cap. fin.* quia reſpondetur legem illam antiquatam eſſe aduentu nouæ legis Chriſti Domini loquitur enim de voto, quod tunc in melius commutari prohibebatur, & cum hoc ad Ceremonialia veteris legis pertineret omninò ceſſaſſe fatendum eſt poſt Chriſti aduentum iuxta ea quæ tradit Suarez. *tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 18* & dico latè *in cap. tranſlato de conſtitution. & in Rubr. & tit. de purificatione poſt partum.* Quarum & quintum non obſtant ex Textu, *in dicto cap. ad noſtram, & in cap. debitores hoc tit.* quæ iura ſatis intelliges ex his quæ adduxi *ſuprà in cap. 1. & infrà* ſuis locis expendo, *& in cap. ſi verò eodem.* Non ſextum *ex dicta l. penult. Cod. depoſiti, & ex cap. 1. depoſito, l. fin. Cod. de compenſation.* cum aliis; quia reſpondeo eam eſſe naturam depoſiti, vt nullo modo compenſationem admittat propter exuberantem eius fidem de quo dico *in dicto cap. 1.* & ſic Balboa *hic n. 33. in fine*, ait idem reſpectu iuramenti tenendum eſſe propter eius magnam Religionem & fidem: Nam ſi hoc ſpeciale eſt in depoſito propter fidem quam tenetur ſeruare Depoſitarius à fortiori dicendum eſſe in iuramento propter fidem Religionis, vbi Deus ipſe adducitur in Teſtem; Sed aliter ex multis videtur ſentire, Barboſa *in dicto capite ad noſtram, numero 2. & numero 8.* vbi *numero 9.* ex aliis concludit quod ſi quis iuraſſet, verè ſoluere nunquam com-

penſationem obiicere poſſit, quia compenſatio ficta ſolutio eſt. Nec ſeptimum, ex quo potius ratio Textus noſtri confirmatur. Non octauum; & vltimum, cuius deciſio ſpectat ad ſecundam noſtri Textus partem.

16 Ad ſecundam quæſtionis partem, an commutatio Iuramenti, ſeu voti poſſit propriâ authoritate fieri? Affirmatiuè reſpondendum videtur in iuramento homini præſtito, & multo ſecuriùs ſi Deo tantùm aliquid voueatur, aut à iurante promittatur ex dictis, *quæſtione præcedenti* iuxta diſtinctionem, de qua *ibi*, Et videbis quæ tradit Trulenc. *in opere morali lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 23. *num.*4. cuius doctrina ex dictis ſub diſtinctione intelligitur de Iuramento ſoli Deo facto, aut homini.

17 Dubium tamen eſt, quando dicatur maius bonum ad hoc, vt hæc commutatio locum habeat in quo vt reſpondeam aduerto dupliciter poſſe aliquid dici maius bonum, primò abſolutè, & in ſe, quia res eſt ſuperioris virtutis, & ſecundùm hoc oratio excedit ieiunium. Secundò dicitur maius bonum, quod melius futurum eſt ipſi vouenti, aut iuranti, vt conſequatur gratiam Dei, & charitatem, nam quamuis melior ſit oratio ieiunio, eleemoſina, cilicio, ſed non ſemper illud melius eſt iſto, ipſi vouenti, quia conſiderato tempore, & perſonæ qualitate, ſeu eius diſpoſitione poterit eſſe placidior Deo, & maioris vtilitatis illi qui vouet adimplere potius
18 id quam illud. † Ob id ad commutanda vota ſeu iuramenta debet attendi potius vtilitas ſpiritualis ipſius vouentis, quam quod virtus in ſe maior ſit, tradit Azor. 1. *tom. moral. lib.*11.*c.* 18. *q.*13. *num.*81. Leſſius *de iuſtitia lib.*2. *cap.* 40. *dubio* 11. *n.*91. & addit Syluester in verbo *votum*, hoc non eſſe cum ſcrupulo arbitrandum: nam ſufficit conſiderare æqualitatem ad arbitrium boni viri, culpa, & dolo ceſſante.

19 Vnde in praxi dicit *vbi ſuprà*, Azor. quod qui votum facit peregrinationis per commutationem poteſt labor itineris, ſi pedexter iturus eſſet, ſuppleri per ieiunium, itavt vna dies ieiunij correſpondeat alteri itineris, & quod expenſæ in iti-
20 nere faciendæ errogentur pauperibus. † Imò Sayrus *in Claui Regia lib.* 6. *cap.* 11. ait quod quatuor dies, in quibus Equeſter vouens iturus erat, poſſunt commutari cum vno die ieiunij.

21 Ex his expendo Textum *in cap. per tuas de voto*; quia licet Epiſcopalis dignitas excellentior ſit Monachali, *cap. licet*, verſic. *illa de regul. cap. niſi cum pridem*, §. *nec putes de renuntiatione*: Tamen non potuit abſque authoritate Superioris *in dict. cap. per tuas*, electus ad Epiſcopatum illum acceptare, cum dubium eſſet an ex parte acceptantis gratior Deo redderetur, *ex cap. ſancta* 2. *q.* 7. *cap. qui Epiſcopatum* 8. *quæſtione* 1. de quo latè dico *ibi*.

22 Ad tertiam difficultatis partem, ſuppoſitis ſupra adductis dico quod ad hoc vt fiat commutatio in opus melius non eſt neceſſaria authoritas Superioris ex noſtro Textu, & ex Textu *in dicto cap. ſcripturæ ex voto* ibi *Reus facti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam naſcitur religionis obſeruantiam commutare*: ſed in voto ſufficit ipſa vouentis commutatio reſpectu
23 Dei. † Nec obſtat Textus *in cap. licet de regular.* quia reſpondeo Textum illum in ſua ſpecie potius confirmare noſtram ſententiam; Siquidem ibi etiam petita, & non obtenta licentia à Superiore, licet Religioſo ad aliam Religionem ſtrictiorem tranſire, non enim ibi Superioris licentia petitur vt neceſſaria, ſed tantùm ad vtilem, cum velit, aut nolit Superior licitus eſt tran-
ſitus. † At in iuramento promiſſorio homini 24
facto fiet commutatio in meliorem, in æqualem aut minorem rem ex aſſenſu Creditoris, eo deficiente, ſeu contradicente ex dictis *dubio* 1. non habebit locum commutatio, aut ſaltim ſi permittatur reſpectu maioris boni ex doctrina *ibi*, iacta non item reſpectu æqualis, aut inferioris.

Notabis verò quod inter iuramentum, & vo- 25
tum nulla eſt differentia, vt quis poſſit propria authoritate in euidenter meliús commutare, ſi verò dubium ſit, an commutatio ſit in melius, tunc conſulendus eſt Superior iuxta Textum ſic intelligendum *in cap.* 1. *de voto*, notant D.Thom. 2.2. *dicta q.*88. *art.*12, ibi Caietanus, Couarr. *in cap. quamuis* 1. *p* §.4. *n.*6. Graña *hic n.*7. & accipit lucem Textus *in dicto cap. per tuas*; quia vt ait Leſſius *de Iuſt. lib.*2. *cap.*40. *n.* 89. contra Vibaldum *cap.*14. §.15. *num.* 73. Epiſcopatus non dicitur perfectior religione; eò quod ſit gratior Deo, ſed tantùm quia ſecundùm bonum ordinem ſupponit perfectionem; eo quod exigat perfectam charitatem, ſed hoc reſpectu electi poteſt non eſſe gratius Deo quàm ſtatus Religionis: alia refert expendens Villalob. *in ſumma dict.* 2. *p. tract.* 34. *dif* 31. *n* .7.

Tamen ſi commutatio de voto, aut Iuramen- 26
to ſoli Deo facta ſpectet ad æquale, ſeu inferius bonum, communiter docent DD. deſiderari Prælati authoritatem ad hoc vt commutatio locum habeat, & reſpectu boni inferioris omnes fatentur, reſpectu tam æqualis boni, idem etiam docent Iuriſtæ *in cap. licet de pœnit. & remiſ.* Theologi poſt D.Thom. 2.2 *p.*28. *art* 12. Caietan. *ibi*, Angelus verb. *votum* 4. *q.*2. *ad finem* Couarr. *in cap. quamuis pactum de pactis, lib.*6. 1. *p.* §. 3. *n.*4. Azor. *tom.*1. *lib.*11. *cap.*18. *q.*2: & patet ex textu *in c.* 1. *de voto* ibi, *reſpondemus quod ab eius, qui præſidet pendet arbitrio: vt conſideret diligentius qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis.*

Alij verò dixerunt quod commutatio in rem 27
æqualem poteſt fieri à ſolo vouente ſine iure Superioris authoritate, ſic docent Menna *in ſumma lib.*1. *cap.*14. §.7. Soto *de Iuſt. lib.*7. *q.*4. *art.*3. Fr. Ludouicus Lopez *in ſumma cap.*49. *in fine*, dicentes hoc admitti ex iuſta cauſa, ſed ſecurius eſſe ſi accedat authoritas Superioris Prælati, aut adminùs prudentis Confeſſatij, vt docent Vibaldus *cap* 14. §. 15. *in fine*, nec diſſentit Leſſius *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 40 *dubio* 11. *num.*91. ſequitur vt nimis probabile Villalob. *in ſumma* 2. *p. tract.*34. *num.*5. dicens in hac ſententia non deſiderari Suriotis authoritatem, niſi quando adeſt dubium æqualis boni, imò addit quod ſecundúm contrariam ſententiam non erit lethale peccatum, vt commutatio fiat in æquale per ſolum vouentem abſque Superiore, quia hic non datur grauis offenſa, vt conſiderat Ledeſma *in ſumm.*2.*p.tract.*10. *cap.*8.*p.*1117.*col.*2. Plures pro vtraque parte adducit Diana *p. tract.* 16. *miſcel.*2. *reſ.* 7. vbi reſoluit quod ineuidener æquale poteſt fieri commutatio à ſolo vouente, quia vtraque materia dicitur grata Deo, & addit ex mente Aduerſariorum, quod quamuis fiat commutatio in opus æquale, aut minus non eſt omninò irrita, ſed tenetur vouens, vel primum votum adimplere aut ſupplere & hoc propria authoritate. Videbis quæ tradunt

Sanchez

Sanchez *in ſumma lib. 3. cap. 19.* Bonacina *tom. 2. diſput. 4. cap. 1. punct. 17.* Sayrus Azor & alij quos ſequitur Trulench. *in opere morali, lib. 2. c. 1. dub. 2. n. 4.*

28 Ad quartam quæſtionis partem, quando nempe habeat locum commutatio voti in rem peiorem, ſiue inferiorem? iam ex prædictis ſatis reſpondebis: etenim reſpectu voti, ſeu iuramenti Deo præſtiti ſemper deſideratur voluntas, ſeu Authoritas ſuperioris, & reſpectu iuramenti homini præſtiti, deſideratur creditoris conſenſus, vt iam eſt dictum.

29 Verùm ſi quis velit commutare votum ſuum propriâ Authoritate in opus maius, cauſa neceſſaria non eſt, ſecus ſi in opus inferius, docent Abbas *in cap. 1. de voto*, Azor *tom. 1. moralium, dict. lib. 11. cap. 18. quæſt. 3.* cum aliis ab eo relatis; & addit Ledeſma *in ſumm. 2. p. tract. 10. cap. 8. circa finem*, verſic. *hablando de pura*, quod quando pura commutatio fit ſuperioris Authoritate, & ſufficiens cauſa, vt vouens mauult illud adimplere in materia commutata, quàm in materia promiſſa, quando Villalobos intelligit *dicta 2. p. tract. 34. dif. 31. n. 8.* quando fit commutatio in æquale; quia ſi fiat in rem minorem, habet diſpenſationis mixturam, ob id que deſiderari legitimam cauſam, vt tradit Leſſius *dicto lib. 2. de iuſt. cap. 40. dubio 11. num. 97.*

30 † Vbi ait quod ſi eſt dubium, an fiat commutatio in æquale, ſufficit, vt qui vouit notabiliter in adimplendo, moleſtandus ſit, aut quod grauis fragilitas cum periculo votum frangendi, aut repugnantia Patris, Mariti, ſiue quid ſimile ad arbitrium boni viri prudentis: tamen ſi in minus bonum commutetur, debet adeſſe maior cauſa; eo quod mixturetur diſpenſatione.

31 Ad quintam quæſtionis partem, an pœnitens in foro animæ poſſit propria Authoritate commutare pœnitentiam ſibi impoſitam à confeſſario? Videtur negatiuè reſpondendum; eo quod eſt diſpar ratio de commutatione voti, & pœnitentiæ, quia lex implendi pœnitentiam, non à ſe, ſicut voti, ſed à confeſſario emanauit, quam legem ipſe poteſt tollere. Quare hanc partem tenent, & ſequuntur Canonic. *de ſacram. diſp. 10. dubio 12. num. 13.* Sanchez *in ſumma tom. 1 lib. 4. c. 11. num. 36.* Sancius *in ſe lectis, diſp 14. num. 21.* vbi ſic ait: *negamus poſſe pœnitentem mutare ſuam pœnitentiam ineuidenter meliorem, cum non poſſit in ſe ipſum iudicij exercere actum Sacramenti pœnitentiæ*, docent etiam Henriquez *in ſumma lib. 5. cap. 20. num. 5* Reginal *in praxi tomo 1. lib. 7 cap. 8. num. 85.* quam partem probabiliorem dicit Diana *p. 3. tractatu 4. reſolut. 53.* Graña *hic ſub num. 8. in fine.*

32 Pro contraria ſententia faciunt quæ ſupra de voto, ſeu iuramento commutando in meliorem rem propria anthoritate vouentis, ſeu iurantis, adduxi, & pro hac parte plures adducit ipſe, Diana *p. miſcell. reſ. 53.* Portel *in additionibus ad dubia regularia*, verbo *pœnitentia Sacramentalis*, *num. 6.* Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 9. dif. 79. num. 1.* vbi dicit eam commutare poſſe in maius bonum, cum tale ſic appareat in ratione medicinæ, & ſatisfactionis, vbi ſatisfacit contrariis dicendo non obſtare ſic fuiſſe impoſitum à confeſſario; quia cum maius bonum ordinatur ad maiorem ſalutem ipſius pœnitentis, ſequitur vt ſi confeſſarius ſciret voluntatem pœnitentis volentis pœnitentiam ſibi ab eo impoſitam in meliorem rem commutare, quæ talis euidenter appareat, ei non contradiceret; imo & eam partem præciperet. 33 † Quo fit non eſſe cenſendum vt pœnitens ſibi nouam legem imponat authoritate propria mutando pœnitentiam, nec quod actum iudicij exerceat, & iuriſdictionis: nam quoties quis abundantiorem ſolutionem offert pro debito, quam eſſet ex lege adſtrictus, legem non ſoluit, ſed abundantius implet; & ſic pœnitentem hoc in caſu implere vberius legem a confeſſario impoſitam; præcipuè ſi conſideres de reddendo Deo ſatisfactionem in rem meliorem, ſicut de voto iam dixi, non de ſoluendo homini creditori, in quo difficilius conſideratur ſine eius conſenſu ex late adductis, *ſupra dubio 1.*

34 † Agi hic poterat, an confeſſarius, ſeu ſimplex ſacerdos queat pœnitentiam commutare, & qualiter? Verùm quia de hoc, & de aliis dico *infra in cap. licet, de pœnit. & remiſ.* id eo ad *ibi* dicta recurres, interim videbis Suarez *in 3. p. tom. 4. diſputat. 38. ſect. 10. num. 16.* Sancium *in ſelectis, diſput. 14. num. 13. & 17. & diſp 15. num. 13.* Dianam *dicto tract. 4. p. 3 reſ. 53.* à verſic. *notandum, & p. 1. tract. 15. miſcell. 1 reſ. 53.* Vbi agit ex multis de dubio, an vnus confeſſarius poſſit impoſitam pœnitentiam ab alio commutare, & an commutatio facienda ſit in Sacramentali confeſſione, vel extra, vbi etiam in verſic. *& hac dicta* agit de dubio noſtro.

35 Ad ſextam quæſtionis partem, an ad commutandum votum, vel iuramentum, neceſſario præ-requiratur poteſtas Eccleſiaſtica? Vt reſpondeas repetes hic quæ *ſupra* adduxi *cap. 1. hoc tit.* de relaxatione iuramenti à quo ſuperiore fiat, *ibi q. 1.* verſic *ad quartam, & quæſt. 2.* vbi plura ad praxim, & reſpondebis etiam ex dictis *ſup.* in noſtra quæſtione, & Trulench. *in opere morali, lib. 1. cap. 2. dubio 45. 46. & 47.* vbi latè agit de quæſtione, an ſemper ad commutanda vota deſideretur poteſtas Eccleſiaſtica, ſeu an propria authoritate poſſint commutari? Quid ordinaria poteſtate? Et de facultate delegata? De quo latè dico *in dicto cap. 9 de voto*, & quatenùs ad noſtrum dubium ſpectat ipſe *lib. 2. cap. 1. de dubio 23.* ait quod Papa poteſt commutare omnia iuramenta, quæ alios poterat diſpenſare, & ſimili modo Epiſcopus; quia omne iuramentum eſt Papæ, vel Epiſcopo reſeruatum. Et per inde cum facultas diſpenſandi maior ſit, quàm ad commutandum, qui delegatam habet poteſtatem ad diſpēſandum, queat, & commutare, non ſic è contra, cui eſt data facultas commutandi, poſſit & ea diſpenſare; qui enim diſpenſat, omnino tollit obligationem; qui verò commutât, non tollit, ſed illam materiam transfert. Tamen prædicta intelliguntur de Iuramento, ſeu voto Deo facto; quia ſi iuramenta fiant homini, & ſint acceptata, nullam que turpitudinem contineant, non poterunt commutari, nec diſpenſari poteſtate ordinaria, aut delegata; quia nec à ſummo Pontifice diſpenſari poſſunt, niſi incertis caſibus, de quibus ipſe *ibi, num. 5. & 6. dict. dubio 23.* cum aliis ab eo relatis, quoram Dicta intelligentur ex iam adductis. Et ſunt Vuelud. Sanchez *in opere morali. lib. 4. cap. 49.* Suarez *de re leg. lib. 6. cap. 18.* Bonàcina Henrtiquez, Azor, Sairus Leſſius & alij relati Trulenc. *ob ſupra.*

36 Ad vltimam quæſt, partem, de illo, qui prius iurauit vnum facere, ſi aliud poſtea voueat, aut iuret ſit neceſſarium, vt à primo iuramento abſoluatur antequam pergat ad executionem ſecundi iuramenti

menti; etiam ſi in melius primum commutaret, per ſecundùm iurauerit; & in hoc dubio videtur affirmatiuè reſpondendum ex Doctrina Text. *in cap.1.cap.debitores,cap.ſi verò, cap.verum cam aliis, hoc tit.* Tum etiã quia ſicut ſupra dixi commutans votum, ſiue Iuramentum in rem inferiorem, teneatur adimplere, quod deeſt primò voto, ſiue iuramento; ergo ex eo oritur; quia primum votum non aufertur per ſecundum. Tertio ex Textu *in cap.ea te credimus 22.hoc tit.* vbi ſi vnum iuramentum vni debitum, alteri præſtetur, illicitum eſt,& eo non obſtante,cui debetur,præſtandum eſt,vt tradit Suarez *de religione, tom.2.tract. de iuramento,lib.2.c.34.n.5.* multis adductis Barboſa *ibi.*

37 Ego autem exiſtimo dicendum quod ſi qui ſe-
cundò iurauit rem meliorem parti, aut Deo iura-
uit ſoluere, tunc quemadmodum poteſt abſque
Authoritate Prælati commutare rem inferiorem,
quam promiſerat Iureiurando ſoluere pro re me-
liori, multò vberius poterit,ſi ſecundò iurauerit
rem meliorem ſoluere. Sin autem res ſit æqualis,
tunc erit neceſſaria authoritas Prælati, etiam ſi
tali commutationi accedat iuramentum ſecun-
dum; quia iam per primum erat obligatus ad ad-
implendum in ſpecie,ſecundùm *ſup. dicta*, habita
diſtinctione inter commutationem rei æqualis &
38 peioris. † Sin verò iuramentum ſecundùm fiat
ſuper eadem re ſoluenda alij, quàm cui per pri-
mum iuramentum promiſſa erat:tunc reuera re-
laxatio, ſeu abſolutio erit neceſſaria à primo iu-
ramento, vt ſecundùm iuramentum locum ha-
beat;& hoc etiam ſi turpitudinem,metum,aut in-
iuriam contineat prima promiſſio ex dictis *ſupra*
39 *cap.1.& 2.* † Quod ſi primum iuramentum ſit
de re licita, & omni ex parte licitum, exiſtimo,
vt nullo vnquam modo poſſit ſecundùm iura-
mentum de eadem re ſuſtineri abſque conſenſu
creditoris,cui primo iuratum fuit ex adductis pro
prima Doctrina.

Pro ſecunda Parte Textus noſtri.

QVÆSTIO II.

Quare non teneatur vinculo Iuramenti is, qui promiſit, ſi alter ex parte ſua non adimpleuerit, cum fides ſemel præſtita, etiam altero non implente, ſeruari debeat: Et an hoſti ſit fides ſeruanda: Et an vti liceat inſidiis in Bello, & promiſſum frangere: Et an contractus reciprocus, ſit adimplendus: Et an frangens fidem publicam, hoc eſt offendens eum, qui à Principe ſaluum conductum habet, incidat in crimen leſæ Maieſtatis?

SVMMARIVM.

1 Cap.quod Deo 33.q.5.& à n.6.
2 Cap.innocens 22.q.4.& n.6.10.11.& 12.
3 Cap.nolli 23.q.1.& n.13.& 16.
4 L.nam & ſi ſeruus,ff.de negotiis geſtis.
5 *Promittens adimplere promiſſum non tenetur, ſi ab altare parte non adimpleatur:& quare;fallit,à n.6.*
6 *Argumenta diſſoluuntur.*
Promiſſio pura,& non reſpectiua debet adimpleri,etiam ſi altera pars non adimpleat promiſſum: Expenditur,n.7.8.9.
7 Cap.ſicut 29.§.Iuramentum,hoc tit.
10 *Iuramentum Ioſue præſtitum Gabaonitis, promiſſum non adimplentibus, fuit adimpletum:Et quare,n.11.& 12.*
13 *Fidem eſſe hoſti ſeruandam,qualiter intelligatur, n.15.16 & 17.*
17 *Promiſſio facta non reſcinditur,quando captiuitas eſt iuſta.*
18 *Facinus Marci Attilij refertur.*
19 *Inſidiis, & extratagemis licet in Bello vti.*
20 *Contractus reciprocus vtrinque debet adimpleri, vna deficiente parte,alias non tenetur.*
21 *Secreti promiſſio inter duos facta, nunquid obliget ſi vna pars illud fregerit propalando.*
22 *Fidem publicam offendens,incidit in crimen leſæ Maieſtatis.*
33 *Saluus conductus à Principe conceſſus;& fractus non punitur pœna frangentis fidem publicam.*

AD primam difficultatis partem dubium fa- 1
cit primo Textus *in cap.quod Deo 33,quæſt.5.*
vbi ſi vir, & vxor continentiam promittant in-
ter ſe,& alter ſua parte non adimpleat, alter ta-
men adimplere tenebitur: † Secundò Textus *in* 2
c.innocens 22.quæſt.4. quo pace inita per Ioſue, &
Iuramento firmata cum Gabaonitis, conſtat ibi
dolo, & fraude Gabaonitarum fuiſſe deceptum
Ioſue, & nihilominus fidem iuramenti ſeruaſſe,
nec auſum fuiſſe rumpere. † Tertiò quia Augu- 3
ſtinus ſcribit,*in cap.noli 23. quæſt.1.* etiam hoſti fi-
dem ſeruandam. † Quartò ex Textu *in l. nam* 4
& ſi ſeruus ff.de negotiis geſtis, vbi dicitur: *cum à
luſitanis tres capti eſſent,& vnus ea conditione miſſus
vt pecuniam pro tribus afferret, & niſi rediiſſet, vt
duo pro eo quoque pecuniam darent, iſque reuerti no-
luiſſet; & ob hanc cauſam illi pro tertio quoque pecu-
niam ſoluiſſem, æquum eſſe Prætorem in eum reddere
iudicium,* & facit Textus *in l.5 ff.de captiuis,& reg.
Textus in cap.1.& 3,de pactis,l.1.ff eodem,l.1.ff.de
conſtituta pecunia,l.conuentionem 5.C.de pactis l.1.
§.non fuit ff.de dolo.*

His tamen non obſtantibus defendenda eſt 5
noſtri Textus deciſio in prædicta ſecunda eius
parte;eo quod iuramentum confirmat, & ſequi-
tur naturam contractus,cui abhæret,vt *in l.ſi quis
pro eo,ff de fideiuſſorib. l.fin. C. de non numer.ta pe-
cunia*, tradit Balboa *hic n.90.* ex eo, quia is, qui
contrahit ſub mutua conditione ea lege oblige-
tur, ſi ab vtraque parte ſit impleta conditio, &
non aliter, ſicut & idem eſt ſi quis ſub conditio-
ne promiſerit, nam tunc ſuſpenditur contractus
pendente conditione,nec ante implementum te-
netur,*l.legata 41.ff.de conditionib. & demonſtratio-
nib.l.ſi nominatim,§ fin.ff eodem,tit.* At ſic eſt quod
frangenti fidem,non eſt ſeruanda fides, *l.4. C. de
pactis,l.ſi conuenerit. ff. pro ſocio*; ergo vno ex pro-
mittentibus deficiente,alter teneri non debet;&
ſic Textus noſtri concluſionem confirmant Iura
in cap infidelis,& fere per totam 28. *quæſt. 2. cap.
ſicut,§.Iuramentum,hoc tit. l.ſi conuenerit 18.ff.pro
ſocio,l.cum proponas 21. Cod. de pactis ſcribentes, in
cap.1.& per totum de treuga,& pace,* vbi plura ad-
duco,Menoch.*de arbitriis caſu 376.n.26.* Pechius

in

in reg.mutare 33.*à n.*5.*de regul.Iuris,lib.*6. Perez *in l.*1.verſic.*dubitatur tertio,tit.*8.*lib.*4. *ordinam. & in l.*18.*Gloſſa* 1.apud medium,*tit.*19.*lib.*8.*ordin.* Cujacius *in l.*1.*&* 4.*ff.de pact.* Graña *hic n.*2. & fere per eadem verba, Barboſa *in additionibus ad hunc Textum tom.*6.*num.*1.*&* 2.& multis aliis ex antiquioribus adductis *tom.*1.*col. ad noſtrum Textum, num.*1.*&* 4.vbi cum Tyraquello,Mario Antonio; Trentacinquio,Seraphino,& aliis,dicit quod fides non ſeruatur ei,qui fidem frangit,de qua reg.cum multis Farinac.*in praxi crim.p.*1.*q.*29.*n.*65.& Tuſcus *tom.*3.*littera,F,concl.*337.à principio,eam ampliat procedere etiam,ſi interueniat iuramentum.

6 Nec obſtant in contrarium adducta, non primum ex Textu *in dict. cap. quod Deo* 3; *q.*5. nam præterquam quod Doctores varias interpretationes adducant, quidam dicendo eum Textum intelligendum eſſe in obligatione mutua, nondum tamen reſpectiua, vbi ex mutuo conſenſu vterque obligatur coniux, hoc dictum repellens Mogrouejo omnino videndus *hîc à num.*92. 93. *&* 94.ita deducens ex verbis ipſius Tex. *in princ.* & in verſic.*Iuramentum,n.*95.ait veram interpretationem ex eo pendere,quoniam promiſſio iurata, de qua loquitur Textus ille & ſi reſpectiua non fuit ſub conditione, ſed pura: quo caſu firmiter obligatur Iuramenti vinculo, etiam altero fidem frangente; quia ſibi debet imputare, qui apertius legem non dixit ex vulgari allegatione, *in l.veteribus,ff.de pact.*ſed Textum,*& in dict.*§.*iuramentum*,procedere in contractibus conditionalibus,in quibus ceſſante conditione, & conſequenter ceſſat obligatio,& cum prædicta diſtinctione reſoluit prædictum axioma *frangenti fidem fides frangatur eidem*,intelligendum eſſe quidquid inuoluunt Doctores *in l.cum proponas la.*2.*Cod.de pact.* & commendat Graña *hic n.*3. vbi ſic interpretatur omnia iura in contrarium adducta Balboa,*vbi à n.*96.laté interpretatur,& eodem modo Text.*in d.c.innocens* 22 *q.*4.vbi de iuramento Ioſue,& Gabaonitarum.

7 Sed quia hæc interpretatio, & diſtinctio non parum inuoluitur ex *d.c.ſicut* 29. §. *Iuramentum, hoc tit.*vbi iuramentum puré præſtitum fuit,& tamen Pontifex ibi reſpondet iurantem ad eius obſeruantiam non obligari; & ſic videtur vt nulla inter conditionales, & puras obligationes conſtituatur: Quare & ſi multi exiſtiment illius deciſionis rationem ſimilem eſſe cum noſtra diſtinctione,vt hic expendit Graña *n.*4. ideo neceſſum eſſe videtur, vt alio ſolutio perquiratur ad Text. *in d.c.quod Deo.*

8 Vnde licet Soto *de iuſt.q.*3.*art.*1.*col.*1.dicat ſpeciale eſſe in voto continentiæ ab vtroque coniuge emiſſo, etiam cum mutuo vtriuſque conſenſu quod altero non implente, alter nihilominus teneatur ex voto. Tamẽ probabilius difficultas eius diſſoluitur,cum communi, de qua loquitur Decius *in c.conſtitutus n.*2. *de appellat.* quem ſequitur Barboſa *hic ſub,n.*3.verſic.*non obſtat,* nempe altero coniuge non adimplente, alterum teneri ad ſeruandam continentiam, quia regula *frangenti fidem*,de qua *in d. l.cum proponas*, cum ſimilibus, ſolùm habet locum reſpectu vnius, & eiuſdem diſpoſitionis, non autem reſpectu diuerſarum, quia in diuerſa,& ſeparata diriguntur: nam cum in eo Textu non vnicum votum continentiæ ſed duo fuerint emiſſa, & vnuſquiſque principaliter teneatur ex ſuo voto ad continentiæ obſeruantiam,merito obligabitur, licet alius labatur, ſic illi.

9 Sed hæc explanatio videtur etiam inuolui ex eo quod ſeparatæ obligationes, ſi agatur de euitanda earum pœna, compenſantur ad inuicem ipſo iure ex Textu cum Gloſſa *in l.ſi conſtat, ff. de compenſationib.* vnde prouenit quod emphyteuta, qui non ſoluit canonem,non incurrit pœnam cõmiſſi, quando Dominus directus, erat debitor in pari, ſeu maiori quantitate; quoniam ad euitandum pœnam commiſſi,fit compenſatio ipſo iure, vt notauit Iaſon *in l.*2.*num.*60.*Cod.de Iure emphit.* Socin.*conſ.*69.*num.*5.*vol.*1. Gama *deciſ* 91. *num.*2. Ergo malè Decius,& Barboſa,quare videtur gratio ſolutio communis ex Balboa, Graña, & aliis inter promiſſionem reſpectiuam, & puram, & eam,quæ conditionalis eſt.

10 Nec obſtat Textus ſecundò adductus *in d.cap. innocens* 22. *q.* 4. quia etiam venit intelligendus cum diſtinctione de qua *hic n.* 3. Graña intelligens puré Ioſue fuiſſe obligatum iuramentum præſtitum Gabaonitis adimplere; & ſic videtur comprobari ex Nicolao de Lyra *ſup.c.*9.*Ioſue,* & facit in confirmationem illud *Reg.c.*1. vbi conſtat Dominum grauiter puniiſſe Domum Saul; eo quod occidiſſet Gabaonitas contra iuramenti tenorem præſtitum per Ioſue, & alios Principes Populi;& ſic fit vt ſi iuramentum illud fuiſſet vanum, & abſque vinculo Religionis, non fuiſſet cauſa, ob quam à Deo iratus eſſet Dominus aduersùs Domum Saul:& D. Ambroſius hanc partem defendens,*lib.*3.*de officiis, c.*10. motus eſt eâ ratione:nam Ioſue pacem cum Gabaonitis firmauit,ne vt puniret Gabaonitarum infedilitatem,in aliam incideret,& patet ex verbis,*d.c.innocens*, in verſic.*Ioſue tamen pacem quam dederat, reuocandam non cenſuit;quia firmata erat Sacramenti religione,ne dum alienam perfidiam redargueret ,ſuam fidem ſolueret;mulctauit tamen eos vilioris obſequio miniſterij, clementior ſententia,ſed diuturnior.*

11 Sed D Auguſtinus ex facto Ioſue cum Gabaonitis nullam inducit obligationem,*q.*15.*ſuper Ioſue, c.*9. Vbi Arias Montanus, & Maſius, & ad vtramque partem,diſputata quæſtione,*d c.*9.*ſuper Ioſue, q.*25. hanc ſequitur, ex eo,nam illud iuramentum erat contra legem Dei,vt probat ex illo, *Deuteronomij,c.*20.nempe vt de gentibus,quarum Iſraelitæ terram accepturi erant in poſſeſſionem, nullam dimitterent occidentes in ore gladij, tam viros, quam fœminas, paruulos, & ſenes; quia Iuramentum de non occidendis Gabaonitis, qui erant Cananei, non potuit obligare. Secundò quia Iuramentm illud ſub conditione præſtitum fuit, ſuppoſito videlicet, quod non eſſent de terra, quam Iſraelitæ in poſſeſſionem accepturi erant; & ſic cum defeciſſet conditio, conſtare, vt nulla ſit iuramenti obligatio: & ſecundùm hanc expoſitionem potius videtur vt deciſio Textus *in d. c. innocens*, confirmet deciſionem noſtri Textus.

12 Quare & ſi ex illo iam adducto, *cap* 21. *Regum*, grauiter per Deum puniretur Domus Saul; eo quod occidiſſet Gabaonitas contra tenorem iuramenti præſtiti per Ioſue, & alios Principes Populi. Tamen reſpondetur quod & ſi in radice fuiſſet inualidum, poſtea verò actu ſubſequenti Ioſue confirmatum fuit; qui poſtea,detecta fraude, pacem firmauit, & infert Mogrouejo *hic num.* 101. credendum eſſe ſpeciali ordinatione Dei, factum id fuiſſe ad euitandum gentilitatis ſcandalum, quæ forſan habebat notitiam pacis initæ, non verò fraudis,& concludit eſſe dignam

admiratione illam magnam Religionem Ioſue, & aliorum Principum, qui fraude iniuriati, quando eis facilis erat vindicta ad eo præſtiterunt obſeruantes Religionis iuramenti, vt noluiſſent Gabaonitis manus imponere. Conſtat ergo quod detecta fraude Gabaonitarum, eos ſolùm vocauiſſe Ioſue, & illos interrogaſſe, quâ ratione auſi fuiſſent eos decipere; & cum faterentur id propter eius metum factum fuiſſe, & veniam miſericorditer petiuiſſe, Ioſue; tamen conceſſa, eos tantùm damnaſſe, vt eſſent perpetuò aquæ Ductores populi; imo vt D. Auguſtinus ait, *dict. quæſt.*13. Principum promiſſio non fuit voluntaria, nec eius Iuramentum, cum decepti eſſent in ſubſtantia contractus; quia lex Diuina, quæ prohibebat Iſraelitis pacem inire cum vicinis, eamque cum exteris permittebat, reſpexit ad periculum idolatriæ propter vicinitatem, & communicationem confœderatorum, quod in exteris non contingebat.

13 Ad Textum *in dicto cap. noli* 23. *quæſt.* 1. qui loquitur de ſeruanda fide hoſti, bene reſpondetur ex dubio ſequenti, in verſic. *ad ſecundam quæſtionis partem*, vbi etiam intelligentur cætera alia iura in argumento adducta, quæ etiam intelliguntur ex adductis *hic* pro reſponſione ad Textum iam relatum quod Dec. 33. *quæſt.* 5. vt expondit Graña *hic dict. numero* 3. & alij communiter.

14 Ad ſecundam quæſtionis partem, an hoſti ſit fides ſeruanda, de qua ſunt videndi Menochius *conſ.*100.*num.*187.*&* *à num.*218. Tuſchus *littera*, *F*, *concluſ.*335. Dueñas *reg.*16. verſic. *fin.* de qua etiam Gloſſa *paruiſſe*, huius noſtri Textus, Couarruuias *in* 4.*p.*2.*cap.*3.§.4.*à num.*13. *&* 14. & alij referendi, & inuenio duas ſententias contrarias ſuper ſedando dubio, an fides ſeruanda ſit à priuatis hominibus interpoſita, de quo agunt Bartolus *in l.*5.*ff. de pactis*, Zaſius *quæſt.*3.*de iudæis*, Duarenus *in l.*1 *ff. de pactis*, Alciatus *in libello de ſingulari certamine*, *cap.*44. Placa *in epitome delictorum*, *cap.*37.

15 Et pars affirmatiua ſuadetur, primo ex Textu *in d. cap. noli* 23. *quæſt.* 1. *ex dict. l.* 1. *ff de pactis*, quo docetur generaliter fidem eſſe ſeruandam, vt habetur *in cap.* 1. *&* 3. *de pactis. ex l.* 1. *ff. de conſtituta pecunia*, *ex l. nam & Seruius*, *ff. de negotiis geſtis*, cuius verba retuli, *ſupra in principio*, deinde ex Hiſtoria Marci Aquilij, cuius meminit Conſulrus *in l.* 5. *ff. de captiuis*, *& poſt lim. reuerſis*, & optime eam refert Couarruuias *vbi ſupra dict. num.* 14 *in* 4. *cap.* 3. §. 4. quem leges, vt ſcias hiſtoriam bonis authoribus laudatam: Et ſecundùm hanc partem acerrimè contrariis reſpondens, tenet Faquineus *lib.* 9. *controuerſ. cap* 58.

16 Sed quia Barboſa *hic num. fin.* cum Franciſco Molin, *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 13. *num.* 4. dicat propoſitam regulam, nempe, vt fides ſit ſeruanda hoſti, intelligendam eſſe de perſonis publicis, & non priuatis, & vbi minus offenditur Deus, ſeruando, quàm frangendo; ideo difficilis videtur affirmatiua ſententia ſupra relata, vt fides ſeruanda ſit à priuatis hominibus interpoſita. Et ex aduerſo videtur, nec à publicis perſonis eſſe hoſti fidem ſeruandam; ad quod probandum iterum adduco Textum *in dicto cap. innocens* 22. *quæſt.* 4. vbi conſtat publicè fuiſſe iuratam pacem à Ioſue cum Gabaonitis, & tamen conſtat ex Diuo Auguſtino ex Abulenſi, & aliis, eo Iuramento non fuiſſe obligatum Ioſue. Ergo non eſt cur dictum, ſeu diſtinctio Barboſæ ſuſtineatur, præcipuè ſi conſideres hoſti factam promiſſionem, eſſe reſcindendam propter metum captiuitatis *ex l.* 4. *ff. de eo quod metus cauſa*, quod factum non ſolùm reſpicit ad priuatas perſonas, verùm, & ad publicas.

17 Quare plerique dixerunt hoſti ſeruandam non eſſe ex doctrina Textus *in l.* 1. §. *non fuit ff. de dolo*, in verſic. *quoniam veteres ex l.* 5. *ff. de captiuis*, *& poſt liminio reuerſis*, verſic. *nihil intereſt*, *& in l.* 2. *Cod. de commerciis*, *& mercatoribus ex l.* 5. *ff. de re militari*, *& ex cap. Dominus noſter* 23. *quæſt.* 2. quibus omnibus ſatiſfaciens Fachineus *dicto lib.* 9. *cont. cap.* 58. concludit quod quando captiuitas eſt iuſta, non reſcinditur promiſſio facta *ex l. ſi mulier*, *ff. de eo*, *quod metus cauſa*; & licet Alphonſus à Caſtro *de hæreſibus*, verbo *Tyrannus*, Alciatus *lib. de ſingulari certamine*, *cap.* 44. Duarenus *lib.* 1. *de pacto*, *fol.* 4. & alij relati à Couarruuias *vbi ſuprà*, dicant hoſtem non teneri ad ſeruandam fidem, quàm hoſti, vt priuatus dedit ipſi: tamen Couarruuias docet eorum opinionem ſuſtineri, quando fides data eſſet in Reipublicæ damnum, ſicut Bartol. voluit *in l. fin. Cod. quando liceat ſine Iud. ſe vind.* alioqui teneri hoſtem fidem hoſti ſeruare.

18 Et pro hoc eſt inſigne illud Marci Attilij facinus, cuius meminit, *lib.* 2. *de bello*, *Punic.* Valerius Maximus *in cap. de fine*, Aulus Gellius *lib.* 7. *cap.* 18. D. Auguſtin. *lib.* 1. *de ciuitate Dei*, *cap.* 15. de quo etiam Conſultus *in dicta l.* 5. §. *captiuus*, *ff. de captiuis*; maluit enim Marcus Attilius mortem appetere, quàm fidem Cartaginenſibus præſtitam frangere, ad eoſque redire pro ſuo eunda morte, quàm Romæ incolumis manere, fide fracta, quod mire laudat, Cicero *lib.* 1. *de officiis*, probans & hoſti fidem ſeruandam eſſe, & ſic Titus Veſpaſian apud Egeſipum *lib.* 5. *de excidio Hieroſolimitano*, *cap.* 24. inquit inter arma, quoque leges valere fide melius bella geri, quæ ſeruetur etiam hoſtibus.

19 Ad tertiam quæſtionis partem, an vti liceat inſidiis in bello, & promiſſum frangere? de hoc dubio agit Trulench. *in ſumma morali*, *lib.* 5. *cap.* 2 *dubio* 9. & pro affirmatiua ſententia videntur facere dicta Iura *in l.* 1. §. *non fuit*, *ff. de dolo*, ibi: *quoniam veteres etiam bonum dolum dicebant*, *& pro ſolertia hoc nomen accipiebant*, *maxime*, *ſi aduerſus hoſtem*, *latronem ve*, *quis machinaretur*: quæ verba ſecundùm verum intellectum accipiuntur de inſidiis, quæ *extratagemata*, dicuntur, quibus aduersùs hoſtem vti permiſſum eſt. Eodemque modo intelligi verba, *dicti cap. Dominus noſter* 23. *quæſt.* 2. vbi Auguſtinus in hæc verba loquitur: *cum autem iuſtum bellum ſuſceperit*, *vtrum aperte pugnet*, *an ex inſidiis*, *nihil ad iuſtitiam intereſt*: item ex Textu *in dict. l.* 2. *Cod. de commerc. & mercatoribus*, vbi Gratianus Imperator ad Trajanum, ſcribens præcepit aurum Barbaris, non ſolùm non præberi; ſed etiam quod apud eos inuentum fuerit, *ſubtili ingenio auferri debere*, & bene *ex dict. lib.* 5. *ff. de re militari*, vbi I. C. *qui captus cum poterat redire non redijt pro transfuga habetur*, quaſi aſſeueret Conſultus captum nolentem, cum poſſit à captiuitate exire merito habendum eſſe pro transfuga; Ergo cum ſemper captiui, fide promiſſa, tales exiſtant, nihilominus poterunt eam fidem frangere, & aliis inſidiis vti, ne transfugæ à ſuis exiſtimentur.

Ad

20 Ad quartam quæſtionis partem, an contractus reciprocus ſit adimplendus? Satis reſpondetur ex adductis in hac ſecunda quæſtione, toto verſic. *ad primam quæſtionis partem*; ita vt ibi cum diſtinctione dicta hic applicentur. Etenim dicendum eſt in contractibus reciprocis vltrò, citroque obligatoriis eam ſemper conditionem ſubintelligi: *dummodo alter ſtet contractui, & ſuam adimpleat obligationem*; imò & eam ſubintelligi: *dummodo enormis læſio non interueniat*, vt oſtendit latè Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 3.*parte*, §.4. *num*.3. nam enormis læſio non præuiſa, moraliter cenſetur impedire conſenſum, vti expendit Mogrouejo *in cap. quemadmodum* 25. *hoc titulo numero* 8. id probans ex textu noſtro ſic intelligendo, iuxta ſecundam eius partem, in verſiculo *nec tu ei*: & id æquè procedere in tacita, vel expreſſa conditione, vt probat *hîc* Panormitan. quem omnes ſequuntur ſic intelligentes regulam præfatam, *frangenti fidem, non eſſe fidem ſeruandam, leg. cum proponas* 2. *Cod. de pactis.*

21 † Nec ex his ſequitur quod ſi duo ſibi mutuo iurarunt ſeruare ſecretum, alio non ſeruante; alterum non teneri iuramento; quia in caſu eſt modus promiſſionis attendendus: nam ſi facta fuerit per modum reciproci contractus, & cum ea connexione *ſeruabo, ſi ſeruaueris*, altero non ſeruante, alter ex iuramento non tenebitur; poterit verò aliunde obligari; quod ſi promiſſiones fiant ſeparatæ, vno non ſeruante, non excuſatur alter ab obligatione iuramenti; quia peccatum vnius non præſtat alteri tranſgrediendi licentiam; quia non iurauit ſub conditione, ſed abſolutè iurauit: ſic Mogrouejo *in dict. cap. quemadmodum* 25. *n*.9. & patet *ex dicto* 1. *dubio.*

22 Ad vltimam quæſtionis partem, an offendens fidem publicam, incidat in crimen Læſæ Majeſtatis? Et conſideratis quæ *ſuprà* adduxi de hoc crimine Læſæ Majeſtatis, *in cap*.1. *de Confeſſis, quæſtione* 7. & 8. reſolutiuè dicendum eſt cum Boſio, quem ſequitur Fachineus *libro* 9. *Controuerſiar. cap*.50. vt ſi proponatur fidem publicam violari in contemptum Principis, eóque animo vt Principi iniuria inferatur; tunc locum dari legi Iuliæ Majeſtatis, veluti ſi quis Populi Romani pacem, & tranquillitatem turbauerit ex littera textus, *in l*.1. *ff. ad legem Iuliam Majeſtat.* vbi verbum *ſecuritatem* exponit Budeus; id eſt tranquillitatem, & pacem, & Duarenus *libro* 2. *cap*.22. *diſputationum*.

23 † Abhinc reſoluunt non incurrere delictum, id illum qui ſaluum conductum à Principe conceſſum fregerit alicui particulari; quia tunc tantùm læditur ius priuatum partis, non Reipublicæ, niſi id fiat in contemptum Principis, ſeu cauſæ publicæ. Et videbis quæ de ſaluo conductu dixi, *ſuprà in cap*.4. *vt lite non conteſtata, quæſt*.3. & 4.

AD TEXTVM IN CAPITE IV.

Ego enim, hoc Titulo, De Iureiurando.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte agit de forma, quâ Epiſcopi iurant obedientiam Pontifici præſtandam. Et de quibus iurandum, vbi de aliis agam ad eius materiam ſpectantibus. Et in corpore notantur aliqua generalia ad litteram, vt videbis ex verſic. *ex cuius littera*. Alia leges *infrà in cap. veritatis* 14. *hoc tit.* vbi etiam de homagio. Videbis quæ dico, *in cap. cum quidam* 12. *hoc tit.* Ad quæſtionem, qua forma iuret Iudæus, dixi *ſuprà in cap. Iudæi* 21. *de teſtibus, quæſt*.2. verſic. *ad vltimam.*

QVÆSTIO I.

An forma iurandi ab Epiſcopis obedientiam, Pontifici, ſit etiam neceſſaria. Reſpectu Clericorum ſuo Prælato. Vel reſpectu laicorum ſuo Principi, aut ſuperiori?

SVMMARIVM.

1 *Paraphraſis textus noſtri ponitur vſque ad n*.6.

2 *Epiſcopi tenentur ire ad concilium vocati, à Papa: vbi plura, quæ competunt Pontifici.*

7 *Epiſcopus iuramentum fidelitatis Romano Pontifici præſtat. Item & de non alienando res Eccleſiæ inconſulto Papa, n*.2.

8 *Iuramentum de non alienando res Eccleſiæ, præſumitur factum ab Epiſcopo.*

9 *Clerici nunquid iurent ſuo Epiſcopo obedientiam, & non alienare res Eccleſiæ, n*.11.13. 15.16. & 17.

10 *Iuramentum ab Epiſcopis præſtandum Pontifici, ſit pro conſecrationis munere.*

12 Cap. dilecti de maioritate, & obed. *Epiſcopus quod iuramentum Archiepiſcopis præſtet?*

13 Cap. quamquam 23. diſt.

14 Cap. cum in Eccleſiis, de maiorit. & obed. n.20.21.22.23. & 24. *Abbates Magni in ſua benedictione iurant fidelitatem.*

18 *Fidelitatis iuramentum nequit exigi à ſubditis per Epiſcopos, aut Prælatos, niſi benè adminiſtrando cauſam ſibi commiſſam, n*.19.

20 *Canonici nunquid ſuo Prælato iurent obedientiam, aut aliam fidelitatem, num*.21.22. 23. & 24.

23 *Iuramentum duplex ſolet eſſe oneris, & honoris, primum etiam ab hæreticis ſolet præſtari, ſecus de ſecundo, n*.24. & 25.

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeam præmitto formam, quam Epiſcopi obſeruant in ſua conſecratione de præſtando Summo Pontifici obedientiam, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eam ergo continet textus noſter in 1

in verbis, ibi: *Ego N. Epiſcopus ab hac hora, & antea fidelis ero, Sancto Petro, ſanctaque Romanæ Eccleſiæ, Dominóque meo Papæ C. eiúſque ſucceſſoribus, Canonicè intrantibus. Non ero, nec in Conſilio, nec in facto, vt vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione. Conſilium, quod mihi, aut per ſe, aut per litteras, aut per Nuncium manifeſtabit ad eius damnum, nulli pandam. Papatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & regulas Sanctorum Patrum, adiutor ero ad defendendum, & retinendum (ſaluo ordine meo) contra omnes homines, vocatus ad ſynodum veniam, niſi præpeditus fuero Canonica præpeditione. Legatum Sedis Apoſtolicæ, quem certum eſſe cognouero in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adiuuabo. Limina Apoſtolorum ſingulis annis, aut per me, aut per certum Nuncium viſitabo, niſi eorum abſoluat licentia, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Euangelia.*

2 Ex cuius littera, quam præter gloſſatores ordinarios, expendunt alij, videbis quæ notabiliter per eam docent hic Barboſa, Zenedus *collect.*108. Balboa, & Graña cum multis ab eo relatis, à quibus colliges. Quod Epiſcopi tenentur ire ad concilium vocati, & an ſolus Papa poſſit ad Concilium generale conuocare? Et an, dum Concilium celebratur, poſſit Summus Pontifex Iuriſdictionalia exercere Epiſcopatus concedere, Cardinales Creare, & alia ſimilia facere? Et an decreta generalis Concilij, tam in fide, quàm in moribus, egeant Papæ confirmatione, de quibus loquitur Zenedus *collect.*108. *ad textum noſtrum, à n.*2. cum Didaco Alaua *de Concilijs* 1.*p. cap.*6. Medices *in ſumma omnium hæres* 1.*part.* verbo *Concilium*, Didacus Guerrero *de Concilijs, cap.*4. Melchior Cano *de locis Theologicis, lib.*5. *cap.*5. verſic. *ſequitur altera pag.*181. Lancellottus Corradus *in templo omnium Iudicum, lib.*2. *cap.*1. §.4. verbo *Concilium Generale ſolus Papa conuocat. per totum*, vbi *in n.*4. diſſerit, an eius præſentia, ſit neceſſaria in Concilio? Et ad poſtrema notabilia huius præmiſſi leges quæ tradit Burſatus *conſil.* 110. *volum.*1. *ex num.*29. Ioannes Nauarro *de Sacro Eccleſiæ Principatu, lib.*2. *ex cap.*18. *ex fol.*94. Sebaſtianus Medicis *de leg. & ſtatutis*, 1.*p. q.*8. Et videbis quæ de Conciliis adduxi, *ſuprà in cap.*1. *de Iudicijs, à q.*1. *&* 3. & *in cap. ſi diligenti de foro comp. q.*6. *à n.*2. in verſic. *maiorem.* Quæ omnia applicari poſſunt ad verba textus noſtri ibi: *vocatus ad ſynodum veniam.* Quibus etiam verbis poſſunt applicari quæ adduxi, *ſuprà in cap.*2. *de Iudic. q.*14. vbi dixi de quæſtione, an Rex poſſit Prælatos punire, qui non veniunt ad rogitum ſuum: vbi quid ſi tunc temporis, à Pontifice vocantur, aut Archiepiſcopo Metropolitano, cui parere debeant.

3 Et in verbo *eiúſque ſucceſſoribus*, agunt gloſſatores, ex natura iuramenti Pontifici, qui tunc viuit, Principi, aut Prælato eo ipſo porrigitur ſine alia expreſſione ad alios ſucceſſores, aut ſit neceſſaria expreſſio, vt hic, applicabis quæ dico, *infrà in cap veritatis hoc tit.* & *in cap. penult. eodem*, vbi ago de prorogando iuramento.

4 Et in verbis ibi, *in antea*, & in verſic. *vitam perdat*, & in verſic. *regulas Sanctorum*, videbis quæ notanter aduertit ex multis *hic* Barboſa *num.*3. *&* 4.

5 Et ibi: *Conſilium, quod mihi, aut per ſe, aut per litteras, aut per Nuncium manifeſtabit, nulli pandam.* Per hæc verba poteſt agi de materia non detegendi ſecretum, quod extra confeſſionem ſacramentalem ſcitur; ad quod applicabis quæ adduxi, *ſuprà de teſtibus, cap.*18. *quæſt. fin.* & *cap.*28. *q.*3. verſic. *ad tertiam.*

Et ibi: *Legatum Sedis Apoſtolicæ, quem cer-* 6
tum eſſe cognouero in eundo, & redeundo honorificè tractabo, &c. Per hæc verba excitari valent quæ pertinent ad Nuncij facultatem, & ad alios Legatos Pontificios, aut Regios, de quibus *in tit. ſuprà de officio legati.* Et applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. fin. de foro comp.*

Igitur, his præmiſſis, iam vides agi ex littera textus noſtri, & ex textu, *in cap. cum Cleri-* 7
ci 19. *verb. ſignif.* cum aliis de neceſſitate præſtandi iuramentum fidelitatis ſub prædicta forma à Prælatis, tempore, quo tales Epiſcopi creantur, de qua relati à Zenedo, & Barboſa *hic*, eam ponit Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p.*2. *cap.*10. *de iuramento, num.*15. & Iulius Labor *Variar. lucubrat. titul.*4. *cap.*25. *n.*13. & Azeuedus *in l.*21. *tit.*7. *lib.*3. *recopilat.* dixi tale iuramentum perſonaliter eſſe præſtandum. † Et addit Riccius *collect.*1174. ad no- 8
ſtrum textum, vt inter cætera debeat Epiſcopus iurare ſe non alienaturum bona Eccleſiæ, Romano Pontifice inconſulto, quod quidem iuramentum præſumitur præſtitum ab ipſo Epiſcopo; quamuis de eo non conſtet, ea ratione; quia præſumitur præſtitum quod præſtari eſt conſuetum, Baldus *in deciſ.*39. Creſcentius *deciſ.*2. *hoc titul.* faciunt adducta *ſuprà in cap.*2. *hoc titulo.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an tale iu- 9
ramentum fiat à Clericis reſpectu ſuorum Epiſcoporum? Videtur affirmatiuè reſpondendum, primo ex textu, *in cap. dilecti de maioritate, & obed.* vbi habetur quod Epiſcopus debet Archiepiſcopo iuramentum obedientiæ præſtare; & in terminis noſtri dubij eſt textus, *in cap. quanquam omnes* 23. vbi Clerici iuramentum Epiſcopo præſtant, *cap. cum in Eccleſiis de maioritate, & obed. cap. vt Clerici de verb. ſignif. cap. ſuper de rebus Eccleſiæ, cap. Romana de cenſibus.*

Sed vt punctum huius dubij intelligatur, & 10
noſtri textus deciſio, aduerto, quod iuramentum ab Epiſcopis præſtandum Pontifici Maximo, quando conſecrantur, tunc temporis fit pro conſecrationis munere cum eo facto poteſtatem ordinandi à Pontifice accipiant ex textu, *in cap. tranſmiſſam de elect.* quare conſimile aliud iuramentum reſpectu Epiſcopi ad Metropolitanum non detur, nec reſpectu Clericorum ad Pontificem, ſeu ad Epiſcopum; quia licet reuera laici iurent Pōtifici ratione generalis objectionis ex textu, *in cap. cuncta per principalem* 9.
*quæſt.*3. † Et ex eadem ratione omnes Clerici de- 11
beant iurare reſpectu Eccleſiaſtici fori, aut ratione ordinis in ſubiectione, qualiter etiam Epiſcopo Clericus iurat ex *dict. cap. quamquam* 23. *diſt. cap. vt Clerici* 19. *de verb. ſignificat.* & etiam Epiſcopus Archiepiſcopo, *d. cap. dilecti de maiorit. & obed. cap. ſuper de reb. Eccleſiæ, cap. Romana de cenſ. lib.*6. Tamen reſpondeo quod iuramentum, de quo in noſtro textu, nec eſt vniuerſale, nec pro Eccleſiæ foro, nec pro adminiſtratione, vel officio, vt *in cap. ſequenti*, ſed tantum eſt ſpecialiſſimum pro conſecrationis munere.

Et ſic non obſtant iura adducta *ſuprà*, non 12

textus,

textus, *in dicto cap. dilecti de maioritate, & obed.* qui loquitur de iuramento, quod præſtatur Archiepiſcopo per Epiſcopum; ad quod vt reſpondeas adduces, quæ adduxi, *ſuprà in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet. q.2. & 3.* vbi de Epiſcoporum electione, & nominatione ſecundùm diuerſa tempora. Quibus ſuppoſitis reſpondebis textum, *in d. cap. dilecti loqui de tempore*, quo Epiſcopatuum prouiſio pertinebat ad Eccleſias Cathedrales, eóque tempore Metropolitanus confirmabat electionem Epiſcoporum, ab eóque petebatur conſecratio, *cap. ſuffraganeis 11. cap. cum dilectus 32. de electione*, quo tempore Epiſcopi, exempti, & immediatè Pontifici tantùm ſubiecti, ipſi iuramentum præſtabant, ſed ſuffraganei Epiſcopi Metropolitano ſuo iurabant, vt *in dicto cap. dilecti* habetur. At cum in noſtro textu ſecundùm primum tempus Gregor. III. & etiam poſtea ſecundum aliud tertium tempus ab Innocentio VIII. introductum iuxta regulam 2. Cancellariæ Apoſtolicæ quo factum eſt, vt etiam hodie electio, & confirmatio Epiſcoporum ſpectet ad Pontificem; quamuis inter nos Hiſpanos nominatio ad Reges ſpectet: ideo optimè fit, vt fidelitatis iuramentum præſtetur ab Epiſcopo Pontifici Maximo, ſicut olim ex noſtro textu fiebat, non obſtante diſpoſitione ſecundi temporis; quia ſicut Vaſſalli fidelitatis, & obedientiæ iuramentum præſtare debent, *c. 2. ſi de inueſtitura inter Domin. c. 2. de conſuet. recti feudi*, & iuxta ea, quæ latè adduxi, *in c. cæterum de Iudiciis*, ſic etiam in Epiſcopis debet procedere, cum inſtitutio, deſtitutio confirmatio, & conſecratio ad Pontificem ſpectet iuxta textum, *in cap. cum omnes 22. diſt.* Videbis, quæ poſt antiquiores referunt hic Balboa *à n. 12.* & Graña *à num. 2. & 8.* qui ſic expendunt textum, *in d. cap. dilecti*, omiſſa Gloſſæ explicatione, & aliorum.

13 Nec textus, *in d. cap. quanquam 23. diſt. cap. cum in Eccleſiis de maioritate, & obed.* quia reſpondeo textum, *in d. cap. quanquam*, loqui iuxta tempus Toletani Decreti, quo neceſſarium fuit, vt Clerici iurarent obedientiam ſuo Epiſcopo; quia de obedientia erant ſuſpecti, quod per deſuetudinem fuiſſe ſublatum docent DD. nam alias ſequeretur, vt ſuſcipientes ordines ab alieno Epiſcopo, ei iurarent odedientiam contra ſtatuta Sanctorum Patrum, *in cap. nullus 1. & 2. q. 1. cap. 1. cap. ſignificaſti de foro comp.* vel vt alij dicunt omiſſa Gloſſæ interpretatione aſſerentis textum illum loqui de adminiſtratione commiſſa, vt habetur *in cap. nullus ſtatim ſequenti*, quæ vt diuinatoria reſpuitur, textus ille non loquitur de vlla iuramenti præſtatione, ſed de quadam ſimplici promiſſione, quam Clericus in ordinatione præſtare tenetur, vt conſtat ex verbis ibi: *ſolet enim plus timeri, quod ſingulariter policetur*, &c. vt notat Tiraquell. *de legibus connub. gloſſa 7. num. 124. & 168.* cum aliis Graña *hic num 4. & 6.* per quem textum tangit de profeſſione fidei à Beneficiatis faciendam, de qua dico *infrà*. Videbis dicta *infrà*, in verſic. *ſed huic*, & in aliis ſequentibus pro explicatione dicti *cap. quanquam*: de quo videbis Balboam *in cap. ſeq. n. 12. 13. & 14.*

14 Nec textus, *in d. cap. cum in Eccleſiis de maioritate, & obed.* qui tantum loquitur de obſeruando iuramento à Canonicis præſtito ſuo Priori; imò ſicut Epiſcopi, & Prælati, tanquam principaliores Pontificis Vaſſalli, ei obedientiam, & fidelitatem iurant in ſignum obedientiæ, & fidelitatis, & eadem ratione Abbates magni in ſua benedictione tenentur iurare fidelitatem, vt in textu noſtro docet Gloſſa 1. communiter approbata, Gloſſa *in Clem. de rebus Eccleſiæ*, de qua Rebuffus *in concordata de mand. Apoſtolicis in §. ſtatuimus*, verſic. *monaſteria*, cum aliis, quos plena manu congeſſit Oſeda *de compatibilitate beneficiorum 1. p. cap. 5. n. 2. & num. 4. & cap. 6. n. 3.* ſic & eodem modo Canonici ſuo Priori iurant, & ad obſeruandum iuramentum compelluntur, *in d. cap. cum in Eccleſiis*.

Sed huic expoſitioni obſtat, quia licet Clerici teneantur ſuo Prælato obedire, id tamen erit abſque eo quod de præſtanda obedientia, iurare, aut aliquam ſcripturam conficere compellentur, iuxta Gloſſam textus, *in c. his, quæ 11. de maioritate, & obed.* verſic. *manualem obedientiam*, & verba textus, *in cap. olim 11. de reſtit. ſpoliat.* ibi: *obedientiam facere manualem*: vbi Gloſſa 3. textus optimus, *in cap. legebatur*, vbi Gloſſa verbo *iniuria de maioritate, & obed. cap. nullus 5. hoc tit.* vbi Gloſſa 1. ergo non eſt cur Abbates ſuo Prælato, nec Canonici ſuo priori iurent, ſicut nec Clerici ſuo Epiſcopo. 15

Et econtra vrget vberius pro neceſſitate iurandi à Clericis de obediendo ſuis Prælatis, quia ſi Clerici non tenentur, eſt, aut quia ipſis indignum, & indecens ſit iurare, vel ex eo quod tale iuramentum omnino ſit otioſum, ſed Clericis iurare indignum non eſt; imò cum oportuerit ad iuramentum præſtandum, ſunt cogendi iuxta textum, *in cap. ad abolendam de hæreticis poſt principium*, vbi Clerici hæretici meliori tantùm ducti cōſilio ad fidem Catholicam reuerſi, coguntur ſuam hæreſin obiurare: & ſic etiam Clerici in ſacris conſtituti, qui de facto turpiter contraxerunt vxores, ſolent abiurare, *cap. 2. in princ. qui Clerici, vel vouentes.* Nec enim huiuſmodi iuramentum de præſtanda obedientia, debet otioſum dici; imò valde neceſſarium, cum Reipublicæ expediat, quod obedientia ſubditorum iuramento confirmetur, iuxta regul. textus, *in cap. omne 22. q. 1.* ibi: *ſolidius conſiſtit.* Et ſimiliter idem datur Archiepiſcopo, quando Pallium ei traditur iuxta textum, *in cap. ſignificaſti*, verſic. *hoc nimirum malo*, ibi: *pro obedientia; de elect. cap. antiqua*, verſic. *ſeruata de priuileg.* 16

Adhuc verò dicendum eſt quod Clerici, nec ad ſcripturam, nec ad obedientiæ iuramentum teneantur, ex *d. cap. legebatur; d. cap. nullus hoc tit.* cum aliis iam relatis, & conſequenter dicendum eſt huiuſmodi iuramentum de obediendo Epiſcopis, otioſum eſſe reſpectu Clericorum ſubditorum: nam cum omnes Clerici indiſtinctè eo tempore, in quo ad ordines promouentur præſtent obedientiæ iuramentum iuxta textum, *in d. cap. quanquam*, & ibi Gloſſa verbo *cautione 23. diſt.* rectè ſequitur non eſſe neceſſarium, nec vtile; imò otioſum illud iuramentum exigere, cum nihil poſſit addere priori, quod præſtiterunt tempore ordinationis: quo fit vt fateamur tempore ordinationis teneri ad tale iuramentum, ſed non deinde. Videbis quæ optimè ſcribit Barboſa *in d. cap. his, quæ de maioritat. & obed. ſub n. 3.* à verſic. *manualem*, per alios duos verſiculos, vbi ſatiſfacit textu noſtro, & aliis, quatenus ait in terminis illorum iurium iuſtam adeſſe cauſam iurandi: nam ratio boni commu- 17

nis

nis ſuadet, vt Eccleſiæ Principes, quales ſunt Epiſcopi, *cap. Eccleſiis 35. diſt.* ad tuendum Romanæ Eccleſiæ primatum, & conſeruandam ipſius Eccleſiæ dignitatem, iuramento adſtringantur iuxta textum, *in dicto cap. ſignificaſti*, verſic. *hoc nimirum malo*, &c. & qui etiam addit ab aliam quoque cauſam Epiſcopis iuramentum defertur; quia ipſis principaliter rerum Eccleſiaſticarum diſpenſatio eſt commiſſa, cum ſint principales paſtores, ac ſubinde iuxta regulam textus, *in dict. cap. nullus hoc tit.* omnino iurare debeant.

18 Tamen ex prædictis infero non poſſe Epiſcopos, aut Prælatos à ſuis ſubditis iuramentum exigere fidelitatis, niſi quando illis conceſſa eſt bonorum adminiſtratio, vt expreſsè docuit Felinus *hic n.10. ad finem*; quia iuramentum fidelitatis nunquam præſtatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt rectè aduertit Imola *in dicto cap. nullus, n.1.* Balboa *in dict. cap. nullus, num.4* ſic ipſum intelligens, qui dicit id notabiliter eſſe aduertendum ad textum. *in cap. de forma 22. q.5.*
19 & *cap. fin. de regul. iuris.* † Etenim *in dicto cap. nullus*, ſolùm exigitur à Clericis iuramentum de benè adminiſtrando cauſam ſibi adminiſtrationis commiſſam; non verò de obediendo, cùm hoc iam in ordinatione ab omnibus Clericis præſtitum ſit, quod repeti non eſt neceſſum, nec vtile, vt dixi, & expendit optimè Barboſa cum aliis, *in dicto cap. nullus, num.2. 3. & 4.* vbi ait in prædicto textu adduci exceptionem ad regulam præfatam, nam cum ibi adſit iuſta adminiſtrationis rerum Eccleſiaſticarum cauſa, de qua debent Clerici beneficiati ſuo Prælato rationem reddere, interſitque Eccleſiæ, quod ſuarum rerum diſpenſatio nemini abſque cautione tradatur ex regula textus, *in l.1. in principio, Cod. vſufreq. cap. fin. de pignor.* & nulla alia cautio planè in hoc caſu præſtetur, quàm iuratoria ex regula textus, *in cap. cum deſideres*, iuncta Gloſſa verbo *cautela de ſententia excommunic.* ideo rectè, *in dict. cap. nullus*, à Clericis tale iuramentum exigitur, quod non ſolùm in Parochis, ſed etiam in ſimplicibus beneficiatis obſeruari docent Abbas, & communis, & per textum, *in cap. tua nos de Iureiur.* Barboſa *d. cap. nullus, num.5.* cum S. Antonino *in Summa p.2. tit.10. cap.5. §.3.*

20 Adhuc etiam quod de Clericis dictum eſt, vt non compellantur iurare Prælato obedientiam extra eam, quam præſtiterunt in ſua ordinatione; obſtat textus, *in d. cap. cum Eccleſiis de maioritate, & obed.* quo conſtat quod Canonici Regulares, qui ſuo Prælato iuramentum obedientiæ præſtiterunt, & ex poſt facto exhibiti iuramenti immemores eidem priori per omnia reſtiterunt, coguntur in pœnam ſuæ contumaciæ ſubire alterum obedientiæ iuramentum; ſed ſic eſt quod ſecundùm iuramentum non eſt neceſſarium, cum ſemper obedire teneantur reſpectu primi, *ex d. cap. quanquam 23. diſt.* ergo.

21 Verùm cum Gloſſa 1. *ibi*, vbi Abbas, & DD. & *in d. cap. legabatur de maioritate, & obed.* inter quos Cardinalis *oppoſit.6.* difficultatem præſenſiſſent, exiſtimarunt textum illum ſpecialiter procedere in Canonicis illis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus poſterius iuramentum licitè defertur, quando eis ab excommunicatione beneficium abſolutionis impenditur iuxta regulam textus, *in cap. cum deſideres*, & ibi Gloſſa verbo *ad cautelam de ſent. excommunic.* imò addit Barboſa *in d. cap. cum Eccleſiis, ſub n.2.* quod etſi prædictus intellectus receptior ſit, vera non videatur; quia etſi nulla ibi procederet excommunicatio, adhuc ſola inobedientia ita notabilis erat ſufficiẽs ad iuſtam poſterioris iuramenti declarationem; quia licet huiuſmodi iuramentum nihil addat primo ex doctrina textus, *in cap. veritatis hoc titulo*, tamen eſſe neceſſarium ad ſatisfaciendum ſuperiori læſo, cui illata fuit iniuria per inobedientiam, ait cum reparari ſanè non queat commodè, quam per ſolemne eiuſdem inobedientiæ obiurationem iuxta regulam textus, *in cap. fin. de immunitate Eccleſiar.* verſic. *in qua quis deliquit.*

Et confirmatur, quia cum ſemper inobe- 22
diens præſumatur talis iuxta regulam textus, *in cap. ſemel malus de regulis iuris, libro 6.* de quo dixi plura, *in cap. fin. de præſumpt.* & ob id aduersùs illum ſemper adſit quædam ſuſpicio inobedientiæ, quæ commodius poſſe purgari, non videtur, quàm per iuramentum rectè factum eſt, vt illis Canonicis iuramentum deferatur, tanquam de prædicta inobedientia ſuſpectis, quemadmodum de ſuſpectis de hæreſi, & de Clericis in ſacris matrimonium de facto turpiter contrahentibus, notant communiter DD. vt iam *ſuprà*, adduxi per textum, *in dict. cap. ad abolendam poſt princip. de heret. dicto cap.2. in princip. ne Clerici, vel volentes.* Quare exiſtimo idem procedere in Clericis ſi poſtquam obedientiam ab eis in ordinatione ſuis Prælatis præſtitam, nimis inobedientes perſtiterint immemores illius primi iuramenti, quia iam adeſt quædam iuſta cauſa repetendi iuramentum ſuper eadem re, & facto.

Sed impugnabis dicendo quod cum prædicti 23
Canonici periurij præſtiterint propter inobedientiam contra ſuum primum iuramentum non ſit aliud iuramentum deferendum de obediendo iuxta textum, *in cap. qui exigit 22. quæſtione 1. cap. Clericos*, ibi: *ne periurij reatum, de cohabit. Cleric.* Gloſſa verbo *periurij*, per textum *ibi*, & *in cap. teſtimonium 54. de Teſtibus*, verſic *ſi vero*, vbi dixi, & dico plura de periurio, *infrà in cap. treui 17. hoc titulo.* Tamen Zabatella, Butrius, & communiter Gloſſa in verſic. *præter in fine, cap. litteras de præſumpt.* idem Abbas *in cap. intelleximus de Iudicijs, n.14.* Decius *in cap. quæſtioni, numero 3. de appellationibus*, & Barboſa *in dict. cap. cum in Eccleſiis, numero 2.* verſic. *nec obſtat*; diſtinctionis fœdere, reſpondent dicendo eſſe dupplex iuramentum oneris ſcilicet, & honoris, primum imponitur in pœnam, & ad remouendam aliquam mali ſuſpicionem, veluti eſt illud, per quod hæreticus cogitur hæreſim abiurare iuxta textum, *in dicto cap. ad abolendam de hæreticis*, & illud de quo *in dicto cap.2. qui Clerici, vel vouentes*, cum ſimilibus, de hoc iuramento à prædictis Canonicis ſubeundo, loquitur textus, *in dicto cap. cum in Eccleſiis*, ne aliàs ex malilitia ſua commodum reportarent contra regulam textus, *in cap. intelleximus, de Iudicijs*, de
qua *ibi* dixi. † Secus tamen eſſe in iuramento 24
honoris, quod à periurio non eſt præſtandum, nec exigendum, quod non in pœnam, ſed in honorem iuranti defertur, veluti iuramentum teſtis, vel illius, cui honorabile aliquod officium

cium

cium confertur iuxta textum, *in dicto cap. teſtimonium de Teſtibus*, cum aliis iam relatis. Vide quæ refero *infrà in cap. veritatis, quaſt.2.* in verſic. *ad ſecundam.*

25 Ad tertiam quæſtionis partem, de iuramento fidelitatis ſuo Principi, aut Domino præſtando? Dico *infrà in cap. veritatis hoc titulo*, interim etiam videbis quæ adduxi, *ſuprà in cap. cæterum in Iudicijs.*

QVÆSTIO II.

An neceſſum ſit, vt iuramentum, de quo in noſtro textu, fiat tactis Euangelius: Et ſub qua alia forma: Et quæ fuerit introductionis cauſa: Quid *in Sancto Officio Inquiſitionis: Quid quando fit profeſſio fidei: Et an Cardinales in ſua conſecratione, teneantur præſtare iuramentum Romanæ Eccleſiæ, ſeu Pontifici: Et quale iuramentum faciant in electione Summi Pontificis: Et de iuramento ſuper lapidem?*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſolemniter factum ſolet fieri in multiplici forma, vt tactis Euangelis, & alijs ſacris, num.ſeqq.*

2 *Iuramenti Religio obligat, etiam ſi non fiat tactis Euangelijs, & alijs diuinis Scripturis, n.3. Quid ſi lex, ſeu conſuetudo aliud ſuadeat, n.5. 6. 7. & 8.*

4 *Epiſcopus, & Presbyter iurantes, regulariter non tenentur ſacra tangere, niſi à Iure exigatur.*

5 *Iuramentum ex parte forma, diuiditur in ſimplex, & ſolemne.*

6 *Iuramentum: quod à lege petitur, vt fiat corporaliter, nunquid deſideret tactum Euangeliorum, n.7. quid de conſuetudine, n.8. Et in electoribus, num.13. & 14. Quid de ſtylo Rotæ. Quid in Hiſpania, n.15. & 16.*

9 *Iuramentum præſumitur latum, tactis Euangelijs, ſi Tabellio dixerit præſtitum eſſe abſque alia demonſtratione. Idem de teſte, n.10.11. & 12. ſeu præſumitur in forma vſitata, n.16.*

13 Bulla Leonis X ſuper forma iurandi ab electoribus, n.14.

16 *Iurant teſtes in Hiſpania, facta Cruce in manibus Notarij.*

17 *Iuramentum nunquid ſuper altaribus Sanctorum, & reliquiis hodie, ſeu ab antiquitate alia forma fieri deberet, n.18. & 21. vbi de iuramento apud ſiculos.*

19 *Iurans, tactis Euangelijs, ſeu alijs diuinis, punitur plus, quàm qui iurat, voce, aut ſigno ſimpliciter per Deum.*

20 *Iurandi forma, tactis Euangelijs, & alijs ſcripturis, ex qua cauſa introducta; n.21.*

22 *Iuramentum, quod præſtatur in Sancto Officio per teſtes, & reos; & ſi de Iure tactis Euangelijs, debeat fieri, n.23. 24. & 25. aliter ſtylus, n.26.*

26 *Pœnitentiati per Sanctum Officium abiurant errores de leui, aut de vehementi, tactis Euangelijs, & Cruce.*

Examen teſtium in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis coram quibus fiat. Item cum cauſa ad probandum recipitur.

27 *Iuramentum teſtium, aut Reorum, ſiue interpretum, ſcribitur à Notario. Et qua extenſione.*

28 *Cardinales non Epiſcopi non præſtant iuramentum de obediendo Papæ ſecus ſi eſſent inſimul Epiſcopi, n.29. & 30.*

Cardinales dicuntur membra Pontificis ſpecialia, & quaſi ipſi Pontifici inuiſcerati.

30 *Cardinales quale iuramentum faciant in electione Pontificis, n.31.*

31 *Iuramenti forma, quæ in eo quod præſtant Cardinales, & Prælati ex Decreto Vrbani VIII. in examine Epiſcoporum.*

32 *Iuramentum ſuper lapidem, quo antiquitus vtebatur, quibus ritibus, & ad quid fiebat, & à quibus originem trahat, n.33.34.35.36.*

AD primum quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto dicendum quod regulariter de Iure communi quodlibet iuramentum deciſorium, vel calumniæ, vel neceſſarium, vel voluntarium debet fieri, & præſtari modo, & forma communi, vt in toto, *tit. ff. & C. hoc tit.* tamen de conſenſu, & voluntate poteſt fieri in qualibet Eccleſia, Pio loco, vel re ſacra, iuxta textum, *in l. generaliter, §. fin. Cod. de rebus creditis*, ibi: *Siue ſub ipſo Iudice præſtari oportet iuramentum, ſiue in domibus, ſiue tactis Scripturis ſacris, ſiue in Sacroſanctis Oratoriis*, vt ibi notant Doctores, præcipuè Salicetus, qui reputat mirabilem illum textum, Baldus *in cap.1. de noua forma fidelitatis* 1. *col. n.2.* idem *in cap.1. §. item Sacramenta col.2. num.4. de pace tuenda, & iuram. firm. col.2. n.4.* & patet expreſsè ex *l.1.* juncta *l.19. tit.11. p.3.* & confirmatur ex definitione iuramenti, quatenus eſt dictum aſſertum, vel promiſſum ſacræ rei atteſtationem firmatam, vt ait Baldus *in dicto c.1. §.1. item Sacramenta 2. col. num.3.* Gomezius *in l.67. Tauri, num.1.* 1

Et pro explicatione etiam ſupponendum eſt, 2
quod ad iuramenti religionem, neceſſarium non eſt vt fiat, tactis Euangeliis, nec aliis diuinis Scripturis, nec ſuper aliqua re ſacra; quia cum ſolùm exigatur vt Deus in teſtimonium vocetur, ſatis erit Deum quomodocumque in teſtem adducere, vt *in cap. & ſi Chriſtus hoc tit cap ſi aliqua 22. q.1.* vbi dicitur ita eſſe iuramentum ſi per Deum iuretur ac ſi per Sancta Euangelia Dei; non enim diſtinguitur iuramẽtum præſtitum, tactis ſanctis Euangeliis à ſimplici iuramento, quoad veram iuramenti obligationem, vt probant Doctores *in Rub. hoc tit.* Alciatus *num.29.* Mogrouejo *in cap. nullus 5. hoc tit.*

Quare videtur dicendum quod etſi verba fi- 3
nalia noſtri textus: *Sic Deus me adiuuet, & hæc Sancta Euangelia*, pro forma exigere videantur, vt Epiſcopus cum iurat obedientiam Papæ, teneatur tale iuramentum præſtare, tactis Euangeliis: tamen contra hoc faciunt iura, *in c fin. de iuram. calumniæ*, vbi dicitur Epiſcopum non teneri iurare tactis Euangeliis, quod docet etiam Gloſſa *in c. vt circa de electione lib.6. & in cap. ſi quis Preſbyter 2. q.5.* vbi probatur Preſbyterum iurantem, non teneri ſacra tangere, ſed ſatis eſſe proprio pectore tacto iurare, vt adnotauit Guid. Pap. *in deciſ. 615.*

Vnde vt reſpondeas aduertes regulariter Pres- 4
byterum, vel Epiſcopum iurantem, non teneri ſacra tangere, niſi in caſibus, in quibus à Iure exigitur iuramentum, tactis Euangeliis, nam

tunc ea forma ſeruata, etiam Epiſcopus iurare
tenebitur iuxta textum, *in c. teſtimonium*, § *Epi-
ſcopus* 11. *q.* 1. *Auth. de Sanctiſſimis Epiſcop.* § *nulli*,
cap. quoties 1. *q.* 7. *cap. quoties*, §. *porrò de purga-
tione Canonica*, de quorum numero eſt caſus tex-
tus noſtri: ſic Panormit. *in dict. cap fin. de iuram.
calumnia*, vbi à præfata regula excipit caſus gra-
ues, & illos, in quibus expreſsè cauetur; & ſic
Gloſſa marginalis *in cap. fraternitatis de teſt.* verb.
iuramenti, notat quod in iuramento deſideratur
tactus Euangeliorum, de quo Verall. *deciſ.* 123.
lib. 2. & *deciſ.* 246. *num.* 1. *etiam lib.* 2. Camillus
Borrellus *in ſumma omnium deciſ. tit.* 60. *de iura-
mento*, *n.* 294. Et ob id dixit Maſcard. *de probat.
concl.* 1358. *n.* 52. quod qui non haber manus, te-
ſtimonium dicere non poſſit, tradit Barboſa *in
d. cap. fraternitatis*, *n.* 7. cum aliis. Sed videbis
infrà q. 3. verſic. *ad ſecundam*.

5 Itaque communiter iuramentum ex parte
formæ, diuiditur in ſimplex, & ſolemne, ſo-
lemne eſt, quod fit cum aliqua iuris forma, vt
quando fit in Iudicio coram teſtibus, Tabellio-
ne, ſeu Notario iuxta tradita, *in cap. quoties* 5.
de Teſtibus, aut tacto Euangeliorum Codice,
Crucis ſigno, aut alia re ſacra, aut in quo ſche-
dula manu ſcripta continetur. Simplex eſt, quod
omni ritu & Iuris formâ caret; ob idque ſi lex
exprimit eſſe iurandum, tactis Euangeliis, ita
adimplebitur, vt aduertit Gloſſa *in Authent. vt
Iuſiurandum*, quod præſtatur, *collat.* 2. verſic. *qua-
tuor, Clem.* 1. §. *porro de hæreticis*, quam dixit ſin-
gularem Panormitanus *in d. cap. fin. de Iureiur.*
& *in cap. tuis de Teſtibus*.

6 Tamen ſi abſolutè dicat lex corporaliter eſſe
iurandum, tunc ſufficiet tangere quamlibet ſcri-
pturam prædictarum: ſic Balboa *in cap.* 5. *hoc tit.
num.* 9. Trullenq. *in opere morali, lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 4.
num. 5. vbi ait quod ſi præſcribat lex fieri iura-
mentum, tactis Euangeliis, & Cruce, ſi hæc
non tangantur, nullam habere vim iuramen-
tum in foro externo, vt conſtat, *in cap. horta-
mur* 3. *q.* 9. *cap. teſtimonium* 11. *quæſt.* 1. & alibi
ſæpè, de quo Sayrus *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 1.
n. 12. Balboa *ſuprà dicto n.* 9. verſic. *neque*, vbi ad-
7 dit. † Idem eſſe, etſi conſuetudine obtentum
ſit fieri tale iuramentum ſuper Crucem iuxta
Gloſſam notabilem, *in d. Auth. vt Iuſiurandum*,
Alexand. *in l.* 3. §. *iurari*, *ff. de Iureiurando*. Pa-
8 normitanus *conſ.* 68. *lib.* 2. † Et addo cùm Boni-
facio *in Clem.* 1. *de hæreticis*, *n.* 114. & cùm Nico-
lao Garcia *de benefic. c.* 3. *p.* 3. *n.* 73 *in fine*, videndus
cum aliis, *à n.* 71. vt ſufficiat quod ſcriptura, quæ
tangitur ſit, vel contineat Euangelia, ſeu Euan-
gelium aliquod de quatuor Euangeliſtis.

9 Item notabis quod ſi à Tabellione dictum
fuerit, quod iuramentum præſtitum eſt abſque
alia demonſtratione, præſumitur factum, tactis
Euangeliis, aut Cruce, vt aduertit egregiè
Imola *conſ. conſ.* 56. Alciatus *in hac Rub. in fine*,
ex eo quod generali conſuetudine præſumantur
obſeruata, quæ aliàs ſeruanda ſunt, vt inquit
latè Baldus *in l. fin. in fine*, *Cod. ſi ex falſ. inſtru-
ment.* quod vt explicet Barboſa *in dicto cap. fra-
ternitatis de Teſtibus*, id admittit quando Nota-
rius non enuntiatiuè, ſed diſpoſitiuè per ver-
bum, denotans actum, de quo ipſe rogatus
fuit, cum deſignatione diei, & horæ atteſta-
tur de iuramento, etiam ſi non dicat *tactis Scri-
pturis*: & in his terminis ſcribit Rota *deciſ.* 193.
num. 8. & 9. apud Farinac. *p.* 1. in recentioribus.

† Et teſti delatum fuiſſe iuramentum ait pro- 10
bari per verba Notarij, ſcilicet *teſtis iurauit
in forma*; quia tunc perinde eſt, ac ſi dixiſſet,
iurauit tactis Scripturis; ſecus verò ſi Notarius
dixiſſet, *teſtis iuratus*: ſic cum multis ab eo
relatis, *ibi*, *num.* 9. † Et quando credatur No- 11
tario dicenti in inſtrumento teſtes iuratos eſſe;
videbis Hipolytum *in l.* 1. §. *ſi quis dicat*, *n.* 13.
& §. *Diuus*, *num.* 2. & §. *fin.* *n.* 49. *ff. de fideiuſſ.*
Crotus *de Teſtibus*, *n.* 227. Caputaq. *deciſ.* 113.
verſic. *& licet*, *pag.* 511. Maſcard. *concl.* 5. *n.* 113.
Bonaſcos *com. crim. p.* 1. verbo *Notario*, *fol.* 53.
in fine, & *p.* 2. verb. *teſtis*, *fol.* 84. Ricc. *collect.* 263.
† Quem iterum videbis *collect.* 1532. ſuper do- 12
ctrina Abbatis *in cap. tuis quæſtionib. de Teſtib.* vbi
aliqua notat, inter quæ quod Rota ſolet adhibe-
re fidem, etiam quod Notarius non dicat *tactis*, &
maximè ſibi locum vindicare, vbi Notarius pro-
cederet aliquid addendo, ex quo deprehendi poſ-
ſit iuramentũ fuiſſe præſtitũ, tactis Scripturis, ſic
probans pluribus deciſionibus quas *ibi* videbis.

Ex his infero iuxta Bullam, ſeu motum pro- 13
prium Leonis X. cuius litteram refert Garcia *de
benefic.* 5. *p. c.* 4. *ante*, *n.* 170. in ea parte, qua loqui-
tur de iuramento præſtando ab electoribus circa
eligendum magis idoneum in prouiſione Cano-
nicatuum, qui vocantur *de officio*, an debeat fieri,
tactis ſcripturis & quia ſemper in Iure, vbi poni-
tur forma, exigitur tactura Euangeliorum, vt *in
cap. quoties* 1. *q.* 7. *cap ego*, Berengarius *de conſecrat.
diſt.* 1. *cap. cum cauſa de iuramento calumniæ*, *cap.
quoties*, verſic. *porro, de purgatione Canonica*, Gloſſa
in cap. vt circa de elect. lib. 6. verbo *præſtito*, & *ibi*,
Archidiacon. & Ancharranus, &c.

Sed reuera iuxta diſtinctionem iam *ſuprà* re- 14
latam dicendum eſt ſufficere quod tãgatur quæ-
libet Scriptura ſacra, vbi non exprimitur Euan-
geliorum tactura, & ita de conſuetudine ſeruari
dicit Gloſſa *in Clem.* 1. *porro de hæret.* verbo *tacta*,
vbi Cardin. *q.* 1. & 3. Bonif. *num.* 14. Monachus
in dicto cap. vt circa, *n.* 11. Francus *n.* 9. Abbas
in dicto cap. fin. de iuramento, *calum. n.* 3. Coſinas
in pragmat. ſanctione 3. *tit. de elect.* §. *ad locum*,
verb. *manibus*, tradit Garcia *de beneficiis*, vbi
n. 171. Et vt videas quamplures Doctores, an
autem quando iuratur, tactura Euangeliorum
ſit neceſſaria, leges quos nominat Zenedus
col. 108. *ad noſtrum textum ſub n.* 6.

Et iterum infero, quod etſi ſoleat ſæpius in 15
Rota opponi, quod examen teſtium de partibus
ſit nullum ob defectum iuramenti, ex eo quod
teſtes examinati non iurarunt tactis Sacroſan-
ctis Euangeliis iuxta Gloſſam *in dicto cap. vt cir-
ca de electione*, verb. *corporali*, ſicut refert Ca-
putaquenſ. *in deciſ.* 246. *p.* 2. † Tamen hic in Hiſ- 16
pania ſufficit quod teſtes iurent facta Cruce in
manibus Notarij, vt notum eſt, vt atteſtatur
Caputaquenſ. *in deciſ.* 265. *p.* 3. ac fuit deciſum in
vna Ciuitatenſ. conſtructionis Capellæ de
anno 1589. coram Seraphino, & ratio eſt, quia
cùm Notarius atteſtatur ſe recepiſſe iuramentum
in forma debita iuris, intelligendum eſt illud
præſtitum fuiſſe legitimè, & eo modo, quo fieri
debuit, Cæſar de Graſſis *in deciſ. fin. de Teſtibus*,
Riccius *collect.* 1409. qui refert ſic reſolutum
fuiſſe in vna Calaguritana oblationum 26.
Maij 1590. coram Comitolo, & aliàs ſæpius.

Sed ex *l.* 67. *Tauri*, iuſtis de cauſis ſtatutum eſt, 17
vt iuramenta minimè fiant ſuper altaribus, vel
Sanctorum Reliquiis, quamuis id apertè fuerit
petitum

petitum per verba ibi: *Iuramento aunque el juez lo mande hacer, o la parte lapida, no ſe haga en Sanuicente de Auila, ni en el Zerrojo de Sancta Gadea, ni ſobre altar, ni cuerpo Sancto, ni en otra Igleſia iuradera*, &c. Cuius legis ratio poteſt eſſe, quia ſolent in eis miracula apparere, & committere litem, vel negotium huic miraculo, eſſet tentare Deum: tradit eam, vt fundamentalem Gomezius *in dicta l. 67. Tauri, ſub num.* 1. vbi id confirmat ex eo; quia ſi fiat iuramentum vulgaris purgationis ſubmittendo ſe euidenti periculo in ferro igneo, vel prælio, alio ſimili caſu, quod vult ſubire; ſi verum non dicat tale iuramentum, non valet, nec poteſt fieri, nec ſi fiat, habet effectum; quia videtur tentari Deus iuxta textum, *in cap. Menam 2. q. 5. cap. tuarum de purgat. Canonica, cap. 1. & per totum, de purgatione vulgari*, & *ibi* Gloſſa Ordinaria, & Doctores.

18 Verum antiquitas obſeruabat, vt Plautus *in Rudente* ſcribit *act. 5. ſcen. 2.* non vbique Iuſiurandum, vel à parte, vel à Iudice delatum, præſtari permiſſum eſſe, ſed in templis dumtaxat, tactis aris, altaribúſque, & ſæpè conceptis verbis, & indicat Cicero *pro Flacco*. Iuſiurandum, aris tactis præſtari ſolitum, vt refert Iuuenalis *Satyra* 14. & Iuſtinus *lib.* 14. idem in Grecia obſeruatū fuiſſe, & Plutarchus in editione apud Siracuſanos magnum extare iuſiurandum hoc modo, vt qui fidem illo ſuam ſanciret, is in templis Cæreris, ac Proſerpinæ deſcenderet: ſacriſque peractis purpura deæ ſe indueret, facémque tenens ardentem iuraret. Alia adducit expreſſius Germanus *de immunit. lib. 1. cap. 20. à n. 6. & 9.* ex Simacho.

19 Et quia Conarruu. *in cap. quamuis pactum de pactis, lib 6. p. 1. §. 1. per totum*, plura adducit circa præſens dubium, & de iuramēto illo, quod ſuper lapidem antiquitus fiebat, & de eius introductionis cauſa *ibi n. 8.* tamen, *ſub n. 1.* negans neceſſitatē iurandi, tactis Euangeliis, aut aliis Scripturis ſacris, niſi in caſibus a iure expreſſis; addit quādoque neceſſarium eſſe, tactis ſacris Scripturis, aut Euangeliis quandoque id ſatius eſſe ad terrorem hominum, qui temerè iuramenta violare non erubeſcunt; quia etſi idem etiam periurium contrahatur ab eo, qui ſimpliciter iurauit, & ab eo, qui tactis Sacroſanctis Euangeliis, aut aliis ſacris, tamen maior pœna plerūque a legibus in hoc poſteriori caſu, quam in priori poſita eſt ac maius peccatum, & maior peierandi religio ob maiorem iurantium timorem, vt ſcribit Auguſtinus *in epiſt. 154. ad Publicolam*, & enim magis pœnale periurium, quantò id per quod iuratur, maius eſt, *cap. mouet 22. q. 1.* quia D. Thomas 2. 2 *q. 98.* docet grauius eſſe peccatum quoad periurium, ſi quis ſolemniter iuret per Euangelium, quam ſi per Deum communi ſermone, tum propter ſcandalum, tum propter maiorem deliberationem adducēs ad hunc propoſitum pleraque, ex bonis litteris, quarum aliquas tacito nomine refert Balboa *in d. cap 5. hoc tit. ſub n. 5. & 6.* quibus addo Anaſtaſium Germonium, cum ab eo relatis, *lib. 2. de Sacrorum immunitatibus, n. 8. & 9.* quem videbis.

20 Ad ſecundam partem huius quæſtionis, quæ fuerit cauſa iurandi tactis Euangeliis, aut ſacris Scripturis, & ea nempe fuit ob maiorem ſcilicet iurantium timorem, iuxta *d. l. generaliter, §. vlt. C. de rebus creditis, l. 1. & 19. tit. 11 p. 3.* ſic Couarr. *in d. c. quāuis pactum, p. 1. §. 1. ſub n. 2. verſ. hac ſanè*, ex antiquis referens plures iurandi formas *ibi*, *n. 2.* Videbis Balb. *d. c. 5. hoc tit. n. 6. & 7.* & Pauſanias in priori Eliacorum, tradit multa de Iureiurando, quod olim authore Homero fiebat ſuper exactis ſuis teſticulis, & deſigno apud Olimpiam Iouis Sorcij, id eſt, Iuiſiurandi Vindicis, cuius facies erat perfidis hominibus formidanda, idem fortaſsè, quem Romani Diuum Fidium appellarunt. 21 † Et erat etiam apud ſiculos Iuſiurandum, quod magnum appellabant: nam is, qui fidem præſtat authore Plutarcho *in Dionis vita*, deſcendit in templum Theſmophorum, & quibuſdam peractis ſacrificiis Deæ purpurā induit, tum ardentem captans faculam iurat.

Ad tertiam quæſtionis partem, circa praxim 22 S. Officij Inquiſitionis in forma recipiendi iuramētum à teſtibus, & à Reis, & de abiuratione ab eis facienda, ſuppoſitis iam dictis, dico primo quod antequām teſtes examinentur, debent Inquiſitore deferente, iurare Sacroſanctis Euāgeliis ſe veritatem omnino reuelaturos, tam contra ſe, quàm cōtra alios ſic noſter Collega D. Emiliani apud Salmanticenſes Doctor Didacus Canteræ *in q. crimin. de tangentibus probationes, c. 2. probation. per teſtes, n. 1.* Gail *pract. obſeruat. 101. n. 1.* late DD. *in d. cap. ſuis quæſtionib. de Teſtib.* vbi Barboſ. 23 † Et Rodericus à Cunna *in cap. multu diſt. 44. n. 3.* hoc extendit ad omnes teſtes quacumque dignitate pollentes, idem tenet Butrig Rulant. *de commiſſ. Cameræ Imperialis, p. 1. lib. 2. cap. 11.* Gloſſa *in d. cap. fraternitatis de Teſtibus.* 24 † Et quamuis Clerici ſoleant iurare tacto pectore, Carolus de Graſſis *de effectib. Clericatus effectu 36. per totum*, & Epiſcopus per ſuam conſecrationem, Trullenq. *in opere morali d. lib. 2. d. dub. 3. n. 5. in fine*: tamen in cauſis grauibus, vt iam adduxi, aliter dici debet.

Quare cum omnes cauſæ, quæ tangunt ad Sanctum Officiū Inquiſitionis grauiſſimæ ſint; ideo 25 ex doctrina Abbatis *in d. c. fin. de iuram. calumniæ*, Couarruu. & aliis adductis, debet iurari tactis Euangeliis: ſequitur Carena *de Officio Sanctæ Inquiſitionis, p. 1. de Teſtibus quoad examen tit. 7. §. 1. n. 5.* vbi *n. 8.* addit, quod ſunt teſtes monendi de importantia iuramenti in hoc foro, & de pœna, qua falſi teſtes ſolent puniri, Butrig. Rolant. *de commiſſ. Cameræ Imperialis, parte 2. libro 2. cap. 12. num. 10. & ſequentibus*.

Vidi tamen in Valliſoletani Sancto Tribunali 26 obſeruari, vt tam teſtes, quàm Rei iurent ſuper crucem poſitam in menſa ipſius tribunalis, eam manu dextera tangendo, & ſolùm iurare, quando in Eccleſia abiurant de leui, aut de vehementi ſuper Euangelia Miſſalis, & inſimul ſuper Crucem. Et quamuis de Iure hoc teſtium examen, aut Reorum ſoleat fieri in Sancto Officio coram Inquiſitore, Notario, & duabus perſonis Religioſis, *cap. vt officium, §. verum de hæret. lib. 6.* attamen hæc ſolemnitas non eſt in vſu, ſed examen fit coram Inquiſitore, Aduocato fiſcali, & Notario ſecundùm Caſtrum, Paulum, qui alios cumulat, *p. 1. tract. 4. diſp. 8. puncto 15. §. 3. n. 6.* ſicque obſeruari in Inquiſitionibus Hiſpaniæ, tradit Carena *dict. tit. 7. p. 3. §. 1. num. 14* ex praxi Pauli Garcia *de forma examinandi teſtes*. Sed ego in dicto Valliſoletano tribunali vidi obſeruari, vt coram ſolo Inquiſitore, & Notario teſtis, aut Reus iuratus examinetur; ſolùm enim quando Reus confeſſus ratificatur, ſiue teſtes vocantur duæ perſonæ honeſtæ, Clerici videlicet, & coram eis fit talis actus. Et quando cauſa poſt accuſationem ad probationem recipitur, tunc adeſt

aduocatus Rei, & aduocatus fiſci, qui concludunt, *para el articulo que aya lugar*.

27 Notabis autem quod Notarius debet in ſcriptis mandare iuramentum teſtium, aut Reorum, ſiue interpretum, ſed non eſt neceſſum, vt ait Paulus Garcia *vbi ſuprà*, quod fiat per extenſum; ſufficere tamen ſi fiat hoc modo *comparauit*, &c. *& medio iuramento*, &c. *quod præſtitit talis*, &c. Verùm Pegna *in praxi inquiſit. lib. 2. cap. 1. n. 4.* ait Tutius eſſe, ſi addatur tactis Sacroſanctis Euangeliis, de qua re videbis quæ tradit Farinac. *de Teſtibus, q. 78. à n. 73. vſque ad* 82. vbi quam plura adducit, & diſtinguit in quæſtione noſtra de tangendis Euangeliis, ſeu ſacris Scripturis cum iuratur, ipſum videbis. Quid in profeſſione fidei dico *infrà q. 5. in 1. quæſtionis parte*.

28 Ad quartam quæſtionis partem, an Cardinales in ſua conſecratione teneantur præſtare iuramentum de obediendo Romanæ Eccleſiæ aut Pontifici? Reſpondeo cum Balboa *hic n. 4.* & ab eo relatis, quibus addo Dianam *p. 5. tract. 2. reſ. 95.* quod quamuis Prælati in ſua conſecratione teneãtur Summo Pontifici iurare fidelitatem, Cardinales tamen ad tale iuramentum fidelitatis præſtandum non teneantur; quia etſi Pontifex ſit caput totius Eccleſiæ, eſt tamen ſpecialiori quadam ratione Cardinalium caput, & Cardinales eius membra ſpecialia reſpectu aliorum, eo quod dicuntur quaſi ipſi Pontifici inuiſcerati, & quaſi vnum corpus adeò vnitum, vt ſi Pontifex ab illis fidelitatis iuramentum peteret, quodammodo à ſe ipſo petere videatur. Contra deciſionem textus, *in cap. fin. de inſtitut. cap. veſtra de Iurepatron.* & alij, docet Iacobatius *de Concilijs, libro 1. art. 12. §. item*, Cardinales in verſic. *item Cardinales*, Hoſtienſis *in cap. antiqua*
29 *de priuilegijs.* † Et vberius idem Diana tradit *ſub reſolut. 8. dict. 5. p. tract. 2.* vbi in verſic. *tamen*, adducens eandem rationem, addit quod debent ſe præ cæteris aſtrictos reputare ad ſeruandam fidelitatem ipſi Summo Pontifici; quod tamen procedere ait in Cardinalibus, Preſbyteris, ſeu Diaconis, ſecus in Cardinalib. Epiſcopis; quia iſti iurant, vt Epiſcopi, quemadmodum alij Epiſcopi, non tanquam Cardinales, vt tradunt Hoſtienſis, & Andreas *in dicto cap. antiqua de priuileg.* Martinus Laud. *de Cardinal. q. 4.* Abbas enim ait allegato textu, *in cap. per venerabilem* qui filij ſint legitimi, quod Cardinales ſunt pars corporis Papæ, cum quibus Papa totum orbem Iudicat.

30 Ad quintam quæſtionis partem de forma, quam debent obſeruare Cardinales in eligendo Summo Pontifice, & qualiter iurẽt? Videbis quæ abundè tradit Iulius Laborius *Variar. lucubration. tit. 4. cap. 8. ex n. 31.* vbi plura curioſa. Et addit Diana *d. p. 5. tract. 2. reſol.* 8. quod non præſtatur iuramentum Cardinalibus inſignum ſingularis confidentiæ, quam de illis habet Papa: nam ſicuti cardine hoſtium regitur *prob. 25.* ita conſilio, & aſſenſu Dominorum Cardinalium, Papa *regit, diſponit, & ordinat vniuerſalem Eccleſiam*, vt tradit Cardinalis *in cap. quanquam, col. 2. verſ. 2. quod ſicut*, q. 8. de quibus Bernard. *de conſolatione ad Eugenium*, ait hi quoque *continuo tibi aſſiſtunt ſeniores Populi, orbis Iudices*.

31 Et de forma iuramẽti ex decreto Vrbani VIII. præſtandi per Cardinales, & Prælatos Congregationis examinis Epiſcoporum, videbis Anton. Naldum *in cap. primum itaque diſt. 25.* qui & de alia forma iurandi alloquitur, *in c. inter verba 11. q. 3.* & melius de modo in extrauaganti, *ſi deceat de maioritate, & obedientia*, cum leges.

Ad ſextam quæſtionis partem, quid ſibi velit 32
iuramentum ſuper lapidem? Colliges ex doctrina textus, *in c. ecce dico 22. q. 5.* collectus ex Auguſt. *ſermone 28. de verbis Apoſtoli*, ſic alloquente: *ecce dico charitati veſtræ, & qui ſuper lapidem falſum iurat, periurus eſt. Vnde hoc dico, quia multi etiam in hoc falluntur, & putent; quia nihil eſt, per quod iurant, non ſe crimine teneri periurij, prorſus periurus eſt; quia per id, quod ſanctum non putas falſum iuras ſi tu illud ſanctũ non putas, ſanctum puta, cui iuras: non enim quando iuras tibi aut lapidi ſed proximo tuo iuras, homini iuras ante lapidem, ſed nunquid non ante Deum, non te audit lapis loquẽtem, ſed punit Deus te fallentem*, hactenus Gratianus ex Auguſtino.

Videmus ergo ex hoc textu duo conſideranda 33
fore. Primum quid Auguſt. ſenſerit, dum mentionem fecit iuramenti, quod ſuper lapidem fit. Alterum, & ſecundum, nẽpe, an qui per lapidem falſum iurat, periurus ſit: de quo vltimo videbis quæ de periurio adduco *infrà in cap. breui hoc tit.* Quare vt reſpondeam ad primum, aduerto ſanè quod apud Gentiles omnium iuramentorum Sanctiſſimum erat, *Iouem lapidem iurare*, inde ſumptum, vt quidam interpretantur, quod in priſco feriendi fœderis ritu, Pater tractus, manutenens lapidem, conceptis verbis iuraret; & tunc ſuum lapidem feriret, dicens, *ſi fefellero Iouem, cæteróſque Deos, precor ſi me feriant, vt & ego hodie parcum hunc ſilice percutiam*, & Aulus Gellius *noctium atticar. cap. 21.* alloquitur inquiens *Iouem, Lapidem*, quod Sanctiſſimum Iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare, Virgilium nunquam ſcripſiſſe.

Aliis verò placet huiuſmodi iuramenti origi- 34
nem deduci ex eo quod olim apud Romanos iuraturi, *per Iouem lapidem*, tenere ſilicem ſolebant eiuſmodi ferè verba pronunciantes, *ſi ſciens, fallo qui me deſpicit, ſalua vrbe, arcéque bonis ejiciat, vt ego hunc lapidem ſtatim autem lapidem projiciebat*, cuius quidem ritus author eſt Feſtus Pompeius, cui conuenit mirum in modum. Polybius ita ſcribens, ergo inquit, *Carthaginenſes Deos patrios iurati ſunt: deinde Romani per lapidem ſecundùm vetuſtiſſimum ritum Martis*, Quirinſque numinibus additis Iuſiurandum perſtiterunt. Ritus verò lapidis fuit huiuſmodi *frecialis ſumpto* in manibus, lapide, poſtquam de fœdere inter partes conuenerat hæc verba dixit; *Si rectè, ac ſine dolo malo hoc fœdus, atque hoc iuſiurandum facio: Dij mihi cuncta præſtent fœlicia, ſin aliter, aut ago, aut cogito, cæteris omnibus ſaluis, ipſe per eam, vti lapis hic de manibus meis decidit, nec plura loquutus manu lapidem*, excuſſit hæc, & alia ex bonis authoribus, tradit Couarruuias omnino legendus, *in cap. quamuis pactum 1. part. §. 1. num. 8.* vbi ait huc pertinere locus ſuboſcurus Cicer. *lib. 7. epiſt. epiſt. 1. ad Marium*, ibi: *delicia vero tua noſter Æſopus eiuſmodi fuit, vt ei deſinere per omnes homines liceret is iurare, quum cœpiſſet, vox, eum deficit in illo loco ſi ſciens fallo.* Et accedit Plutarchus *in Silla*, vbi Lucij Cinnæ Conſulis meminit *is, inquit, Capitolium aſcendens, lapidémque manutenens iuratus eſt ſibi: deinde præſente multitudine, imprecatus eſt, niſi amorem in illum, beneuolentiámque ſeruaſſet, non ſecus ex vrbe extrudi, ac lapis è manu, & lapidem abjecit in humum.*

Cúmque horum multa Polybius referat *lib. 3.* 35
apud

apud quem non *per lapidem*, ſed *per Iouem lapidem*, legendum exiſtimat Couarruuias *vbi ſupra ſub dicto num.*8. dicens ritum Iuramenti eſſe *per Iouem lapidem*, non ritus *lapidis*: ſic ex Gellio, Cicerone, & Apuleio; & interpres Latinus fortaſſis legit apud Græcum *per lapidem*, cum legendum ſit id eſt *Iouem lapidem*: Videbis quæ refert Titus Liuius *lib.*1. *ab vrbe condita decadis* 1. idem *lib.* 21. agnum in hoc Iuramento percuti refert ita ſcribens de Annibale, præmiaque militibus promittente, eaque vt rata ſcirent fore agnum leua, manu dextera ſilicem retinens, ſi falleret Iouem, cæteroſque precatus Deos, ita ſe mactarent quemadmodum ipſe agnum mactaſſet, & ſecundùm precationem caput pecudis ſaxo eliſit, &c. Tamen Marcus Tullius *lib.* 7. *epiſt.* 7. *ad* Trebatium Epiſtola 12. ſcribit: *quomodo tibi placebit Iouem lapidem iurare, cum ſcias iratum eſſe Iouem nemini poſſe*, & Apuleius *in ſermone de Deo Sacratis*, ait *quid igitur, iurabo per Iouem lapidem Romano vetuſtiſſimo ritu.*

36 † Nonnulla refert Pichardus *in* § *ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus*, *num.*45. & de huius iuramenti ratione ſuper lapidem, adiunges quæ tradit Anaſtaſius Germonius *lib.* 1. *de Sacrorum immunitatibus*, *cap.* 20. *num.* 4. dicens quod per Iouem lapidem Iurare, eſt Iouem fulgura lapidea torquentem inuocare.

QVÆSTIO III.

An poſſint Epiſcopi Iuramentum de obediendo Pontifici præſtare per Procuratorem: Et quid ſi iurantis manus abſciſſæ ſint: Et an Epiſcopi teneantur limina Apoſtolorum inuiſere per ſe, & quo tempore: Et quænam debeat eſſe praxis noſtri Textus?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis nequit per Procuratorem præſtari ab Epiſcopis, niſi de conſenſu eius, cui præſtatur. fallit, n.*2.

2 *Iuramentum, quod fit, tactis ſcripturis, qualiter fiat ab eo, cuius manus abſciſſæ ſunt, num.*3.

4 *Limina Apoſtolorum ſunt inuiſenda per Epiſcopos certis temporibus iuxta diſtantiam Diœceſum, & Prouinciarum, num.* 6. 7. 8. *&* 9. *qualiter antiquitus, & qualiter hodie, n.*10. 11. 12. 13. 14. 15.

5 *Liminum Apoſtolorum obligatio inuiſendi, ortum habuit ab initio naſcentis Eccleſiæ: Et quis Pontifex eam primò decreuit, num.*6. 7. 8. 9.

16 *Limina Apoſtolorum quæ ſint, ſeu dicantur, numero.*17. 18.

19 *Liminum viſitatio, quare ſit præcepta, & non Papa, n.*20. 21. 22. 23. 24. 25.

20 *Papa dicitur ſummus Sacerdos, Princeps, Pontifex, Epiſcopus orbis, &c.*

22 *Epiſcopi tenentur Pontifici ſummo reddere rationem ſuarum adminiſtrationum, n.*24. *&* 25.

24 *Epiſcopi inuiſentes limina Apoſtolorum, qualiter id exequantur, n.*25. 26.

26 *Liminum viſitatio, & ſi Epiſcopis perſonaliter competat, adhuc eis impeditis fit per Nuncium miſſum. Et quis talis Nuncius nominetur, num.*27.

28 *Limina intelliguntur, vbi Papa adeſt, nec eorum viſitatio adimpletur, ſi Epiſcopi Papæ legatum inuiſerint.*

29 *Limia Apoſtolorum inuiſere nolentes. Epiſcopi pœnis multis plectuntur, num.*30. 31. *&* n.32.

31 *Indignationem Papæ ſeu Principis incurrentes, priuantur beneficiis, & feudis, n.*32.

33 *Liminum inuiſendorum mandatum conceſſum Nuntio per Epiſcopum viſitaturo, quæ continere debeat. Et de praxi, n.*34.

35 *Iuramenti ferendi ab Epiſcopis primò à Rege nominatis, & à Pontifice eligendis, tenor qualis, vt expeditis Bullis, & ante conſecrationem præſtetur, remittitur ſimul cum eis.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeas leges quæ adduxi, *ſupra in cap.*3. *de Iuramento calumniæ*, vbi dixi, *quæſt.*1. *num.*2. quod iuramentum fidelitatis, non poteſt exhiberi per procuratorem, niſi habeat ad id ſpeciale mandatum Domini. Et ſic ad Textum noſtrum notat Balboa, *n* 3, cum Baldo *in l vnica*, § *ne autem, C. de caducis tollend. & cap.* 2. *quo tempore miles in vſibus feudorum, & in cap.*1. *per quos fiat inueſtitura*, Gregorius Lopez *in l.*4. *tit.*26. *p.*3. Gloſſa 3. Peregrinus *de priuileg. iuram. n.*100. quod verò procedit conſentiente illo, in cuius fauorem præſtatur Iuramentum, vt aduertit Romanus *ſing.*797. quo pacto intelligitur Textus *in c.*1. § . *verum de ſtatu Regular. lib.*6. & dico latè *infra in c. veritatis quæſt.* 2. in verſic. *ad quartam*, & licet Felicianus de Vega, *in c. poſtulaſti de Iudiciis. num.*7. aſſerat poſſe fieri per Procuratorem, & etiam fidei profeſſionem: & docent. Nauarr. *conſ.*11. *hoc tit.* Sanhez *in ſumma lib.*2. *cap.*5. *num.*7. Azorius *tom.*2. *inſtit moral. lib.*7. *c.*1. *quæſt.*6. tamen Solorzanus *de iure indiarum, t.*2. *lib.*3. *cap.*6. *n.*12. Diana cum multis, *p.*11. *tract.*1. *reſ.*57. docent contrarium ex Trident *ſeſſ.*24. *c.*12. 1

Ad ſecundam partem difficultatis, dico, quod & ſi exigatur, vt iuramentum perſonaliter fiat & non per Procuratorem cum tactura euangeliorum, ſiue Sacrarum ſcripturarum, taliter ſit neceſſaria, vt dixerit Maſcardus *de probationib. tom.*3. *concluſ.*1358. *n.*42. quem refert Barboſa *in cap. fraternitatis de Teſtibus ſub, n.*7. vt *ſupra q.*2. notaui poſt verſic. *vnde.* Tamen ſi talis caſus occurrat, ait Carena *de Teſtib. quoad examen p.*3. *tit.*7. §.1. *n.*7. quod conſuleret inquiſitoribus, vt reciperent iuramentum illius teſtis per Procuratorem ſpecialiter ab eo conſtitutum ad iurandum; & ita in Camera imperiali obſeruari non obſcure innere Burger Rulant *de commiſ. Cameræ Imperialis, p.*2. *lib.*2. *cap.*11. *n.*52. eo quod poteſt quis per Procuratorem Iurare, vt probat Roman. *ſingul.*8. *per totum.* 2

3 † Et ob id etiam proſequitur Carena dicens quod cogeret etiam ipſum teſtem ad iurandum viua voce, de veritate dicenda; quia cum Iuramenti ſubſtantia conſiſtat in inuocatione Diuini nominis, vt iam *ſup.* adduxi, *q.*2. *in princ.* verſic. *& pro explicatione*, de quo loquitur bene Sanchez *ad præcepta Decalogi, lib.*3. *cap.*1. *n.*1. ſequitur; vt ad illius eſſentiam non requiratur vtique tactus ſacræ ſcripturæ, aut crucis, ſed ad maiorem tantummodo ſolemnitatem, vti ibi dixi: ſic Sanchez, qui alios allegat, *n.*3. imo vt adduxi *d. q.*2. *in princ.* de iure nulla requiritur ad iurandum formula, niſi aliter exprimatur. Quare dico quod ſi à iurante nequit per tacturam forma prærequiſita,

quiſita, adimpleri poterit per Procuratorem iuxta eam iurare, aut per ſe ſola diuini nominis inuocatione verbali.

4 Ad tertiam quæſtionis partem, an Epiſcopi teneantur limina ſanctorum Apoſtolorum Romæ inuiſere ratione Iuramenti ab eis præſtiti in conſecratione, & quid hoc ſibi velit: vt bene intelligas, leges quæ tradit Barboſa *hic num 5*, idem *in paſtorali 3.p.alleg.*111.*num.fin* vbi plures refert Gonzalez *in reg.8.Cancell.Gloſſa* 14.§.1.*num.9*. bene Anaſtaſ. Germonius *de indultis Cardinal. ſuper Bulla Sixti V. Romani Pontificis*, ſuper qua etiam loquitur Scortia *in conſtit. Pont. theoremate 359. epitome 139.* & de obligatione viſendi limina Apoſtolorum per Epiſcopos, Naldus *in cap. iuxta ſanctorum 93.diſt.*& alij per eos relati, & *infra* referendi.

5 Ego autem ſic expendo, dicens quod ab initio naſcentis Eccleſiæ, vel ab ipſis Apoſtolis dictante ſpiritu ſancto, ortum habuit hæc obligatio in uiſendi limina Apoſtolorum, quod probo ab ipſa obligatione obedientiæ, quam omnes Patriarchæ Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi tenentur præſtare Diuo Petro, eiuſque ſucceſſoribus, reddendo rationem ſuæ adminiſtrationis, & ſuarum Eccleſiarum ſtatus, nec non recipere à ſancta ſede cæterarum omnium Matre, ac Magiſtrâ mandata, vt exigit obedientiæ ratio, quæ à cæteris illi debetur, eaque quam diligentiſſime executioni mandare iuxta Textum *in c. omnes cum tribus ſeq.19. diſt.* ita vt hoc modo inter caput & membra reliqua legitima, & debita ſubordinatio, & fides Catholica in toto Eccleſiæ corpore
6 ſeruetur incorrupta. † Et ob id recte Iræneus *lib.3.cap.3.* ſcribit: *ad hanc Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam; hoc eſt eos, qui ſunt vbique fideles; in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis tradito.* ſic ille, & Anacletus *epiſt.3. cap.3.* vt habetur, *in cap. ſacroſancta 22. diſt.* rationem prædictæ ſubiectionis, & obedientiæ præſtat Et quia Anacletus, qui quintus in ordine fuit Romanus Pontifex, & Zacharias, vt refert Gratianus *in cap. iuxta 93. diſt.* ita conſtituunt: *Iuxta ſanctorum Patrum, & Canonum inſtituta, vt omnes Epiſcopi, qui Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacent qui propinqui ſunt annuè circa Idus Mai ſanctorum Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli liminibus præſententur omni occaſione ſepoſita, qui verò de longinquo iuxta chirogaphum ſuum impleant.* & addunt vt qui huius conſtitutionis contemptor extiterit præter quam ſi ægritudine fuerit detentus, ſciat, ſe canonicis ſubiacere ſententiis.

7 Vnde euenit, vt ſi Anacletus dicit iuxta ſanctorum Patrum, & Canonum inſtituta, dicendum quoque ſit huiuſmodi inſtitutionem iam ab antiquis temporibus fuiſſe & ab ipſis Apoſtolis; quorum nonnullos vidiſſe Anacletum plus, quam veriſimile, tradit Anaſtaſius Germon *vbi ſupra ad Conſtitutionem Sixti V. §. nulli* in fine, *de indult. Cardin. à n.*13.& ex prædictis verbis Anacleti *in d. c. iuxta 93. diſt.* infert Scortia *d. theorem.*359. Eccl. Paſtores Apoſtolicæ ordinationi ſubiectos adſtrictos fuiſſe viſitare certis temporibus eadem ſacroſancta limina, etiam ante Anacletum: Quare ait anno 723. Gregorium 2. Certiorem factum de progreſſibus Euangelicæ prædicationis ſancti Bonifacij illum Romam vocaſſe ad Apoſtolorum limina; & ab eo poſt confeſſionem rectæ fidei præſtitum Iuramentum ab omnibus ordinatis Epiſcopis præſtari conſuetum de obedientia Romanis Pontificibus exhibenda, & omni ſacræ fidei traditione exacte obſeruanda. † Item quod 8
Greg. 7. anno 1081. reprehendit Archiepiſcopum Rothomagenſem, quod diſtuliſſet inuiſere ſacra limina Apoſtolorum *cum tamen*, vt ait *ab ipſius mundi finibus, etiam gentes nouiter ad fidem conuerſæ, tam mulieres, quàm viri ſtuderent annuè ad ea venire.* † Quæ ergo cum fortè in deſuetu- 9
dinem abijſſent renouauit Zacharias, vt videre eſt *in Canone 4. ſynodi Romanæ* ſub eodem Papa habitæ quæ extat in Bibliotheca Vaticana, vt refert Germonius *vbi ſupra, num.*16. Et ſic etiam Gregor 3. hic tradendo formulam iuriſiurandi, quod ſanctiſſimo Domino Papæ, Epiſcopi, & alij maiores Eccleſiarum prælati præſtare debent, decreuit inter cætera, vt iurarent ſe ſingulis annis limina Apoſtolorum viſitaturos

Verùm quia prædicta viſendi quotannis limi- 10
na Apoſtolorum, obligatio de facili aſpernabatur, propter anguſtiam temporis; ideo ſanctiſſimus Papa Sixtus v. diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtituendæ ſtudioſiſſimus, cum animaduerteret ob non ſeruatam dictam conſtitutionem Chriſtiano Populo per quàm neceſſariam, plurima, eaque grauiſſima ſcandala, & incommoda Eccleſiam accepiſſe Eccleſiis ipſis, earumque Paſtoribus mirificè conſulendo mandauit; vt non ſingulis annis limina viſitarent, ſed tertiò, quartò, quintò, atque decimo anno forma ſequenti.
† Videlicet vt Itali, & proxime Siculi, Sardi, 11
Corſi, Dalmatæ Græci è regione Italiæ *ex §. 6.* tertio quoque anno inuiſerent; quia facilè poſſunt conficere iter, nec longum, nec periculoſum, quamquam Siculis D. Gregor. indulſerit, vt non tertiò quolibet anno, vt antea conſueuerant, ſed ſolùm quinto inuiſerent. † Germa- 12
ni verò, Hungari, Galli, Hiſpani, Angli, Scoti, Hiberni quartò. † Qui remotiores partes Eu- 13
ropæ habitant, littus Mediterraneum, Africanum inſulas Occeani ſeptentrionalis, vltra mare Germanicum, & Balticum, & occidentales citra continentem noui orbis quintò. † Aſiani autem, & 14
cæteri remotiores decimò.

Sed hæc praxis ita habetur, vt anni ab vlti- 15
ma viſitatione prædeceſſoris computentur à nouo Prælato in numero; aliàs enim nimis diuturnum interſtitium ob præcedentem mortem; aut alium caſum intercedere poſſet inter vnam, & alteram viſitationem, quod per quam damnoſum eſſet Eccleſiis, ſic ordinatim docet Scortia *dicto theoremate.*359. in verſic. *& quidem*, Germonius *vbi ſupra, num.*12. ſub verſic. *verum*, licet non ſic de prouinciis diſcernat Barboſa *hic ſub, num. fin. & in paſtorali dicta allegat.* 111. *ſub, num. fin.*

Dubium tamen eſt quæ ſint limina Apoſtolo-
rum, de quibus prædictæ conſtitutiones Ponti- 16
ficiæ loquuntur; & vulgò homines exiſtiment eſſe baſilicas Petri, & Pauli, cum vnicus ſit Apoſtolorum Princeps, alter ob excellentiam Doctrinæ dicitur ſimpliciter Apoſtolus, videlicet Paulus; & huic dicto aſſentire videtur Anton. de Butrio *hic n 9.*

Alij Baſilicas Sanctorum Petri, & Ioannis La- 17
teranenſis, quod in eorum Eccleſiis condita ſint ipſorum Apoſtolorum ſanctiſſima corpora. † Sed 18
communiter Doctores docent limina Apoſtolorum eſſe ipſam Curiam Romanam, vbicumque ſcilicet adeſt Pàpa: ſic docent Abbas *hic num.6.* Hoſtienſ. *num.8.* Felinus *num 9.* Turrecremata *ad*

Textum

Textum in dicto cap. iuxta 93.*diſt.*verbo *liminibus*, Speculator *tit.de leg.§.nunc oſtendendum,num.*581. Stephanus de Gaeta *ad Textum in cap. ad limina* 30.*q.*1.*n.*1.quam partem tuetur Germon.*de indultis Cardin.d. §.nulli in fine,à num.*18.vbi *à n.*21.ait nõ aliter intelligi poſſe,quod hic in noſtro Text. Gregor.3. (aliàs 8.vt ipſe antea dixit,*num.* 2.) ibi: *viſitabo niſi eorum abſoluat licentia*, dicens ea ſane verba referri nequaquam poſſe ad Apoſtolos,qui mortui ſunt,vt peritè conſiderant Hoſtienſis *dict. num.*8. & alij; ſed ad ipſum Romanum Pontificem, qui illis liminibus præeſt bene conſiderat Gaeta *in d. c. ad limina*, probans ex verbis illius Textus,dum dicit *ad limina Apoſtolorum*, & ſubdit,*noſtro præſulatui.*

Fluit ergo ex dictis conſiderare ad quid Ponti-
19 fex hic, & alij relati de viſitatione liminum, & non de viſitatione Papæ loquuntur, cum tota prædicta diſpoſitio tendat ad obedientiam Pontifici maximo præſtandam. Tum etiam,quia cum Canones de indignatione Apoſtolorum Petri & Pauli loquuntur ſic comminando contra inobedientes mandatis Apoſtolicis, omnes id intelligunt de Papæ indignatione qua ipſe contra inobedientes inſurgit: ſic Stafileus de *vi, & effectu clauſularum* clauſula, *nulli omnino hominum, num.* 4. Rebuffus *de nominatione, quæſt.*19. *num.*8. in praxi beneficiali, *titulo forma*, & declaratio nouæ probationis in verbo *nulli ergo*, in verſic. *ego autem*, Germonius *vbi ſupra in dicto §. nulli, num.*5. ergo otioſum fuit, vt de liminibus loquerentur. Tamen reſpondetur id factum eſſe honoris cauſa, hoc eſt ob illum honorem,& reuerentiam,quam Beatiſſimis illis Apoſtolis,cuius vices gerit Papa præſtare debemus, & vt vitare-
20 tur faſtus ille verborũ de viſitando Papa. † Præterea, quia & ſi Papa ſit ſummus ſacerdos, Princeps ſacerdotum, Pontifex maximus, vniuerſalis Papa, orbis verus, & ſolus Epiſcopus ac Paſtor, quem omnino ſic recognoſcere tenemur ex his, quæ latè adduxi, *in cap. nouit de iudiciis*, ſed quia Epiſcopi cuius fratres cognominantur, atque ita ab ipſo vocari ſoleant, eſſet quodammodo ſuperbiæ ipſos teneri ad viſitandum Papam, cum ſoleant Pontifices dicere, & reſcribere maxima cum humilitate dicendo ſe eſſe *ſeruos ſeruorum Dei*, vt latè ſcribit Anaſtaſius Germonius *de indultis Card.in §. ſeruus ſeruo-*
21 *rum ſcripſimus.* † Quare bene in noſtro Textu, & in aliis conſtitutionibus poſita ſunt limina Apoſtolorum, non Papam, nec Pontificem maximum, nec ſummum ſacerdotem, aut totius Gregis Dominici Paſtorem, vt prædicto velamine liberrimo deuotionis animo Epiſcopi Romam venirent.

22 Præterea quia & ſi vt mox dicam teneantur Pontifici maximo reddere rationem ſuarum adminiſtrationum Pontifici maximo: tamen nullus fere ex Epiſcopis eſt, qui Romam veniat, ac non ſolùm limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſed etiam alias quiſque, & ſeptem Baſilicas antiquitate, & excellentia inſignes ſanctitatis non viſitet: Imo & præter Epiſcopos,quamplurimi, ſunt qui religionis, aut voti cauſa Romam proficiſcuntur, vt limina Apoſtolorum, & alia loca pia viſitent, ac ſanctorum reliquias
23 venerentur. † Quare non incongruè infertur, vt viſitatio illa, quam Pontifici maximo Epiſcopi obedientiæ cauſa facere debent,limina Apoſtolorum ſit nuncupata, vel dici poteſt ipſum Papam eſſe Apoſtolorum limen, vt ſicut limen eſt ingreſſus ad Eccleſiam, quodque in Eccleſia continetur, eſt dignius limine, ita quia Apoſtoli Papa ſint digniores, ab illis denominata ſint limina, non ab ipſo, vt per ipſum ad Apoſtolos haberetur ingreſſus,ita ſermocinatur Anaſtaſius Germon.*vbi ſup.d.§.nulli de indultis,n.*35.& 36.

Vnde iam venit,vt dubites quid facere debent Epiſcopi, ſeu alij Eccleſiarum Prælati,ſic ſecun- 24
dùm tẽpora ſupra præfinita accedentes ad curiã Romanam: In quo dubio reſpondeo quod cum per ſe ipſos viſitent, tenentur primo facta prius Papæ Beatorum pedum de oſculatione, ſtatũ ſuarũ Eccl. ipſi Beatiſſimo referre,idq; non ſcriptis ſed ore tenus, vt videntur innuere verba conſtitut.Sixti V. 17.in verſ.*iurent*,vbi plura,de quibus noſter Textus loquitur ad formam iuramenti,ipſa
conſtitutio refert. † Sed quia non bene perſpi- 25
cuum, & clarum apprehendatur ex ea,an ore tenus, aut in ſcriptis teneantur referre ſtatum ſuarum Eccleſiarum;ideo Patres Tridẽtini Concilij decreuerunt, vt hæc relatio fieret in ſcriptis, vt alia omnia ſolent;tum quia huiuſmodi relatio in congregatione ampliſſimorum Patrum legitur, & exactiſſimè examinatur,vt ſi aliquid pro recto regimine Eccleſiarum,Epiſcopi omiſerunt,attentius deinceps inuigilare velint, ad quod admonentur, & exortantur. Tum quia relationes illæ, quæ ſcriptis fiunt ad perpetuam rei memoriam, & pro conſeruatione ſtatus conſeruantur, & ſi qua emendanda ſunt, aut corrigenda curant diligenter, vt emendentur,& corrigantur.

Dubitabis,an per Nuncium poſſint facere præ- 26
dictam liminum viſitationem; ad quod reſpondeo ex noſtro Textu, & ex prædicta conſtitutione Sixti V.teneri per ſe ipſos. Verùm ſi adſit legitimum impedimentum,aut alia permiſſio Pontificia, vt communiter apud nos Hiſpanos practicatur, fit ea per Nuncium; & tunc ſecundùm Hoſtienſem, Abbatem, & Antonium de Butrio *hic* Epiſcopus mittet Nuncium cum litteris patentibus,ſtatum Eccleſiæ continentibus,qui Nũcius iuxta præfatum modum de Epiſcopis, facta deoſculatione pedum ſanctiſſimi refert in ſcriptis ſtatum Eccleſiæ illius Epiſcopi, cuius Nuncius eſt,qui iurabit iuxta formulam *in libro Cancellariæ Apoſtolicæ,quinterno*,appellatum ſe beatiſſimorum Apoſtolorum Petri,& Pauli limina ſtatutis temporibus,(loquens in perſona Prælati cuius vices gerit perſonaliter viſitaturum,ac Pontifici,& ſucceſſorib.pro tempore exiſtentibus redditurum rationem de toto eius paſtorali officio, &c. Et hoc ſicut perſonaliter ipſi prælati iurant.

Etſi ſcire deſideres quis talis Nuncius poſſit 27
eſſe,leges prædictam conſtitutionem Sixti V.qua cauetur, vel vt ſit de gremio capitulorũ aut alius in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus ſeu aliàs perſonatum habens, & ſi huiuſmodi hominem Eccleſiaſtica dignitate & perſonatu prædictum Epiſcopi non habeant,tunc mittant diœceſanum Sacerdotem,aut alium Presbyterum,vel Regularem ſpectatæ probitatis bene de omnibus inſtructum: ſic Barboſa *in paſtorali d.alleg.*111.*n.fin.*

Item dubitabis an Epiſcopus, qui ſe adſtrin- 28
xerit ſingulis annis viſitare limina Apoſtolorum ſit ſecurus, ſi viſitauerit legatum? Et breuiter reſpondeo eum. Speculator.*in tit. de legatis.§.non oſtendendum, in fine*, & cum Antonio de Butrio *hic*, non bene adimplere ex eo;quia limina ibi eſſe intelliguntur, vbi Papa adeſt, & aliud

aliud legatus,vt ſcribit Germonius *de indultis di-ćto §.nulli,num.*24 quam praxim, & ego extendo ad praxim relatam de obligato ad viſendum trië-nio,quinquennio,aut decennio.

29 Vltimo iam ſcire deſiderabis qua pœnâ feria-tur Prælatus frangens deſignatam liminum viſi-tationem; etenim *ex* §.7.*&* 8.prædictæ conſtitu-tionis ſixti 5. incurrit cenſuras,de quibus *ibi*, vt ſint reliquis documento, & vt magnitudine pœ-næ perterreantur cæteri, iuxta ſenſum Platonis in Giurgia Cæſaris *lib.6.de bello Gallico*, Senecæ *lib.*1.*de ira*, Gellij *lib.6. cap.*14. vt etiam Greg. 7. Lanfranchum Archiepiſcopum Cantuarienſem ab Epiſcopali officio ſuſpendit, ni intra quatuor menſes veniret,vt tradit Scortia *d. Theorem* 359.

30 *poſt princ.& in fine.* † Imo prædicta ſixti 5.con-ſtitutio,cuius litteram ipſe refert in *epitome* 159. in hæc verba loquitur: *in obedientes autem ipſo fa-cto ſuſpendit ab ingreſſu Eccleſiæ adminiſtratione ſpirituali, & temporali, perceptioneque fructuum, quos interim capitulum ſint mora exigat,& expendat in fabricam, vel ornamenta Eccleſiæ; prout exigat maior neceſſitas,& tandiu ſint ſuſpenſi; donec à ſede Apoſtolica obtineant relaxationem:* ita ſanctus Pon-tifex *in d.* §.7.*&* 8.

31 Et quoadiuuatur eo quod; qui Papæ indigna-tionem incurrit, meretur priuari beneficiis Ec-cleſiaſticis iuxta Doctrinam Baldi, & Ioannis Baptiſtæ in repetitione,*l.cunctos populos, Cod. de ſumma Trinit.& fide Catholica*, Felini *in cap. ve-niens,col.*1.*de praſcriptionibus*,Socini *conſ.*87.*col.*3. *in* 3.*volum.* Textus expreſſus,*in* §. *item qui Domi-num quæ fuit prima cauſa benef.remit. l.*1. *Cod. de petit. bonorum ſublat.lib.*10. *clem. fin. de celebrat. miſſarum*, Rebuffus *in tract. nomin. cap.*19. *n.* 8. Iacobinus *de feudis*, in verbo *dictique vaſalli in cauſa* 13.

32 Et ob id qui Principis indignationem incur-rit, debet feudo, ſeu Beneficio, quod obtinet priuari, iuxta Gloſſam *in* §. *porro*, verſic. *ſed ſi delator*, in verbo *pendet, quæ fuit prima cauſa be-nef. amit.* cum benefacientem irritauerit, vbi videbis Baldum; ad quod etiam leges Anaſta-ſium Germonium *dict.* §. *nulli de indultis Cardin. in fine*,qui *à n.*4 agit de indignatione Dei,Ponti-ficis, ſeu Principis, quæ prouenit ex peccato in-obedientiæ.

33 Ad quartam, & vltimam quæſtionis partem circa praxim noſtri Textus, tam adimplendo vi-ſitationem liminum Apoſtolorum, quam in Iu-ramento ab Epiſcopis præſtando circa formam Textus noſtri, & morem Romanæ curiæ, circa Epiſcopos Hiſpanos quæ refert Salcedus *in Cu-ria Eccl.fol.*4.*& à fol.*65.*B, & fol.*66. Et quia fre-quentius eſt vt per mandatum in forma compo-ſitum vulgò *poder* limina Apoſtolorum ab Epiſ-copis inuiſeantur; ideo mihi viſum eſt illud hic inſerere.

34 *In nomine Domini, amen præſenti publico inſtru-mento, cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſ-ſimo ſexcenteſimo, &c.in dict. N. die verò N,men-ſis N. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Pa-tris, & Domini noſtri Domini N. diuina prouiden-tia Papæ N. anno eius N. in mei Notarij publici Apoſtolici, teſtiumque infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus R.Dominus, &c.aſſeruit ſe à ſereniſſima Catholica Maieſtate Domini noſtri Phi-lippi Hiſpanarum Regis Catholici ad Epiſcopatum: N,qui de iure Patronatus prædicti noſtri Regis exiſtit præſentatũ fuiſſe,ac proinde iuxta conſtit.& ſanctio-nes Apoſtolicas poſt confirmat.prædictæ nominationis per ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam factam, ſeu faciendam limina ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de vrbe viſitare; nec non prædicto ſanctiſſi-mo Domino noſtro obedientiam præſtare teneatur, & ad præmiſſa vacare non valens ab loci diſtantiam, aliiſque præpeditus negotiis,& impedimentis, & con-feſſus de bonitate, integritate, & rerum gerendarum ſolertia Domini N. & ipſum quidem Dominum, N. &c.Omnibus melioribus,modo,via,iure & cauſa,qui-bus melius,validius,& efficacius de iure potuit,& de-buit, fecit, conſtituit,creauit, & ſolemniter ordinauit Procuratorem,&c. Specialiter, & expreſſe ad ipſius Domini conſtituentis nomine,& pro eo prædicta limi-na ſanctorum Apoſtolorum viſitandum,& forma,qui-bus viſitare tenetur, obedientiam prædicto ſanctiſſimo Domino noſtro præſtandam, cæremoniaſque quaſcum-que in præmiſſis fieri ſolitas,faciendum ita verè,& re-aliter,& cum effectu prædictis conſtitutionibus,& ſan-ctionibus in omnibus, & per omnia ſatisfeciſſe videa-tur;ipſe enim Dominus conſtituens ex nunc pro vt ex tunc prædictam obedientiam in manibus infra ſcripti mei Notarij præſtat, & præſtare vult, & intendit de præſenti in ampla forma,& pro præmiſſis, & illarum occaſione coram ſanctiſſimo Domino noſtro, & illu-ſtriſſimis, ac Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus Sacrarum congregationum ſancti concilij Tridentini, ac Rituum, & cæremoniarum, aliiſque,quibus opus fuerit comparendum iuramenta quæcumque, ſi neceſſe fuerit præſtandum,&c.*

Cumque quando ſummus Pontifex remittit 35 Bullas electionis, ſeu confirmationis ad Epiſco-pos iam nominatos per Regem in ſimul remit-tant tenorem Iuramenti ab ipſis Epiſcopis ante conſecrationem præſtandum amplioribus cauſis quam quæ continentur in Textu noſtro,licet nõ differant in ſubſtantia, vbi etiam continetur alia clauſula de inuiſendis liminibus Apoſtolicis iux-ta iam dicta; ideo leges ipſum Salcedum in ſua *curia Eccleſiaſtica,fol.*166 *B.*qui amplè refert: Et iterum ſi velis habere ſtylum, & formam, quâ ipſi Epiſcopi ante conſecrationem iurant Ponti-fici obedientiam iuxta prædictum tenorem, qui cum ipſo inſeritur: leges ipſum *à fol.*267. *B.* qui alio ſtylo poſuit antea *fol.*42.

QVÆSTIO IV.

*An Canonici beneficiati, & alij Eccle-ſiarum Prælati, teneantur fidei profeſ-ſionem emittere: Intra quod tempus: Et an non præſtita, qualiter puniantur: Et an præſumatur facta aliquo temporis in-teruallo n.*1.2. *& an debeat oſtendi fidei profeſſio facta,num.*48. *Et an eam facien-tes teneantur Iurare tactis Euangeliis, n.*50. *& an fieri queat per procuratorem, num.*51. *Et an officiales in ingreſſu officij teneantur Iurare de bene adminiſtran-do: Vbi quia erga ſanctum officium in-quiſitionis: Et quam obligationem ha-beant Clerici erga ſuos Prælatos?*

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio fidei intra duos menſes, præcepta eſt in Tridentini*

Tridontini decreto Canonicis Parochis., & aliis, n.ſeq. & num.4.

3 *Profeſſionem fidei facere tenentur magiſtri Theologici, Legum, & Canonum lectores, & magiſtri Grammaticæ, & aliarum artium.*

3 *Profeſſionem fidei emittunt Canonici, & dignitates Cathedralium, etiam regularium, etiam exempti coram Epiſcopo, ſeu Vicario, & in ſuo capitulo, n.6.7.8.& 9.*

10 *Profeſſionem fidei tenentur facere habentes Canonicatum in commendam.*

11 *Profeſſionem fidei faciunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ.*

12 *Profeſſionem fidei faciunt Prælati regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſſione.* Fallit, num. 13.

14 *Profeſſionem fidei iterùm facit, qui de nouo adipiſcitur aliquod beneficium, ſeu præbendam. Quid ſi iterum adipiſcatur eandem quam dimiſerat, n.15.16.17.&.18.*

18 Cap. accepimus de ætate, & qualitate ordinis.

19 *Profeſſio fit etiam à promouendis ad Epiſcopatus, & dignitates conſiſtoriales n.20.*

21 *Profeſſionem fidei facere nonnulli excuſantur, ſeu non tenentur, vt Canonici Coadiutores, dignitateſve. Et prouiſi de præbendis in collegiatis, n.22. nec portionarij Cathedralium 23. 25. nec prouiſi de beneficiis ſimplicibus, n.24.*

26 *Profeſſionem fidei facere obligati tenentur ſponte eam emittere, alias ſi differant extra tempus ſubiacent pœnis, n.27.28.29.30.31.*

32 *Profeſſionem fidei deferentes, quos fructus queant retinere vbi de diſtributionibus, num.33.34. Quid de anniuerſariis, n.25.*

34 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt in fructus beneficij ad ſolutionem dimidiæ annatæ.*

36 *Profeſſionem fidei omittentes non admittunt beneficia, num.37.*

38 *Profeſſionem facere omittentes, etiam emittent poſt temporis tranſcurſum.*

39 *Profeſſionem omittens ex ignorantia, nunquid excuſetur à pœna reſtitutionis in foro exteriori, & in foro animæ, num. 40. & à pecato, num. 41.*

42 *Profeſſionem omittens culpabiliter, tenetur ad reſtitutionem perceptorum, & cui fiat reſtitutionum. 43. Et an pœna in foro conſcientiæ obliget. n.44.45. Quid ſi occultè, aut ex incogitantia omiſerit, n.46.*

44 *Fructus debens nequit ſe componere cum capitulo; Quid cum ſacra pœnitentiaria, numero 44. & 45.*

47 *Profeſſio fidei ex decennali beneficij collatione præſumitur.*

48 *Profeſſionem facere obligati, nunquid teneantur eam oſtendere, & probare. Et cui incumbat probatio, n.49.*

50 *Profitentes fidem, debent iurare tactis Euangeliis.*

51 *Profeſſio fidei poteſt fieri per Procuratorem ſecundum aliquos. Quid in praxi, n.52. & 53.*

53 *Profeſſio fidei vt recipiatur ab aliquo, ſolet committi.*

54 *Profeſſionem fidei facere omittens Procurator, nunquid prouiſus faciat fructus ſuos.*

55 *Profeſſionem fidei facientes, quæ obſeruanda debeant iurare, vbi de forma iuramenti, & num. 56.*

57 *Officiales in ingreſſu ſuorum officiorum debent iurare de benè adminiſtrando, vt Acceſſores Iudices, numero 58. 59. 60. 61.*

62 *Subditi quibus in actibus debeant Superioribus, & Prælatis obedire, n. 63. 64. 65.* & ſequent. ad num. 78. *Quid in actibus internis, ex num. 64.*

69 *Clerici Epiſcopo in quibus obedientiam præſtent, n. 70.71.72.73.74.75.76.77.*

78 *Clerici tenentur contribuere ad rem emptam in vtilitatem, & conſeruationem Eccleſiæ per Epiſcopum.*

VIdeo inter Neothericos aliqua in noſtro 1
Textu adnotare de profeſſione fidei facienda a Prælatis Canonicis, & aliis vt ſignat Graña *ſub num.4. in fine*, Balboa *in cap. nullus 5. hoc tit.* (Qui Textus habet continuam materiam cum noſtro Textu, & ſic ego hæc duo iura ſub vna repetitione conſtituo) vbi *n. 14. circa finem*; hæc verba loquitur *hodie ergo antequam ordinentur Presbyteri ſtantes coram Epiſcopo fidem profitentur, & etiam prouiſi de beneficiis, & promoti ad Dignitates, & Canonicatus intra duos menſes fidei profeſſionem facere, & iurare obedientiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iuxtà Tridentinum Concilium ſeſſ. 24. cap.12. decreto 2. de reformatione.* Vnde non importunè de hoc dubio hic inquiritur, quaſi fortè non adſit in quinque libris Decretal. aliàs oportunior Textus.

Et quia video ad prædictum Trid. caput vber- 2
rimè loqui Barboſam *in collect. ibi*, & ante eum Farinacium, verſic. *ad minùs intra duos menſes*, & Marcillam, & ipſum Barboſam *in paſtorali 3. p. tota alleg.* 61. vbi plures refert, inter quos videbis Garciam. *de beneficiis 3. p. cap. 3.* qui cæteris vberior eſt, & refert plures deciſiones; ideò præter illos iunges Scottium *de Pontificum conſtitut.* referentem ad litteram Pij V. conſtitutiones 88. olim 112. editas Anno 1564. incipit *Sacroſancta*, latè Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.2. cap.5.* Villalobos *in ſumma p. 2. tract.1 difficult.* 6. Caſtro Palao, Bonacina, Filucius & alij traditi ab Egidio Trulenq. *in opere morali tom. 1. lib.1. cap.1. dubio* 8. qui cum aliis agunt de hac fidei profeſſione facienda, & intra quot menſes, & qui ad eam teneantur, quibus plectantur pœnis, eam non facientes, & ex quibus poſſint à pœna excuſari, in quibus breuis ero, & pluribus aliis Barboſa *in Trid. ſeſſ. 24. cap.12. de reformat. à num.* 14. vbi de pœnis contra omittentes eam, aliqua notaui *ſuprà in Rubr. de fide Catholica* extendenda per hic dicta.

Igitur ad prædictam fidei profeſſionem ex 3
Pio IV. non ſolùm tenentur volentes retinere, aut aſſequi ordinarias, & extraordinarias lecturas Theologiæ Legum Canonicarum, & Ciuilium, Medicinæ, Philoſophiæ, & humanarum litterarum, de quibus ibi fit expreſſa mentio à Pio IV. verùm etiam docentes prima rudimenta Grammaticæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & aliarum artium liberalium, licet publicam ſcholam non aperiant, ſed tantùm in propriis domibus doceant: docet Scortia, dicens ſic fuiſſe declaratum à Sancta Congregatione Cardinalium ſuper Conc. Trid, *dicta ſeſſ. 24. cap. 12.* & tradunt Hieronimus Sotbus Capucinus *in compendio priuileg. mendicantium* verbo *profeſſio fidei in fine*; & Sanchez *vbi ſuprà in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 5. num.4.* Tamen vt ipſi aduertunt, & poſt eos Trulenq. *in dict. opere morali lib. 1. cap. 1. dubio 8. ſub num. 4. & in fine*; prædicta conſtitutio

non

non eſt in omnibus locis recepta,ac proinde non vbique obligat, & ſic attendendam eſſe approbatam conſuetudinem.

4 Igitur ad eam emittendam tenentur intra bimeſtre à die adeptæ poſſeſſionis omnes prouiſi de beneficiis curam animarum habentibus in manibus ſuorum Epiſcoporum,vel his impeditis coram eorum Vicariis, vt expreſsè cauetur *in d. Trid. decreto ſeſſ.24. cap.12.*

5 Secundò eam tenentur publicè profiteri omnes promiſſi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, ſiue Canonicatus, ſiue dignitates ſint ſeculares, aut regulares, ſiue ſubiecti ſint, ſiue exempti, quam debent facere coram Epiſcopo, vel eius Vicario, & iterùm co-
6 ram ſuo capitulo congregato † Tamen ſi in prædicto capitulo ſit Epiſcopus præſens, vel eius Vicarius, qui fortè Canonicus eſt, ſufficiet illa ſola profeſſio; quia iam ſatisfactum eſt Tridentino, tradit Garcia *dicta* 3. *p. cap.2 num.*24. Trulenq. *vbi ſuprà, num.*1. Barboſa *lib.*1. *de Iure Eccleſ. cap.*21. *num.* 57. *&* 58. *& in tract. de Canonicis*; alios referens *cap.*17.

7 Quod ſi tunc temporis contingat ſedis vacatio, tenebitur Canonicus, non tantùm coram capitulo, ſed eius Vicario fidei profeſſionem facere, quia cum Iuriſdictio Epiſcopalis per eum adminiſtratur magis per Vicarium repræſentatur
8 Epiſcopus, quam per capitulum. † Vnde Parochus eo in caſu, non coram capitulo, ſed eius Vicario tenebitur profeſſionem facere: tradit
9 Garcia *vbi ſuprà, num.*27. *&* 28. † Qui *num.*16. ait obligari etiam Canonicos Regulares Eccleſiæ Cathedralis,& Canonicos exemptos *ibi.n.*21. ſequitur cum aliis Barboſa *in paſtorali dicta allegatione* 60. *n.*5.*&* 6.

10 Item ad hanc fidei profeſſionem tenentur habentes Canonicatum, vel præbendam in commendam in ipſius commendatarij vtilitatem, secùs ſi commendatur in vtilitatem Eccleſiæ;quia ſic non cenſetur titulus, Garcia *dicto cap.*3. *n.*10. Trulenq. *dicto dubio* 8.*ſub num.* 1. Barboſa *in paſtor. dicta alleg.*60. *num.* 12. vbi dicit id procedere, quando habent facultatem diſponendi de fructibus, ſicut veri beneficiati, cum ſic eorum commendæ cenſeantur habere vim, & effectum tituli:quo pacto intelligitur Tuſcus *de viſit.lib.*2. *cap.*9. *num.*14.

11 Tertiò ad eam emittendam tenentur Epiſcopi, & eius Superiores, vt Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ in prima Synodo prouinciali, cui interfuerint ex Conſilio Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de reformat.* vbi Barboſa, & alij communiter, idem in paſtorali *dicta alleg.* 60. quod iubetur à Gregor. XIV. *in Bulla*, quæ incipit *onus Apoſtolicæ ſeruitutis*, cuius Iuramenti forma ſcribitur *in Pontificali Romano*, Clem. VIII. iuſſu edito *folio* 79. & à Franciſco Leon. *in Theſauro fori Eccleſiaſtici p.*2. *cap.*10. *num.*15.

12 Quartò ad eam emittendam tenentur Prælati regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſſione ſuæ præfecturæ, docent ſuprà relati cum multis idem Barboſa *dicta alleg.* 60. *num.* 7. quibus addo Nauarrum *lib.*1. *de Iureiur. toto conſ.*10.*in* 2. *editione* Trulenq. *dicto lib.*1. *cap.* 1. *in opere morali dubio* 8. *n.*3.vbi dicit de omnibus Prælatis regularibus, & militaribus, id probans ex Pio IV. in quodam motu proprio incipienti *iniunctum nobis, tom.*2. *pag.*129. vbi formam huius profeſſionis tradit, & quamuis tempus ibi non determinet, ſufficiet eam intra bimeſtre facere ſecundùm Trid. diſpoſitionem: Sic declarat Nauarrus *vbi ſuprà.* Et licet Capucinus *ſuper priuileg. mendicantium*, dicat hanc conſtitutionem non eſſe vſu receptam ibi verbo *profeſſio fidei, notab.*1.

Tamen Petrus de Ledeſma *tom.*1. *tract. de fide c* 4. *in fine*, refert in quibuſdam Religionibus obſeruari: quo fit vt in quibus ea admiſſa non ſint non teneantur earum Prælati, fidei profeſſionem emittere; eo quod hoc decretum, vel in eis receptum non ſit, vel conſuetudine abolitum, Sanchez *in præcepta Decalogi dicto lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. Villalobos *in ſumma dict.* 2. *p. tract.* 1. *ſub num.* 3. vbi refert alium motum proprium Pij V. incipit *in Sacroſanctis* de quo *ſuprà in principio*, quo obligantur Magiſtri, & Regentes, & cæteri liberalium artium profeſſorem, quem ſimilitudo, ac præcedentem admittit, addens ſe illum iam in vſu non videre licet, referat ſuo tempore eam profeſſionem ſe, & alios prædicatores, ac Magiſtros Cœnobij D. Franciſci Salmanticæ fuiſſe. 13

Quintò aduertes teneri denuo admittendam hanc fidei profeſſionem illi qui in adeptione alterius beneficij ſimilis eam iam emiſerunt: ita cum aliis Barboſa *in paſtor. dicta alleg.* 60. *n.* 8. Nicolaus Garcia aliis etiam adductis *n.*17. *&* 38. *de beneficiis* 3.*p. dict. cap.*3. exiſtimantes Tridentini diſpoſitionem intelligi, ſiue adeptio illius, alterius beneficij ſit in diuerſa Eccleſia, ſiue intra eandem, in qua primum obtinebant contra Azorium *lib.*1. *in ſumma inſtit. moral. cap.* 2. *q.* 8. & Sanchez. *dicto lib.*2. *cap.*5. *num.* 6. id tantum admittentes, quando adeptio facta eſt in alia diuerſa Eccleſia, & non in eadem. 14

Dubium tamen eſt an iterùm ad profeſſionem emittendam teneatur, qui denuo adipiſcitur Parochialem dignitatem, vel præbendam,quam anteà habuerat, eamque dimiſit, in quo dubio Sanchez *vbi ſuprà* videtur negatiuam tenere ſententiam; eo quod ſi dictam profeſſionem amiſerunt, iam alio titulo, vt Doctoratus, quamuis immemores obligationis illius facultatis ratione beneficij anteà adepti ſatis erit, nec teneri eam iterare ait, quia ſatisfactum eſt menti Tridentini, & facit regula quæ docet, vt ſemel approbatus, & idoneus Iudicatus, non ſit amplius examinatus iuxta Textum *in cap. accepimus de ætate, & qualitate ordin.* & Scortia duplicem ſententiam refert *dicto Epitome* 84. ſub verſic. *quærenti in fine*, & nulli adhæret. 15

Verùm Barboſa *in paſtor. dict. alleg.* 60. *à num.* 9. contrarium docet; tum quia id apertè probatur ex conſtit. Pij V. incipit *poſtquam Diuina*, verſic. *quodque omnes* tum quia profeſſus in vna Religione, ſi ad alteram migret, inibi rurſus profiteri compellitur, vt tradit Nauarrus *conſil.*60. incipit *an Monachus de regular.* Sorbus *in compend. mendicant.* verbo *Nouitius*, verſic. *ſed aduertendum.* † Tum etiam quia ſi aliquis ſit approbatus, & idoneus Iudicatus ad Parochiam eſt denuo examinandus, ſi ad aliam admitti procurat iuxta doctrinam Campanilli *in diuerſ. iuris Canon. Rubric.* 5. *cap.* 3. *num.* 8. & eſt commune. 16 17

Nec tunc obſtare ait Textum *in dicto cap. accepimus de ætate, & qualitate*, quia vindicat ſibi locum in beneficiis ſimplicibus, vt tradunt Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ.*419. *in* 1. *edit. & reſ.*356. *in* 2. *editione*, Caputaquen. *deciſ.* 367. ſeu 18

ſeu 5. præſentatus *p.2.* & cum aliis. Et videbis quæ docet Ægidius Trulenq. *in opere morali dict. lib.1. cap.1. dubio* 8. *ſub num.* 5. qui poſtquam hæc retulit concludit ſeruandam eſſe conſuetudinem, qualis reperiatur in vſu; de quo Barboſa *de iure Eccleſ. dicto cap.22. num.5. & 9. de Canonicis cap.* 17.

19 Sextò profeſſio fidei debet fieri, etiam à promouendis ad Epiſcopatus, & Dignitates conſiſtoriales iuxta Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reformatione cap.*1. & conſtitutionem Greg. XIV. tradit Garcia *de beneficiis dict.* 3. *p. cap.* 3. *num.* 2. & faciunt dicta in verſ. *tertio*, & addit Garcia *ibi ſub num.*15. *in fine de perſonatibus, & officiis Cathedralium*, idem dicendum, quod de Dignitatibus, quia æquiparantur in iure.

20 † Qui etiam *num.*9. & 10. ait quod prouiſi de beneficiis ante Conſilium, ad eam tenerentur, modo nondum adepri eſſent eorum poſſeſſionem, vbi refert congregationem Concilij *in dicto cap.* 12. *ſeſſ.* 24. ſic declaraſſe, licet credat ipſe à paucis obſeruatum fuiſſe.

21 Sunt verò nonnulli qui ad hanc profeſſionem emittendam non comprimuntur, vt iam de aliquibus ſignaui, alij autem, qui ad eam faciendam non tenentur. Primò coadiutores Canonici cum futura ſucceſſione; quia tales adhuc non ſunt veri Canonici, nec Dignitates, vt fuit declaratum in vna Conibricen. confirmata per breue Pauli 5. docent Garcia *dicta* 3. *de benef.* Barboſa *in paſtor. dicta alleg.*60. *p.*3. *num.*14. Egidius Coninc. *in opere morali dicto lib.*1. *cap.*1. *dubio* 8. *num.*1. *in fine*; quod verum eſt interim, dum eorum Proprietarij viuant, ſi enim mortui fuerint tenebuntur intra duos menſes adeptæ poſſeſſionis profeſſionem facere, & hoc pacto debet intelligi Acoſta de Andrada *quaſt.*7. in Bullam Cruciatæ, ex eo quod Iudex Apoſtolicus confert prouiſo coadiutoriam, tanquam verum beneficium per impoſitionem Pilei facta prius fidei profeſſione, quod nullibi in praxi receptum eſt, & quæ de Coadiutoribus refert idem Garcia 4. *p. cap.*5. vbi latiſſimè videbis, quod etſi iſti Coadiutores admittantur ad horas, quibus alij Canonici fruuntur, veluti ſtalli in choro, & voti in capitulo; Item & queant officia capitularia gerere, ſeu bona de conſenſu capituli adminiſtrare, vt faciunt alij viri Canonici, tamen in illo interim, quo ſui Proprietarij viuunt, ſunt tantùm ſeruitores, & non veri Canonici, aliàs implicaretur ea regula iuris, quod duo inſolidum, ſimul vno, eodemque tempore nequeunt eſſe eiuſdem rei Domini iuxta ea, quæ adduxi *ſuprà in cap. licet* 9. *de probat.*

22 Ex quo ſequitur dicendum, quod prouiſi de Canonicatibus, & Dignitatibus, ſeu aliis beneficiis in Eccleſiis collegiatis, non teneantur ad

23 prædictam fidei profeſſionem. † Nec etiam Portionarij vulgò *Rationeros* in Eccleſiis Cathedralibus, aut prouiſio inibi de aliis beneficiis.

24 † Item nec ad eam teneantur prouiſi de beneficiis ſimplicibus, nec Vicarij, aut Curati temporales, ex eo quia Tridentinum has perſonas non comprehendit: Sic Barboſa *dicta alleg.* 60. *num.*15. Garcia *dict. cap.* 3. *ſub num.* 13. & 14. qui id probat cum Sanchez. licet de conſuetudine Portionarij habeant vocem in capitulo contra Zerolam, qui *in praxi Epiſcop.* 2. *p.* verb. *beneficium*, §. 5. *dicto* 4. & verbo *fidei profeſſio* ex Conſilio Trid. *ſeſſ.*25. *de reformat. cap.*2. verſic. *cæteri verò* id probat, quia reſpondet prædictum Concilium loqui ſolùm de profeſſione facienda in prima Synodo à beneficiatis, & refutat etiam alios duos errores Vgolini, quem etiam refutat Barboſa *dicta allegatione* 60. *ſub dicto num.* 15. quatenùs dixit quod prouiſi etiam de beneficiis ſimplicibus debeant profeſſionem fidei facere eſto animarum curam non habeant, cum eadem ſit ratio de Canonicis Cathedralium, ponderans ad id Tridentinum *in dicto cap.*12. *ſeſſ.*24. in verſic. *cæteri verò*, vbi videtur loqui generaliter de omnibus beneficiis.

Et quatenùs etiam dixit quod etſi Canonici 25 Eccleſiæ collegiatæ non Cathedralis, non teneãtur profeſſionem fidei facere in capitulo, eam tamen debeant facere coram Epiſcopo, vel eius Vicario; quia quo ad primum eſt longè diuerſa ratio in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis propter eorum excellentiam, ac præeminentiam. Et quoad ſecundum, quia Concilium tantùm loquitur de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, non Collegiatæ. Et quia ita cauetur per ſacram Congregationem Concilij *dict. cap.*12.

Vnde iam porrigendo, dices quod obligati ad 26 hanc fidei profeſſionem tenentur ſponte, & abſque monitione ſe offerre ad eam faciendam iuxta prædictum Tridentini decretum *dicta ſeſſione* 24. *de reformat. cap.*12. declaratum à Sacra Congreg. Teſte Garcia *de benef. dict.* 3. *p. cap.*3. *num.*20. Caſtro Palao *de fide tract.*4. *diſp.* 1. *puncto* 9. *num.*4. Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſ. lib.*1. *cap.*21. *à num.*57. *vſque ad* 66. & *cap.*17. *de Canonicis*, vbi videbis. † Etenim profeſſionem face- 27 re differentes extra tempus duorum menſium à Concilio aſſignatum, peccant mortaliter ſi notabiliter negligentes ſunt, quia verbum *teneantur* poſitum in dicto Trid. decreto eſt neceſſitatis, & præcepti quod inducit mortale: Sic probat cum infinitis Garcia *dict. cap.* 3. *de benef. p.* 3. *à num.*64. vbi addit vt non poſſit dici materia leuis, quibus addo Bonacinam *diſp.*3. *de fide, q.*2. *puncto* 3. *n* 14. & 15. Caſtro Palao *de fide tract.* 4. *diſp.*1. *puncto* 9. *num.* 2. Sanchez. *lib.* 2. *in opere morali, cap.*5. *num.* 1. Filiucium *tract.* 22. *cap.* 3. *num.*94. quia eſt res grauis, & imponitur grauibus pœnis, de quibus iam dico.

Igitur tale mandatum frangentes incurrunt 28 pœnas, de quibus expreſsè cauetur in dicto Tridentini decreto: Etenim omnes prouiſi, qui à die adeptæ poſſeſſionis adminùs intra duos menſes dictam fidei profeſſionem non emiſerint, fructus non facient ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragabitur: Sic cauetur in dicto Trid. decreto *cap* 12. † Nec enim Eccleſia poteſt, aut capitu- 29 lum habere pro præſentibus eos, qui nunquam reſiderunt, aut fidei profeſſionem fecerunt, vt cenſuit Sacra Congregatio, teſtè Garcia *dicta p.*3. *cap.*3. *num.*51. *in fine.*

Qui *num.*29. & 30. & alij quos ſequitur Bar- 30 boſa *in paſtor. dict. alleg.* 60. *à num.* 22. docent pœnam huiuſmodi currere tranſacto tempore illorum duorum menſium, quia fructus correſpondentes ad illos duos menſes, ſi reſidentiam fecerunt lucrari debent, non enim pœnæ extendendæ ſunt; quia vt docent Sanch. *lib.*2. *Decalogi cap.*5. *num.*10. Scortia *Epitome* 84 in verſic. *ſed an* poterunt retinere fructus prioris bimeſtris, quia cùm hæc pœna ſit ob culpam omiſſionis profeſſionis fidei pro eo ſolo tempore ligare debet, quo ea omiſſio culpabilis fuit, nempe

poſt

31 poſt duos menſes ab adepta poſſeſſione. † Et iu tantùm verum eſt prædictam pœnam incurri, vt nullomodo Canonicus, qui non emiſit profeſſionem haberi poſſit pro præſenti, & fructus percipere, licet pro cauſis & & negotiis capituli abſens fuerit, ſic docet Garcia *dict. cap. 3. n.50.* vbi tradit ita cenſuiſſe ſacram Congregationem provt etiam tradit Barboſa *tract. de Canon. & Dignit. cap.17. num.* 33. Trulenq. *in opere morali, lib. 1. cap. 1. dub.8.n.14. in fine.*

32 Et Azor. *inſtitutionem moralium tom. 2. lib. 7. cap.3. q.1.* ait poſſe illos beneficiatos, aut Canonicos recipere quotidianas diſtributiones, eaſque retinere cum Concilium ſolum priuet fructibus beneficij, inter quos non computantur quotidianæ diſtributiones, quando beneficium reddit fructus ſeparatos à diſtributionibus, ſequitur Scortia *vbi ſuprà*, Garcia *de benef. dict. 3. p. cap. 3. n.60.* & multis adductis Barboſa *dicta alleg. 60. num.30.* cum aliis Trulenq. *in opere morali dicto lib. 1. cap. 1. dubio* 8. *num.9.* eo quod diſtributiones non veniunt nomine fructuum, vt habetur in declaratione Concilij *dict. cap.12.* per ea verba *per omiſſionem profeſſionis fidei, amittuntur tantùm fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas, quas inſeruiendo quis acquiſiuit ratione miniſterij; & opere, & de quibus diſtributionibus poteſt*

33 *teſtari, & ad libitum diſponere.* † Sed hoc limitat Sanchez. *dict. cap.5. num.* 10. quando omnes fructus conſiſterent in diſtributionibus, nam tunc omittens fidei profeſſionem, tenetur eas reſtituere; ſic docet Garcia *dicta 3. p. cap. 3. numero 62.* aliàs enim fraudaretur diſpoſitioni Tridentini, quam limitationem alij non admittunt; quia cum hæc diſpoſitio Trid. pœnalis ſit, & quoad fructus tantum non eſt cur extendatur ad diſtributiones, licet ipſe omnes fructus abſorbant, de quo videbis Bonacinam *in tract. de obligat. Clericor. & beneficiat. in quæſt de obligat. benefic. circa fidei profeſſionem, q.5. puncto* 1. *n.* 1. Trulenq. *dicto dubio* 8. *ſub n.10.*

34 Et facit pro hac parte; nam quamuis in Camera Apoſtolica ſit ſoluenda media annata hoc eſt dimidia pars fructuum vnius beneficij à Sede Apoſtolica collati, cuius valor excedit 24. ducatórum de Camera, tamen ad hunc effectum vt paſſim videmus, non taxantur diſtributiones cum longè à fructibus diſtent, vt referunt Gonzalez. *in regula* 8. *Canc. in. proœm.* §.7. *à n.* 162. *p.63.* Aloys. Riccius *in collect.1451. p.4.*

35 Ob eandem rationem retinere poterunt quæ percepta ſunt ex anniuerſariis, Diuinis officiis quæ non debentur præciſè ratione beneficij, ſed ratione præſentiæ, cum pœnæ extendendæ non ſint, ſed reſtringendæ, tradunt Sanchez. & Azor. *vbi ſuprà* Farin. *in declarationibus cum deciſ. ſuper Concil. Trident. pag.* 328. *& ſequent.* ex declaratione congreg. illuſtriſſim. & Doctoribus *in cap. 1. de Cleric. non reſident. lib.6.* Scortia *dicto Epitome* 84. *in fine*, & probatur; quia valor beneficij ſolúm computatur reſpectu fructuum, quorum nomine non veniunt anniuerſaria, nec mortuaria, nec oblationes, vtpotè de diſtributionibus dixi, quia hæc ſunt debita ratione ſeruitij, & opere non ratione beneficij: tradũt Zerol. *in ſua praxi, p.2.* in verb. *valor pag.* 110. Franc. Leo *in ſuo Theſauro p.2. cap.7. num.* 1. 13.29.30.31. Couarr. *lib.3. variar. cap.* 10. *num.*1. *& lib.* 1. *variar. cap.* 22. *num.7.* Garcia *de benef. p.5. cap.3.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 127. *num.74. & de Canonicis, cap.17. num.16.* idem Garcia *dicta parte* 3. *cap.* 3. *num.60.* Caſtro Palao *tract.4. de fide diſp.* 1. *puncto* 19. *num.16,*

Ex his infero quod etſi profeſſionem omittentes non faciant fructus ſuos iuxta ſupra dicta, tamen non ob id priuantur titulo beneficij aut Canonicatus quoad alios effectus, cum queant habere vocem in capitulo, & ius procedendi à die adeptæ poſſeſſionis, niſi aliud obſtet, cum pluribus expendit Barboſa *in paſtorali dicta alleg.60. num.26.* 36

Vbi addit ex Garcia, & ex aliis cum Sacra Congregatione omittentes profeſſionem, nec iuuari annuali poſſeſſione ad lucrandos fructus. 37

Infero ſecundo quod ſi obligati ad profeſſionem intra bimeſtre faciendam iuxta Tridentini decretum intra id tempus non emiſerint, tenentur eo tranſacto; quia temporis aſſignatio ſolùm adhibita eſt, vt terminus obligationis adimplendæ: Itavt eo tranſacto non ceſſet obligatio, vt contingit in præcepto annuæ confeſſionis, docet Trulenq. *in opere morali dicto lib. 1. cap.* 1. *dubio* 8. *n.5.* Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.1. dif.* 6. *num.4.* Nauarr. *lib.* 2. *de Iureiur. conſ.* 11. *num.* 2. *&* 3. Emanuel Rodriguez. *in ſumma cap.* 119. *num.30.* Azor. *tom.1. lib.7. cap.2. q.4. & 5.* Scortia *d. theorem* 84. verſic. *quærenti*, vbi ex eo probat; cum id ſtatutum non ſit in honorem temporis, ſed vt terminus obligationis adimplendæ per Textum *in l. Celſus, ff. de receptis arbitris, & c. cum dilecti de dolo, & contum.* ſicut qui Kalendis Maij debitum ſoluere debet, niſi ſtatuto tempore fecerit, non liberatur à ſolutione poſtea facienda. Et vt benè expendas leges, quæ latè adduxi *in dicto cap. cum dilecti de dolo, & contum. tota quæſt* 1. 38

Infero tertiò quod qui omiſit hanc fidei profeſſionem facere, ſi occultus eſt, & eam omiſit ob ignorantiam inculpabilem, probabile eſt hunc excuſari à culpa, & à pœna reſtitutionis ante Iudicis ſententiam; ſed tenebitur fidei profeſſionem emittere ſecretò, manifeſtando in confeſſione totum hoc ordinario, vel poterit à Nuntio obtinere licentiam eam faciendi ſecreto corã aliquo vel ſuppleri poterit ſi aliàs eam emittat, v.g. Doctoratus gratia, aut in Synodo Diœceſana fidem cum aliis publicè profitendo. 39

Dubium tamen eſt an in vtroque foro excuſet ignorantia, vel inaduertentia, aut incogitantia à reſtitutione fructuum, & ob miſſam fidei profeſſionem? Et videtur quod ſic ex relata doctrina à Trulenq. *in opere mor. d. lib.* 1. *cap.1. dub.* 8. *num fin.* Ego tamen diſtinguendum exiſtimo inter vtrumque ius, nam quo ad ius externum nullam dari excuſationem dico, quia iſta eſt ignorantia iuris clari, & communis, ſecus tamen quoad forum internum, quo igorans, aut inanimaduertens à culpa excuſatur, & ob id quoad Deum poteſt à reſtitutione fructuum excuſari; Sic docent cum multis Barboſa *in paſtor. dicta alleg.* 60. *num.29.* quibus addo Nauarrum *de Iureiur, lib.2. conſ.* 11. *&* 12. Capucin. *in Priuileg. mendicant.* verbo *profeſſio fidei, num.* 2. Villalob. *dicto numero* 2. *tractatu* 1. *difficult.* 6. *numero* 8. eſt enim hæc lex pœnalis, non conuentionalis, ob quod ignorantia, ſicut liberat à culpa, liberabit à pœna, Barboſa *de Iure Eccleſ. cap.* 21. *num.* 70. *& tract. de Canon. c.* 27. *num.* 20. vbi dicit quod omittens fidei profeſſionem ex ſe, peccet mortaliter; quia res grauis eſt vt iam dixi 40

ſed

ſed dicit excuſari à peccato ſi eam omittat per ignorantiam, inaduertentiam, ſeu incogitantiam

41 Et Sayrus *deciſ. 3. de conſtit.* quem ſequitur Riccius *collect.579. ad Textum in dicto cap* 12.ait quod Clericus Parochialem adeptus, omittens per ignorantiam fidei profeſſionem facere, non peccat, nec ſubintrat diſpoſitio Trid.& ibi cum eodem Sayro *deciſ.* 3. concludit quod Curatus qui fidei profeſſionem intra duos menſes non fecit, poteſt moram purgare.

42 Itaque dicendum eſt, vt ſi fuit in culpa præter fidei profeſſionem, quam tenetur emittere,vt iam dictum eſt, tenebitur prætereà fabricæ, vel pauperibus fructus reſtituere poſt bimeſtre acceptos vſque ad illum diem, præter diſtributiones quotidianas, anniuerſaria, oblationes, ſiue pitantias, vt iam dixi Sanchez. *in precept. Decalog. dict. lib.2. c.5. n.*10. Azor.*d. lib.7. mor.tom.2. c.3. q.3.* Scortia *dicto Epitome* 84. *in fine* quod ſit ſicut fructuum eorum,qui non reſident per Concilium *ſeſſ. 23. de reformat. cap.*1.verſic.*ſi quis autem* docent etiam cum multis Barboſa in præcitatis locis *& dicta alleg.*60.*n.*31. Garcia *de benef. dict.3. c.3.n.*30. qui applicationem faciunt modo ſequenti in dignitatibus ſcilicet habentibus fructus diſtinctos, & ſeparatos à menſa capitulari, ſint reſtituendi fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat aliàs pio alteri loco arbitrio ordinarij iuxta Trid. *ſeſſ.*22. *de reformat. cap.* 3. at in Canonicis & dignitatibus habentibus fructus in menſa capitulari, videatur amiſſos fructus ob non factam fidei profeſſionem ad capitulum ſpectare, ſicut fructus non reſidentium, aut excommunicatorum, ad quod videbis Trulenq. *in opere morali d. c.1. lib.1. dub.9 n.*13. & Caſtr.Pal. *tract.4. de fide diſp.1. puncto 19.n.*41.ait in quibuſdam locis hos fructus incamerari,ſeu à occupari collectore Cameræ Apoſtolicæ, ſed addit ſe non vidiſſe vllam conſtitutionem talis applicationis.Et ipſum Garciam

43 *d.c.3. n.*40. † Qui *à n.*42.dicit quod debens fructus, non poteſt ſe componere cum capitulo ſoluta aliqua parte,& *à n.*53.refert ſacram Cardin. congreg. conſueuiſſe ordinarium non poſſe condonare fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem,quem ad alia leges *n.ſequent.*& adducit *poſt n.*75. plures deciſiones. Et applicabis quæ ipſe refert *d. lib.3. de benef, c.2. à n.* 402. de quo etiam Barb. *dicta alleg.*60. *num.*32. *& de Iure Eccl. d.c.21.n.77. & de Canonicis,c. 17. num.* 28. Franc. Leo *in ſuo Theſ. p. 2. c.10. n.* 27. Fuſc. *de viſitat. Eccleſ cap.3. num.4. in fine* dicentes non poſſe ordinarium prædictos fructus condonare.

44 Dubium tamen eſt,an ob obmiſſam profeſſionem fidei contrahatur in conſcientia pœna decreta in concilij decreto *dicta ſeſſ.24.cap.*12. ante Iudicis ſententiam, & in hoc puncto diuerſi ſunt Doctores, negant Sanch. *dicto lib.2. Decalog.pracept. cap. 4. n.* 10. Emanuel *quaſt. Regul. tom. 2. quaſt. 72. art.* 3. Nauarr. *de ſumma Trinit. conſ.*3. Filiucius *tract. 22. cap. 3. num* 99. vbi ait non improbabile, & quidem non ſine fundamento. Primò quia in pœnis eſt benignior interpretatio facienda *cap. in pœnis de Reg. Iur.* Secundò quia ſi Tridentinum voluiſſet in foro conſcientiæ obligare id declaraſſet, & addidiſſet, *nec tuta conſcientia eos detinere poteſt*, vt addidit *ſeſſ.* 23. *cap. 1. contra non reſidentes*, dicens *pro rata temporis fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia; alia enim declaratione non ſequuta eos detinere poſſe, ſed teneri Fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus erogare.* Et Pius I V. in motu proprio contra non recitantes officium, qui incipit *in proximo pag.* 347. *tom. 2. addit. ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas erogare teneantur*, Cumque *in dicto capite 12. Trid.* non procedatur vlteriùs, ſed illis verbis contentum fuerit *fructus non faciat ſuos*, nec cui reſtituendi ſint deſignauerit, ſignum eſt voluiſſe non obligare ante ſententiam ad reſtitutionem hanc partem, vt probabiliorem ſequuntur etiam Barboſa *in paſtor. dict. alleg.* 60. *num.28. & dict. lib. 1. de Iure Eccl.cap. 21. n. 72. & de Canonicis de Dignit.cap. 17.n.*24.Caſtro Palao *tract.4. de fide diſp.1. puncto 19.n.*16. nec eam in praxi condemnat, Villalobos *dicto tom. 2. tractatu 1. diff.6 num.9.* verſic. *lo contrario*, & ſi oppoſitam magis fundatam exiſtimet, quam ſequuntur Ledeſm. *tom.2. ſum.tract.1.c.4. poſt concl.10 dif.1.* Azor.*tom.2.lib.7.c.3.q.1.*refert Scortia *dicto Epitom.* 84. verſic. *ſed an*, vbi adducit congreg. illuſtr. die 2. Septembr. 1591.& die 13. Aprilis 1595. nempe contrahi, quod Concilium prohibebat delinquentes ius, & Dominium fructuum acquirere, dum ait *eos fructus ſuos non facere, nec poſſeſſionem ſuffragari*, & ſecundum hanc partem Trulenq. *in opere morali dict. lib. 1. cap. 1. num.8. in fine*, poſtquam retulit fundamenta huius partis, nempe hanc legem Trident. non eſſe purè pœnalem, ſed conuentionalem, obidque teneri in conſcientia omittentem profeſſionem fructus reſtituere, ſicut ad id tenetur excommunicatus fructus beneficij reſtituere ante omnem Iudicis ſententiam concludit, vt dato quod in conſcientia teneatur eos reſtituere, ſolùm tenebitur à tempore quo fuit in mora, nempe poſt bimeſtre ſecundùm iam *ſuprà* adducta.

Et Filucius *dicto tract. 22. cap. 3. num.* 99. dicit quod praxis pœnitentiariæ eſt, vt fructus reſtituant, niſi curent compoſitionem, quod etiam adducens Trulenq. *ſub dicto num.* 8 *ait poſteà, num.16 in fine*, vt qui culpabiliter omittit facere profeſſionem, teneatur facere reſtitutionem fructuum modo iam dicto, vel à ſacra pœnitentiaria remiſſionem; aliqua compoſitione facta obtinere, quia nullus alius præter Pontificem poteſt hanc condonationem facere. & Garcia *de benef. dict. 3. p. cap. 3. num.* 57. dicit quod ſolent prædicti fructus remitti per ſacram pœnitentiariam iubendo dare aliquam eleemoſynam. Videbis quod adduxi *ſuprà.* in verſic. *itaque* circa finem. 45

Quod de occulto omittente profeſſionem facere extra ignorantiam, inaduertentiam aut incogitantiam intelligi debet, quia ſi publicum eſt eam conſulto omiſiſſe, concludit Trulenq. *dicto dubio 8. cap.1. lib. 1. num. 16. in fine*, ſtandum eſſe Iuris, & Iudicis diſpoſitioni, & ſi locus ſit recurrendum eſſe ad Pontificem. 46

Dubitabis an aliquo temporis interuallo præſumatur factam fuiſſe fidei profeſſionem. In quo dubio breuiter dices quod ſi collatio beneficij ſit decennalis, credendum eſt parti, affirmanti fidei profeſſionem feciſſe, docent Ricc. *in praxi fori Eccl. deciſ.* 681. Barboſa *in paſtor. dicta alleg.* 60. *num.*21. vbi alios adducit id probans per ea quæ reſoluunt Flaminius *de reſignat. lib.3 q. 6. n.* 74. idem Ricc. *reſ.*58. *in 2. edit.* & alij idem Barboſa *de Iure Eccl. dicto cap. 21. lib.1.n* 68. & cum his Caſtro Palao *de fide, tract. 4. diſp. 1. puncto 19. num.*12. 47

48 **Dubitabis ſecundò an obligati ad fidei profeſſionem faciendam, teneantur illam oſtendere, & probare aliàs cogi poſſint ad reſtitutionem fructuum.** Et in hoc puncto reſpondeo cum diſtinctione, nam ſi ille qui petit a Parocho, ſeu Canonico, vt oſtendat profeſſionis factæ Teſtimonium; eius Epiſcopus eſt ordinarius, aut viſitator, tunc teneatur Parochus, ſiue Canonicus ei illud teſtimonium oſtendere, quia ei incumbit eam profeſſionem factam probare; dum tamen non ſit poſſeſſor decennalis, *vt n. præced. dixi.*

49 † Quod ſi ille qui petit ſit alia perſona priuata, aliuſve tertius, tunc qui contra Canonicum, aut Parochum petit; tenetur probare profeſſionem factam non fuiſſe: Sic docet Garcia *benef. dict. 3. p. c. 30. n. 48. & 49.* quem videbis Trulenq. *dict. c. 1. dubio 8. n. 14.* cum aliis relatis *ſuprà* in verſic. *dubitabis an aliquo.*

50 His ergo iactis accedendo ad doctrinam noſtri Textus dubium eſt, an qui fidei profeſſionem facere tenentur *ex d. c. 12. Trid. ſeſſ. 24. de reform.* & & alii ex prædicta conſtitutione Pij IV. teneantur eam profitendo iurare, tactis Euangeliis, ſeu Sacris Scripturis. In quo puncto ſuppoſita doctrina relata *ſuprà q. 2.* breuiter dico ſic obſeruandum eſſe. Primò quia vbi Iuramentum defertur à iure, requiritur neceſſariò, vt in actu iurandi adſit corporalis tactus ſcripturarum, vt ibi probatur. Secundò quia ſic patet ex verbis formæ traditæ à Pio IV. in iam relatis conſtitutionibus quas citat Garc. *de benef. d. 3. p. c. 3. n. 5.* in illis verbis *ſic Deus adiuuet, & hæc ſacra Euangelia Dei*, iuxta ea quæ *d. q. 2.* adduxi, tenet cum multis videndus Garc. *d. c. 3. à n. 71. & n. 73.* vbi plures ſic deciſum refert à Rota, ſicut & ipſe demonſtrat *d. n. 73.* quem videbis ad plures deciſiones poſt *n. 75.* de hoc puncto loquentes.

51 Item quæres, an prædicta profeſſio queat fieri per Procuratorem, quod vt reſoluas præmittes ex quæ dixi *ſuprà q. 3.* verùm in hoc dubio video diſcordare DD. Nam quidam exiſtimant id nullo modo prohiberi, tum quia nullum eſt verbum in Concilio ſignificans hanc profeſſionem fidei per propriam perſonam faciendam eſſe. Tum ex regula iuris; quia cauetur poſſe quem per alium, quod poteſt facere perſeipſum, niſi Canon, aut lex æliud conſtituat; tum quia poteſt quis per alium iurare, vt cauetur *in c. tibi Dom 63. diſt.* tum etiam quia vſus Procuratorum eſt maximè neceſſarius, vt qui rebus ſuis ſupereſſe; vel nolunt, vel non poſſunt per alios poſſint, vel agere, vel conueniri *l. 1. ff. de procur.* & Barb. cum pluribus ab eo relatis *in paſtor. n. 20.* ait ſecundùm rigorem iuris hanc partem eſſe recipiendam. Et videtur probari ex *dict. d. q. 3.* docent Nauar. Azor. Camp. Ledeſ. & alij ab eo relati Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. d. c. 5. n. 7.* tradit Scort. *dicto epit.* 84. verſic. *quid* Caſtr. Pal. *de fide tract. 4. puncto 19. n. 10.* Barb. *de. vniuerſ. iur. Eccl. c. 21. n. 56. & de Canon. d. c. 17 n. 5.* vbi ſic acerrimè defendit.

52 Verùm Garc. *de benef. d. 3. p. c. 3. n. 74.* cum infinitis ab eo relatis, docet hanc profeſſionem fidei non poſſe fieri per Procuratorem, ſed debere fieri perſonaliter, vt ſancta congregatio Concilij cenſuit, plures refert Barb. *dicta alleg 60. n. 19.* inter quos Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 166. num. 22.* & tenuit Rota in vna ſcholaſticæ, & in cauſa Chartagin. fruct. vt tradit Garc. & Farin. *in declarat. Concilij Trid. p. 4. pag. 328.* verſic. *dubitatur* dicit Congregationem illuſtriſſim. cenſuiſſe per ſeipſum, non per Procuratorem faciendam, & ſic Scortia, vbi *ſuprà* concludit quod lex obſtabit ſi res ita ſe habeat. † Et ſic Sanch. *d. n. 7.* 53 exiſtimat Epiſcopos teneri perſonaliter ad hanc fidei profeſſionem; eo quod Bullæ Pontificiæ committant alicui Epiſcopo; vt talem fidei profeſſionem accepent his verbis, nec propter hoc ad ſedem Apoſtolicam accedendo perſonaliter eſſe faciendam, tum quia ita declaratum eſt à Cardinalium congregatione, tum quia fidei profeſſio, actus perſonalis cenſetur.

Quod ſi Procurator omittat fidei profeſſioné 54 facere docet Azor. *tom. 2. mor. lib. 7. c. 2. q. 6.* quod quãdiu non ſtat per principalem fructus lucratur prouiſus, ſecus verò minime, quod intelliges admiſſa prima ſententia, quam nunquam vidi, nec in Eccleſia Valliſoletana, nec in Auſteric. practicari vbi fui Canonicus, & exiſtimo in aliis Eccleſiis ſic practicari, vt perſonaliter fiat fidei profeſſio, eam tamen admitterem in caſu abſentiæ præciſæ, tamen Garc. *d. 3. p. c. 3. n. 74. in fine*, dicit cum Hugolino poſſe Epiſcopum delegare alicui exiſtenti in loco vbi eſt qui beneficium habet, quod apud eum profeſſionem faciat,

Et qua forma hæc fidei profeſſio fiat, quæ au- 55 tem debeat ſic iurans profiteri, vt videas leges Franc. Ort. de Salced. *in ſua curia Eccleſ. pag. 225.* in verſic. *ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia, vtitur, videlicet credo* repetit omnia eius verba. *Item & Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto. Admittit ſacram Scripturam iuxta vnanimem ſenſum Eccleſiæ. Et profitetur quoque ſeptem Eccleſiæ Sacramenta, & receptos Eccleſiæ ritus circa eorum adminiſtrationem. Item profitetur quod in Miſſæ ſacrificio offertur Deo pro viuis & defunctis verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium, atque in Sacramento Euchariſtia eſſe verè, & realiter, atque ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Criſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantia panis in Corpus, & totius ſubſtantia vini in Sanguinem, & ſub altera tantum ſpecie, totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi Item profitetur conſtanter eſſe Purgatorium, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter & Sanctos vna cum Chriſto regnantes venerandos atque inuocandos eſſe, eoſque pro nobis Orationes Deo offerre; atque eorum reliquias eſſe venerandas. Et Imagines Chriſti Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, & venerationem impertiendam. Et Indulgentiarum poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe. Deinde agnoſcit Eccleſiam Romanam, Pontificique Petri Succeſſoris, vt Ieſu Chriſti Vicario obedientiam præſtat, & Iurat, recipit Sacros Canones ac definita in Conciliis, præcipuè in Tridentino contenta, deteſtatur Hæreſes ab Eccleſia damnatas, & profitetur prædictam Fidem Catholicam, extrà quam nemo ſaluari poteſt. Et quod curabit quantum in ſe ſit, vt ab aliis prædicetur, & concludit eam profitendo & iurando, atque vouendo: Ita illum Deus adiuuet, & Sacroſancta Euangelia Dei.*

Et cum ibi Salcedo referat ad longum præfa- 56 tam formam, concludit referendo alia Pontificis verba ibi *volumus autem quod præſentes litteræ in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more legantur, &*

vt

vt omnibus facilius pateant in eius quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & mandati infringere; vel ei auſu temerario contraire. Si quis enim hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datus Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1564, *Idibus Nouembris Pontificatus, Anno* 5. & alia prima verba dictæ Bullæ Pij V. refert *fol.* 254. B. Et de multis, nempe, quæ perſonæ quando, quomodo, & qua pœna ex præcepto Eccleſiaſtico teneantur fidei profeſſionem facere, latè & nouiſſimè Pater Franc. Valente *in concordia Iuris Pontificij p.* 1. *cap.* 4 *ſect.* 6. *& finali.*

57 Ad ſecundam quæſtionis partem, an officiales in ingreſſu ſuorum officiorum teneantur iurare de benè adminiſtrando. Et affirmatiuè reſpondeo cum Doctoribus *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Sic ex Rota diuerſ. Franchis *deciſ.* 4. *lib.* 11. de cuius iuramenti forma Papon *lib.* 4. *tit.* 8. *arreſt.* 1.
58 † Qui ait ad hoc Iuramentum præſtandum cogendos etiam Aſſeſſores ibi *lib.* 6 *tit.* 2. *arreſt.* 26.
59 † Item quilibet Iudex debet iurare publicè officium ſuum exercere bona fide, & ſine fraude, & nihil dediſſe pro officio: ſic tenet Franc. Marcus *in deciſ.* 682. & taliter ad id obligari vt prædictum Iuramentum non poſſit eidem officiali remitti, Mynſ. *cent.* 2. *obſeruat.* 65. quod diligenter notandum ad Textum *in cap. tuis. quæſt. de Teſt.* dicit
60 Ricc. *collect.* 1001. † Vbi ampliat cum Theſauro *in deciſ.* 47. deciſum fuiſſe in Rota Taurina tale Iuramentum exigere tactum ſcripturarum, & dicit hoc notandum ad ampliationem Gloſſæ *in clem. ad noſtram de Magiſtris.* Et ego maximè ad noſtrum Textum adaptari exiſtimo.

61 Item etiam iutant Prætor, Alguazeli, Rectores ciuitatis; & alij officiales Iuſtitiæ, vbi adeſt Tribunal Sanctum Inquiſitionis ſuper librum Euangeliorum, & Crucem ſe obſeruaturos ſanctam fidem Catholicam, & quod facient ab aliis obſeruari impugnantes, ei contrarios & incarcerantes Hæreticos fautores, & alios errantes quos nunquam ad officia nobilia admittent, nec in ſuis familiis, & quod obſeruabunt præeminentias Inquiſitoribus, & Miniſtris Inquiſitionis debitas, & quod exequentur mandata, & ſententias inquiſitorum, & alia iuxta formam, quam adducit Carena *part.* 2. *titulo* 4. §. 4. vbi videbis.

62 Ad tertiam quæſtionis partem de obligatione quam habent Clerici erga ſuos Prælatos, hic optime ſcribi poteſt per aſſignata, *q.* 1. ſed de hoc breuiter dico, quod generaliter loquendo tenentur ſubditi quatuor præſtare ſuis Prælatis. Primò amorem tanquam filij erga patres ſuos Spirituales. Secundò obedientiam in rebus honeſtis; his præſertim quæ pertinent ad eorum officium. Tertiò reuerentiam propter dignitatem, in qua ſunt. Quartò tenentur eos defendere.

63 Item dico, quod vt ſubditi obedire teneantur ex conſilio, & perfectione ſufficit quod voluntas Superioris ſit ſibi nota, etiam tacitè. & ſi non ſit ſibi expreſſa: Tamen ſub præcepto obedire non tenentur, niſi expreſsè voluntas Superioris ſibi notificata ſit ex D. Thoma *q.* 23. *de veritate art. vlt.* Siluestro verbo *obedientia*, §. *vltim.* Trulenq. *in opere moral. lib.* 4 *cap.* 1. *dubio* 7.
64 *num.* 4. † Tamen non ei obedire tenetur ſubditus in actibus purè internis, docet D. Thomas 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. Verùm ſi actus interni neceſſarij ſint ad externos debito modo poterit tunc Prælatus directè præcipere actus externos, & conſequenter, & indirectè actus internos ad externos neceſſarios: ita Trulenq. *in opere morali lib.* 1 *cap.* 8. *dub* 17. *num.* 4. cum multis. † Et ſic 65
Filiucius *tract.* 28. *cap.* 5. *num.* 89. dixit poſſe præcipere Eccleſiaſtico attentionem internam ad horas canonicas.

Nec etiam tenebitur obedire, ſi quod præci- 66
pit conſtat eſſe peccatum, etiamſi veniale ſit, ex eò quia debet præceptũ hominis eſſe ſubordinatum, & conforme præceptis Dei, & ſic quando eſt difforme, nequit obligare. † Et ob id nec 67
tenebitur ſubditus obedire, ſi ex eo quod præcipitur, ſequatur ſcandalum, vel detrimentum notabile aliorum; quia in tali cauſa obedientia eſſet contra legem Dei. Quod ſi percipiatur ſub pœna excommunicationis, nulla erit in foro interiori; quia iniuſta; ita Syluester in verb. *obedientia*, §. 5. Abbas *in cap. ſi quando, de reſcriptis.*
† Verum ſi ſubditus dubitat an id, quod præ- 68
cipitur ſit peccatum nec ne, tenebitur obedire depoſita conſcientia iuxta Textum *in cap. quid culpatur* 2. 3. *q.* 1. Syluest. *ſuprà* §. 2 & communiter Doctores agentes de conſcientia, de quo eſt videndus Filucius *dicto tract.* 28. *q.* 3. vt iam *alibi* plura adduxi.

Quare dico iam ad quæſtionem, quod Cleri- 69
ci tenentur vniuerſaliter obedire ſuo Prælato. Primò in his quæ pertinent ad ſtatum Clericalem, in quibus nolle obedire, ſi res eſt grauis eſt peccatum mortale. † Secundò ſi Epiſcopus præci- 70
piat vt aliquem excommunicet, quem tamen ipſe Clericus ſit eſſe innocentem, tenebitur tantum obedire, ſi præcipiat denuntiationem excommunicationis. Sin autem præcipiat vt illum excommunicet, ſi poteſt probare innocentiam, debet illam probare, quam ſi probet non debet obedire, ſed occurrere, ſi oportet ad Superiorem. At ſi deficiat probatio debet obedire, argumento eorum quæ adduxi *in cap.* 6. *de Iudic.* à *q.* 7.
† Deinde ſi Epiſcopus præcipiat vt Clericus 71
adeat Romam pro negotiis Eccleſiæ debet obedire, nec valet quod alij ſint magis idonei, quia non tenetur Epiſcopus hunc ordinem ſeruare, vt docet Filucius *dict. tract.* 28. *cap.* 5. *num.* 94. ſequitur Trulenq. *dict. lib.* 4. *in opere mor. cap.* 1. *du-*
bio 7. *n.* 5. † Vbi addit quod ſi Epiſcopus præ- 72
cipiat Clerico, vt reſignet alteri ſuum beneficium, non tenetur obedire, niſi eſſet aliqua cauſa, vt quia eſſet ineptus, & Epiſcopus vult dare beneficium idoneo.

Parochi curati erga ſuos Epiſcopos tenentur 73
intereſſe Sinodo Diœceſanæ, & obſeruare quæ in ea ſalubriter decreta fuerint. † Item debet pro- 74
curationem debitam, & conſuetam ſoluere, cum Epiſcopus ius viſitationis iniit. † Tertiò grauio- 75
res caſus occurrẽtes cum Epiſcopo conferre, eiuſque directioni parere. † Quartò ipſum adiuuare 76
in ſubſidio charitatiuo, ad quæ etiam duo tenentur alij beneficiati ſimplices. † Imò & ad ſoluẽda
debita, quæ contraxit Epiſcopus pro tuendo iure 77
Eccleſiæ ſuæ, aut ſi magnas fecerit expenſas in negotiis totius diœceſis.

Aut ſi Epiſcopus fecit emptionem alicuius rei 78
magni momenti ad conſeruandam Eccleſiam ſuam, tenentur ei ſubuenire cum charitatiuo ſubſidio in pecunia, aut in re, vel quando

facit Epiſcopus iter ad Papam, vel imperatorem aut Regem ob Eccleſiæ ſuæ neceſſitates, vel quando iuxta ſpeciem noſtri Textus iit ad Curiam Romanam ad viſitanda limina Apoſtolorum, quæ ſuæ conſecrationis tempore, iurauit tempore debito, vt iam ſupra dixi inuiſere, & tenentur ad illum ſubueniendum ſubſidiis charitatis, ſeu aliis procurationibus in aliis caſibus de quibus *infrà ad titulum de cenſib.* de quo videndus Barboſa *in paſtorali* 3. *p. alleg.* 87. Filiucius *dicto tract.* 28. *cap.* 5. *q.* 6. Azor. *tom.* 2. *moral. lib.* 9. *cap.* 14. & nouiſſimè Trulenq. *dict. lib.* 4. *opere morali cap.* 1. *dubio* 7. *num.* 7. & 8. vbi *num. fin.* cum Filucio *dict. tract.* 27. *quæſt.* 7. agit etiam de obligatione Religioſorum erga Prælatos ſuos. Quæ omnia maximè conducunt pro doctrina Textus noſtri, & aptius *cap. nullus* 5. *hoc tit.* quoniam expendi *ſuprà dicta quæſtione* 1. cum aliis.

AD TEXTVM
IN CAPITE V.
Dixi latè, in cap. IV. præced. Hoc Titulo.

QVÆSTIO I.

An ſi Bulla commiſſionis Iuramenti fidelitatis, & profeſſionis fidei, aliquem Prælatum, vel Prælatos deſignet, qui tempore receptionis mortui eſſe reperiantur, vel in partibus valde remotis à loco, in quo Epiſcopus tranſlatus, vel de nouo creatus, ac conſecrandus moratur, poſſit in manus alterius Epiſcopi vicinioris, ſeu Archiepiſcopi illud facere?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis, & profeſſionis quit fieri coram alio viciniori Prælato ab Epiſcopo conſecrando, quando moritur Epiſcopus deſignatus in Bulla.*

1 RElatis quæſtionibus, & dubiis *à quæſt.* 1. Textus præcedentis adductis, & agitatis, præſens adiungitur; igitur etſi Solorzanus *de iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 18. plura argumenta adducat pro negatiua ſententia: tamen affirmatiuam ſequendo eam probat ex eo quia licet verum ſit in reſcriptis delegatoriis regulariter de vna perſona ad aliam extenſionem non dari; vt *in cap. P. & G. de officio deleg.* cum aliis, quæ congerit Morla *in emporio iuris tit. de Iuriſdictione omnium Iudic. q.* 21. *art.* 1. *cum ſequent.* dicit illud non procedere, vbi reſcripta ſunt ad alios caſus, quam ad lites; quia tunc in eis benè admittitur extenſio ad aliam perſonam aptam ad executionem eorum: Sic Felin. *in d. cap. P. & G. num.* 5. maximè quando talis perſonæ expreſſio, vel deſignatio reſcripti ſubſtantiam non reſpicit: Nam ſi reſpiceret, ne dum ſeruandum eſſet mandatum, ſed etiam qualitas mandati *cap. cum veniſſet,* vbi Bald. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, cum verò hic ad externam formam concernat, debemus parùm curare de modo, & forma, dum effectum habeamus, qui poteſt benè per æquipollens adimpleri, ſic Solorzanus *ſuprà,* & cum eo Diana nouiſſimè *p.* 12. *reſ.* 57. verſic. *qui etiam,* cum Alexandro, Tuſco. & aliis, & muta *ex reg. l. cum ſeruus* 102. *ff. de verb. obligationib. lib.* 1. *ff. de ventre inſpiciendo l.* 1. *ff. de liberis & poſthm.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Debitores, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

HVIVS Textus materia, quæ pertinet ad iuramentum promiſſorium rei turpis tradendæ iam ſuprà latè dixi *in cap.* 1. & 2. *hoc tit.* vbi videbis quanta ſit talis Iuramenti obligatio, & vbi hunc Textum expendi. Et quia plura, quæ ad eius completam deciſionem aſſigno *infrà in cap. cum contingat* 28. *hoc tit.* quatenus per hunc Textum agitur de contractibus aliàs inualidis iuramento validandis, recurres ad ibi dicta. Nunc verò de aliis, quæ ex littera noſtri Textus oriuntur, videbis quæ ſubſequuntur remiſſiuè; Nam hic poteſt agi de illa quæſtione an iuramentum addat aliquam obligationem promiſſioni iuratæ, de quo Suarez. *de Religione lib.* 2. *de Iuramento c.* 1. qui *cap.* 42. agit de ea quæſtione, an ex Iuramento promiſſorio naſcatur actio & obligatio? Et *cap* 2. agit quanta ſit Iuramenti obligatio? Et de Iuramento extorto per iniuriam *c.* 9. de quo aliqua *ſuprà in dicto cap.* 1.

QVÆSTIO I.

An momentanea ſolutione ſatisfiat Iuramento de ſoluendis vſuris, aut iuramento metu extorto: Et qualiter qui ſcit ſoluens repetat cum ſoluendo donaſſe videatur: Et an ex promiſſione nulla ratione iuramenti oriatur actio: Et an contractus iuratus habeat executionem paratam: Et an obligatus ad factum, compelli poſſit per Iuramentum?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de ſoluendis vſuris, ſeu metu extortum, ſatisfit, & impletur momentanea ſolutione, num.* 2. *vbi quid ſi iuraſſet Debitor vſuras non repetere* dicto n. 2. in fine.

4 *Donaſſe præſumitur, qui ſciens ſoluit, n.* 4. 5. 6. 7. *ſecus ſi coactus aliqua neceſſitate ſoluit, n.* 8. *vel ſi ſoluit nomine alieno, & aliter, vt n.* 9. 10. 11. 12. 13.

14 *Actio ex iuramento quibus concurrentibus oritur de Iure Cononico. Quid de Iure Ciuili, num.* 15.

16 *Contractus iuratus exequi poteſt, vt guarentigius.*

Obligatus

17 *Obligatus ad factum iuratum, qualiter illud adimplere tenetur*, n.18.19.

19 *Iuramentum magis bene adimplet, qui adimplet illud, quod promiſit* : L.fin.Cod.de non numerata pecunia.

1 AD primam quæſtionis partem iam ex dictis *ſupra in dicto cap*.1. facilè reſpondebis, vbi adduxi de ratione, quare relaxatio à Iuramento ſit neceſſaria in promiſſione vſurarum, & quare fuerit neceſſaria earum ſolutio, cum aliàs ſi tantum ſimpliciter promiſſæ fuiſſent, nihil operaretur ea promiſſio, de quo latè Suarez *de Iuramento dicto lib*. 2. *cap*. 5. & 6. vbi agit de Debitore, qui promiſerit vſuras, & non cum Iuramento per Deum. Itaque vt iam dixi, *dict. cap*.1. hic in Textu noſtro fuit neceſſaria ſolutio vſurarum, vt euitaretur periurium promittentis, non vt reuera fieret ſolutio rei debitæ; quia cum promiſſio vſurarum facta fuiſſet, quæ aliàs inualida eſt, vt *ibi* explicui, euenit vt ad effectum vitandi periurium, eſſet in noſtro Textu neceſſaria illa ſolutio vſurarum ex parte promittentis, argum. Textus *in cap. Commiſſum de ſponſalibus*.

2 Et ob id etiam in iuramentis metu extortis momentanea ſolutionis ſatis fieri certum eſt, ſed ſtatim integrum remanet Iuramenti repetere, docet Balboa *in cap. ſi vero* 8. *de Iureiurando*, *num*.8. ſicut in Iuramento de non repetendis vſuris dictum eſt *in dicto cap*.1. & probari videtur *ex cap. ad audientiam, de his, quæ vi* ibi : *non obſtante iuramento prædicto quoad non repetendum, ſed ad reſignandum ſolummmodo tenebatur*, Gloſſa *ibi* verb. *reſignandum*, Andreas *num*.2. Butrius *num*.9. Couarruuias *in cap. quamuis* 2.*p*. §.3. *num*.2. Guttierrez *de Iuramento confirmat*.1. *p. cap*.53. cum aliis Balboa *in dicto cap*.1. *de Iureiurando*, *num*.119. ex eo; quia hic factum iuramentum fuit ſolùm de ſoluendis vſuris; & id eo ſolutis ſatisfactum fuiſſe Iuramento; ſecus tamen ſi iuraret debitor de non repetendo vſuras promiſſas; quia tunc relaxatione opus eſſet, aliàs valere dicendum eſt vt colligitur à contrario ſenſu *ex dict.cap. ad audientiam*, vbi notat Hoſtienſ. & probat expreſsè D. Thomas 2. 2. *quæſt*. 89. *art*.7. *ad tertium*, & videbis quæ adduxi *in dict. cap*.1. *quæſt*.3. verſic. *ad vltimam*.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, qualiter qui ſcit ſoluens, repetat cum ea ſolutione, donaſſe videatur? Difficultatem facit Textus *in l. Campanus, ff. de operis libertorum*, *l*.3. *ff. de condit. indebiti*, *l. indebitum*, cum aliis, *Cod. eodem*, *l. ſi per errorem, ff. de regul. iuris*, quibus probatur quod quando quis ſcienter ſoluit, donare

4 præſumitur. † Et ſic videmus quod, qui ſoluit, quod ob turpem cauſam promiſit, donaſſe præſumatur, ex *l*.4.*ff.de conditione ob turpem cauſam, cap. in pari de reg. Iuris*, notant Bartol. & Angelus *in Rubrica ibi*, Paulus *in l*.1.*ff. de condit. indebiti*.

5 † Tum etiam quia ſi hæres de hæreditate reſtituenda grauatus, integram reſtituat abſque tractione quartæ Trebellianicæ, nil repetere poteſt; quia donaſſe videtur, vt probat Gloſſa, & Bartol. *in l*. 1. §. *denique, ff. ad Trebellianum*.

6 † Deinde confirmatur; quia & ſi mater non teneatur filiam dotare, cum hoc pertineat tantùm ad Patrem ex *l. fin. Cod. de dotis promiſſione* : tamen ſi mater dotet donaſſe videtur iuxta Textum *in l.vnica, Cod de rei vxoria actione*, Lucas de Pe-

7 ña *in l*.3.*Cod.de Apochis publicis, lib*.11. † Et ob id Menochius *præſumpt*.63.*lib*.3. dixit dotem ab extraneo datam, præſumi donatam; ergo & ſimili modo hic etiam, ſi vſuræ non debeantur : tamen eo ipſo quod ſolutæ ſunt, videbuntur donatæ; ergo non eſt cur à ſoluente repeti queant.

Sed dicendum eſt quod & ſi hæc proximè dicta in ſe vera ſint, tamen non elidunt deciſionem Textus noſtri ex eo; quia & ſi is, qui ſcienter ſoluit non debitum, donaſſe præſumatur, hoc ceſſat quando is, qui ſoluit coactus neceſſitate aliqua ſoluit, & ponitur exemplũ in debitore vſuras ſoluente, quas ſoluere iurauerat; quia hoc in caſu nulla poteſt capi donationis præſumptio, vt notat Iaſon *in l*.1.*num*.12.*ff.de conditione indebiti*, Decius *in l.cuius per errorem, ff.de reg.iuris, num*.2. nam vt aduertit Menochius *de præſumpt.lib*.3.*c*.31. *n*.9. Debitor vſuras ſoluens, non ſponte, ſed vinculo iuramenti compulſus ſoluit; & ſic cum nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtat, *l. rem legatam in fine, ff.de adimendis legatis* ſequitur dicendum, vt non præſumatur donare : ſic Mogrouejo *in dicto cap*.1.*hoc tit.num*.124. Graña *hic num*.11. † Et ipſe 8 Menochius *dicta præſumpt*. 31. cum duabus ſequentibus late agens de hac præſumptione donationis, addit *à num*.10. cum aliis prædictam donationem non præſumi, non ſolùm in caſu noſtri Textus, verum etiam quando quis ſoluit indebitum nomine alieno, vel quando alia coniectura, quam donationis ſumi poteſt. † Item & 10 quando ſoluit ficta rei traditione interueniente, veluti per conſtitutum. † Item ſi non ſoluat ob 11 contractum principalem, ſed acceſſionis tantùm. † Item nec præſumi donatum, ſi inter dantem, & 12 accipientem actum ſit, vt conſtito de indebito repetitio fiat. † Qui ex multis agit *præſumpt*.32. 13 de quæſtione, quando donaſſe præſumatur, qui ſcienter in alieno ſolo ædificauit, & *præſumpt*.33. vbi refert alios caſus, in quibus Donatio præſumitur.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ex promiſ- 14 ſione, nulla ratione Iuramenti noſcatur actio; & obligatio? abundè reſpondebis ex adductis *infra in dicto cap. cum contingat. hoc tit*. & applicabis quæ adducit Molina *de iuſt. & iure tomo* 1. *tract*.2.*diſp*.271. & communiter docent Doctores quod actio, & obligatio oriuntur ex iuramento iuxta Textum *in cap.ex ſacramento* 22. *quæſt*.4. & *in cap fin. de foro comp.lib*.6. per quæ iura ſic tenet Gloſſa *in cap. quoties cordis* 1. *quæſt*. 7. Ioannes de Saliceto *in tract.de Iureiurando* 3.*p.quæſt*.1. ſed Panormit. *in cap. cum veniſſent de inſtitut*, *num*. 26. inquit communiorem eſſe ſententiam legiſtarum, ex iuramento actionem non oriri; licet ſecus de Iure Canonico : quo iure indiſtinctè dixit Socinus *conſ*.77.*n*.12.*lib*.1. actionem oriri quatuor concurrentibus. Primo quod poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. Secundò quod non ſit contra publicam vtilitatẽ principaliter. Tertiò quod non tendat in alterius præiudicium, quam iurantis. Quarto quod non ſit contra bonos mores; videbis quæ adducit Couarruuias *in c. quamuis pactum p*.1.*lib*.6.§.2.*num*.3. & 5. vbi in hoc adducit duas communes contrarias de Iure Canonico, & tandem in fine illius, § *remanet cum illa opinione*, quod vtroque Iure oriatur actio, & obligatio ex Iuramento, & alios, quos adducit Gratianus *reg*.13. † Vbi adducit differentiam inter iu- 15 ramentum promiſſorium, & deciſorium, & confirmatorium; ita vt in hoc vltimo, etiam de Iure Ciuili, actio & obligatio naſcatur, ſecus in promiſſorio,

miſſorio, quam dixit communem reſolutionem legiſtarum Iaſon *in Authentica Sacramenta puberum, num.9.* & deinceps, *Cod. ſi adverſus venditorem* & in Iuramento deciſorio eſt bonus Textus *in l. actori, Cod. de reb. cred.* cum quo concordat, *lex.8. tit.11.p.3.* Marãta *de ordine iudic.6.p. artic. de Iurament. num.23.* Et in hac materia ſtandum eſſe Iuri Canonico, indiſtinctè, cum agatur de materia ſalutis æternæ, præcipuè ſtantibus tribus legibus Regni, ſcilicet *l.12 13. & 14 tit.11. p.3.* docet ipſe Gratianus, ad quod probandum refert plura *in reg.57.* Vbi probat per Gloſſam, & Textum *in c.1. de conſtit.* quod Canonicum Ius vtroque foro ſeruatur: videbis alia quæ dico *infra q. ſeq.* vbi de dubio, an ex ſolo Iuramento promiſſorio oriatur actio, & obligatio.

16 Ad quartam quæſtionis partem, an contractus iuratus habeat executionem paratam; quia longe admodum de hoc dubio agit Gutierrez, *lib.1. de iuram. confirm. cap.62.* vbi ex pluribus expendit quid de Iure communi, & quid hodie de Iure Regio, & cum multis Gratianus *dicta reg.13. n.4.* affirmet habere Iuramentum executionem paratam executionem paratam; ideo hoc dubium expendes iuxta diſtinctionem, de qua ipſe Gutierrez loquitur, quẽ videbis; quia benè, & doctè loquitur. Quare ergo vt explicem dico repetenda neceſſum eſſe quæ adduxi, *ſupra in cap. 1. de fide inſtrum. à quæſt.5. & 6.* vbi egi de ſcripturis, & inſtrumentis ſecum habentibus executionem paratam; & ſic licet generaliter, nullum Inſtrumentũ queat executioni mandari, niſi habeat clauſulã Guarentigiam, vt dixi ſub *d. q.6.* Tamen ſi Inſtrumẽto publico, cui talis deficit clauſula, accedat Iuramẽtum; quia hoc idem operatur, quod ſupra dicta clauſula, euenit, vt executioni queat mandari.

17 Ad quintam quæſtionis partem, an obligatus ad factum, compelli poſſit per iuramentum? Quod dubium vt explicem præmittò dicendum quod communiter qui ad factum obligarus eſt, præciſè compelli non poſſit, ſed ſoluẽdo id, quod intereſt aduerſarij liberari iuxta communem Doctorum per Textum *in l. ſtipulationes non diuiduntur,* verſic. *Celſus, ff. de verb. obligat.* & ex aliis locis.

18 Quo ſuppoſito dicunt nonnulli ad nihil amplius eſſe obligatum ex iuramento quam ex ſimplici promiſſione; eo quod iuramentum ſequitur naturam contractus, ſeu obligationis, cui adhæret ex regula Textus *in l. vltim. Cod. de non numer. pecunia,* de quo latè noto *in dicto cap cum contingat 28. hoc tit.* & ſic non ad factum præciſè, ſed tantùm ad itereſſe obligari per iuramentum, tenuerunt Corneus *conſ.249. lib.4.* Ioannes de Anania *in cap. querelam, ne Prælati vices ſuas,* Decius *in cap.1. n.13. de iudic.* Afflictis *dec.295.*

19 Sed mihi verius videtur, vt per iuramentum quis præciſè ad factum obligetur promittens: nam is qui iurauit, teuetur ſeruare iuramentum, ſed nemo negat quin magis dicatur ſeruare iuramentum, is, qui præciſè facit quod promiſit, cum poteſt facere, quã is qui non facit ſed præſtat quanti ſtipulatoris intereſt. vt ergo Iuramentum aliquid operetur, quod alioqui robur maior addere obligationi conſueuit, exiſtimarem præmiſſiorem eſſe præciſè compellendum ad factum præſertim cum & alias fauere libertatis ſpecialiter ſit conſtitutum quod obligatio facti ſit præciſa, *l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig.* item & fauore Reipublicæ, vt *in l fideicommiſſa, §. vlt ff de leg.3.* ergo æquiſſimum eſt, vt idem ſtatuatur fauore religionis Iuriſiurandi: hanc partem docent Gloſſa *in l. ſi pecunia, ff. de cõd. cauſa data, cauſa non ſequuta,* vbi Iaſon, & aliis pluribus commemorat Couarruuias *in cap. quamuis pactum, p.1. §.4. num.6. de pactis, lib.6.* Seraphinus Senenſis *de priuileg. iuram. priuileg.66.* Auendañus *in tract. de exequend. mand. c.2. n.3.* Burgos de Paz *in Rub. de empt. & vendit n.6.* cum aliis Gratianus *d. reg.13. n.3.* quibus addo Faquin. *lib.3. controuerſ. cap.17.* vbi ſic tenendo expendit fundamentum contrariæ ſententiæ *ex d. l fin. Cod. de non numerata pecunia;* dicens nihil obſtare; quia iuramentum non obligat eum, qui iurauit præter eius conſenſum, vt *ibi;* ſed hic conſenſus adeſt, exceptio nulla eſt Iuris tantùm; Quædam ſubtilitas objicitur, quæ cauſa Religionis cedere debet.

QVÆSTIO II.

An ex iuramento promiſſorio oriatur actio: Et an contractus ſimulatus, Iuramento firmetur: Et an in Iuramento promiſſorio detur paruitas materiæ: Et an petere à parato ad vſuras ſine cauſa iuſta, ſit peccatum mortale: Et in Iuramentum promiſſorium de faciendo peccatum veniale ſit tale: Et an recepta, & promiſſa ob cauſam fornicationis debeantur?

SVMMARIVM.

1 *Actio ex Iuramento promiſſorio nunquid oriatur de Iure Ciuili, n.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.*

2 L. vt Iuriſiurandi, ff. de operis libertorum, L. vlt. ff. de liberali cauſa, & n.9.

3 Auth. Sacramenta puberum, l.1. C. ſi aduerſus vendit & n.10.

4 L. ſi quis maior. C de tranſact. & n.11.

5 L. quæ ſub conditione, §. quoties, ff. de condit. inſtit. & n.12.

L. hæc ſcriptura, ff. de condition. & demonſtrat. n.12.

6 L. ſeruum, ff. de manumiſ. teſtam. & n.13.

L. ſi quis decedens, §. codicillis, ff. de legat.3 n.14.

Cap. ecce 22. q.2. n.15.

8 *Iuramẽtũ promiſſoriũ neutro iure producit actionẽ.*

L. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſorib.

18 *Contractus ſimulatus, non firmatur Iuramento: & quare, n.19. & 20.*

21 *Simulationis exceptio, non obſtante Iuramento, poteſt opponi, obtenta prius relaxatione.*

22 *Solutum repetens & ſi ei opponatur de contractu iurato, poteſt nihilominus replicare de ſimulatione contractus.*

23 *Simulati contractus pœna non debetur.*

24 *Simulationis probatio quæ ſufficit.*

25 *Paruitas materiæ quit inueniri in Iuramento promiſſorio, & ſi non in aſſertorio Expenditur, n.26. 27.28.*

29 *Vſuras petere ab homine parato eas dare, qualiter ſit licitum, quibus de cauſis excuſentur à letali peccato, n.30. vſque ad 43. quid ſi ab homine non parato, à d. n.40.*

44 *Iuramentum promiſſorium de faciendo peccatum veniale, nunquid ſit tantùm veniale.*

45 *Fornicationis cauſa recepta, ſiue promiſſa, nunquid valeant?*

AD primam quæſtionis partẽ ſuppoſitis his *ſup. q.1* verſic. *ad tertiam,* facilis eſt reſponſio, ſed quia hic tantum agimus de promiſſorio iuxta Textum noſtrum, & *d. c. cum contingat,* quo in 1

caſu

caſu iam eſt dictum actionem non oriri,licet aliter ſit in Iuramento deciſorio, & confirmatorio. Tamen video DD. diuersè loqui , etiam in hoc promiſſorio Iuramento, tam de iure ciuili,quam de iure Canonico,& pro parte affirmatiua de iu-
2 re ciuili faciunt ſequentia 2. † Primò textus *in l. vt Iuriſiur. ff. de operis libert. ex l. vlt ff. de liberali cauſa* ex quibus apparet oriri obligationem ex Iureiurando liberti.

3 Secundò ex *Auth, Sacram. pub. l. 1. Cod. ſi aduerſus Vend.* & aliis ſimilibus , quibus probatur Iuramenta eſſe inuiolabiliter obſeruanda , & eis
4 confirmari contractus, & pactiones. † Tertiò *ex l. ſi quis maior , Cod. de tranſact.* quatenùs *ibi* dicitur agi poſſe ad pœnam conſequendam , quæ tranſactioni eſt adiecta:Nam cum ex tranſactione non oriatur actio , *l. cum proponas, Cod. de pactis,* ſequitur vt ibi Iuramentum , quo tranſactio
5 eſt firmata, poſſit eſſe cauſa. † Quartum *ex l. quæ ſub condit. inſtit. l. hæc ſcriptura ,ff. de cond. & demonſtr.* vbi habetur hæredem , qui iurauit ſe daturum, vel facturum compellendum eſſe ad dan-
6 dum, vel faciendum. † Vltimò *ex l. ſeruum, ff. de manumiſſ. Teſtamento in fine,* ibi *quia niſi poſt manumiſſionem iuret, non obligatur,* & ex *leg. ſi quis decedens , §. Codicillis ff. delegat.3.* ibi *reſpondi ex his quæ proponerentur, ſcilicet cum Iuſiurand. dediſſe ſuper hoc teſtatur affirmauit credendum eſſe ſcripturæ.* Et huius ſententiæ quo ad ius Ciuile fuerunt Baldus *in l. 1. Cod. de operis libert.* Ludouic. Roman. *in d.l. ſ quis maior ibi* Purpur. *n. 21.* Fortun. *ad c. 1. de pact. num.23.* Corraſ. *in leg. admonendi, num. 12. ff. de Iureiur.* Couarr. *in c. quamuis pactum ad Rubr. p. 1. §. 2. poſt num. 4. & 5.* Seraphinus Senenſ. alios citans *de priuil. Iuram. priuileg.18.* Zaſius *in Rubr. de verb.oblig. n.12.* Sarm. *lib.1. ſelect. interp. cap.3.*

7 Et quod attinet ad ius canonicum, vt ex Iuramento promiſſorio actio oriatur probari videtur ex noſtro Textu, & ex *c. 1. hoc tit.* vbi is cui præſtatur Iuramentum illud remittere poteſt , ergo ſequitur vt rationem habeat , & facit Textus *in cap. ecce q. 2.* ibi *non enim quando iuras tibi , aut lapidi, ſed proximo tuo iuras,* Deinde ex textu *in c. cum contingat* cum aliis concordatis hoc titulo, quibus dicitur contractus iuramento confirmari. Rurſus ex hoc noſtro Textu , quia ſi ex ſimplici promiſſione vſurarum nulla oritur obligatio ex parte promittentis ; quia vſuræ prohibitæ ſunt omni iure , vt iam ſuprà dixi *in d. c. 1.* ergo ſi in ſecunda parte ; qui eas ſoluere iuramento promiſit ; tenetur adimplere, euenit vt id procedat , eo quod iuramentum inducit obligationem contra promittentem.Hanc partem docet Gloſſa *in c. quoties cordis oculus 1. q. 7.* Ioannes Andreas Hoſtienſ. *in c. cum veniſſent de inſt.* Bart. *in l ſi quis pro eo , col. 2. ff. de fideiuſſ.* Felin. *in d. c. 1. hoc tit.* Fortun. *in c. 1. n. 26. ff. de pact.* Corraſ. *in præl. ad dict. l. admonendi, n.17. ff. hoc tit.* Corſet. *in Rubr. eodem, n. 11.* Alciat. *in d. c. cum contingat, & in d. l, ſi quis maior, n. 86.* Sarmient. *ſelect. dict. c. 3. lib. 3.* Couarr. & Seraphin. *vbi ſupra.* Et ſic cum multis Pichard. *in §. ſi quis poſtulante inſt. de action. à n. 18.* vbi adducens effectus ad quos ſolet Iuſiurandum poni , *à n.17.* acerrimè defendit poni ad obligationem inducendam , cum omne Iuſiurandum rei licitæ ſit ſeruandū ex hoc noſtro textu, & aliis & ſatisfacit legis ſi quis pro eo *57. ff. de fideiuſſ.*

8 Ego autem exiſtimo dicendum neutro iure actionem oriri ex iuramento promiſſorio. Primò quia nullibi expreſſum reperitur ex Iureiurando actionem oriri ſeu obligationem, præter quam in liberto qui operas promittit ex *d. l. vt Iuriſiur. ff. de oper. libert.* quod quia ſpecialiſſimum eſt in liberto ad alios caſus porrigitur, quare Caius *lib. 2. inſtit. tit. 9* ait *ſi libertus Patrono, aut donum, aut munus , aut operas ſe daturum eſſe Iurauerit ; in quo ſupradicti liberti, non tam verborum ſolemnitate , quàm Iuriſiurandi Religione teneatur ; ſed nulla altera perſona hoc ordine obligari poteſt.* Deinde probant DD. ex Textu *in l. ſi quis pro eo , ff. de fideiuſſ.* ex verbis ibi *ſi quis pro eo, qui libertus non eſſet , & operas præſtaturum ſe iuraſſet fideiuſ. non tenebitur.* Quia ſi obligatio naſceretur ex Iureiur. fideiuſſor. teneretur ; quæ ſententia de Iure Ciuili, & ſi Couar. & Sarmient. & Pichardus *vbi ſuprà* , dicens textum iſtum loqui in caſu ſpeciali, cum ingenuus homo operas officiales promittit tanquam libertus ; quod quia ingenuitati plenè contrarium eſt , & legibus improbatum mirum non eſſe Iuſiurandum eo caſu Iure Romaaorum nullam obligationem inducere iuxta regulam textus *in l. 7. § ſi paciſcar, in fine, ff. de pact. l ſi quis inquil. 112. §. fin. ff. deleg. 2.* magnopere eam impugnent , vera eſt & tenenda, tum ex dictis *d. q. 1.* verſic. *ad tertiam* & quia ſic eam defendunt *Bart. in d. l. ſi quis pro eo col. 2.* Imola *in dicto cap. cum contingat , n. 30.* Corneus *in dict. Auth. Sacramenta ante n. 39.* Alex. *in d. l. ſi quis maior , col. vlt. Cod. de tranſact.* vbi Alciat. *n. 64.* & Cagnol. *n. 130.* Iaſon. *in dicta leg Iuriſiur. n. 7.* Cujac. *in paratild. ad titulum , Cod de rebus cred. & Iureiur.* Faquin. *lib. 3. cont. c. 12.* Et de Iure Canonico ita etiam procedit , eo quod nullus locus hoc iure proferri poteſt, quo probetur actionem oriri, ſolùm enim conſtat per cenſuram Eccleſiaſticam compellendum eſſe eum, qui Iurauit ad præſtandum quod promiſit, vt docent Iura *in c. fin. de foro comp. lib. 6.* vbi Pontifex inquit *cum Laicus pro quo ſoluiſti, &c. te ſeruare recuſet indemnem contra Iuramentum , &c. ipſum coram Eccleſ Iudic. &c. De iure poteris conuenire, vt ipſum monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſt. &c. præuia ratione compellat* : Sic docent Innoc. *in c. nouit. de Iudic. & in dicto cap. cum veniſſent de inſtiol.* Imola *in d. c. cum contingat poſt n. 32.* verſic. *ſed aduerto,* Iaſon. *in d. l. Iuſiurandum, n. 8.*

Nec tunc obſtant fundamenta contraria, non 9
primum de liberto *ex d. l. vt Iuriſiur. de oper. libert.* quia vt dixi hoc eſt ſpeciale in liberto.

Non ſecundum allatum de iure ciuili, quia etſi 10
Iuramento cōtractus confirmentur, & ex eis actio oriatur , non autem ex iuramento confirmante, quia illud non eſt aptum, nec inuentum ad actionem producendam. † Non tertium *ex d. l. ſi quis* 11
maior. C. de tranſact. quia reſpondeo cum Alciato *ibi n. 66.* pœnam in ea ſpecie peti poſſe , quia per ſtipulationem promiſſa fuit ; ſolebat enim olim adhiberi ſtipulatio pœnæ. † Non quartū, quia re- 12
ſpondeo hæredem, qui iurauit ſe daturum, vel facturum compellendum eſſe, non iure actionis deſcendentis ex Iureiurando, ſed iure obligationis deſcendentis ex vltima voluntate defuncti. † Non 13
quintum *ex d. l ſex verum;* quia loquitur de liberto , qui (vt dixi) ex iuramento obligatur.

Nec obeſt *§. ibi allat. ex d. l. ſi quis deced.* quia 14
reſpondeo non probari ex eo, quod iuramentum producat actionem ; ſed quod ſcripturæ ſit credendum propter iuramentum teſtatoris.

Nec obſtant quæ de Iure Canonico funda- 15
menta contraria ex Textu noſtro , ex *dict. cap. cum contingat, & ex dict. cap. ecce 22. quæſt. 2.* quia reſpondeo cum Faquineo *dict. lib. 3. cont. cap. 12.*

in fine,negando ſingulorum conſequentiam;quia & ſi, iam dixi, iuramento contractus confirmentur, vt *in dicto cap. cum contingat* 28. *hoc tit.* ſed non inde ſequitur actionem ex eo naſci, quia Iuramentum non eſt modus inducendæ obliga-
16 tionis, ex qua oritur actio. † Deinde quia non eſt bona conſequentia Iuramentum præſtatur parti, & illi poteſt remittere; ergo actionem habet; quia reſpondeo partem habere, Ius cui præſtatur Iuramentum, vt poſſit per officium iudicis, Iurantem compellere ad ſeruandum Iuramentum, & illud Ius remittit; quod probatur ex his, quæ pro explanatione Textus noſtri adduxi, *in dicto cap.*1. *hoc tit.* vbi etiam expendi dictum in 2. parte Textus noſtri, quatenus ex promiſſione nulla, qualis eſt vſurarum accedente Iuramento promittens compellitur ad ſoluendum, quia id non eo fit,quod Iuramentum producat actionem, ſed vt euitetur periurium, vt *ibi* adduxi; aliàs enim creditor vſuras ſibi ſolutas accipiens, eas reddere ſoluenti debitori,non
17 teneretur. † Quare quod dictum eſt *ſupra dicta quæſt.*1. verſic. *ad tertiam,* intelligi debet de Iuramento deciſorio, & confirmatorio; ſecus de promiſſorio, niſi mauis dicere ex proximè dictis non eſſe cur hæc differentia conſtituatur, cum nunquam Iuramentum ſit modus inducendæ actionis, & obligationis, ſed tantùm confirmandi contractum,ex quo oriatur.

18 Ad ſecundam quæſtionis partem, an contractus ſimulatus,Iuramento firmetur?docent nonnulli affirmatiuam ſententiam;eo quod Iuramentum validat contractum, aliàs nullum,*cap. quamuis pactum, de pactis, lib.6. Authentica ſacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus venditorem, cap. licet mulieres, hoc tit. lib.6.* maxime quia in hoc caſu Iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ; & ſic eſt ſeruandum, vt *in dicto cap. licet mulieres, cap. ſi vero, hoc tit.* docent Gocadinus *conſ.*69. *num.*16. *in fine,* vbi alios allegat dicentes communem, Alexandr.*conſ.*36. *num.*3. *volum.*2. & dicit communem Curtius Iunior *conſil.*188.*num.*13.*& conſ.*110.*n.*15. Socinus *conſ.*83. *volumine* 3.

19 Sed contraria ſententia communior eſt,& verior;& ita vt ab ea non ſit recedendum, nec in iudicando, & conſulendo, vti dicit iudicatum Matthæus de Afflictis *deciſ.* 60. *num.* 4. vbi idem refert eius additionator; quia iura ſuperius allegata procedunt, quando contractus eſt nullus ratione conſenſus contrahentis; cum tunc Iuramentum ſuppleat defectum conſenſus. Sed nos loquimur, quando deeſt formalis, & verus conſenſus ex parte iurantis; pro vt deficit, quando contractus eſt doloſus, & ſimulatus docent Zeuallos *in pract. quæſt.*804. *à num.*6. *&* 8. *Gloſſa in l.*3. *Cod. plus valere quod agitur,* verbo *emptione,* quam ſequitur Iaſon *n.*7. *in* §. *item ſi quis in fraudem, inſt. de action.* Crotus *in l nemo poteſt,num.*70. *ff. de leg.*1. Tyraquellus *de iure conſtituti* 3.*p. limit. num.* 31. Antonius de Burgos *in cap. ad noſtram, num.*29.*de emptione,* Rubeus *conſ.*120. alij relati à Zeuallos *vbi ſuprà num.* 1. quibus addo Gratianum *reg.*13.*num*7. Couarruuias *lib.*1.*variar. cap.*7. *num.*5. cum aliis per eos relati.

20 Et eſt ratio,quia iuramẽtum ſortitur naturam actus, cui adhæret, *l. fin. Cod. de non numerata pecunia,cap. peruenit, c. quem admodum, hoc tit.* de qua regula dicunt latè DD. *infra in c. cum contingat* 28. *hoc tit.* Tum etiam quia Iuramentum debet habere tria,quorum vno deficiente, corruit videlicet veritatem,iuſtitiam & iudicium iuxta Textum & Gloſſam *in cap. & ſi Chriſtus,hoc tit.* vbi latè dico; ſed ſic eſt quod in contractu ſimulato deficit veritas; ergo ſequitur quod non confirmet talem contractum ſic docet communem Padilla *in l.* 2. *Cod. de reſcind. num.*3. *&* 4. etenim contractus doloſus,& ſimulatus Iuramento, non confirmatur, ne ſit vinculum iniquitatis iuxta Textum *in l. ſi quis inquilinos,* § *fin. ff. de leg.*3. & applicabis quæ refert Pichardus *in* §. *actionum quæſt* 9. vbi agit,an dolus dans cauſam contractui, illum vitiet ipſo Iure; de quo alibi.

Itaque fit vt exceptio ſimulationis contractus 21
non obſtante Iuramento,obtenta prius relaxatione,poſſit opponi, & debeat admitti in via executiua ſecundùm communem, quam tradit Ripa *num.*66.*in l. nemo poteſt,n.*79.*ff. de legat.*1. vbi Gutierrez *num.*375. contra Bartolum Auendañus *in ſuo diction.* verbo *falſedad.* Megia *ad leg. tolet.*5.*part fundamento* 2.*num* 6.quod eſt notabile de Iure noſtro Regio *ad l.*4.*tit.*8.*lib.*3.*ordinamenti,* qua extante admittetur dicta exceptio, vt ſequitur Parlador *lib.*2.*rerum,quotid.*4 *p. cap fin.*§.11. *num.*14. *&* 15.quia ſecundùm Baldum *in l. precibus,Cod. de impuber ſubſtitut.* licet contractus ſimulatus habeat figuram inſtrumenti, eſſentiam tamen non habet: ſequitur Padilla *in l. cum ea, num.*4. *Cod. de tranſact.*

Vnde ad Textum noſtrum infero quod ſi quis 22
repetat ſolutum ex eo, quod ſoluit ex contractu ſimulato,licet iurato etiam ſi de iuramento fuerit oppoſitum poteſt replicari de ſimulatione contractus,& in hoc caſu poteſt allegari propria turpitudo, *ex l de tutela,C. de in integ. reſtitut. minor.* & non obſtabit Iuramentum;quia iam ſolutione facta,fuit, ad impletum promiſſum; & ſic licitum eſſe repetere ſolutum propter contractus ſimulationem: ſic docet Ripa *in dict. l. nemo poteſt,n.*79.*ex Textu noſtro,*vbi habemus,quod ſi quis promittat vſuras cum Iuramento,tenetur ſoluere;ſed poſtea repetitio competit propter vitium vſuræ; quia iam Iuramentum eſt ſublatum de medio:Sed Gutierrez *in dict. l. nemo poteſt,num* 398.dicit dubiam hanc Ripæ opinionem. † Addo etiam quod & 23
ſi in contractu ſimulato fuerit pœna poſita (vt ſæpe contingit)nec debetur, nec peti poteſt, vt docent Cynus *in l. emptor.*2. *Cod. plus valere quod agitur,num.*9.Gloſſa *in l. ſi Patronus,* verbo *fabiana, ff. ſi quis in fraudem Patroni,*quam ſequitur Baldus *in l. emptor.n.*4.*Cod. de inofficioſ. donat.*& dicit communem opinionem Curtius *in l. penult.n.*20. *Cod. de pactis,*Padilla *in dicta l* 2. *n.*74. *Cod. de reſcind. vindit.*probat Textus *in l. quod, de bonis,*§.*frater ff. ad leg falcid* Zeuallos *dict. quæſt.*104.*n.*13. † Qui 24
*n.*17.*&* 18.cum Gutierrez *in d.l. nemo poteſt,n.*401. Gregor. Lopez *in l. fin.tit.*11 *p.*5. *Gloſſa fin.* & cum aliis, aſt quod ſimulationis probatio non debet eſſe ita concludẽs,& ſufficiens,ſicut reliquæ probationes; quia ſufficient coniecturæ veriſimiles, *ex l. non omnis,*§ *ab vrbanis ff. de re milit.* Maſcardus tradit *de probat. vol.*1.*concl.*439.quæ menti tenenda commendat Zeuallos; quia ſæpe in praxi contingunt.

Ad tertiam quæſtionis partem,an in iuramen- 25
to promiſſorio, non detur paruitas materiæ?Reſpondeo quod & ſi in Iuramento aſſertorio, non detur paruitas materiæ ob quam qui iurans adducendo Deũ in teſtẽm,mentitus excuſetur à peccato mortali,vt õmnes fatentur:tamen in Iuramẽto

promiſſorio

promiſſorio aliter dicendum eſt ex eo; quia ſi violatio voti circa materiam leuem, non eſt niſi peccatum veniale, vt omnes tenent; ergo etiam violatio iuramenti promiſſorij circa ſimilem materiam; quia vt aſſerit D. Thomas 2. 2. *quæſt*.89. *art*.8. obligatio voti maior eſt, quàm obligatio iuramenti, multis adductis probat
26 Diana *p*.4. *tract*.4. *miſc. reſol*.70. † Et ſic dixit Villalobos *in Summa*, *p*.2. *tract*.36. *diffic*.5. *n*.9. quod ille, qui iurat orare quotidie per integrum annum ſalutationẽ Angelicam Aue Maria vnius, & per totum illum non recitauit eam, non peccauit lethaliter etiam in fine anni, vbi etiam alio modo exemplificat. Videbis Laymam *in Theolog. Morali, lib*.4. *tract*.3. *cap*.14. *n*.6. Quod verum eſt etiam ſi deficiat in tota materia pro-
27 miſſionis. † Alij verò negatiuam tenuerunt; quia qui rei paruæ promiſſionem, quam Iuramento confirmauit, non implet is, quantùm in ſe eſt, facit Deum teſtem falſi, quod eſt peccatum mortale; quia adeſt contra Deum magna irre-
28 uerentia. † Verum Caietanus *in* 2.2. *D. Thomæ*, *q*.89. *art*.7. & Couarruu. *lib*.1. *Variar. cap*.1. *n*.2. diſtinguentes aſſerunt, quod quando res parua, eſt tota materia promiſſionis, tunc violatio iuramenti eſt peccatum mortale, ſecus ſi ſolum ſit pars materiæ, nam tunc erit tantùm veniale. Tamen noſtram ſententiam tenens Villalobos *d. tract*.36. *dif*.4. eo quod hæc iniuria leuis eſt, addit tunc eſſe peccatum mortale in materia leui, ſi promittens iurauit abſque animo adimplendi promiſſum, Silueſter verbo *Iuramentum* 4. *q*.1. Nauarro *in manuali*, *cap*.12. *num*.15. Et applicabis quæ dico *infrà*, in verſiculo *ad quintam*.

29 Ad quartam quæſtionis partem; an petere à parato ad vſuras ſine cauſa iuſta, ſit peccatum mortale: Video de hoc dubio diſputare Balboam *in cap*.1. *hoc tit. à n*.10. & in ſecunda eius parte, *à n*.103. vbi & *à num*.98. agit de vero intellectu textus noſtri, vbi ait, quod debitor, qui ſub vſuris accipit pecuniam, nullam vſurario irrogat iniuriam, ſed potiùs ipſe ab vſurario iniuriam patitur: quo pacto poteſt deciſio noſtri textus expendi. Quæ admodum dubia videtur; quia cum in prima parte teneat, quod vſurarum promiſſis, nullius ſit momenti; in ſecunda tamen parte ait quod iuramentum de ipſis ſoluendis, obligatorium eſt, quod difficile videtur, cum huiuſmodi iuramentum contineat turpitudinem ex parte iurantis, ac per conſequens cum in obſeruantia reperiatur peccatum per textum, *in cap. ſi verò*, *cap. cum contingat hoc tit.*

30 Ideo ſatis videtur induci ad peccandum creditor, cui vſuræ ſoluuntur, cum ad illarum receptionem inuitetur; & ob id cenſetur, vt debitor ſic propter occaſionem delinquendi, quam præſtat proximum inducendo ad peccandum, peccet, *ex cap*.1. *officio delegat. cap. vlt. de iniurijs*, cum ſimilibus. Et ſecundùm dictum in noſtro dubio optimè ſenſerunt Caſtrus Palaus *tomo* 1. *tract*.6. *diſp*.6. *puncto* 10. Pontius *de matrim. lib*.5. *cap*.18. *n*.50. Vaſquez *in opuſculo de ſcandalo*, *art*.8. *n*.33. Suarez *diſp*.10. *ſect*.3. *n*.2. & 3. Molin. *tom*.2. *tract*.2. *diſput*.335. *concl*.5. & alij, quod qui petit ſine cauſa iuſta, & honeſta ab vſurario parato pecuniam mutuam, peccat mortaliter. Et ratio eſt; quia ſine vllo, aut leui damno poſſum hic, & nunc vitare actionem turpem proximi, & efficere ne ille propter iniuſtitiam, ſit ſubiectus reſtitutioni, charitas poſtulare videtur, vt abſtineam ab illa petitione; imò & Vaſquez, probat nunquam eam petitionem poſſe eſſe venialem culpam, ſed mortalem; quia quando ex opere veniali ex ſe, vt ex mendacio leui ſine iuramento, vel ex opere ex ſe indifferenti ſumitur occaſio peccati mortalis illa actio, quæ ex ſe eſt venialis, & indifferens, redditur mortalis ab hac circunſtantia ſcandali paſſiui mortalis.

Vnde vt littera textus noſtri ab impugnatione 31
propoſita liberetur, dicendum eſt iuramentum de ſoluendis vſuris propterea obligare; quia ſcilicet in ipſius obſeruantia, hoc eſt in vſurarum ſolutione, nullum peccatum committitur; eo quod ipſa ſolutio vſurarum in ſe conſiderata, nulla lege prohibetur, nec aliquod peccatum inducit, vt conſiderat hic Barboſa *num*.4. nam ſi peccatum contineret nunquam iuramentum de illis ſoluendis obligaret; & ſic licet ex parte recipientis iniuſtum committatur; quia indebitum accipit contra textum, *in c. ſi res aliena* 14. *q*.6. tamen eas ſoluens, nihil iniuſtum facere cenſetur, ſed potiùs pati, cum ſcilicet, vel gratia implendæ promiſſionis, vel aliàs ob redimendam aliquam honoris, vel famæ vexationem, eandem pecuniam indebitam ſoluit.

Nec obſtat adductum quod petens vſuras, 32
præſtat occaſionem peccandi; quia præterquam quod ex actu ſolutionis, per ſe non ſequatur peccatum, nec ruina vſurarij, qui potuit non accipere; imò ad id tenebatur iuxta illud Luc.6. relatum *in cap. conſuluit de vſuris*; ipſe tamen Barboſa *vbi ſuprà d. n*.3. *in fine*, & *in additionibus ad textum noſtrum*, *tom*.6. *n*.7. & 8. cum Couarr. Soto, Balboa *vbi ſuprà*, *n*.112. ait quod ille qui ſub vſuris pecuniam Iureiurando promittit, propriæ neceſſitati conſulere velit; atque ideo non cauſam, ſed occaſionem peccandi vſurario præſtat; quare lex Pontificia non curat de peccato recipientis vſuram ex debitoris cauſa; quia proxima non eſt, nec immediata ex ipſius actus natura; quia debitor ſoluere habet neceſſe propter iuramentum, vt propriæ ſubueniret neceſſitati, atque ideo quamuis ipſe ſoluere debeat; non verò tenetur creditor recipere; quod ſi receperit malitiæ ſuæ, non ſolutioni debitoris imputandum; veluti quando debitor pecuniæ, ſoluit creditori, quam ſcit in vſus prauos conſumpturum; quia tunc non cauſam, ſed occaſionem præbet peccati creditoris, idque non venire in conſiderationem, quod non eſſet ſi ſponte, & abſque vlla obligatione pecuniam præſtaret.

Ex quibus iam ad noſtrum dubium exiſti- 33
mant Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſputat*.173. *ſect*.14. §.176. & 177. quem ſequitur Diana *p*. *tract*.7. *reſolut*.8. in verſic. *ego* dicentes quod etſi probabilius ſit, vt peccet mortaliter qui ſine cauſa honeſta petit pecuniam mutuam ab vſurario parato: tamen ipſum non peccare, probabiliter docent eo quod peccatum fœneratoris eſt ex pura malitia, nec curandum eſſe de peccato ex malitia; deinde quia ille homo non excitatur à petente mutuum, nec impulitur; quia iam ipſe ſe impulit ante illam petitionem mutui; non enim ea petitio de ſe eſt cooperatio ad vſuram; quia vſura non petitur, nec offertur, ſed tantùm eſt mutui petitio, quæ de ſe non eſt cooperatio ad malum; & ſic peti poſſe ſine periculo

riculo ſcandali ab huiuſmodi hominibus mutuas pecunias, etiam cum periculo fœnoris, quia vſurarius non fuit in id peccatum occaſione alterius, ſed iam ipſe aſſentit: & ſic concludunt probabiliter eam mutui petitionem eſſe peccatum veniale tantùm.

34 Hæc verò qualiter ad noſtrum textum adaptantur, dubium eſt, cum hic vſuras ſoluere iurans teneantur ad ſolutionem, ad quam non eſt cur teneatur; ſiquidem mutuum à fœneratore parato petendo ſine honeſta cauſa, ſaltim venialiter, peccat: & ob id turpitudinem committit, quæ ſemper vitanda eſt, vt iam alibi dixi: & ob id incidimus in regulam textus, *in l. qui occiderit* 30. §. *in hac cum lege ſeq. l. ſi ex plagys* 50. *in clino, ff. ad leg. Aquil. cap. de cætero* 11. *de homicidio, cap. fin. de iniurys*, vbi qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. Quare Theologorum ſchola reſpondet textum noſtrum intelligendum eſſe in creditore, qui ſolitus eſt fœnerari: quo caſu dicunt debitorem non eſſe peccati cauſam, & regulam prædictam procedere quando creditor non eſt fœnerari ſolitus; quia tunc dicunt debitores vſuras ſoluentes cauſam dare turpitudini creditoris.

35 Ab hac tamen interpretatione communiter recedunt Iuris Canonici profeſſores, eo quod ex textu noſtro, & ex eius, integra, talis diſtinctio non apparet, cum vtrumque caſum claudat, ſiue creditor paratus ſit vſuras petere, aut non; & quia vt optimè ſcribit Balboa *d. cap.* 1. *n.* 19. videndus *à d. n.* 103. ſequeretur, vt promittens ſimpliciter ſine iuramento, vt in prima parte textus noſtri compellendus ſit ad ſolutionem, ſi creditor ſit ſolitus fœnerari, cum in eo caſu non eſſet conſiderabile eius peccatum, quod negandum eſt, cum ſemper ex parte creditoris ſoliti etiam fœnerari, detur peccatum conſiderabile, quando actualiter recipit vſuras.

36 Itaque verè reſpondendum eſt ex adductis à Menochio *de Arbitrarys caſu* 398. Rolando *conſil.*98. *vol.*1. Sarmiento *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantùm*, *n.*19. *ff. de liberis, & poſthum.* Deciano *conſil.*84. *volum.*2. & Seraphino *de priuileg. iuram. priuilegio* 116. *n.*7. debitorem Iureiurando efficaciter obligari ad ſoluendas vſuras, ſiue creditor ſolitus ſit fœnerari, ſiue non ex textu noſtro, & Gloſſa verbo *cogi*, & verbo *cogendi*, & docent regulam *ſuprà* relatam, qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videatur, intelligendum eſſe quando datur cauſa proxima, non autem remota: & ſic eſſe intelligenda iura, *in d. l. qui occiderit, diſt.* §. *in hac, d. cap. de cætero*, cum ſimilibus iam adductis, quæ loquuntur de cauſa remota, ſed de proxima; quia remota non dicitur cauſa, ſed occaſio, vt docet textus, *in cap. ſolitæ in principio de maiorit, & obed.* de quo diſcrimine plura adducit exempla Balboa *hic n.*10. *&* 11. vbi videbis.

37 Quæ tamen intelligo ſi qui petit pecuniam à fœneratore parato, aut non parato ea indigeat, nec facilè poſſit aliunde ſubueniri; quia tunc licitè petit mutuum ab aliquo, non obſtante, quod intelligat illum, à quo petit non aliter quàm ſub vſuris mutuaturum; quia hoc non eſt cooperari peccato alterius; ſecus tamen non eſt, quando petit mutuam pecuniam ad opera vana. Vide quæ tradit Conrad. *de contract. q* 47. Balboa *hic n.*104. ex his, quæ etiam ipſe adducit *in d. cap.*1. *hoc tit. n.*10. de quibus iam dixi.

Et ſic ſtando huic diſtinctioni cauſa honeſta petẽdi mutuum ab vſurario erit quoties ego, vel ad prouidendum meæ domui, aut alicui veræ meæ neceſſitati, vel alienæ, vel ad aliquod opus pium, vel etiam ad aliquem ludum publicum, à quo non poſſum, niſi inhoneſtè abeſſe, vel ad aliquam actionem frequentem hominibus mihi æqualibus, quàm vitare non poſſum ſine aliquo dedecore, vel etiam ad mercaturam honeſtè exercendam. † Item quando quis aliqua paſſione graui concitatur ad ludum, vel quid ſimile, non tenetur lege charitatis abſtinere à petendo mutuo; quia cum tanta difficultate non tenetur vitare peccatum proximi fœneratoris ad illud iam parati, & ex deprauata malitia, vt docet Hurtado de Mendoza *dict. q.*173. *ſect.*14. §.178. refert Diana *d.* 5 *p. tract.*7. *reſol.*8. verſic. *notandum*, ex qua paſſione poteſt in hoc caſu excuſari quod contra dictum eſt, *n. præced.* de petente ad opera vana, vt v. g. ad ludendum, vel ad alia ſpectacula, quam petitionem improbant Nauarr. *in man. cap.*17. *num.*161. Caietanus verbo *vſura, cap. fin.* Soto *lib.*3. *de Iuſt. q.*1. *art.*5. qui docent ad minus ſic petendo, venialiter peccare. 38 39

40 Ex his infero primo licitum eſſe non ſolùm, vt dixi, petere vſuram ab homine parato, ſed etiam ab homine non exercente vſuras; licet cognoſcamus eſſe periculum, vt eas ille velit. Et ratio eſt; quia quod ego peto fieri, poteſt honeſtè, quod ſi malè fit eſt ob ſolam malitiam alterius, quàm ego cum graui damno non teneor vitare, ſed in hoc caſu deſideratur maior cauſa ad petendum mutuum, quàm dictum eſt requiri ab homine parato: ita docet Vaſquez *opuſculo de ſcandalo art.*8. *n.*29. & ego exiſtimo cum Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſputat.*173. §.184. *ſect.*14. cauſam ſufficientem in hoc caſu eſſe non ſolùm, ſi pertineat ad vtilitatem conſeruandi, aut augendi ſtatum, ſed etiam ad exercenda torneamenta, vel alias actiones, quas ſine dedecore omittere quis non poteſt, ſed ob ſolum ludum, aut voluptatem non licet petere mutuum ab imperato expreſsè ſub vſura in ſenſu propoſito, & explicato modo, quo *ſup.* tradit Hurtado §.185. Sanchez *in Summa, tom.*1. *lib.*3. *cap.*8. *n.*30. Diana *d. reſol.*8. *tract.*7. *part* 5. verſic. *nota etiam*; quia illa petitio non eſt abſoluta, ſed conditionata tantùm, & magis eſt explicatio voluptatis paratæ ad vſuram reddendam, quàm ad eam exigendam inducentis. † Quo pacto venit intelligendus Diana cum multis ab eo relatis, *p.*1. *tract.*8. *reſol.*31. vbi agit de quæſtione, an quis poſſit ſumere mutuum ab vſurario, non ſolùm ad ſubleuandam neceſſitatem, ſed etiam propter conuiuia, torneamenta, & ſimilia iuxta exigentiam proprij ſtatus; de qua Sanchez *tom.*1. *mor. lib.*3. *cap.*8. *n.*3. cum Soto Aragon. & aliis, contra Rebellum *de Iuſt. p.*2. *lib.*8. *q.*16. *ſect.*6. *num.*17. & Valentiam *tom.*3. *diſput.*5. *q.*21. *punct.*4. 41

Ergo etſi quilibet, vt iam dictum eſt, poſſit dubitare quomodo iuramentum de ſoluendis vſuris valeat, ſi peccati nutritiuum eſt, nec abſque turpitudine præſtari etiam poſſit? Reſpondetur valere iuramentum; licet fuerit cum peccato præſtitum, ſi ſeruari poteſt abſque peccato, *cap. etſi Chriſtus hoc tit.* ibi: *& quamuis per creaturam*, &c. † Imò vt docent D. Thomas 2. 2. *q.*78 *art.*4. *in corpore*, Lelius Mancinus *ſac. iurium controuerſ. differt.*10. *cap.*2. *n.*22. *& diſquiſit. genial.* 42 43

at

ac anniuerſ. iur. diſput. cem.3. cap.211. Barboſa *hic in addition. tom.6. n.7.* iuramentum de ſoluendis vſuris, & ſeruari ſine peccato poteſt, & præſtari, inquam, niſi debitum vſurarum creditorem allexerit, alioqui non facturum, ſéque eo modo ſocium criminis fecerit.

44 Ad quintam quæſtionis partem, an iuramentum promiſſorium de faciendo peccatum veniale, ſit tantùm veniale? Reſpondebis ex his, quæ adduxi, *ſuprà* in verſic. *ad tertiam*, vbi egi de dubio, an in iuramento promiſſorio, detur paruitas materiæ, & *ibi* dictis addo quæ adducit Diana pro negatiua, & affirmatiua ſententia, *p.4. tract.4. miſc. reſolut.160.* Tannerum *in 2. 2. D. Thomæ diſput.5. dub.1. n.14.* Sanchez *in Summa tom.1. lib.3. cap.4. n.28.* Sotum *de Iuſt. lib.7. q.1. art.3.* & Leſſius *lib.2. de Iuſt. cap.40. dub.7. n.39.* & alij dicunt votum de peccato veniali, eſſe tantùm veniale; quia paruitas materiæ excuſat.

45 Ad ſextam quæſtionis partem, an recepta, & promiſſa ob cauſam fornicationis valeant? Occaſione textus noſtri poterat hic agi de hoc dubio, de quo iam aliqua adduxi, *q.1.* interim videbis quæ adducunt Doctores ad textum, *in leg. idem, §. ſed & quod meretrici, ff. de condit. ob turpem cauſam*, in illis verbis: *ſed & quod meretrici datur repetitio, non poteſt illa enim, turpiter facit quod ſit meretrix, ſed non turpiter accipit, cum ſit meretrix*, Couarruu. *in regula peccatum, 2. p. §.2. num.1.* Villalobos *in ſumm. part.2. tract.11. diffic.16. & à num.8.* Et adjunges quæſtionem de qua dico *infrà in cap. quintanalis, quaſt.1.* in verſic. *ad ſecundam quaſtionis partem.*

QVÆSTIO III.

***An deponens pecuniam apud vſurarium, teneatur reſtituere quod accepit mutuans ex illa pecunia: Et an ſine ſcandalo liceat ſoluere vſuras: Et an adminiſtrator Ciuitatis poſſit remittere debitum ex cauſa vſuraria: Et an liceat petere mutuum ſine iuſta cauſa, ſi proximus non ex mera malitia, ſed ex vehementi paſſione auaritiæ exigit vſuras: Et an liceat petere ab vſurario mutuum ad vſuras expreſſè, & formaliter, v. g. dicendo* da mihi mutuum ad vſuras?**

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere nunquid teneatur quod accepit deponens pecuniam apud vſurarium ex cauſa mutui, n.2. & 3.*

4 *Vſuras ſoluere ſine ſcandalo, nunquid aliquando contingat, n.5.*

6 *Adminiſtrator Ciuitatis poteſt remittere debitum Ciuitatis contractum ex cauſa vſuraria, num.7.*

8 *Mutuum petere licet, ſi proximus, ex vehementi paſſione auaritia exigit vſuras.*

9 *Mutuum petere expreſſè ad vſuras, nunquid liceat, n.10.*

1 DVbia hæc non parum ſpectant ad textus noſtri materiam, in quibus reſolutiuè me geram. Et quoad primam partem video quod Baſilius Pontius *de matrimom. lib.5. cap.18. §.4. n.23.* ait vt quoties damnum proximi ſequitur contra iuſtitiam, teneor ceſſare à meo opere, alias & mihi imputabitur peccatum, & tenebor etiam ad reſtitutionem damni alterius: & ſic ſi quis deponit pecunias apud nummularium, ſiue paratum, meis pecuniis fœnerari, ſiue non paratum ſumpturum tamen occaſionem ex eo depoſito, vel arma bellica apud furioſum, vel puluerem bellicum apud hoſtes imputabitur peccatum eius, apud quem depono, ſi ille reuera meo depoſito damnum inferr, aut fœneratur meis pecuniis, vel ſimpliciter, vel aliqua ex parte, & præterea teneor ad reſtitutionem vſurarum, & damni illati proximo, ex eo; quia ille reuera Reus eſt eius peccati, docent Soto *lib.6. de Iuſt. & Iure, q.1. art.1. in fine*, Nauarrus *in Summa, p.14. n.30. illatione 12.* D. Thomas *q.3. de malo, art.14. ad 18.*

Verùm Caſtrus Palaus *tom.1. tract.6. diſput.13. n.1.* Bañez *in 2. 2. q.78. art.4. dub.4.* Molina *de Iuſtit. tom.2. tract.2. diſputat.331.* quos ſequitur Hurtado de Mendoza *in 2. 2. diſp.373. ſect.14. §.181.* vbi quærens, an ſit peccatum ſcandali deponere pecuniam apud vſurarium, ea ad vſuras abſurdum, reſpondet ſi pecuniæ deponantur cuſtodiæ cauſa; quia alioqui pereclitantur, aut alibi non poſſunt ſine graui incommodo cuſtodiri, nullum eſſe peccatum eas deponere apud abuſurum eis ad vſuram, ſiue alias habeat, ſiue non: ſin autem ſine occaſione eas depoſuit, peccat contra charitatem. † Sed Caietanus, Bañez, Aragon, & alij apud Sanchez *in Summa tom.1. lib.1. cap.7. n.3.* nullam cauſam in deponente pecunias apud vſurarium expoſtulant; quia hæc pecuniarum depoſitio, non videtur vſurarum cauſa, ſicut nec locatio domus, & probabilem putat Palaus *vbi ſuprà*, qui contrariam tantum vocat probabiliorem. Videbis quæ tradit Hurtado *de charitate diſput.10. diſ.7.* vnde Diana *p.5. tractat.7. de ſcandalo diſ.11.* ait duram eſſe Baſilij Pontij, & aliorum opinionem: quia depoſita pecunia eſt cauſa remota fœnoris, cum indigeat voluntate fœneratoris, & voluntate fœnus concedentis: & ita teneo ex dictis, *ſuprà quaſt.2.* verſic. *ad quartam.* 2 3

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an liceat ſine ſcandalo ſoluere vſuras? Dico quod abſolutè loquendo, & ſeclusâ aliquâ prauâ intenſione, ſolùm ſpectatâ vſurarum ſolutione, nullum in ea inuenitur peccatum: ſic docet Baſilius Pontius *de matrim. lib.5. cap.18. §.7. n.53.* argumento deſumpto ex textu noſtro, vbi iuramentum de ſoluendis vſuris eſt obligatorium, & adimplendum; ergo non eſt peccatum in ſoluendis vſuris, aliàs non ligaret huiuſmodi iuramentum: imò peccatum eſſet adimplere. Videbis quæ circa hanc quæſtionem adducit Sanchez *in ſumma, tom.1. lib.3. cap.11. n.3.* † Quare et ſi Valentia *tom.3. diſputat.21. q.21. puncto 4.* dicat quod ſi quis peccauit petendo mutuum, peccabit quidem ſoluendo vſuras; quia qui dat proximam materiam alteri ad peccandum in hoc, ipſe peccat: tamen vt iam *q.2.* adduxi is, qui vſuras ſoluit non offert materiam proximam peccati, ſi rectè inſpiciatur: & ob id non agit, ſed patitur iniuſtitiam, quæ paſſio nullum peccatum eſt; poteſt enim ſæpè contingere, vt cogatur ſoluere, vt ſi interuenit inſtrumentum de contractu, & iuratum: ſic docet Diana *d. 5 part. tract.7.* 5

*tract.*7. *de ſcandalo reſol.*12. vbi refert Hurtadum de Mendoza 2. 2. *q.*173. *ſect.*14. §.182. dicentem quod etſi ſententia Baſilij vera ſit in caſu, quo ſine vllo incommodo id poſſet præteriri, atque id raro contingere poſſe; quia mutuatarius cenſebitur ab vſurario deparcus, & illuſor, & erunt iurgia inter eos; item quod ocludet viam veniendi iterum ad vſuram.

6 Ad tertiam quæſtionis partem videtur dicendum, quod adminiſtrator Ciuitatis poſſit remittere debitum ciuitatis ex cauſa vſuraria contractuum, vel ex alia illi circa cauſa, Tiraquell. *in l. ſi vnquam, Cod. de reuocandis donat.* verb. *donatione largitus*, *n.*164. qui dicit communem opinionem, quam ſequitur Peralta *in l.*1. *n.*46. *ff. de leg.*2. Padilla *in l. præſens, n.*25. *Cod. de tranſact.* vbi Butrigarius, Raynerius, Alber. & Gl. *ibi*, Ceuallos *in pract. q.*844. vbi hanc doctrinam vocat æquiorem, magis rationi conſonam, &

7 ſic tenendam in iudicando, & conſulendo?† Licet multi ab eo relati aliter doceant, etiam ſi habeat adminiſtrator Ciuitatis liberam adminiſtrandi facultatem; quia donationis facultas non videtur conceſſa in generali commiſſione, *l. filiusfamilias, ff. de donat. l. qui peculij, ff. de peculio, l. ſicut*, §. *an paciſci, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur, l. contra iuris*, §. *fin. ff. de pactis:* & quia remiſſio debiti eſt ſpecies donationis, *l. ſi quis delegauerit, ff. de donationibus:* & ob id etiam in debito vſurario ampliarunt Doctores relati à Padilla *in dicta leg. præſens, Cod. de tranſact. num.*25. & docuit Gloſſa *in l. Imperatores, ff. de pactis.*

8 Ad quartam quæſtionis partem; an liceat petere mutuum ſine iuſta cauſa, ſi proximus, non ex mera malitia, ſed ex vehementi paſſione auaritiæ exigit vſuras, & reſpondet Hurtadus de Mendoza 2. 2. *q.*173. §.178. licere, quia omnis vſurarius peccat ex vehementi inclinatione in pecunias, nec auaritia eſt ex genere illarum paſſionum, quæ commouent animum excitatis hominibus, vt, *ira, triſtitia:* cum autem ille appetitus ſit diuturnus, oritur ex pura malitia, illum non vincere: hanc partem tuetur Diana *d.* 5. *p. tract.*7. *de ſcandalo reſol.*8. verſic. *ſed quid*, vbi refert quod negatiuam ſententiam doceant Valentia *tom.*3. *diſput.*5. *q.*21. *puncto* 4. Sanchez *in Summa tom.*1. *lib.*3. *cap.*8. *n.*18. ex eo, quia tunc proximus eſt in maiori neceſſitate; & ideo tunc ſtrictius obligare præceptum charitatis de impediendo eo proximi peccato.

9 Ad quintam quæſtionis partem, an liceat petere ab vſurario mutuum ad vſuras expreſsè, & formaliter, & Baſilius Pontius *de matrim. lib.*3. *cap.*18. §.7. *num.*47. Vaſquez *opuſculo de ſcandalo art.*8. *n.*19. & alij, quos citat Sanchez *in Summa tom.*1. *lib.*3. *cap.*8. *n.*26. negatiuè reſpondent ex eo: quia non poteſt ab aliquo peti actus, qui non poteſt benè exerceri.

10 Tamen ipſe Sanchez contrariam ſententiam docet, quam etiam docent Molina *de Iuſt. tom.*2. *diſput.*335. *concluſ.*5. Valentia *tom.*3. *diſputat.*3. *q.*21. *puncto* 4. Bañez *in* 1. 2. *q.*78. *art.*4. *dubio* 2. *concluſ.* 2. tenentes poſſe mutuatarium dicere mutuanti, *da mihi mutuum ad vſuras*, ex ea ratione; quia eius petitionis obiectum non eſt actio dantis mutuum ſub vſuris, quatenus ab eo procedit; quia hæc eſt intrinſecè mala; ſed obiectum illius petitionis eſt mutuum, quod autem dicit *ſub vſuris* eſt permiſſiuè, & ita eſſe ſenſum *da mutuum*; vel quia noui te non daturum, niſi ſub vſuris, id permitto, vt mihi conſulat: & hanc ſententiam dicit probabilem Suarez *de Religione, tom.*2. *de Iuramento lib.*3. *cap.*13. *num.*9. Diana *d. p.*5. *tract.*7. *reſolut.*8. verſic. *& tandem*, vbi reſpondet ad argumentum Vaſquez, dicendo in hoc caſu non peti abſolutè aliquod malum, ſed permitti, exponiſque animum ſoluendi vſuras.

QVÆSTIO IV.

An vt iurandum actionem producat, debeat habere aliquas conditiones: Et an hæc actio ſit ex Iure Pratorio, aut ciuili: Et an iuramenti materia poſſit eſſe peccaminoſa: Et an opus malum poſſit eſſe materia voti, vel ſi res ſit indifferens, aut poſtea ſit apta: Et an ſit validum iuramentum, cuius materia, partim eſt valida, partim non, partim indifferens: Et an periurus in re leui peccet mortaliter?

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum vt actionem producat, quas conditiones debeat habere, n.*2.

3 *Actio ex Iureiurando orta, nunquid de Iure Ciuili, aut prætorio ſit, n.*4. 5. *&* 6.

7 *Iuramenti materia qualiter poſſit eſſe peccaminoſa, n.*8. *&* 9.

10 *Opus malum, ſeu illicitum, nequit eſſe voti materia.*

11 *Iuramenti materia non eſt res indifferens, aut impoſſibilis, ſiue impeditiua maiores boni, ſeu contraria diuinis conſilijs: Expenditur, n.*12. *&* 13.
Et in cap.12. q.1. n.25.

14 *Votum de re indifferenti nullum eſt, nec eget diſpenſatione, & quale peccatum, num.*15. 16. *&* 17.

18 *Iuramentum, cuius pars eſt poſſibilis, impoſſibilis, licita, & illicita ſeruatur quoad partem poſſibilem, & licitè, niſi collectiuè fiat.*

19 *Periurium in re leui, quando mortale, ſeu veniale, peccatum dicatur.*

Etiam quæ hîc ſubſequuntur ſunt apta pro 1
textus noſtri materia. Et ad primum breuiter dico actionem proditam ex Iureiurando ſecundùm opinionem eorum, qui dicunt iuſiurandum actionem producere iuxta dicta *ſup. q.*1. verſic. *ad tertiam, & q.*2. verſic. *ad primam*, duabus præcipuè de cauſis, & iis totidem primum ei, qui iurauit ſibi deberi pecuniam, vt expreſſum habetur, *in* §. *ſi quis poſtulante* 11. *inſtit. de actionib* idem etſi iurauerit quid ſuum eſſe *l. nam poſtea* 9. §. *fin. ff. hoc tit.* vtrumque hac conditione, *ſi iurauerit poſtulante aduerſario*, vt *in dicto* §. ibi, *item ſi quis poſtulante aduerſario*, quod in edicto Prætoris dicitur, ſi quis *conditione delata* iurauerit, vt proponitur, *in l.*3. *in princip. ff. hoc titulo*, quod quamobrem adiectum ſit, ratio ibidem redita eſt: nam ſi Reus iurauit nemine ei iuſiurandum deferente, Prætor id iuſiurandum non tuebitur, *ſibi enim iurauit*, alioquin facillimus quiſque ad iuſiurandum decurrens, nemine ſibi deferente, iuſiurandum oneribus actionum ſe liberabit.

Eſt

2 Eſt etiam propoſita, & ei hæc actio, cui remiſſum eſt Iuſiurandum, vt hoc itidem caſu perinde habeatur actor, quaſi iuraſſet, *leg. remittit 6. dict. leg. nam poſtea 9.* verſic. *Iureiurando hoc tit. l. 1. leg. actori, Cod. de rebus cred.* quando autem dicatur remiſſum Iuſiurandum, docent Couatruu. *in cap. quamuis pactum de pactis, lib. 6. 1. p. §. 3. & p. 4.* Petrus Greg. *lib. 50. Syntagmat. cap. 12.* Gailius *lib. 1. pract. obſeruat. cap. 25.* de quo videbis *leg. 8. tit. 11. p. 3.* vbi Gregor. & latè dico *in cap. fin. hoc tit.* & de actione ex Iureiurando. Videbis quæ adducit Donellus *lib. 24. comment. cap. 16.* & *ibi* Oſualdus.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem dico hanc actionem proditam eſſe, non Iure Ciuili, ſed Iure prætorio, & eius edicto ab Vlpiano, *dict. l. 3. ff. hoc titulo, dict. §. ſi quis poſtulante inſtitut. de action.* ibi, *iuſtiſſimè accommodat ei talem actionem*, & *in §. perſonam inſtit. de actionibus*: etenim Iure Ciuili ſolum prodita actio ei, cui quid debetur, & nulli actio; ergo cum non ſit ſatis dicere in Iudicio quid ſibi deberi, niſi qui dicit probat, iuxta regulam textus, *in leg. qui accuſare 4. Cod. de edendo*, *l. actor 23. Cod. de probat.* cum aliis, de quibus *in dicto cap. fin. hoc titulo*, nec probet ſibi deberi, qui ſibi deberi iurat; quia fieri poteſt, vt peieret: & hæc actio in vniuerſum Iure Ciuili retineatur: inde factum eſt, vt eo Iure Ciuili in hanc cauſam actio non ſit conſtituta; ſed quia nihilominus æquum fuit, vt conſtitueretur, vt probat Iuſtinianus *in dicto, §. ſi quis poſtulante*, ibi: *Iuſtiſſimè accommodat*, ſcilicet Prætor *talem actionem* ſuperiori non obſtante ratione prætoria propoſita eſt hæc actio; quia ad religionem Iuriſiurandi accedit deferentis conuentio, & conſenſus, dum is hæc dicere videtur: *Si actor iurauerit ſeparatum Iuriiurando ſtare*, id eſt, præſtare quod petitur: ſic docet Pichardus *in dicto §. ſi quis poſtulante, à num. 59.* vbi *num. 61.* confirmat ex Iulio Paulo *in leg. qui iuraſſe 26. §. vlt. ff. hoc tit.* verbis ibi: *Iuriſiurandi conditio ex numero eſſe poteſt videri nouandi, delegandiue; quia proficiſcitur ex conuentione, quamuis habeat, & inſtar Iudicij*: & ſic Doctores exornant id ius vim nouationis, legationis conſtitutionis, & Iudicij habere, Seraphinus *de priuileg. iuram. priuileg. 18. 67. 80. 94. & 151.*

4 Vnde fit vt ex ea conuentione, ſuſcepto iuramento ſi etiam iurat actor non ſit nuda conuentio, ſed facit actor, vt ſibi viciſſim fieret quod peteret, vel ex regulis Iuris Ciuilis,
5 quibus huiuſmodi conuentio ſeruanda eſt. † Nec tunc vrges dicendo ſi in Iureiurando fuit hæc conuentio, eique ineſt, fuit vtique, & ante quam actio conſtitueretur; ergo iam olim fuit prodita Iure Ciuili actio hæc; quia non eſt expreſſa conuentio, nec omnibus cognita, ſed eam in eſſe, Prætor eſt interpretatus, & religio inſtruendæ cauſa; & quod à litibus facilius diſcederetur; atque hanc interpretationem ſequutus aduersùs deferentem dedit: ex quo plura de vi iuramenti tradit Pichardus *dicto §. ſi quis poſtulante, numero 63.* vbi adducit habere etiam vim tranſactionis. Et addit hanc actionem quam à Prætore accommodatum Iuſtinianus docet *in dicto §. ſi quis poſtulante*, conſtitutam ei, qui iurauerit, quid ſibi deberi, aut ſuum eſſe; item aduersùs eum,
6 qui Iuſiurandum detulit. † Itaque actionem Iuriſiurandi dari, & propter religionem; & conuentionem, & ex multis, *à numero 64. & 65.* agit de ea quæſtio, an actio prætoria, ex Iureiurando ſit vna, an plures, an noua, an vetus detur? Et *numero 65.* quod Iuriſiurandi actio in factum, actio eſt, qui benè ex multis diſtinguit.

Ad tertiam quæſtionis partem, an iuramenti 7
materia poſſit eſſe peccaminoſa? Reſpondeo quod etſi hic in textu noſtro vſurarum promiſſio videatur illicita, & nihilominus eas ſoluere iurans; teneatur, vt ſatis iam dixi, *q. 2.* & *in cap. 1. eodem*: tamen materia iuramenti debet eſſe res licita, & non peccaminoſa; quia irrogatur Deo iniuria, adducendo eum in teſtem rei turpis, & illicitæ; & ſic fit vt iuramentum obligare non poſſit, ſi illud, quod promittitur eſt peccatum, vel ſaltim impleri non poſſit abſque peccato; non enim iuramentum eſt vinculum iniquitatis, nec obligare poteſt ad malum, *cap. non eſt 58. regulis iuris, in 6.* Suarez *de religione libro 2. de iurament. cap. 17.* Sayrus *in Claui Regia, libro 5. cap. 7.* Nauarrus *cap. 12. numero 17.* & communiter Doctores. † Imò vt docent Sotus *de Iuſtit. lib. 8.* 8
quæſtione 1. articulo 7. ad primum, Trullenq. *in opere morali, libro 2. cap. 1. dubio 8. numero 8.* & alij, & quoddam genus blaſphemiæ exiſtimare ſe teneri ad illud implendum; quia putat Deum ad malum obligare.

Quod tamen intelligendum venit, ſi quis ma- 9
litioſè ſub ea ratione illud adimpleret; aliàs enim ſi bona fide, & per ignorantiam exiſtimans ſe teneri rem venialem, quam iurauit adimplere, ſolùm peccaret venialiter, vt docent Nauarrus *dicto cap. 12. num. 16.* Sayrus *in Claui Regia, lib. 5. dict. cap. 7.* Trullenq. *d. cap. 1. lib. 2. dubio 8. num. 1.* circa finem.

Vnde ad quartam quæſtionis partem reſpon- 10
deo opus malum, ſeu illicitum, ſiue mortaliter, ſiue venialiter, non poteſt eſſe materia voti, vt docet D. Thomas *2. 2. quæſtione 88. art. 2.* & communiter Doctores; & ratio eſt; quia non acceptat promiſſionem rei ſibi ingratæ, opus autem malum eſt ſibi ingratum; ob idque fieri, vt votum de materia illicita non obliget; & ob id etiam non obligare votum de ſacrificando homine, quale fuit votum *Iepte Iudicum 11.* qui vouit ſacrificare Domino quidquid ſibi primo occurreretet domum ſuam reuertendi poſt victoriam partam; & cum primo occurriſſet filia eius, eam reuera Domino ſacrificauit ſecundùm communem ſententiam Patrum; quamuis Lyranus, & quidam iuniores velint tantùm occidiſſe ciuiliter, & à communi hominum conſortio ſeparaſſe: de quo videbis Azor *lib. 11. cap. 14. lib. 2. cap. 40. dubio 5. n. 33.* & plura circa dubium, Trullenq. *dicto libro 2. cap. 2. dub. 5.* Nec obſtat quod ex texto noſtro autumari poteſt cum ſatis *ſuprà q 2.* in verſic. *ad quartam*, reſponſum dederim; vbi leges qualiter diſpoſitio textus noſtri à peccato excuſetur.

Ad quintam quæſtionis partem, dico quod 11
materia iuramenti, non eſt res indifferens, aut impoſſibilis, aut impeditiua maioris boni, ſeu contraria Diuinis Conſiliis, vel quam melius eſt non fieri; quia Deus non vult obligare ad aliquod vanum, & otioſum, vel contrarium ſuis Conſiliis, ſeu impeditiuum maioris boni: ita Doctores communiter tenent;

quod venit intelligendum quoties res indifferens eſt, vt exemplis declarat Trullenq. *in opere morali, dict. 2. lib. cap. 1. dubio* 8. *num.* 2. vbi ait quod ſi res non maneat indifferens, & fiat bona ex aliqua circunſtantia, tunc obligare iuramentum, quatenus durat bona circunſtantia, vt ſi non fricando Barbam, euitabis culpam vanitatis, aut ſi non ludendo, effugies aliquam peccati occaſionem, vel iacturam facultatum, aut ſi non tranſeundo per talem viam, euades periculum alicuius peccati, teneris rem promiſſam iuratam adimplere; quia tunc eſt apta materia iuramenti, vt docent Nauarrus *cap.* 12. *num. fin.* Sanchez *libro* 3. *cap.* 9. Suarez *libro* 2. *de Iuramento, cap.* 16.

12 Item etiam prædicta doctrina venit intelligenda, ſeu regula limitanda; tamen iuramentum ſit factum in fauorem alterius; quia licet iuramentum de re indifferenti, vel quam melius eſt non fieri, non obliget per ſe loquendo; obligat tamen ſi fiat in fauorem alterius, ſi obligationem non remittat, argumento textus noſtri, & ratio eſt; quia adimpletio iuramenti in hoc caſu non eſt actus indifferens, ſed virtutis, veracitatis, & fidelitatis, ſed conſeruantibus propriæ æſtimationis, quæ ſeruatur ſtando promiſſis; tum etiam quia in promiſſione facta homini ſpectatur quid gratius ſit homini, & non quid
13 in ſe melius. † Quare iuramentum factum in alterius vtilitatem ſeruandum eſt, modo ſeruati poſſit abſque peccato mortali, vel veniali, vt iam de caſu textus noſtri explicui, *d. quæſtione* 2. verſic. *ad quartam*, & probatur ex textu, *in cap. quamuis pactum de pactis libro* 6. nam quilibet curare tenetur, ne videatur Deum in teſtem falſi adduxiſſe, Suarez *libro* 2. *de iurament. cap.* 12. Sayrus *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 5. Leſſius *de Iuſtitia, libro* 2. *cap.* 42. *dubio* 4. *n.* 20. Villalobos *in Summa* 2. *parte, tractatu* 36. *diffic.* 5. *num.* 13.

14 Vnde infero breuiter quod votum de re, quæ, omnibus circunſtantiis ſpectatis, indifferens eſt, nullum, & inualidum eſt; quia materia voti debet eſſe res ad cultum diuinum ſpectans, Deo grata, & melior, quàm eius oppoſitum *neutrum*, quorum reperitur in re indifferenti omnino: ſic docet D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 2. Trullenq. *in opere morali, lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 6. vbi ait cum Silueſtro, & Angelo, quod res indifferens dicitur illa, quæ non habet rationem boni, aut mali, nec magis conducit ad vitam æternam obtinendam, quam eius
15 priuatio, ſeu omiſſio. † Et ſic Sanchez *lib.* 4. *opere mor. cap.* 7. *n.* 3. docens huiuſmodi votum nulla egere diſpenſatione, aut commutatione, eo
16 quod nullam obligationem pariat. † Addit benè *ibi n.* 4. votum de re indifferenti, ſolùm eſſe culpam venialem: nam ſolum eſt culpa; quia deeſt materia legitima, ac proinde eſt culpa venialis.
17 Alia plura addo *infrà ad titulum de voto.* † Et Trullenq. *vbi ſuprà dict. dubio* 6. quem etiam videbis ad dubium *ibi dubio* 7. quid dicendum vtrum validum ſit votum, quoquis à principio vouet aliquid indifferens, aut malum, aut impoſſibile, aut contra conſilia, poſtea fiat bonum probabile, aut conſiliis conſonum. Et *dubio* 8. quid quando à principio fuit apta, & poſtea fit inepta.

18 Ad ſextam quæſtionis partem breuiter reſpondeo, quod quando materia iuraméti, & partim eſt licita & partim illicita, partim poſſibilis, partim impoſſibilis, debet ſeruari quoad partem licitam, & poſſibilem; quia vtile per inutile non debet vitiari, *cap. vtile* 37. *de regulis iuris*, docet Bonacina *tomo* 2. *diſputatione* 4. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *numero* 1. & alij communiter. Quod tamen intelligo ſi fiat, non collectiuè, & per modum vnius, vt de voto latiſſimè explicat Trullenq. *in opere morali, dicto libro* 2. *cap.* 2. *dubio* 10. cum aliis ab eo relatis, de quo ſuo loco dicam. Et ſic prædicta tantùm ſignanter pro noſtri textus intelligentia recipies.

Ad vltimam notabis autem, quod per hunc 19
textum inquirit Couarr. de dubio quale peccatum ſit in Iudicio mentiri, ipſum videbis *lib.* 1. *Variar. cap.* 1. *num.* 2. de quo iam alibi, & dico ad titulum de crimine falſi. Sed quod *ibi* principaliter expendit circa intellectum text. noſtri, eſt nempe dicens ſemper eſſe mortale peccatum periurium, etiam in re leuiſſima, vt docet D. Th. 2. 2. *q.* 98. *art.* 3. ob idque qui iurat, Deo teſte, aſſem Titio dare, omnino periurus ſit, mortalémque culpam incurrere, niſi aſſem totum dederit, vt probat ex textu noſtro, vbi iurans ſoluere vſuras, tenetur id iuramentum ſeruare; quamuis parum vtilitatis afferat talis ſolutio, cum ſtatim accipiens ex hoc iuramento teneatur, cogendúſque ſit eas reſtituere; & ſic dari caſum, in quo iuramentum ſub pœna periurij ſeruandum ſit: tamen ſi eius executio leuiſſimi ſit momenti, nec tamen idem eſſe ait, ſi quis præſtito iuramenro promittat dare centum aureos Titio: nam ſi ſoluat illos, excepto vno, periurus non erit eo modo, vt committat peccatum mortale. Et ratio diſcriminis ea eſt; quia in priori caſu aſſis ſeparatim conſideratur, vt integra materia iuramenti: non itidem in ſecundo, vbi res leuiſſima aſſis non eſt iudicanda, niſi tanquam leuiſſima quædam pars promiſſionis iuratæ, vt docent Caietan. *dicta q.* 89. *D. Thoma*, ſed Silueſter ait tranſgreſſionem iuramenti in re leui, vtcumque ſit, non eſſe mortale: ad quod applicabis, *dicta quæſt.* 2. verſic. *ad quartam.*

AD TEXTVM

IN CAPITE VII.

Ad noſtram, hoc Titulo, De Iureiurando.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

10 *Intelligitur textus noſter, num. ſequentibus vſque ad num.* 22.

11 *Compenſatio locum ne habeat, cum re per iuramentum promiſſa, num.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *&* 19.

20 *Vindicare num, quis poſſit debitor à creditore res pignoratas antequam ſoluat.*

21 *Promiſſio ſimplex vſurarum nulla, ex Iuramento accipit vires.*

22 *Creditor; qui non computat fructus in ſortem principalem, eſt vſurarius, intelligitur, n.* 23. *&* 24.

25 *Doctores, qui de textus noſtri materia latè agunt.*

1 HVius textus materia, non eſt parum difficilis, ſed ſingularis admodum; nam in ſe continet tres partes principales. Prima an iuramentum debeat in forma ſpecifica adimpleri, de quo dixi nonnulla, *ſuprà in c.3. hoc tit.q.*1.verſic.
2 *ad primam.* † Secunda, an cum quis iurauit rem aliquam, aut pecuniam ſoluere, poſſit vti compenſatione, loco veræ ſolutionis de quo *infrà in cap.2. de depoſito*, vbi plura de compenſatione, & quando locum habeat etiam contra iu-
3 ramentum. † Tertia agit de quæſtione, an pignoris fructus ſint in ſortem debiti principalis computandi, de qua dico latè, *in cap.illo vos* 4. *de pignorib.* interim videbis præter citatos à Barboſ.*hic,& tit.tom.6.in addit.*Balboam,& Grañam, benè Couarr. *in cap. quamuis pactum, lib.6.cap.*1.
4 §.4. *à n.*8. 9. & 10. † Et adjunges nouiſſimè Salgadum *in Labyrintho p.*1. *cap.*19. vbi an creditor cenſuarius ad Iudicium concurſus citatus, poſſit ſortem, & redditus decurſos in creditum deducere, & pro ipſius ſortis principalis, redemptione inſtare, & iuſta conſequi, & *in cap.*20. an creditor pro ſuo cenſu vitalitio in concurſu comparens, valeat conſequi integram ſorte principalem, qua olim cenſum à debitore emit. de quibus dico *inf. de cenſib.* Et an creditor cenſuarius ad concurſum citatus, cogatur bona concurſus iuſta taxata pro ſortis principalis exactione; ac decurſorum ſolutione recipere, idem Salgad.
5 *cap.*21. † Et poteris ad materiam in verſic. *ſufficienti cautione*, applicare quæ adduxi, *ſup.in Rub. de litis conteſt. q.*21. vbi de pluribus cautionum
6 ſpeciebus. † Et applicabis que adduxi, *ſuprà in cap. grauis de reſt. ſpoliat. q.*5. vbi de retentione pignoris, & aliorum. Et *q.*7. vbi aliqua de compenſatione, & aliis conducibilibus.

7 Et ad verba ibi: *deinde debitores eius, qui prædictas poſſeſſiones, & redditus contra iuramentum ſubtraxiſſe dicuntur*,&c. poteris applicare dicta *ſuprà in cap.olim* 12. vbi de Domino, qui repellit à
8 poſſeſſione poſſidentem.† Et ad verba ibi: *Vt hæc reſtituant, nec ſibi moleſtias inferant: donec pecunia ei perſoluatur*, venit applicãda regula generalis, quod ſpoliatus ante omnẽ contentionẽ ſuper negotio principali debet reſtitui; de qua dixi, *in cap.*1. cum aliis, & *in cap. litteris* 5. *de reſtit. ſpoliat.*

9 Et ibi, *vos ipſum ad reſtituendum quid deductis expenſis*,&c. Et præterea, quæ generaliter adduxi de ſoluendis expenſis, *in cap. finem litibus* applicabis adducta, *in d.cap grauis de reſtitut ſpoliator, d. q.5.& 7.* vbi plura de retentione propter melioramenta, & expenſas.

10 Vnde ego qui poteram ex prædictis quamplura innectere pro bona, & graui repetitione textus noſtri, dico nec textum noſtrum aliquid de compenſatione deſiderare contra quinque illos intellectus, quos congerit *hic* Barboſa *à num.*3. vbi videbis; nec vtique in eo fuiſſe commiſſam aliquam ſpeciem vſuræ per creditorem fructus pignoris retinentem.

11 Nam quoad primum dixerunt quidam debitorem, qui iurauit creditori nullum grauamen ſuper re pignorata inferre; donec ſoluerit debitum non audiri repetentem, pignus volentem compenſare fructus in ſortem; quia non erat liquidum fructuum debitor, cum quo volebat
12 liquidum debitum compenſare. † Alij verò locum compenſationi hic non dari; quia debitor iurauerat ſe ſoluturum obligando ſe expreſsè ad non vtendum compenſatione. † Alij ex eo pro- 13
cedere dicunt; quia debitores hic ſe obligarunt ad ſoluendum in pecunia; & ſic locum non dari compenſationi ex regula textus, *in l.ſolutam* 48. *ff. de ſolutionibus.*

Alij quod compenſatio hic admittitur; ſiqui- 14
dem iubet textus poſſeſſiones reſtitui, vt pecunia perſoluatur ad finem, vſque, facta ſcilicet compẽſatione fructuum perceptorum; ſiquidem pecunia perſoluitur poſt factam compenſationem ex fructibus ſi aliquid ſuperfuerit. † Vltimus, 15
& quem amplectitur hic Barboſa eſt, quod debitor non iurauit ſoluere, ſed nullam mouere controuerſiã ſuper rebus pignoratis; donec pecunia ſolueretur; quod vtique pactum, ait nihil operari, niſi intelligatur per illud tacitè eſſe compenſationi renuntiatum, quod ſolet fieri de fructibus perceptis ex re pignorata ad ſortem principalem iuxta, *leg.*1. & 2. *Cod. de pignor. actione.*

Neutrum horum clarè ex verbis noſtri textus 16
percipi poteſt: vnde cum in eo dubio, vtrum debitor, qui iurauit ſe ſoluturum objicere compenſationem poſſit, ſint tres opiniones, affirmans, negans, & diſtinguens, negatiua ex noſtro textu, *in cap debitores, cap.peruenit, cap cum contingat, l.penult.ff. depoſiti*; quod eſt idem, ac dicere iuramentum eſſe in forma ſpecifica implendum, vt iam dixi qualiter intelligatur, *in dict. cap.*3. *hoc tit. quæſt.*1. toto verſic. *ad primam.* † Diſtinguens ex 17
regula textus. *in cap. quemadmodum hoc tit. l. quod ſeruus. de condit. indebiti*, quibus probatur, quod omnis promiſſio, debet intelligi, rebus ſic ſtantibus; & ſic qui ſe ſoluturum iurauerit, intelligitur iuraſſe, rebus ſic ſtantibus; non autem ſi poſtea ipſemet debitor efficiatur alterius: quare Panormit. *hic n.*3. & alij citati ab Ozaſco *deciſ. pedmont.*92. Seraphino *de priuileg. iuram. priuilegio* 74. dixerunt quod ſi ante iuratam ſolutionem, illud debitum contractum fuerit; quod in compenſationem deducitur; tunc nullo modo locus ſit compenſationi; ſin autem poſtea contractum ſit, locum detur eidem. † Tamen, & ſi 18
hæc vera diſtinctio poſſit eſſe ex regula prædicta: tamen Barboſ. *hic n.*8. ait eam recipi poſſe, quando quis iurauit ſoluere pecuniam; & præterea nullam mouere controuerſiam ſuper ſolutione iuxta terminos noſtri textus. † Addens 19
quod ſi quis ſimpliciter iurauit ſoluere, poteſt indiſtinctè compẽſationem objicere, & hic mihi doctrina ſit plauſibilior, *ex l.*4. *§ ſoluiſſe, ff.de re iud. l.ſi ambo, ff de compenſat. l.2. Cod eodem l.ſi debitor, ff qui potiores in pignore habeantur, l. potior, § fin. ff. qui potiores, l. dediſſe, ff. de verb ſignific. l ſi peculium, §. de illo, ff. de ſtatu liber, l. Iulianus, C.de condit. & demonſtr. l. Mæuius, l. qui hæredes. ff. eodem*, quibus probatur compenſationem ſapere ſolutionem debiti, etiam conditionati; & cum iuramentum ſequatur naturam actus. cui adhæret ex reg. textus, *in d. cap. quemadmodum h.* tit. & compenſatio regulariter locum habeat in omni debito, *l.2. ff. de compenſation.* ſequitur, vt locum habeat etiam in debito iurato: ſic docent Bart. *in l.amplius, ff rem ratam haberi*, Baldus, & Panormitan. *hic*, & alij, quos referunt Ozaſcus *dict. deciſ.*92. refert plures Barboſa *hic ſub num.*2. agentes de hoc puncto, an, & quando iuramento ſoluere promittens, ſatisfaciat compenſando, explicat optimè Balboa *in dicto cap.*3.

hoc tit. à num.29. vbi benè loquitur de intellectu textus noſtri, & de prædicto dubio ſub diſtinctione reſoluens. De hac difficultate videbis Dianam *p.10.tract.16.reſ.60.* vbi infinitos refert pro tribus ſententiis omnes approbans quorum aliquos refero infrà *in cap.9. hoc tit. q.3.* verſic. *ad tertiam in fine*, & adhæret affirmanti ſententiæ dummodo iurans ſoluere non intendiſſet contrarium dum iurauit ex Sà vero iuramentum eſt & ex aliis.

20 Ego autem cum Faquineo *libro 2. controuerſ. cap.7.* loquente de his omnibus ſententiis, dico non illud quæri in textu noſtro, an debitor poſſit compenſare, fructibus in ſortem computatis. Sed vtrum iuramento nõ obſtante, res oppignoratas vindicare poſſit antequam ſoluat. Et rationem refert dubitandi; quia hic creditor ex re pignorata fructus perceperat; & ſic ratio decidendi fuit; quia nondum tot fructus perceperat, qui adductis expenſis ſortem æquarent, vt patet ex verbis hic, *licet autem de poſſeſſionibus illis, & redditibus, nondum ſortem deductis expenſis receperit*, qui intellectus mihi placet admodum, cum quo nihil de compenſatione debitor cogitauit hic, nec Pontifex loquitur de illa; licet regulariter ab interpretibus iuxta eum ſenſum textus iſte recipiatur. Nec enim *in dicto cap. debitores*, aliquid de compenſatione actum fuiſſe dicit, vt iam *ibi*, & *in cap.1. & 2.* videbis.

21 Niſi mauis dicere textus noſtri deciſionem intelligendam, iuxta doctrinam textus, *in dicto cap. debitores*, vbi etſi promiſſio ſimplex de ſoluendis vſuris nulla ibi eſſet: tamen ex aggregato iuramento, ad ſolutionem teneri iuramentum; iurauit enim hic debitor, datis pignoribus pro illa quantitate nullum ſe creditori grauamen illaturum; donec ei pecuniam ſolueret. Et ob id meritò ratione iuramenti, & eius religione factum eſſe, vt debitor teneatur prius integram ſoluere pecuniam; ita vt iuramento adimpleto, poſſit à creditore repetere, quidquid deductis expenſis, creditor vltra ſortem receperit ex fructibus pignoris, ſicut de debitore vſuras iuratas dicitur ſoluente *in dicto cap. debitores*: ita docent Gloſſa *hic* in verbo *pecunia ſoluatur*, recepta communiter, teſte Iaſone *in leg. eum, qui §. ſi iurauero, num.5. ff. hoc titulo*, Tindarus *de compenſatione, artic.7. numero 10.* Rolandus *conſil.17. numero 14. lib.1.* & probant hic Hoſtienſis, Innocentius, & communiter alij, Afflictis *deciſione 381. artic.2.* Gregor. *in l.2. titulo 13. parte 5.* Couarruuias *in dict. cap. quamuis pactum de pactis lib.6. parte 1. cap.1. §.4. num. 9.* Videbis alia, quæ tradit Balboa *hic à num.27. & à num.39.* vbi cum multis, & *num.16. & 17.*

22 Et quoad ſecundam partem, ſcilicet quod in textu noſtro non fuit commiſſa aliqua vſuræ ſpecies; quia etſi hic in verſic. *deinde*, habeatur quod creditor poteſt fructus ex re pignorata percipere: tamen dicendum eſt nullum hic vſuræ crimen committi; quia creditor ſemper fuit proteſtatus ſe pecunia, quam mutuauerat contentum eſſe; & ſic fructus non auferri debitori, ſed tantùm deferri, dum iuramentum in ſpecifica forma adimpletur ex iam adductis explicat Barboſa *hic in addition. parte 7. num.3.* dicens id deferri; donec pecunia numeretur; & ſic vſuram non contrahi; quia hæc non conſiſtit in ſola fructuum perceptione interim facta, ſed in mera fructuum acquiſitione; ob idque rectè Pontificem reſpondiſſe illam fructuum perceptionem, compenſationis vitium non habere; quia de quantitate ad ſpeciem contra partium conſenſum, ſolutio non admittitur iuxta textum, *in l.2. §.1. ff. de rebus creditis.*

Vnde textus noſter liber manet ab ea cenſura 23 illius Regulæ generalis, nempe vt creditor fructus non computans in ſortem principalem, ſit vſurarius ex eo, quia retinet lucrum vltra ſortem principalem mutui, vt communiter Doctores docent ex textu, *in cap. ſi fœneraueris 14. quæſt.3.* de quo *in dicto cap. illo vos de pignoribus*, & *in cap.1. cap.2. & cap. conqueſtus de vſuris*: ob idque computandos eſſe in ſortem principalem omnes fructus cuiuſcumque ſint conditionis pecunia æſtimabiles, ex pignore prouenientes ſiue ſint fructus naturales, qui abſque hominis facto, vel ſaltim modico naſcuntur, *cap. quoniam de vſuris*, ſiue ſint induſtriales, qui induſtria præcedente percipiuntur, *ex cap. cum contra de pignoribus*, ſiue ciuiles, veluti penſiones domorum, aut nauium vecturas, *vt in leg. ſi nauis, ff. de rei vindicat.* quia omnes iſti ſunt rei acceſſiones, & ad Dominos pertinent, *l.2. leg. itemque, ff. de acquirendo rerum Domin.* aduertit Gregor. *in l.2. titul.13. parte 3.* verbo *tenudo es*, Guttierrez *de tutelis 3. parte, cap.23. num.15.* Balboa *hic num.9.* vbi *à num.10.* diſputat, an id etiam intelligatur non ſolùm de fructibus perceptis, ſed de his, etiam, qui percipi potuerint. Item *à num.13.* an liceat fructuum retentio pro magno, & exceſſiuo pretio; ita vt non ſit aliqua luitionis ſpes: tamen hic in textu noſtro, ſuppoſitâ proteſtatione creditoris, de qua ſupra, nullus fuit timor vſuræ, quâ creditor vtique notaretur, ſi ſolutâ ſibi pecuniâ à debitore, retinere voluiſſet, fructus pignoris extantes, deductis expenſis ex textu hic, & *in cap.1. & 2. de vſuris*, tradit cum multis *hic* Balboa *num.8.*

Nec tunc obſtant quam plura iura, quæ re- 24 fert Balboa *n.4.* & quæ expendit *à n.27. vſque ad finem*, Graña hic plures difficultates adducens, & ſatisfaciens quampluribus iuribus, quibus videtur probari Iure Canonico creditorem fructus pignoris retinere poſſe, abſque vſuræ vitio, inter quæ ſunt textus noſter, *cap. debitores hoc tit. cap. ſalubriter, cap. conqueſtus, cap.1. de vſuris*, cum aliis etiam de Iure Ciuili; quia ea iura, vt ſuis locis explanabo habent quandam ſpecialitatis rationem.

Interim pro textus noſtri materia videbis plu- 25 ra, quæ docent Couarr. *in cap. quamuis pactum de pactis, lib.6. 1.p. §.4. à n.8.* & *lib.1. var. cap.8.* vbi per hunc textum agit de quæſtione, an meliorationes ſint pignori ſubiectæ? & ad aliud, *lib.3. variar. cap.1. à n.3. & 4.* & de cautione, de qua hic, idem *lib.3. Var. cap.3. à n.6.* & *cap.4.* & ibi, *à n.6. ad quæſtiones.* Zened. *collect.155.* Ceuall. *q.231.* & de cognitione per viam Viol. *p.2. q.1.* Ad alia videbis Ricc *collect.1155. collect.976. & 1164.* Ad quæſtionem Flores de Mena *lib.1. quæſt.6.* ad aliam idem Ceuall. *q.633.* Ad plura de compenſatione Balboa *in d. cap.3. hoc tit. à n.29.* Faquin. *lib.2. cont. cap 6. & 7.* & *in c.1. à n.126. & à n.2. & in cap. cum Bartoldus de re iudic. à num.46.* vbi de creditore, pignus poſſidente quomodo reſtituere

tuere teneantur ? Et an pignus habens teneatur in ſortem fructus computare, Trulench. *in opere morali, lib. 7. cap. 19. dubio* 14. Et Gratianus *reg.* 430. agit de quæſtione, an petens ſortem principalem in iudicio ſibi in vſuris, ſeu fructibus præiudicet ? quid in recipiente ſortem, pro ſolutione ? Et ad aliud *reg.* 3. *n.* 1. De anticreſi tacita, & de fructibus pignoris in ſortem computandis, Antonius Faber *de errorib. pragm. decade* 9. *cap.* 5. & ad quæſtiones *decade* 11. *errore* 1. *&* 2. *& decade* 20. *errore* 1. vbi agit de Anatociſmo, & vſuris fructuum, ac ſumptuum litis: Et ad alias *decade* 93. *errore* 1. vbi de fructibus in hypothecaria actione adiudicandis, *& errore* 2. vbi de adiectione fructuum extantium; & conſumptorum Item videbis Scobar *de ratiociniis computatione* 15. vbi an creditor cenſuatius teneatur in ſortem computare quod accepit à cenſualiſta tempore redemptionis: Et ad alias quæſtiones *comput.* 16. *&* 17. vbi de bona quæſtione: Et an debitor moroſus imculpabiliter, teneatur ſuo debitori ad intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, Diana *p.* 2. *tract.* 15. *miſcel. reſ.* 49. Et applicabis reſ. 50.

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Si verò, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iſte loquitur de Iuramento per metum extorto, an obliget, ſeu tollatur relaxatione, de quo aliqua dixi *ſupra in cap.* 1. *&* 2. *hoc tit* ſed quia latiſſimè dico *in cap.* 1. *& per totum de his, quæ vi, metuſue cauſa fiunt*; ideo ad *ibi* dicta recurres, aut ad dicta *in cap. cum locum de ſponſal.* Bene Balboa, qui plura adducit cum multis ab eo relatis, omnis conuentio metu facta, etiam Iuramento firmata non valet, Gutierrez *conſ.* 16. Et an Iuramentum metu extortum obliget ? Faquineus *lib.* 8. *controuerſ cap.* 102. An poſſit quis peruenire ad actum Iuramento meliorem ? Suarez *de relig. lib.* 2. *de Iuramento cap.* 12. Balboa multa, *in cap.* 3. *hoc tit.* vbi de mutando Iuramento in melius, & ego *ibi.* II. Et ad Textum in verbis *nec nos*, videbis quæ tradit Suarez *ſupra in cap.* 14. 15. *&* 16. An abſolutio iuramenti interpoſiti contractui inualido neceſſaria ſit ? Couarruuias *in* 4. *p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *à num.* 2. *& lib.* 1. *variar. cap.* 4. *à num.* 7. de eo, qui iurauit ad carcerem redire, an teneatur Iuramentum ſeruare ? idem Couarruuias *variar cap.* 2 *à num.* 7. *lib.* 1. *var.* Et an damnatus ad mortem, poſſit ſine peccato fugere à carceribus, Zeuallos *in pract. q.* 577. de quo etiam Trulench. *in opere morali, lib.* 8. *cap.* 4. *dubio* 7. vbi *dubio* 8. an liceat Reo fugam conſulere, ad aliud *ibi dubio* 9. & videbis notata *infra in cap.* 15. & hæc à Doctoribus ſoleant *hic* inquiri.

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Ex reſcripto, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVivs Textus materia expendi optimè poteſt ex his, quæ dico *infra in c.* 2. *de pignoribus*, & qualiter liber homo poſſideatur, breuiter dixi, *ſupra in Rubrica de cauſa poſſeſſ. q.* 2. *num.* 6. Et applicabis materiam Textus *in cap. debitores, hoc tit. & in cap. ad noſtram*, quatenus Iuramentum de materia aliàs prohibita, eſt adimplendum, vt hic etiam; contingit. II. Et quatenus hic de fideiuſſoribus agi valet, applicabis dicenda, *infra in tit. de fideiuſſoribus*, vbi *in cap.* 1. *&* 2. agitur an Clerici pro aliis fideiubeant; item *ibi in cap. quod quibuſdam*, vbi agitur de licentia Prælati, vt Religioſus fideiubeat, & *in ibi in eo tit.* dico de aliis quibus licet, aut prohibetur pro aliis fideiubere; quare hic tantùm agam de fideiuſſore iurante.

III. Et ibi *alioquin Abbati vſque ad finem*: per hæc verba poteſt agi de pœna frangentis iuramentum, videbis *in cap. ſequenti, & in cap. breui* 27 *hoc tit.* nunc verò notabis ſequentia pro intellectu, & exornatione Textus noſtri.

IV. Et ibi in verbo *in ſuper ſi fidem*, & ibi *qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur*: per hæc verba diſputant adducti à Barboſa *hic in additionibus*, an ſit Iuramentum dicere per fidem meam, aut per fidem Dei, de quo, *in cap. & ſi Chriſtus infra.*

QVÆSTIO I.

Quare Monachi Iurantes ſtare in obſtagio pro debito Monaſterij, teneantur ex Iuramento, cum hæc promiſſio ſit contra libertatem, & habeat ſeruitutis ſpeciem: Et quare fideiuſſores, qui iurarunt creditorem indemnem ſeruare, teneantur, quando debitor principalis teneri non debuit?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum Monachi, per quod offenditur profeſſio non valet.*
2 *Iuramentum non obligat ad actum, per quem iurans, & cui iuratur excommunicationem incurrunt.*
3 *Actus inducens ad aliquam ſeruitutem non obligat.*
4 *Homo liber pignorari non poteſt, n.* 6. *&* 7.
5 *Homines liberi obſides dari non prohibentur: & quomodo, n.* 6. 7.
6 *Textus noſter intelligitur,* num. ſequentibus, & num. 12.
7 *Iuramentum ſtandi in certo loco valet, n.* 9.
8 *Obſides Clerici, & Monachi, qualiter dari queant, n.* 9.
10 *Fideiuſſor non obligatur in plus, quàm eius*

*principalis. Et an teneatur ſic fideiubens ad ſummam vere debitam,n.*11.12.

1 AD primam difficultatis partem videtur reſpondendum contra Textum noſtrum. Primò quia tale Iuramentum offendit profeſſionem ipſorum Monachorum; cum manere in obſtagio importet extra clauſtrum morari contra diſpoſitum *in c. ſicut ex litteris* 13. *hoc tit.* & contra ſubſtantiam profeſſionis; quæ conſiſtit in abrenunciatione ſæculi,& propriæ voluntatis,vt tradit D. Thomas 2.2.*quæſt.*88.*art.*7.*in corpore ad finem.* Etenim ſi Iuramentum in his terminis obligaret, vinculum iniquitatis maneret ex Textu *in cap. ſi vero,cap. verum,cap.*1.*cum aliis,hoc tit.* vt docent *ibi* Innocentius,Baldus,Abbas,*num.*1.Felinus,& omnes *ibi*,& colligitur ex reſolutis per D. Thomam *ſup.art.*8.Soto *lib.*7.*de iuſt.q.*6. *art.*2. Barboſa *ibi, n.*4.cum pluribus aliis.

2 Secundò quia Iuramentum non poteſt ad illum actum obligare,per quem tam iurans, quàm is, cui iuratur excommunicationem incurrunt, quia tunc eſſet vinculum iniquitatis contra Textum *in cap.quemadmodum* 18.*hoc tit.* vbi probatur quod iurans ſcienter,illicitum,non tenetur ſeruare,nec indiget abſolutione ſecundùm *ibi* dicta.Sed ſic eſt quod tam iurans, quam is, cui iuretur de manendo in obſtagio excommunicationem incurrunt ex Textu *in cap.nuper* 29. *in princ.* verſic. *nos igitur*,& argum.Textus *in c.contingit* 36.*de ſent excommunic.*ergo.

3 Tertiò,quia actus ille, qui ad aliquam ſeruitutem inducit,valere non debet,vel qui aliquo modo libertatem infringit in homine libero, *l.*70. §.*Titio centum & l.*2.*ff.de condition.& demonſtr.l.*1. & 2.*ff.de libero homine exhibendo.*ſed qui iurat obſidem eſſe, vel manere in obſtagio inducitur ad ſeruituris ſpeciem, cum interim detineatur, dum promiſſum non præſtatur: Ergo.

4 Quartò obſtat regula Textus *in cap.*2.*de pignoribus,l.obces,Cod.de action.& oblig.*vbi habetur hominem liberum pignorari non poſſe,de quo multa *ibi in dicto cap.* 2. ergo & multo minus hic de Monachis reſponderi debuit, ſi quidem ratione profeſſionis adiudicati apparent alij ſuperiori inſtituto.

5 His tamen non obſtantibus cum communiter appareat, vt liberi homines obſides dari poſſint, vt docent plures relati à Zenedo *collect.*73.*ad decretales hic*,& à Barboſa *n.*2. in verſic.*obſides*, & per Textum *in l.*1.vbi Gloſſa 5.*tit.*12.*lib.*1.*fori legum*;quod etiam contingit in bello,vbi inter Belligerantes vtitur,vt treugæ ſeruentur,& pacta cuſtodientur iuxta dicenda *in tit.de treuga,& pace* taliter quod ſi aliqui ex vna parte obſides dari ſunt alteri, & contingat vt qui eos dederint, pacem frangant;quamuis obſides ab altera parte occidi non poſſint,ſi obſides ipſi culpa careant,aut quia ſunt innocentes, aut culpæ incapaces, vel quia nullam dederunt cauſam fractioni: tamen ex eo facto poterunt,vt captiui deteneri, cum tunc obſides incidenter inimici reputentur; vt pote fractores pacis.Vnde ſic rectè in caſu noſtri Textus eſt ſtatuta quædam ſimilitudo; ſi quidem vt air, Barboſa *in l.alia,§.eleganter,n.*38.*ff. ſoluto matrim.* & poſtquam dixit quod liberi homines obſides dari poſſunt huic regulæ impugnans *ibi,n.*39.reſpondet dicendo poſſe pro bono pacis publicæ liberum hominem obſidem dari,vt ſic retineatur & pax publica melius conſeruetur iuxta Textum *in l.obſides,ff.de teſtament. c.expoſita de arbitris*: ſic Couarruuias *lib.*2. *var.cap.*1.*num.*1.*in fine*, Socinus *regula* 174. Baeca *de inope debitore, cap.* 1. *numero* 24.

Et quoad noſtrum Textum eſt communis ſententia quod ex ſolo Iuramenti vinculo valet obſidum datio,quaſi illo remoto ex præcedenti cōuentione, nullatenus Monachi obligari potuiſſent, in obſtagio manere in quam rem expenditur Textus noſter ibi *ſicut iurauerunt*. Sed hac intelligentiâ reiectâ,dicunt alij ex eo Monachos in obſides dari potuiſſe, Iuramentumque voluiſſe; quia non ſimpliciter,& abſolutè dati fuerunt,cum liberum ipſis maneret recedere, & alios loco ipſorum ponere, ſicut promiſerunt iuxta verba Text.noſtri ibi:*vt ſi ipſi deficerent alij,&c.* ita Barboſa *hic ſub n.*1.verſic.*ſed reiecta*,vbi vlterius cum Gloſſa vlt.*hic*,& per Textum *in l ſtipulatio iſta* 38. *in princ ff.de verb. obligat.* & Gloſſa vltima *in cap. Eleuterius* 91.*diſt.*expendit quod Iuramentum ſub ea forma conceptum ſolùm obligat Monachos, ne per eos ſtet,quominus conuentio ſatisfaceret quæ dicuntur ſi quantum in ſe eſt curauerint,vel laborauerint,vt alij ſubſtituantur.Et in hunc ſenſum debent intelligi modi dicendi,quos referunt Gloſſa 1.*hic*,Abbas,Baldus,Felinus *n.*4. Ripa *in l, obligatione,n.*12 *ff. de pignorib.* Couarruuias *lib.*2. *variar.cap.*1.*n.*1.*ad finem,& in cap.quamuis pactum p.*1.§.4.*n.*4.*& p.*2.*in initio,n.*2.quem videbis *ibi in* §.5.*n.*1.cum aliis ab eo relatis,& Gammam *in deciſ luſit.*32. aſſerentes in his terminis in nihilo libertatem offendi. 6

Quare optimè Petrus Barboſa *in d.l.alia,§.eleganter,n.*40. *ff. ſoluto matrim.* ait quod licet liber homo non poſſit pignorari, vel alienari pro ære alieno,nec cogatur creditori ſeruire, tamen valere pactum, vt tanquam obſes retineatur in certo loco pro ſecuritate debiti cuiuſque.Et quoad textum noſtrum melius reſponderi ait, vt licet non valeat pactum,quoquis ratione debiti detineatur in certo loco: verùm ſi accedat Iuramentum hoc pactum confirmari, & illi ſtandum eſſe taliter vt ratione illius, liber homo poſſit inuitus detineri in certo lco,vt ab eo recedere non valeat, quod videtur probari:argum.Textus *in c.*1.*c. debitores, hoc tit.* 7

Itaque & ſi Socinus *in reg.*325.dicat quod Monachi,vel Clerici non poſſint in obſides dari, & Baldus hic,Cardinalis *num.*1. Imola 5.& Roman *ſingul.*505.verſic.*nunquid Epiſcopus*,doceant quod Abbas non poteſt Religioſum in pignus, ſeu in obſidem dare pro debitis Monaſterij, vt probari poteſt ex dictis *ſupra à n.*1. † Tamen quia communiter ex noſtro Textu ſupponitur id fieri poſſe ab Abbate, & in terminis teneant Ioannes Andreas *hic n.*9.Hoſtienſ.*n.*1. Felinus *n.*3. Alexandr. de Neuo *n.*33,Nauarrus *ſub tit.de regular.conſ.*65. *n.*3.in 1.edit.*& conſ.*74 *n.*3.in 2.Surdus *de aliment. tit.*8.*priuileg.*38.*n.*16.*&* 27. ideo libuit diſtinguere;quia ſi loquamur de propria obſidum natura, quæ eſt dari pro pace,aut ſimili cauſa Reipublicæ, à ſolo Pontifice poterunt ſic in obſides dari; ſin autem tantùm dentur,vt in certo loco ſtent ad tempus, poterit Abbas Religioſos ſibi ſubditos ad id compellere pro vtilitate,ſeu neceſſitate Monaſterij iuxta ea,quæ adducit Sanchez *in præcepta decalogi tom.*2.*lib.*6.*cap.*2.*num.*63.& eam ſic docet Barboſa *hic ſub n.*7. cum Abbate *hic n.*8. & cum Socino *reg.*267.*n.*1.*&* 2.quæ confirmantur ex his; quæ adduxi *in c.*9.*de iudiciis,& in c.*16.*eodem*.iuxta 8 9

quam

quam explanationem non obſtant argumenta relata in principio, quæ debent intelligi de obſidibus rigoroſis,& quibus libertas omnino infringi infringitur: & de intellectu huius Textus plures adducit Zenedus *col.73.n.1.*

10 Ad ſecundam quæſtionis partem difficultatem facit regula Textus *in l.græce 9. §. illud, §.ſi quis,l.hi qui acceſſionis 35.ff.de fideiuſſorib.l.7.tit.12. p.5.l.70. tit. 18.p.3.*& alia iura, quibus cauetur quod fideiuſſor nequit obligari in plus,quàm principalis.Ergo non eſt cur etiam accedente iuramento, vt fideiuſſor teneatur,ad quod ille,pro
11 quo fideiubet, non tenetur. † Imo Bartolus, & alij, *in dict. l. græce, §. illud*, dixerunt quod ſic fideiubens nec teneatur ad ſummam verè debitam ex verbis Textus ibi: *omnino non obligatur:* & hanc partem ſequitur Faquineus *d. lib. 8. controuerſ. cap. 51.* cum Conano *lib. 6. comment. cap.6.n.8.* cuius verba refert, & reſpondet Textu *in l. rogatus, ff. mandati. & l.ſi vltra, Cod. de fideiuſſoribus, l.ſi totius, ff. eodem, l 17. §. ſi mulier, ff. ad Vellaian. l. ſiue, ff. de iure dotium*, quibus nititur contraria ſententia illorum, qui dicunt ſaltem ſic fideiubentem teneri vſque ad concurrentem quantitatem, vt expendit cum aliis Pichardus *in §. fideiuſſores 5. inſtit. de fideiuſſor.* vbi Accurtius rectè diſputat verba Textus *ibi* fideiuſſoris obligationem eſſe non poſſe duriorem cauſam, quàm obligationem principalem; quoniam plus non poteſt eſſe in acceſſione quàm in principali re: Videbis *ibi* Mynſing. *ex n.7.*& cum aliquando placuiſſet Faquineo *vbi ſupra*, vertit relata verba *dicti* § illud *omnino non obligatur*, ita legenda, *ſed omnino non obligatur.* Deinde quia illa negatio poſtpoſita ſigno vniuerſali, non ſemper æquipollet ſuo contrario, vt patet *ex l. ſi ſeruus, §. ſi plurium, ff. ſi quis cautionibus*, ex quibus vides nunquam fideiubentem in plus obligari, quàm eius principalis: ergo.

12 Quo ſuppoſito aduertes quod fideiuſſores, de quibus hic in Textu noſtro iurantes, non ad plus quàm Monachi tenentur; & ſic quemadmodum licitum fuit Iuramentum Abbatis,& Monachorum de ſtando in ergaſtulo ex dictis *ſupra ad primam quæſtionis partem*, ſic & Iuramentum præſtitum à Vincentio, & eius vxore pro illis fideiuſſoribus; & ob id iuſtè Pontifex Alex.3. *hic* in verſic. *ideo*, ſupponendo, licitum Iuramentum, tam Abbatis, & Monachorum, quàm Vincentij & vxoris præcipit vt ſicut iurarunt,eandem conuentionem faciant adimpleri; alioquin Abbati, & Monachis interdicatur ingreſſus Eccleſiæ, & in terra præfati Vincentij, & vxoris eiuſdem, vſque ad dignam ſatisfactionem inhibeantur diuina officia celebrari.

QVÆSTIO II.

An homo ſit Dominus membrorum ſuorum, vt poſſit pignorari, vel cadere ſub alterius Dominio: An ſit Dominus vitæ ſuæ: Vel an ſit Dominus ſui honoris?

SVMMARIVM.

1 *Homo nunquid ſit Dominus membrorum ſuorum, vel vitæ ſuæ, numero 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

AD has difficultates, quas communiter hic 1
tractant Doctores, videbis quæ dico, *in cap. 2. de pignorib. & in cap. ita quorundam de iudæis*; interim videbis Molinam *de iuſtitia, & iure tom. 4. diſp. 2. & tom.5. tract.4. diſp. 2. & 37.* nouiſſimè cum aliis Trulench. *in opere morali, lib. 7. cap. 2. dubio 8. 9. & 10. & 11.* vbi an ſit Dominus bonorum ſuorum. † Vide ad Tex- 2
tum Zenedo *collect. 73. folio 218.* & Riccium *collect. 578. ad Textum in l. liber homo, ff. ad leg. Aquil.* vbi dicit neminem eſſe Dominum membrorum ſuorum. † Inferens quod quis non po- 3
teſt, volentem vulnerare aut interficere abſque pœnæ metu: ſic Anna *obſeruatione 15.* † Imo 4
Grammat, *deciſ. 33.* refert quendam fuiſſe punitum, qui ſe vulnerauit, vt ſe inhabilem redderet finem, vt ad triremes condemnari non poſſet. † Et Iafredus *in deciſ.90.*dixit quod per- 5
cutiens Clericum, etiam volentem, efficitur excommunicatus. † Vnde Coler Rotæ Germ. *de-* 6
ciſ. 184. refert deciſum quod non valet pactum obligantis ſeſe ad torturam. † Et Maynard. *in* 7
deciſ. 27. lib. 3. ait quod non valet pactum obligantis ſe ad carceres, quam deciſionem commendat Riccius *vbi ſupra*, pro ornatu Textus *in l. nemo in carcerem, C. de exactione tributorum, lib.* 10. ad alia videbis Molinam *tom. 2. tract. 2. diſpoſitione* 270.

QVSTIO III.

An fideiuſſor Iurans ſoluere teneatur, non excuſſo principali: An fideiuſſor, qui iurauit, poſſit vti beneficio excuſſionis? Et an iurans ſoluere, poſſit opponere compenſationem: Et an qui promiſit alienum factum ſub pœna, excuſetur, ſi fecit quod potuit: Et an Iuramentum conſtituat debitorem in mora, abſque interpellatione: Et an Iuramentum debeat eſſe ſuper re dependente: à voluntate iurantis: Et an qui tenetur ad factum cum Iuramento, teneatur præciſè facere; vel ſatisfaciat ſoluendo intereſſe?

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor iurans ſoluere, adhuc habet, vt ſit excuſſo principali, ita vt nec aliter à creditore compelli queat, numero 2. 3. & quare, numero 4.5.7.*

4 *Excuſſio, quæ competit fideiuſſori, nititur æquitate.*

6 *Textus noſter intellitur,n.7.*

10 *Promiſſio facti alieni qualiter obligat promittentem,n.11.12.& 13.*

18 L.2.tit.16.lib.5.recopil.

14 *Iuramentum non conſtituit iurantem in mora abſque interpellatione, n. 15.*

16 *Iuramentum nunquid debeat eſſe ſuper re dependenti à voluntate iurantis?* remiſſiuè.

17 *Iuramentum nunquid debeat adimpleri in forma ſpecifica*, remiſſiuè.

1 AD primam quæſtionis partem Guillelmus Benedictus colligit ex hoc Text. *in cap. Raynutius*, verbo *teſtamentum & l. 3. num. 26.* in verſic. *quarto*, & ait quod licet regulariter fideiuſſor conueniri non poſſit, niſi excuſſo prius principali, vt *in Authentica præſenti*, *Cod. de fideiuſſ.* tamen virtute iuramenti fideiuſſor in noſtro Textu conuenitur vna cum debitore principali: Et pro hac parte plures allegat Doctores Tyraquellus *in l. ſi vnquam in præfatione*, *num.* 137. alios Zenedus *collect.* 73. ad noſtrum Textum *num.* 2. vbi Baldus hanc partem defendit Alexandr. *conſ.* 29. *lib.* 7. *col. vltim.* Hypolitus *in Rubrica, ff. de fide-*
2 *iuſſoribus.* † Qui tenent beneficium excuſſionis excludi per iuramentum ipſius fideiuſſoris contractum iurantis ex ratione Textus noſtri, Ancharranus *notab.* 6. Capella Tholoſana *deciſ.* 130. Marſilius *in Rub. de fideiuſſor. num.* 9. Gocadinus *in conſ.* 32. *num.* 24. Oſaſcus *deciſ.* 43. *num.* 4. alij per Seraphinum Senens. *priuileg.* 88. eo quod Pontifex hic mandat debitori, ac fideiuſſori, vt ſoluat; & quidem ſimpliciter, & abſolutè; non autem adhibitâ vllâ diſtinctione, an principalis debitor excuſſus fuerit, nec ne, & denotant verba hic *ideo que mandamus quatenus, tam Abbatem, quàm Monachos, quàm virum, & vxorem ipſius monere curetis, vt ſicut iurarunt, eandem conuentionem faciant adimpleri.*

3 Verum exiſtimo nullo modo recedendum eſſe à communi iuris diſpoſitione, quæ concedit fideiuſſori excuſſionem principalis debitoris antequam à creditore poſſit conueniri iuxta ea, quæ dico *ad titul. de fideiuſſor.* nam cum Iuramentum ſequatur naturam actus, cui adhæret *l. fin. Cod. de non numer. pecunia*, de quo latè *in cap. cum contingat. hoc tit.* & natura fideiuſſorius ſit, vt fideiuſſor conueniri non poſſit ante principalem Debitorem ex *dicta Authentica præſenti*, ſequitur vt ex Doctrina Textus noſtri non impugnetur
4 regula iuris notiſſima. † Deinde quia excuſſionis beneficium, & excuſſio ſumma nititur æquitate; ad eo vt pium eſſe dicat Imperator *in nouella* 4. *fideiuſſoribus, & id genus hominibus auxilium ferre*, & cum Ius Canonicum æquitate potiſſimum nitatur, aut quaquam veriſimile eſt illud auferre iuranti beneficium, de quo agitur; Et ſic hanc doctrinam docuere idem Baldus ſibi contrarius *in dicto cap. cum contingat, hoc tit. col.* 10. & Alexandr. ſibi contrarius *in l. vltim. ff. ſi certum pet.* vbi Decius, & Iaſon, Felinus *hic* Grammaticus *conſ.* 170. Alciatus *in dict. cap. cum contingat. num.* 174. Couarruuias *in reg. quamuis pactum, p.* 1. §. 4 *num.* 4. vbi dicit quod ſi vires Iuramenti optimè perpendimus, manifeſtè apparebit falſam eſſe Baldi opinionem; quia beneficium excuſſionis ac in ſpecie, non tantùm ex conuentione hominis, ſed ex propria natura, & primæua contractus deducitur, ac oritur, *ex l. decem, ff. de verb. oblig. l.* 1. *Cod. de conuen. fiſci debitor. l. vltim. in princ. ff. ſi certum petatur*; quo in loco Alexandr. Iaſon, & Decius, Baldi opinionem falſam eſſe aſſeuerant ex ratione adducta, quod Iuramentum ſortiatur planè qualitates, & conditiones eius actus, cui adhæret,
5 *cap. ex parte de Cleric. non reſident.* † Et ita Baldus *in dicto cap. cum contingat, concluſ.* 7. dixit ex Inſtrumento propter Iuramentum oriri obligationem fideiuſſoriam cum omnibus qualitatibus, & beneficiis, quæ habent aliæ obligationes fideiuſſoriæ.

Vnde non obſtat Text. noſter cui rẽſpõdeo cũ 6
Barbatia *conſ.* 43. *col. penult. lib.* 2. Iuramentum, de quo hic ſeruandum fore, intelligendum eſſe, ſeruato ordine iudiciario compulſionis, vt prius fiat excuſſio in principalibus Doctoribus, & demum compellantur ſoluere fideiuſſores: ſequitur Couarruuias *dict.* §. 4. *num.* 4. *in fine*, quibus addo Faquineum *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 15. in verſic. *& hanc*, dicens Textum noſtrum non præcipere fideiuſſorem amittere beneficium legis, vt ſcilicet principalis Debitor in primis conueniendus ſit, & licet fideiuſſori mandet Pontifex, vt ſoluat, id mandat etiam Debitori, nec tollit legis beneficium. † Quod ſi iu- 7
ramentum id efficeret, neceſſe erat id exprimere, ſicuti aliàs ſummus Pontifex ſolet, cum aliquid ſtatuit propter Iuramentum, quod legibus repugnat, vt patet ex *dict. cap. cum contingat, hoc tit. & in dict. cap. quamuis pactum de pactis, lib.* 6. & alibi: ita illa, & addo de hoc dubio alloquentes relatos à Zenedo *in cap. cum pro quo de fideiuſſor. collect.* 152. Antonium Gabriel *comm. opinion. tit. de fideiuſſor. concluſ.* 1. *ex num.* 43. Michael Graſis *lib.* 2. *commun. opinion. cap.* 11. *quæſt.* 1. Pro complemento adiunges hic quæ de fideiuſſore obligato cum Iuramento ſcribunt Faquineus *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 15. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *c.* 23. *c.* Faquin. *lib.* 8. *c.* 51.

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondebis 8
plenè ex proximè dictis; quia eiſdem nititur fundamentis, & rationibus, & quia in ſubſtantia eſt eadem diſquiſitio.

Ad tertiam quæſtionis partem, an iurans ſol- 9
uere, poſſit opponere compenſationem? De qua dico *in cap.* 2. *de depoſito*; Sed occaſione Textus noſtri benè poterat de ea hic inquiri, & ex iam prænotatis, & propius Doctores agunt, *in cap. ad noſtram* 7. *hoc tit.* vbi ego ex *num.* 11. *& ex num.* 16. affirmat Riccius *col.* 800. Aliqua dixi *ſupra in cap.* 1. *& in dicto cap.* 7. & latè agit Diana cum multis, *p.* 10. *tract.* 16. *reſ.* 60 dum agit de ea quæſtione, an qui iurauit ſoluere, poſſit hoc non obſtante compenſare: vbi cum infinitis affirmat contra alios abſolutè negantes, adducens alios diſtinguentes de quo videbis *in dict. cap.* 2. *de depoſito.* Et pro affirmatiua ſunt Rolandus à Valle *conſ.* 6. *num.* 31. *& conſ* 17. *num.* 14. *vol.* 1. Neguſant. *de pignor. p.* 5. *membro* 5. *à n.* 14. Gutierrez *de iuram. p.* 3. *cap.* 6. verſic. *ego profecto*, Afflictis *deciſ.* 381. *num* 3. vbi deciſum refert in conſil. neapol. & omnes per *l. Iulianus ff. de conditionib. & demonſtr. l. ſi peculium*, §. 1. *ff. de ſtatu lib. & colligunt ex cap. ad noſtram ſupra, hoc tit.* alia ſententia affirmat cum Bartol. Cumano, Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 4. *num.* 9. Sanchez *lib.* 3. *de matr. cap.* 17. *num.* 15. Salacerd. *vſucap.* 1. *à num.* 9. & alij plures per *l.* 45. *ſoluiſſe de regul. & per l. ſi peculium*, §. *de illo vend. quod ſi hæred. ff. de ſtatu liber.* alij diſtingunt vt Panorm. *in d. c. ad noſtram*, Solor. Tyndarus Cacherranus Chamill. Billota *de abſol. iuram. l.* 2. *c.* 16. *n.* 9.

Ad quartam quæſtionis partem, an qui pro- 10
miſit alienum factum, excuſetur, ſi fecit quod potuit, video de hac difficultate Gloſſam hic loqui, & Felinum docentes nec pœna obnoxium eſſe eum qui omnem adhibuit diligentiam, vt alter faceret, ſi is noluit facere, licet factum alienũ promiſerit

promiſerit ſub pœna, eo quod difficultas excuſat à pœna periurij, vt *in cap. breui hoc tit. cap. ſignificante de pignorib.* & facit regula textus *in l. ſi vehenda, fin. ff. ad leg.* Rhod. *de iactu* ibi *idem iuris erit cum ea cõditione à te conduxiſſet, vt certam pœnã tibi præſtaret, niſi ante conſtitutum diem merces suas eo loci expoſuiſſet, in quem deuehendas eas merces locaſſes, nec per eum ſtare quominùs remiſſa ſibi ea pœna ſpectaret, &c.* Et hanc partem tenent Bartol. *conſ.* 122. Couarr. *in reg. quamuis pactum* 2. *p.* §.4. *num.* 3. Afflictis *deciſ.* 195. Menochius *in conſ.* 239. *lib.* 3. *n.* 13. Decius *in l. impoſſibilium, ff. de reg. iuris & conſ.* 313.

11 Et eam ex multis defendit Zeuallos *in pract.* omninò videndus, & *ibi à n.* 14. dicens per dictam obligationem habere ſenſum, vt qui iurauit promiſiſſe, videatur ſe facturum & curaturum, quia ſemper Iuramentum illud operatur, vt faciat actũ valere meliori modo, quo poteſt ex *l. cum Pater,* §. *filius matrem, ff. de leg.* 2. ex Gloſſa noſtri Textus, alia videnda tradit Guttierrez. *de Iuramento confirm. p.* 1. *cap.* 44. *num.* 3. & hoc pacto intelligi Textum *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recop.* ibi *ſi el otro no lo compliere. tenudo es el de lo cumplir. ode lo penſar con los daños y menos cauos.* Quod intelligitur ſi promiſſor non curauit, nec fecit omnem diligentiam.

12 Alij enim dixerunt contrariam ſententiam eſſe tenendam *ex l. ſtipulatio iſta. ff. de verb oblig.* ibi, *at ſi quis velit factum alienum promittere pœnam, vel quanti ea res ſit, promittere poteſt*, inferens ergo ſi non fiat quod promiſſum eſt, præſtanda erit pœna, alioqui erit inutilis pœnæ promiſſio: Nam etſi factum alienum non ſit in poteſtate promittentis, eſt tamen in eius poteſtate pœnæ ſolutio. Et ex textu *l. Sancimus, Cod. de fideiuſſ. & ex l. qui autem*, §. *ſed & ſi quis, ff. de conſtit. pecun.* Deinde quia non eſt ſubueniendum ei qui propria voluntate ſe in neceſſitatem coniecit, *l. fideiuſſ.* §. *ſi neceſſaria eſt, ff. qui ſatis dare cogantur.* Tum ex eo, nam ſi promittens excuſaretur, ille poſſet colludere cum eo; cuius factum promiſiſſet, vt nempè diceret ſe nolle facere; vnde ſtipulatio illuderetur; Eſt enim malitiis hominum reſiſtendum, itavt nullus additus eis pateat ex *fundo in l. ff. de rei vind* Et hanc ſententiam docent Doctores *in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti*, §. *poſſum col.* 2. *ff. de verb. obligat.* Iaſon. *in dicta l. ſtipulatio iſta, ff. eodem*, Zaſius *ibi. n.* 16. & 17. Socin. Sen. *in conſ.* 288. *lib.* 2. & eam acerrimè defendit Faquineus *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 20. benè Seraphinus *priuileg.* 77. *num.* 13. vbi obligat promiſſionẽ ad pœnam; Nam vidit promiſſionis tempore futurũ forſan vt is, cuius factum promiſit, nollet facere, & fundamenta contrariæ ſententiæ fortè intelligi poſſe, quando poſtea caſu, vel aliam ob cauſam ſuperuenit difficultas in adimplendum promiſſum factum alienum, quod à promiſſore prouideri non potuit.

13 Alij verò diſtinguunt, vtrum aliquis promittat ſe facturum, & curaturum vt, aliquis faciat cum effectu, an verò ſimpliciter ſe facturum, & curaturum promiſerit, vt Authoribus explicat Couarr, *dict.* §.4. *num.* 61. Alij autem perpendunt an quis promiſerit ſe facturum, & curaturum ſub pœna, vt aliquis faciat, an verò directè promittat alienum factum: de quo idem Couarr. videndus *dicto* §. *poſt num.* 4. verſic *ſecundo in hac controuerſ. & n.* 5. verſic. *ſeptimo exiſtimo*, de quo eſt videndus Alciatus & Ruinus *in l.* 4. §. *Cato, ff. de verb. obligat.* ille *n.* 113. iſte *n.* 57. Et pro vero intellectu huius dubij; videbis Zeuallos *in pract. q.* 846. vbi plura, & quæ adducit Pichardus plura expendens *in* §. *ſi quis alium* 2. & §. *versà vice inſtit. de inutilibus ſtipulationibus*, vbi *à n.* 22. diſputat quid de Iure Regio, an regula Iuſtiniani dicentis inutilem eſſe alieni facti promiſſionem, niſi pœna adiiciatur, locum habeat; ipſum leges, & ibi à *n.* 30. vbi dicit facti alieni promiſſionem Iuramento firmatam valere, ſaltim in id, quod intereſt; quia reſoluitur in eam facturum, & curaturum ex additione Gloſſæ ibi verb. *non obligatur*, & ex Gloſſa verbo *inhibeatis* hic Guttierrez *de Iuram.* confirmat *ſub cap.* 44. *p.* 1. *n.* 3.

Ad quintam an iuramentum conſtituat Debitorem in mora abſque interpellatione? Affirmatiuè reſpondent Imola, Ioannes Andreas, Abbas Butrius, *in cap. breui hoc tit.* Speculator *tit. de Aduocatis*. §.1. verſic. *ſed nunquid is qui Iurauit*, & alij à Gabriel. citati cõmun. *concl. concl.* 1. *tit. de Iureiur.* Et Seraphinus Senenſ. *de Priuileg. Iuramenti, Priuilegio* 37. & rationem adducunt ex ipſo vinculi Iuramenti, quod ſanè ita Iurantem obligare videtur, vt illud ſeruet, & Creditori ſuo omninò ſatisfaciat, cum primùm nouerit illum indigere ſua pecunia. 14

Verùm Alex. *in l. quod tè col.* 4. *ff. ſi certum petatur*, & ibi Bolognetus *n.* 61. Aretinus *in leg. ſi ſeruus communis in fine, ff. de vulgari*, Socinus Senior *in l.* 2. §. *vltimo num.* 21. *ff. ſoluto Matrimonio* Baberius *in tractatu de mora* 2. *p.* verſic. *duodecimo fallit, num.* 21. Faquineus *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 95. contrariam ſequuntur ſententiam ex eo quia nullo iure Ciuili, aut Canonico id cautum eſt, & Iuramentum ſolet alioquin eam interpretationem recipere, quam principalis actus, ſuper quo interponitur, *ex dicta l. vltima, Cod. de non numerata pecunia*, & ex traditis *ſuprà*, ad primam difficultatem. Vnde cum legibus ſit conſtitutum, vt mora committatur ſi Debitor fuerit ad ſoluendum interpellatus *l: mora, ff. de vſuris*, ſequitur idem eſſe ſtatuendum; licet Iuramentum acceſſerit obligationi. Nec obſtat fundamentum contrariæ ſententiæ, quia & ſi qui iurauit peccare, ſi non ſeruet Iuramentum, arctiori vinculo teneatur, quàm ſi ſimpliciter promiſerit, ſed non ob id infertur eum ita teneri, vt contra Iuris regulas moram incurrere dicatur, licet interpellatus non fuerit. 15

Ad ſextam quæſtionis partem, an Iuramentum debeat eſſe ſuper re dependente à voluntate iurantis? Vt reſpondeas leges quæ tradit Suarez. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *de Iuramento, cap.* 10. qui cum ibi agat etiam quid dicendum de eo, qui Iurat factum alienum; Ideò exiſtimo ad hoc dubium reſpondendum ex proximè adductis in verſic. *ad quartam quæſtionis partem.* 16

Ad vltimam quæſtionis partem reſpondebis ex his quæ latè adduxi *ſuprà in cap. peruenit*, 3. *hoc tit.* verſic. *ad primam*, & ibi dictis addo Zeuall. *in pract. q.* 846. cum multis ab eo relatis Et hæc difficultas reſoluitur in eam an Iuramentum ſit adimplendum in forma ſpecifica, aut ſufficiat per æquipollens, de qua *in dict. cap.* 3. 17

QVÆST.

QVÆSTIO IV.

An qui promiſit quod alter eius amicus pro quodam fideiuſſiſſet teneatur : Et an fœmina iurans fideiubere, non obſtante Vellaiano ſit obligata ? An renuntiatio Vellaiani valeat extra Iudicium : Et an per Iuramentum cenſeatur mulier certiorata de Vellaiano : Et an mulier queat renuntiare Vellaiano : Et quid ſi renuntiet cum Iuramento : Et an ſi mulier pro alio obligetur, Iureiurando interpoſito, non tamen renuntiando beneficio Senatuſconſulti ſit eius obligatio efficax, nec iuuetur ea exceptione ?

SVMMARIVM.

1 *Promittens quod alter eius amicus pro quodam fideiuſſiſſet, ad quid obligatus ſit, n.2. & 3.*

4 *Fœmina iurans fideiubere non obſtante Vellaiano, qualiter excuſetur à Iuramento, num.5. & 6.* vide *num.*10.

7 *Vellaiani renuntiatio, qualiter locum habeat, n.9. 10.13. Et ſi fiet cum Iuramento valet etiam de Iure Ciuili, n.20. & 21.*

10 *Mulier dicitur certiorata per Iuramentum de Vellaiano ſecundum aliquos, aliter num.12. 13. 14. & 15.*

12 *Minor Iurans non venire aduerſus Contractum, ſi vltrà dimidiam fuiſſet deceptus, habet nihilominus beneficium reſtitutionis.*

14 *Mulier nunquid dicatur certiora de Vellaiano, eo quod Notarius narret in Inſtrumento ſe certioraſſe mulierem, num. 15. Quid ſi interrogatus Notarius de Vellaiano illud ignoret, num. 16.*

17 *Mulieris renuntiatio officit beneficio Vellaiani ſibi competenti, etiamſi fiat ſine Iuramento, num.18.19. vbi quid de Iure communi, numero 20. & 21.*

L. vltim. §. fin. ff. ad Vellaianum.

22 *Mulier fideiubens pro alio cum Iuramento, adhuc gaudet Vellaiano, ſi ei non renuntiauit num.23.*

1 AD primam quæſtionis partem Textui noſtro congruentem ſatis reſpondere poteris ex his quæ adduxi *ſuprà q. præced.* de promittente factum alienum *ibi* in verſic. *ad quartam.* Quo ſuppoſito video Ceuallos *in pract. q* 846. *à n.*22. reſpondere; vt quemadmodum ſi promiſſor fecit quod potuit ſummâ curâ, & diligentiâ, vt tertius faceret quod ipſe promiſit, & ſic adimpleuiſſe promiſſum; Nam aliàs remaneret obligatus ad impoſſibile : Ita ait *ibi à n.*23. ſe defendiſſe aliâ cauſam de alio qui promiſit quod quidam amicus pro eo fideiuſſiſſet in ſolutione prætij cuiuſdam officij, qui licet pluribus importunationibus fuiſſet fatigatus ad faciendam fideiuſſionem, ipſe prudenter ſe geſſit : & noluit fideiubere, & poſtea illum promiſſorem fuiſſe in Carcerem detruſum pro dicti facti promiſſione, & notat Iudicem, qui aduerſus Concilium prædicti, Ceuallos noluit admittere eam excuſationem. Siquidem attulit doctrinam Alexandri ad Bartolum *in l. qui autem, ff. de conſtituta pecunia* Gomez. *in §. in perſonam inſt. de actionibus* aſſerentium quod qui promiſit dare Titium in fideiuſſorem, quando ipſe fecit omninò diligentiam, & Titius noluit fideiubere, vt remaneat liberatus promiſſor

Niſi vt ait Socinus *conſ.*288. Pariſius *conſ.*100. 2
*volum.*1. Alciatus *in l.*4. *§. Cato, n.*132. *ff. de verb.*
oblig. promiſſor adiiciat in promiſſione, quod
illo non faciente ſolueret talem pœnam, vel in-
tereſſe quod vltimum confirmatur ex dictis in
dicto verſic. *alij*, vbi loquutus ſum de promit-
tente factum alienum ſub pœna. † Et in hoc ca- 3
ſenſu poteſt intelligi Antonius Gabriel *lib.* 3.
comm. concluſ. 2. *num.* 2. qui ex doctrina Baldi,
conſ. 435. *volum.*2 dicit quod licet promiſſor li-
beretur à pœna, non tamen euitat, vt alium æque
idoneum fideiuſſorem teneatur præſtare : quam
reſolutionem impugnat Ceuallos *dict. q.* 46. *à*
n. 26. dicens quod promiſſor facti alieni conuer-
titur in ſe facturum, & curaturum, quod in ſe
eſt, non verò præciſè ad factum, nec ad pœnam
& ſic, vt nec alium fideiuſſorem æque bonum
præſtare teneatur.

Ad ſecundam quæſtionis partem de fœmina 4
Iurante, an non obſtante Vellaiano ſit obligata? Et pro parte affirmatiua ſunt plures dicentes ex noſtro Textu poſſe fœminam fideiubere iuramento præſtito, atque hanc fideiuſſionem validam eſſe, non obſtante beneficio Vellaiani : ſic Bartol. *in l. ſi quis pro eo, n.* 11. *ff de fideiuſſor.* idem *in Auth. Sacramenta puber. Cod. ſi aduerſus Venditorem*, & *ibi*, Angelus, Paulus, Caſtrenſ. Abbas, Felinus, Imola, *hic* Iaſon. *in dicta Auth. Sacramenta, num.* 56. refert plures Tiraquellus *in l. ſi vnquam, Cod. de reuocand. donat. in princip. n.*131. *& de legib. Conubial. in Gloſſa* 5. *n.* 148. refert infinitos Zenedus *hic, n.*3. alios plures refert & ſequitur Barboſa *hic n.* 5.

Sed quia contraria ſententia, nec Authoribus,
nec rationibus deſtituta eſt, eam vt veriorem 5
exiſtimo ſequendam eſſe; Quia verius videtur fœminam etiam præſtito Iuramento fideiubentem non ex hoc renuntiaſſe beneficio Vellaiani ea quidem ratione, quia Iuramentum minime extenditur ad incognita, vel ad incogitata *c. veniens, cap. quintaualis hoc tit.* pròpter defectum conſenſus, *l. vltim. Cod. de non numerata pecunia*, & quia fœmina præſumptionem habet, vt hoc ignoret beneficium ob ſexus fragilitatem, *l. ſi emancipata, Cod. de Iuris & facti ignor. l. ob bonorum ff. eodem tit.* Et ita tuentur hanc partem Ioannes Andreas *in additionibus ad Speculatorem tit. de renuntiat. & concluſ.* Imola, & Aret. *in l. ſciendum col.*11. Hypolitus *in Rubr. de fideiuſſor. n.*38. Baldus *in conſ.*47. *lib.*1. Tiraquellus *in dicta l. ſi vnquam, num.*146. Couarr. *in cap. quamuis pactum* 2. *p. §* 3. *num* 5. quam etiam probat, quia ſi vera eſt ſententia, quæ aſſeuerat extra Iudicium non poſſe fœminam renuntiare Vellaiano, ſatis operabitur Iuramentum, vt confirmet expreſſam, & ſpecialem renuntiationem. Et de hoc videbis quæ tradit Guttierrez *de Iuramento* 2. *p. cap* 20. & plures referunt diſputantes Zenedo. & Barboſa *hic, num.*3. *&* 5. addunt nonnulli ex dictis, & P. Gregor. *in ſyntagm. lib.* 24. *cap.*3. *n.*25. Padilla *in l. ne paſſim in Cod. de iuris, & facti ignor. ex n.*7. Oſuald. ad Donell. *lib.* 12. *c.*35. *litt. D. & lib.*21. *cap.* 13 *litt. H*, vbi de muliere non certiorata iurante, Faquin. *lib.*2. *cont. cap.* 60. *& ſequent. & lib.* 11. *cap.*65.

Nec

6 Nec tunc obſtat fundamentum contrariæ Sententiæ deſumptum ex noſtro Textu; quia præter quam quod poteſt reſponderi ex Doctrina præcedentis quæſtionis in verſic. *ad primam*, in ſpecie reſpondetur, vt eo ipſo quod Romanus Pontifex hic ſtatuit fœminam compelli poſſe ad ſolutionem pecuniæ, pro qua fideiuſſerat præſumi debeat fœminam, vel expreſſim renuntiaſſe beneficio Vellaiani, vel eo tempore, quo fideiuſſit certam eſſe huius auxilij: Sic docet Couarr. *vbi ſuprà* dicens ita veriſimile eſſe, ſi conſideremus cautiſſimè proprium negotium in ſpecie hac creditorem egiſſe: Quapropter reſoluit quod etſi prior opinio communis ſit, hanc verò poſteriorem magis iuri, & rationi conſonam eſſe.

7 Ad tertiam quæſtionis partem an renuntiatio Vellaiani valeat extra Iudicium? Et ſunt plures negantes, inter quos Imola dicens hic eſſe communem opinionem, quem ſequitur Couarruu. *dicto cap. quamuis pactum 2. p. §. 3. ſub num. 4. & 5.* Gomezius *tom. 2. variar. cap. 13. num. 7.* ex eo quia eadem facilitate qua inducitur mulier ad fideiubendum, eadem induceretur ad renuntiandum, *l. doli, §. diuerſam, ff. de nouationibus,* quam rationem aſſignant Doctores *in l. fin. Cod. ad Vellaian.*

8 Tamen licet Zeuallos *in pract. q. 562.* referat citatos pro hac ſententia, & eadem fundamenta referat Couarr. ab eo citatus, ſed illum lego aſſerentem etiam extra Iudicium valere renuntiationem expreſſam huius beneficij, ſi mulier hanc renuntiationem, vel contractum Iurauerit,

9 † Imò addit ſecundùm conſuetudinem ſufficere renuntiationem expreſſam huius beneficij; etiam ſine Iuramento, & etiam extra Iudicium vt teſtantur Imola, & Felinus *hic col. 4.* & DD. *in l. fin. Cod. ad Vellaianum*: & ſic quod talis renuntiatio valida ſit, ſi mulier fuerit certiorata, docent Barbatia *n. 75.* & Melchior *num. 19. in cap. ſi diligenti, de foro comp.* Padilla cum pluribus ab eo relatis *in l non paſſim à n. 7. ff. de iuris & facti ignor.* quem ſequitur Mathienco *in l. 9. tit. 3. gloſſa 1. n. 3. lib. 5. recopilat* Ceuall. *vbi ſuprà*, dicens ita practicari, Guttierr. *de Iuram. confirm. dicta 1. p. dict. cap. 20. n. 2* & eſt bonus Textus *in l. 3. tit. 12. p. 5.* vbi notat Gregor. Lopez. verb. *renuntiando*, legem illam eſſe perpetuò menti tenendam, cum de Iure communi non ſit lex, quæ hoc ita decidat; quem declarant Guttierrez *dicto num. 2.* & Antonius Gomez *dicto lib. 1. variar. cap. 13. numero 16.* alij citati *ſuprà, n. 5. in fine.* Et vide quæ addo *infrà*, in verſic. *ad quintam.*

10 Ad quartam quæſtionis partem, an per iuramentum cenſeatur certiorata mulier de renuntiatione Vellaiani? Etenim in hoc dubio Pinelus *in l. 2. Cod. de reſcindenda vendit. 3. p. cap. 1. n. 10.* vbi Padilla *num. 34.* Et Palacios Rubios *in cap. per veſtras, §. 34. num. de don. 7.* Antonius Gomez. *tom. 2. variar. cap. 13. num. 17.* Menchaca *de ſucceſſionum creat. §. 18. num. 156.* dicunt communem, & tenendam Guttierrez *de Iuram. confirm. 1. p. cap. 19. num. 2.* Marcus Antonius *de viribus iuram. num. 27.* Iaſon. *in Auth. Sacramenta puber. Cod. ſi aduerſus venditorem*, Curtius Iunior *conſilio 43. colum. 3. & conſ. 4.* qui docent quod Iuramentum ſupplet certiorationem, & quod accedente Iuramento non requiratur certioratio dixit Alex. *conſ. 2. volum 1.* idem *in conſ. 42.* vbi etiam dicit communem, & de ſtylo ſeruari, & quod in legendo, & conſulendo ita ſit ſeruandum. Et ſolet pro hac parte expendi Textus noſter iuxta Gloſſam penult. docent ibi Baldus *col. 2.* & alij plures citati à Tiraquello *in dicta l. ſi vnquam in princ. num. 31.* & pluribus aliis adductis Balboa *in cap. ſi diligent. de foro compet. numero 69.* contra Grammaticum *deciſ. 76. num. 20.* vbi dicit quod valet renuntiatio, ſiue ipſa certiorata ſit, ſiue non, de beneficio Vellaiani.

Sed quia Ceuallos *in pract. q. 515. ſub num. 5.* ait quæſtionem hanc eſſe pro amico, cum pro vtraque parte ſint grauiſſimi Authores, quos refert Antonius Gabriel *tit. de Iureiur. concluſ. 3. lib. 2.* & duas communes contrarias referat Iacobus, Philippus Pontius *lib. 4. commun. concl. 33.* ideò dico ex prædictis magis Iuridicam eſſe contrariam opinionem, quam tuentur Baldus *conſilio 47. volum. 1.* Hypolitus *in Rubr. de fideiuſſor. num. 38.* Iaſon. *in dicta Auth. Sacramenta puberum, num. 46.* refert plures Tyraquellus *in dict. l. ſi vnquam in princ. num. 146.* Couarr. *in dicto cap. quamuis pactum §. 3. ſub num. 5.* Matienco contra alios *in l. 9. tit. 3. Gloſſa 5. num. 5. lib. 5. recopilat.* præcipuè *ex l. 3. tit. 12. p. 5.* vbi eſt neceſſaria expreſſa renuntiatio; quia Iuramentum non extenditur ad non cogitata, vt iam adduxi. 11

Et confirmatur, quia ſi minor iurauit non venire aduerſus contractum, ſi vltrà dimidiam fuiſſet deceptus, habet nihilominus beneficium reſtitutionis, niſi de hoc fuiſſet certificatus, quia Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non eſt excogitatum: argumento Textus *in leg. tres fratres, ff. de pactis, l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de vera oblig. l. cum Aquiliana, ff. de tranſact.* & illud quod quis ignorat non videtur cogitatum, cum error, & ignorantia excludant conſenſum, *l. ſi quis per errorem, ff. de Iuriſd. omnium Iudicum*: Sic tenuit Dinus, quem refert Cynus *in l. 2. Cod. ſi aduerſus vend.* Aretinus *in leg. ſi duo Patroni, §. idem Iulianus, num. 5 ff. hoc tit.* & hanc opinionem tanquam tutiorem ipſe eligit *in leg. ſciendum, num. 11. ff. de verb.* plures adducit Ceuallos *in pract. q. 171. ſub n. 5. & 6.* vbi ſub verſic. *ſed contrariam*, refert alios plures in hoc dubio tenentes ſententiam, de qua, quia alibi ago; videbis ipſum longè agentem, *q. 723.* 12

Et pro complemento notabis adeo neceſſariam eſſe certiorationem mulieris renuntiantis Vellaianum, quod alias renuntiatio ab ea facta, non præiudicet, vt docet Gloſſa verb. *non vſuram, in l. fin. §. fin. ff. ad Vellaianum*; Et eſt communis opinio ſecundum Tiraquellum *in dicta leg. ſi vnquam in princip. n. 96.* alias 98. *Cod. de reuocand. donation.* tradit Ceuallos *in pract. dict. q. 515. num. 1.* 13

Dubium tamen eſt an ſi Notarius narret in inſtrumento renuntiationis ſe certioraſſe mulierem ei ſtandum ſit, & pro parte affirmatiua ſunt Alex. *in dicta leg. ſciendum, col. 11. ff. de verb. obligat.* Alciatus *Regula 3. præſumptione 13.* & tradit Gregor. *in l. 3. tit. 12. p. 5.* verb. *ſabidora*, Couarr. *lib. 1. variar. cap. 13. num. 2.* qui dicit communem, & Ant. de Padill. *in l. fin. n. 13. Cod. de iuris & facti ignorantia.* 14

Verùm Iaſon referens duas communes contrarias opiniones *in l. ſi duo Patroni, §. idem Iulianus num. 19. cum ſequentib. ff. hoc tit.* dicit quod non eſt pro Tabellione præſumendum, & quod Conſultus de hoc dubio noluit reſpondere ex eo quod erat anceps; quia grauiſſima eſt difficultas, 15

cultas, & quæſtio pro amico, & ſic tutiùs eſſe vt forma certiorationis ponatur in inſtrumento. quod conſulit Couarr. *lib. 2. variar. dict. cap.* 13 *num.* 2. & hodie practicatur, vt notat Ceuallos *ſuprà, num.* 3.

16 Iterùm notabis, vt ſi Notarius interrogetur quid ſit Vellaianum, reſpondeat quod neſcit, non ſit Notario credendum, nec præſumendum, quod mulier certiorata eſt in renuntiatione, de eo, quod renuntiauit beneficio etiamſi contrarium dicatur in inſtrumento; Sic Alexand. *in dict. l. ſciendum*, Cagnolus *in l. ſi librarius, n.* 37. *ff. de Reg. Iuris*, quamuis Albericus *in l. Centurio ff. de vulgari* quem ſequitur ibi Ripa *num.* 88. teneat contrarium, videndus eſt Nicolaus *in addition ad Alciatum præſumpt.* 13. & Ripa *in l.* 1. *in principio, num.* 31. *ff. ſi certum petatur*, Rodrig. *de redditibus lib.* 2. *q.* 5. *n.* 39. Bonacina alios referens *de contract. & reſtit. diſp.* 3. *q.* 9. *p.* 2. Matienco *in l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 5. *recop. Gloſſa* 1. *n.* 3. *&* 4. Ceuallos *q.* 515. *&* 562. vbi duas opiniones communes contrarias refert.

17 Ad quintam quæſtionis partem, an mulier renuntians Vellaiano ſine Iuramento, valeat talis renuntiatio? In quo dubio etſi de Iure Regio pars affirmatiua ſit omninò ſequenda *ex dict. l.* 3. *tit.* 12. *p.* 3. docens poſſe mulierem abſque vlla diſtinctione, ſiue in Iudicio, ſiue extra Iudicium huic beneficio renuntiare ad libitum. Tamen vt iam *ſuprà* adduxi in verſic. *ad tertiam*, concurrentibus, de quibus ibi exiſtimo etiam de Iure communi eam renuntiationem valere ex eo, quia mulier Vellaiano renuntians, priuato commodo renuntiaſſe videtur, vt Iure permiſſum eſt *in l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*. Et ſic apprehendi videtur, *ex l. fin.* §. *fin. ff. ad Vellaianum*, ibi *cauere debet exceptione non vſurum, & ex l. fin. Cod. quando mulier Tutelæ officio fungi poſſit*, ibi *& renuntiet Senatuſconſulti Vellaiani præſidio*, quæ verba probant indiſtinctè valere renuntiationem, ſiue in Iudicio factam, ſiue extra Iudicium, docent communiter DD. *in cap. ſi diligenti de foro comp.* vbi Balboa *num.* 68. qui *à n.* 66. *&* 67. plures adducit negatiuam ſententiam tenentes.

18 Quibus omnibus addo Faquineum vtramque ſententiam referentem cum pluribus ab eo relatis *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 60. vbi poſtquam pro negatiua retulit illud Axioma, quod mulier eadem facilitate inducitur ad renuntiandum, ac inducitur ad fideiubendum *ex l. doli*, §. *diuerſum, ff. de reuocation. l vltim. Cod. de pact. pignor. l. mulier* 2. *Cod. ad Vellaian.* vbi dicitur ſecundam mulieris fideiuſſionem ante lapſum biennij, nihil ſibi præiudicare; quia adhuc eadem conſequentia, quæ fragilitatis in ſecundam iacturam inciderit; tamen ipſe hanc partem impugnans docendo quod prædictum fundamentum parum ſubſiſtit cum ſibi debeat imputare mulier, quæ beneficio renuntiauit; quia inuitò beneficium non confertur, ſequitur affirmatiuam relatam tum ex iuribus relatis; tum ex regula iuris, *in l. penult. Cod. de pactis*, qua docetur omnes licentiam habere his quæ pro ſe introducta ſunt renuntiare.

19 Vbi in verſic. *fin.* nihil obſtare ait diſtinctio-ctionem illorum, qui dicunt eam renuntiationem in Iudicio valere, Non item ſi extra Iudicium fiat, *ex dict. l. vlt. ff. ad Vellaian.* ibi *cauere debebit exceptione ſe non vſuram, & ſic ad Iudicem ire*, quia hæc verba *& ſic ad Iudicem ire* nihil prohibent, vt accipiamus, tam de cautione extra Iudicium, quam in Iudicio, addo etiam Ceuallos *in pract. dicta q.* 515. *in principio*, vbi abſolutè cum aliis dicit, quod mulier renuntians Vellaiano eius auxilio, & commodo priuatur ex Bart. *in l.* 3. *num.* 10. *ff. de fideiuſſor.* de hac quæſtione de renuntiatione iurata abſque certioratione dicti beneficij, Vellaiani, Ceuallos *in practicis, q.* 723. *ex n.* 6. *& q.* 727. Guttierr. *de Tutelis l. p. cap.* 8.

Ad ſextam quæſtionis partem dubium de iure eſt, dato quod ſimplex renuntiatio Vellaiani non valeat ex ratione *ſuprà* adducta de lege doli, §. *diuerſum, vltim. Cod. de pactis pignor. l. mulier* 2. *Cod. ad Vellaian.* & ſunt nonnulli aſſerentes non valere etiamſi mulier renuntiationem iuramento confirmet, ex eo quia, vt iam dixi iuramentum ſequitur naturam contractus, cui adiicitur *ex d. l. fin. Cod. de non numerata pecunia*, Gloſſa *in Auth. ſi qua mulier*, in verbo *nullatenus, Cod. ad Vellaianum*, Grammat. *deciſ.* 76. *num.* 20. vbi alios citat. 20

Sed ego eis non aſſentior authoritate Textus noſtri, vbi Sanctus Pontifex de muliere, quæ fideiuſſerat, fide præſtita (loco iuramenti) verba faciens, ait eam eſſe cogendam, vt conuentionem adimpleat: ita docent Vauerius *in tract. de virtute Iuram. in* 17. *effectu*, Corſetus *ad Rubr. de Iureiur. priuileg.* 17. Gloſſa, & Abbas *hic*, Tiraquell. *in l. ſi vnquam in præfatione, num.* 136. *C. de reuocand. donation.* Seraphinus Senenſ. *de priuileg. iuram. priuilegio* 99. Faquineus *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 61. *in princ.* 21

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an ſi mulier pro alio obligetur, Iureiurando interpoſito, non tamen renuntiando Senatus Conſulti beneficio vtrum efficax ſit obligatio, nec iuuetur ea exceptione, & ei eam exceptionem non competere ex noſtro Textu, vbi mulier fideiubens obligatur efficaciter propter iuramentum, nec vlla ſit mentio renuntiationis factæ de Vellaiano, facit pro hac doctrina quod habetur *in c. cum contingat hoc tit. & in cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. docent Bart. *in l. ſi quis pro eo n.* 11. *ff. de fideiuſſor.* & plures alij, quos ſequitur Faquineus *lib.* 2. *controuerſ. dict. cap.* 61. in verſic. *denique*, & ad vnguem eum ſequutus Balboa *in dict. cap. ſi diligenti de foro comp. n.* 70. vbi alios plures refert pro vtrapue parte reſpondentes ad fundamentum contrariæ ſententiæ, ex eo quia vinculum iuramenti præualet omnibus iuris Ciuilis ſanctionibus propter Religionem ex *dict. cap. cum contingat & d. cap. quamuis pactum.* † Verum ego exiſtimo contrariam ſententiam eſſe amplectendam ex dictis *ſuprà* in verſic. *ad ſecundam quæſtionis partem* in verſic. *ſed quia* alia pro doctrina de muliere renuntiante, adducunt Larrea *deciſ. Gramm.* 66. *n.* 8. Ant. Gomez. *d. lib* 2. *variar. c.* 13. *n.* 8. Hering *de fideiuſſ c.* 7. *num.* 103. Surd. *conſ.* 46. *&* 81. Narbona *in tract. de ætate anno* 25. *q.* 15. *& ibi num.* 14. *&* 15. Haillon. *in addition.* 16. ad Gomez. & cum ipſo *dict. cap.* 11. *var. lib.* 2. *numero* 15. 26. 17. 22 23

QVÆST.

QVÆSTIO V.

An quando mulier generaliter renuntiat legum auxilio cenſeatur renuntiaſſe Vellaiano: Et an vt talis renuntiatio Vellaiani valeat, debeat fieri in publico inſtrumento, vel ſufficiat in priuata ſcriptura: Aut ſi ea renuntiante recognoſcatur, conualeſcat renuntiatio: Et an quando fideiuſſor Iurauit obligationem, & fideiuſſionem, habeat locum excuſſio?

SVMMARIVM.

1 *Mulier generaliter renuntians auxilio legum, non cenſetur renuntiare Vellaiano. Et quare num. 2. etiamſi fieret medio Procuratore, num. 3.*

2 *Beneficium competens ex fauore ex vberanti expoſcit expreſſam renuntiationem, vt non compellat.*

3 *Procurator nequit ex mandato generali mulieris ad renuntiandum Vellaiano, renuntiare abſque expreſſo mandato, n. 4. 5. 6.*

7 L. antiquæ, §. fin. Cod. ad Vellaian. num. 8. 9. 10. 11. & 12.

8 *Vellaiani renuntiatio, vt valeat, numquid debeat eſſe in publico Inſtrumento, aut ſufficiat ſcriptura priuata, num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. vbi quid Iure Regio.*

13 *Vellaiani renuntiatio in ſcriptura priuata, etiam à muliere recognita non tenet.*

18 *Excuſſio fideiuſſor Iurauit obligationem, quando locum habeat* remiſſiuè.

19 *Vellaiani exceptio competit mulieri, etiam in foro conſcientiæ, quandiu ea gaudere valeat.*

1 AD primam quæſtionis partem exiſtimo reſpondendum, quod ſub generali renuntiatione legum à muliere facta, non cenſeatur renuntiaſſe Vellaiani auxilio, niſi ſpecialiter illi renuntiaſſet; Tum ex longè adductis *quæſtione præcedenti*, vbi dixi quod vt obligetur mulier tali renuntiatione prærequiritur, vt ſit certiorata de beneficio, & eius tenore ſibi competenti, & non aliàs. Deinde quia Authentica matri, & Auiæ, *Cod. quando mulieres tutelæ officio fungi poſſunt, & l. 4. tit. 16. p. 6.* quæ illi Authenticæ conſonat, expreſsè requirunt pro forma, quod mulier renuntiet ſecundis nuptiis, & Senatuſconſulti Vellaiani auxilio, vt apertiſſimè illis legibus conſtat, & regulariter probatur *ex l. 3. tit. 12. p. 5.* ibi *latercera, es quando la muger fueſe ſabedora e çierta que no pudia, ni deuia entrar fiador, ſi deſpues loſiçieſſe renunciando de ſugrado, e des amparando el derecho que la ley. les otorgo a las mugeres en eſta raçon.*

2 Et confirmatur quia beneficium, quod alicui conceditur à lege ratione exuberantis fauoris, requirit ad excluſionem ipſius ſpecialem renuntiationem per Textum *in l. 1. ff. ſi quis in ius vocatus non gerit,* vbi Gloſſa, & Baldus ante finem id notant, nec enim quando lex exigit ſpecialem renuntiationem, non ſufficit generalis, *vt in l. ſi quando, §. illud, & §. & generaliter, Cod. de inofficioſo Teſtam.* & iuuatur amplius ex his, quæ adducit Tiraquellus *in præfatione legis ſi vnquam, Cod. de reuocand. donat. à num.* 122. & Salicetus dubitauit de doctrina Bartoli contrarium tenentis ex eo quod ſpecialiter, & pro forma requiritur in prædicta *Auth. Matri, & Auiæ Vellaiani renuntiatio.* licet extra caſum illum videatur tranſire cum Bartulo Guttierr. *de iuramento confirmat. 1. p. cap. 20. à num. 8.* verſic. *ex quibus* Balb. *in cap. ſi diligenti de foro comp.* 1275. vbi dicit hanc opinionem praxi ſeruandam eſſe.

Vnde fit quod ſi mulier det mandatum ſpeciale publicum in forma cuidam Procuratori ad illam obligandam pro alio, & cum facultate renuntiandi omnibus beneficiis à iuribus ſibi competentibus, quæ ipſa extunc renuntiauit, ſed Vellaianum non expreſſit adhuc ſub tali clauſula admodùm lata non poteſt Procurator virtute ſui mandati mulierem obligare, taliter vt cenſeatur renuntiaſſe huic beneficio etiamſi coram publico Tabellione, & Teſtibus requiſitis faceret publicam, & in forma cum renuntiatione Vellaiani, quia reuerà mulier non renuntiauit in mandato huic beneficio, pro vt ſpecialiter requiritur, & præcipuè procedit, ſi de tali Vellaiani auxilio, cum dedit Procuratorium mandatum certiorata non fuit, nec ſufficit quod in aliis contractibus anterioribus fuerit certiorata; quia in illis, in quibus ſpecialiter fuit certiorata de prædicto beneficio, & ei renuntiauit, ſibi præiudicauit. 3

Tamen in hoc contractu (hoc eſt mandato) ad ſe obligandam, in quo nec fuit certiorata ſpecialiter nec ei renuntiauit expreſsè pro vt de Iure requiritur minimè ſibi præiudicatum fuit, quia renuntiatio eſt ſtricti Iuris, & non ſe extendit vltra expreſſa, pluribus adductis Tiraquellus *in dicta leg. ſi vnquam de præfatione, numero* 128. ſequitur Guttierrez *dicto lib. 1. de Iuramento confirm. cap. 20 num. fin.* vbi ita Iudicatum dicit poſt longam concertationem in Regali Cancellaria, nec ad rem facere ait illa ſpecialis renuntiatio Vellaiani facta à Procuratore, quia reſpondet fuiſſe nullam, cum Procurator exceſſiſſet mandati fines iuxta Textum, *in leg. diligenter, ff. mandati, in leg. ſi Procurator, Cod. de Procuratorib. & in l. 11. tit. 10. lib. 1. fori, & l. 19. tit. 5. parte 3.* 4

Quare etſi in dubio noſtræ quæſtionis Bartolus *in leg. ſi quis ſub conditione, numero 21. ff. de Teſtam. tutela, & in dicta Authentica Matri, & Auiæ, numero 14. Codice quando mulier tut. officio fungi*, Alexander *conſilio 146. numero 3. volumine 7.* dicat quod in caſu prædictæ Authenticæ, & ſimilibus, ſufficit quod mulier generaliter renuntiet omni beneficio, nec eſſe neceſſe vt ſpecialiter exprimatur de Vellaiano; quia illud eſt beneficium; Et ideò includitur ſub generali renuntiatione, vt docent plures relati à Tiraquello *in dicta leg. ſi vnquam, Codice de reuocandis donationibus in præfatione, numero* 121. vbi ſi non determinat in hoc Articulo, & refert plura ſimilia pro hac opinione. 5

Tamen ergo reſpondeo quod illa procedunt, & loquuntur, vbi in Iure non reperitur expreſſum, quod requiratur ſpecialis renuntiatio, ſicut requiritur in renuntiatione Vellaiani 6

ex iam latè adductis, ſequitur Guttier. *de Iuram. dict. 1. parte, cap 20. ſub num.* 8. in dicto verſic. *ex quibus*, dicens quod alias ſequeretur maximum abſurdum, & inconueniens, ſcilicet quod hodie Vellaianum nihil faueret mulieribus, & quod abſque certioratione, & renuntiatione mulieris ab eo excluderentur, ſi ſub generali renuntiatione beneficiorum comprehenderentur, quod minime dicendum eſſe ait, & quotidie videri contrarium, infert ergo quod ſi contraria determinatio vera eſſet maximi deberet haberi pro limitatione totius materiæ Vellaiani.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem Martinus *in l. antiqua*, *§. fin. Cod. ad Vellaianum*, dixit ſatis obligari mulierem renuntiantem Vellaiano aliis modis præter renuntiationem factam in ſcriptura publica ſubſcripta à tribus Teſtibus inſtrumentalibus, ſic intendens verba prædictæ legis intelligere. Verùm quia ibi Imperator exigit pro forma quod ad hoc, vt cenſeatur mulierem obligatam eſſe, & deſiderari illo beneficio Vellaiani, prærequiratur quod talis mulier pro alio intercedat, ſeu fideiubeat in Inſtrumento publico coram Tabellione in publica forma confecto, & quod à tribus Teſtibus inſtrumentalibus ſubſcribatur; Aliter enim illam obligationem fideiuſſionis nullam eſſe, taliter vt ad eius reuocationem non egeat mulier exceptione Vellaiani, vt illam obligationem impugnet; Sic docet *ibi* Baldus ſubdens rationem, quare prærequiratur prædicta ſolemnitas ad obligandas mulieres pro aliis intercedentes ſcilicet, quia non ita de facili mulier decipitur, interueniente Tabellione, & tribus Teſtibus conſignantibus, nec ita faciles ſunt mulieres ad conſentiendum cum inſtrumento ſe pro aliis obligant, ſicut quando inſtrumentum non interuenit, quia ergo facilior, & fragilior ſine inſtrumento inuenitur: Ideò mulieri ipſo iure, etiam ſubuenitur ſecundùm Baldum; ſequitur Salicetus *in §. ne autem*, dicens eſſe verum illius legis intellectum, & quod minimè ſunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt.

8 Et ibi ſatisfacit motiuis relati Martini alio modo intelligentis illum Textum, docet etiam Gregorius Lopez. *in dict. l. 3. tit. 12. p. 5.* in Gloſſa *renuntiando* ad finem, vbi limitat interueniente Iuramento cum Paulo de Caſtro, & Baldo, quos refert, & illud de iuramento; tenet idem Baldus *in dict.* §. *ne autem*, ſequitur optimè illam legem expendens minutatim per verba Guttierr. omninò legendus *dict. lib. 1. variar. cap. 20. n. 6.* & poſt eum Balboa non ſic latè *in dict. cap. ſi diligenti de foro comp. n. 73.*

9 Et ſic non pudet verba dictæ legis exprimere & Doctorum exactam ponderationem; ſic enim alloquitur Imperator *ne autem mulieres perperam ſe pro aliis interponant ſancimus, non aliter in tali eas contractu poſſe pro aliis ſe obligare, niſi in inſtrumento publicè confecto, & à tribus Teſtibus ſubſignato accipiant homines a muliere pro aliis confeſſionem; Tunc enim tantummodo eas obligari, & ſic omnia tractari, quæ de interceſſionibus fœminarum, vel veteribus legibus cauta, vel ab Imperiali authoritate introducta ſunt. Sin autem extra eandem obſeruationem mulieres acceperint intercedentes, pro nihilo habeatur huiuſmodi ſcriptura, vel ſine ſcriptura, vel ſine ſcriptis obligatio tanquam nec confecta, nec penitus ſcripta, vt nec Senatuſconſulti auxilium impleretur, ſed ſit libera, & abſoluta quaſi penitus, nullo in eadem cauſa ſubſequuto.*

10 Ex cuius littera præfatum noſtrum intellectum ſatis percipies, præcipuè ex illo verſiculo, *tunc etenim tantummodo eas obligari*, quo clarè probatur, quod ſi mulier pro aliis intercedat, aliter quam per ſcripturam publicam ſubſignatam tribus Teſtibus nullo modo obligetur. Quod clariùs oſtenditur *infrà* in verſiculo *ſin autem extra eandem obligationem*; præcipuè ibi *pro nihilo habeatur huiuſmodi ſcriptura, vel ſine ſcriptis obligatio tanquam, nec confecta, nec penitus ſcripta, vt nec Senatuſconſulti auxilio imploretur.* Et quod quando obligant ſe mulieres cum prædicta ſolemnitate inſtrumenti publici cum ſubſcriptione trium Teſtium, remaneant ipſo Iure obligatæ, & poſſint ſe iuuare Vellaiano, probatur ex illis verbis: *Tunc etenim tantummodo eas obligari, & ſic omnia tractari, quæ de interceſſionibus fœminarum, vel veteribus legibus cauta* (hoc eſt quod tali caſu obligentur ipſo Iure) *vel ab Imperiali Authoritate introducta ſunt*: Hoc eſt quod hoc caſu cum ſint mero Iure obligatæ habeant locum introducta ab Imperatoribus Vellaiano & Iuſtiniano, ſcilicet quod concedatur prædictis mulieribus ſic obligatis ipſo Iure beneficium Vellaiani. Et dum Textus ibi, *in §. ne autem*, dicit *confeſſionem*, intelliges, id eſt *interceſſionem* ſecundùm Cynum *ibi*, & Salicetum, quem intellectum dicit veriorem Gloſſa 1. *ibi*, & ſequitur Cynus optimè declarans, & breuiter eundem ſequitur etiam Bart. *ibi in 2. lectura*, & idem *in l fin. eodem tit. num. 2. & 3.*

11 Dicens quod mulier intercedens extra illam ſolemnitatem *dicti §. fin.* non tenetur, vt ſuprà viſum eſt; Licet renuntiaſſet Vellaiano, ex ea ratione, quia illo tunc non iuuatur cum non ſit obligata: Nam Vellaianum præſupponit obligationem, & contra eam datur, vt ab ea liberet mulieres, quarum fauore emanauit, & introductum fuit. Eſt enim regula generalis, quod mulier regulariter non poſſit pro alio intercedere, *hoc eſt fideiubere*, & ſi intercedat valeat obligatio mero Iure, ſed tamen eam iuuari ope exceptionis Senatuſconſulti Vellaiani, vt *in toto titulo*, *Codice & ff. ad Vellaianum*, & probat expreſsè Textus *in leg. 2. ad finem, titulo 12. p. 5.* Quæ regula fallit, ſeu declarat ſecundos caſus iam *ſuprà* in præcedentibus quæſtionibus relatos.

12 Hodie verò prædicta ſolemnitas illorum trium Teſtium ſubſcribentium, ſeu ſubſignantium, non ſic requiritur in praxi: quia de generali conſuetudine ſufficit quod Tabellio Teſtimonium perhibeat de eorum interuentu. ad hoc vt procedat Textus ille *in dicta leg. antiqua*, §. *fin.* vbi docent Paulus *numero* 5. Salicetus *numero* 6. Guttierrez. *dicto lib. 1. de Iuram. capite 20. ſub numero 6. in fine*, Balboa *in dicto capite diligenti, numero 73. in fine*, veriſſimum eſt, quia attento Iure Regio non requiritur quod Teſtes Contractus Scripturæ publicæ ſubſcribant ei, ſed tantùm quod intercedant, vt quod Tabellio fidem præſtet de eorum præſentia, vt quotidiè fit & apparet ex his, quæ longè adduxi ad titulum de fide inſtrumentorum.

Ad

13 Ad tertiam quæſtionis partem ex prædictis reſponde quod ſi extra inſtrumentum publicum hoc eſt in ſcriptura priuata, ſeu aliter mulier pro aliquo intercedat, non eſt obligata. Et licet videamus in praxi quod ſcriptura priuata in Iudicio recognita, vim pariat inſtrumenti publici, & confeſſionati; Itavt habeat paratam executionem iuxta ea quæ longè adduxi de fide inſtrument. *cap.* 1. per nonnullas quæſtiones, vbi leges; & ob id non perperam videri poſſit quod mulier maneat obligata; quemadmodùm ſi obligaretur, ſeu fideiuberet in inſtrumento publico, iuxta relata *in præced. quæſtione.* Tamen ego cum Guttierrez. *dict. cap.* 20. *lib.* 1. *de Iuram. confirmat. num.* 7. & cum Balboa *in dict. cap. diligenti de foro comp. num.* 73. verſic. *quod adeò*, & aliis dico nullo modo mulierem obligari ſcriptura priuata, etiam recognita, nec valere ab ea factam renuntiationem Vellaiani extra formam Textus, *in dicta leg. antiqua*, §. *fin. Cod ad Senatuſconſult. Vellaian.* Quia verè mulier eo in caſu obligata non fuit; cum reuerà Inſtrumentum obligationis non fuerit publicum, eo quod in ipſo defecerit forma ſubſtantialis requiſita *in practica l. antiqua*, §. *fin.* quæ continet decretum clauſulæ irritantis: Itaque fit, vt ſi in alia ſcriptura, quam publica, & cum tribus Teſtibus ſe obligauerit mulier pro alio nulla ſit huiuſmodi obligatio, & pro non ſcripta, nec confecta habetur, & non habet locum Vellaianum.

14 Vnde tenendum eſt non poſſe regulariter mulierem pro alio obligari, nec fideiubere verbo coram Teſtibus, licet mille, nec etiam in inſtrumento priuato cum Teſtibus; licet poſtea recognoſcatur per ipſam in Iudicio, vel comprobetur Teſtibus, & quod ſi ſe his modis obligat obligatio ſit nullius momenti, & non ſit neceſſarium Vellaianum, tenent relati, quod valdè eſt notandum in practica; eo quod prima facie quilibet diceret contrarium, nempe vt in priuata ſcriptura recognita obligaretur.

15 Inuenio tamen Gregorium Lopez. *in dicta leg.* 3. *titulo* 12. *p* 6. Gloſſa *renuntiando* dicere quod cum hodie diſpoſitio *dictæ leg. antiqua*, §. *fin.* non reperiatur approbata illo iure partitarum, fortè ſufficeret renuntiatio pro vt in illa lege Regia dicitur, licet fiat ſine Iuramento, addit tamen tutiùs eſſe quod in inſtrumento fiat fideiuſſio, & renuntietur Iuramento, modo per eum dicto.

16 Tamen Ioannes Guttierrez *in dicto cap.* 20. *lib.* 1. *de Iuramento ſub num.* 7. *in fine* ait non ſolùm tutiùs, ſed imò neceſſarium etiam hodie, ſcilicet quod fideiuſſio, & renuntiatio fiat in inſtrumento publico, interuenientibus in eo tribus Teſtibus iuxta formam dictæ legis anti-

17 quæ, §. *fin autem.* † Quia leges Regiæ partitarum debent intelligi, & declarari per ius commune, cum quo ipſe, vel plurimum concordant Gregorius alibi dicit, cum non ſit nouum vt leges poſteriores intelligantur per priores, vt *in leg. ſed & poſteriores, ff. de legib.* non enim habet locum correctio, niſi quando expreſsè fit, & ſic quod non mutatur, quare prohibeatur ſtare, vt docet Textus *in leg. ſancimus, Cod. de Teſtam. l. præcipimus in fine de appellat.* cum aliis, quod intelligo iuxta praxim relatam de Teſtibus, quorum fidem facit Notarius inter-

ueniſſe inſtrumento, vt dixi *ſuprà* in verſiculo *hodie.*

Ad vltimam quæſtionis partem; an habeat locum excuſſio ſi Fideiuſſor iurauit obligationem, ſatis reſpondebis ex his quæ latè adduxi *ſuprà q.* 3. *in principio* de fideiuſſore iurante ſoluere, non excuſſo principali, & addo ad Textum noſtrum cum multis Barboſam *hic, num.* 5. Guttierrez. *de Iuramento* 1. *p. cap.* 23. *num.* 26. Flores de Mena *variar. q. lib.* 1. *quæſt.* 11. Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 545. Menchacam *quæſt. vſu frequent. cap.* 59. & alios penes eos dicentes quod quando fideiuſſor iurauit non eſt neceſſaria excuſſio. 18

Pro complemento notabis, quod in caſibus in quibus mulier poteſt opponere exceptionem Vellaiani provt poteſt regulariter de iure id poſſit etiam facere in foro conſcientiæ, id eſt vt cum bona conſcientia poſſit vti beneficio hoc Vellaiani, ſic cum Bartolo, & Abbate docent Antonius Gomez, *tom.* 2. *variar. cap.* 13. *de fideiuſſor.*, *num.* 16. *& in leg.* 3. Tauri; *num.* 124. Ioannes Guttierrez. *de Iuramento p.* 1. *cap.* 20. *num.* 5. quod multis exemplis poteſt confirmari, & facit præſcriptionis exemplum, de quo ſuo loco dico. 19

QVÆSTIO VI.

An interdictum Eccleſiaſticum poſſit Iure ordinario decerni in aliquam Ciuitatem aut populum ob debitum pecuniarum, veluti ob contumaciam Domini, ſeu Epiſcopi illius loci commiſſam, in detinendo æs alienum, & ſic in debito pecuniario non ſoluendo: Et quæ ſit differentia interdicti generalis, ſeu ſpecialis?

SVMMARIVM.

1 *Interdictum Eccleſiaſticum quando, & quomodo ob debitum pecuniarium, vel ob contumaciam Domini, ſeu Epiſcopi, &c. poſſit decerni in Ciuitatem, aut populum, n.* 2. 3. 4. 5 6. 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12.

3 Extrauagans prouidè attendentes de ſententia excommunicationis; num. ſeqq. & num. 7. 10.

4 Cap. 3. de pœnis. & num. 9.

5 Concil. Baſilienſ. ſeſſ. 10. & n. 7.

11 Cap. cum in partibus de verborum ſignificatione.

12 *Interdictum Eccleſiaſticum decretum; quo pacto etiam comprehendat innocentes.*

13 *Interdicti generalis & ſpecialis, nonnullæ differentiæ, n.* 14. 15. 16. 17. 18. 19.

14 *Interdictum Eccleſiaſticum quot diuiſiones habeat, num. ſeqq.*

17 *Interdictum vel ponitur ob culpam præteritam, vel ratione cenſuræ ob contumaciam.*

VErba noſtri Textus hic *innotuit Abbatem Irem. cum Petro ſuper ſumma octo millium Solidorum taliter conueniſſe.* Et ibi *alioquin Abbati; & Monachis ingreſſum interdicatis Eccleſiæ, & in terra præfati Vincentij, & vxoris eiuſdem, vſque ad dignam ſatiſfactionem inhibeatis diuina officia celebrari.* 1

Etenim occaſione horum verborum ſeſe locus offerebat congruus, & opportunus, vt agerem de materia interdictorũ Eccleſiaſticorum, de quibus proprius alibi vt integrã materiam tangam.

2 Igitur ex noſtro Textu, vt notant Abbas, & alij probatur poſſe Ciuitatem, & Prouinciam interdici à Diuinis officiis ob contumaciam ipſius Domini: vel Rectoris commiſſam in nummis alteri debitis non ſoluendis refert Couarr. *in cap. Alma mater de ſent. excommunic. lib. 6.* dubium mouens ex hoc noſtro Textu, & videntur ſentire Nauarrus *in manuali cap. 27. num.* 168. qui citat Caldericum: Dominicum, Stephanum, & Silueſter, refert Archidiaconum dicentes quod propter huiuſmodi cauſam poteſt poni in Eccleſia interdictum abſque licentia Pontificis; quia hoc eſt interdictum locale particulare, docet Suarez *de cenſuris, diſp.* 36. *ſect.* 3. *num.* 8. in verſic. *dubium.*

3 Verum Couarr. *vbi ſuprà* ex *extrauaganti prouide attendentes* inter extrauagantes communes ſub Rubr. *de ſentent. excommunic.* docet cum Bonifacio VIII. eius conditore interdictum Eccleſiaſticum nequaquam decerni ob debitam pecuniam exigendam, & conſtitutionis huius mores extitere Abbas & Felin. *hic*, eamque ſeruari iuſſit inuictiſſimus Hiſpaniarum Rex Carolus Cæſar Valliſoleti Anno 23. *cap.* 11. & rurſus Anno 25. Toleti *cap.* 24. quam extrauagantem intelligit Couarr. *vbi ſuprà* procedere, non ſolùm de interdicto generali decreto in aliquam Ciuitatem, aut Villam, ſed de ſpeciali interdicto in aliquam Eccleſiam è pluribus vnius oppidi, aut ciuitatis; Etenim Iudices ſæculares, & Regij, quorum miniſterio quiuis cogi poterat ad ſoluendum æs alienum, ſunt in qualibet ciuitate abſque eo; quod in dicto interdicto innocentes priuentur ſuffragiis communibus Eccleſiæ propter culpam ſuorum Dominorum, aut Rectorum in non ſoluendo.

4 Et Couarruuias *ibi* referens contrariam ſententiam ex multis dicentibus prædictam extrauagantem locũ habere in interdicto generali, non ſic in ſpeciali (de quo loqui videtur noſter textus & nec obſtat textus *in c. 3. de pœnis*; tamen ipſe ait Reipublicæ cõuenire chriſtianæ: Ita moderamen, & medelam adhiberi, quod non temerè hæc interdicta Eccleſiaſtica, nec paſſim diſcernantur *ex cap. quæſiuit de his quæ fiunt à maiori parte capitu-*
5 *li.* † Et dicit extare memorabile Baſilienſis Concilij conſtitutionem, vbi ſtatutum reperitur, *ſeſſ.* 20. *Anno* 1435. quod nulla ciuitas, oppidum, caſtrum, villa, aut locus Eccleſiaſtico ſupponi poſſit interdicto, niſi ex cauſa, vel culpa ipſorum locorum, aut Domini, ſeu Rectoris, vel officialium, propter culpam autem, ſeu cauſam alterius cuiuſcumque priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſe authoritate quacumque ordinaria, vel delegata, niſi talis perſona prius fuerit denuntiata, ſeu excommunicata, ſeu in Eccleſia publicata à Domini, ſeu Rectoris, vel officialis ipſorum locorum authoritate Iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excommunicatam infra vidnam, inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint, qua etiam poſt biduum eiecta recedente, vel ſatisfaciente mox Diuina officia reſtitui poſſe ait Synodus Baſilienſis præ oculis ſemper habenda, vt ex ea Iudices Eccleſiaſtici percipiant quanta cum maturitate Conſilij ſit Eccleſiaſticum ferendum interdictum; conſtat etiam prædictam Synodi deciſionem pragmatica ſanctione Gallicana in hunc ſanè modum vtiliter expoſitam fuiſſe, & approbatam etiam per Nicolaum V. ſummum Pontificem.

Etenim vt refert Suarez *vbi ſuprà de cenſuris* 6
dicta quæſt. 36. *ſect.* 3. verſic. *dubium, num.* 8. agens de dubio, an propter debitum ſoluendum poſſit hoc interdictum poni quando Epiſcopus, vel Princeps eſt contumax in non ſoluendo, ait ſolum Pontificis authoritate fieri poſſe cum poſſit illa contumacia eſſe graue delictum ipſius Principis, & ita procedere; quia ita cautum eſt in dicta extrauaganti *prouide*, vbi nec poteſtate ordinaria, nec delegata tale interdictum fieri permittitur propter dictam cauſam *niſi de licentia ſpeciali, & expreſſa Apoſtolicæ Sedis per ipſius ſedis patentes litteras apparente*, & aliàs interdictum latum dicit irritum, & inane.

Ego enim ſaluâ Couarruuiæ interpretatione 7
exiſtimo litteram Textus *in dicta extrauaganti prouide* ſolum loqui generali interdicto, ex cuius impoſitione maxima incommoda oriri queunt & de hoc præſertim loqui videtur diſpoſitio Concilij Baſilienſis, iam adducti, & admonentis, quod non niſi cum maxima maturitate in-
terdicta per Ecclſiaſticos decernantur. † Ta- 8
men iuſta ſubſiſtente cauſa; qualis ex noſtro Textu apparet, non eſt negandum, vt poſſit interdictum ſpeciale & locale apponi: Siquidem hic adeſt culpa Abbatis, qui eſt Superior Religioſorum, & idem culpa Vincentij, & eius vxoris fideiubentium, ſi conuentionem iuratam de ſoluendo ſolitos promiſſos non adimpleuerint, & ſic iuſtè Alex. tertius hic potuit contra ipſos decernere interdictum, de quo hic.
† Nec obſtat generaliter Textus *in cap. licet de* 9
pœnis, vbi habetur quod Prælati non debent pro criminoſis ſuſtinendis pecuniam erigere, nec etiam correctionis cauſa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere, & ſic Alex. 3. corripit Prælatos decernentes cenſuras, & interdicta pro annuis exactionibus, & aliis, de quibus *ibi*, quia illa deciſio loquitur in caſu diſſimili à noſtro Textu, & in quo nulla cauſa iuſtificationis adeſſe poteſt, & cenſuræ de quibus *ibi*, imponerentur.

Quare Suarez *vbi ſuprà dicta ſect.* 3. *diſp.* 36. 10
num. 8. *in fine* expendens verba dictæ extrauagantis *prouide*, dicit verba ibi, *locus*, quibus nititur Couarr. prohiberi interdictum, non ſolùm generale, ſed ſpeciale propter debitum pecuniarum loqui, & intelligi de paruo loco, vt Gloſſa *ibi* intelligit, & ſic probabilius eſſe *ibi*, tantùm eſſe ſermonem de interdicto generali, quia omnia verba Textus in illud tantùm propriè conueniunt, & ſic cenſet illum Textum, nec ad interdictum generale perſonale extendi, quamuis videatur fore eſſe ſimilis ratio, ſed hoc non ſufficere ait, quando verba Textus limitata
ſunt. † Et ita intellexit Panormit. Textum *in* 11
cap. cum in partibus de verb. ſignif. vbi dicitur interdictum generale quod fertur ne dum in Prouinciam, ſed in villam, vel caſtrum, & tradit Villalobos *in ſumma parte* 1. *tractatu* 19. *difficultate* 10. *num.* 7. vbi adducens prædictam extrauagantem *prouide*, ait non poſſe decerni interdictum generale, locale propter debitum pecuniarium ſoluendum; ſiue debeatur à Principe, ſiue à Dominis, à Rectoribus, vel

vel à vicinis loci; ita vt ſit irritum; ſed eam extrauagantem ait non loqui de interdicto ſpeciali, nec de interdicto perſonali generali, quamuis videatur quod ſit eadem ratio, & adducit Panormitanum ſic illum Textum intelligentem.

12 Vnde ſi iterū inſtes iniquum, eſſe vt decernatur inter dictum in hoc Textu, & aliis, eo quod extenditur ad innocentes appoſitum propter culpam Rectoris, Domini ve, ſiue Principis; reſpondeo dicendo quod hæc cenſura eſt efficax remedium ad reprimendos inobedientes, & contumaces; & quod nimis attinet ad conſeruandam, & defendendam Authoritatem Eccleſiæ; & ſic ſufficiat quod aliquomodo culpa populi fuerit, vt poſſit interdictum innocentes ligare, cum bonum commune debeat præferri particulari: ita docent, & explicant Doctores communiter.

13 Ad ſecundam quæſtionis partem; quia adijcitur pro Doctrina, vt diſtinctio relata de interdicto generali locali, & interdicto generali perſonali, qua intelligitur prædicta extrauagans, *prouide*, breuiter dico, quod interdicti prima diuiſio eſt, vt ſit locale, aut perſonale, vel ſimul locale perſonale, de quibus agunt Doctores; *in cap. præſenti, cap. ſi ciuitas de ſententia excommunic. lib. 6. cap. non eſt nouum de ſponſalibus, cap. quod in te de pœnit. & remiſſionib.* hæc enim interdicta ſunt diuerſa inter ſe, ſi quidem interdicto loco, non cenſetur interdictus populus; niſi aliud exprimatur, & poſito interdicto perſonali, non cenſetur poſitum locale, niſi à iudice exprimatur, Nauarrus *cap. 17. num. 167.* Auila *de cenſuris, & interdicto dubio 2.* Silueſter verbo *interdictum 2. num. 7.* Reginald. *num. 5.* Sotus, & alij contra Henriquez quos ſequitur Bonacina *de interdicto diſp. 5. puncto 1. num. 2.* Villalobos *in ſumma p. 1. tract. 19. difficultate 2.* bene expendens hoc dubium, & adducentes omnes diuiſiones, & ſubdiuiſiones interdictorum Eccleſiaſticorum, & præter omnes vberius Suarez *de cenſuris diſp 32. ſect 2* quem leges.

14 Igitur ex his omnibus breuiter, & reſumptiuè aduertes communiter interdictum habere ſex diuiſiones, prima iam *ſupra*, relata, & vocatur interdictum locale, quod apponitur in aliquo loco, vbi ſunt celebranda diuina officia. Perſonale eſt, directè contra perſonas, quæ vbique ſubijciuntur illi cenſuræ. Locale, & perſonale ſimul ambas ſpecies includit, ſub quo comprehenditur interdictum, quod vocatur deambulatorium iuxta Textum *in cap. non eſt vobis de ſponſalibus, cap. dilectis filiis de appellationibus*, quod decernitur: *interdicimus Petrum, & quemcumque locum, vbi aderit*, quod interdictum comprehendit plura loca ſucceſſiuè.

15 Secunda diuiſio eſt interdicti localis, in generale, & ſpeciale iuxta Textum *in dict. cap. in partibus de verb. ſignif.* interdictum generale locale, eſt quod dirigitur ad aliquem locum generalem, qui continet ſub ſe alia loca, vt pote partialia, veluti quod ponitur in aliquam Prouinciam, Diœceſim, Ciuitatem, Villam, oppidum, aut caſtrum. Speciale autem eſt illud, quod decernitur ad hanc, vel illam ſpecialem Eccleſiam.

16 Tertia diuiſio eſt interdictum perſonale, quod & ſimili modo eſt generale, aut ſpeciale. Generale eſt, quod decernitur aduersùs aliquam communitatem, veluti aduersùs Ciuitatem, collegium, &c. ſpeciale, quod ponitur aduersùs vnam, aut plures perſonas certas, aut incertas, vt notat Suarez *vbi ſupra diſp. 31. num. 11. ſect. 3.* & vt interdictum generale perſonale tale dicatur, neceſſum eſt, vt reſpiciat ad aliquod corpus politicum plurium perſonarum, & non ad perſonas per ſe. Sed ſpeciale, vel particulare, eſt illud, quod reſpicit ad perſonas, vt dictum eſt.

Quarta diuiſio eſt de interdicto communiter 17
ſumpto, in totale, & partiale, totale eſt quando abſolutè decernitur quantùm ad omnes interdicti effectus, partiale quando ſolùm ponitur, quantum ad vnum effectum, aut alium, veluti quando decernitur de ingreſſu Eccleſiæ, aut de ſepultura Eccleſiaſtica.

Quinta diuiſio eſt, quod interdictum, vnum 18
decernitur à iure, & aliud ab homine, vnum latæ ſententiæ, aliud ferendæ.

Sexta, & admodum conſideranda eſt, quod 19
vnum ponitur in pœnam ob culpam præteritam, aliud, quod ponitur ratione cenſuræ, propter contumaciam: ita tradit Villalobos *ſupra*, & communiter alij longius explanantes. Ex his ergo diuiſionibus iam vides, qualiter Textus noſter ſit intelligendus in ſuis finalibus verbis: nam de adductis ſecundùm primas tres diuiſiones ſatis apertè conſtat, quod interdictum fuit perſonale principaliter, & locale ſpeciale; non tamen generale locale, aut generale perſonale, quæ ſufficiunt ad integram declarationem præcedentis dubij; licet vberius alibi de omnibus, & de eorum effectibus dicendum ſit.

AD TEXTVM
IN CAPITE X.
Quærelam, hoc Titulo:

PRÆMISSVM.

DE intellectu huius Textus, quatenus agit de pœna periurij, ſeu peierantium dico *infra in cap. breui 17. hoc tit.* Hic poteſt applicari materia Textus *in cap. niſi eſſent de prabendis*, quatenus *ibi* agitur de penſione conſtituenda propriâ Authoritate, qualiter procedat.

QVÆSTIO I.

An emphitheuta, qui Iuramentum in contractu præſtitit, priuetur emphitheuſi, ſi Canonis ſolutionem, aut penſionis intra biennium omiſerit: Et an Iuramentum ſubintelligatur, ſaluo iure, aut ſaluâ Authoritate ſuperioris, & in quo differant: Et de conditione, quæ tacite ineſt, ſi potuero?

SVMMARIVM.

1 L. ſi quis maior. C de tranſact. n. 1. 4. 5. 6. 7.

3 *Emphitheuſis non amittitur ob non ſolutam penſionem intra biennium : fallit, num.* 4 5.6. 7. & 8.
Cap.potuit de locato.
9 *Iuramentum quodlibet vt obliget, virtualiter includit tres conditiones, ſi potuero, ſi licitè, & cum Authoritate Prælati : Expenditur, n.*10. 11.12.13.14.15.
17 *Conditio* ſaluo Iure ſuperioris,*differt ab ea, ſalua Authoritate ſuperioris.*
16 *Iuramenta inferiorum non derogant iuri ſuperioris: Et qui ſit, n.*17.18.19.20.
21 *Promiſſio, quæ habet aliquam tacitam conditionem, etiam adeſt, ſi facta ſit Iuramento, num.* 22.
23 *Iuramentum, vt obliget, etiam habet aliam conditionem tacitam*, ſi non fuerit notabiliter mutata.
Cap.petitio, cap.breui, cap.veniens, cap.25. hoc tit.cap.ne quis 22.q.2.l.cum quis, ff.de ſolutionibus.
25 *Iuramentum nunquam trahitur ad incogitata.*
26 *Iurans aliquid facere, quod poſt ſit impoſſibile, non tenetur fallit, n.*27.
28 *Iurans ſub aliqua conditione, ea non reniente, non tenetur.*
29 *Iuramentum, & ſi implicitè contineat conditiones aliquas; non ideo dicitur conditionale, n.*30.& 31.
31 *Iuramentum abſolutum differt à conditionato, num.* 32.
34 *Iurans ſoluere quando paupertate excuſetur? Quid de compenſando, n.*35.
35 *Paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna.*

1 VT primam partis quæſtionem ſatius explices, leges quæ dico *in cap. de locato :* ſed quia ex verbis noſtri Textus ibi : *quod cum v. Clericos ei duos biſantios nomine Eccleſiæ de ſtatera ſe annuatim ſoluturum Sacramento firmaſſet ab huiuſmodi per biennium ſolutione ceſſauit, &c.* non eſt extra materiam noſtri Textus hæc diſquiſitio, cum videam Baldum aſſeuerare hic emphitheutam, qui penſionem conſtitutam in contractu, pro re data in emphiteuſim ſoluere iurauerit, præcisè teneri ad ſolutionem, etiam biennio nondum elapſo, ſic probans argumento Textus *in l ſi quis maior. Cod. de tranſaction.* quo probatur eum, qui contractum ſeu conuentione ſeruare iurauerit commodo ipſius contractus cariturum, ſi iuramentum non ſeruauerit: ſequuntur Alexandr. *conſ.*85 *lib.*1. idem & Iuniores *in dict. l. ſi quis maior.* Catellianus, Cotta *immemorial.* dictione, *emphitheuta,* Franciſc. Ripa *in c.*2. *de reſcriptis, colum.*5. Hypolitus *ſingulari* 226. dicit eſſe communem opinionem, eam ſequendo Gocadinus *conſ.*57. *col.*3. & penult, & communiter ſeruari in Prætorio Rotæ teſtatur Guillelm. Caſſan. *deciſ. tit. de Iureiurando.* vbi ſcribit communi ſententia receptum eſſe, vt dicta lex maior locum habeat in quocumque contractu, & facit deciſio Textus noſtri in prædictis verbis cum ſequentibus : *quatenus ſi vobis conſtiterit memoratum Vincentium contra iuramentum, non neceſſitate, ſed voluntate ab eiuſdem penſionis ſolutione, ceſſare ipſum à præſcripta Eccleſia remouentes.*

2 Vbi Gloſſa verbo *biennium*, addit quod propter hoc priuari debuit, etiam ſi non Iuraſſet, *ex cap hoc Ius* 10. *quæſt.*2. & *ibi*, §. *qui rem*, & *ex cap. penult. & fin. de locato, & ex l. quæro*, §. *inter locatorem, ff. locati.*

Sed quod in prædicto dubio contraria ſenten- 3
tia ſit verior, probatur ex natura, & proprietate huius contractus emphitheutici, cuius proprium eſt non amitti emphitheuſim ob non ſolutam penſionem intra biennium, iuxta Textum *in cap. potuit, fin. de locato*, vbi latiſſimè de hac materia emphitheuticali, & eius Canonis, ſeu penſionis dico, *l. fin. Cod. de iure emphitheut.* cuius proprietas non tollitur per Iuramentum; quia ex huius contractus ſpecie deſcendit, vt in ſimili Baldus dicebat *in l.*1. *Cod. commodati*; & ob id Baldi opinionem improbant Carolus Molineus *in addition.* ad Alexandr. *conſ.*85. *in addit.* & Curtius Iunior *in dicta l. ſi quis maior*, *num.*30. Couarruuias *in cap. quamuis pactum de pactis, lib.*6. *p.*1. §.4. *num.*5. verſic. *ſexto.*

Nec obſtat prædicta reſponſio *dicta leg. maior,* 4
Cod. de tranſactionib quia etiam ſi in omnibus, & quibuſcumque contractibus locum haberet; eſſet tamen intelligenda eo quidem ſenſu, vt Iuramentum acciperet omnes conditiones, quas contractus, cui accedit iure ipſo ab exordio recipit, vt
iam dixi, & dicitur, *infra in cap. cum contingat.* † Et 5
præſertim eiuſdem conſtitutionis deciſio ceſſat, ſi teneamus eandem reſponſionem ſolùm procedere in contractu tranſactionis, non in aliis, quaſi ea reſponſio ſpeciale quid contineat in tranſactionis contractu ſecundùm Alciatum *ibi* Corneũ *conſ.*246. *lib.*3. Carolum Molin *in d. conſ. Alex.*85.
† Et ob id dicit Couarruuias *ſuprà*, ſibi diſplice- 6
re quod adnotauit Matth. Mateſil. *in notabili* 50. ſcribens venditorem ab actione euictionis liberum omnino eſſe, ſi emptor minimè ſoluerit intra diem conſtitutum pretium, quod promiſit, & iurauit ſoluere; licet poſt diem nihilominus id ſoluerit; talemque ſententiam falſam reputat, licet ea procedat à communi Doctorum opinione, quæ aſſerit Textum *in dicta l ſi quis maior.* obtinere in omnibus contractibus, & conuentionibus iuratis.
† Et plures de hac lege diſputantes adducit Ce- 7
uallos *in pract. quæſt.*117. Vbi cum adducat Felinum, & Abbatem *hic* dicentes prædictam legem ſi quis maiorem habere locum, etiam in ſimplici fidei præſtatione, cum aliis per eum adductis, *n.*2. qui *n.*1. alios quamplures refert id negantes; & quod non ſolùm in promiſſione iurata, verùm & in ſimplici promiſſione prædicta lex locum habeat videtur probari de Iure Regio *ex l.*26. *in fine tit.*1. *p.*3. *l.*1. *tit.*17. *lib.*8. *recopilat.* vbi illud notat Azeuedus *n.*7. ſed de intellectu prædictæ legis videbis quæ adducit Gutierrez de Iuramento confirmat 1. *p cap.*61. *num.*22. qui dicit quod illa lex non ſeruatur in praxi; quia eſt nimis rigoroſa: ſic Rolandus à Valle *conſ*57. *num.*46. & 47. Corneus *conſ.*246. *volum* 3, qui dicit bis vidiſſe iudices nolentes eam ſeruare; quod etiam dicit Azeuedus *ſup. n.*85. latiſſimè eam expendit Bertacolius poſt tractatum de clauſulis, vbi per plures quæſtiones, & *infra in cap cum contingat.*

Nec etiam obſtat aliud fundamentum ex no- 8
ſtro Textu, ſi quidem ex mente ipſius, & ex eius littera bene conſiderata contrarium deduci poteſt, cum poſt biennium à ceſſatione ſolutionis penſionis, agitur hic ad priuationem rei, cuius ratione ſoluere penſionem iurauit condemnatus; & ſic coincidit noſtra deciſio cum ea, quæ adducitur, *in dicto cap potuit de locato*, vbi emphitheuta non poteſt ob ceſſationem penſionis ſoluendæ priuari emphytheuſi intra biennium; quia proprium eſt eiuſdem contractus, & ab eius exordio,

&

& natura,non ex accidenti,vt ibi abundè dico;&
ſic iura adducta à Gloſſa hic verbo *biennium*,cum
noſtro Textu veniunt interpretanda iuxta deter-
minationem Textus *in d.c.potuit*, non verò iuxta
terminos noſtri dubij.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt benè reſ-
pondeas,aduertes quod in omni Iuramento, ſiue
voto, quamtumuis abſolutè facto includuntur
virtualiter aliquæ conditiones, ſecundùm quas
eſt attendenda Iuramenti,ſiue voti obligatio;quia
cum illis ſubſiſtit; ſecus verò ſine illis, vt com-
muniter docent Doctores *in c. quemadmodum 25.*
hoc tit. per verba ibi: *quoniam in eo talis erat ſub-*
intelligenda conditio, vbi Gloſſa varias adducit
conditiones, quas proſequuntur ibidem Ioannes
Andreas, Panormit. *num.*8. Hoſtienſis *in ſumma*
ſub,hoc tit. §. *quot ſunt ſpecies*,Silueſter verbo *In-*
10 *ramentum* 3.*q*.7. † Et ſunt tres conditiones præ-
cipuæ.Prima eſt,*ſi potuero*; quia nemo ad impoſ-
ſibile obligatur ex regula impoſſibilium *de reg.*
iuris, & ex noſtro Textu ibi: *ſi non neceſſitate,ſed*
voluntate,& ex Textu *in dicto c. quemadmodum 25.*
11 † Secunda eſt ſi licitè potuero,vt conſtat ex tex-
tu *in cap. quintauallis*, vbi plura notabilia videbis
de Iuramento licito, aut illicitæ rei, & notat *in*
cap. 1. *eodem*, *lib.* 6. non enim cenſetur homini
poſſibile quod licitè fieri non poteſt, vt colligi-
tur ex Auguſtino,*lib.contra mendacium*,*c*.27.relato
in c.faciat homo 22.*q*.2.

12 Tertia conditio eſt, *niſi prælatus habens Autho-*
ritatem aliud diſpoſuerit, & hoc vtendo facultate
propriâ iuſtè,vti colligitur, *ex cap. venientes*, *hoc*
tit. de quibus conditionibus videbis quæ tradit
Suarez *de religione*, *lib.* 2. *de Iureiurando*, *cap.*34.
13 † Etenim in omni Iuramento intelligitur Au-
thoritas ſuperioris excepta, vt ex multis notat
Barboſa *in dicto cap. venientes*, *num.* 1. *&* 5. vbi
cum Flaminio Pariſio *de reſignatione benef.* tradit,
14 *lib.*3. *quæſt.* 8. *num.* 110. † Quod iurans aliquid
facere, dum eſt Cardinalis, factus Papa poteſt
contrauenire,& præſumitur iuſta recedendi cau-
ſa à Iuramento, videndus Suarez *ſup. n.*5. *& c.*38.
numero 4.

15 Quo ſuppoſito diſcrimen eſt inter illam con-
ditionem, *ſaluo Iure ſuperioris*, & illam, *ſalua*
Authoritate ſuperioris, nam in hac excipitur au-
thoritas, quam ſuperior habet ad diſpenſandum
in Iuramento ex iuſta cauſa. In prima verò in-
telligitur Ius, aut quaſi dominium, quod ſu-
perior habet in ſubditum, & in actiones eius,ra-
tione cuius non poteſt ſubditus aliquid promit-
tere, quod deroget iuri ſuperioris, iuxta Tex-
tum *in dict. cap. venientes*; quia iurare aliquid
contra Ius ſuperioris, & iurare illicitum, vt ſup-
ponitur ex ratione Textus *in cap. ea te* 22. *hoc tit.*
in verbis ibi: *ſi præſtitum Iuramentum ei quod à te*
nobis tanquam debitum, *eſt præſtandum*, *contrarium*
reputes, *illud illicitum iudicabis*, ex eo, nam iuri
ſuperioris eſſet contrarium; etenim vt licitum
ſit, neceſſario debet intelligi, vt non præiudi-
16 cet Iuri ſuperioris. † Quare, Sanchez *lib.* 8. *de*
matrim. diſp. 17. & Barboſa *in cap. veniens* 6.
hoc tit. per verbum, ibi *ipſum Authoritate noſtra*,
docent quod per Iuramenta inferiorum non po-
teſt Iuri ſuperioris derogari, vbi ita intelligunt,
vt non integrum ſit ſuperiori ex Iuſta cauſa diſ-
penſare, at poſſit derogari ad hunc ſenſum, vt ea
non ſubijciantur eorum liberæ poteſtati, & ideo
conditionem ſubintellectam eſſe in his condi-
tionibus, & votis: *niſi ſuperior*, *iuſta cauſa exi-*
ſtente, *diſpenſauerit*, notat Balboa *in d. c. quemad-*
modum,*n*.5 in ſine.

Sed huic dicto videtur obſtare, quia ſi rem 17
licitam promiſit cum Iuramento, tenetur illud
adimplere; quamuis fortè promiſſio illa iurata
ſit mala, ratione alicuius prohibitionis, vel
alterius circunſtantiæ adiunctæ; & ſic ſi ſubdi-
tus prohibeatur à ſuperiore facere alteri promiſ-
ſionem abſque conſenſu ſuperioris, & poſtea
inferior, promittat rem licitam cum Iuramen-
to ſine conſenſu ſuperioris, tenetur illud ſer-
uare, quia Iuramentum eſt de re licita; licet
promittens peccauerit promittendo contra ſu-
perioris prohibitionem, tradit Bonacina 2.
p. diſp. 4. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *num.* 3. verſiculo
ſeptimo, cum Suarez, Sanchez, & Molina re-
fert Trulench. *in opere*, *mor.* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 1.
dubio 8. *num.* 9. Sed ipſe, *ibi* ait quod ſi pro-
hibitio ſuperioris iuſta eſt, tale Iuramentum
non obligare; quia non videtur de re lici-
ta; & ſic intelliguntur dicta, *n. præced.*

Vnde euenit quod prædicta conditio, non ſo- 18
lùm intelligatur de Iure ſummi Pontificis, quod
ſemper excipitur in omnium fidelium Iuramen-
tis, ſed etiam intelligi reſpectiuè de Iure cuiu-
cumque Epiſcopi, vel Prælati, aut ſuperio-
ris reſpectu inferiorum; quia eadem eſt pro-
portionis ratio, docet Balboa *in dicto cap.*
quemadmodum, *hoc tit. num.* 7. † Vbi addit 19
cum Silueſtro verbo *Iuramentum* 4. *quæſt.* 15.
Corſeto *in tract. de Iuramento priuilegio* 27. *nu-*
mero 47. idem procedere & reſpectu Principum,
& poteſtatum ſæcularium in his, quæ licitè,
haud prohibere poſſunt. † Imo & intleligen- 20
dam eſſe eandem conditionem de quocumque
Iure boni communis, aut tertij, quando Ius
illud vel eſt iuſtitiæ, vel cadit ſub obligatione
alicuius virtutis;quia eo modo Iuramentum non
obligat cum Tertij præiudicio iuxta Textum *in*
cap. ſicut tuis, *hoc tit. cap.* 2. *eodem*, *lib.* 6. & aliis
in Iuribus, etenim talis ea conditio eſt, quoad
valorem Iuramenti,vt non redundet in præiudi-
cium tertij.

Itaque Villalobos *in ſumma p.*2. *tract.*36. *dif.*5. 21
num. 14. cum Couarruuias *in cap. quamuis pa-*
ctum de pactis 2. *p.* §. 4. *in principio*, ait vt
quando pomiſſio, ſeu propoſitum de aliquo
opere faciendo ſecum habeat aliquã tacitam con-
ditionem, & ſimilimodo eam in Iuramento con-
tineri, quia Iuramentum eſt acceſſorium, & ſe-
quitur naturam principalis contractus, cui ad-
hæret. * Veluti ſi promiſiſti alicui virgini eam 22
in vxorem adducere, & illi alteri copulauit;
quia tunc non teneris eam in vxorem ducere de
Iuramento conditionali & de aliis diuiſioni-
bus eius Suarez *lib.* 1. *de Iuramento*, *nu-*
mero 3. *de religione*, *cap.* 6. Fluuius *tract.* 25.
cap. 3. cum aliis Egidius Trulench. *in opere*
morali, *lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 3. *& numero* 6.
Caietanus *in* 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 7. Leſſius, Et
alij apud Bonacinam *à num.* 2. *diſputat.* 4. *p.*3.
numero 2.

Ob id ergo iam incidimus in aliam conditio- 23
nem; quæ in Iuramento tacitè ſub intelligi-
tur, nempe: *ſi res non fuerit notabiliter mutata*,
ſeu *in eodem ſtatu non permanſerit*, de qua D.Tho-
mas loquens 1. 2. *quæſt.* 98. *art.* 7. *in corpore* ait,
quod poteſt eſſe Iuramentum à principio obli-
gatorium; poſtea verò per nouam mutationem
fieri impoſſibilem eius impletionem;& ideo non

obligare; & addit Balboa *in dict. cap. quemadmodum 25. hoc tit.* non ſolùm id intelligendum de conditione ſimpliciter impoſſibili, ſed etiam de difficili, aut indecente, vt non ſit veroſi-
24 mile fuiſſe intentum à iurante. † Et ſic Panormit. & Innocentius, *in cap. veniens, hoc tit.* conſtituunt regulam generalem, vt ſi tanta mutatio rerum facta eſt, vt veroſimile ſit iurantem non habuiſſe intentionem ſe obligandi ad rem adeo difficilem, aut indecentem; tunc intelligi, vt Iuramentum illum caſum non comprehendat; & de hoc puncto eſſe intelligendos Textus, *in cap. petitio, cap. breui, dict. cap. veniens, dict. cap. quemadmodum, hoc titulo, cap. ne quis 22. quæſt. 2. l. cum quis, ff. de ſolution.*

25 Etenim Iuramentum nunquam trahitur ad non cogitata, vt docent Tyraquellus *in l. ſi vnquam in principio, num. 166. & 170. Cod. de reuocand. donat.* Caldas Pereira *in fine tractatus de poteſtate eligendi*, in reſponſo pro Roderico de Silua in fine, Maſcardus *de probationibus, concluſ. 1264. num. 18.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancellaria, Gloſſa 9. §. 5. num. 28.* Flamin *de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 13.* Guttierrez *de tutelis, p. 1. cap. 71. num. 6. & in pract. lib. 3. quæſt. 43. n. 38.* Surdus *dec. 288.* Et videbis dicta *infra in cap. veritatis, q. 1.* verſic. *ad tertiam.*

26 Infero ex his, quod qui iurat, aliquid facere, quod poſtea ſit impoſſibile; veluti ſi ſoluere iurauit, & poſtea poſſibile non fuit ad ſolutionem, non tenetur, vt docent ſilueſter verb. *Iuramentum 4. quæſt. 25.* ſed addit Villalobos *in ſumma, p 2. dicta diſ. 5. tract. 36 num. 19.* quod ſi iurauit ad pinguiorem fortunam venerit, te-
27 netur ſoluere ſtatim, cum potuerit. † Imo addit etiam, quod ſi iurauit ſoluere ad certum diem, eo tranſacto, non ob id liberari ab obligatione Iuramenti; quia illud Iuramentum obligat duplici modo, ad ſoluendum ſcilicet intra talem diem; & ſic tunc non ſoluit, adhuc tenetur ſoluere, die, ſeu termino tranſacto, *ex l. Celſus, ff. de arbitris*, quod vberius intelliges ex his, quæ notaui, *in cap. cum dilecti 6 de dolo, & contumacia, quæſt. 1.* vbi egi de illo, qui eſt obligatus ad comparendum intra terminum, an eo tranſacto, adhuc ſit comparare obligatus.

28 Tamen ſi aliquis iurat ſub aliqua conditione, ſi ipſa non venerit, ſeu adimpleatur, non tenetur promiſſionem iuratam adimplere. Ob idque ſi duo inſimul iurant, vnus de dando alij equum, & alter de dando centum aureos, ſi vnus non adimplet, nec altem adimplere tenetur, vt docet Abbas *in cap. peruenit. 2. hoc tit. 3. in ordine*, vbi latè dixi, *quæſt. 3.* quod verum eſt, ſi illorum obligationes correlatiuæ ſint; ſecus ſi omnino diſtinctæ; quia tunc hoc in caſu, etiam ſi vnus non adimplet, alter adimplere tenetur, tradit Villalobos *in ſumma, d. p. 2. tract. 36. num. 23.*

29 Ex prædictis enim poteſt dici, quod omne Iuramentum eſt conditionale, non eſto quod conditio expreſſa in eo poſita non ſit, vt in caſu præcedenti, tamen ſemper ei conditio tacitè ineſt; ea nempe *ſi potuero*, aut *ſi res non ſit notabiliter mutata*, vel *ſi ſuperior conſentiat*, vel *quod Ius tertij non lædatur*, aut aliæ ſimiles, ob idque nullum dari Iuramentum abſolutum, ſed Gloſſa *in dicto cap. quemadmodum, hoc titulo*, verbo *conditio*, quam ſequitur, *ibi* Balboa *num. 11.* reſpondet negando quod ex dictis ſequatur omne Iuramentum eſſe conditionale ex regula Textus *in l. conditiones, ff. de Condition. & demonſtration.* ibi, *conditiones extrinſecus, non ex teſtamento venientes, id eſt quæ tacitæ eſſe videntur, non faciunt legata conditionalia*: & ſic ſentit Gloſſa illud eſſe abſolutum Iuramentum, quod non habet conditionem additam ex particulari iurantis intentione, & ideo ait illud eſſe conditionatum, quando talis conditio additur. † Et ſic *ibi* Panor- 30
mit. non fieri conditionatum ait, etiam ſi conditio ſub intellecta exprimatur, ſicut nec aliæ diſpoſitiones conditionales fiunt, ſi exprimatur conditio, quæ aliàs neceſſario ineſt iuxta Textum *in l. 3 ff. de leg 3.* vbi Doctores *& in cap. ſignificaſti de electione.*

Etenim vt ſatisfaciat Balboa poſtquam dixit, 31
in dicto cap. quemadmodum 25. hoc tit. num. 11. negari non poſſe dari iuramentum abſolutum, ſicut etiã votum diſtinguitur in abſolutum, & conditionatum, (de quo ſuo loco dicam) ſic & notabiliter docet conſtitui differentiam inter abſolutum Iuramentum & conditionatum; quia abſolutum cadit in propoſitione ſimpliciter abſoluta, vt v. g. *hoc faciam, illud dabo*, quod non tam includere conditionem, quam eam præſupponere; ſed Iuramentum conditionale cadere in propoſitione conditionali, quam vocant Theologi *hypotheticam*, non præſupponendo conditionem, vt res illa fiat, ſed illam expectando, veluti *Iuro me daturum eleemoſynam, ſi Nauis ex India venerit.*
† Itaque eam differentiam adſtruit, quod in iu- 32
ramento abſoluto illa conditio ſubintellecta, non ſuſpendit obligationem, ſed ſtatim obligat, ſi conditio ſubintellecta, quæ eſt de præſenti, non exiſtit, nec propter futuras, non ſuſpenditur obligatio; licet poſtea ceſſare poſſit. Verùm Iuramentum conditionale habet quaſi ſuſpenſam obligationem; donec conditio impleatur, vt patet in ſponſalibus nam ſi conditionalia ſunt, non oritur ex illis ſtatim impedimentum publicæ honeſtatis *cap. vnde, §. vnde de ſponſal. lib. 6.* quoniam ex tunc non induxerunt propriam obligationem ad matrimonium; quod ſecus eſt in ſponſalibus abſolutis, de quo latè pergit Balboa *à n. 13.* videndus, & faciunt quæ adducit Pichardus plura congerens *in §. omnis ſtipulatio 2. inſtit de verb. oblig.*

Ad tertiam quæſtionis partem de conditione, 33
quæ tacitè ineſt *ſi potuero*; exactè reſpondebis ex proximè dictis ex verſic *ad ſecundam.*

Et pro complemento huius Textus notabis 34
cum Barboſa *in addition. p. 6.* ad verba noſtri Textus ibi: *non neceſſitate, ſed voluntate*, quod ceſſans ob paupertatem ſoluere etiam, vbi Iuramentum de ſoluendo appoſitum fuerit, excuſatur, vt dicit Baldus *hic num. 5.* Couarruuias *lib. 2. variar. cap. 1. num. 9.* verſic. *quoties vero.* Suarez *in theſauro receptarum ſentent. littera. D, num. 70* vbi limitat, niſi tempore contractus adeſſet difficultas. † Et Surdus *de alimentis, tit. 1. quæſt. 48.* 35
num. 37. dicit quod paupertas excuſat à mora, à periurio, & pœna, & ex his inducit quod iurans non opponere compenſationem, ſi paupertate præmatur, Iuramento non obſtante, poterit compenſare, ſic cum Pariſio *conſ. 121. numero 41. lib. 1.* Hieronimo Gruto *reſponſione 121. numero 4. lib. 1.* quos ſequitur Petrus, Ioannes, Ancharran. *quæſt. famil. lib. 1. quæſt 2. num. 5.* Vide Vincentium Corſetum de locato, & conducto, *p. 2. tit. de effectibus location.*

tion. ad longum tempus, *q.6. n.*38. *&* 39. Mantica *de tacitis*, *& ambiguis conuent. lib.* 22. *tit.*27.*n.*54. Beníncaſium *de paupertate*, *ſpec.*9. *n.*4. Ioannem Anton. Trigon. *ſingulari* 33. *num.*4. Ioannem de Arnon *ſing.* 33. *num.* 4. de quibus in ſuis locis latè.

AD TEXTVM
IN CAPITE XI.
Tua nos, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

1 DE hoc textu, quatenus etiam claudit materiam periurij, dico *infrà in cap. breui* 17. *hoc tit.* Quatenus verò agirde iurāte aliquam rem dare, & poſtea eandem alteri dare iurat, quale valeat iuramentum, dico *infrà in cap. ea te hoc tit.* & dixi nonnulla, *in cap. peruenit & l.*2. *q.*1. verſic. *ad vltimam.* II. Et quatenus ex verbis ibi: *Cum Clericos Religioſi iuriſiurandi religione conſtringunt ad maiorem ſolito penſionem ſoluendam, vel præſtandum aliquid beneficij, præter ſolitam penſionem. Cum autem inſtituuntur ab Epiſcopis, iurant, quod antiquam penſionem, & ſolitam non augebunt*, &c. Per hæc verba poteſt applicari materia textus, *in cap. niſi eſſent* 20. *de prabend.* vbi an pro bono pacis ſine authoritate Pontificis poſſit penſio cnnſtitui. III. Item tradita, *ſuprà in cap. præcedenti*, verſic. *vt primam*, per totum dubium. Et applicabis materiam textus, *in cap. ſicut noſtris* 27. *hoc tit.* vbi quod iuramentum contra vtilitatem Eccleſiæ præſtitum, non valet; & facit materia textus, *in cap. ſignificauit* 13. *de cenſibus*, vbi dicitur, quod qui recipit iuramentum de nouo cenſu impoſito Eccleſiæ perſoluendo, compellitur iurantem abſoluere. IV. Et applicabis materiam textus, *in cap. petitio* 31. & melius textus, *in cap. intellecto* 33. *hoc tit.* V. Et nonnulla, quæ adduxi, *ſuprà in cap.*4. *&* 5. *hoc tit.* & alia, quæ adduxi, *ſuprà in cap.*2. *q.*1. in verſic. *ad primam*, & verſic. *ad quartam*; ex his deſcendam ad nonnullas quæſtiones, quæ cum facto huius textus adaptantur: ad plura alia videbis, quæ dico *infra in cap. cum contingat hoc tit.* VI. Interim applicabis Ceuallos *pract.*118. vbi agit de quæſtione vtrum valeat alienatio feudi dotalis facta à muliere cum iuramento, quando prius iurauit non alienare, de quo Gratianus *reg.*276. Et an iuramentum de non reuocando teſtamentum valeat, Couarruu. *de teſtam. in* 2.*p. Rubrica à n.*9. Et applicabis quæ tradit Riccius *collect.*395. ad textum, *in l. ſi quis in princip. ff. de leg.* 3. ſi prima voluntas eſt derogaroria vltimæ, quæ valeat: Et *collect.*676. ad textum, *in leg. pacta nouiſſima, Cod. de pactis*, vbi dicit quod vltima derogant prioribus, ibi plura mouet in vtraque collectanea.

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Cum quidam, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi & Clerici, cum iurant, quare ſacra non tangant. Et grauius peccent quam laici peierando grauiuſque, puniuntur maiores, & nobiles.*

QVATENVS hic agitur de periurio Epiſcopi, videbis quæ dico *infrà in cap. breui* 17. *hoc tit.* & quatenus ex hoc textu deducunt Doctores, quod Clerici magis dicuntur peccare, quàm laici: & grauius puniendi, & quod plus puniantur maiores, quàm minores, nobiles, quam ignobiles, & de aliis videbis quæ congerunt hic Barboſa, & Zenedus *collect.* 64. cum multis per eos relatis: & leges Couarruu. *lib.*2. *Variar. cap.*9. Bartolum *in l. quadam, ff. de pœnis*, Tiraquellum *de nobilitate*, *cap.*20. *à n.*10. Et applicabis quæ tradit Narbona *in* 3. *recop. lib.*2. *tit.*4. *l.*61. *gloſſa* 1. *&* 2. & *l.*14. cum ſuis Gloſſis *tit.*2. *lib.*6. *recopilat.* vbi agit latè de priuilegiis nobilium. 1

Vnum tamen notabis, vt cum grauius peccent Epiſcopi, & Sacerdotes peierando ex ratione textus noſtri; ideo etſi ex dictis, *ſuprà in cap.*4. *hoc tit.* iurantes ſacra tangant iurando in pluribus caſibus eam formam, ſeu aliam requirentibus: tamen Theodoſius *in l.*8. *C. de Epiſcopis, & Cleric.* & Iuſtinian. *Nouella* 123. §. *nulli verò*, voluerunt vt quando dicere teſtimonium Sacerdotes, erat neceſſe citra quæſtionis iniuriam poſſent perhibere; & quod quando dicunt teſtimonium non iurent, ſed propoſitis tantùm Sacroſanctis Euangeliis; ſecundum quod decet Sacerdotes dicant ea, quæ nouerint, non tamen iurent; quia vt dicunt Cynus *ac leg.*7. *C. eod.* talia eſſe ea priuilegia, vt minimè eis renuntient; quia incōueniens eſſet, vt de Flaminidiali docet Anaſtaſius Germonius *de immunitatib. lib.*1. *cap.*5. de rebus minimis. fidem non haberi, quibus Sacræ, & Maximæ ſunt creditæ, nec eſſe veroſimile eos ob ſui, alteriuſve commodum velle peierare; quia ſunt Sacroſancti iuxta ea, quæ tradit Honorius Imperator, *in l.*10. *Cod. eodem*, tradit ipſe Anaſtaſius *lib.*2. *cap.*20. *n.*15. cum aliis, & melius, *cap.*19. *à n.*10. *ex l.*1. *&* 2. *Cod. Theodoſ. de Epiſcop. Iudicio*, vbi quamquam alij eas leges de Epiſcopis intelligūt, eas porrigit ad Clericos. 2

AD TEXTVM
IN §. ILLI VERO
In dicto CAP. cum quidam.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Pater non poteſt etiam cum iuramento priuare filio alimentis.*

2 *Iurando*

5 *Iurantes non loqui Patri, aut Matri, Sorori, aut illis humanitatis officium non exhibere abſoluendi ſunt ab obſeruantia illius.*

1 LEx verba huius §. quatenus agit, quod
non valet iuramentum de non præbendo
ſubſidium conjuncto, poteſt agi de ma-
teria eleemoſynæ, quando obliget, vel non.
Item, & de aliis operibus charitatis, de quibus
2 ago, *in cap. inter opera de ſponſalibus.* † Sed qua-
tenus iuramentum, de quo hic illicitum dici-
tur; adiunges quæ dico *infrà in c. quintauallis* 23.
hoc tit. & alia, quæ dixi *in cap.* 1. *&* 2. *hoc tit.* vbi
agi de turpi illicito, ſeu meticuloſo iuramento.
3 † Et quatenus *hic* Barboſa *n.*6. verſic. *cum illi-
citum*, notat quod pater non poteſt etiam cum
iuramento filium priuare alimentis, dico *infrà*
latè de hac materia, *in cap. cum haberet* 5. *de eo,*
4 *qui dixit, quam polluit per adulterium.* † Et de ex-
plicatione huius, §. an abſolutio fieri debeat à
iuramento nullo? Leges Balboam *in d. cap.* 1. *hoc
tit. à n.*21. *&* 26. Barboſam *num.*5. de quo ſtatim
5 in quæſtione ſequenti. † Et quatenus *ibi* dici-
tur, vt illi, qui iurant, non loqui Patri, vel
Matri, Sorori, vel Fratri, aut eis humanitatis
officium non exhibere, abſoluendi ſunt ab il-
lius obſeruantia iuramenti, cum illicitum ſit.
Applicabis latè dicta *cap.* 1. *de relaxatione iura-
menti.*

QVÆSTIO I.

An qui iuramentum illicitum, ſiue nullum fecerunt indigeant abſolutione ab ipſo: Et an iuramentum, quod nequit impleri, ſine culpa veniali obliget, necne, aut abſolutione egeat: Et an poßit iurans propriâ authoritate contrauenire iuramento materiæ malæ, aut indifferentis?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum nullum, nulla indiget abſolutione, niſi fortè declaratiua, vt hic n.*2. *&* 3.
3 *Textus noſter expenditur, num.*4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *&* 11.
5 *Obligatio de ſubueniendo parentibus, quando obliget, n.*6. 7. 8. 9. 10. *&* 11.
7 *Locutio cum proximo nunquid ſit præcepta.*
12 *Iurans facturus ſine animo, videtur falſum iurare.*
13 *Iuramentum promiſſorium venialis actus, quale peccatum gignat, n.*14. *&* 15.
16 *Iuramentum obligat, quoties eſt ſine animæ diſpendio, n.*17. 18. 19. 20. 21. 22.
20 *Iuramentum dicitur temerarium, ſi aliquid promiſſum ſit, venialem culpam continens.*
21 *Peccatum veniale, etiam vergit in diſpendium ſalutis æternæ.*
22 *Iurans poteſt propriâ authoritate contrauenire iuramento materiæ malæ abſque relaxatione, n.*23. *&* 24.
23 Cap. venerabilem de electione.

1 AD primam quæſtionis partem videtur affir-
matiuè reſpondendum, tum ex textu, *in
cap. debitores, cap. ad noſtram* 7. *cap.* 1. *cap. ſi vero,
cap. verum*, & ex aliis huius tituli. Tum ex lit-
terâ textus noſtri; quia loquens de illis, qui iu-
ramentum illicitum fecerunt, docet adhuc ab-
ſoluendos eſſe ab obſeruantia talis iuramenti;
ergo ſignificat textus obligationem inductam
eſſe; quamuis eſſet de re illicita, qualis eſt non
loqui Patri, vel Matri, vel Sorori, vel Fratri,
ſecundùm ea, quæ dico *infrà quæſt.*2. principali.
Vel ſi iurent eis non exhibere humanitatis offi-
cia, cúmque hæc difficultas diu torſerit inge-
nia interpretum, vt notat Balboa *in cap.* 1. *n.*26.
hoc tit. † Imò & Barboſa *hic ſub num.*5. addat 2
quod hæc concluſio patitur difficultatem; quia
hoc iuramentum eſt contra præceptum Decalo-
gi de diligendo parentibus, de quo *in leg. veluti,
ff. de Iuſtitia & Iure,* ac ſubinde vt illicitum nul-
latenus debuerit obligare iuxta textum, *in cap.
quanto hoc tit.* cuius contrarium ſignificat textus
noſter, cum illius abſolutio ſupponat vinculi
obligationem: argumento textus, *in l. decem, ff.
de verb. obligat.* Ideo exiſtimo proculdubio di-
cendum tale iuramentum, de quo iſte textus lo-
quitur non obligare iuxta expreſſa Auguſtini
verba relata, *in cap. inter cætera* 22. *q.*4. vbi ex-
preſsè dicitur ſic iuranti eſſe imponendam pœ-
nitentiam, non quia iuramentum non impleuit,
ſed quia iniquè iurauit.

Vnde dicendum eſt verbum poſitum in hoc 3
textu, ſcilicet *abſoluendi*, intelligendum eſſe de
abſolutione declaratiua nullitatis vinculi, non
verò de abſolutione vinculi diſſolutiua, quaſi
ſit ſenſus, taliter iurantes, licet peccauerint iu-
rando, declarandos eſſe illos eſſe abſolutos ab
obligatione iuramenti; quia per illud nullum
vinculum eſt contractum: ita colligit Barboſa
*hic ſub dicto n.*5. cum Suarez *tom.*2. *de religione de
Iureiurando, lib.*2. *cap.*15. *n.*8. & cum Sanchez
*in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*3. *cap.*9. *num.*13.
vbi ait huiuſmodi iuramentum nullâ indigere
relaxatione, ſed poſſe iurantem propriâ autho-
ritate ei contrauenire. † Et Balboa *vbi ſuprà* 4
*num.*30. vbi etiam dicit non eſſe nouum in Iure
hunc loquendi modum, vt conſtat ex textu, *in
cap. audiuimus* 24. *q.*1. vbi quamuis excommu-
nicatio in aliquem lata ab excommunicato nulla
ſit, denotat textus eſſe adhuc abſoluendam,
vbi verbum *abſoluere*, non ſignificat ſolutionem
à vinculo excommunicationis, ſed declaratio-
nem, vt ibidem notat Gloſſa *ibi*, id eſt, *abſolu-
to eſſe oſtendendo,* id eſt, *non ligatos,* quam inter-
pretationem ante omnes ſenſerat Panormitanus,
& eſt optimus textus, *in cap. ſi diligenti* 17. *de
Simonia*, vbi Gloſſa verb. *abſoluimus.*

Nec audiendi ſunt plures, qui conantur alios 5
intellectus adducere, non Innocentius, & Feli-
nus dicentes in ſpecie noſtri textus, neceſſariam
fuiſſe abſolutionem illius iuramenti, eo quod
non eſſet ita malum, quin aliquando ſine pecca-
to poſſet obſeruari, v. g. non ſubueniendo pa-
rentibus, quando non indigerent, nec cum illis
loquendo ſi neceſſarium non eſſet, longè ex-
pendit Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 2. *p.
in princip. ſub n.*4. omnino videndus: vbi dicit,
quod hoc iuramentum in ſpecie noſtra fuit ſim-
pliciter illicitum, & contra rationem, vt hic
Pontifex affirmat ibi: *Cum illicitum ſit, & con-
trarium rationi*, quem etiam videbis plura addu-
centem, *in d. cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 6. *n.*6.
verſic. *tertius*, & verſic. *ſexto adhuc*, vbi agit de
iuramento, quo res illicita promittitur, quando
mortalem, quando venialem culpam inducat, de
quo *infrà q.*2. & *in cap. quintauallis hoc tit.*

Nec

6 Nec item eſt audiendus idem Couarruuias, qui vt verum intellectum noſtri, §. demóſtraret, poſtquam alios intellectus improbauerit, ait *in dicto cap. quamuis pactum* 2. n.4. ſub verſic. *verum in fine*, hic forſan abſolutionem prærequiſitam fuiſſe, non à iuramento, ſed à peccato, quod iurans commiſerit temerè iurando; ſiquidem manifeſtum eſt iuramẽtum, de quo hic fuiſſe temerarium, cum fuerit illicitum iuxta textum, *in d. cap. inter cætera* 22. *quæſt*.4. quia cum expreſsè Pontifex hic colloquatur de abſolutione ab obſeruantia Iuramenti, & dicat etiam eſſe iniungendam pœnitentiam iuranti; eo quod malè iurauit; ſequitur dicendum, quod hic de duobus ſeparatim textus loquatur; & ſic aliam eſſe abſolutionem ab obſeruantia iuramenti; aliam ſcilicet peccati malè iurantis, vt ſentit Balboa *in d. cap.* 1. *hoc tit n*.30.

7 Nec debet admitti alius intellectus Hoſtienſis, Imolæ, Panormitani, & Gloſſæ *hic*, quem admittit, & dicit verum Couarruu. *ſub d n*.4. *in princip*. vbi poſtquam dixerit, quod non loqui proximo, eſt contra charitatem, erga extraneos, erga Patrem eſſe contrarium paternæ reuerentiæ; item & non ſubuenire, repugnet rationi naturali, iuxta textum, *in d. cap. inter cætera* 22. q.2. *l. ſi quis à liberis*, §. *parens*, *ff. de liberis agnoſcend.* ait id eo cum hic præmittatur iuramentum eſſe illicitum ex parte iurantis, & nihilominus debeat eum habere ſenſum, vt abſolutio ad cautelam potius in ea ſpecie, quàm neceſſario
8 requiratur. † Tamen Balboa reiicit prædictam ſolutionem, *vbi ſuprà in d. cap.* 1. *hoc tit. num*.29. dicens nulla ratione eſſe admittendam; quia cum res promiſſa hic in noſtro textu ſit apertè iniqua ſuperuacuam penitus eſſe talem cautelam, taliter quod nullo modo Ius Canonicum potuiſſet illam cautelam petere; quia hoc eſſet in dubium reuocare, an iuramentum rei
9 iniquæ obligaret. † Et confirmatur ex doctrina Bartoli, quam omnes admittunt, *in l. ſi quis pro eo*, *ff. de fideiuſſorib. num*.6. quatenus cum eo omnes aſſerunt promiſſionem actus turpis, contractumve turpitudinem continentem, nullo modo iuramento confirmari; quia iuramentum, quo turpe quid promittitur, minimè debet ſeruari, nec obligat, cum ei deſit Comes neceſſarius, nempe iuſtitia; ob ídque nullam obligationem inducere, nec neceſſaria ſit abſolutio à vinculo talis iuramenti iuxta communem omnium opinionem, *in cap. cum contingat hoc tit*.

10 Item nec eſt admittendus alius intellectus fundatus in vera quadam doctrina, nempe vt neceſſaria ſit abſolutio à iuramento, quoties id aliquo caſu poteſt obſeruari ſine interitu ſalutis æternæ; licet eius obſeruatio peccatum inducat aliquo caſu; ob ídque ſi promiſſio iurata contineat id, quod bonis moribus repugnat regulariter, aliquo tamen caſu promiſſum ſit, erit neceſſaria abſolutio ad hunc effectum, vt etiam in eo caſu non habeat iuramentum vim obligandi: ita Cardinalis, Innocent. & Felinus *hic*, Andreas Alciatus *in d. cap. cum contingat: num*.80. & Antonius *hic*, qui ponunt exemplum iuxta textum noſtrum, vt ſi quis iurauerit non alloqui parentes; quia poteſt contingere, quod obſeruatio illius iuramenti, non ſit peccatum, & poſſit omittere loquelam iſtam abſque vllo vitio, & culpa; nempe cum parentes non indigerent hac familiaritate, nec eſſet opportuna, aut conueniens, atque ideo quoad iſtos caſus, quos iuramentum potuit iuſte comprehendere, & comprehendit abſolutionem eſſe neceſſariam.
† Verùm Couarruu. optimo iure hanc inter- 11
pretationem reiicit, vtpotè quæ non adaptatur litteræ textus noſtri, in quo certum eſt tale iuramentum illicitum fuiſſe, & contrarium bonis moribus naturalibus; ob ídque pro ea parte, qua iuramentum illicitum eſt, non poſſe congrue veram abſolutionem ab eo contingere ex his, quæ latè ipſe Couarruu. adducit, *in d. cap. quamuis pactum*, 1.p. §.6. in verſic. *tertius*, per textum noſtrum, *cap. ſi vero hoc tit. cap. in malis*, *cap. qui Sacramentum*, cum multis aliis, 22. q.4. *cap. non eſt obligatorium de reg. iur.* vbi probant Doctores quod iuramentum vergens in diſpendium ſalutis æternæ, nullo modo debet ſeruari; quia eſt impia promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpon- 12
deam præmitto, quod ſi quis, v. g. iurat facturum ſine animo implendi, falſum iurare videtur, quod magis cauendum eſt, quàm peccatum, quod committi poteſt habendo tale propoſitum: nam etſi in vtroque caſu iuramentum vanum ſit, at iurando rem leuem ſine propoſito adimplendi, eſt peccatum mortale; iurando verò cum propoſito, erit peccatum veniale, vt eleganter explicat Suarez *de religione*, *lib*.2. *de Iuramento*, *cap*.15. *n*.4. benè ex multis expendit nouiſſimè Trullenq. *in opere morali*, *lib*.2. *cap*.1. §.10. *à n*.4. Balboa *in cap*.1. *hoc tit. ſub num*.25. de quo latè *in cap. etſi Chriſtus*, tradit Couarruu. *in dicto cap. quamuis pactum*, *p*.1. §.6. *n*.3. verſic. *tertio patet*.

Deinde aduertes iuramentum promiſſorium 13
venialis actus, & culpæ veniale peccatum eſſe; quia etſi iurans adimpleat quod promiſit, ſolum venialiter peccat, & qui iurat veniale opus facturum, non ſe illa quęat, ne iuramentum implere poſſit, niſi tantùm ſub reatu veniali: vnde non peccat, dum iurat, niſi venialiter, vt in ſpecie notant Caietanus 2. 2. q.89. *art*.7. *in reſponſione ad* 2. Silueſter verbo *iuramentum* 4. q.1. & verbo *iuramentum* 2. q.2. idem Caietanus *in Summa*, verb. *periurium promiſſorium*, Couarruu. *in d. cap. quamuis pactum* 1.p. §.6. *ſub n*.6. verſic. *hinc*, adducit Catharinum dicentem cauendum eſſe ab hac opinione, contra quem iam hodie
præfatam aſſertionem omnes amplectuntur. † Et 14
ſic dixit Trullenq. *in opere morali d.* 2.*p. cap*.1. *dub*.8. *ſub n*.3. quod qui iurat verbum iocoſum dictum, aut officioſum mendacium, peccat tantùm venialiter iurando, & adimplendo, optimè Villalobos *in Summa*, *p*.2. *tract*.36. *diffic*.5.
n.9. verſic. *tercera concluſion*. † Vbi dicit quod 15
iuramentum frangere in re leui, quamuis ea ſit totalis iuramenti materia, eſt peccatum veniale veluti, ſi iuraſti, *vnam Aue Mariam recitare*, ſic ex Archidiacono *in cap. ſi aliquid* 22 q.4 Soto *de Iuſtitia lib* 8. *q*.2. *art*.3. Nauarro *cap*.11. *n* 10. & 50. Aragon 2. 2. *dict. q*.89. *art*.3. Azor *tom*.1. *lib*.11. *cap*.5. *q*.3. & refert *ibi n*.10. contrarium tenentes, nempe quod peccet mortaliter, inter quos Couarruuias *lib*.1. *Variar. cap*.1. *n*.2. Caietanum *d. q* 89. *articulo* 7. *ad primum*, Armilam, verb. *iuramentum* 12. Tabienam *n*.11. Philiarcum *de officio Sacerdotum*, *tom*.1. *lib*.3. *cap*.3.

Tertiò præmittes quod omne iuramentum, 16
quod ſine animæ periculo obſeruari poteſt, eſt ſeruandum

ſeruandum omnino; quia ſic id expoſcit honor debitus Deo, ne alias Deo hæc iniuria irrogatur, vt in teſtem fidelis promiſſionis adducatur; itaque docent D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.*7. Couarru. *in dict. cap. quamuis pactum* 2.*p.* §.2.

17 † Tunc dici iuramentum ſeruari poſſe abſque diſpendio ſalutis æternæ quoties id, quod promittitur ex parte promittentis, & iurantis nullum continet peccatum, vt colligitur, *ex cap.*1. *cap. debitores, cap. cum contingat hoc tit.*

18 Vnde videtur dicendum iuramentum tantum, cuius implementum non tranſgreditur plus, quàm ad culpam venialem, non tollere obligationem iurantis, nec indigere abſolutione; quia præfata intelliguntur de iuramento, cuius implementum tendit in diſpendium ſalutis æternæ, & animam iurantis perdunt iuxta textum, *in dict. cap. ſi vero, cap. cum contingat hoc tit.* quod in peccato veniali non procedit.

19 † Et confirmatur, nam minus malum eſt peccare venialiter, quàm falſum iurare; ſed ſi iuramentum non obſeruatur propter vitandum peccatum, redditur falſum. Ergo non obſtante peccato veniali, potius debet impleri iuramentum, quàm peierare, cum tunc ſolùm non liceat implere iuramentum, quando hoc eſt minus malum, vt probatur, *in cap.*1. *diſt.*13. & *in cap. iurauit, cap. non ſolùm* 22. *q.*4.

20 Adhuc tamen cum Gloſſa *in c. ſi aliquid* 22.*q.*4. Ioannes Andreas, Dominicus, & Franc. *in cap. quamuis pactum, lib.*6. *de pactis*, vbi Georgius Naam *notab.*7. & cum aliis Couarruu. *ibi dict.*2. *p.* §.6. *ſub n.*6. verſic. *quarto*, tenet iuramentum, tunc temerarium dici, cum aliquid promittitur quod culpam venialem habet; ideoque euenit, vt ſi iuramentum ſit de opere, quod ſine culpa veniali impleri non poteſt, nullam adhuc inducat obligationem, vulgò notatur *in cap. quanto hoc tit.* vbi generaliter dicitur iuramentum de re illicita, non eſſe obſeruandum; quia res illicita dicitur quæ continet peccatum veniale: ſic Balboa *in dicto cap.*1. *hoc tit. à n* 22. nam cum veniale peccatum opponatur feruore charitatis, conſequitur ex hoc nullam poſſe etiam præſtito iuramento, conſtitui obligationem ad id agendum, quod venialem habet culpam, atque ideo maximam eſſe temeritatem iuramento promittere rem hac culpa dignam, vt notant Abb. & Felinus *in d. cap. ſi vero hoc tit.* Couarruu. *in d cap. quamuis pactum* 1.*p.* §.6. *ſub d. n* 6. verſic. *quarto*
21 *in fine.* † Et ſic Suarez ex Sanctorum Patrum doctrina, *d.lib.*2. *de iuram.c.*15.*n.*3. docet quod peccatum veniale, etiam vergit in diſpendium ſalutis æternæ; quia licet veniale non priuet per ſe, & immediatè vitâ æternâ, nihilominus, quatenus de ſe diſponit ad mortale, & reddit hominem aliquomodo indiſpoſitum ad perfectum Dei amorem merito dici poſſit vergere in diſpendium ſalutis æternæ, & notanter ſequitur Balboa *in d c.*1. *n.*14 ait hoc idem eſſe, quod alia iura vocant vergere in priorem exitum, vt dicitur, *in c ſi aliquid* 1. & 2.*q.*22. qui improbat, *num* 23. quandam diſtinctionem Couarr. & Panormitan. qua reſponderi poterat ad obiectionem *ſuprà* propoſitam.

22 Ad tertiam quæſtionis partem, vt ſatius reſpondeas aduertes ad ea, quæ adduxi, *ſup. in cap. peruenit* 3, *hoc tit.* & ad ibi notata, quibus præhabitis nunc breuiter reſpondebis, quod etſi Gloſſ. *in c.fin.* verb. *confirmauit* 22.*q.*4. doceat non poſſe iurantem propriâ authoritate contrauenire iuramento materiæ malæ, aut indifferentis, ſed indigere relaxatione, adducens ad propoſitum textum noſtrum, & textum, *in cap. venerabilem*, verb. *id etiam de electione*, vbi dicitur iuramento illicito non eſſe contraueniendum abſque ſuperioris authoritate. † Tamen ex dictis *ſup.* in prima parte 23
huius quæſtionis dicendum eſt, tale iuramentum nulla indigere relaxatione, ſed poſſe iurantem propriâ authoritate ei contrauenire, cum conſtet non eſſe obligatorium iuxta ea, quæ tradunt Guttierr. *de Iuram. confirm.* 1.*p.cap.*72. Barboſ. *in l.alia* 15. §. *eleganter à n.*28. *ff. ſolutio matrim.* Couarr *in d.cap. quamuis pactum*, 1.*p.*§.8.*num.*6.& 7. Sayrus *in Claui Regia c.*8 *lib.*5. *à n.*13. Balb. *in d. c.*1. *hoc tit.n.*28. vbi reſpondet ad textum, *in d.cap. venerabilem*, dicẽs loqui textum illum in eo caſu, quando res eſt dubia, teſte Gl *ibid.* verb. *venire*, docet Suar. *lib.*2. *de Iuramento, cap.*18 *num.fin* Eſt enim certum, quod iuramentum de re dubia indiget abſolutione, vt notant præcitati: tamen ſi materia ſit indifferens, non obligare tale iuramentum, nec vllâ indigere abſolutione; quia nunquam Deus vult obligare ad aliquid vanum, & otioſum qualis eſt materia indifferens, vt ait D. Thomas 2. 2. *q.*89. *art.*7. *ad* 2. Soto *de Iuſtit. lib.*8.*q.*1. *art.*2. *ad* 2. Couarruu. & alij tam relati, tuetur hoc dictam Trullenq. *dicto lib.*2. *oper.mor. cap.*1. *dub* 8. *n.*2. † Vbi ait quod materia iura- 24
menti, non eſt res indifferens, aut impoſſibilis, aut impeditiua maioris boni, ſeu contraria Diuinis Conſiliis, vel quam melius eſt, non fieri; quia Deus (vt dixi) non vult obligare ad aliquod vanum, & otioſum, vel contrarium ſuis conſiliis, ſeu impeditiuum maioris boni, quod limitat quandiu res indifferens, manet indifferens, exemplis declarat; ſecus autem procedere, ſi res non manet indifferens, & fiat bona ex aliqua circunſtantia; quia tunc erit materia apta iuramenti: ſic Nauarrus *cap.*12. *n.fin.* Suarez *libro* 2. *de Iurament.cap.*16. Sanchez *lib.*3. *cap.*9. *in ſumma.*

QVÆSTIO II.

An licet materia iuramenti licita ſit, nec vergat in diſpendium ſalutis æternæ, contingat aliquando vt nulla ex eo obligatio oriatur: Et an filij teneantur vtique reuerentiam parentibus præſtare, eiſque in neceſſitatibus ſubuenire: Et an ſi contrarium iurent, abſolutione indigeant à iuramento?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, cuius materia licita eſt, verius eſt ſemper producat obligationem, n.*2.

3 *Iurans non mutuare pecunias, non fideiubere, vbi impedere id tenetur, peccabit mortaliter, n.*4.

Cap. fin. 22. quæſt.4.

5 *Honor, qui à filijs parentibus præſtari debet, in quibus conſiſtat, n.*6. 7. 8. 9. & 13.

10 *Filij tenentur ſubuenire parentibus, & in quibus, n.*11. & 12.

13 *Alloqui filius quando cum patre teneatur ſub peccato mortali, fallit, n.*14. & 15.

15 *Filius nonnullis de cauſis non tenetur alloqui,*

nec

nec ſubuenire parentibus, nec tunc indiget abſolutione à iuramento præſtito de his non ſubueniendis.

16 *Filij deficientes in reuerentia, & obedientia parentibus exhibenda, mortaliter peccant, niſi ex cauſa excuſentur, n.17.*

18 *Pactum, quo tollitur honor, reuerentiave alicui debita, eſt contra bonos naturales.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum negatiuè, primo *ex dictis quæſt. præced.* & quia ex noſtro, §. ita cautum eſt, vt iuramentum filiorum, de quo hic fuerit illicitum, nec aliquo modo obligatorium, cum fuerit contrarium rationi. Secundò, quia quoties materia iuramenti eſt res licita, & non peccaminoſa, obligat promiſſio iurata iuxta iam, *ſuprà dicta hoc tit. & infrà* dicenda. Et faciunt quæ notat Balboa *in cap.1. hoc tit. n.23.*

2 Verum cum D.Th. 2.2. *q.89. art.7. ad 2.* prorumpat in hæc verba: *Si quis autem iurat ſe facturum aliquod peccatum, & peccat iurando & peccat iuramentum ſeruando. Si quis vero iurat ſe non facturum aliquod melius bonum, quod tamen facere non tenetur, peccat quidem iurando, inquantum ponit obicem Spiritui ſancto, qui eſt boni propoſiti inſpirator; non tamen peccat iuramentum ſeruando, ſed multo melius facit, ſi non ſeruet;* eadem dicit *quodlibet.3. quæſt.14.* Panormitanus *in cap. ſi vero, col.3. hoc tit.* & colligitur ex Gratiano *in cap. vlt. §. fin. 22. q.4.* quare Couarruu. *in cap. quamuis pactum lib.6. p.1. §.6. n.7.* verſic. *ſexto*, improbat eam collectionem, nempe iuramentum quodcunque vergens in diſpendium ſalutis æternæ, ſeruandum non eſt, ergo iuramentum quodlibet, quod non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, ſeruandum erit.

3 Vnde euenit quod ſi quis promittat Iureiurando non mutuare pecunias, non fideiubere certis caſibus, quibus id officium impedire tenetur, peccabit ſub reatu mortalis, aut venialis reatus, ſi iuramentum ſeruet; & peccabit item iurando: argum. textus noſtri, ſed vbi non teneatur id officium in alterum exercere, ſed eſt opus optimum, peccabit iurando, vt notat Couarruu. *vbi ſuprà*, ex Caietano *in Summa, & in comment. ad D. Thomam*; non tamen peccabit ſeruando iuramentum, nec illud violabit, ſi pecuniam alteri dederit, aut pro eo fideiuſſerit, illum *ibi* leges improbantem Hipolytum *in Rubrica de fideiuſſor, num. 28.* qui dicit ex tali iuramento

4 non poſſe iurantem fideiubere. † Nec admittit Oldradum *conſil.90.* dicentem ita iurantem non poſſe fideiubere, nec mutuare, niſi in extrema neceſſitate: & pro maiori exornatione leges ibi ipſum *num.8.* explanantem textum, *in cap. fin. 22. quæſtione 4.* cuius verba ad prædicta maximè conducunt: *Eſt etiam* (inquit) *quod iuratur aliquando vitioſum, non in natura ſui, ſed ex cauſis extra venientibus, veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis iurat alicui ſe eam habiturum in coniugem, coniugem namque habere in ſe ipſo, malum non eſt, tamen huic ex voto pernicioſum eſt, hoc autem iuramentum etiam ſi illicitum ſit, non tamen ſeruari prohibetur, ſed de violatione voti pœnitentia ſibi iubetur indici:* de quo textu videbis, quæ dico *infrà in cap. commiſſum de ſponſalibus.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt benè reſpondeas leges ſcribentes ſuper quarto præcepto Decalogi, & præmittes breuiter quod honor parentum conſiſtit in amore, obedientia, reuerentia, & ſubuentione in ſpiritualibus, & temporalibus, de quibus ſigillatim Azor. *tom.2. lib.2. mor. cap.1. q.3.* Sayrus *in Claui lib.7. cap.5. n.1.* Villalobos *in ſumma 3.p. tract.41. difficult.3. n.2.* Nauarr. *cap.14. n.4.* benè Trullenq. *in opere mor. cap.1. dubio 2. lib.4.* per totum dubium. † Vbi 6
num.4. dicit quod filij tenentur exhibere parentibus reuerentiam exteriorem verbis, & ſignis honorificè loquendo, non detrahendo illis aſſurgendo, caput inclinando, famulando, impediendo damna. † Item & interiorem reue- 7
rentiam, quæ conſiſtit in recognitione ſuperioritatis per timorem quendam filialem, vt tradit Nauarrus *ſuprà*, & alij relati. † Et tenen- 8
tur amore proſequi ſuos parentes; quia proximus etenim inimicus, eſt diligendus; & ſic à fortiori parentes, qui ſunt magis proximi, & à quibus multa bona acceperunt. † Et te- 9
neri eis obedientiam præſtare iuxta illud *Prouerb. cap. 1. audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ*, & Paulus *ad Epheſ. filij obedite parentibus veſtris in Domino*, & patet exemplo Chriſti, *Luc.2.* qui *ſubditus erat Ioſeph, & Mariæ.*

Deinde etiam, & iuxta verba textus noſtri 10
tenentur filij ſubuenire parentibus; quia tenentur eos diligere, at non poſſunt eos verè diligere, niſi eis tempore neceſſitatis ſubueniant, ſecundum quod expoſtulat vera charitas, vt docent cōmuniter DD. cum D.Th. *q.100. art.2.* Nauarro *c.14. n.14.* † Et ſic euenit peccare filios, qui 11
non curant Patrem in mortis articulo conſtitutum confiteri, vel ſuſcipere alia Sacramenta, quæ à Chriſtianis ſuſcipi debent, aut impediunt ne teſtamentum faciat, vel pauperibus aliquid in animæ ſuæ vtilitatem erogent, & alia pro eis facere, de quibus Bonacina *de contract. diſp.1. q.fin. puncto vltimo, n.29.* ſigillatim recenſet Trullenq. *in opere morali dict. lib.4. cap.1. dub.2. à num.15.* vbi an teneatur debita patris ſoluere, & alia, de quibus ego etiam dixi, *in cap. quia v.11. de Iudic. q.18.* † Et idem Trullench. *n.17.* cum Azor. & 12
& Villalob. ait teneri filios etiam ex dānato complexu natos parētibus indigētibus, & non habētibus, vnde ſe honeſta arte, & labore decēti ſuſtētare poſſint, alimenta dare, & hoc etiam ſi pater dānatus ſit à Iudice, vt fame pereat, vel quando eſt pœnæ grauiſſima impoſita, ne quis Titio publice proſcripto alimenta, aut aliquid vitæ ſubſidiū impendat: nā pietas dictare videtur has leges filium non comprehēdere, niſi Pater eſſet hoſtis, aut proditor Reipub & tantā eſſe obligationem alendi parentes, vt etiam ad hæredes tranſeat.

Ad tertiā quæſtionis partē iam ex dictis quæ- 13
ſtione præced. & ex dictis in præced dubio verſ. *ad ſecundam*, ad noſtrum textum reſpondebis ſub ſequenti doctrina, primum quoties filius, qui ita temerè iurauit, tenetur Patrem alloqui, & alere ſub peccati reatu, peccare grauiter, quia contra paternam reuerētiam dedignatur, vel contemnit, vel non vult agnoſcere parentes, vt ſi filius ſit in dignitate conſtitutus, & Pater in magna paupertate laborat, & faciem, & locutionem à Patre auertat, ipſumque recuſet agnoſcere, docent Nauarrus *dict. cap.14 n.12.* Azor. *lib.2 cap.2. inſtitut. moral. q 10. tom.2.* & alij, & ſic Couarruu. *in cap. quamuis pactum 2.p. cap.1. in princip. num.4.* verſic. *verum*, ait iurantem nulla indigere abſolutione; quia

quia iuramentum, nullam quoad hoc induxit obligationem.

14 Quod ſi filius non poteſt parentem alloqui, aut ei ſubuenire abſque læſione Reipubl.vel offenſa diuina, veluti ſi proſcriptus eſſet à patria, vel à Principe data eſſet facultas,vt impunè poſſet occidi;quia hoſtis eſt Reipub.aut quia eſt hæreticus,& in aliis caſibus,de quibus Trullenq.*in d.c.1.lib.4.dub.2.in oper.mor.à.n.8.in fin.n.9.& 10.* ex Nau.*d.c.14.n.12.& 13.*Azor.*vbi ſup.* Bonacin. Filiucio, & aliis dicentibus poſſe filium excuſari à mortali, qui parentes infames, aut proditores, vel hæreticos dedignatur; quia iuſtam dedignationis cauſam habet, cum bonum commune præferendum ſit priuato.Et iuxta has ſpecies intelligo Couarruu.dicentem, *vbi ſup.d.n.4.* verſic. *verum,* ibi verb.*ſecundum,* abſolutionem minimè dari àtali iuramento filij prædicta parentibus denegantis; eo quod in hoc ſenſu rem iuſtiſſimam, & neceſſariam comprehendit; nec textum noſtrum in hoc caſu intelligit, dum abſolutionem à iuramento concedit.

15 Cúmque contingere poſſit filio ita iuranti,vt non tenetur alloqui patrem nec ei alimenta exhibere, nec ſubminiſtrare, ſeu ſubuenire multis de cauſis,quæ ipſũ ab obligatione excuſare poſſunt;tunc nec eſſe neceſſariam abſolutionẽ à tali iuramento,quod nec obligat,nec tenet: & ob id ait Cou.*in d.c.quamuis pactum 2.p.n.4.* verſ.*tertio,* ſub prædicto verſic.*verum;*vt ſi quis iuret non ſe facturum aliquod melius bonum, quod tamen facere non tenetur, peccet iurando inquantum ponit obicem Spiritui ſancto, qui eſt boni propoſiti inſpirator; tamen dicit non peccare iuramentum ſeruando; licet multò melius faciat, ſi non ſeruet, iuxta D.Th.2.2.q 89.*art.*7.de quo iam dixi *ſup.*in primo dubio huius ſecundæ quæſtionis.Et cum nemo ita proterue impius ſit,qui neget melius eſſe, vt filius Patrem alloquatur, eique ſubuenire, etiam vbi. nec loqui, nec ſubuenire teneatur, quam ab his operibus piis abſtinere: ſequitur vt abſolutio à iuramento, cuius meminit Pontifex,neceſſaria non ſit,etiam ſi tale iuramentum aliquo caſu poſſit obſeruari ſine interitu ſalutis æternæ; & licet eius obſeruatio peccatum inducat aliquo caſu; quod eſt contra intellectum Cardinalis Antonij,& aliorum,quos retuli *ſuprà q.1. in prima eius parte*, & nominat Couarruu. *ſuprà in d. num.4.*

16 Communiter verò filij deficientes in præfata reuerentia; & obedientia parentibus exhibenda, mortaliter peccant, niſi ex cauſa liberentur, quæ in totum liberat à peccato, etiam veniali, vt in præfatis caſibus: & ſic vt ait Couarruu. *in cap. Raynucius de teſtam.n.9.* Trullenq. *d.lib 4.in oper.mor.c.1.dub.2.n.5. in fine,* & Filiuc. *tract.28.p.2.c.1.q.8.n.17.* excuſant filium Patrem percutientem,ſi id ageret ad ſe defendendum legitimè & idem,ſi id faceret ad defendendam Pa-

17 triam, vel Rempublicam. † Et item poterit excuſari à mortali, ſi filius ſolum exterius diſſimulet, & dedignetur ex cauſa iuſta abſque conſenſu interno,vt ſi hoc faciat ad vitandum damnum in vita, honore, diuitiis, quod alioquin incurret, cognito Patre, modo tamen paratus ſit illi neceſſaria ſubminiſtrare; quia tunc Pater rationabiliter, non ægrè fert, nec iniuriæ adſcribit, ſed pro filij bono conſentit, aut conſentire tenetur, vt docent Nauarr *d.c.14.n.12.& 13.* Bonacin.*tom.2.diſp.6.q.vnic.punct.2.n.4.* Azor. *lib.2. cap.2. q.10. tom.2.* Filiucius *dict. cap.1.n.6.& 18.* & alij communiter.

Ex prædictis ergo iã vides qualiter locum habeat Bartoli doctrina,& Doctorum,*in l.alia,§ fin. ff.ſoluto matrim.* vbi conſultus ſcribit peccatum, quo tollitur priuilegium alicui competẽs ob reuerentiam,& honeſtatem perſonæ, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, eſſe contra bonos mores;ita vt ea pactio minimè iuramento confirmetur;quia illud priuilegium eſt deductũ à Iure naturali,quo illis perſonis debetur,munus,amor, & reuerentia, tenent Gl.Bart.Imola, Alex.& alij magis communiter, *in d. §.fin.* Alciat.*in cap.cum contingat hoc tit.n.69.* Couarr. *in d. cap. quamuis pactum de pactis, lib.6.p.2. in princ.n.4.* verſic.*poſtremo.* Videbis quæ adducit Balboa *in cap.1. de foro comp.* & quæ ego dixi, *in cap.ſi diligenti 8. eod. tit.* ex quibus diſſolues hoc Corollarium. 18

AD TEXTVM IN CAPITE XIII.

Sicut, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD veram huius textus tractationẽ applicabis nonnulla, quæ adduxi *ſuprà in c.ex reſcripto hoc tit.q.1.* & quæ adduxi, *in c.9.& c.16.de Iud.*vbi dixi plura de Monachis, quãdo poſſint agere in Iudicio,& à clauſtris exire de quo latè, *ad tit. de regular.* II. Et quatenus hic agi poterat de obligatione, quæ imponitur Monacho per profeſſionem,dico *inf.in d.tit.de regular.*& ibi, *in c.ad Apoſtolicam.* III. Et quatenus de iuramento hic facto,quod illicitum ſit, applicabis,dicta *in c.præced. §.fin.* & dicta *infrà in cap. quintaualis 23.hoc tit.* vbi de illicitis iuramentis: aliqua notat hic ex multis Barb. IV. Et per hunc textum agit Couarr. de eo, qui iurauit ad carcerem,an redire teneatur iuramento,*lib.1 c.2.à n.7.* vbi latè de quo *infrà in c. verum hoc tit.* Et quatenus hic agi poteſt de iuramento calore iracundiæ facto, qualiter obliget, applicabis quæ dico *infrà in cap. litteraturam 3. de voto,* vbi de deliberatione neceſſaria, vt votum obliget.

AD TEXTVM IN CAPITE XIV.

Veritatis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. VT vberius materiam huius textus attingas quatenus agit de iuramento fidelitatis per Vaſſalum Prælato præſtandum, adjunges ea,quæ latè adduxi, *in c.4. & 5. hoc tit.*vbi etiam egi de dubio, an qui vni Pontifici obedientiam præſtitit,teneatur ſpecialiter,& de nouo aliis ſucceſſoribus iterum iuramento præſtare.

II. Et ibi, *veritatis amica ſimplicitas*, ad hæc verba,præter ea,quæ ex multis notat *hic* Barboſa *n.2. & 3.* dicens quod veritas non requirit verborum

borum prolixitatem,& adminicula,ſed ſimplicitatem. Item quod veritas eſt baſis, atque fundamentum iuſtitiæ,res ſolidiſſima, & murus inexpugnabilis,& ſæpius examinata magis Eluceſcit: de quo ex pluribus notat Zenedus *collect.*119. III. Applicabis quæ *inf.* dicuntur, *in c.& ſi Chriſtus*,vbi cum agam de comitibus, quos iuramentum debet habere; vt licitum ſit, ſcilicet, vt ſit cum Iuſtitia,cum Iudicio, & cum veritate,dicam de hoc Comite veritatis.IV.Item quia ex integra textus in illis verbis: *Conſtet quod ageretur de reſcripto,ex cuius tenore dubium erat, an ex eo colligeretur quod ſinguli haredũ,ſingulis Põtificis, Alex.III. ſucceſſoribus fidelitatis præſtare deberent, & homagij iuramentum:*applicabis quæ notanter ſolent DD. adducere ex regula textus, *in cap.ſuper litteris* 20. *de reſcriptis*, vbi quanta debeat eſſe veritas reſcripti, & eius ſimplicitas. V. Item applicabis plures quæſtiones,quas adduxi, *ſupra in cap.quia v.de Iudicijs*, vbi qualiter ſucceſſor teneatur ſtare contractibus,ſeu actis per ſuum anteceſſorem;& *in cap.1.de ſolut.* interim pro intellectu huius textus adjunges quæ cum multis adducit Barb. *hic*, ante eum Zenedus *collect.*119. Gratian. *reg.*273. Gomez. *tom.2.Variar.cap.*14.*à n.*19.*& à n.*22. Et vtrumque cum multis, eius Additionator Hailon inter quos Padilla, Guttierrez, Matienzo, Sanch. Couarr. *in cap. quamuis pactum*, 1.*p.* §.5. *à n.*4. idem *in cap.requiſiſti de teſtam. n.*2. Trullenq. *in opere morali, lib.2.cap.1.dub.*16. & alij *infrà* referendi. VI. Item applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. cæterum, de Iudic.* vbi plura de Vaſſallis, fidelitatem Domino præſtantibus.

Qvæstio I.

An iuramentum ita perſonale ſit vt nullo modo eius vinculum tranſgrediatur perſonam iurantis: Et an ſi regulariter deferatur à lege alicui iuramentum, cenſeatur deferri eius hæredi: Et an diſpoſitio iurata tranſeat ad incogitata: An collegium, Reſpublica, ſeu confraternitas, teneantur ſtare contractui à prædeceſſoribus iurato: Et an actio perſonalis detur contra tertium non contrahentem: Et an homagium ſit iuramentum fidelitatis, quod Vaſſallus ſolet Domino præſtare: An iuramentum fidelitatis præſumatur longo tempore latum?

Svmmarivm.

1 *Iuramentum obligat tantùm iurantem, non eius hæredem, n.2.*

3 *Hæres iurantis contractum,tenetur ad contractus obſeruantiam, non ad iuramentum, n.4.6.7. 8. & 9. Et quid ſi contractus aliàs nullus iuratus ſit, à defuncto, n.10.*

5 *Hæres iurantis vſuras ſoluere, non tenetur eas ſoluere.*

6 *Hæredes non ſeruantes contractum iuratum defuncti, non ſunt periuri, n.7. 8. & 9.*

11 *Iuramentum à lege delatum alicui, cenſetur etiam delatum eius hæredi, n.12. & 13.*

12 L. ſi quando, Cod. vnde vi, n.13. cap. fin. de his, quæ vi, n.13.

14 *Iuramentum non defertur contra hæredem eius, qui vim intulit.*

15 *Iurans præſumitur certioratus de actu, quem iurat, n.16.*

17 *Iurans ſibi præiudicat, etiam ſi ſpecialiter non ſciat omne ius dependens ab actu, ſuper quo iurat, n.18. 19. 20. & 21.*

19 *Iuramentum quando ad incogitata extendatur, ſeu ad incognita, n.20.*

21 *Iuramentum obligat, etiam ſi iurans non habeat formalem intentionem, ſe obligandi.*

22 *Iuramentum defunctorum,qui fuerunt de ciuitate, collegio, ſeu confraternitate, qualiter obliget ſucceſſores,n.23. Et an violantes id, ſint periuri, n.24.*

25 *Actio perſonalis non datur contra tertium: vbi quid paupertatis fauore.*

26 *Homagium quid dicatur in Iure, qualiter præſtandum, & quos obliget, n.27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36.*

29 *Feudum ligium quod ſit,n.30. 31. & n.33.*

32 *Homologius quis ſit.*

37 *Iuramentum fidelitatis ex longo tempore non præſumitur latum, n.38.*

HÆc, & alia dubia verè ſpectant ad verum 1
noſtri textus intellectum præter notata *ſuprà*,in paraphraſi.Et ad primam difficultatis partem,omiſſa hinc inde diſputatione longa, exiſtimo fœdere diſtinctionis optimè reſpondendum. Et dico quod etſi contingat, vt iuramentum validet contractum, aliàs nullum, ei robur, & efficaciam præſtando,quam aliàs non haberet ex natura contractus iuxta notata, *ſup.in cap.1. cap.2. cap. debitores, cap. ad noſtram* 7. infrà *in cap. cum contingat hoc tit.*tamen non ob id hæredem iurantis obligare illud adimplere,ſicut ipſe iurans tenetur;quia iſte non adimplendo,non ſolùm fidelitatem frangit,ſed reus eſt,periurij hæres autem periurus non erit; licet aliàs virtute ipſius contractus, qui ſemper remanet validus ex adiecto iuramento, teneatur adimplere promiſſum, ſiue
contractum geſtum ab eius anteceſſore.† Et pri- 2
mæ partis inſpectio ex eo probatur;quia ex iuramento oritur quædam ſpiritualis obligatio quoad vim religionis, quæ tantùm ligat animam iurantis, ſicut cæteri ſpirituales contractus, voti,
ſcilicet,& ſimiles,*cap.vnic.*30 *q* 3. † Vnde infer- 3
tur ad ſecundam inſpectionem noſtri dubij, quia ſi quis iuratus eſt aliquid facere, aut promiſerit dare eius hæres,licet vt talis hæres teneatur ſtare contractui,& promiſſum ſoluere; non tamen ſub vinculo, & religione iuramenti, vt ſi non ſoluerit,ſeu fecerit,periurus cenſeatur ita docent Abbas, & Doctores *hic*, Ioan. Andr.*in cap. fin.de ſepult.*Bald.& Paul.*in l.grege legato,ff.de leg.*1.Bald. *in l.vlt.col.*4. *Cod.de pactis*, Bart.& Bald. *in l.generaliter, Cod. de rebus creditis*, Alciat. *in cap. cum contingat hoc tit.n.*120. Imola 161.*n.*18 D.Th.2.2. *q.*89.*art.2.ad* 2.Couarr.*in cap.quamuis pactum*,1.*p.* §.5.*n.*4.Guttierr.*de Iuram.confirm.* 3.*p.cap.*12.*n.*9. Gomez. *tom.2 Variar.cap.*14.*n.*19.refert infinitos Zenedus *collect.*119. *num* 4. & Barboſa *hic,num.*7.
† Quibus addo Villalob.*in Summa, p.2.tract.*34. 4
*diff.*5. *n.*24. qui dicit quod etſi iuramentum ad hæredes non tranſeat; poteſt tamen aliâ viâ,vtpotè contractus, ſeu promiſſionis acceptare, aut ratione voti obligatus hæres, ſeu ſucceſſor;quia obligatio cõtractus trãſmittitur ad hæredes,*l.neceſſario,§.quod pẽdente ff.de periculo,& commodo rei*

vendita, tradit Trullenq. *in opère morali*, *parte* 1.
libro 2. *cap*.1. *dubio* 16. Suarez *libro* 2. *de Iuram.*
cap.31. & Sanchez *lib*.3. *cap*.13. *num*.2. Bayo *in*
praxi, *lib*.2. *q*.67. *à n*.1.

5 Vnde infero primo quod hæres illius, qui iu-
rauit ſoluturus vſuras, non tenetur eas ſoluere
ex eo; quia iurans eo caſu ſolùm tenetur eas ſol-
uere ratione iuramenti, & nullo modo ratione
contractus iuxta text. *in c.debitores hoc tit.* & quæ
ibi adduxi, & *in cap*.1. *eod.* non enim vinculum
iuramenti, vt iam dixi tranſit ad hæredes; ergo
cum contractus de ſoluendis vſuris non confir-
metur iuramento, ſequitur vt hæres iurantis
nullo modo ad ſoluendas vſuras teneatur; quem-
admodum non teneretur promiſſor earum prin-
cipalis, ſi eas ſoluere alicui promiſiſſet abſque
iuramento: ita docent DD. citati, & Bonacina
tom.2. *diſp*.4. *q*.1. *puncto* 15. *n*.3.

6 Infero ſecundo quod hæredes non ſeruantes
contractum iuratum, vel promiſſionem iuratam
defuncti, non peccant peccato periurij; quia
ipſi non tenentur vinculo iuramenti, ſed pec-
care contra iuſtitiam; quia obligatio realis in
Ipſos deriuatur: ſic Bonacina, Sanchez, &
alij iam *ſuprà* relati. Vnde dico hæredes illius,
qui iurauit ſe non repetiturum certam pecu-
niam, quæ illi debebatur, non peccare pec-
cato periurij, repetendo, ſed peccato iniuſti-
7 tiæ. † Tamen ſi iuramentum fuit extortum per
iniuriam non peccare contra iuſtitiam docent;
quia tunc promiſſio fuit inualida, & defunctus
non tenebatur ratione promiſſionis, ſed iura-
menti, cuius vinculum non transfertur ad hære-
des, vt docent Sanch. *ſup n*.4 *&* 5. & cum aliis Bo-
nacina iam *loco cit.* Alia adducit Gratian. *dicta*
reg.273. vbi præfatam regulam ampliat, etiam ſi
quis iuraſſet pro ſe, & ſuis hæredibus; & non ſo-
lùm procedere in iuramento, verùm etiam in fa-
cultate iurandi: ſic cum Baldo *in l*.2. *C.de condit.*
indebiti, Bernard. *d. reg*.181. & latè *reg*.392. Ti-
raq. *de retractu lib*.1. § 26. *gloſſa* 1. *n*.76. & latius
eodèm lib. §.2. *gloſſa* 2. *n*.2. & plures alij, quos
refert idem Gratianus *n*.1. *&* 2.

8 Itaque dicendum eſt quod etſi iuramentum
non tranſeat ad hæredes iurantis, hoc verum
dici quoad pœnam periurij, ſed teneri ſeruare
illud, quod iurauit defunctus, ne ipſius anima
pereat, vt agnoſcunt Doctores, *in cap. viam*
veritatis hoc tit. Ioan. Campegius *de dote* 4. *part*,
9 *q*.1. *n*.4. Gratianus *ſuprà n*.4. † Qui *n*.3. limitat
præfatam regulam in iuramento confirmatorio
contractus; quod dictum ex multis ſic affatum
ipſe declarat *ibi* ex aliis multis procedere; quoad
corroborationem actus, cui adjicitur; non tamen
quoad vinculum ſpirituale, id eſt, quod licet
hæres iurantis veniat contra iuramentum, non
cadat in periurium, vt iam *ſuprà* dictum eſt.
10 † Sed Ioannes Guttierrez *in d. Authem. Sacra-*
menta puber. hoc benè declarans, ait *n*.15. *in fine*,
quod eſto non ſint periurij, poſſint tamen com-
pelli obſeruare prædictam promiſſionem; & con-
tractum iuratum; quia robur ipſi contractui iam
eſt præſtitum per iuramentum.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem eſt reſpon-
dendum breuiter quod ſi à lege deferatur iura-
mentum alicui cenſetur etiam deferri eius hæ-
redi, docet cum multis Couarruu. *in cap. quam-*
uis pactum 1. *p. dicto* §.5. *n*.7. in verſic. *illud*, & fa-
cit alia regula; quia quando ſtatutum, vel lex
dicit quod ſtetur iuramento damnum paſſi,
hoc intelligitur de hærede damnum paſſi, vt
docent Ludouicus Romanus *in l*.3. *ff. de Iure-*
iurando, reprobans *ibi* Baldum contrarium te-
nentem, Iaſon *in leg. penult.* §. *hoc Iudicium*, *ff.*
ne quis eum, Tiraquellus *libro* 1. *de retractu*,
§. 2. *gloſſa* 2. *numero* 8. quod & ipſe, *num*.9.
ſublimitat, dummodo ipſe hæres certo nouerit
veritatem negotij, qui aliqua tradit ſingularia
in materia.

Quare cum ex textu, *in l. ſi quando*, *C.unde vi*, 12
& *in cap.fin.de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, con-
ſtitutum ſit, quod ſuper quantitate damni illati,
ſi conſtet de vi illata, & iniuria, ſtetur iuramen-
to damnum paſſi, & probat Couarruuias *ſuprà*,
ex multis etiam contra Baldum dicentem *in leg.*
ait Prætor in princip. ff. hoc titulo, iuramentum de-
ferri à lege damnum paſſi, ſed non eius hæredi:
nam probatio per Iuramentum ad hæredem non
tranſit. † Quod Couarr. ex Paul. de Caſtr. & aliis 13
non admittit, tum ex Gloſſa *ibi in l. ſi per alium*,
§. *fin. ff. ne quis eum qui in ius vocat*, & quia con-
ſtitutio *d. leg. ſi quando*, fauorabilis eſt, & exten-
denda iuxta Gloſſam *ibi*, & Baldum *in l*.2. *C.de in*
ius vocand. Iaſon *in l*.1. *C. de ſucceſſ. edicto*, Abbas
in cap. non dubium, *de ſent. excommunic.* Et ſuffra-
gatur textus, *in cap*.1. *in princip.* ſi de inueſtitu-
ra feud. inter Domin. & Vaſſallum oriatur:
Domino (inquit textus) *inueſtituram feciſſe negan-*
te, *ſi teſtibus res probari non poterit*, *poſſeſſoris Sa-*
cramento decidatur, *idem in eorum ſucceſſoribus ob-*
ſeruetur, & ſic Matth. de Afflictis *deciſ*.169. ſcri-
bit iuramentum in litem deferri ratione doli
ſucceſſori in beneficio Eccleſiaſtico de his, quæ
acta fuerant tempore prædeceſſoris, notat Cate-
lian. Cotta *in memorab.* dictione *iuramentum in li-*
tem, & conueniunt prædictæ, *l ſi quando*, & *d.cap.*
fin.de his, quæ vi de Iure Regio. iuram l.2. *tit*.11 *p*.3.
l.4. *tit* 7. *p*.5. *l*.10. *tit*.9. eadem partita.

Vnum tamen notat Faber *in d.l ſi quando iura-* 14
mentum in caſus, prædictæ legis minimè deferri
contra hæredem eius, qui vim intulit, cui, vt
aduertit Couarr. *dict.* verſic. *illud in fine*, mul-
tùm patrocinatur textus, *in l*.4. *Cod. de in litem*
iurando, & *l*.6. *tit*.11. *p*.3. tametſi contrarium
notauerit Iaſon *in l. ſi actionibus*, *ff. de Iureiur.* &
Caſſaneus *conſ*.7. *col. penult.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an promiſſio 15
iurata extendatur ad incogitata? vt reſpondeam
præmitto dicendum ex Alexand. *conſ*.102. *num*.4.
lib.5. quod iurans præſumitur certioratus, & cer-
tioratum accedere ad actum, ſuper quo iurat.
† Et Robertus Maranta *diſput*.7. *num*.8. *fol*.732. 16
dixit quod propter iuramentum cenſetur quis
magis deliberatè accedere ad actum faciendum;
& quod cogitauit omnes caſus, qui ſaltem in
genere poterant conſiderari in illo negotio, &
allegat plures ita tenentes, & inquit quod hoc
habetur per DD. communiter, *in l. ſciendum*,
ff. de verb. obligat. & in aliis locis per eum citatis.

Item præmitto cum Alexandro *conſ*.27. *n*.4. 17
lib.1. quod ad hoc vt ſibi quis præiudicet per
iuramentum, non requiritur quod ſciat parti-
culariter, & in ſpecie omne ius dependens à
facto, ſuper quo iurat, ſed ſatis eſſe quod iuret ſu-
per facto; quia videtur iurare ſuper omni Iure
deſcendente ex illo facto, vt *in leg. ſi duo patroni*,
§. *idem Iulianus*, & *in l. duobus*, §. *ſi quis iurauerit*
cum ſequent. ff. de Iureiur. † Vnde tradit idem 18
Alexand. *conſ*.11. *num*.15. *volum*.3. *&* *conſil*.14.
num.21. *lib*.6. quod iurando non venire contra

contractum,

contractum, videtur in genere cogitare de omni remedio, quod ſibi competere poſſet ad reſcindendum contractum; licet ſpecialiter non habuerit ſcientiam ab eo iuxta Textum *in l. qui iure militari, ff. de militari teſtam.*

19 Vnde venit dicendum quod & ſi diſpoſitio non extendatur ad incogitata ex Textu *in l. cum Aquiliana, l. qui cum tutoribus, ff. de tranſact. & in l. ſi de certa, Cod. eodem, tit. & in l. mater decedens, ff. de inofficioſo teſtam.* tamen ſi Iuramentum ſit interpoſitum, fiet extenſio ad incogitata ſecundùm Bartol. & magis communiter ſcribentes, *in dicta l. ſciendum, ff. de verb.* tradit Marcus Faber, *in tract. de virtute, & viribus Iuramenti volum. 5. tract. num. 29. folio 20.* cuius Doctrinam; & exempla refert videndus Gutierrez *de Iuram. confirmat. cap. 71.* dicens, quod talis diſpoſitio iurata extenditur ad incogitata de Iure;
20 ſecus de facto. † Verùm ipſe Alexandr. *vbi ſup.* plures allegans concludit quod tunc Iuramentum non extenditur ad incogitata, ſeu incognita, quando non eſt cogitatum in ſpecie, nec in genere, ſecus ſi ſaltem fuit cogitatum generaliter per Textum *in l. ſub præ. Textu la 2.* & quod ibi notant Doctores, *Cod. de tranſact.* de quo bene idem Gutierrez *cap. 61. num. 21. & dict. cap. 71. num. 3.* addit intelligendum eſſe Abbatem dicentem, quod Iuramentum debet reſtringi, quantùm poteſt, vt iurans minus obligetur, de quo iam *ſup.* aliqua dixi.

21 Ex quo infero ad confirmationem præfatæ Doctrinæ, quod vt Iuramentum obliget, non requiritur quod iurans habeat formalem intentionem ſe obligandi, ſed ſufficit, vt iurans velit iurare ſciens naturam iuramenti, ſeu ſciens Iuramentum obligare; nam eo ipſo quod ſcit naturam Iuramenti, & non habet poſitiuam voluntatem non ſe obligandi, cenſetur velle iurare iuxta naturam ipſius Iuramenti & facere actum iuxta ſuam naturam. Natura verò Iuramenti eſt obligare; ergo eo ipſo quod habet verum iurandi animum, cenſetur ſe velle obligare; licet non habeat formalem intentionem ſe obligandi, vt tradit Suarez *lib. 2. de Iuram. c. 7. num. 8.* Sanchez *lib. 7. cap. 10. num. 9.* Bonacina *tom. 2. diſp. 4. quæſt. 1. puncto 7. num. 4.* Trulench. *in opere moral. tomo 1. lib. 2. cap. 1. dub. 10. numero 4.*

22 Ad quartam quæſtionis partem, an reſpublica, collegium, ciuitas, ſeu confraternitas teneantur ſtare contractui à prædeceſſoribus iurato? & videtur quòd non ex Doctrina Textus noſtri; quia Iuramentum eſt perſonale. Sed reuera dici debet iuxta relata, *ſupra* in toto, verſic. *hæc & alia, in princip.* huius quæſtionis principalis. Quod ſi plures de populo, vel collegio, ciuitate, aut confraternitate iurarunt aliquid adimplere, licet nullus illorum viuat, nec vinculum Iuramenti tranſeat quoad pœnam periurij, ſucceſſores tamen obligantur ad obſeruantiam contractus iurari; quia idem populus ſeu communitas hoc tempore putatur, qui abhinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc viueret etiam, & qui ab hinc mille fuiſſet, vt *in l. proponebatur*, verſic. *& populum, ff. de iudiciis,*
23 & Gloſſa *in cap. denique 7. quæſt. 1.* † Et Iuramentum repreſentat Rempublicam maiorem, & populus eſt idem ſemper in Iuramento, ſed non quoad periurium, vt docent Cardinalis *in clem. 1. §. nos, quæſt. 3. hoc tit.* Couarruuias *in cap. quamuis*

pactum, p. 1. §. 5. num. 4. & in p. 2. num. 7. Bernardus Diez de Luco *in reg. 386. & ibid. in addition.* Antonius Gomez. *variar. tom. 2. cap. 14. num. 19.* Auendaños *de exequend. lib. 2. cap. 27. num. 11. in fine*, Gutierrez *in Authentica Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus, vend. à num. 18.* Parladorius *rerum quotid. lib. 1. cap. 4. à num. 16.* Bayo *in practicis, quæſt. 61. num. 10. & quæſt. 68. à num. 2.* Gregorius Lopez *in Gloſſa 9. l. 6. tit. 19. p. 6.* Trulench. *in opere moral. 1 p. lib. 2. cap. 1. dubio 13. ſub, n. 6.* † Vbi dicit quod ſi 24
ciuitas Iuramentum ſui principalis violaret, non eſſet rea periurij; quia Iuramentum quoad hunc effectum eſt actio perſonalis, ſed non poſſe eo in caſu ciuitatem ratione Iuramenti petere reſtitutionem in integrum: ſic cum Rodrig. *in ſumm. p. 1. cap. 192. num. 8. concluſ. 8.* docent Felinus *in cap. cum ſit generale, num. 9. de foro com.* & cum aliis idem Guttierrez *ſupra n. 19.* & cum aliis ita docet Gratian. *reg. 273. n. 5.*

Ad quintam quæſtionis partem, an actio perſonalis detur contra tertium, non contrahentem; 25
Velaſcus *de priuilegiis pauperum, quæſt. 48.* qui ex Textu *in l. non aduerſus 15. Cod. ſi certum petatur, l. ſi is 8. Cod. depoſiti, l. his ſolis 49. ff. de condit. in debiti, l. eum cui 13. Cod. de actionibus*, docet quod perſonalis actio contra debitorem ipſum, vel eius hæredẽ, non contra Tertiũ dari ſolet, Decius *conſ. 187. num. 1.* Pariſius *conſ. 32. lib. 1. num. 103.* Zephalus *conſ. 352. num. 23.* Petrus Surdus *conſ. 17. num. 10. & deciſ. 236. num. 8.* non enim actio perſonalis fundi poſſeſſorem ſequitur, *l. 1. §. ſi hæres. ff. ad ſenatus conſult. Trebell. & ibi Gloſſa*, verbo *ſequitur l. fin. §. fin. ff. de contrah. emptione, l. in cauſa 14. §. interdum, ff. de minoribus Gloſſa in l. ea lege 3*, verb. *alienaret, Cod. de condit. ob cauſam.* Et ita ſi ſtatutum diſponeret, vt inſtrumenta guarentigia executioni mandentur, nec contra ea, niſi ſolutionis exceptio opponi poſſit quoad principalem debitorem ſolùm, non quoad tertium procedet, Baldus *in l fin. Cod. communia de legat. num. 1* cum aliis Rodericus Suarez *in l. poſt rem, limit. 1. ff. de re Iudic.* Vincentius plures referens *deciſ. 128. num. 5.* Velaſcus *vbi ſupra n. 3.* qui *à num. 4. & 7.* contra alios dicentes præfatam Doctrinam procedere etiam reſpectu pauperum, & aliorum: tamen ait paupertatis fauore actionem perſonalem dari contra tertium ex Doctrina Gloſſæ *in dicta l. his ſolis, ff. de conditione in debiti*, & id probans cum multis ad alios caſus limitationem porrigit, *ibi à n. 8.*

Ad ſextam quæſtionis partem, an Homagium ſit Iuramentum fidelitatis? affirmatiuè videtur 26
reſpondendum ex noſtro Textu ibi: *qui pro tempore fuerint, & Homagij, & fidelitatis puritatem nihilominus, ac ſi iuraſſent omni tempore teneatur.* Et quod homagium ſit idem, quod fidelitas, quæ pro aliquo feudo præſtatur, probant Textus *in c. fin. de reg. iuris, cap. grauem*, cum ibi notabis de exceſſibus Prælator. *cap. ex diligenti de ſimonia.* † Eſt 27
enim homagium maximum ſubiectionibus ſignum, quod præſtabatur in manibus Principis, genibus flexis his verbis: *Ego N. Iuro homagium tibi Domino, vt à modo ſim homoligius veſter contra omnem hominem, qui poteſt viuere*, vt refert Ioannes Andreas *in cap. 1.* in verſic. *omnem*, de noua forma fidelitatis, Gofredus *in paraphraſi eiuſdem tituli* verſic. *hic titulus*, Iacobinus *de homagio, col. 3.* Balboa *in cap. 4 hoc tit. à n. 6.* † Vbi *num. 8.* dicit iuxta 28
Textum *in clem. paſtoralis, §. denique de re iud.* verſic. *Rex*, quod hæc fidelitas eſt duplex, altera in feudo ligio de quo loquitur *dict. clem.* in illis verbis: *Rex*

 ipſe

ipſe nobis,& Eccleſiæ Romanæ occaſione Regni prædicti notoriè ſubditus, homoqueligius.& Vaſallus, & *in c.1.in princ.de capitulis extraordinariis in vſibus feudor*;& addit quod pro iſto feudo ligio, præſtatur homagium, quod debetur Pontifici, Imperatori, aut ſupremo Regi,iuxta ea,quæ adduxi; *ſup.in d. c.4.hoc tit.* præſtita fide abſolutè, & nullius alterius Domini fide conſeruata , vt tradit Cotta *in memorabil.*verbo *feudum*, illatione 1.

29 Et ſic dicitur feudum ligium,in quo cum præſtatur,nullus excluditur,aut excipitur, nec exceptusintelligitur. Alterũ non ligium,videlicet quãdo præſtatur,excepta fidelitate,quę alteri debetur
30 † Vnde fit quod ſi quis habeat plura feuda ſimpliciter,quæ à pluribus Dominis recognoſcit,omnia que ſub fidelitatis Iuramento antiquiorem Dominum debet iuuare,qui reſpectu aliorum prælationem habet,*c.contra omnes,in tit hic finitur lex cõradi*; aliter tamen erit in feudo ligio : nam ita debet ſeruire primo,quod nullo modo ſeruiat aduerſario,videlicet Domino ſecundo;imo cum ſeruire non poſſit, debet feudum dimittere ; quia contra naturam eſt,vt ille gaudeat beneficio, qui ſeruitiũ exhibere non poteſt,*c.1.de eo,qui arma bellica depoſuit, l.qui ſub prætextu, C. de ſacroſanct. Eccleſiis.*

31 Et ex prædictis ſupra de natura feudi ligij, euenit,vt omne feudum,etiam ſi non dicatur ligium debeat vt ligium æſtimari,quando iuratur Principi;quia ex natura Principis dominantis, eſt quod nullus excipiatur,*l fin.C.de leg.c.1. de natura feudi, c.imperialem,§.de prohibita feudi alien. per Federic.* præcipuè quando Princeps concedit regalia , alia pertinentia ad ſtatum Imperij:Vide quę ex multis tradit Balboa *vbi ſup.* qui *in n.12.* adducit contra præfata Text.*in c.dilecti de maioritate,& obed.* quẽ
32 *ibi* expendit.† Et Barboſa *in d.clem paſtoralis,n.18. & 19.*alia refert dicens quod homo ligius vnius, non poteſt eſſe homo ligius alterius;ita vt nemo poſſit eſſe homo ligius duorum Dominorum,notant Clarus §.*feudum,q.11.*Menoch.*conſ.2.à n.24. & conſ.132.n.7.*& de vaſalitio,& cæteris,de quibus in Gloſ. *dictæ clementinæ* , verb. *homoque ligius :* vide quæ tradit Perez *in l.4. Gloſ.1.col.2. ante finem, tit.3. lib.4.ordinam.*

33 Et pro cõplemento huius dubij aduertes quod ſi quis acciperet feudum ab aliquo Vaſallo , pro quo fidelitatem iuraret contra omnem hominem tale feudum non dici ligium;quia in feudo ligio, vt dictum eſt Iuramentum præſtatur contra omnes homines,& probat Text.*in c.1.de capitulis extraordin.*ſed is,qui iurat non debet fidelitatẽ contra omnem hominem,& impoſſibile iurat ; ergo ligium non eſt,cum impoſſibile Iuramentum vim non debeat ex *l ſi quis,inquilinos,§ fin.ff.de legat.1.* ſemper enim Princeps videtur exceptus,ne ſit Iuramentum iniquum ex Text.*in d.c.imperialẽ,§ fin. de prohibita feudi alienatione*, niſi vt explices dicas non eſſe primario ligium,ſed ſecundario;quia iuratur fidelitas contra omnem hominem,excepto Principe:ſic Balboa *in d.c.4. hoc tit.n.10.*

34 Et taliter perſonaliter homagium eſt præſtandum,vt non poſſit præſtari per Nuntium,vel per Procuratorem; quia tale homagium habet annexam reuerentiæ exhibitionem;vt notat Baldus *in l.2.n.54.ff.de rerum diuiſione*,Imola *in l.qui bona,§.*
35 *quod alienat.ff.de damno infecto.* † Adeo,vt nec procurator pupilli Vaſalli admitteretur ad iurandum niſi Domino conſentiente,vti notat idem Baldus *in l ſed ſi hac,§.libertus,ff.de in Ius vocando*,niſi quãdo Iuramentum ab vniuerſitate præſtandum eſt iuxta ipſum Baldum *in d.l.2.ff.de rerum diuis*;Speculator *in tit.de feudis,§.2.in fine.*

Itemque ad homagium præſtandum ſemper 36
forma conſueta debet attendi,nec aliquid nouum induci debet ; quia nemo tenetur vltra, vel præter formã conſuetam homagium præſtare notant Speculator *in tit.de feudis,§.quoniam,n.70.* Baldus *in cap.1.§.pactiones,n.1.de pace conſtantiæ.* Aluarotus *in cap.1.in.2.*qualiter Vaſalli iurare debeant fidelitatem,Præpoſitus *in præludiis feudorum,n.77.* Brunus *conſ.117.n.65.* aliàs autem Iuramentum fidelitatis Domino præſtitum contra formam conſuetam præſumitur extortum per vim,vel metum ob idque viribus carere docuit Baldus *in c.1.n.1.* & *ibi* Aluarotus *n.2.*Afflictis *n.16.*qualiter Vaſallus iurare debeat fidelitatem , Aretinus *conſ.14. n.16.& conſ.24.n.9.*Brunus *conſ.12.n.116.*Socinus *conſ.257.*in verſic.*ſecundo infero,vol.2.*

Ad ſeptimam quæſtionis partem ex prælibatis 37
in dubio præcedenti inquiritur legitimè,& videtur dicendum quod & ſi ſolemnitates omnes ex longo tempore præſumantur iuxta Textum *in l.filius,C.de petitione hæreditatis*,& Afflictis *deciſ.305.* nihilominus præfatum fidelitatis Iuramentum non eſt præſumendum; quoniam non poteſt aliter quàm in ſcriptis probari : ſic docent Riccius *collect.1541.*ad Textum *in d.c.1.*qualiter iurare debeat Vaſallus Domino fidelitatem , dicens quod Romæ inquiſitus de prædicto dubio ita reſpondit,idem *in deciſ.198.*vbi allegat Afflict.*in c.1.eodem,tit.cit.*& ita etiam deciſum fuiſſe in Rota Piſana teſtatur Marta *in deciſ.201.*

Et ampliatur eo maxime procedere , quando 38
agitur ex inueſtitura abuſiua contra tertios poſſeſſores;quia tunc actor debet pleniſſimè probare ſuam intentionem , nimirum fuiſſe Iuramentum fidelitatis præſtitum;quoniam agitur de canonicando Dominium contra tertios poſſeſſores per quos non ſufficit probatio per præſumptionem longiſſimi temporis,Verallus *in deciſ.280.& in deciſ.48.p.1.*Cardinal Puteus *in deciſ.266. lib.3.* & Rota *in deciſ.15.de re Iudicata*,in nouis.

QVÆSTIO II.

An qui iurat aliquid alicui dare,ſi moriatur is , cui facta eſt promoſſio,adhuc duret Iuramentum in fauorem hæredum:Et an Vaſallus, qui Iuramentum fidelitatis Domino ſuo præſtitit,teneatur ad repetendum idem Iuramentum reſpectu ſucceſſoris:Et an hæredes Vaſalli, qui in ſua vita Iurauerunt, teneantur Domino fidelitatem Iurare: Et an Iuramentum fidelitatis poſſit per procuratorem præſtari;ita vt Dominus obligetur?

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquid dare obligatus manet , & hæredibus eius,cui Iuramentum eſt,n.2.3.6. Et quare ſi ipſe iurans moriatur,ipſius hæres vinculo Iuramenti non ſit obnoxius,n 4. improbatur ſententia contraria,n.5.*

7 *Iurans ſimpliciter dare centum Titio,tenetur præſtare hæredibus Titij.*

8 *Vaſallus , qui ſemel fidelitatis Iuramentum vero Domino præſtitit , non tenetur eius ſucceſſori illud repetere , ſed tantùm recognitionem*

cognitionem facere, numero 9.

10 Extrauagans cum in Eccleſiis de maiorit. & obed.n.12.

13 Trid. ſeſſ.25. cap.2.

14 Auth.de Inſtrument.caut.§.in his, col.5.

15 *Hæredes vaſalli,qui in vita ſua iurauit, tenentur Domino de nouo iurare,n.*16.17.*&* 18.

19 *Iuramentum fidelitatis per Procuratorem, qualiter præſtari queat, n.*20.21.22.23.24.25.26.

25 *Procurator pro alio admittitur ad iurandum,quando actus talis ſit,qui per procuratorem præſtari poſſit;aliter non item,n.*26.

26 *Iuramentum, quo quis teſtificari debet non præſtatur per Procuratorem.*

1 AD primam difficultatis partem videtur reſpondendum, ſicut reſponſum præbui *ſupra quæſt.præced.*ad dubium primum,de quo *ibi*, quibus præhabitis dices aliter in hoc caſu reſpondendum eſſe;ibi enim dictum eſt Iuramentum ex parte iurantis fuiſſe tantùm perſonale vt Doctores adnotant per Textum noſtrum; & ſic inibi dixi bona hæredis, & eius perſonam quoad obligationis executionem per defunctum promittentem obligara cenſeri; non tamen animam quoad
2 periurij pœnam,& culpam. † Verùm ex parte illius,cui eſt facta promiſſio cum Iuramento, exiſtimo quod tale Iuramentum tranſit ad eius hæredes,& ſucceſſores, vt aperte colligitur ex verbis Textus noſtri ibi,*reſpondemus, vt hæredes tui, qui nobis,& alicui ſucceſſorum noſtrorum iurauerint, aliis iurare minime compellantur, Catholicis tamen ſucceſſoribus noſtris qui pro tempore fuerint,& homagij,& fidelitatis puritatem,nihilominus,ac ſi iuraſſent omni tempore teneantur abſque tergiuerſatione aliqua omni tempore obſeruare:* per quæ verba expreſsè docet Couar.ex communi Doctorum Calculo *in c. quamuis pactum de pact. lib.*6.§.5.*n.*4.in verſic.*poſterior*,& quod Clemens 3.Pontifex hic ſentit palam ſat eſſe,quod ſemel iuratum ſit Romano Pontifici,vt qui iurauit ratione Iuramenti, teneatur fidem ſeruare ipſius Pontificis ſucceſſoribus; ad quod applicabis dicta *ſup.in c.*4.*hoc tit.*
3 Et hæc aſſertio probatur; quia qui iurat Titio decem dare,id Iuramentum fuerit ſecundùm interpretationem Iuſtam eius actus, cui iuratio adhæret,at actus hic abſque vllo dubio,ſecundùm iuris deciſiones ad hæredes Titij tranſit,igitur is qui iurauit tenebitur,& hæredibus Titij ſub iuris religione,quæ eius animam obligat ad periurij reatum,& pœnam,vt tradit idem Couar.vbi pro-
4 ximè. † Et ſic Barboſa hic *num fin.*cum Sayro,& Suarez quærens de differentia cur poſſit aliquis ſe obligare alicui, & ſucceſſoribus illius ſub pœna periurij,non autem obligare ſe, & ſucceſſores ſuos, reſpondet quod in primo caſu de quo nos hic inquirimus plures illæ perſonæ ſunt obiectum Iuramenti,& poteſt iurans intendere totum illud obiectum,quia agitur ſolùm de obligatione propria iurantis,quam quis facere poterit,pro vt voluerit;ſed in ſecundo caſu,de quo *d.q.præced.in pr.* Iuramentum natura ſua non poteſt obligare,niſi perſonam Iurantem,& cum agatur de obligatione aliena,quam quis non poteſt facere iuxta Textum *in l.id quod noſtrum* 11.*ff.de reg. iuris*, merito Iuramentum alias perſonas diſtinctas,etiam ſucceſſores iurantis non obligat.Etenim in caſu noſtro Iuramentum non eſt perſonale ſed in rem,vt docet Imola *hic* Baldus *in l.qui in futurum*,§.1.*ff. de pactis*,Alex.& Doctores,*in l.qui bona*,§ *ſi alieno*, *ff.de damno infecto*,quam communem vocat Ioannes Doſcius *in d.l.qui in futurum,n.*2.Gratian.*regula* 273.*n.*7.Afflictis *in deciſ.Neapol.*185.*n.*2.etenim docent Silueſter verbo *Iuramentum* 4.*q.*2.*&* 3. & relati à Sanchez *de Iuram.lib.*3.*c.*13.*n.*6.diſparem eſſe rationem inter vtrumque caſum,vti ſequitur exemplificans Trulench.*in opere moral.p.*1.*lib.*2.*c.*1 *dub.*16.*n.*7.

Vnde dicendum eſt falſum eſſe, quod quidam 5
exiſtimarunt dicentes Iuramentum ex parte eius, cui præſtatur,perſonale eſſe, nec ad eius hæredes tranſire licet id ita eſſe aſſeuerarint Baldus, Fulgos,& Romanus *in l.ſed ſi hac,ff.de in Ius vocando* quos dubius ſequi videtur Curtius Iunior *in l.ſi quis maior,n* 15.*C.de tranſact.*

Ob idque declarabis in tantum procedere præ- 6
fatam noſtram ſententiam,& Doctrinam Textus noſtri,vt manifeſtum ſit,Iuramentum,de quo hic ad hæredes eius;cui iuratum eſt,tranſire, etiam ſi hæredem,nec ſucceſſorum mentio nulla facta ſit in formula Iuramenti:ſic docet Couar.*in d.c.quamuis pactum,d.*§.5.*ſub n.*5.vbi exiſtimat falſam eſſe Gloſſam hic communiter receptam, teſte Imola, dum dixit neceſſariam fuiſſe mentionem ſucceſſorum, vt Iuramentum illud ad ſucceſſores eius, cui præſtitum fuit, tranſiret:etenim Iuramentum ſimpliciter præſtitum in re,quæ ſucceſſoribus cōpetit,ad eos omnino tranſit.

Et ita ſi quis Iurauerit ſimpliciter dare centū 7
Titio,tenebitur ea ſoluere hæredibus, Titij, ſi ei ei viuenti non ſoluit;quia obligatio iurantis,non extinguitur morte Titij;& ex alia parte defuncti actiones tranſeunt in hæredem ipſius defuncti;& inde ſequi vt iurans teneatur ex vi Iuramenti ſoluere centum hæredibus Titij,in quem tranſierūt actiones ipſius Couar.*n.*4.§.5.Sanchez, Silueſter, Trulench.& alij iam *ſup.*adducti.

Ad ſecundam quæſtionis partem videtur ex 8
noſtro Texto,dicendum,quod vaſallus,qui ſemel Iuramentum fidelitatis Domino ſuo præſtitit,nō tenetur ad repetendum idē Iuramētum ex eo quia Iuramentum nemini eſt deferendum,niſi data neceſſitate,non enim eſt illud appetendum,nec tāquam res vtilis frequentandum;quia quando ſemel rite iuratum eſt, nulla datur neceſſitas ad id Iuramentum repetendum; imo id otioſum dicit Barboſa *hic n.*4.ex regula Textus *in l quibus,ff.hoc tit.*cum aliis iuribus, quæ adducit Gomez. *tom.*1. *var.c.*12.*n.*38. de legatis debitis à ſubſtituto quæ relicta ſunt ab inſtituto.

Vnde venit,vt quamuis verum ſit recognitionē 9
eſſe faciendam ab ipſomet iurante nouo Domino, etiam ſi veteri iuramentum præſtiterit expreſſim pro ipſo Domino;& eius ſucceſſoribus,verū non eſt cur teneatur hanc recognitionem nouo Iuramento ſtabilire;ſi quidem iam ſemel iurauerit,nec vinculum Iuramenti defecerit:ſic tenent per Textum noſtrum Bald. & Henriq.quos ſequitur Carolus Molin.*in conſuet.Paris tit.*1.§.2.*Gloſ.*4 *n.*50. dicentes in prædicta ſpecie neceſſariam eſſe ſimplicē recognitionē,& probant præfatā concluſ.ex noſtro Text. Couar.*in d.c.quamuis pact.p.*1.§.5.*ſub, n.*5.*verſ.octauo*,Speculator *in tit.de feudo*,§ *quoniā, verſ.hoc etiam nota,n.*68.Alex.*conſ.*79 *col. pen.lib.*7.

Sed his præfatis aſſertionibus obſtant ſequen- 10
tia,aduersùs primam Textus *in extrauag. cum in Eccleſiis de maiorit,& obed.*vbi Canonici regulares coguntur ad renouandum idem obedientiæ Iu-
ramentum quod iam antea præſtiterant.† Aduer- 11
sùs ſecundā regulā Textus noſtri, cuius concluſio

vt iam notaui, *quæſt. præced.* procedit etiam reſpectu ſucceſſoris, quia quamuis ipſe Dominus, cui vaſallus iurauit, ſit defunctus, ſucceſſori illius cogendus erit iurare. Sed ad iſtud ſecundùm fundamentum reſponſum videbis ex his, quæ dixi *ſup. in c. ego enim 4. hoc tit. & ex d. q. 1. & q. ſeq. hoc tit.* vbi ago de iurante nomine dignitatis expreſſo.

12 Et ad primum reſpondeo cum Cardinali *in dicta extrauag. cum in Eccleſiis*, & cum Barboſa *hic n. 4.* illum Textum ſpecialiter procedere in illis Canonicis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus poſterius Iuramentum legitimè defertur, quando eis ab excommunicatione abſolutionis beneficium impenditur: ſic expendit Barboſa *hic ſub, n. 4.* in verſic. *non obſtat.* Sed cum ego viderim extrauagantes tam communes, & Ioannis 22. cum aliis, & nullam offenderim incipientem *cum in Eccleſiis*, recurri ad Textum *in c. cum in Eccleſiis de maioritate, & obed. ſup. lib. 1.* quem latè explicaui *in cap. ego 4. hoc tit. ſub, q. 1.* præcipuè à verſic. *nec Textus in d. c. cum in Eccleſiis*, & iuxta noſtrum caſum de repetendo Iuramento *ibi* à verſic. adhuc vſque ad finem, *ſecundæ quæſt. partis*, vbi videbis de ſpecialitate illius Textus; præcipuè in verſic. *ſed impugnabis.*

13 Vnde nonobſtat etiam Textus Trident. *ſeſſ. 25. in c. 2.* quatenus decernit quod Magiſtri vniuerſitatum in initio cuiuſlibet anni ſolemni, ſe Iuramento adſtringant, ſe docturos ſecundùm decreta eiuſdem concilij; quia reſpondeo prædictam Iuramenti renouationem in Magiſtris inutilem non eſſe; imo admodum neceſſariam ad refricandam eorum memoriam, ne in reuidendis prædictis decretis ſint negligentes, & non ſolũ in illo caſu, ſed & in omnibus in quibus repetitio Iuramenti aliquam præſeferat vtilitatẽ poterit iterum iurari, cũ iam tunc dicatur cauſa, & ſufficiens neceſſitas ad iurandũ ita Barboſa hic, *d. n. 4. in fine.*

14 Et fere ex eodem fonte oritur ſolutio ad Textum *in Authentica de Inſtrument. caut. § in his, col 5.* quia vt aduertunt Felinus *in c. præterea de teſtibus, num. 6.* & Panormit. *num. 1.* & Barboſa cum eis *hic ſub, d. n. 4.* ideo Iuramentum *ibi*, notarius repetit quia imminebat dubium circa fidem inſtrumenti, ac ſubinde non otioſam, ſed neceſſariam fuiſſe eius repetitionem.

15 Ad tertiam quæſtionis partem videtur ex iam dictis dicendum; quod hæredes vaſalli, qui in ſua vita iurauit non teneantur Domino fidelitatem iurare; tum etiam quia vt Baldus dixit *in l. liberti libertæque col. pen, Cod. de operis libert.* hæres feudatarij non eſt periurus, ſi debita miniſteria, quæ defunctus præſtare iurauerat, non præſtet, niſi reuocet, aut repetat Iuramentum, argumento Textus *in l. ſi cuius, ff. de vſufructu*: ergo, † Et

16 Clarius idem Baldus *in l. vnica, §. excepto, Cod. de caducis tollend.* & Iaſon *conſ. 159. col. 3. lib. 2.* tenuerunt ſucceſſorem vaſalli, nouumque clientulum non teneri ad Sacramentum fidelitatis præſtandum, nec ad homagium faciendum Domino, quando prædeceſſor Iuramentum præſtitit Domino expreſſim pro ſe, & eius ſucceſſoribus.

17 Tamen Alciatus *in cap. cum contingat. num. 120. & ibi* Imola *n. 18. in fine, hoc tit* Barboſa *hic n. 6.* D. Thomas 2. 2. *quæſt. 98, art. 2. ad 4.* vbi Caietanus, Sotus *lib. 8. de Iuſt. & iure, q. 2. art 2. ad 4.* & alij communiter, docent quod hæredes Vaſalli, qui in ſua vita iurauit, teneantur Domino fidelitatem iurare non obſtante Iuramento præſtito Vaſalli, cuius hæredes ſunt. Et ratio eſt, quia & ſi Vaſallus iurans expreſſim pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, voluerit ſeipſum, & ſucceſſores adſtringere vinculo Iuramenti: tamen hæc voluntas parum proderit, cũ Iuramentum ex parte iurantis ſit perſonale ſecundùm ea quæ iã adduxi. *ſup.* in princ. primæ quæſt. & in princ. huius noſtræ quæſt. adque ob id tenebitur ſucceſſor Iuramentum fidelitatis præſtare, vt idem Baldus notauit *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. col. penult.* verſic. *ſed nunquid.* Aluarotus *in c. 1. in princ. n. 7. quæ fuit prima cauſ. benef. amittend.* Iacobus de ſancto Georgio *in feudi inueſtitura*, verſ. *qui quidem in veſtitus, col. 9.* verſic. *amplius dico*, Couarruuias *in c. quamuis pactum 1. p. §. 5. ſub n. 4.* verſic. *ſeptimo*, vbi improbat Baldum, & Iaſonem iam relatos.

Nec obſtant Textus noſter, nec *ſupra*, relata in contrarium, quæ intelliguntur tantùm de iurante aliquid alicui dare; quia tunc, vt iam in præcitatis locis adduxi ſub eodem Iuramento tenebitur dare; & ſucceſſori eius, cui fuit iurata à iurante promiſſio; & de hoc caſu loquitur principaliter Textus noſter, vt notant Doctores relati à Barboſa *hic n. 1.* 18

Ad quartam quæſtionis partem, an Iuramentum fidelitatis poſſit per procuratorẽ præſtari? vt reſpondeas leges quæ adduxi, *ſup. in c. ego N 4. hoc tit. q. 3.* & Vberius *in c. 3. de Iuram. calumnia q. 1. n. 2.* & cum aliis *ibi* adductis; & licet tunc citauerim Couarr. *in c. quamuis pactum de pactis, lib. 6. p. 1. §. 5. toto n. 8.* nunc iterum commendo, vt ipſum legas; quia bene diſputat ad vtramque partem, quæſtionem affirmatiuè reſoluens, ſi procurator habeat ſpeciale mandatum ad iurandum, vbi agit de dubio an Iuramentum fidelitatis, de quo agit noſter Textus poſſit per procuratorem præſtari. 19

Sed pro apertiori declaratione dico cum eodem Couarr. *vbi ſup.* & cum Iulio Claro 4 *recept ſentent. §. feudum, q. 49. ad finem*, & cum Egidio Trulench. *in opere morali. p. 1. c. 1. lib. 2. dub. 13. n. 6. & 8.* taliter procuratorem vaſalli ſpeciale mandatum habiturum, quod debeat illud eſſe ſpeciale in ſpeciali, & particulari cauſa ſpecificata, & nominata: argum. Textus *in c. fin. de procurat. lib. 6.* in quo exigitur ſpeciale mandatum, & quoad matrimonium, & quoad perſonam, cum qua contrahendum eſt matrimonium. 20

Et nunquam ſufficere generale mandatum ad Iurandum nomine alterius; tum quia Iuramentum eſt res grauis ſtrictè obligans iurantem; tum quia nullus nomine alterius poterit aliquid iurare, tamquam certum, & verum, niſi illud certo norit ſed non poteſt certo noſſe, niſi ab eo, cuius nomine iurat ſpeciale mandatum habeat in ſpeciali mandato nominata ad iurandum: Ergo. 21

Quare, euenit vt vis, qui generale mandatũ dedit ad contrahendum, & Iurandum, non teneatur ex vi iuramenti ſtare contractui, ſed ex vi contractus, & eſt ratio, quia hoc mandatum non eſt legitimum ad iurandum nomine alterius; licet ſufficiat ad contrahendum: ita docent Sotus *lib. 8. de iuſt. & iure, q. 2. art. 2.* Sanchez *lib. 3. c. 13. n. 19.* Suarez *lib. 2. de iuramento, c. 31.* Trulench. *vbi ſup. ſub, n. 8. dubio 13.* † Tamen ſi ſpecialiter daretur ad iurandum modo dicto, tunc ſi promiſſum frangeretur, periurus eſſet Dominus mandans, & nõ eius procurator, vt notant Silueſter verb. *Iuramentum, quæſtio 1.* Sanch. *d. lib. 3. c. 13. n. 26* & aliis, Bonacina *tom. 2 diſp. 4, q. 1 punct. 10. n. 2. & 3.* quia Procurator non emittit iuramentum nomine proprio, ſed alieno. 22 23

Et

24 Et quod dictum eſt poſſe Vaſallum iuramentũ
fidelitatis Domino per Procuratorem præſtare
iuxta Textum *in c.1.§.verum de ſtatu regular. lib.6.*
intelligitur, dummodò Dominus non contradi-
cat; At ſi Vaſallus iuſtè ſit impeditus, poterit
illud Iuramentum præſtare per Procuratorem
etiam inuito Domino, vt tradit Couarr. *ſuprà*
*dict. num.*8. Trulenq. *in opere morali dict. dub.* 13.
*num.*8. *in fine*, vbi cum Sayro *in Claui Regia lib.*
cap.6. à num. 25. addit quod quando Iuramen-
tum validè poteſt fieri per Procuratorem, ſer-
uandum eſt ſtrictè iuxta formam mandati: Et ita
intelligitur Barboſa hic, *n.9.*

25 Item notabis pro complemento huius dubij,
tunc pro alio admitti Procuratorem ad Iuran-
dum, quando reuerà actus talis eſt, qui per Pro-
curatorem præſtari poſſit, aut quando lex pro-
prium Iuramentum non requirat; Quia tunc
Iuramentum per Nuntium, aut per Procurato-
rem præſtari non poterit iuxta Textum *in cap. ſi*
26 *verò de ſent. excommunic.*. † Et ob id Sanchez.
*ſuprà num.*22. *&* 23. Azor. *tom.*1. *moral. cap.* 7.
q. vltima, Villalobos *in ſumma* 2. *p. tractatu* 36.
*dif.*7. & relati à Bonacina *dicta diſp.* 4. *tom.* 2. *q.*1.
puncto 10. *num.*4. & Couarr. *ſuprà ſub dicto n.* 8.
dicunt vt Iuramentum, quo quis teſtificari de-
bet, non poſſit per Procuratorem omitti; quia
in cap. licet de Teſt. vt ibi notaui, præſumitur pro-
prium Iuramentum.

QVÆSTIO III.

An hæres iurantis ſortiatur forum Eccleſia-ſticum? At an Iuramentum præſtitum alicui, expreſſo nomine proprio iure tamen ad dignitatem pertinente, tranſeat ad Succeſſorem dignitatis: An renuntians Iuramento hæreditatem, filiis ſuis noceat: Et an renuntiatio iurata extendatur ad Ius non competens tempore renuntiationis: Et an eſto quod hæres Iurantis de periurio non conueniatur, conueniri ſaltem poſſit ciuiliter ad pœnam?

SVMMARIVM.

1 *Hæres Iurantis, ſi laicus eſt, conuenitur coram laico, num.*2.

3 *Hæres eius, cui Iuratum eſt, poteſt compellere iurantem ad obſeruantiam contractus coram Eccleſiaſtico.*

4 *Iuramentum præſtitum alicui nomine proprio expreſſo, in re tamen ad Dignitatem pertinenti, qualiter porrigatur ad Succeſſorem Dignitatis diſtinguitur, n.* 5.6.7.8.9.10.11.12.

9 *Iurans aliquid facere, v. g. Petro, qualiter, & Succeſſoribus Petri teneatur, n.*10.

10 *Iurans fidelitatem Prælato ſuo, ſi is prælationem amittat, non debet alter ei eam præſtare.*

11 *Canonicus Iurans ſeruare ſtatuta Eccleſiæ non tenetur ex vi Iuramenti, ſi priuatus fuerit Canonicatu.*

12 *Iurans conſtituto in Dignitate fidelitatem id repetit in recognitionem Succeſſori.*

13 *Iurans præſtare auxilium Regi Carolo, v. g contra omnem hominem, nunquid obnoxius ſit, & eius filio.*

15 *Renuntiatio iurata nunquam extenditur ad ius non competens, num.*16.

17 *Hæres iurantis qualiter ad pœnam queat conueniri.*

AD primam difficultatis partem, vt reſpon- 1
deas præmittes ea quæ adduxi *in cap. nouit*
*de Iudiciis q.*9. *& q.*13. *& in cap. ſi diligenti de foro*
comp. & alibi, vbi egi de foro quod ratione Iura-
menti ſortitur. Nunc verò quia iam *ſuprà q.* 1.
in princ. & per adducta *q. præced.* cognitum ſit
quod hæres Iurantis non teneatur vi periurij ad
implendum promiſſum per ſuum principalem,
qui Iurauit, videtur dicendum, quòd ſi Iuran-
tis hæres laicus ſit, non teneatur ad comparen-
dum coram Iudice Eccleſiaſtico, etiamſi Credi-
tor prætendat illum conuenire ex vi contractus,
ſeu promiſſionis Iuratæ in eo foro, argumento
eorum quæ adduxi *in cap. ſi Clericus Laicum* 5. *&*
in cap. penult. & in cap. fin. de foro comp. † Quò 2
fit vt etſi ex Textu *in cap. fin. de foro comp. lib.* 6.
ratione Iuramenti poſſit Laicus, etiam Reus
apud Iudicem Eccleſiaſticum conueniri, cum
agatur in ea lite de obſeruatione Iuramenti, vt
ſcripſi in locis prænotatis, & colligitur ex his
quæ adduxi *in cap. tuam* 3. *de ordine cognitionum.*
Tamen hæc, & aliæ deciſiones locum habent in
ipſomet Iurante, non autem in eius hærede, cum
Iuramentum ſit ex parte Iurantis per perſonale
& non reale, vt ſcripſi in præcedentibus *quæ.* 1. *&*
2. quia illa conſtitutio tantùm procedit ab ipſa
Religione Iuramenti, & ad periuria euitanda
quæ non militant in hærede Iurantis iuxta men-
tem Ioannis Andreæ, & Abbatis *in cap. fin. de*
ſepulturis, Baldi *in Auth. Sacramenta puberum in*
fine, Cod. ſi aduerſus vendit. Baldi *in Rubr. de Iu-*
reiur. Antonij, & Panormit. *in cap. cum ſit gene-*
rale de foro comp. & Romani *ſingul.* 216. tradit
Paulus Pariſius *in conſ.* 75. *lib.*3. *col.*1. *& vltima*
cum multis Couarruuias *in cap. quamuis pactum*
1. *p.* §.5. *n.*4. *& ibi n.*6. verſic. *nono*, & hanc opi-
nionem tenendam in Iudicando, & concluden-
do tenuerunt Antonius Gomez. 2. *tom. variar.*
*cap. de reſtit. n.*19. cum multis ibi Haillon. Auen-
dañus *lib.*2. *de exequendis cap.*27. *num.*11. *in fine*,
Guttierrez. *in dicta Auth. Sacramenta n.* 16. qui
omnes plures alios referunt ita tenentes. † E- 3
contra verò docet Couarruuias *ſuprà*, erit nam
notandum is, cui Iuratum eſt, ſed & eius hæ-
redes poterit Iurantem ad obſeruantiam con-
tractus Iurati apud Eccleſiaſticum conuenire, &
colligitur ex his, quæ adduxi *ſuprà dicta quæſt.*2.
in toto verſic. *ad primam.* Alia tradit Trulenq.
in opere morali lib. 2. *cap.* 1. *dub.* 16. *n.*8.

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpon- 4
deam, exiſtimo eſſe diſtinguendos tres caſus.
Primus eſt quando Iuramentum fidelitatis à Va-
ſallo præſtitum eſt, non ſub nomine Dignitatis
appellatiuo, ſed tantùm expreſſo nomine pro-
prio abſque vlla Succeſſorum mentione, & in
hoc caſu, vt iam dixi tranſit Iuramentum etiam
ad Succeſſores, vt probat textus noſter ibi, *nobis,*
vel alicui Succeſſorum, quia Iuramentum, ſeu pro-
miſſio facta alicui expreſſo nomine proprio in
re tantum ad Dignitatem pertinente, tranſit ad
Succeſſorem Dignitatis; Et quia in dubio, an
actus Dignitati, vel perſonæ ſit tribuendus, id
ex coniecturis deprehenditur iuxta Textum ele-
gantem *in cap. requiſiſti de Teſtament.* notant Fe-
linus, Abbas, & Decius *in cap. quoniam*, Abbas
de

de off. deleg. Textus, & *ibi* Bart. *in l. penult. ff. de rebus dubiis*, vbi Baldus, & Paulus de Caſtro, cum aliis Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum 2. p.* §.. 5. *n.*4. verſic. *tertio.* Vnde infert Barboſa *hic num.*5. *in fine*, vt cum Iuramentum fidelitatis verſetur circa rem ad Dignitatem pertinentem, rectè fieri vt præfatum Iuramentum, ſeu promiſſio tranſeat ad ſucceſſorem iuxta noſtrum Textum, quem ita Couarr. interpretatur *in dicto cap. requiſiſti*, reprobata ſententia Gloſſæ *in cap. ego N. 4. hoc tit.* vbi probauit longè ſatis eſſe ſufficientem coniecturam, quod actus ipſe fiat reſpectu Rei ad Dignitatem pertinentis, vt etiam meminit in dicto verſic. *tertiò* in fine.

5 Secundus caſus eſt, quando iuratur ſub hac forma *ego iuro fidelitatem tibi, & Succeſſoribus tuis* iuxta dicta *ſuprà in dict. cap. ego. N. 4. hoc tit.* hoc enim in caſu abſque controuerſia eſt, vt quamuis ipſe Dominus, cui Vaſallus Iuramentum fidelitatis præſtitit ſit defunctus, cogatur & Iurare eius Succeſſori, vt tradunt Couarruu. *in dicto cap. quamuis pactum dicto* §. 5. *dict. num.*4.
6 *&* 5. & relati à Barboſa *hic dict. n.6.* † Quod ſi nulla facta mentione Succeſſorum Iuramentum fiat certæ perſonæ, vt talis eſt, tunc niſi aliud ſuadeat materia ſubiecta, & intentio Iurantis, cui ſtandum eſt, obligat quo ad hæredes, docet Trulenq. *in opere morali dicto cap.* 1. *lib.* 2. *dub.* 16. *num fin. in fine*, cum Sayro *in Claui Regia lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 15. & ex eo, quia Iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret, & obligatio rei, quæ promittitur ad hæredes tranſit.

7 Tertius caſus eſt, de quo nos inquirimus in hoc dubio, nempe quando alicui ſub nomine appellatiuo dignitatis Iuramentum fit; licet nulla fiat mentio Succeſſorum; quia tunc cenſebitur etiam Iuramentum factum quo ad Succeſſores in illa dignitate, quæ non variatur ex varietate perſonarum, argum. Textus *in dicto cap. quoniam*, Abbas *de officio deleg. dict. cap. requiſiſti*, vbi latè Couarr. *de Teſtam.* cum ſimilibus, docent Sayrus *ſuprà num.*19. & Barboſa *ſub dict. num.* 5. in Textu noſtro; Imo ſufficere, docent quod ex circunſtantiis ſubintelligatur factum eſſe Iuramentum ſub nomine dignitatis, vt iam dixi.

8 † Vnde Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum 2. p.* §. 5. *num.* 4. *verſ.* 4. improbat Antonium, Cardinal. Abbatem, & Doctores in hoc noſtro textu aſſerentes, & exiſtimantes neceſſariam eſſe in formula Iuramenti, ſaltem ipſius dignitatis mentionem, vt Iuramentum extendatur ad Succeſſores in dignitate, id deducens ex his, quæ iam adduxi *ſuprà* in primo caſu horum trium.

9 Et pro complemento huius dubij dico, quod ſi quis iurauerit aliquid facere Petro, tenebitur mortuo Petro idipſum præſtare hæredibus, ſi id expreſſit. Si id autem non expreſſit, factumque eſt Iuramentum alicui ſub nomine dignitatis modo dicto porrigitur ad Succeſſores; quamuis eorum nulla fuerit facta mentio, vt ſi dicat *Iuro obedientiam Romano Pontifici, vel Epiſcopo*, quia dignitas non variatur vt iam adduxi.

10 Tamen ſi aliquis iuret fidelitatem Prælato ſuo vel Petro Domino, ſi Dominium, vel Prælationem Petrus amittat, non debet alter illi fidelitatem præſtare, iuxta Textum *in cap. venerabilem* 34. *in fine*, vbi Gloſſa, Abbas, & alij de electione, Suarez. *de Iuram cap.*31. *num.* 16. Barboſa *hic num fin.* in fine, dicens id procedere, quia vnuſquiſque intelligit iuraſſe illi, vt Prælato, vel Domino, non autem, vt Petro, & docet Trulenq. *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 16. *num.* 9. vbi ad id probandum adducit.

Quod ſicut Canonicus iurans ſtatuta Eccle- 11 ſiæ, cuius eſt Canonicus, non tenetur ex vi iuramenti ad ea ſeruanda, poſtquam priuatus fuerit Canonicatu, & ſicut illi, qui ſtatuta ciuitatis iurarunt, non tenentur iuramenti vinculo poſtquam fuerint abrogata authoritate Superioris legitimi; Ita nec tenebimur ſeruare iuramentum præſtitum alicui ratione dignitatis, poſtquam ſe dignitate abdicauerit, vel priuatus fuerit, Gloſſa *in cap. ad Apoſtolicam de ſent. & re Iudic. in 6.* Azor. *lib.* 11. *moral. cap.*9. *q.*4 Silueſt. verb. *Iuramentum* 4. *q.* 2. *&* 3. Sanchez. *in opere morali lib.* 3. *cap.*13. *num.*9. *&* 10. Sotus, Caietanus & alij, quos citat Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 4. *quæſt.*1. *puncto* 17. *n.*1.

Idem ex dictis notant Paulus de Caſtr. *in Auth.* 12 *ſi quas ruinas, Cod. de Sacroſanct. Eccl.* Bartolus *in l.* 1. *Cod. de Iure Emphyth.* Couarruuias *in dicto cap. quamuis pactum*, §.5. *p.*2. *ſub n.*4. verſic. *ſexto.* quod Succeſſori eius, cui iuratum eſt ratione alicuius dignitatis fit ab ipſo iurante repetitio iuramenti, non quia ea neceſſaria ſit, ſed quod ea fiat in recognitionem beneficij, & feudi, vt quis nouum Dominium recognoſcat iuxta Textum optimum *in cap. longinquitate* 12. *q.*2. *& cap.*1. §. *præterea de prohibita feudi alienatione per Federicum*, pro quo eſt Gloſſa *in Auth. qui rem, Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis*, ſed Barboſa *hic ſub num.*5. *in fine* præfatum; §. *præterea*; aliter intelligit dicens non agere de Vaſallo, qui ſemel à Domino inueſtitus illo defuncto teneatur nouam ab eius Succeſſore petere inueſtituram, ſed agere de Vaſallo nouo, qui intra certum tempus inibi præfinitum, tenetur à Domino petere inueſtituram.

Vltimo iuxta præfatam doctrinam, & alia *ſu-* 13 *prà* dicta notabiliter Baldus ſcripſit *in dict. cap.*1. §. *præterea de prohibita feudi alien. per Federicum, num.*23. Couarruuias *dicto cap. quamuis pactum p.*2. §. 5. *n.*4. verſic. *quinto*, quod ſi quis iurauerit alicui præſtiturum ei auxilium contra omnem hominem, præter Carolum IV. per hoc cenſeri etiam exceptum eius filium Ladiſlaum, qui Imperio ſucceſſit, cum hæc formula iuramenti etiam quo ad exceptionem concepta ſit in re, quæ ad Imperatoris dignitatem attinet.

Ad tertiam quæſtionis partem, an renuntians 14 iuramento hæreditatem filiis ſuis noceat? Vt plura ad hanc difficultatem applices, leges quæ adduco *infrà in cap. quintauallis, & in cap. cum contingat hoc tit.* de qua interim videbis Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum de pactis* 3. *p.* § 3. *ſub n.*7. verſic. *decimo nono.*

Ad quartam quæſtionis partem vt benè ſatiſ- 15 facias, videbis quæ dico *infrà in cap. quemadmodum infrà hoc tit.* & quæ adduxi *ſuprà in cap. cum quidam* 12. §. *illi verò*; vbi dixi de conditione quod Iuramentum debet intelligi de rebus ſic ſe habentibus, vel ſtantibus; item applicabis quæ adduxi *ſuprà in hoc Textu q.* 1. in verſic. *ad tertiam*, vbi egi de quæſtione, an iuramentum extendatur ad incognita, & applicabis quæ dico *infrà in cap. penult. de prorogando iuramento.* † Qui- 16 bus præhabitis dico quod renuntiatio iurata nunquam extenditur ad ius non competens tempore renuntiationis, ſed ad tunc competens reſtringitur, quia in omni actu, & diſpoſitione intelligitur,

intelligitur clauſula illa *rebus ſic ſe habentibus, & ſtantibus*, vt probat Textus *in cap. cum inter de donation.* vbi Abbas, & communiter Doctores, Iaſon. *in l. quod ſeruius, num.* 8. *& ſequent. ff. de condit. cauſa data, cauſa non ſequuta*, ex quo plurima infert Hypolitus *in l.* 1. *§. fin. à num.* 33. *ff. de quaſt.* Gomezius *in l.*22. *Tauri*, cum pluribus aliis agentibus de prædicta clauſula: ſic docet Guttierrez *de Iuram. confirm. cap.*71. *p.* 1. *num.fin.* Et in explicationem applicabis quæ adduxi *in cap. dilecti* 6. *de Iudiciis q.* 13. vbi egi de illo dubio: *An actio propoſita quæ verè tempore litis non competebat, valida efficiatur ex Iure ſuperuenienti.*

17 Ad vltimam quæſtionis partem, an hæres iurantis conueniri poſſit ad pœnam? Videtur reſpondendum negatiuè, quia ſi ratione Iuramenti non tenetur, vt adduxi *ſuprà q.* 1. *in princip.* cur ad pœnam ciuilem debeat teneri. Verùm Bernardus Diez de Lugo *in Reg.*386. & cum eo Ioannes Guttierrez *in Auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus Vendit.num.*17. docent quod hæres defuncti Iurantis, poteſt ciuiliter ad pœnam accuſari ſi non obſeruat, id defunctus iurauit, ſed non poſſe criminaliter accuſari de periurio ex Iuramento defuncti; quia illud, vt iam adduxi non tranſiuit ad hæredes: Ita etiam tenent Alex. *conſ.*146. *num.*4. *vol.*7. & plures allegans Rolandus à Valle *conſ.* 17. *n.* 15. cum aliis ſequentibus *lib.*1. Afflictis *deciſ. Neapol.* 281. *n.*8. *&* 9. Gratianus *regula* 273. *n. fin.* qui etſi rationem non afferant, eam colliges ex prædictis *dicta quaſt.*1. *ſuprà in primo dubio*, vbi dixi quod etſi hæres Iurantis ſub pœna periurij non teneatur ad obſeruantiam contractus iurati; eo quod Iuramentum non tranſit ad hæredes iurantis, tamen tenetur hæres adimplere ex vi promiſſionis contractum iuratum; Ergo mirum non eſt vt poſſit ciuiliter conueniri ad pœnam ciuilem, vt præcitati tenent.

AD TEXTVM IN CAPITE XV.

Verum, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVius Textus materia ſatis intelligitur ex his quæ notaui *ſuprà in cap ſi vero* 8. *hoc tit.* in quibus iuribus agunt Doctores latè de improbando Iuramentum per metum, aut per vim extortum, ſed quia de hoc dubio agitur *in tit. de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt in cap. ad aures* 3. *c. ad audientiam* 4. cum aliis, *& in cap. cum locum de ſponſalibus, & alibi*, quæ dico de voto per metum extorto *in cap.*3. & aliis *infrà*, de voto, & voti redemptione: Interim videbis, quæ adducit Sanchez. *de Matrim. q.*32. *n.*15. plures adducit Barboſa vtrobique.

II. Sed ad quæſtionem; an iuramentum metu extortum ſit ipſo iure nullum; aut egeat abſolutione, applicabis dicta *ſuprà in cap.*1. *&* 2. *& in cap. debitores*, Ceuallos *q* 604. benè Faquineus *controuerſ. cap.*102. *lib.*8. Balboa *in dicto cap. ſi vero*, ipſum videbis *in dict. cap.* 1. *num.* 75. *&* 80. Trulenq. *in opere morali lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 12.

III. Et vtrum obliget iuramentum requiratur deliberatus conſenſus, Suarez. *lib.*2. *de Religione & Iuramento cap.*7. Quid de iuramento ſimulato *cap.*8. Quid de extorto per iniuriam *cap.*9. *&* 10. & de extorto per errorem *cap.*11. Et quid in caſu dubio *cap.* 32. de quibus Trulenq. cum multis ab eo relatis *ſuprà dicto cap.*1. *dubio* 11. *&* 12. vbi *dubio* 10. de iuramento facto animo ficto.

IV. Et an iuramentum homini factum poſſit ab homine relaxari? idem *cap.*41. Gratianus regula vide dicta *in cap.*1. Sanctius *lib.*2. *moralium. lib.*3. *de Iuram. cap.*11. Quæ ſit actio libera, aut voluntaria, Azor. *lib.*1. *moral. cap.* 2. 3. *&* 9. Et quid ſit metus, idem *lib.* 3. *moral.cap.*15. Et an concedatur abſolutio à Iuramento metu extorto, Gailius *lib.*2. *pract. cap.*42.

QVÆSTIO I.

An Iuramentum metu extortum ſit ipſo iure nullum, aut egeat abſolutione: Et an quando quis iurauit metu leui compulſus, poſſit Epiſcopus relaxare Iuramentum: Et an qui vi, vel metu coactus iurat, ſi habeat animum non implendi Iuramentum, petendo prius relaxationem eius, non obſtante hoc, peccet mortaliter: Et an Iuramentum metu, aut dolo adiectum contractibus inualidis, & de iure reprobatis, obliget in conſcientia?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum promiſſorium per metum extortum, factum animo ſe obligandi valet*, num. ſequentib. & à num. 10. *vbi referuntur quatuor dicendi modi. Quid in foro conſcientiæ, à num.* 11. *ad* 26. *vbi plura expenduntur iura.*

9 *Iuramentum per metum extortum adiectum contractibus a lege reprobatis nullum eſt; Secus ſi in contractibus validis, & tunc eget abſolutione*, *n.*20. 21.

11 Cap. 1. de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt cap. 1. cap. licet de voto, cap. non eſt 15. q. 1. cap. præſens 20. q. 3. cap. cum verò, *verſic.* ex his 23. q. 6. *Trident.* ſeſſ. 25. cap. 17. l. 32. tit. 6. p. 1.

22 Cap. cum contingat hoc tit.

23 Cap. ſi vero hoc tit. cap. ad aures, cap. ad audientiam de his quæ vi, cap. authoritate 15. q. 6.

23 Auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus venditionem, n.25.

24 *Iuramentum per metum extortum, nullum eſt in aliquibus caſibus.*

27 *Iuramentum leui metu extortum valet, nec relaxari contingit in foro externo, ſecus in interno, n.*28. 29. 30.

31 *Iurans vi, vel metu coactus ſi habeat animum non implendi petendo prius relaxationem, non peccat mortaliter, n.*32.

33 *Iuramentum vi, vel metu adiectum contractibus iure reprobatis non obligat in conſcientia num.* 34.

Ad

1 AD primam difficultatis partem, vt reſpondeas, leges nonnulla quæ adduxi *ſuprà in cap.1. hoc tit.* & vberius *in cap.2. q. 1. in princip.* & pro parte, quæ docet nullum eſſe ſic Iuramentum permotum extortum: itavt non egeat abſolutione, faciunt plura iura. Primò *Auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus venditionem,* vbi Federicus loquens refert ſequentia verba: *Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inuiolabiliter cuſtodiantur per vim autem, vel per iuſtum metum extorta, etiam à maioribus maximè ne querimoniam maleficiorum faciant commiſſorum nullius eſſe momenti iubemus.*

2 Secundò ex Textu *in cap. cum contingat infrà hoc tit. cap. quamuis pactum de pactis lib. 6.* vbi Pontifex dicit ſeruanda eſſe Iuramenta, quæ non vi, non dolo extorta ſint, nec vergunt in diſpendium ſalutis æternæ, aut in alterius præiu-
3 dicium. † Tertio ex Textu *in cap. cum locum de ſponſalib. & in cap.2. de eo, qui duxit quam polluit per adulterium,* vbi expreſsè cauetur Matrimonium metu contractum irritum eſſe; itavt qui poſt Matrimonium metu contractum, & iuratum aliam duxit vxorem cum ſecunda permaneat, eo quod primum Matrimonium fuit nul-
4 lum. † Quartò quia idem communiter Doctores fatentur in conſtitutione Procuratoris facta & iurata per metum, quæ nulla eſt. Idemque dicendum de Iuramento accedenti promiſſioni
5 dotis. † Quintò ex Textu *in cap. 1. de his quæ vi, & ex l. 28. tit. 11. p. 4.* vbi expreſsè deciſum eſt, votum per metum extortum eſſe nullum ipſo iure, nec tale votum, ſeu iuramentum debeat à
6 promittente adimpleri. † Sextò quia tale iuramentum metu extortum proculdubio eſt contra bonos mores, ergo non eſt obligatorium iuxta Textum *in cap. non eſt obligatorium de Reg. iuris.*

Per hæc, & alia fundamenta hanc partem tuentur Franciſcus Curtius *n. 13.* Igneus *n. 21. in dicta Auth. Sacramenta puberum,* & communiter omnes legiſtæ ſecundùm Corneum *ibi, & conſ. 11. lib. 3.* Grammaticus *conſ. 91. num. 4.* Gratus *reſponſo 71. lib. 1.* hanc partem neruosè defendentes *ex dicta Auth.* Decius *conſ. 379.* vbi dicit magis communem opinionem, quod data enormiſſima læſione, non requiratur relaxatio iuramenti, & tenent etiam Afflictis *deciſ. 262. n. 2.* Menchaca *controuerſ. illuſtr. cap. 25. n. 27.* Chacheranus *in deciſ. Pedmont. 179. num. 16.* qui alios refert Boërius *deciſ. 100. num. 14.* Alios refert, & ſequitur Ioannes Botta *conſ. 2. n. 11.*

7 Sed ex noſtro Textu, & *ex cap. ſi vero 8. hoc tit. cap. ad audientiam de his quæ vi.* & ex aliis iuribus docent magis communiter Doctores Iuramentum metu extortum validum eſſe; & abſolutione indigere, docent etiam Gloſſa cum ab ea relatis *in dicto cap. quamuis pactum,* vbi Archidiaconus, & Ioannes Andreas, Monachus, Dominicus, & Georgius, & hanc ſequitur Matthæus de Afflictis *in deciſ. 322. n. 9.* Rolandus *conſ. 59. lib. 1. num. 27.* Guttierrez. *in dicta Auth. Sacramenta puberum, num. 96.* vbi cum pluribus & cum aliis multis Ceuallos *pract. q. 604. num. 2.* Couarr. *in 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 5. num. 2. & lib. 1. variar. cap. 7. & 8.* qui dicunt hanc opinionem praxi ſeruari, & addit Guttierrez. in tantùm procedere, vt verior ſit, etiamſi contractus ſit nullus, & dolus adſit in læſione, quam inteligit Afflictis, *vbi ſuprà num. 4.* & Ceuallos *n. 3.* etiamſi metus eſſet detectus, & probatus, & eam porrigit Corneus *ſuprà,* vt procedat etiam de iure Ciuili.

Sed Molina *de Hiſpanor. primogeniis lib. 2. c. 5. num. 13.* dixit in hoc caſu non eſſe neceſſariam 8 relaxationem, & ſic in praxi ſeruari, & hanc poſtremam ſententiam docent cõmuniter Theologi cum Diuo Thoma 2.2. q. 89. Balboa *in dict. cap. ſi vero 8. à n. 2.* Faquineus *controuerſ. lib. 8. cap. 102.* qui ambo referunt Sancti Thomæ verba.

Alij autem exiſtimant has duas opiniones diſtinctionis fœdere componendas, nam vel adij- 9 citur Iuramentum contractibus à lege reprobatis, & in hoc caſu nullius eſſe momenti ſi fiant per metum, & ita procedere iura *in dict. cap. cum contingat, cap. quamuis pactum, dicta Auth. Sacramenta puberum;* Secùs verò eſſe ſi iuramentum extortum ſit vi, vel metu in contractibus validis, & approbatis, quia tunc iurans adſtringitur, & abſolutio ei eſt neceſſaria iuxta Textum noſtrum, & *dict. cap. ſi verò:* cum aliis ita docent Panormit. *in dicto cap. cum contingat, & ibi* Alciatus *notabili 3.* Felinus *in cap. 2. hoc tit.* & multi alij relati à Seraphino *de Priuilegiis, Priuileg. 100. à n. 7.* de quo adduxi *in d. cap. 1. & 2.*

Mihi tamen veriſſimum puto dicendum, quod 10 Iuramentum promiſſorium factum animo ſe obligandi, etiamſi extortum ſit vi, vel metu, valet in conſcientia, & obligat modo fiat de re licita, ſi iurans non ſit vſus æquiuocatione, & probatur quia iure naturæ tenemur curare, vt verum ſit quod iuramus, ne Deus adducatur in Teſtem falſi, & quamuis promiſſio per vim extorta non obliget ex ſe, tamen obligat ratione iuramenti, ita docent D. Thom. 2.2. *q. 79. art. 7. ad 3.* Silueſter verb. *Iuramentum 4. q. 7.* Nauarrus *cap. 12. num. 14.* & alij communiter Trulenq. *in opere morali lib. 2. cap. 1. dubio 12. num. 1.* ergo dici debet in ſpecie noſtri Textus, & aliorum vt cum aliud ſit vis aliud metus; itavt facta per vim nullius ſint momenti, ſed facta per metum ipſo iure valeret, & ſi reſcindantur iuxta Textum *in l. ſi mulier, §. ſi metu coactus, ff. de eo quod metus cauſa l. 29. tit. 11. p. 3.* & dico *infrà in toto tit. de his quæ vi;* Quid mirum vt obliget ſi iuramento firmetur.

Adhuc veró præfata aliter explanant alij Do- 11 ctores diſtinguendo inter forum internum, ſcilicet conſcientiæ, & forum externum, in quo nos verſamur ſub Magiſtratus imperio, & iuriſdictione, & ſecundùm hoc dicunt iuramentum metu, ſeu vi extortum obligare in foro conſcientiæ, ſed in foro externo non obligare, hæc ſententia videtur probari ex D. Thom. 2. 2. *dict. quæſt. 89. art. 7.* ita loquente *in iuramento, quod quis coactus fecit, duplex eſt obligatio, vna quidem, qua obligatur homini, cui aliquid promittitur, & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim intulit, hoc meretur. Alia autem eſt obligatio, qua quis Deo obligatur, vt impleat quod per nomen eius promiſit, & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ; quia magis debet temporale damnum ſuſtinere, quàm iuramentum violare,* docet ibi Caietanus & Gregorius de Valentia *in 3. tom. diſp. 6. q. 7. puncto 4.* & ſic ſequendo Faquineus *vbi ſuprà dicto lib. 8. cap. 102.* in verſiculo *quarta,* eam veriſſimam vocat, tum quia iuri, & rationi eſt conſentanea, tum quia per ea conciliantur omnia iura, quæ prima fronte inuicem

pugnare

pugnare videntur, nec non, & Doctorum ſuprà diſcrepantes ſententiæ; Et ita renendo expendit noſtrum Textum, & Textum *in dicto cap. ſi vero* 8. dicens quod Sanctus Pontifex apertè in eis loquitur de obligatione Iuramenti quoad Deum, id deducens ex verbis dicti capituli ſi verò ibi: *Tutum non eſt quemlibet contra Iuramentum ſuum venire.* Et ibi *ne Authoues periurÿ videamur.* Et per hæc verba Textus noſtri ibi *non eis ita expreſſè dicatur vt Iuramentum non ſeruent; ſed ſi ea non attenderint non ob hoc ſunt tanquam pro mortali crimine puniendi.* Et ſic relati concludunt quod ſententia, quæ negat iurantem obligari, ſit accipienda in foro externo. Et ſecunda quæ affirmat obligari ſit accipienda tantum quoad Deum, & forum internum, & ſic iura iam adducta *in dicto cap. cum contingat, cap. quamuis, & dicta Auth. Sacramenta puberum* quatenùs inde percipitur Iuramenta vi extorta non obligare, & nullius eſſe momenti rectè ad forum externum applicari, quia iurans habet exceptionem iuſtam, quâ ſe defendat ex edicto *quod vi, aut metus cauſa*, ne promiſſa ſeruare teneatur *ex lege* 1. *& toto titulo, ff. de eo, quod metus cauſa*, & addit Faquineus *dict. lib.*8. *cap.* 102. *in fine*, non incommodè præfatam doctrinam accommodari diſtinctioni tertiæ ſententiæ relatæ *ſuprà* in verſic. *aliÿ autem exiſtimant.* Videbis Balboam *in dicto cap ſi verò n.*15. *&* 16.

12 Vnde ex multis Sanchez. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 32. *num.* 1. dicit vt quoties ex parte iurantis res eſt licita, ſaltim ad redimendam vexationem, quamuis is, cui iuramentum præſtatur iniquè extorſerit, iuramentum erit validum, & obligatorium, vt dixi *in cap.* 1. *cap.* 2. *& in cap. Debitores hoc titulo* per illum Textum, & ſic *in dicto cap.* 2. *de pactis lib.* 6. *cap. cum contingat hoc titulo* decerni non obligare Iuramentum quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, & ob id infert Sanchez. ex noſtro Textu, *& dicto cap. ſi verò*, Iuramentum rei licitæ metu extortum obligare, quia ex iuramento duplex oritur obligatio, altera expreſſa facta homini, & ex parte Iuramentum turpiter extortum, non obligare; quia homo nullum ius per iniuſtitiam acquirit. Altera Deo, quia in Teſtem inuocatur, atque ita tenetur iurans Deo ſeruare, quod per nomen ſuum promiſit; ſi licitum ſit vt clarè ſignificatur *in dicto cap. Debitores*, ibi; *Si vero de ipſarum ſolutione iurauerint, cogendi ſunt reddere Domino Iuramentum*, vbi non dixit vſurario; quia ipſe nullum ius acquiſierit, ex quo infert Couarruuias *de pact.* 2. *part.* §. 3. *num.* 2. verſic. *primum ex intellectu*, nec ſecundario acquirire obligationem Creditori ex ea promiſſione iurata.

13 Tamen his omnibus implacabiliter obſtare videntur Textus *in dicto cap.* 1. *de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt, & in cap.* 1. *& cap. licet de voto, cap. non eſt* 15. *quæſtione* 1. *cap. præſens* 20. *quæſtione* 3. *cap. cum verò* verſiculo *ex his* 23. *quæſtione* 6. Tridentinum *ſeſſ.* 25. *capite* 17. *de Regularibus*, quibus probatur votum Religionis, vel quodcumque aliud metu mortis emiſſum, nullius eſſe momenti, & facit de Iure Regio *leg.* 32. *titulo* 6. *parte* 1. & ratio eſt, quia per votum obligatur quis Deo voluntariè, vt ex definitione, quam communiter voti tradunt Doctores patet, ſed Deus ſolùm voluntarium militem eligit non coactum, vt per Textum, *in dict. cap. non eſt, & in dicto* §. *ex his*, ergo idem de iuramento pro ea parte, ex qua obligatio acquiritur Deo ſi per metum extorquatur valere non debuit in hoc noſtro Textu, *& in dicto cap. ſi vero* 8.

Præcipuè ſi conſideres votum, & iuramentum quoad obligationem Deo acquiſitam taliter aſſimilari, vt quæ dicuntur de voto, ea de Iuramento dici, præcipuè quoad facultatem commutandi, ſeu diſpenſandi ex his, quæ latè cum multis adducit Sanchez. *lib.* 8. *de Matrim. diſputatione* 2. præcipuè *à num.* 16. Villalobos *in ſumma part.* 2. *tractatu* 34. *diſ.* 28. Trulenq. cum aliis multis *in opere morali lib.* 2. *capite* 12. *dubio* 3. de quo latiſſimè *in capite* 3. *de voto.* 14

Hæc autem difficultas, quæ grauis omnibus viſa eſt, vt diſſoluatur præmiſſis, quæ tradit Balboa *in dicto cap. ſi verò* 8. *hoc tit. à num.* 18. vſque ad 21. quem leges, & præmiſſa ſolutione quam tradit Villalobos *in ſum. dict.* 2. *p. tract.* 34. *diſ.* 5. *num.* 8. quatenús docet, ideò Iuramentum metu extortum validum eſſe, & votum non item: Quia votum ſic factum expreſsè à Iure Eccleſiaſtico irritum reperitur, non ſic iuramentum ex doctrina Aragon 2. 2. D. Thomæ *quæſtione* 89. *art.* 7. & tradunt rationem differentiæ, quia per iuramentum adducitur Deus in Teſtem, in quo maior reuerentia Deo præſtatur, quam in voto. 15

Et ſic Balboa ſub *dicto num.* 18. *in fine*, cum Suarez. *de Religione lib.* 2. *de Iuramento, cap.* 10. *num.* 8. faciens comparationem de voto ad Iuramentum, vel de Iure naturæ, ſeu Diuino, & ſecundùm hæc ſicut valet Iuramentum metu extortum quoad Deum, ita & votum, reſoluit differentiam inter vtrumque prouenire ex dolo, iure Eccleſiaſtico diſponente, vt vota metu extorta irrita ſint, veluti ſolemnia Religionis, & alia ſimplicia, id ex multis probans. 16

Addens etiam procedere, quando vouens habeat verum ſe obligandi animum: quia eo in caſu Eccleſia ratione metus irritat conſenſum, reddens eum inſufficientem ad producendam obligationem, vt tradunt Sanchez. *de Matrim. lib.* 4. *diſputatione* 12. *numero* 18. Soto *de Iuſtitia lib.* 7. *quæſtione* 2. *Articulo* 1. *ad primum*, Aragon. 2. 2. *quæſtione* 88. *Articulo* 3. Manuel Rodriguez. *tom.* 2. *ſumma cap.* 93. *ex numero* 1. Nauarrus *in capite ſtatuimus, numero* 75. 19. *quæſtione* 3. Valentia 2. 2. *quæſtione* 6. *diſputatione* 6. *puncto* 4. Azorius *lib.* 11. *moral. cap.* 15. *quæſtione* 7. Rota *in nouiſſim. tom.* 4. *deciſione* 20. *numero* 15. 17

Exiſtimo ex alio principio optimè diſſolui ex eo nempe quia licet in voto voluntas, & obligatio ſemper tendat ad meritum, & ſoli Deo acquiratur, quam voluntatem, quam libera ſit, Deus non reſpicit: Tamen in Iuramento aliud Ius obſeruatur, quia ex eo duplex obligatio oritur, vna Deo, & altera parti, vt iam adduxi; quæ Deo acquiritur non tendit ad meritum, ſed vt promiſſa cuſtodiantur, veluti Deo in Teſtem rei promiſſæ adducto, ne aliàs cui iurauit per Deum, & ipſi Deo mentiatur, cuius ratione obligatio talis ex Iuramento meticuloſo remiſſa non videtur; imò obligare debet, cum ex parte Dei, nec verſatur, nec verſari poſſit turpitudo, vt eleganter oſtendunt D. Thom. 2. 2. *d. q.* 89. 18

Couarruuias *in 4. p. 2. cap. 3. §. 5. num. 2.* Fortunius *de vltimo fine illatione 22.* quæ omnia intelliguntur de metu cadente in virum conſtantem ab extrinſeco proueniente.

19 Quare non ſunt admittendi Cardinalis *in c. 2. de his quæ vi q. 1. caſu 4.* Silueſter verb. *metus 2. q. 12.* dicentes votum metu emiſſum, non eſſe irritum, ſed irritandum ab Eccleſia, & relaxandum, ſicut Iuramentum, ex eo quod tale votum voluntarium eſt. Cætera autem iura in principio relata reſolues ex dictis ſuis propriis locis, & interim leges adducta *ſuprà in dicto capite 2. hoc tit. quæſtione* 1. verſic. *ob idque Panormitanus*, & in verſic. *nec tunc obſtant.* Et pro regula non eſt obligatorium Iuramentum contra bonos mores, leges quæ dico *in dict. cap. cum contingat hoc tit.*

20 Verùm etſi ſupradicta vltima diſtinctio in ſe vera ſit inter forum internum conſcientiæ, & externum, & admittatur etiam differentia inter votum metu factum, & itidem inter Iuramentum ſimili modo præſtitum, vt iam adduxi à verſic. *tamen* cum adhuc videamus in omni iure, tum Ciuili, tum etiam Canonico, vt facta per metum mero iure valeant, etſi per reſciſionem inualidentur, vt latè dico *in dicto tit. ſuprà de his quæ vi*, ideò videtur dicendum, vt præfata diſtinctio inter forum externum, & internum, adhuc quoad pugnantia iura *ſuprà* relata admitti
21 non debeat. † Quare vt iam *ſuprà* adduxi in verſic. *alij autem* tolerabilior, & aptior videtur diſtinctio ibi poſita inter contractus à lege reprobatos, & iuratos, & inter eos, qui cum à lege reprobati non ſint, & mero iure valeant, ſi per metum fiant, egeant abſolutione, vt in Textu noſtro, & *in dicto cap. ſi vero*, ex quorum integrè videbis extorſionem meticuloſam, & iuratam cadere ſuper contractu, & rebus, aliàs de iure licitis, & validis. Cætera verò iura *in dicto cap. cum contingat, dict. cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. & in dicta Auth. Sacramenta puberum*, loqui de contractibus iuratis, & per metum celebratis, qui ſunt reprobati, eo quod redundant in alterius præiudicium ex vi, doloque celebrati ſunt.

22 Et inde aliis ſolutionibus omiſſis, videtur dicendum *in dict. cap. cum contingat* cum aliis, vt cum iuramentum metu interponitur ſuper materia, cui lex reſiſtit, noluit lex Ciuilis, & Pontificia tantam authoritatem, & poteſtatem ei Iuramento tribuere, vt vnico actu tot purgarentur defectus (nempe rei alias prohibitæ, & metu factæ) Nam duo ſpecialia circa eandem rem concurrere non valent iuxta Textum *in l. 1. Cod de dotis promiſſione*, cuius argumento ſic notarunt Bartolus *in l. ſi is qui pro emptore, num. 70 ff. de vſucapion*, & *ibi* Iaſon. *num. 599.* idem *in l. ſingularia num. 10. ff. ſi certum petatur*, Euerardus *in*
23 *topicis legalibus loco 98.* † Textum verò noſtrum *in dict. cap. ſi verò, & in cap. ad aures, cap. ad audientiam de his, quæ vi, cap. authoritate 15. quæſt. 6.* loqui quando vnicum erat tantùm vitium ſcilicet *metus & violentiæ*; quia contractus erat de ſe validus, & à lege approbatus, quod vitium per Iuramentum, vt ex ratione *ſuprà* adducta conſtat merito potuiſſe purgari; Sic hanc interpretationem poſt Abbatem *in dicto cap. cum contingat, n. 3* Alciatum *ibi, num. 3.* Felinum *in dicto cap. 2. hoc tit. num. 2.* non ſolùm veram, ſed imo praxi receptam teſtatur Couarr. *de ſponſ. p. 2. cap. 3. § 5 num. 2. & lib. 1. variar. cap. 4. num. 7. & in dicto cap. quamuis pactum 3. p. §. 4. num. 2.* & faciunt relata *in dicto cap. 2.* à dicto verſiculo *ob idque Panormitanus:* Et applicabis quæ notanter refert Barboſa *in dicto cap. ſi vero, num. 2. & 3.* quibus ſecundum prædicta videtur hanc vltimam expoſitionem defendere, quæ magis iuri conſona videtur.

24 Sed prædictæ conciliationi obſtat Textus *in dicta Authentica Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus vendition.* ibi, *per vim autem, & iuſtum metum extorta etiam à maioribus*, quibus verbis apparet contractum geſtum à maiori viginti quinque annorum etiam iuratum, quamuis non contineat, niſi vnum tantùm vitium, ſcilicet metus, vel violentiæ eſſe nullum ipſo iure. Tamen huic dubio reſpondetur Federici conſtitutionem quatenùs probat iuramentum metu extortum, etiam à maioribus nullius eſſe momenti, obtinere attento effectu, ſcilicet, quia de facili conceditur ab eo abſolutio, vt probant Textus *hic, & in dicto cap. ſi vero*, & Gloſſa celebris *in dicto cap. quamuis pactum*, verbo *non vi.* quam ſequitur Afflictis *deciſ. 322. num. 6.* & Couarr. *vbi ſuprà*, & patet expreſsè ex his quæ adduxi *in dicto cap. 2. hoc tit.* in dicto verſic. *ob id* & ante, vbi ponderans verba ibi *aſſerentes ipſum Epiſcopum nullius Iuramenti vinculis ſuper hoc contingi, quem tamen abſoluimus, &c.*

25 Quod ſi prædictus intellectus forſitan non placuerit propter Regulam Textus *in leg. iam hoc iure, ff. de vulgari*, aliter cum aliis viris Doctis in ſuis manuſcriptis, conſidero Textum *in dicta Authentica Sacramenta puberum*, intelligi debere, quando Iuramentum interponitur à maioribus in caſu à lege prohibito, quod patet; Nam in contractibus validis ſuperuacua reputari ſolet Iuramenti adiectio: argumento Textus, & quæ *ibi* Doctores notant *in cap. de probationibus*, in quibus hodierno iure Lex Regia *titulo 1. lib. 4. recopilationis*, prohibet vt apponatur, ſi ad ſui firmitatem, & validitatem, non eſt neceſſarium, vt tradit Guttierrez *in dicta Authentica Sacramenta, num. 156.* vt iam alibi adduxi; Et ob id nonimmeritò poterit iniungi talis noua conſideratio Doctorum, videlicet in eo Textu factum fuiſſe iuramentum de non deferendo ad Iudicem quærimoniam maleficiorum, vt probant ex illis verbis *maximè, &c.* quod dicunt eſſe contra Regulam Textus *in leg. ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. in leg. locatio; §. illicite de public. & vectigal. & in capite vt fama de ſententia excommunicationis*, quibus probatur Reipublicæ expedire, ne delicta maneant impunita; Atque ideò mirum non eſſe ſi Iuramentum metu extortum, etiam à maioribus in his caſibus, nullius eſſe momenti Imperator decreuerit, ex Regula Textus, *in dicto capite cum contingat, hoc titulo*; Et ex aliis iam *ſuprà* adductis.

26 Plures enim caſus adducit Gratianus *Regula 271.* in quibus Iuramentum extortum nullum eſt, veluti quando præſtitum eſſet contra bonos mores, vel niſi Iuramentum meticuloſum eſſet extortum à Tyranno, & aliis nouem modis, de quibus iam dixi, & colliguntur ex dictis *infrà in cap. veniens, quæſt.* 1. verſic. *ad ſecundam*, & *num fin.* dicit Regulam, de qua in hoc dubio procedere, quantùm ad iurantem; non

non autem quantùm ad exigentem Iuramentum per metum; quia quo ad Deum nulla oritur obligatio, vt tradunt Franciſcus Zabarel. *conſilio* 127. & fuit quæſtio Regis Cypri allegans Sanctum Thomam *q.* 89. *art.* 7. *ad* 3. Afflictis *in deciſ. Neapol.* 263. *num.* 5. & probatur ex regula Textus *in cap. debitores ſuprà hoc tit.*

27 Ad ſecundam quæſtionis partem, an quando quis iurauit leui metu compulſus, poſſit Epiſcopus relaxare Iuramentum? Vt reſpondeas, præmittes quæ adduxi *ſuprà in dicto cap.* 1. *& 2. hoc tit.* vbi plura adduxi de relaxatione, & abſolutione à Iuramento, & per quem Superiorem fiat. Quibus præhabitis præterquam Gloſſa hic in dicto verb. *inuiti*, negatiuè reſpondeat, eamque ſequantur Butrius *n.* 3. Innocentius *in dicto cap. ad aures n.* 1. *de his quæ vi*, Ioannes Andreas *num.* 7. Cardinalis *n.* 3. *q.* 1. Panormit. *in dicto cap. cum contingat hoc tit.* Gregorius *in l. ſin.* verb. *que la fiço tit.* 11. *p.* 3. & praxi ſeruandam teſtetur Corneus *in dicta Auth. Sacramenta puberum, num.* 12. Et econtra Couarr. in Regula peccatum *p.* 2. §. 3. *n.* 7. *in princip.* & alij ab eo relati, doceant Iuramentum tale poſſe relaxari, quod in puncto iuris teſtatur idem Corneus Varius.

28 Tamen ex doctrina in dubio præcedenti relata, potius eſt vt diſtinguamus inter forum externum, & internum; quia quando metus eſt leuis, lex non curat de eo ad effectum annullandi, ſeu irritandi contractus, vt latè dico *in tit. de his quæ vi*, ſecus tamen in foro interno conſcientiæ; quia in eo, nec id Iuramentum confirmat contractum, cum etiam in metu leui adſit turpitudo ex parte recipientis, taliter vt nequeat retinere tuta conſcientia ſic acceptum, vt tradunt Sanchez. *lib.* 4. *de Matrim. diſp.* 9. *n.* 4. Balboa *in cap* 1. *hoc tit. num.* 81. id probat ex Textu *in cap. ſolicitè cap. accepta de reſtit. ſpol.* vbi attenditur Iuramenta eſſe ſponte non vi, nec per iniuriam præſtita, non enim quando metus eſt leuis præſtatur Iuramentum ſpontè; Et ſic reſpondet ad fundamenta contrariæ ſententiæ, dum docet metum leuem non eſſe conſiderabilem in iure noſtro ex Textu *hic*, *& in dicto cap. ſi vero*, quia hoc procedit in foro exteriori: ſecus in foro conſcientiæ, quod ampliùs exemplificat ex Textu *in leg.* 2. *Cod. de reſcind. venditione*: Nam licet ad reſcindendum contractum læſio vltra dimidiam deſideretur: Secùs verò in foro conſcientiæ, & probatur ex multis quæ ponderaui ſuprà *in dict. cap. debitores hoc tit.*

29 Et licet ex noſtro Textu, & ex Textu *in dicto cap. ſi verò*, videatur dicendum in foro conſcientiæ tantùm colligi ex verbis ibi *interitum ſalutis æternæ* non eſſe adimplendum Iuramentum, quod ſine peccato mortali adimpleri nequit, cum peccatum veniale non inducat interitum ſalutis æternæ: Et ſic nihil etiam in noſtro caſu in foro conſcientiæ iurandum de metu leui, qui tantùm inducere poteſt peccatum veniale, quod non inducit interitum ſalutis æternæ.

30 Tamen vt iam alibi adduxi reſpondetur, quod etſi *in dict. cap. ſi verò*, iuxta quem intelligitur Textus noſter, fiat mentio ſalutis æternæ, non ob id excludit peccatum veniale, quod per alia iura ſatis conſultum eſt, nempe *in dict. cap. cum contingat hoc tit. & in dicto cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. quia licet peccatum veniale per ſe, & immediatè non priuet ſalute æterna, & ita non vergat directè in illius diſpendium, verùm dum durat, impedit vitæ æternæ conſequutionem, & aliquo modo reddit hominem indiſpoſitum ad perfectum Dei amorem: Et hoc modo illud poſſe dici in diſpendium ſalutis æternæ vergere, explicant notabiliter Suarez. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 6. Barboſa *in dict. cap. ſi verò num.* 3. *&* 4. & ante eos D. Thom. *p.* 3. *quæſt.* 87. *art.* 2. *ad* 3. *&* 1. 2. *q.* 89. *art.* 1. Sotus *in* 4. *diſt.* 16. *q.* 1. *art.* 2. nonnulla faciunt quæ adduxi ſuprà *in dicto cap. debitores q.* 4. verſic. *ad tertiam*, & verſic. *vnde ad quartam.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an qui vi, vel metu coactus iurat, ſi habeat animum non implendi iuramentum, petendo priùs relaxationem eius, non obſtante iuramento peccet mortaliter? 31
Et pro affirmatiua ſententia facit primò: quia qui ſic iurat, quamuis & metu coactus, abſolutè vult non implere iuramentum factum: ergo peccat mortaliter. Secundò, nam ideò ſimul cum Iuramento habet intentionem petendi relaxationem, quia ſimul iurando habet intentionem non implendi: ergo abſolutè vult iurare, & iuramentum non implere. Sed qui iurat cum intentione iurandi, & animo non implendi, peccat mortaliter, vt omnes fatentur, & eſt periurij reus ergo: Ita docet Lopez. de Thegeda *in Theologica morali tomo* 2. *lib.* 3. *tractatu* 2. *num.* 118.

Sed quamuis hanc affirmatiuam probabilem 32
dicat Diana *p.* 9. *tract. miſcel. reſ.* 56. Tamen probabilior eſt negatiua ſententia, quia in prædicto dubio, qui ſic iurat, nec mendacium dicit, nec iniuria parti irrogatur, eo quod iurans habet implendi animum, ſi relaxationem non obtineat, & nihil intereſt quod habeat animum petendæ priùs relaxationis, & non implendi ea obtenta: Quia hoc in caſu animus, & intentio conformis eſt virtuali conditioni ipſius Iuramenti; videlicet niſi illius relaxatio priùs obtineatur, & ob id nulla culpa adeſſe videtur, ſicut nec peccat iurans fœminæ Matrimonium cum intentione non implendi, ſi fornicata fuerit: Nam ea conditio virtualiter includitur in illo iuramento, vt *in cap. quemadmodum hoc titulo*, & iuxta adducta *ſuprà in cap. cum quidam*, §. *illi ſupra hoc tit.* docent Balboa *in capite* 8. *hoc tit. num.* 10. ex doctrina Suarez. *lib.* 2. *de Iuramento, cap.* 7. *num.* 20. vbi dicit *quod poteſt aliquis timoratus velle Iurare, & ſe obligare, & ſperare licitè non implere obtenta iuſta diſpenſatione.* Et addo Sanchez *tom.* 1. *ſumma lib* 3. *cap* 11. *num.* 17. cuius verba ad vnguem ſequitur Diana *vbi ſuprà.*

Ad vltimam quæſtionis partem, an Iuramen- 33
tum metu, aut dolo adiectum contractibus inualidis, & de iure reprobatis obliget in conſcientia? Hæc difficultas pendet admodùm adiectis *ſuprà* in prima parte huius quæſtionis principalis. Quibus perlectis, & quia Balboa latè ad vtramque partem diſputat *in dicto cap. ſi vero hoc tit. à num.* 13. *vſque ad* 17. Ideò cum leges, interim tamen pro affirmatiua ſententia, quam ipſe ſequitur quæ probabilior eſt, leges Molinam Theologum *de Iuſtitia, & iure tom.* 1. *diſp.* 149. & Molin Iuriſt. *de primog. c.* 3. *n.* 13. *iuncto n.* 12. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap* 4. *n.* 7. Gutierr. *de Iuram. p.* 1. *c.* 57. *n.* 19. Dian. *p.* 4. *tract.* 4. *miſcel. reſ.* 27. Et hæc ſententia probatur, quia talia iuramenta, nec iure naturali, nec humano ſunt irrita.

34 Verùm Gloſſa *in cap. quamuis pactum de pactis lib.6.* Grammaticus *deciſ.* 103. *n.*7. Rolandus à Valle 10. *num.*103. *volum.*4. Angelus verbo *Iuramentum* 5. *n.*10. Sarmiento *de redditibus Eccleſiaſt. p.*1. *cap.* 4. *num.*7. Silueſter verbo *Iuramentum* 4. *q.*8. Pariſius *de reſignatione benef. lib.*13. *q.*2. *n.*12. D. Antoninus 3. *p. tit.*10. *cap.* 6. *in princip. caſu* 5. Azorius *tomo* 1. *lib.*11. *cap.* 7. *q.*2. & alij negant in his caſibus Iuramentum adiectum obligare, refert quamplures ex antiquis, & practicis Balboa *vbi ſuprà dict. n.*13. quorum fundamenta ſunt iura *in dicto cap. cum contingat hoc tit. & in c.* 2. *eodem tit. lib.*6. in quibus fit ſermo de renuntiatione legitimæ, & fundi dotalis alienatione, quæ pacta (ſecluſo Iuramento) irrita ſunt, eo accedente ſeruanda, ſi abſque vi, & dolo Iuramentum præſtitum ſit; ergo à contrario ſenſu, ſi Iuramentum ſit per vim, dolum, aut metum nullam habere vim dicunt, præcipuè ſi conſideretur deciſio dictæ *Authentica Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus vendit.* quibus reſpondet Balboa *ſuprà num.* 16. & ego latiſſimè in præcitato dubio 1. & huic aſſertioni addo quæ tradit Faquineus *lib.*2. *controuerſ. cap.*17.

QVÆSTIO II.

An quando Iuramentum præſtitum eſt latroni per metum, aut per iniuriam ab vſurario extortum, vel quando Debitor iurauit de non denuntiando Eccleſiæ ſit obligatorium: Et an ſit peccatum mortale non implere Iuramenta metu extorta: Et an datum ob metum cadentem in conſtantem virum, debeat in animæ Iudicio reſtitui: Et an Iuramentum præſtitum redeundi ad carcerem, iniuſtum obliget: Et quid de iuſto? vbi de aliis breuiter?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præſtitum latroni per metum, aut per iniuriam ab vſurario extortum, vel quando Debitor Iurauit de non denuntiando Eccleſiæ eſt obligatorium ob bonum publicum, aliàs non, num.* 2.

3 *Iuramenti præſtiti metu extorti adimpletio, quando ſub mortali, vel veniali obliget, numero* 4.5.6.7.8.

7 *Textus noſtri verba intelliguntur, n.*8.

9 *Datum ob metum cadentem in conſtantem virum debet in animæ Iudicio reſtitui, n* 10.

11 *Iuramentum præſtitum redeundi ad carcerem iniuſtum, numquid obliget, aut peccet, qui reddit, num.* 12. 13. *quid ſi iuſtus ſit carcer num.*14.15.

17 *Iurans ex metu graui, ſi poſtea dubitat, probabiliter quit excuſari.*

1 AD primam difficultatis partem, vt vberius ſatisfacias, adiunges nonnulla quæ adduxi *ſuprà in cap.* 1. *& in cap. debitores hoc tit.* & ſic breuitatis cauſa in hoc puncto diſtinguendum eſt: Nam ſi caſus occurreret obligans ſub præcepto promittentem ad denuntiandum: v. g. ſi Latro adeò nefarius eſſet, vt eius denuntiatio Reipublicæ expediret, tunc non obligare Iuramentum, quaſi contra bonum publicum præſtitum, & ſic nec obligat ſi à Iudice ſit interrogatus: Ita docet Balboa *in cap.*1. *hoc tit. n.* 82. qui ſic putat intelligendum D. Thom. 2.2. *q.*89. *art.*7. *ad* 3. Silueſtrum verbo *Iuramentum* 4. *q.* 11. & alij relati à Barboſa *in l. alia* 15. §. *eleganter n.*23. *ff. ſoluto Matrim.*

Si verò caſus ſit, in quo teneatur denuntiare, & iurauit ſe non denuntiaturum, quantùm in ſe eſt, & ſponte ſua Iuramentum obligare ait, dum Iuridice interrogatus non fuerit; quia tale Iuramentum eſt homini præſtitum; eo quod abſque peccato impleri poteſt, vt in ſpecie reſoluit Soto *de Iuſtitia, & Iure lib.* 8. *q.*1. *art.* 7. *ad tertium*, Emanuel Rodriguez. *tom.* 1. *ſum. cap.*19. *num.* 2. quibus addo Sanchez. *lib.* 3. *Decalog. cap.* 21. *n.*12. *&* 13. Aragon. *in* 2. 2. *E. Thom.* Cardinal. Lugum *de Iuſt. tom* 2. *diſp.*22. *ſect.* 8 *n.*235. Dianam *p.*8 *tract.*6 *miſcel. reſ.* 59. verſic. *ſed ex his*, & verſic. *addit.* 2

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit peccatum mortale non implere Iuramentum metu extortum? Et in hoc dubio Gloſſa finalis *hic*, Angelus in verbo *Iuramentum* 5. *num.* 10. exiſtimant ea Iuramenta ſolùm obligare, ſed culpa veniali, & mouentur ex verbis hic: *non ſunt ob hoc tanquam pro mortali culpa puniendi.* Et ob id inferunt Ioannes Andreas, & Hoſtienſis hic D. Antoninus *p.*2. *tit.*10. *cap.*6 §.5. Silueſter *de Iuramento tit.*3. *q.*1. *num.*35. Iuramentum metu extortum obligare illud frangentem ad culpam venialem, tantùm ex eo quia ſi infringens prædictum Iuramentum, non ſolùm venialem, ſed mortalem culpam contraheret vtique, tanquam pro mortali culpa puniendus eſſet, cum iuxta delicti menſuram debeatur plagarium modus *cap. non offeramus* 14. *q.*1. vt tradunt Menochius *de arbitrariis lib.*1. *q.* 90. *n.*38. Menchaca *illuſtr. quæſt. cap.* 8. *num* 51. *& cap.*24. *n.*17. refert alios plures Ceuallos *q.*605. *à n.*2. 3

Alij autem exiſtimant ſemper ad culpam mortalem obligari illud Iuramentum frangentem, vt docent D. Thom. 2. 2. *q.*89. *art.* 3. *ad primum*, Panormitanus *in dicto cap. ſi vero hoc tit. num. fin.* Felinus *n.*7. Fortunius *de vltimo fine illatione, n.*22. *principali, n.*347. Caietanus *dicta q.* 89. D. Tom. *art.*7. *in ſolutione ad tertium dubio* 1, Soto *lib.* 8 *de Iuſt. art.*8. in ſolutione ad tertium, Nauarrus *in ſumma cap.*12. *n.*14. Leſſius *de Iuſt. cap.* 42. *dubio* 6. *num.*30. Suarez. *de Religione lib.*3. *de Iuram. cap.*6. *num.*18. Seraphinus *de priuileg. Iuram. priuilegio* 110. *num.*16. cum aliis Balboa *in dicto cap ſi verò hoc tit. n.*12. ita probantes, quia in noſtro caſu obligatio Iuramenti oritur ex ſtrictiſſimo Religionis vinculo erga Deum, & quamuis metus minuat obligationem reſpectu hominis; illam tamen non minuit reſpectu Dei. Nec obſtare dicunt Textum noſtrum, vbi non agitur de culpa, ſed de ſola tranſgreſſoris pœna, declarans eum non ita eſſe acriter puniendum ratione iniuriæ. 4

Mihi tamen verius videtur vt hæc difficultas media ſententia componatur, diſtinguendo inter Iuramentum promiſſorium ſuper materia leui, aut ſuper materia graui; Itavt ab obiecto, eius deciſio robur accipiat iuxta dicta per Archidiaconum *in cap. ſi aliquid* 22. *q.* 4. Silueſter verb. *Iuramentum* 4. §. 1. Sotum *lib.*9. *de Iuſt. q.*2 *art.* 3. Nauarrus *cap.*11. *num.*10. *&* 50. Arag. 2 2 *q.*89. *art.*3. Azor. *tom.*2. *lib.*11. *moral. cap.* 5. *q* 3. Villalobos 5

Villalobos *in ſumma p. 2. tract. 36. à num. 9.* qui dicunt, quod violatio Iuramenti promiſſorij in re leui, eſt integra materia Iuramenti & quod eſt tantùm peccatum veniale, de quo dixi, *ſuprà*,
6 adducens exempla. † Econtra verò violantem Iuramentum extortum materia graui, peccare mortaliter, neceſſario fatendum eſſe, vt docent Abbas *in dict. cap. ſi verò, hoc tit. num.* 10. Imola *num.*6.D.Thomas *vbi ſuprà* Couarruuias *de ſponſal p.2.cap.3.§.5.num.3.*Sanchez *in præcepta Decalogi,tom.1.lib.3.cap.*11.*num.*18. Saytus *in claui Regia,lib.5.cap.7.num.*16. aliis adductis, Barboſa *hic num.*3. Trulench. *in opere morali, lib.2. cap.1. dubio* 12. *num.*4. Bonacina *tomo 2.diſp.4.quæſt.1.puncto 9.num.3.*
7 Vnde ſupereſt expendere relata verba Textus noſtri, quibus varios intellectus præſtant Doctores, inter quos Couarruuias *dict.* 3. Sanchez *dict.num.*18.Sotus *dicto art.7.* D.Thomas *d. art.3. ad primum*,dicunt relata verba ſignificare,vt violantibus Iuramentum per metum extortum etiam in materia graui, minor pœna ſit infligenda propter circunſtantiam metus, quamuis in rei veritate grauiter peccent; & ob id licet metus in ſpecie noſtri Textus culpam leuiorem reddat trangreſſori Iuramenti, tamen non ſequi,vt culpa contrahatur de per ſe mortalis,vel venialis de per ſe; licet metus minuat culpam, quo non interueniente, longè grauior culpa eſſet ipſa Iuramenti fractio; quia grauitas, ſeu paruitas illius fractionis, vt dixi ſumitur ab obiecto leuis, aut grauis materiæ: alia tradit Barboſa videndus *hic num.*4. vbi cum aliis dicit verbum *crimen*,de quo in noſtro Textu, ſumi debere, vt violantes Iuramentum metu extortum,in materia graui, peccent mortaliter; ſed non ob id eſſe puniendos tanquam pro peccato, vel ſcelere magno, damnatione, & accuſatione digniſſimo; quia in foro exteriori propter circunſtantiam metus, tale periurium leuiter punitur, vt hic: argumento Textus *in c.ſacris de his,quæ vi.*
8 Quæ vera ſunt etiam ſi ex Textu *in dicto cap.* 2. *& in dicto cap. debitores, hoc tit.* vbi dixi, vt parum conſiderabilis videatur Iuramenti promiſſorij obligatio, in caſibus, de quibus *ibi*, ſi quidem propter metum, aut turpitudinem ſolutum repetitur; & ſic nunquam in dubio noſtro inueniri poſſe culpam mortalem;quia reſpondeo cum Suarez *de Religione dicto lib. 3. cap.* 16. *num.* 19. Barboſa *hic num.* 5. in verſic. *nec obſtat*, omnia, de quibus ibi eſſe accidentia, quæ non turbant ipſum:ſ ctum nam ſi quantitas promiſſa ſit conſiderabilis materia Iuramenti obligabit ſub mortali, etiam ſi repetitioni vſurarum detur locus. Et quod verba Textus noſtri, ſi recte inſpiciantur, potius probant tranſgreſſorem Iuramenti(quamuis meticuloſi) peccare mortaliter, probat Ceuallos *in practicis dicta quæſt.*605. *num.*5. vbi plures referens pro vtraque ſententia, *ſupra* relata, dicit quod Gregorius Lopez *in l.*28. *&* 29. *tit.* 11. *p.*3. Gloſſa verb. *Iuramento*, reſoluit Doctiſſime noſtrum dubium, ipſos leges, & ipſe Ceuallos *num.*3. improbat Felinum,qui *in dict. cap. ſi verò*, dixit Iuramentum metu extortum obligare, nec requirere relaxationem.
9 Ad tertiam quæſtionis partem, an datum ob metum cadentem in conſtantem virum, debeant in animæ iudicio reſtitui; & ex dictis bene poteſt hoc dubium reſolui, de quo in Textu noſtro, Hoſtienſis, & Ioannes Andreas, & cum aliis Couarruuias *in reg. peccatum* 2. *p. §. 3. n.* 7. dicunt teneri recipientem ad reſtitutionem propter minus liberum voluntatem dantis, & quia receptum proceſſerit ab iniuria proximi: ita docent Silueſter verb. *metus*, in fine, Adrianus *in* 4. *ſentent. de reſtitutione, cap. agredior.* verſic.ex quibus. † Nec obſtant leges ciuiles negantes reſ- 10
ciſiones contractus metus cauſa, quoties metus leuis eſt, nec cedit in conſtantem virum; quia reſpondeo non ob id approbare eas leges eam receptionem; præſumit enim lex Ciuilis contractum metu leui geſtum, conſenſum habuiſſe, & ſufficientem ad hoc, vt validus iudicetur, atque hæc præſumptio Iuris eſt, & de Iure: nam & ſi conſtet de metu, qui tamen leuis ſit, non permittit lex huius contractus reſciſionem ex eo, ne paſſim comercia humana impediantur, & ne tot lites excitentur, quod aliter in foro animæ debet iudicari.

Ad quartam quæſtionis partem de iurante redere ad carcerem iniuſtum, vel iuſtum? quia 11
longè agunt Balboa *in dicto cap. ſi verò, hoc tit. à n.*34. cui addo alios infinitos, quos refert Diana nouiſſimè, *p.9.tract.8.miſcel.reſ.*57. Ægidius Trulench. *in opere morali, lib. 2. cap. 1. dubio* 12. *à num.* 3. Couarruuias *lib. 1. variar. cap.2. num.*7. Sanchez *lib. 3 ſumma, cap.* 11. *num.* 31, Suarez *lib. 2. de Religione, cap.* 10. *num.* 24. *&* 26.Bonacina *tomo 2. diſp. 4. quæſt. 1. puncto 9. num.* 2. Leſſius *lib. 2.cap.9. dub.6.* Vaſquez 12. *diſp.*174. *cap. 5. num.* 35. Baſilius Legionen. *lib.*12.*cap.*8. *num.* 20. Guttierrez 1.*p. de Iuram. cap.*57.*à n* 24. vbi ad longum videbis diſputantes pro vtraque parte. Sed ego reſumptiuè dico, quod ſi carcer erat iniurioſus, ſeu iniuſtus putà Tyranni, vel iudicis incompetentis, vel competentis, ſed non procedentis ſecundùm ordinem iuris, aut quando accuſatus eſt innocens, ſed ſecundùm allegata, & probata cenſetur nocens, & Reus, tunc, & ſi Vaſquez, Bonacina, & alij exiſtiment redire non teneri, imo nec id poſſe ſine peccato, quia redire in eo caſu, eſt quodammodo ſe occidere, & vitam ſuam prodegere. Et Leſſius, Suarez, & alij, *vbi ſuprà*, exiſtiment, vt teneantur redire, & iam ſi carcer ſit iniuſtus & iniurioſus, quia tunc regreſſus non eſt malus, nec cauſa per ſe mali, ſed licitus, & honeſtus; cum ſit actus fortitudinis,vera citatis,& fidelitatis.† Ego tamen hanc ſecundam libentior 12
admitto,quia & ſi nemo poſſit ſe immediate occidere,poteſt taman ex iuſta cauſa ſe exponere periculo mortis,& ſic tenebitur redire & ſi timeatur mors euentura,niſi fortè iurauerit,cum limitatione mẽte concepta,aut niſi Iuramenti relaxationẽ obtineat,aut niſi tempore Iuramenti inſcius eſſet tanti periculis tunc verior eſt prima ſententia, quia Iuramentum habet eam tacitam conditionem, niſi notabilis mutatio ſuperueniat, quæ hic in iurante, prouenit. Et ſic admitto quod dicit Villalobos *in tract.* 36. *ſumma, dif.* 5. *numero* 16. *tomo* 2. vtramque approbans ſententiam ita docet Sanchez *in conſiliis, p. 2. lib.6. cap.* 4. *dubio* 16. *num.*4. † Qui *num.* 2. addit quod ſi 13
promiſit redire abſque Iuramento, & carcer erat iniuſtus, non teneatur redire, quia promiſſio, vt ſit obligatoria, debet eſſe libera. Et ſic qui abſque Iuramento promiſit latroni dare centum, ne illum occidat, non tenetur, ſecus ſi latroni ea dare promiſerit, etiam ſi ea repetere valeat.argumento Text.*in c.debitores,hoc tit.*& quæ *ibi* dixi.

14 At ſi iuſtus ſit carcer, & ad illum aliquis redire promittat cum Iuramento; & ſi Tejeda *in Theologia mor. tom. 2. libro 3. puncto 2. numero* 131. acerrimè negatiuam ſententiam defendat, quam eius fundamenta referens, dicit Diana *vbi ſupra dicta reſ.* 57. *in fine.* Tamen contraria eſt communior; & probabilior ſententia, vt omnes ſupra relati docent, & alij
15 per eos citati. † Et de quæſtione, an damnatus ad mortem, poſſit ſine peccato à carceribus fugere, cum multis Ceuallos *quæſt.*575. ibi duas refert contrarias opiniones Couar. *vbi ſupra,num.*10.
16 Notandum verò eſt quod iurans ex metu graui, ſi poſtea dubitet, an habuerit animum ſe obligandi, probabiliter excuſari poteſt, vt multis probat Trulench. *in opere morali, vbi ſuprà, num.* 5. ſed obligari docent Bonacina *vbi ſupra, puncto* 9. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 9.
17 *num.* 12. *&* 13. † Ad aliam quæſtionem de initiato in ſacris metu graui, an queat contrahere, optimè Balboa *in cap. ſi verò à num.*22. *hoc titulo*, de qua dico, *ad titulum de his, quæ vi, & in cap.* 3, *de voto:* conducunt etiam pro materia noſtri Textus quæ dico, *infra in cap. ſequenti de Iuramento per dolum, fraudem, aut errorem extorto* qualiter obliget, vbi videbis.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVI.
Veniens, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

EX huius Textus littera poterat de non paucis inquiri, nam ex verbis ibi. I. *Alternatim conuitia ingerendo certauit, &c.* poteſt inquiri, an iniuriam verbalem poſſim ego alia iniuria verbali repellere, veluti *ſi tu me vocaſti latronem ego te viciſſim furem, vel etiam latronem appellaui.* De hac quæſtione agit bene Pichardus *in* §. 1. *inſt. de iniuriis, num.* 4. *& num.* 38. in verſic. *non obſtat tertium.* II. Cui difficultati adiunges, & aliam, an liceat verbis prouocato reſpondere conuitium falſo dicenti, *tu mentiris.* De hac difficultate videbis quæ perdoctè tradit Faquineus *lib.9.cont cap.*12.

III. Et ibi: *quidam qui partis vtriuſque amatores.* Per hæc verba, & ex aliis ſequentibus poteſt agi de dubiis, an qui iuſſu iudicis poſſeſſionem alicuius intrauit, ſciens; & intelligens eum ſibi debitorem non eſſe, faciat iniuriam, quod eſt, ac inquirere vtrum iniuriam faciat qui iuſſum iudicis exequitur. De hac Pichardus cum aliis; *in dict.* §. 1. *inſtit. de iniuriis, num.* 5. *&* 46. IV. Cui adiunges, & alias, an Pater poſſit iniuriam filio familias factam remittere. V. Et an poſſit minor 25. annis cum Authoritate tutoris, vel curatoris pacem facere abſque decreto iudicis. VI. Et vtrum pace rupta à minore 25. annis, quam iniuit cum Authoritate curatoris, pœna committatur poſt ſtipulationem promiſſa: de his tribus quæſtionibus agit cum multis Faquineus *dict. lib.* 9. *controverſ. cap.* 42. 43. *&* 44. VII. Quibus & aliam aptam adiunges, an ſcilicet veritas conuitij excuſet iniuriantem à pœna? idem Faquineus *dict. lib.* 9. *controuerſ. cap.* 10. Et hæc poteſt excitari ex verbis noſtri Textus ibi; *cumque idem non crederet ſe tale quid commiſiſſe, propter quod ei aliquod graue deberet imponi:* de quibus ago *in tit.de iniuriis, & in tit.de treuga.*

VIII. Per hunc Text. ſolent etiam agere Doctores de prorogatione Iuramenti, & an eo prorogato duret obligatio eius, & adſit periculum periurij: de qua quæſtione per Textum noſtrum agit Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. numero* 68. *&* 69. De ea, & de aliis ago *infra in cap. penult. hoc titulo.* IX. Et in verſic. *Iuramentumque ibi ſub tali confidentia præſtitiſſet.* Et ibi *nequaquam taliter iuraſſet, ſi mandatum illud ſibi contrarium præſciuiſſet:* Occaſione horum verborum ago *infra* an Iuramentum dolo, aut errore factum obliget? Quid ſi per ignorantiam.

X. Item adiunges alia, quæ per hunc Textum diſperſim Doctores agunt an iuſſus iudicis excuſet à periurio? De qua ago: *in cap. ſequenti.* Et an præciſè quis ad factum ſit obligatus? agit Gomezius *tom.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 12. ſed iam *ſupra*, dixi, *in cap. Debitores, quæſt.* 1. verſic. *ad vltimam.* Item per hunc Textum agit Couarruuias de quæſtione, quod Iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret; *in cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 4. *num.* 1. dixi, *in cap.* 1. *&* 7. *ſupra*, & dico *in cap. cum contingat, hoc tit.* Item applicabis quæ adduxi *ſupra*, an Iuramentum metu extortum obliget? agit hic Innocentius, de quo præter relata *in cap. verum* 15. videbis quæ adducit Gratian. *reg.*272.

QVÆSTIO I.

An Iuramentum de re aliqua facienda, obliget contra primum Iuramentum: Et an Iuramentum per dolum, per ignorantiam, aut per errorem factum, obliget: Et quid de errore facto, ſi eius cauſa, ceſſat, vbi itidem de voto: Et an Iuramentum ſit iuxta mentem iurantis intelligendum, vel eius, cui iuratur: Et an inferior poſſit diſpenſare ſine cauſa in lege ſuperioris: Et an Iuramentum trahatur ad incognita, & incogitata?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de re aliqua facienda, quando obliget contra primum, n.*2.3.4. *cum aliis vſque ad num.*14.
5 Cap. in lecto, hoc tit.
6 *Actus factus contra primum Iuramentum, quo quis iurauit abſtinere ab illo actu, nunquid ſit validus n.*7.8.9.10.11.12.13.14.
15 *Iuramentum per dolum, aut errorem factum, non obligat, regulariter expenditur, num.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.
16 *Dolus, ſeu error, alius eſt antecedens contractum*

tractum, ſeu ei dans cauſam, alius comitans, ſeu incidens in contractum: Et qui, numero 17.

18 *Iuramentum, cui adeſt dolus, vel error circa ſubſtantiam rei, non obligat: Quid ſi comitans,n.*19.20. *Quid ſi circa cauſam iurandi.n.*21.22.23.

24 *Iuramentum, cui adeſt error diuiduus obligat in parte,in qua error non eſt. Quid ſi iurans cum errore, haberet animum ſe obligandi, numero* 25.26.27.

28 *Ignorans iureiurando promittens, quando cenſeatur obligatus,n.*29.30.

29 *Ignorantia vouentis,ſiue iurantis, mere negatiua obligat,n.*30.

31 *Cauſa finalis ſeu impulſiua iurantis, & vouentis, quæ,n.*32.33.34.35.

32 *Iuramentum per errorem factum, & dolum circa cauſam finalem, & motiuam, non eſt validum.*

33 *Ceſſante cauſa finali iuramenti,vel voti,ceſſat eius obligatio: Quid de impulſiua, expenditur, num.*36.*&* 37.

35 Cap.magnæ de voto,n 36.37.38.

36 *Vouens,aut iurans inuiſere Romæ limina Apoſtolorum Petri, & Pauli; & eo quod ſciebat ibi morari amicum, qualiter ſit obligatus, numero* 37.

38 *Cauſa quando finalis,quando impulſiua ſit,exemplificatur,n.*39 40.

39 L. 1. §. ſexſum, ff. de poſtulando, num. 40.

1 AD primam quæſtionis partem, vt vberius reſpondeas applicabis quæ adduxi, *ſupra in cap.* 3 *hoc tit.ſub quæſt.* 1. in verſic. *ad vltimam*, vbi egi de illo dubio, *an qui prius iurauit vnum facere, ſi aliud poſtea voueat,aut iuret, ſit neceſſarium vt à primo abſoluatur, antequam ad executionem ſecundi pergat*,& alibi. Nunc ergo iuxta mẽtem noſtri Text.breuiter dico Iuramentum factũ contra prius Iuramentũ,aut contra votũ aut contra ſimplicem promiſſionem valide acceptatam, non obligare; quia ſecundùm iuramentum, vel ſecunda promiſſio eſt de re, quæ ſine peccato ſeruari non poteſt, vt ſi v. g. quis promiſerit validè cum Iuramento nuptias Ioannæ; & poſtea alteri ſub Iuramento promittat, non poſterior, ſed
2 prior ſubſiſtet promiſſio. † Vel ſi item iuraſti te locaturum operas; vel domum Caio, & poſtea idem iuras Petro, non valet ſecundùm Iuramentum,vt docent Azor.*tom.*1.*mor.lib.*11.*c.*6.*q.*1.*&* 2. Bonacina *t.*2.*diſp.*4.*q.*1.*puncto* 6.*n.*2. Villalobos *in ſumma* 2.*p. tr.*36.*dificult.*5.*n.*4.& alij communiter. Et eſt ratio,quia Iuramentum,quod ſine peccato ſeruari non poteſt,non obligat,iuxta,ea,quę notaui,*ſup.in c.*2.*c. debitores*,& dico latè;*infra in c.quintauallis*,vbi de Iuramentis illicitis.

3 Ob idque rectè Pontifex hic docet Iuramentum ſi ſit contrarium alteri Iuramento licitè facto,non eſſe obſeruandum,vt qui iurat ſtare mãdato alicuius,v.g. pro componenda pace, & ille mandat aliquid, quod ſit contra obligationem, vel aliud Iuramentum factum,non tenetur; quia tunc etiam ſi præſciuiſſet,non iuraſſet,refert plures Barboſa *hic num.*1.Couarruuias *in* 4.*decretal.*4. *p.cap.*4.*num.*3.& probat Textus *in cap. ea te,hoc tit.* vbi Barboſa plure. alios refert,& Suarez *in Religione.tomo* 2.*lib.*2. *cap.*34. *num* 5. Antonius Gomez *in l.*50.*tauri,n.*58.*col.*1.dicunt quod ſi vnum Iuramentum vni debitum,alteri præſtatur, illicitum eſt,& eo non obſtante,cui debetur,præſtandum eſſe.

Sed obſtant quæ adduxi, *ſup. in c.ex reſcripto*, 4
per Textum *ibi*, vbi Monachi, qui aliàs ex voto erant obligati ad clauſuram,iurantes ſtare in obſtagio;tenentur ad Iuramentum. † Deinde Text. 5
in cap.intellecto 33. *hoc tit.* Verùm ad hoc reſponſum præbui, *in d.c. ex reſcripto*, vbi Iuramentum non fuit illicitum; eo quod factum fuit per Monachos licentia ſuperioris:Et *in d. c,intellecto*, ideo ſecundùm Iuramentum eſt validum;quia quoties ei adiungitur obligatio Iuſtitiæ,debet valere, vt ex illo Textu colligitur, & explicat, Villalobos *ſuprà*.

Quæres tamen; an id,quod fit contra promiſ- 6
ſionem Iuramento firmatam ſit validum, ſeu an actus factus contra primum Iuramẽtum,quo quis iurauit abſtinere ab illo actu,validus ſit? Et reſpondent Suarez *lib.*2.*de Iuramento,cap.*19.*num.*7. Sanchez *lib.*3.*cap.*12.*num.*32. Bonacina *d. tom* 2. *diſp* 4.*quæſt.*1.*puncto* 6.& alij,valida eſſe geſta contra obligationem Iuramenti.Et ratio eſt,quia Iurementum non reddit inhabilem Iurantem ad faciendum actum contrarium ex ſe validum: tamen facit,vt Iuramentum violans ſit periurus,& ſacrilegus,vt de ſe patet, quod procedere dicunt, etiamſi iurans, dum iurauerit haberet voluntatem auferendi ſibi poteſtatem, validè faciendi actum contrarium; quia cum hæc ab ipſo non pendeat,ſibi eam auferre non poteſt.

Et hæc mihi vera videntur, niſi aliunde,ſeu 7
aliàs ſint irrita; quia fieri poteſt, vt huiuſmodi actus,ſeu geſta facta contra Iuramentum,irritantur à iure, propterea ſi mulier iuret non alienaturum fundum dotalem,& poſtea alienet abſque iudicis Authoritate,alienatio non eſt valida non quia fit contra Iuramentum, ſed quia irritatur à iure, niſi fiat iudicis Authoritate, docet Leſſius *lib.*2. *de iuſtitia, cap.*17. *dubio* 7. *num.*58. Sanchez *ſupra,num.*38.& alij relati à Bonacina *d. puncto* 6. *num.*3. † Hoc tamen deficiente aliter procedet, 8
vt dixi, & exemplificant Azor *dict. tom.*1. *moral. lib.*11.*cap.*6.*quæſt.*3.& Trulench.*in opere morali,p.*1. *lib.*2.*cap.*1.*dubio* 9 *ſub,num* 2 in eo, qui poſt ſponſalia iurata,cum alio de facto contrahit:Et in eo, qui iurauit vendere domum Petro,vendat de facto Ioanni. † Et in eo, qui iurauit non reuoca- 9
turum Procuratorem ad matrimonium contrahendum, ſi poſtea reuocat, valet reuocatio.
† Sicut & valet teſtamenti reuocatio contra Iu- 10
ramentum præſtitum de non reuocando.† Sicut 11
etiam valet præſentatio facta vni de beneficio, etiam ſi locator,aut Patronus alij eam Iurauerint
† Vel ſi Epiſcopus iurat non alienaturum bona 12
Eccleſiæ in caſibus,etiam à iure conceſſis,& poſtea alienet, valet alienatio. † Quod idem di- 13
cunt de Principe iurante ſe nunquam abrogaturum legem à ſe, ſi poſtea abroget, valet abrogatio. † Item ſi Canonici iurant non aucturos nu- 14
merum Canonicorum etiam ſtatuto edito,& poſtea auxerint, valet; quæ omnia, & ſingula ſi ad amuſſim hic nectérentur;longe poteſt huius Text. theſis protrahi,de quorum nonnullis dixi,& dico ſub hoc tit.Et de aliis dico in ſuis locis. Et videbis ad q *infra in c.ea te* 22.*hoc tit.*Et ex his vera erũt quæ expendit Balboa *in c.*1.*hoc tit. à n.*180. quem leges;quia bene diſtinguit.vbi explicat Text.*in c. ſicut de ſponſalib.& in c.dilect.de præbend.*Latè *in c. cum contingat.& in c.ea te* 22.*hoc tit.*

Cc 4 Ad

15 Ad ſecundam quæſtionis partem, de qua Doctores agunt communiter per textum noſtrum, vt explices, adjunges quæ iam de dolo adduxi, *in Rubrica*, *& tit. de dolo*: & quod etiam de errore dixi, *ſuprà in cap. fin. de confeſſis, & alibi*: & quæ de ignorante aliquid agente dico *in cap. ad Apoſtolicæ de Clerico excommunicato, vel depoſito.* Et quæ dicuntur, *in cap. 3. de emptione, & vendit.* vbi latè de dolo, & errore dante cauſam contractui.

16 † Quibus, & aliis præhabitis, nunc breuiter aduerto alterum eſſe dolum, vel errorem antecedentem contractum, ſeu dantem cauſam contractui; id eſt, ſine quo dolo, aut errore contractus non fieret, atque ita efficit, vt actus ſit inuoluntarius, cum nihil volitum, quin præcognitum; ideoque nullus eſt: argum. textus, *in leg. cum precario, ff. de precario*, quod intelligitur hoc modo, non quod deficiat conſenſus ſimpliciter; quia ex eo capite non ſolùm eſſent nulli contractus bonæ fidei iuxta textum, *in leg. & eleganter* 7. §. 1. *ff. de dolo*, *l. 3. §. fin. ff. pro ſocio*, *leg. in cauſa* 17. §. *item relatum*, *ff. de minoribus*, *leg. dolum* 57. *in fine*, *ff. de contrah. emptione*, *leg. ſi fraude* 10. *C. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum*, ſed etiam eſſent nulli contractus ſtricti Iuris, in quibus etiam pro parte ſubſtantiali deſideratur conſenſus, *l. 1. §. adeo, ff. de pactis*, *l. 2. ff. de obligation. & action.* & qualiter amplius intelligatur, dico *in dict. cap. 3. de empt. & vendit.*

17 Alterum verò dolum, ſiue errorem eſſe concomitantem actum, ſeu incidentem in contractu; id eſt, quo non exiſtente, adhuc contractus iniretur, atque ideo hic error, aut dolus non erit cauſa contractus, nec inducit ad volendum actum, ſed ita concomitatur actum, vt eo non exiſtente, contractus fieret: quare Doctores dicunt, quod hic error, ſeu dolus non facit inuoluntarium, ſed non voluntarium; & ſic valet actus; quia ceſſat ſupradicta ratio, *leg. Iulianus*, §. *ſi venditor*, *ff. de action. emption.* vt poſt Accurſium admittunt omnes, *in dicta leg. & elegamter*, & *in leg. ſi mulier*, §. *ſi dos*, *ff. de eo, quod metus cauſa*, Couarruuias *in regula poſſeſſor. 2. parte*, §. 6. benè Pichardus *in §. actionum* 28. *inſtit. de actionibus.* videndus *ibi quæſt. 9.* vbi de dolo, & *quæſtione* 11. vbi de errore, & notat Sanchez latiſſimè *de matrimon. lib. 7. diſput.* 18. de impedimento erroris ad contractum matrimonium, vbi benè præter alios colligit, & diſtinguit Balboa *in cap. ſi verò hoc tit. n.* 58. & 59.

18 Deinde notatur ſi error, aut dolus verſentur circa ſubſtantiam rei, vt ſi verbi gratia, gemmam putes eſſe vitrum, vel aurum eſſe auricalcum, iuramentum non obligare; quia talis dolus, aut error antecedit contractum, & tollit conſenſum; & ideo qui læſus eſt ex huiuſmodi contractu, vel promiſſione, non tenetur; quia mens ipſius non fuit contrahere, ſeu iurare ſuper hac re, ſed ſuper alia, docent Suarez *libro* 3. *operum mor. cap.* 11. *num.* 43. Bonacina *tomo* 2. *diſput.* 4. *quæſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 3. Balboa *in dicto cap. ſi vero*, *n.* 63. & 64.

19 Et licet idem Sanchez, Bonacina, & Suarez præfatam doctrinam dicant procedere, etiam ſi huiuſmodi error, ſeu dolus, ſit tantummodò comitans, ſeu incidens in contractum; id eſt etiam ſi iurans, cognito errore, iuraſſet, animo ſe obligandi; quia adhuc deeſſet conſenſus poſitiuus, & actuale voluntarium, vt in ſimili docent de matrimonio cum tali errore celebrato. † Quod alij non admittunt: 20 nam ad obligationem iuramenti requiritur, quod res licita ſit, & adſit animus obligandi: quæ omnia reperiuntur in iuramento facto cum tali errore, ſeu dolo. Nec obſtare illud ſimile de matrimonio; tum quia non in eo omnes conueniunt; tum quia ad matrimonium requiritur poſitiuus, & determinatiuus conſenſus per verba de præſenti in certam perſonam, vt ſuo loco ſcribo: hanc doctrinam docet Trullenq. *in opere morali*, *libro* 2. *cap.* 1. *dubio* 11. *ſub num.* 2. quam ex ſuo principio cum multis expendit videndus Balboa *in dicto cap. ſi vero num.* 64. licet tranſeat, *num.* 65. cum præfata doctrina Suarez.

21 Verùm ſi dolus, vel error verſetur circa cauſam iurandi, applicantem voluntatem; non verò pertinentem ad ſubſtantiam rei promiſſæ, vt eſt exemplum in iuramento præſtito per Ioſue in fauorem Gabaonitarum, de quo *in cap.* 9. *Ioſue*, & *in cap. innocens* 22. *quæſt.* 4. & de quo iam alibi dixi, tunc dico non obligare iuramentum, ſiue ſit dolus antecedens, ſiue incidens in contractum. † Idem erit quoties 22 iurat, ſecundùm prudentem æſtimationem; quia tunc non cenſetur voluiſſe iurare, ſi dolum cognouiſſet, tradunt Leſſius *libro* 2. *de Iuſtitia*, *cap.* 42. *dubio* 9. Sanchez *vbi ſuprà*, cum multis Trullenq. *dict. dubio* 11. *num.* 3. tradens rationem; quia iuramentum contra mortem, & intentionem iurantis non obligat, *cap. quintauallis hoc tit.* & patet in noſtro textu, vbi colligitur iuramentum non extendi ad eo, quæ in mentem iurentis non venerunt, vt docet expreſſe Gloſſa *in cap. penult. hoc tit.* quia ſi ſciret rei qualitatem, & dolus eſſet apertus, nollet contrahere docent Nauarrus *cap.* 12. *num.* 13. Villalobos *tract.* 36. *p.* 2. *diff.* 5. *num.* 18. † Qui 23 idem exiſtimat dicendum, quando error verſatur circa rei circunſtantias; quia ſemper in Iuramento includitur hæc tacita conditio, videlicet ſi res talis fuerit iuxta doctrinam textus *in cap. quemadmodum hoc tit.*

24 Verum ſi reſpectu rei, circa quam adfuit error diuidua res ſit, & reſpectu vnius partis adfuit error, non autem reſpectu alterius, tunc Iuramentum non obligabit reſpectu illius partis, circa quam adfuit error; quia deeſt conſenſus obligabit autem reſpectu alterius; quia adfuit conſenſus, vt docent Sanchez, Bonacina, & alij relati. Verùm ſi iurans cum tali errore, haberit animum & intentionem, ſaltim tacitam & implicitam ſe obligandi, etiam ſi dolum, vel rei qualitatem agnoſceret; quia adeſt conſenſus in rem illam, qualis qualis fuerit, & quia vt dictum eſt error concommitans, non tollit obligationem: ita iam relati, & Trullenq. *ſupra dicto dubio* 11. *numer.* 4. Et ſub hac diſtinctione debent intelligi plura, quæ ex multis congerit Balboa *in dicto cap. ſi vero*, *num.* 66. & 67. vbi à *num.* 68. benè hoc expendit: & ad majorem expeditionem videbis quæ tradit Vaſquez 12. *q.* 7. *artic.* 4. *diſput.* 30. *cap.* 4. *num.* 14. & 25. Valentia 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 6. *puncto* 4. & *diſp.* 5. *q.* 20. *punct.* 4. † Vbi dicit longè di- 25 uerſum eſſe hominem ita quidpiam velle, vt ſi noſcet

noſcet aliam circumſtantiam adeſſe, vel non adeſſe non promiſſurum; aliud tamen velle id conditionaliter vbi: *ſi talis adſit circumſtantia, & non aliter*, & in hoc caſu dicit voluntatis modum inducere defectum voluntatis, ea conditione deficiente; quod in primo caſu non ſemper inducitur; quia ſemper inducit, vt fortaſſis nollet, ſi ſciret; & ſic Balboa *ſuprà n.69.* concludit ad obligationem, vel deliberationem, neceſſario debere eſſe actum aliquem de præſenti exiſtentem in voluntate, ſaltim virtualiter, quo voluntas velit, vel nolit illud.

26 † Et addit *num.72.* cum Soto *libro 7. de Iuſtitia, quæſt.1.art.2.* verſic. *ſciſcitaris autem*, Aragon.2.2. *quæſt.*88. *art.1.* in verſic. *infero tertio*; quod ſi adſit poſitiuus error circa circunſtantiam rei præmiſſæ, aut circa difficultates magni momenti iurantis, aut vouentis exiſtimationem notabiliter ſuperantes; quibus cognitis non vouiſſet, aut iuraſſet votum, aut iuramentum irritum eſſe, & inuoluntarium.

27 Vnde etſi præfata dubia nonnulli Doctores componant, ea facta diſtinctione, nempe vt ſi promiſſioni factæ per dolum, ea ineſt conditio; quæ ei cauſam dederit, & dolor eius, cui facta eſt, ſit extorta, ipſo facto irrita ſit; ſi verò accidat ſine dolo, valida ſit, vt deducunt ex *dicta leg. & elegantèr, ff. de dolo*, Molina *de Iuſtitia, tom.2. diſputat.*352. Sanctius *lib.1. de matrimon. diſp.64. & 65.* & hoc idem in iuramento promiſſioni addito videri. Tamen licet hæc doctrina valde probabilis ſit, difficilis redditur ex eo: nam ſemper iuramentum obligat etiam, ſi promiſſio nulla ſit, vt dixi, *ſuprà in cap.1.* & *in cap. debitores hoc tit.* & ideo diſtingui debet iuxta iam prius dicta in hoc dubio.

28 Ex prædictis infero ad dubium, quid ſi aliquis Iureiurando ignorans promittat, cum hac tamen diſtinctione, quod dolus importat deceptionem iniurioſam ex parte iuramentum petentis, quæ in errore aut ignorantia non reperitur; ſed tamen ignorantia patet latius, quàm error; quia hæc habet ſe purè negatiuè, quæ meram ſcientiæ priuationem importat. Verùm ſi ignorantia dicitur poſitiua, hæc eadem erit cum errore, quæ videlicet importat iudicium erroneum: ſic Doctores cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.6. artic.*8. Balboa *in dicto cap. veniens hoc tit. ſub num.*58.

29 † Quo ſuppoſito venit dicendum, vt ignorantia vouentis, ſeu iurantis merè negatiua, quæ videlicet eſt abſque aliquo errore circa rem promiſſam, non irritet votum, ſeu iuramentum, vt ſi v. g. iurans, aut vouens non penetraſſet, aut aduertiſſet difficultates in tali promiſſione contentas; quia ſibi imputare debuit, non ſatis examinatam rem promiſiſſe.

30 † Etenim vt docent Caietanus 2. 2. *quæſt.*88. *artic.*3. in verſic. *ad hoc dicitur quod de voto*, & in ſumma verb. *votum, cap. penult.* Molina *de Iuſtitia, tom.2. diſputat.* 272. in verſic. *quartum valde*, Soto *lib.7. de Iuſtitia & Iure, q.2. art.1. ad 3.* in verſic. *ex his quæ* tale votum, aut iuramentum abſolutè voluntarium eſſe, nec voti, aut iuramenti valorem dicunt eſt conſideratione omnium difficultatum pendere.

31 Ad tertiam quæſtionis partem quid de voto dicendum ſit, ſi aliquis vouet dolo, errore, ſiue ignorantiâ, ſatis ex dictis apparet. Et ſic vt reſoluam dico errorem, & dolum aliquando verſari circa ſubſtantiam rei aliquando circa accidentia rei prætereà aliquando circa cauſam finalem, & motiuam; aliquando verò circa impulſiuam tantum cauſa finalis in omnibus diſpoſitionibus voluntatis illa dicitur quæ ita animum ad diſponendum monet, vt ea non exiſtente, quiſpiam minimè eſſet diſpoſiturus. Impulſiua illa dicitur, quæ animum iam ad diſponendum determinatum, ſeu incitat ad Libentius, aut celerius, aut tali modo diſponendum, ac proinde ea non exiſtente opus quidem fieret, ſed non cum eo modo, aut ita libenter, & celeriter, vti etiam in iuramento procedit, has tamen cauſas Vaſquez 1.2. *quæſtione* 19. *artic.7. diſputatione* 70. *cap.3. numero* 11. Sanchez *libro* 4. *cap.* 2. *numero* 38. & 39. dicunt eſſe finales, ea tamen differentia, quod impulſiua ſupponit animum iam determinatum, quæ non dicitur abſolutè finalis, ſed finis impulſiuus, ſeu cauſa impulſiua, quæ verè finalis eſt ita voluntatem determinat, vt abſque illa, actus non fieret; & ob id dicitur abſolutè finalis ſecundùm ea, quæ latius dico *in cap. ſuper litteris de reſcriptis*: cum multis Balboa *ſuprà in dicto cap. ſi vero num.*77.

Quo ſuppoſito, dico quod votum, ſeu iuramentum factum per errorem, & dolum circa cauſam finalem, & motiuam, non eſt validum, & eſt ratio, quia facta cenſentur ſub tacita conditione, ſi cauſa finalis, & motiua ſubſiſtat; & ita qui falſo credens ſe inſtitutum hæredem, vel legatarium iurat, ſeu vouet dare eleemoſynam, vel quid aliud, non tenetur errore cognito, votum, aut iuramentum implere; quia error cenſetur circa cauſam finalem, docent Molina *tom.2. de Iuſt. diſp.*272. Bonacina *tom.2. diſp.*4. *q.2. puncto* 3. §.2. *n.*5. Trullenq. *in opere morali, p.1. lib.2. cap.2. dubio* 4. vbi aliis exemplis declarando excipit votum ſolemne in ſuſceptione ordinis, vel in profeſſione, quod non irritatur per errorem, & dolum circa cauſam finalem, ſicut, nec matrimonium. 32

Vnde ad difficultatem reſpondeo, quod ceſſante cauſa finali voti, vel iuramenti, ceſſat eius obligatio; non autem ceſſante ſola cauſa impulſiua, ratio eſt, quia iuramentum, ſeu votum non obligat vltra iurantis mentem; non enim iurans, aut vouens cenſetur habuiſſe intentionem ſe obligandi; cauſâ finali voti, vel iuramenti ceſſante; quia vt dicitur, *in cap. ceſſante de appellationibus*, cauſa ceſſante, ceſſat effectus, videlicet ceſſante cauſa finali: ita intelligit cum multis hoc axioma Barboſa *de Varijs axioma* 11. *à num.*4. Sanchez *lib.4. opere moral. cap.2. num* 42. Bonacina *tomo* 2. *diſputat.4. quæſt.2. puncto* 3. §.2. *n.*10. qui adducit Silueſtrum, Suarez, Rodriguez, & alios, Trullenq. *in oper. morali, dict. cap.1. lib.2. dubio* 4. *num.*13. vbi exemplis exornat, quando dicatur cauſa finalis, quando verò impulſiua; hæc enim etiam ſi ceſſet; non ob id ceſſat iuramentum, aut votum. 33

† Quia cauſa impulſiua dicitur, quâ non exiſtente, adhuc fieret opus, licet non ita celeriter manet; ergo ſufficiens voluntarium ex parte vouentis, aut iurantis, adhuc eo errore exiſtente, vt notant relati, & plures alij cum eis, DD. *in cap. magna de voto*, Butrius *in cap. ex parte, & l.2 n.14. de conuerſione coniugatorum.* 34

Qua diſtinctione lucem accipit textus, *in d. cap. magna de voto*, in verſic. *ad hanc autem indulgentiã*, & ibi, *quia ceſſauere cauſa facilius potuit ceſſare,* 35

ſare, & effectus; quia & ſi variè Doctores intelligant ea verba alij de cauſa impulſiua, alij autem de cauſa finali, vt congerit, *ibi* Barboſa *num.* 10. vberius Balboa *in dicto cap. ſi vero* 8. *hoc tit. à num.* 73. & 75. cum aliis, & *num.* 80. & 81. vbi exiſtimant dicendum voti commutationem, de qua ibi, neceſſariam non fuiſſe, ſed ad maiorem cautelam conceſſam, vt indicant præfata verba; *quia ceſſauere cauſa, &c.* quæ ſignificāt quod ceſſante voti cauſa facilè potuit etiā ceſſare obligatio voti, quaſi dicat ceſſaſſe, ſi fuit cauſa finalis ſecus ſi fuit cauſa impulſiua; ideoque non dicere obligationem ceſſare, ſed potuiſſe ceſſare: ita DD. debent interpretari Textum illum, quatenus ibi Pontifex loquitur de Epiſcopo vouente peregrinationem Hieroſolimitanam pro aſſequenda ſuæ Eccleſiæ libertate ope comitis campaniæ, quem ibi eſſe exiſtimabat; & cum poſtea conſtitiſſet morte illius intentionem Epiſcopi fruſtratam fuiſſe, nihilominus Pontifex commutauit votum, Epiſcopi quaſi ſupponens validum fuiſſe.

36 Ex quo facto, adhuc ſub obſcuro manet præfata Doctrina, & intellectus relatus; quare ego ſic explico eo exemplo, quis v. g. vouit, ſeu iurauit viſitare limina Apoſtolorum Petri, & Pauli; quia ſciebat ibi morari amicum, cuius conſpectu frui cupiebat. Tunc ſi contingat limina Apoſtolorum Romæ amplius non extare, votum, aut Iuramentum non obligabit; quia ceſſauit cauſa finalis voti, quamuis ſubſiſtat cauſa impulſiua, ſcilicet inuiſio amici ibi commorantis. Econtra verò, ſi dum votum adimpleret extent limina Apoſtolorum, tenetur voto, aut Iuramento licet amicus ſit mortuus: nam conſpectus amici non fuit cauſa finalis, ſed

37 impulſiua tantùm. † Tamen ſi vouens, aut iurans motus fuit propter inuiſenda limina Apoſtolorum, & etiam propter amici conſpectum æquè principaliter, tanquam propter finem partialem; ita viſitatio liminum, & amici conſpectus ſit adæquatus finis voti, aut iuramenti: tunc ſic iurans, aut vouens tenebitur votum adimplere vno fine partiali ſublato; id eſt mortuo amico, aut ſublatis liminibus modo vnius finis partialis remaneat; id eſt modo remaneant limina, aut ſaltem remaneat amicus, ita docent Sanchez *lib.* 4. *mor. cap.* 2. *num.* 42. & 45. cum Angelo, Siluestro, Azor; Rodriguez, & Suarez *lib.* 4 *de voto, cap.* 18. *num.* 3. Trulench. *lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 4. *num.* 15. Et ſecundùm hanc diſtinctionem docent quam plures, *in dict. cap. magna verba* ibi: *ſpecialiter nos induxit, quod cum pro libertate Trecenſis Eccleſiæ, per dictum comitem aſſequenda, præcipue votum peregrinationis emiſerit, eo ſublato de medio, quia ceſſauere cauſa facilius potuit, & effectus ceſſare*, vbi apertè inſpicitur cauſam finalem fuiſſe illum comitem inuiſere, vt probat ibidem Gloſſa verbo, *vt venires*, Hoſtienſis *n.* 21. Butrius *n*, 15. & *in d. c. ex parte de conuerſione coniugat. n.* 4.

38 Vnde ſi dubites qualiter dignoſci poſſit cauſam fuiſſe impulſiuam, aut finalem, reſpondeo id colligi ex affectu, quo vouens, aut iurans mouentur ad iurandum, ſeu vouendum animo conſequendi, ſeu implendi rem, quæ ipſum mouet; quia ſi vouens, aut iurans magnum habeat affectum videndi, conſequendi, ſeu præſtandi rem ſub deſiderio ſuo comprehenſam; & quæ mouit ipſum ad iurandum, ſeu vouendum, præſumitur cauſa finalis: quare ſæpiſſimè contingit, vt licet cauſæ, quibus iurans, ſeu vouens mouetur, ſint finales, tamen adhuc ſint minus principales, quia vouens, aut iurans id ſolet facere ex magno deſiderio conſequendi rem, quæ ipſum mouit iurare, aut vouere: ita cum aliis docet in terminis Trulench. *vbi ſupra, dicto dubio* 4. *num.* 19. ex quibus ego interpretor relata verba Textus, *in dicto cap. magna*, quia & ſi de ſui natura peregrinatio ad Hieroſolimam ſit cauſa finalis, & inuiſio illius comitis campaniæ, ſit cauſa impulſiua, tamen cum affectus Epiſcopi, de quo ibi non ſolùm eſſet peregrinationis, ſed etiam conſequendi libertatem Eccleſiæ ope illius comitis, non eſt mirum, vt vtraque cauſa ibi fuiſſet finalis; quia vt Doctores iam adducti docent, poteſt aliquando eiuſdem voti eſſe duplex cauſa finalis, etiam ſi aliquando vna ſit principalis, & ob id licet vouenti Epiſcopo conſtitiſſet de morte illius comitis, adhuc potuit valere votum ex alio fine partiali peregrinationis ex Doctrina iam adducta. Vnde vterque Doctorum intellectus ad præfata verba dicti capituli magnæ verus mihi videtur.

Ex his infero intellectum ad Textum *in l.* 1. 39
§. ſexum, ff. de poſtulando, vbi conſtat non fuiſſe interdictum fœminis poſtulare, niſi Calphurnia, tam imprudenter poſtulaſſet, de qua conſultus dicit non dediſſe cauſam finalem, ſed fuiſſe finem legis, vt occurreretur mulierum impudentiæ iuxta ea, quæ adduxi, *ſup. in cap. tam litteris* 33. *de Teſtibus, quaſt* 3. & notant Gloſſa ibi verbo *cauſam*, latè Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 39. *num.* 14 ergo videtur dicendum quod cauſa impulſiua tantùm ſufficit ad inualidandum Iuramentum, ſeu votum. † Tamen reſpondetur quod non quidquid quouis modo eſt occaſio 40
actus, ſine quo actus non fieret, eſt cauſa finalis, ſed quando reuera ea cauſa in intellectu apprehenſa, ita voluntatem mouet ad diſponendum, vt ſine illa actus non fieret, at occaſio, aut conditio ſine qua non, non determinat animum, ſed impelli, qualis eſt impudentia Calphurniæ: is namque vt docet Balboa *in dict. cap. ſi vero, hoc tit. num.* 78. & 79. non induxit legiſlatorem ad legem illam inducendam, quia actus ille, vt iam præteritus vitari non potuit, & ſic non fuit cauſa finalis illius legis, ſed conditio, ſine qua non, ſeu occaſio. Cauſa enim finalis fuit vitare futurum fœminarum periculum.

Ad quartam quæſtionis partem, an Iuramentum debeat intelligi iuxta mentem iurantis, ſeu 41
eius, cui iuratur? vt latè peragas adiunges quæ adduxi, *ſupra in cap.* 1. *de confeſſis, quaſt.* 4. præcipuè, in verſic. *ad tertiam*, & *ſupra in Rub. huius tituli, quaſt.* 1. verſic. *ad quintam*, vbi egi de dubio, an liceat iurare amphibologicis verbis? De quo dubio poteſt diſputari per verba Textus noſtri ibi: *nequaquam taliter iuraſſet ſi mandatum illud contrarium præſciuiſſet*: & ſic reſolutiuè dices quod Iuramentum intelligitur iuxta mentem, & intentionem iurantis, vt notat Barboſa cum Tyraquello *infra in cap. ad noſtram* 21. latè docet Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 10. *per totum*, vbi videbis.

Ad quintam quæſtionis partem, an inferior 42
poſſit diſpenſare ſine cauſa in lege ſuperioris, licet nonnulli de ea per Textum noſtrum agant, aptius pertinet ad litteram Textus, *in cap. venientes, hoc titulo*, Vbi ago, & agit Barboſa

boſa *hic num.5.* per verbum ipſum *authoritate noſtra.*

Ad ſextam quæſtionis partem, an iuramentum trahatur ad incogitata, ſeu incognita? iam alibi *ſuprà* dixi non trahi, & docet Barboſa *hic num.*4. per verba iam relata *nequaquam taliter iuraſſet.* Et confirmatur ex dictis *ſuprà*; item ex his, quæ dico *infrà in cap. ſi Clericus penult. hoc tit.* vbi ergo de prorogando iuramento: faciunt etiam adducta, *in cap. veritatis hoc tit.* vbi latè probaui iuramentum ſtrictè interpretandum, nec comprehendere ſucceſſores iurantis.

QVÆSTIO II.

An metus, & dolus pariter reddant contractum nullum; & ob id iuramentum: Et an iuramentum, ſeu votum inualidetur, quando culpa iurantis, vel vouentis, ceſſauit cauſa finalis: Et quid ſi eadem cauſa reuiuiſcat?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum dolo factum, quare nullum, & quare quod metu ſit valeat, n.*2. 3. 4. *&* 5.
5 L.1. Cod. de reſcindenda venditione.
6 *Iuramentum, vel votum, nunquid inualidatur, quando culpa iurantis, ſeu vouentis, ceſſauit cauſa finalis, n.*7. *&* 8.
9 *Iurans non tranſire per aliquam domum; eo quod ibi habitat fornicaria, ſi ipſa habitationem deſeruit, ceſſat obligatio iurantis, aut vouentis.*
10 *Votum habens tractum ſucceſſiuum, qualiter obliget.*
11 *Actus non ſit conditionalis, vel inuoluntarius ex habituali diſpoſitione, ſeu conditione.*

1 AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeas præuidens quæ iam adduxi, *ſuprà de iuramento per metum emiſſo in cap. verum hoc tit.* vbi dictum fuit egere abſolutione; ſed iam *ſuprà q.*1. huius textus dictum eſt iuramentum per dolum, aut errorem antecedentem, & dantem cauſam contractui, nullam inducere obligationem; & ob id dici debet non indigere abſolutione, ſeu relaxatione iuxta mentem Suarez *de religione tom.*2. *lib.*2. *de iuram cap.*11. *num.*5. Leſſij *lib.* 2. *de Iuſt. cap.* 42. *num.* 33. *dub.* 7. vt tradit Balboa *in cap ſi vero hoc titul. ſub num.*64. ergo non eſt cur æquiparentur metus, dolus, ſiue error metus enim cauſat in inuoluntarium ſecundùm quid, & relinquit conſenſum abſolutum, & ſimpliciter voluntarium; quia nec ex parte intellectus tollit cognitionem neceſſariam ad volendum abſolutè, nec ex parte voluntatis ipſam abſolutè cogit, ſed mouet ad volendum aliquid, quod ſecluſo metu non voluiſſet. Dolus tamen, aut error ſecundùm *dicta quaſt.*1. verſic. *ad ſecundam* omninò voluntatem tollit, ſi eſt antecedens, & contra ſubſtantiam; quia ex parte intellectus tollit cognitionem neceſſariam, cum voluntas non poſſit ferri in incognitum; & ſic dictum fuit errantem non conſentire, *l. cum teſtamentum, l. non idcirco, Cod. de Iuris & facti ignor. l. ſi per errorem, ff. de Iuriſd. omniū Iudicium*; non enim poterit dari obligatio iuramenti; quamuis alias detur in iuramento metu extoto, vt patet ex verbis textus noſtri ibi: *nequaquam taliter iuraſſet, ſi mandatum illud ſibi contrarium præſciuiſſet*, & multomagis id dicendum in dolo, & errore; præcipuè, nam obligario iuramenti, Deum per ſe reſpicit. At Deus non conſiderat verba, ſed voluntatem, & intentionem *cap. humanæ aures* 22 *q.*5. ergo cum deceptus non intendat iurare id quod verba ſonant, venit vt non obligetur apud Deum, vt conſiderant communiter Doctores, & tradit Balboa *in dicto cap. ſi verò* 8. *hoc tit. n.*61.

Tamen acerrimè, & fortiter huic traditæ differentiæ inter contractus iuratos metu factos, aut inter eos, qui dolo: ſeu errore fiunt, videtur obſtare illud, nempe, quia contractus bonæ fidei metu geſti, nulli ipſo iure ſunt, quemadmodum, & contractus, quibus dolus cauſam dederit, quod vltra Accurſium *in l. ſimiliter.* §. *ſi dos, ff. de eo, quod metus cauſa*, & vltra textum *in l.* 1. *Cod. de reſcind. vendit.* & vltra textum *in l. titia* 134. *ff. de verb. oblig. l. libera, Cod. de inutilibus, cap. cum locum, cap. veniens de ſponſalib. l. fin. tit.*11. *part.*3. *l.*15. *tit.*2. *p.*4. quibus conſtat matrimonium metu celebratum eſſe nullum; & vltra textum *in l.* 1. *ff. de teſtam. l.* 1. *Codic. de ſacroſancto Eccleſ.* quibus etiam probatur teſtamentum metu factum, nullum eſſe. 2

Facit ea conſideratio; quia contractus, quibus dolus cauſam dedit ea ratione, fiunt ipſo iure nulli, non quod in eis ſimpliciter deficiat conſenſus ſed quia deficit conſenſui in contractibus bonæ fidei neceſſarius; & eo modo, quo requiritur, id eſt liber, & immunis à dolo, & fraude. Quæ ratio in contractibus metu geſtis æque fortiter viget, cum in metu dolus, & fraus inſit, *leg. ſi cum exceptione*, §. *cum qui, ff. de eo, quod metus cauſa*: ergo pari ratione nulli eſſe debent; & ſic pariter dolum, & metum vitiare contractus, nullóſque ipſos reddere. † Quare Pichardus *in* §. *actionum autem* 28. *à n.*24. ita tenendum docet in contractibus bonæ fidei, non ſic ſi ſtricti Iuris ſint, quibus licet à dolo non datur vocatio. Tamen cum in metu detur adhuc voluntas, valere debent, niſi detur aliqua ratio ſpecialitatis, quare ſint nulli, vt in matrimonio, & teſtamento, vel quia non vi conditionali, ſed præciſa fuerunt celebrati, in qua conſenſus non datur, vt præter Ariſtotel *lib.*3. *Ethicorum cap.*1. inſinuat Paulus *in l.*2. *ff. de eo, quod metus cauſa*, Iacobus Rebard. & Petrus Faber *in leg. nihil tam naturale, ff. de regul. iuris*, Accurſius *in l* 3. *gloſſa* 3. *Cod. de his, quæ vi*, Sotus *in* 4. *diſt.*29. *q.* 1. *ad ſecundum.* 3 4

Et ſecundum hunc intelligendi modum dicunt nonnulli accipere lucem textus, *in dicta l.*1. *Cod. de reſcind.* dicentes loqui in vi præciſa. Alij dixerunt verbum ibi *irrita*, id eſt irritanda, quaſi velint venditionem à principio valuiſſe. Verùm Commodius, Pichardus *vbi ſuprà num.*29. cum Accurſio dicto verbo *irrita*, & Cujacio *in dict.* §. *ſi dos*, dicit interpretandum illum textum, eſſe ſecundum præfatam diſtinctionem, nempe vt ſit ipſo iure nullus contractus; quia erat bonæ fidei, & metu geſtus. Et ſub prædicta diſtinctione ſine violentia, aut poſſe interpretari textum, *in d.* §. *ſi dos*, vbi dotis promiſſio metu facta, nulla eſt ex Cujacio, quam ad illum textum Pichardus non admittit; eo quod reſpectu matrimonij, cui adhæret, detur alia ſpecialitatis 5

litatis ratio, nempe vt interſit vndequaque pleniſſimus conſenſus *ex dicto cap. cum locum*, *cap. veniens de ſponſal.* argumento Textus *in cap. de prudentia de donation. inter virum, & vxorem*, *l.* 3. *Cod. de Iure dotium*, Abbas *in cap. num.*9. *de his quæ vi*, Caſtrenſis *in dict. l.*1. *Cod. de reſcind.* Pichardus *vbi ſuprà* omnino videndus, quia punctum hac præter alios longè & doctè pertractat vbi in hac reſidendo doctrina varias interpretationes adducit *à num.* 34. vſque *ad* 47. ad Textum *in l. ſi vi, vel metu* 3. *l. non intereſt, leg. fin. vi, Cod. de his & dictæ legi ſi mulier*, §. *metu coactus in* 1. *ff. de eo quod metus cauſa*, vbi probari videtur bonæ fidei contractus, qualis eſt *emptio* metu celebratos reſcindi, & ſic ſupponere eos ab initio valuiſſe *ex l. nam etſi* 5. verſic. *poſt defectum*, *ff. de iuſto rupto*, *& à num.* 39. interpretatur Textum *in leg. & eleganter* 7. §. 1. ibi, *aut nullam*, *ff. de dolo* cum aliis de quibus longè ago *in cap.* 3. *de emp. & vendit.* interim videtur dicendum dari non minimam differentiam inter dolum, & metum, niſi loquaris de vi præciſa, & de dolo circa ſubſtantiam contractus; quia tunc eo quod in vtroque caſu deficit conſenſus; Ideò contractus irritus eſt, aut niſi loquaris de metu abſque vi præciſa, & de dolo incidenti; iuxta dicta *quæſt. præced.* Quia tunc etiam æquiparantur, nempe vt valeat contractus iuratus & ſi veniat irritandus? Secùs autem erit, ſi ſimilitudinem arguas de ſolo metu ad dolum antecedentem, & contra ſubſtantiam. Quo in caſu non caret difficultate doctrina Pichardi, iam relati, quam longè perſequitur.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, an votum, vel Iuramentum inualidetur culpa iurantis, ſeu vouentis? In quo dubio communiter docent Doctores votum, ſeu iuramentum durare, adhuc ceſſante cauſa finali, quia non debet iurans, aut vouens reportare commodum ex ſuo delicto: Itavt quemadmodm votum conditionale, non impleta conditione, culpa vouentis, ſic nec obligare ceſſante cauſa finali ipſius, ita docent Rodriguez. *p.* 2. *ſumma cap.* 98. *num.* 2. & ſic dixerunt Sanchez. *lib.* 4. *mor. cap.* 2. *n.* 28. *&* 43. votum factum in fauorem alterius, & acceptatum obligare ſi cauſa finalis ceſſauit poſtquam vouens fuit in mora adimplendi votum, quia mora non ſuffragatur, ergo etiam obligare votum factum ſoli Deo, qui votum in ipſius honorem factum acceptauit, ſi cauſa finalis ceſſet, vt tradunt Bonacina *tom.* 2. *d ſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 4. §. 1. *num.* 11. verſic. *hoc tamen* Trulenq. *in opere morali dict. lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 4. *num.* 16.

7 Verum Sanct *d. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 44. præfatam limitationé non admittit facta æquiparatione de voto conditionali ad votum, vbi cauſa finalis ceſſauit, quia docet diſparem eſſe rationem inter obligationem voti conditionalis, ſi conditio culpa vouentis deficiat, & inter cauſam finalem deficientem culpa vouentis: Nam eo ipſo quod quis ſub conditione vouet, videtur intelligere ſi conditio deficiat ex alio accidenti extrinſeco, & conſequenter ſe obligat, quoties culpa ſua defecerit conditio. Tamen quando ad votum ſe obligat ductus aliquo fine, non ſe obligat ad procurandum, ne finis ille culpa ſua deficiat; & ita *eum fuiſſe in mora*, ſolùm obligat ad præteritæ culpæ aut negligentiæ dolorem, quia non auffertur res debita ex iuſtitia, ſed ex Religione, cuius tranſgreſſio non inducit reſtituendi obligationem, vt tradit Diuus Thomas 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. *ad* 1. *& in* 4. *ſent. diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiuncula* 1. *ad tertium*, Turrecremata *in ſumma* 17. *q.* 1. *art.* 4. *ad tertium*, dicentes hos teneri ad dolendum de peccato, & nullam aliam exprimunt obligationem, probant etiam Abulenſis *ſuper cap.* 30. *num.* 48. *quæſtione ad finem*, Valentia 2. 2. *diſp.* 5. *puncto* 4. in verſic. *verùm circa huiuſmodi*, Nauarro *in ſumma cap.* 12. *n.* 55. 8.

At ſi votum, aut Iuramentum eſſet in fauorem hominis, cui acquiſita eſſet obligatio, eo caſu teneretur vouens, aut iurans implere, quia mora non excuſat, eo quod ea promiſſio non ſolùm obliget ex Religione, ſed etiam ex Iuſtitia, vt copioſè oſtendit Sanchez. *de Matrimonio lib.* 1. *diſp.* 5. *à num.* 20. Molina *tom.* 2. *de Iuſt. & iure, diſp.* 272. *notabili* 1. Medina *de ſacrorum hominum continentia cap.* 242. quos ſequi videtur Balboa *in dicto cap.* 8. *hoc tit. num.* 84. videndus *à num.* 82. ſed mihi non diſplicet primus dicendi modus. 8

Ad vltimam, & tertiam difficultatis partem breuiter reſpondeo dicendo, quia ſi quis v. g. iurat, aut vouet non tranſire per aliquam domum eo quod ibi habitat mulier fornicaria, cum qua peccare conſueuit, poterit per illam domum tranſire poſtquam mulier receſſerit ab ea domo, quia ceſſat cauſa finalis voti, aut iuramenti. Tamen ſi mulier iterùm incipiat ibi habitare, votum, aut iuramentum reuiueſcet, quia obligatio non ceſſauit in totum, nec fuit omninò extincta, cum cauſa ſimpliciter non ceſſauerit, ſed obligatio ſuſpenſa, & conſopita fuerit pro eo tempore, quo cauſa finalis ceſſauerit, Nauarrus *dict. cap.* 12. *num. fin.* Sanchez. *dicto cap.* 2. *lib.* 4. *moral. num.* 45. *&* 50. qui ait ſecus eſſe ſi cauſa finalis eſſet falſa tempore voti, quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio non ſubſiſtit. 9

Et addit, quod ſi votum habeat tractum ſucceſſiuum, obligat tempore, quo ipſius cauſa verificatur, v. g. Titius metu peccandi cum quadam fœmina, cum qua peccare conuenerat, vouit non adire talem domum, in qua illam fœminam habitare falſo arbitratur: Tunc teneri vi voti talem domum non adire, ſi proceſſu temporis fœmina illam domum inhabitet quia vt docet etiam Trulenquell. *dict. cap.* 2. *dub.* 4. *ſub num.* 14. hoc votum, aut iuramentum, habet tractum ſucceſſiuum, & cauſa verificatur pro tempore, quo votum eſt exequendum. † Qui ſub *num.* 18. ait, quod habitualis diſpoſitio, ſeu conditio non facit actum inuoluntarium, nec conditionale, vbi id exemplificat cum Suarez. *dicto cap.* 2. *num.* 6. *&* 36. Bonacina *dicto punct.* 4. *n.* 15. Valentia & Vaſquez. 10 11

AD TEXTVM
IN CAPITE XVII.
Breui, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

LICET in nonnullis iuribus huius tituli poterat de periurio, & eius pœna agi, tamen hic vberrima eam materiam intendo tractare. Et

Et occaſione huius tractatus de periurio, agit Couarruu. *in cap. quamuis pactum 1.p.* §.7. *à n.8.* verſic. *tertio de blaſphemia*, de qua *infrà in cap. etſi Chriſtus hoc tit.* & ad titulum de maledicis. II. Et ad dubium videbis, *in cap. tam litteris 33. de Teſtibus, q. fin.* verſic. *vnum tamen, an puniatur de periurio, qui iurat ſe non commiſiſſe delictum, & contrarium poſtea apparet. Et an periurus afferendo teſtimonio, repellatur*, dixi *ſuprà de Teſtibus in cap. teſtimonium quæſtione 3.* verſic. *ad tertiam.* Et de eo, *qui iurauit ſe non teſtificaturum*, an teneatur, ſuprà *in cap.1. de teſtibus cogend. quæſt.2. à num.9.* verſic. *vnde.*

QVÆSTIO I.

Quare periurus ſit, qui iurauit Eccleſiam defendere, diſcedens ſine iuſta cauſa, cum per appellationem à tali pœna debeat liberari: Quid ſit periurium: Quod peccatum ſit periurium, etiam in re leui: An qui iurauit non reuocare teſtamentum, ſi pœniteat, periurus ſit: An iuſſus Iudicis excuſet à periurio: Et an ſtatuto iurans non reuelare ſecretum, ſi id faciat propalans votum, periurus ſit: Et quando quis liberetur à periurio: vbi an difficultas ab ipſo, & à pœna liberet: Et an ſit periurus procurator iurans nomine Domini?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio excuſat à pœna periurij.*
2 *Periurus, eſt iurans Eccleſiam defendere, aut alia facere, & ſine cauſa diſcedit.*
3 Cap. ad hæc 20. de appellationibus.
4 *Periurium quid ſit? Et quando tale dicatur n.5.*
6 *Periurium quale peccatum ſit, n.7. 8. 11. 12.*
8 *Periurium penitus euertit humana commercia.*
9 *Periurium eſt grauiſſimum delictum.*
10 *Feſti diei obſeruatio dupliciter ſumitur.*
13 *Iuramentum de non reuocando teſtamentum, non tenet. Et quare.*
14 *Periurium excuſatur Iudicis iuſſu, n.16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.*
15 *Iurans aliquid facere, dum eſt Cardinalis, creatus Papa, poteſt contrauenire.*
16 *Mandatum ſuperioris excuſat à pluribus, num. ſequentibus.*
17 *Subditi pro ſuperiore, ſeu Republica, facere queunt nonnulla abſque pœna, num.18. 19. 20. 21. & 22.*
24 *Periurus eſt iurans non reuelare ſecretum, ſi illud propalet, n.25. 26. 27. 28. & 29. Et ad plures caſus ad n.42.*
26 *Secreta reuelantes, Conſilia Ciuitatis, tenentur pœnâ falſi. Item & Cancellariæ Auditores, & alij Miniſtri, etiam Inquiſitionis, qualiter ea obſeruare iurent, num. ſequentibus ad num.42.*
27 *Iuſtitiæ Miniſtri qualiter ad ſecretum teneatur.*
29 *Proditor dicitur qui reuelat ſecretum priuati, aut fidem ſpopondit.*
31 *Vaſſallus reuelans Domini ſecreta priuatur feudo, n.32.*
34 *Inquiſitores, Notarij, Conſultores, Qualificatores, & alij à ſecretis qualiter iurent de ſecreto non propalando? Et an contrarium facientes puniantur, num.35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42.*
42 *Canonici qualiter teneantur ſeruare ſecretum ſui capituli.*
43 *Iurans quibus de cauſis, periurij reus non ſit, n.44. 45. 46. 47. 48. 49. & 50.*
51 *Pœna conuentionalis nunquid excuſetur propter difficultatem per ignorantiam, vel ætatem, & aliter, n.52. 53. 54. 55. 56.*
57 *Procurator iurans falſum ex commiſſione Domini periurus eſt, & pœnas incurrit, non Dominus.*

DE præcepto non peierandi latè ſcribit Suarez *de Religione, tom.2. lib.3. de Iuramento à cap.1. vſque ad 12.* Nunc verò ad primam partem difficultatis videtur quod appellatio excuſet à peccato periurij, quia quemadmodum *infrà* dico, quod ex pluribus cauſis quis excuſatur à periurio, æquum eſt vt ſi appellet excuſetur, cum appellatio ſit remedium a natura, & à lege introductum ad liberandos oppreſſos, vt adduco latè *in Rub. & tit. de appellationib.* & dixi *ſuprà.* 1

Tamen breuiter dico ex noſtro textu, & *in cap. querelam hoc tit.* cum aliis, & *in cap. tua nos 11. eod.* quod iurans Eccleſiam defendere, vt hic, aut alia facere, vt in præfatis iuribus, diſcedens ſine cauſa periurus ſit, etiamſi appellaret à tali iuramẽto. Et ratio eſt; quia cum conſtet de iuramento ab iſto præſtito, & quod licitũ ſit; item & quod non habeat cauſam legitimam, cur adimplere debeat, mirum non eſt, vt in periurium incidat, non adimplendo; ita vt nec remedio appellationis ſuffragetur nam hoc incumbit legitimè appellantibus ex iuſta cauſa; ſecus ſi friuolè appellarent iuxta ea, quæ late dico *in c. cum parati 19. de appellat.* Et pro textu noſtro facit Pontifex, *in c. præterea 22.* vbi appellãs ab ordinario, poſtea de delicto ab eo cõmiſſo poteſt puniri per ipſum ordinariũ, & text. *in c. præterea 40.* & *in c. paſtoralis 53. §. verum, eod. tit.* vbi licet excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denuntiari poterit, & redditibus Eccleſiaſticis ſpoliari. 2

† Nec obſtat textus, *in cap. ad hæc 20. eod. tit.* vbi ſi mandatum ei factum, qui iurauit ſtare Iudicio Eccleſiæ, excedit limites iuramenti, & licitæ promiſſionis, licitè appellat; quia loquitur in eo, qui cauſam habet ad appellandum, ſecus ſi eam non habeat, vt *hic.* Videbis quæ congerit *ibi* Barboſa *in d. c. ad hæc,* & *in c. quæſt.21.* Et videbis Scacciam *de appellationib. q.17. limit.34. à n.1.* Ruginel. *in eodem tractatu, §.2. cap.3.* verbo *iuramentum à n.5 12.* dicentes quod iuramentum cuius virtute lata eſt ſententia, excludit appellationem, & Scaccia *ſup. n.5. 6. & 7.* tripliciter limitat in iuramento neceſſario, de quo *infrà in cap. fin. in ſententia lata in cauſa matrimoniali;* ad quod applicabis dicta *in cap.11. de reiud.* & quando is, cui defertur iuramentum, allegat rationabiles cauſas, & exceptiones. 3

Ad ſecundam difficultatis partem, quod ſit periurium, dico quod ſit tranſgreſſio iuramenti, vel quod ſit mendacium iuramento firmatum, vt docent Magiſter *ſentent. in 3. diſtinctione 39.* Silueſter *in Summa*, verbo *periurium in princip.* D. Thomas 2. 2. *quæſt.98. artic.1.* vbi ait falſitatem eſſe de intrinſeca ratione periurij; Sotus *de Iuſt. lib.8. q.2. art.1* Couarr. *in cap. quamuis pactum 1. part. §.6. num.5.* vbi docet, vt 4

veritas ſit neceſſarius Comes iuramenti, quæ quidem ſi deficiat, periurium proprium efficiat; quia veritas penitus requiritur in iuramento, vt id quod aſſeritur, verum omnino ſit, atque id, quod negatur ſit falſum, vtique Azeuedus *in Rubrica titulo* 17. *à num.*10. *libro* 8. *recopilat.* Sayrus *in Claui Regia, libro* 5. *cap.*4. *num.*7 Suarez *de Religione, tomo* 2. *tract.*4. *lib.*3. *cap.*2. *n.*3. Villalobos *in Summa part.*2. *tract.*36. *difficult.*12.

5 *num.*1. † Vbi dicit periurium tunc propriè dici, quando veritas deficit; impropriè tamen quando alij Comites, nempe iuſtitiæ, & Iudicij deficiunt, de quibus latè dico *in cap. etſi Chriſtus hoc tit.* quæ *ibi* dicta applicabis pro perfecta iuramenti, ſeu periurij declaratione: & hoc breuiter expendens Trullenq. *in opere morali, p.*1. *lib.*2. *cap.*1. *dub.*20. *num.*1. ait periurij nomen dupliciter accipi. Primò propriè pro iuramento, cui deeſt veritas, ſiue præſens, vt ſi ſciens falſum confirmes iuramento, ſiue vt fidem datam, & iuramento firmatam ſine iuſta cauſa non ſerues. Secundò latè pro omni iuramento, cui aliqua ex tribus conditionibus illud comitantibus deeſt, ſiue iuſtitia, ſiue Iudicium, ſiue veritas.

6 Ad tertiam quæſtionis partem, quale peccatum ſit periurium, etiam in re leui? Vt explicem præmitto dicendum iſtud crimen grauiſſimum eſſe, multiſque nominibus è Republica extirpandum; nam id eſſe grauius homicidio, Sanctus Thomas exiſtimat, *in quodlibeto* 1. *art.*18. rationibus vrgentiſſimis; ſi quidem periurium eſt tranſgreſſio præcepti prioris tabulæ, & ex eo honori, ac reuerentiæ Deo optimo maximo detrahatur; ob ídque iniuriam Deo fieri, quæ eſt maior aliis omnibus, quibus proximus offenditur.

7 † Deinde quia vt ait Paulus omnibus controuerſiæ finis, eſt iuramentum, cum id exigatur ad veritatem inquirendam iuxta ea, quæ adduxi *ſuprà in cap.*2. *cap. quoties* 5. *cap. teſtimonium de Teſtibus.* Non enim præſumendum eſt, quod Reus alicuius criminis delatus, velit periurij crimen committere, illúdque iam commiſſis addere; atque ita tradit Couarruuias *in dict. cap. quamuis pactum de pactis, libro* 6. *parte* 1. §. 7. *num.*1. paſſim videri Reos in Iudicium delatos, & de criminibus periurio maioribus interrogatos palam fateri culpam; quia non ita audent iam perpetratis ſceleribus periurium addere, cuius quidem nullam eſſe congruentem ſatisfactionem caſu, quo tenentur interrogati reſpondere, niſi Reipublicæ, & proximo damnum illatum reſtituerint: plures etiam rationes tradit ad probandam periurij grauitatem Guillelmus Peraldus *in Summa de vitijs, & virtutibus* 2. *tomo, tract.*9. *p.*2. *cap* 4. quo in loco duodecim rationes adducit, quæ grauitatem huius criminis oſtendunt.

8 † Præter quas illud potiſſimum dicit obſeruandum Couarruu. nempe, vt periurium penitus euertat humana commercia: nam cum fides ſit omnium actionum humani conuictus firmiſſimum ſtabilimentum; item, & dictorum, & conuentorum, quæ ſimpliciter violata maximum nocumentum inferat, quanto magis idem contingere, ſi iuramento ſtabilita violetur.

9 Et quod periurium grauiſſimum ſit delictum patet; quia vt latè dixi, *in cap.*10. *de Iudicijs, q.*28. vbi videbis, eſt grauius adulterio, furto, & detractioni; imò, & homicidio, vt voluit D. Thom. *d. quodlibeto* 1. *art.*18. licet Ricardus *in* 3. *diſt.*39. *q.*1. *art.*4. Gabriel *in* 3. *diſt.*39. *q.*2. *art.*3. *dub.*4. Rebuffus *de pacificis, cap. poſſeſſio, n.*223. de quo dixi, *dicta q.*28. & Leſſius *lib.*2. *de Iuſt. cap.*42. *dub.* 14. *in fine*, Villalobos *in Summa d.* 2. *parte, tract.*36. *difficult.*12. *num.*3. reſpectu homicidij vtramque ſententiam admittant: & pro homicidio rationem adducit idem Villalob. & Trullenq. alios adducens, *lib.*1. *d. c.*1. *dub.*20. *n.*2. primam admittit cum Soto, Angel. & aliis; quia periurium opponitur Dei honori, & virtuti religionis. Et quia eſt contra præceptum primæ tabulæ, homicidium verò, vt rectè dicit verb. *periurium, q.*2. non eſt directè contra Rei charitatem, ſed contra particularem proximi iuſtitiam.

Quod ſi dicas ergo peccatum contra tertium 10
præceptum eſt grauius homicidio, reſpondent Sotus *lib.*8. *de Iuſtitia, q* 2. Silueſter, & Trullenq. *ſuprà* obſeruantiam diei feſti, poſſe dupliciter ſumi. Primò quatenus eſt de Iure poſitiuo, nempe prout eſt diei determinatio; & ſic eſſe peccatum minus graue homicidio. Secundò quatenus eſt de Iure Diuino, nimirum, vt Ius diuinum præcipit aliquo tempore eſſe vacandum Deo; & ſic qui per totam vitam nullum tempus Diuino cultui diceret grauius, quàm homicida peccaret, vt benè Sayrus docet *libro* 5. *c.*4. *n.*11. *de periurio*, videndus Azor. *lib.*11. *cap.*18. idem Sayrus *ſuprà cap.*9. *in fine*: quo exemplo expendunt hoc dubium, dicentes grauius eſſe periurium, quàm homicidium; & ſic debet expendi Villalobos *ſuprà*, quatenus *dicto num.*3. *in fine*, dixit omnia, conſiderans grauius eſſe homicidium, & deteſtabilius; quia fit proximo grauiſſimum, & irreparabile damnum, quod difficilius committitur, quam periurium, in quo ſolùm indirectè Dei honor offenditur; quia qui iurat, id non intendit, quamuis ſit peccatum depoſitione dignum, id probans ex *d. cap. cum non ab homine* 10. *de Iudicijs*, de quo *ibi* adduxi, *dicta quæſt.*28.

Quo ſuppoſito regulariter dicendum eſt per- 11
iurium de ſui natura eſſe peccatum mortale, vt omnes præfati tenent: quare Barboſa *in dicto cap. tua* 11. *hoc tit. num.*7. & ex Gloſſa *ibi* verbo *ex deliberatione*, aduertit quod ſi quis iurat falſum, nulla adhibita diligentia ad ſciendum, eſſet ne falſum, an verum? quod iuramento firmauit, peccare mortaliter.

Itaque periurium in re leui erit peccatum 12
mortale; quando ea res eſt totalis materia periurij, vt optimè docet Couarruuias *libro* 1. *Variarum, cap.*1. *ſub num* 2. quia adducitur Deus in teſtem totius promiſſionis iuratæ, & id probat, *ex cap. debitores hoc titulo*, vbi cauetur vſuras ſoluere, iurantem teneri ſub mortali ſoluere; etiam ſi ea ſolutio parùm vtilitatis afferat, cũ reuera creditor eas ſic ſolutas reddere teneatur: & hoc dubium reſolues ex *ibi* dictis, *q* 2. *verſic. ad tertiã*, verſic. *ad quartã*, & verſic. *ad quintam.*

Ad quartam quæſtionis partem, an qui iurat 13
non reuocare teſtamentum, ſi pœniteat, periurus ſit? Et quia huius dubij deciſio pendet à longa illa quæſtione, an ſi quis iuret non reuocare teſtamentum, poſſit, aut nequeat pœnitendo illud reuocare, de qua latè Couar. *in Rub. de teſtam. p.*2. *à n.*9. quem leges; ideo ſi negatiuam defendas, conſequens erit, vt ſi reuocet teſtamentum, periurus ſit teſtator. Sin autem affirmatiuã, quæ reſpectu teſtamenti eſt probabilior,

lior, tenebis non peccare, nec ibidem eſſe periurium, qui illud reuocet. Sed ego teneo cū eodem Couarr. Guttierrez *de Iuram. Confirm. 2. p. cap. 1. n. 2.* & cum Pichardo & aliis ab eo relatis, *in §. poſteriore quoque quibus modis teſtam. infirmentur à n. 68. & in tit. de ademptione legatorum, à n. 12.* vbi vberius hoc dubium agitat nullo modo teſtatorem poſſe ſibi imponere legem, à qua nequeat recedere; eo quod eius voluntas eſt de ambulatoria vſque ad vitæ finem, vt omnes agnoſcunt, & facit *Regia lex 25. tit. 1. p. 6.* ibi *ningun home puede facer teſtamento tan firme, que lo non pueda mudar quando quiſiere*; licet Speculator, & alij ab eo relati contrarium dixerint, & hoc probatur ex *infrà* dicendis in verſic. *ad vltimam quæſtionis partem* Et quia vt contra Cæpolam *cautela* 117. *n.* 3. ait Couarr. *vbi ſuprà* iuramentum, quo quis auferret ſibi liberam teſtandi facultatem eſſet contra bonos mores, *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* inde neque periurium in eo caſu committi poſſe à teſtatore, vt defendit poſt alios Guttierrez *dicta 2. p. de iuram. cap. 1. cum iuramentum non obliget.*

14 Ad quintam quæſtionis partem dicendum eſt, Iudicis iuſſum à periurio excuſare, vt notant Rubin. *in deciſ. 99.* Ricc. *collect.* 1372. quia vt ipſe ait *in deciſ.* 21. per textum *in cap. venientes hoc tit.* in iuramento ſemper intelligitur excepta ſuperioris authoritas, vt iam *ſup.* adduxi ex Rebuff. *de priuilegijs ſcholarium priuileg.* 7. Perez *in l. 37. gloſſa 1. pag. 387. tit. 16. lib. 8. ordin.* Flaminio *de reſignat. beneſic. lib. 3. q. 18. n. 109.*

15 † Vbi *n.* 110. aſſerit quod iurans aliquid facere dum eſt Cardinalis, factus Papa poteſt contrauenire, & præſumitur iuſta cauſa recedendi à iuramento, de quo eſt videndus Suarez *de Religione tom. 2. tractatu de iuram. cap. 14. n. 5. & cap. 38. n. 4.*

16 Et confirmatur ex eo, quia mandatum ſuperioris excuſat à caducitatis pœna non ſoluentem in termino promiſſo, Afflictis *in deciſ.* 328. & agnoſcunt DD. per text. *in l. furti, §. qui iuſſis, ff. de his qui notantur infamia:* & ſic videmus validari capturam Iudicis interuentu, quæ aliàs facta ſine litteris eſſet nulla, Franciſcus Marcus *in dec.* 146.

17 *p.* 2 † Qui *in deciſ.* 576 eodem libro, ait quod poteſt populus cum armis coadunare populum, ſi ei deeſt potentia, vt malefactores in vincula detrudat.

18 * Imò & *in deciſ.* 114. dixit non delinquere ſubditos, qui capiunt arma ante Iudicem, vt illi iuſtitiam exequenti opem ferant: ſic refert *vbi ſuprà,* Riccius *d. collect.* 1372. vbi cum Balbo *in deciſ.* 90. per textum, *in l. prohibitum, Cod. de*

19 *Iure fiſci, lib.* 10. * Et per *deciſ.* 23. Cornaz limitat præfatam regulam, vt non procedat quando præceptum Iudicis eſſet iniuſtum; quia tunc illi non eſſe parendum; imò & reſiſti poſſe ſcribit.

20 * Vel quando Iudex extra officium procederet,

21 vt dixit Hortam. *in obſeruatione* 29. * Item nec procedere in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, vt tradit Guid. Pap. *in deciſ.* 340. Alia vi-

22 debis *infrà*, verſic. *ad vltimam.* * Et Valenzuela cum multis *in conſ.* 24. *n. fin.* ait præcepta ſuperiorum pro ſuo ſolo libito, & abſque alia iuſti-

23 ficatione, non eſſe in conſideratione. * Imò Baldus ad Speculatorem *tit. de ſententia columna ante penult.* & Greg. Lopez *in l 22. tit 22. p. 3. gloſſa* 6. docent quod præcepta capitoſa, & ceruicoſa ſuperiorum ſunt inania.

24 Ad ſextam quæſtionis partem, an ſtatuto iurans non reuelare ſecretum, ſi id faciat propalās votum, periurus ſit? Et vt ſatius reſpondeas, repetes quæ adduxi; *ſuprà in cap. intimauit 18. de Teſtibus, q. 2.* vbi egi de quæſtione, an ſecretorum fides ſit ſub præcepto. Quibus ſuppoſitis nunc breuiter dices cum Naldo *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. periurum eſſe. * Et ſic DD. *in l. ſi quis maior* 25
C. de tranſact. docent quod decuriones, & Conſiliarij poſtquam digreſſi ſunt à Concilio obligantur tenere ſecretum eorum, quæ fuerūt geſta, & practicata in Concilio & Capitulo, ad quod tenentur ex vinculo iuramenti, quod faciunt in ingreſſu officij; quod ſi violauerint ſunt periurij, & ex hoc incurrere infamiam. * Et id tantùm 26
dicit verum Azeued. in Curia Piſana *lib. 3. c. 1. n. 4.* quod reuelantes conſilia, vel ſecreta ſuæ ciuitatis, & detegentes priuata myſteria ſuæ poteſtatis, vel præſidis, tenentur pœnà falſi, *l. obſeruandum, ff. de officio præſidis,* & *l. ſi quis, §. transfuga, ff. de pœnis, l. omne delictum, § exploratores, ff. de re militari,* tradit Alberic. *in l. 1. §. is qui depoſita, ff. ad legem Cornel. de falſis.* Et videbis textum, *in l. 2. tit. 7.* & *l. 16. tit. 9. p. 3.* & reuelante Regis ſecreta vide textum, *in l. 5. & 8. tit. 9. p. 2.* & ibi *gloſſa,* quia manifeſtare ſecreta, eſt quædam ſpecies proditionis: quare dixit Auendañus *in cap. 2. prætorum, n. 25 in princ.* proditorem eſſe illum, qui ſecreta ciuitatis reuelat, idem tenet Cæpol. *conſil. crim. 39. n. 26.* cum quatuor ſequentibus: & ſic habetur, *in c. 11. prouerb.* & tranſumptiuè. *in c qui ambulat in princ. 5. q 5. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana. Qui autem fidelis eſt celat amici commiſſum,* & de Decurionibus ſecreta reuelantibus agit Platea *in Rub. C. de Decurionibus, lib.* 11.

Itaque Domini de Regio Conſilio auditores, 27
& Relatores tenentur ſeruare ſecretum eorum, quæ ſecretè in eodem conſilio geruntur ſub pœna priuationis ſui officij, vt refert Didac. Perez *in l. 21. tit. 3. lib. 2. ordinam. conſ* 364 & ex *l. 5. tit. 4. lib. 2. recopil.* probatur. * Et etiam erunt periurij 28
ex iam dictis, & tradit Curia Piſana *dict. lib. 3 c. 1. ſub n. 4.* ex Ioanne Andrea *in cap. litteras de præſumptionib.* dicente quod ſi in Concilio fuit tractatum aliquid, & iuratum teneat ſecretum, & vt teſtis, qui vult hoc probare, aut eſt periurus, aut falſarius refert Baldus *in l. nullum, Cod. de Teſtibus,* & dicunt Ioannes Andreas, & Dominicus *in cap ſi electio de electione, lib.* 6.

Imò addit Andreas de Iſernia *in tit. quæ ſint* 29
Regalia, verſic. *contrahentium in 2. aditione in fine,* quod etiam reuelans ſecreta priuati, cui fidem ſpopondit dicitur proditor, & ad hoc allegat textum, *in l. ſi quis aliquid, § ſi quis inſtitui, ff. de pœnis.* * Videbis quos cumulat Simancas *de* 30
Republica lib. 7. cap. 14. & ſequentibus, latiſſimè omnium. * Videndus Bobadilla *in Politica* 31
tom. 1. lib. 2. cap. 5. que ſecreto a de guardar el corregidor, benè Boſius *in titulo de Carcerato fideiuſſore relaxando num* 32. vbi refert fuiſſe capite truncatum Franciſcum Bellonum in Ciuitate Caſſalis, Senatorem, eo quod ſententiam à Senatu latam, nondum tamen publicatam reuelauerat.

Et ob id dixit textus, *in cap. 1. in quibus cauſ.* 32
feud. amit. quod Vaſſallus, qui reuelat Domini ſecreta, priuatur feudo, vti etiam probat textus, & *ibi,* Bald. & DD. *in c. 1.* verſic. *credentias,* de pace cōſtituta; quod maximè procedere dicunt ſi Vaſſallus ſecretum iurauerit, & addunt præſumi ſecretum reuelatum in damnum Domini, niſi Vaſallus, vel qui teneretur celare probet contrarium,

trarium, vel aliter præſumatur ex qualitate perſonarum, provt diſtingunt Gloſſa, & Doctores *in dicto cap.1. in quibus cauſis feud. amit.* vbi Andreas de Iſernia ponit notabilem quæſtionem,& quotidianam de eo cui fuit relatum ſecretum, & fuit ſibi dictum quod ſecretum teneret, quod non poteſt reuelare, ſi expreſsè non proteſtetur, vt ſibi nihil dicetur; quia non intendit tenere ſecretum; & facit textus *in l.1. §. ſi quis tabulas ff. depoſiti*, & quod *ibi* tenet Albericus de Roſa-
33 te. † Et ſecretum etiam dicetur,quod Dominus, vel ſenatus nolebat ſciri, iuxta illud *ſeruus neſcit quod facit Dominus ſuus* tradit Baldus *in d. cap.1.* verſic. *credentias* de pace conſtituta, & curia Piſana *dict. lib.3. cap.1. n.3.*

34 Vnde cum contigerit vt frequenter practicetur, quod Inquiſitores, conſultores, & aliis officiales à ſecreto ſanctæ Inquiſitionis, quando recipiuntur ad exercitium ſuorum officiorum, iurant deſeruando ſecreto eorum, quæ inibi circa fidem exercentur mirum non eſt, vt ſi ea propalauerint, aut quidquam eorum; præcipuè in re graui periurij exiſtant iuxta decretum Sacr.congreg. vt ex litteris Domini Cardinalis Aragonij 24. Decemb.1611.directis Inquiſitori Cremonæ patet, vbi etiam addit Sancta congreg.quod hoc Inquiſitotibus mirum videri non debet;quia etiã eminentiſſimi D.D. Cardinales,ſupremi Inquiſitores ſimile ſacrati iuramentum præſtant,vt tra-
35 dit Carena *de officio inquiſitor. p.1.tit.8.n.66.* † Et hoc ſumma cum ratione, quia neruus præcipuus cauſarum ſancti officij, eſt ſecretum, vt tradit Maſſinus *in praxi ſancti officij fol.10.*verſic.*det parimenta.* Et apud nos Hiſpanos ſic *por carta a cordada* anni 1607.Iulij 26.quæ quotannis legitur in Valliſoletano cauſarũ fidei ſenatu vt iam diu vidit eſſe mandatum; & in ſubſtantia, vt perlegi continet, quod Inquiſitores, & cæteri officiales, necnon Miniſtri familiares in ingreſſu ſuorum officiorum iurant ſecretum,taliter,vt frangentes illud,periurij ſint,& infideles.Et ſi probetur,aut indiciis,aut teſtibus ſingularibus pro prima vice plectuntur ſuſpenſionis anno; & quinquaginta Ducatis. Pro ſecunda vice ab officio in perpetuũ priuantur,taliter,vt nec in foro conſcientiæ redditus ſuos faciant,non ſolùm ex propalatione circa cauſas fidei, & ab eis dependentibus, verùm circa informationes puritatis;& prohibet vt nullus audeat etiam in cauſis publicis propalare votum vllius inquiſitoris, & inſuper indita eſt excommunicatio maior,& pœna prædictæ ſuſpenſionis, & priuationis ab officio aduersùs quoſcũque ſcientes aliquam perſonam, ſeu Miniſtrum ſecretum fregiſſe, & eam non denunciantes, ad Dominum Inquiſitorem Generalem,& Conſilia-
36 rios eius.† Tamen extra hæc mandata dici debet quod Epiſcopi, & Inquiſitores huiuſmodi ſecreta reuelando,nullam quidem cenſuram incurrãt, & conſequenter, nec periurium, vt notauit in ſumma Zenard. *c.6. de Inquiſit.q.42.* verſic.*ſexto notandum* ſed poſſe ait conſultoribus Inquiſitores indicere ſecretum in cauſis ſancti officij ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, Eymericus *in directorio 3 p q.81.* in Pægna *in commentario 130.lucerna Inquiſitorum.n.21.*

37 Itaque ex formula iuramenti quod præſtare ſolent conſultores in actu, quo recipiuntur in Conſultores,iurant enim ſe ſecretum ſeruaturos, nec de rebus in congregatione per tractatis reuelandis ſub pœna excõmunicationis ipſo facto, à qua non poſſint abſolui *Cremona*,niſi Cardinalibus ſupremis Inquiſitoribus. † Et pariter 38
iurant ſub eadem pœna de non loquendo,ſeu tractando verbo, vel ſcriptis,aut alio quouis modo de his quæ concernunt cauſas ſancti officij, niſi cum D. D. Conſultoribus, aliiſque officialibus ſancti officij, tradit Carena *vbi ſupra d. tit.8. p.1. §.10 n.65.* dicens ita colligi ex forma iuramenti, quæ impreſſa habetur apud Patrem Maſſinum *in praxi ſancti officij p.9.* in Rubr.*forma del Iuramento* ſecundæ impreſſionis.† Et addit Boſius *in tit.* 39
de carcerato,vbi ſuprà *n.30* verſic *& ſi publicarentur vota ſingulorum* nunquam conſultori licere reuelare vota aliorum, maximè in cauſis grauiſſimis ob periculum, in quod eos iniiceret qui ſententiam duram dixiſſent. † Sed hoc limitat Ze- 40
nard. *vbi ſuprà* in verſic.*ſeptimo notandum* dicens conſultores etiam extra congregationem inter ſe poſſe loqui de meritis cauſarum, de quibus in congregatione pertractarunt. † Et addit inſuper 41
quod lata, & publicata ſententia,poteſt Conſultor dicere *ego fui in tali voto.* Verùm Caren.*d.§.10. n.62.& 63.dicto tit.8.p.1.* dicit eſſe intelligendum cum grano ſalis; & ſecluſo ſcandalo,& dummodo ij,quibus conſultor reuelat votum ſuum,non poſſint venire in cogitationem voti aliorum conſultorum, & dummodo non adſit periculum quod ex tali reuelatione, oriantur rixæ ac contentiones.

Et ex his patet qualiter Canonici teneantur ad 42
obſeruantiam ſecreti factorum ſui capituli,ſuper quibus bis in hebdomada capitulariter congregati tractare ſolent, & præcipuè ſi ſpecialiter,tunc ſub pœna præſtiti iuramenti à Decano, vel tunc temporis præſidente decreto mandetur decretum, quod etiam ſolet ante electionem Canonicam Canonicorum Doctoralium, & aliorum Magiſtralium Præbendarum admodum præcipi, & commendari;eo quod poſt in dies ſolent inter electos, & eligentes graues oriri rixæ, vt ſæpè iam vidi in nonnullis Cathedralibus.

Ad vltimam quæſtionis partem, quando ſcilicet quis liberetur à periurio,vt reſpondeas repe- 43
tes quæ adduxi *ſup.* in verſ.*ad quartam*, & in verſ. *ad quintam*, quibus addo quod ſi quis non conſulto iurauerit,nec per malitiam,nec per dolum, ſed ex errore,tunc non peccare mortaliter,vt iam adduxi,*in cap præced.*& erit ac ſi non iuraſſet:nam iuramentum debet habere Iudicium, quo caret error, & vbi iuramentum caret conſenſu, caret ſpiritu ſecundùm Roland. à Valle *conſ.13. n.30. & 33. lib.1.* & *conſ.47.n.17.lib.4.* Zephalum *conſil.107.n.6.* Rebuffum *in Auth. Sacramenta puber. illatione 3.& 4. Cod.ſi aduerſus veddit.* & cum non fuerit iuramentum in eo, in quo iurandi animus deficit, nec periurium interueniſſe palam eſt, vt tradit Valenzuela *p.1.conſ.24.à n.33.& 36.* * Vbi 44
addit *n.37.* quod iurans de credulitate, non incurrit periuriũ;eo quod credidit veritatem ſe dixiſſe Feder.de Senis *conſ.21.*incipit *Titium electum in Prælatum, n.7.* Tiraquell.*de retractu lignagier, §.2.gloſſa, n.12.* Gloſſa verbo *ij, qui iurauerunt, in cap. requiſiti 33. quæſt.1.* * Et idem Valenzuela 45
cum aliis multis dicit *à num.25.* quod credens ſe veritatem dicere, licet in aliquo decipiatur,nõ dicitur periurus, & quod periurium ceſſat, vbi ceſſat dolus, nec deceptum ſine dolo iurantem puniri de periurio, Barboſa *his n.6.* per Gloſſam *difficultas*, Azeued.*in l.1.à num.87.tit.17. lib.8.recopilat.* Clarus *in §. periurium*, verſic. *excuſari 9.*

Galgan.

Galgan *de iure publico,lib.2.tit.35. num.13.* Perez *in l.1.Gloſſa 1.pag.187.tit.17. lib.8. ordinam.* Et in dubio quem non eſſe periurium iudicandum.
46 † Item nec incurritur per eum, qui non eſt doli capax, nec talis ligatur iuramento, Seraphin, *deciſ.*171. Riccius *collect.* 1316. verſic. *ad mate-*
47 *riam.* † Vnde infero remiſſiuè ad plura, de quibus Riccius ad Textum noſtrum, *collect.*898.vbi dicit quod difficultas excuſat à pœna, & à periurio in verbis ibi niſi *difficultas*, Couarruuias *in cap. quamuis pactum de pactis, lib. 6. 2. p. §. 5. num.* 3. Clarus *lib. 5. recept. ſentent. §. periurium, num.* 10. Suarez *tom. 2. tract. de Iurament.cap.*54.
48 *num.* 4. cum aliis Barboſa *hic num.* 5. † Et ſic ſi pro obſeruantia promiſſionis eſſet pœna vna cum Iuramento adiecta, faciendo totum poſſe, ne dum à pœna, verùm, & à periurio excuſatur vt in caſu decis. Afflictis 295. Riccius *vbi ſuprà.*
49 Item difficultas excuſat à præcepto ſuperioris vt tenet ipſe, Afflictis, *deciſ.* 328. quam commendat Riccius reponendam ad originalem locum Bartoli *in l. mulier, ff. de lege commiſſoria;* & ſic dicit te habere intellectum deciſum ad Tex-
50 tum *cap. quæ ſunt de reg. iuris, lib. 6.* † Item & pariter à pœna excuſat legitimum impedimentum, vt notat Paponius *lib. 12. tit. fin. arreſto, fin.* & Rota *deciſ.* 10. *de teſtamentis in antiquis,* dixit quod pœnalis clauſula quantumcumque poſſibilis, ſi diſpoſitioni impoſſibili adiungitur non tenet. Et an autem obligatione principali ſublata corruat pœna, tradit Rota Auin.*dec.*103. de quo latè *in c. ſuam de ſponſalib.*
51 Sed an difficultas excuſet à pœna conuentionali, dubium eſt, & Gloſſa hic ibi *licet non excuſet*, dicit quod non excuſat à pœna conuentionali, de qua pœna latiſſimè videbis, *in dict. cap. ſuam, de pœnis,* & Tyraquellus idem tenet, quod Gloſſa, quam ſequi videtur hic Barboſa *num. fin.* dicens quod non excuſat à pœna, vel obligatione conuentionali: verùm Grammaticus *deciſ.*83. tradit quod iuſta litigandi cauſa excuſat Reum à pœna conuentionali;quamuis non
52 actorem ſecundùm Balbum *in dec.*99. † Et hæc etiam ampliabis cum Gailio *lib. 2. obſeruatione* 84. qui dixit ignorantiam excuſare à pœna; item & dolo ceſſante;quia ad pœnam incurrendam, eſt neceſſum, vt dolus concurrat, ſicut colliges ex adductis, *cap. præcedenti*, & in terminis Rota Romana, de qua per Verallum *in*
53 *dec.* 233.*p.* 2. † Et Balbus *dec.* 359. refert deciſum,quod oblatio impedit commiſſionem pœ-
54 næ & curſum vſurarum futuri temporis. † Item maior ætas excuſat ab ordinaria pœna, licet non extraordinaria, vt dico *infra in tit. de pœnis, & de delictis puerorum*; & in terminis de Franc. *in deciſ.*230. Maſtrill. *in deciſ.ſicil.* 61. del Caſtillo *in deciſ. eiuſdem Curiæ* 22. Item prædicta declarabis vt obligatus ad aliquid faciendum ſub certa pœna, non incurrat in illam propter ſcientiam, niſi facta illi intimatione, tradit Mohed. *deciſ.* 196. Et ob id benè Magonius *in deciſ.* 16. *Rot.Flor. & Rom.*& Achiles de Graſſis *deciſ.* 1. *de pœnis* Riccius *vbi ſuprà*, docent quod in pœnis non incurritur, niſi præcedat iudicis declaratiua ſententia, de quo latè refero, *in dicto tit. infra de pœnis.*
55 Pro complemento huius quæſtionis dubiũ eſt, an Procurator falſum iurans nomine alterius, ſit periurus, vel Dominus, & licet Silueſter verbo *periurium.quæſt.*3. & Sanchez *in præcepta decalogi tom.1.lib.3.c.5.n.22. & 23.* dicant vtrumque periurum,eſſe dum iurauit virtute ſpecialis commiſſionis Domini ad iurandũ, ſciens Dominus falſum iuraſſe procuratorem. Sed reuera dici debet procuratorem tantùm periurum eſſe,cum principalis non dedit ei commiſſionem ad falſum iurandum,ſed vt verum iuraret, quare ipſe ſolus pœnas periurij incurrit,non Dominus, vt ſentit etiam Silueſter: ſic docent Tejada *tomo 2. lib. 3. tr.2. controuerſ. quæſt.2. num.*19.Diana *p.*10 *tr.*14. *reſ.*13.in verſic.*verum.*

QVÆSTIO II.

An periurio ſint impoſitæ aliquæ pœnæ ciuiles, & canonicæ, & quæ iſtæ ſint: Et an prætextu periurij queat retractari ſententia. Et qualiter puniantur Clericus peierans, ſeu teſtis periurus: Seu an periurium probetur nouis inſtrumentis: Et an periurium in Principem acrius puniatur, quàm in Deum?

SVMMARIVM.

1 *Periurio pœnæ, quæ impoſitæ ſint de iure ciuili canonico, & Regio, agitur,* num. ſequentibus, *latè.*

2 *Periurium inſpectâ antiquitate, non ſolùm Deum ſed etiam leges habuit vltores.*

3 *Peierans per genium Principis, fuſtibus caſtigabatur, & grauius qui per Iouem, & amiſſione linguæ, n.*4.

5 *Periurium qualiter punitum fuit, locis Sacræ ſcripturæ probatur.*

6 *Periurium tantùm legibus Eccleſiaſticis, non ciuilibus multis probatur: verius eſt, vt ciuilibus etiam, n.*7.8.9.

10 *Periurium promiſſorium punitur infamia pœnâ, & falſi, & hodie amiſſione bonorum, n.*11. *amiſſione cauſæ, n.*17.

12 *Periurium aſſertorium punitur arbitrariè, vel amiſſione dentium, triremibus, infamia, n.*13. 14.15.16.17.18.*fallit, n.*19.

20 *Peierantes nonnullis in caſibus vtroque iure pœnas patiuntur, n.*21.22.23.24.

25 L.2. Cod. de rebus creditis, & Iureiurando, *expenditur*, num. 26. 27.28.29 30.31. *Iuriſiurandi contenta religio; ſatis vltorem Deum habet, qualiter ſumatur*, num. ſequentibus.

31 *Periuri prætextu, nunquid ſententia queat retractari, n.*32.33.34.35.

32 L. admonendi 31.ff.de Iureiurando Auth.de nouo iure, *verſic.fin.* C.de pœna iudicis, qui male iudicauit.

L.1.Cod.hoc tit;de Iureiurando.

37 *Periurium probatur nouis inſtrumentis.*

38 *Periurium in Principem, nunquid puniatur acrius quàm in Deum, n.*39.40.

39 L.ſi duo 13.§.fin.ff.de Iureiurando.

40 L. fuſtibus 16.Cod.ex quibus cauſis infamia irrogetur.

41 *Periurium quoad effectum periurij non tranſit ad heredes, ſecus quoad effectum obligationis.*

42 *Dicta teſtium cauillanda, non ſit, vt euitetur periurium.*

43 *Periuro non defertur Iuramentum ſuppletorium: Et de aliis, n. 44. 45. 46.*

1 AD primam difficultatis partem videtur negatiuè reſpondendum per textum, *in l. 2. C. de rebus creditis*, vbi probatur quod periurus à ſolo Deo punitur per verba ibi: *Iuriſiurandi contempta religio, ſatis Deum habet vltorem*, quibus hactenus omnes putarunt nulla pœnâ humanâ afficiendum eum, qui peieraſſe conuictus fuerit, ſed Deo periurio offenſo, & violato, pœnæ exactionem vindictam, & vltionem relinquendam: quare Conſtantinus Harmenopol. *lib. 1. epiſtolarum, tit. 7. de Iureiurando*, dixit: *nemo qui per Deum peierat, periclitatur ſatis, Deum enim habet vltorem Iuriſiurandi per Deum contempta religio:* cuius etiã integra verba retulit Menochius *lib. 2. de arbitrariis cent. 4. caſu 319. num. 29.* & ſic omnes conſtituunt ex hoc reſcripto ſufficere periuro pœnam diuinam (quam *exitium*, eſſe interpretatur Cicero *lib. 2. de leg.* dicens periurium diuina pœna *exitium*, humana *dedecus*, accepitque ab Ariſtotele *in Rhetorica Alexandri, c. de Iureiurando.*) & videtur confirmari poſſe ex Tyberij Imperatoris reſponſo relato à Cornelio Tacito *lib. 1. annalium*, qui cum aliquando apud eum accuſaretur quis, quod periurio nomen Auguſti violaſſet reſpondit *Deorum iniuriæ diis curæ*, ad quod videtur Plato reſpicere *lib. 12. de leg.* relatus à Franciſco Poleto *lib. 4. hiſtoriæ fori Romani cap. 12* conſtituens, vt per Iouem, & Apollinem iuraretur, hos Deos periurij ſe veros eſſe iudices: hancque interpretationem probarunt Accurſius, & Latini Talæleus & Græci interpretes vt refert aliis adductis Pichardus *in § ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus, num. 119.* Et hanc partem reſpondens contrariis defendit Faquin. *lib. 1. contr. c. 14.* vbi alios adducit agentes de hoc dubio.

2 Sed verius eſt etiam, inſpectâ antiquitate, periurium non ſolùm Deum, ſed etiam leges ciuiles habuiſſe vltores: nam vt ait Reuardus *variar. c. 3. lib. 2.* eum qui præſtitum Iuſiurandum contemnit peierare ex *d. l. 2. C. de rebus creditis*, & qui falſum Iurat etiã peierare ex *l. vlt. de crim. ſtell. l. 13. in fin, hoc tit.* & qui peierabat is Deũ, Principes, cẽſores, Pontifices vltores habere, & extra ordinem puniri ſolere; & ſic Pichard. *vbi ſup. n. 118. ex l. quod ſi deferente 21. l. nam ſufficit 22 ff. de dolo, l. ſi duo Patroni 13. §. vlt.* ait poſſe eum qui peierauit extraor-
3 nẽ puniri; imò & puniri, debere. † Quare qui cõſulto per geniũ Principis peierabat, is ex conſtitutionibus Principum fuſtibus interdũ caſtigari ſolebat ex *dicta l. 13.* & grauius ij, qui per Iouem peierauerant puniebantur vt author eſt, *in octauio*, M. Minucius felix, dum inquit: *ſic eorum numen inuocant ad imagines ſupplicant genium, hoc eſt Dæmonen eius implorant, & eis tutius per Iouis genium peierare, quàm Regis*, eſt etiam Author Tacitus *lib. 1. annalium*, cuius verba refert Renardus *dict. cap. 3.* vbi inquit hæc intelligi de his, qui per Principis genium peierabant, an reliquos autem homines periuros cenſoria nota animaduerti probat ex Cicerone *lib. de officiis*, & ex Aulo Gellio *lib. 6. cap. 18.* adijciens ad hoc Ciceronem reſpexiſſe, cum in ſuis legibus periurij pœnam diuinam *exitium.* humanam *dedecus*, ſtatueret, cuius
4 verba, & locum retuli, *num. præcedenti.* † Et ſic Harmenopolus iam relatus, *dicto num.* probat periurij poſtulatum Iure Ciuili linguam amittere, & Procopius *lib. 1. de bello Gothico refert*, Totillam Regem, periuro Epiſcopo ambas abſcindi manus iuſſiſſe, cuius pœnæ rationem curioſè explicare tentat Guillelmus Fornerius *lib. 3 ſelectarum, c. 28.* Macrobiuſque *lib. 5. ſaturnalium commemorationum ſub cap. 19.* dixit eum, qui falſo iurabat in ſicilia vitam in lacuna amittere; imo & Cicero ad extremum *lib. 3. officiorum*, ſcribit cenſores, & Pontifices Romanos vllam de re olim grauius, & diligentius cognouiſſe.

Imo & Sacræ ſcripturæ locis, atque conciliis, 5
quod de periurio dictum eſt confirmatur ex illo deuteronomij, *c 5.* & ex concilio colonienſi Prouintiali, *p. 13. c. 13.* & prodigioſam, cælituſque falſi Iuriſiurandi, periurijque vindictam miſſam memoriæ prodidit Euſebius *lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 9.* & de periurij pœna, & reatu ſanctus Bernardus *de modo bene viuendi ſermone 32.* D. Gregor *ſuper cap. 39. Iob c. 2.* D. Thomas 2. 2. *quæſt. 89.* Soto *lib. 8. de iuſtitia, quæſt. 1. art. 1. cum ſequentibus*; & vt vberius quam plura antiquitatis ſcias, leges quæ adducit Anaſtaſius Germonius *de Sacrorum immunit. lib. 6. cap fin. & lib. 2. cap fin.* & ad alia de Iureiurando pleniſſimè *lib. 3. cap. fin.* Et quod non diuino tantùm ſupplicio, ſed & humano acriter periuros puniendos oſtendunt enixæ, & Iuris conſult. reſponſa, & Imperatorum reſcripta, *in l. ſeruus 20. cum duabus legibus ſequentibus, ff. de dolo, l. Lucius 21. ff. de his, qui notantur infamia, l. ſi duo 13. §. fin ff. hoc titulo, l. 1. l. fin. ff. de crimine ſtellionat, l. ſi quis maior, Codice de tranſact. l. fin. C hoc tit.* & probatum videtur, *in tom. 2. concilior. concil. 1.* Matiſconenſi circa tempora Pelagij *2. canone 2.*

Verùm quod periurum tantùm à iudicibus, 6
& legibus Eccleſiaſticis puniri poſſit, non à ciuilibus Magiſtratibus contra leges proximè adductas, videtur probari ab Alexandro Imperatore *in dicta l. 2. Cod. de rebus creditis*, ex eo quod ait Iuſiurandum ſatis Deum habere vltorem, quaſi velit dicere crimen hoc non eſſe profanum, ſed mere Eccleſiaſticum; & ſic Cicero *libro 2. legibus*, dixit: *periurij pœnam eſſe diuinam, atque de periuriis ſumendum eſſe à Pontificibus ſupplicium*, cui conuenit illud Taciti: *Iuſiurandum perinde æſtimandum, ac ſi quis Iouem feſelliſſet, Deorumque iniurias diis curæ eſſe:* quo in loco Carolus Paſchalius egregiè ait: *quæ iniuriæ Deo ita fiunt, vt an ſancta ſint nec ne ipſe vnus, præterque ipſum nemo deſpicere poteſt, ab harum cognitionum abſtinere homines debent; cur enim, & quid de eo cognoſcent, cuius ad inneſtigationem nulla humana induſtria, aut ope perueniri poteſt*, refert Anaſtaſius Germon. *ſupra dicto libro 1. de Sacrorum immunitatibus, libro 1. à numero* 18. addens ſacerdotes; quia in terris Dei vice funguntur, quaſi Deos eſſe, & de Dei iniuriis cognoſcere, iuſque dicere, ac pœnas ſumere, & quemadmodum autem inuiolate ſeruari Iuſiurandum: ſic etiam delato Iuramento, & præſtito, fidem non haberi irreligioſum eſſe putauerunt.

At verò dicendum eſt à laicis periuria etiam 7
poſſe puniri, vt ſatis, ſuper qua indicant iura ciuilia, quæ iam, *ſuprà* adduxi; & licet falſam veteres religionem colerent. Videmus tamen in tractandis Iuramentis quondam peculiarem in vſu habuiſſe in honorem diuini numinis, quod maximè timebant atque reuerebantur, vt

omnis

omnis periurij occaſio toleretur, cuius pœnam maximam eſſe ſciebant, & Caius Plinius *in ſua naturali hiſtoria*, *lib.*31. *cap.* 2. ſcribit amnem Olacham in Brytinia Briagium alluere (hoc eſt in templo, & Deo nomen) cuius gurgiti, periuri notantur pati, velut flammam vrentem, & Philloſtratus *libro* 1. *in vita Appollonij Thyanei*, de eodem loco agens ait: *Eſt autem iuxta Thyana aqua, quam aiunt Ioui ſacratam, quam indiginè inextinguibilem vocant, fons eius frigidus ſane ſcatet, ebullit; non ſecus atque igne calefactus lebes: Hanc pueris, & Iuriſiurandi fidem ſeruantibus viris aſpectu placidem, guſtuque dulcem perhibent; Periuris verò, & infidelibus palam aduerſari; epota namque oculos, pedeſque, ac manus periurantis inuadit, aqua intercutè, ac tabe totum corpus inquinans, nec illinc datur facultas diſcedendi, ſed eo loco permanentes coram aqua ipſa, ſuam deplorant infir-*

8 *mitatem, palam quod peierarint profitentes.* † Et Macrobius *libro* 5. *cap.* 19. Palicorum hiſtoriam recenſens, dum interpretatur virgiliana verba *libro* 9. *Æneidos*, quæ refert Anaſtaſius Germonius *dicto libro* 1. *de Sacrorum immunitatibus*, *num.* 13. & dicunt de quodam loco Palicorum, vbi falſi Iuratores vitam amittunt, & idem fere ex Ariſtotele, *libro de admirandis natura*, refert Leonicus *libro* 2. *cap.* 6. *de varia hiſtoria*; ſi quidem Ariſtotelis meminit Palicorum fontis Iuriſiurandi, & tabellarum, quæ in aquam mittebantur; & ſi non fuiſſet falſum Iuramentum emergebant; ſin ſecus

9 euaneſcebant. † Quod & Stephanus *libro de vrbibus*, ſcribit, à quo parum diſſentit Diodorus Siculus *libro* 11. de quo plane fonte intelligere voluit Silius italicus, dum ait

Et qui præſenti domitant periura Palaci
Pectora ſupplicio.

Et licet hæc antiquitatis potius videantur pertinere ad vltionem diuinam, tamen verius eſt vt legibus etiam ciuilibus, & ab hominibus puniantur periuria, & vtroque Iure Cæſareo, & Pontificio, vt ex ſequentibus patet.

10 Igitur periurium ſi promiſſorium ſit, punitur pœnâ infamiæ, Gloſſa *in l. Lucius* 21. verbo *debeant*, *ff. de his, qui notatur infamia*, Gloſſa *in cap. quicumque*, verbo *reciperetur* 6. *quæſt.* 1. Textus *in cap. infames* 6. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis conuictus* 22. *quæſt.* 5. *l.* 26. *tit.* 11. *part.* 3. *l.* 2. *tit.* 5. *p.* 7. Et deinde ei nunquam fides adhibetur, nec eius teſtimonio creditur, *cap. ſicut* 9. *cap. teſtimonium* 54. vbi dixi de teſtibus, *cap.*

11 *paruuli* 16. *quæſt.* 5. *dict. l.* 26. *partita.* † Et quamuis olim non puniretur alia pœnâ, hodie amiſſione omnium bonorum periurium promiſſorium vindicatur, *libro* 1. *titulo* 6. *libro* 8. *antiq. ordinam. l.* 1. *tit.* 17. *libro* 8. *recopilat.* Latè Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 7. *num.* 4. Bolognetus, & Cagnol. *num.* 181 & *ibi*, Padilla *in dicta l. ſi quis maior*, *Cod. de tranſact.* Iulius Clarus *lib.* 5. *ſentent.* §. *periurium*, *numero* 3. Cauallinus *lib.* 2. *mittelaqueorum*, *cap.* 590. Didacus Perez *in l.*1. verb. *poſitiones*, *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin. col.* 618. poſt alios, *in dicta l.* 2. *Cod. de rebus creditis*, & *Iureiurando*, Ripa *in cap.* 2. *numero* 9. *de reſcriptis*, Gregorius Lopez per Textum, *ibi in l.* 26. verbo *coſa de ſaguiſada tit.* 11. *p.*3. Auendañus *de exequend. mandatis* 2. *p. cap.*27. *ex num.*8.

Quod ſi periurium ſit aſſertorium arbitrariè punietur ex communi interpretatione, *l. fin. ff. de crimine ſtellion.* cui coniunges non male, *l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 5. *nouæ recopil.* reſoluit Alexandr. *in l.* 3. §. *dato*, & *in l. ſi duo*, §. *fin. ff. hoc titulo*, Doctores paulo ante citati, & Afflictis *ad conſtitutiones Neapolit. lib.* 3. *Rub.* 55. *num.* 11. Robertus *lib.* 2. *diſput. cap.*57. *ſentent. cap.* 20. *col.*2. Contius *ad leg.* 2. *Cod. ad leg. Iul. Maieſt.* Duaren. *lib.* 2 *diſput. cap.*37 cum multis Menochius *de arbitrariis caſu* 319 *per totum*, & addit Pichardus *in manuduct. ad praxim* 2. *p. in cauſis crimin.* § 4. verb. *periurij*, *num.* 98. vt cum tale periurium abſque falſo, non committatur, pœnâ falſi punietur. † Vbi *num.* 99. dicit quod hodie 13 ſolet adimi pars quinta dotium teſti falſum aſſerenti ex *l. fin. tit.* 16. *p.* 3. *coniuncta*, *l.* 3. *tit.* 12. *lib.* 4. *fori.* † Et poſt noniſſimè loco prædictæ 14 pœnæ damnetur ad triremes ex *l* 7. *tit.* 17. *lib.*8. *recopil.* † Seu pœnam talionis aliquis patitur ex 15 *l.* 83. *Tauri*, *l.*4. † Imo adde ex Couarruuias & 16 aliis iam relatis, quod & ſi quis quando poſitionibus reſpondet peierauerit, nullam aliam pateretur pœnam. † Hodie verò vltra alias per- 17 iurij pœnas periuriis impoſitas, punitur amiſſione cauſæ & ſexcentis marapetinis, *l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 4. *Recopilat. coniuncta*, *l.* 2. *tit.*17. *lib.*8. *eiuſdem Recopil.* Didacus Perez *vbi ſuprà col.* 919. Auendañus *dict. cap.* 17. *num.* 17. videbis Bernardum Diez, & ibi Salced. *in pract. cap.* 92. Didacum Canteram *in quæſt. crimin. cap. de plena probatione*, *num.* 31. Boſium in practica *tit. de periurijs*, *num.* 1. & 2. Boërium *deciſ.* 305. videbis quæ adducit Farinac. *de teſte periuro in tract. de teſtibus*, *quæſt.* 56. *art.* 5. *à num.*186. † Et Co- 18 uarruuias *dict.* §. 7. *num.* 4. dicit in periurio aſſertorio peierantem non puniri infamiæ pœna ex Gloſſa *in l. Lucius*, *ff. de infamibus*, *Gloſſa in cap. quicunque* 6. *quæſt.* 1. notat cum Sancto Thoma 2.2. *quæſt* 98. *art.* 3. Baldo *in hac Rubrica*, Abbate *in dicto cap. teſtimonium*, *col fin.* Felinus *numero* 20. adducunt prædictam differentiam inter periurium promiſſorium, & aſſertorium, quam tamen idem Couarruuias intelligit, vt promiſſorium periurium circa contractum, infamiam irroget iuxta Textum *in dict. l. ſi quis maior*, *Codice de tranſactionibus*, quæ in hac ſpecie expreſſim hanc pœnam infert, cui conuenit, *l. ex Regia* 26. *tit.* 11. *p.* 3. *l.* 2. *tit.* 5. *part.* 7. † Tamen addit quod ſi quis in ſpecie 19 Textus, *in cap. Debitores*, *hoc titulo*, periurus ſit; quippe qui non ſoluerit vſuras, quas præſtare promiſerat, infamis non erit: ſic probans ex Felino *in dicto cap. teſtimonium*, *numoro* 21 cuius rei poteſt eſſe ratio; quia illa promiſſio, ſecluſo Iuramento, nulla erat, vt *ibi* dixi, & probat illius Textus prima pars.

His ergo præhabitis, nunc reſtat breuiter adducere caſus nonnullos, in quibus pe- 20 ierantes vtroque Iure, & Ciuili, & Canonico pœnas patiuntur. Primo quod periuro nunquam defertur Iuramentum in ſupplementum probationis, Baldus *deciſione* 300. Riccius *collect.* 1316. vbi alia adducit: Sed Afflictis *deciſ.*36. quem ipſe refert, *collect.*265 *ad Textum in l. Iuriſiurandi*, *C. de rebus cred.* aliter affirmat. † Item quod periurus priuatur beneficio, vt tradit Couarruuias *in dicto cap. quamuis pa-*

ctum, §. 7. *ſub*, *num.* 3. & dico *infra*, de quo, *in*
22 *cap. ſicut nos* 27. † Sed Achiles de Graſſis *in de-*
ciſ. 1. *huius tituli*, dicit periurum non amittere
23 regreſſum. † Et Marcus *deciſ.* 667. dicit periu-
24 rum eſſe ab officio priuandum. † Et Anna *alle-*
gat. 84. addit quod ſola ſupplicationis oblatio fa-
cit incidere in periurium.

25 Nunc verò reſtat, vt expendamus Textum *in*
dicta l. 2. *Cod. de rebus cred. & de Iureiurando.* cu-
ius verba iam, *ſuprà*, in principio relata admo-
dum torquent interpretum ingenia ibi: *Iuriſiu-*
randi contempta religio ſatis Deum habet vltorem,
exiſtimant enim Bartol. & Baldus *ibi* accipi de-
bere de Iuramento litis deciſorio, & delato à par-
te parti iuxta Textum *in l.* 1. *ibi*, quaſi eo in ca-
ſu, non de periurio quæratur, ſed an iuratum
ſit, ac eam, vt diuinatoriam interpretationem
non admittit Padilla *in dicta l. ſi quis maior. Cod.*
de tranſaction. quia vehementer reſtringit eius ge-
26 neralitatem. † Accurſius autem dixit eam le-
gem accipi de eo, qui iurauit in negotio, quod
nulli infert incommodum, vel de religione Iu-
riſiurandi, non ſedato, vel compoſito animo,
ſed potius calore, & impetu, quoddam iracundiæ.
27 † Alij verò vt Ioannes Robertus *cap.* 20. & Re-
nardus *lib.* 2. *variar. cap.* 3. exiſtimant conſtituen-
dum eſſe differentiam inter eum, qui per Deum
Iuratus eſt, & eum qui per Principem deiera-
uit, vt qui per Deum, ſolùm Deum habeat vl-
torem, qui per Principem ipſum Principem ha-
beat vindicem.

28 Didacus verò Couarruuias *in dict. cap. quamuis*
pactum 1. *p.* §. 7. *num.* 2. tentat dicere prædicta
verba procedere, vbi nulla fit iniuria proximo;
vel ideo quia cum grauiſſimè periuria à Deo pu-
niantur; ideo voluiſſe Alexandrum Imperato-
rem ab hominibus non æque puniri, vel vt po-
ſtea, *num.* 4. *in fine*, ait prædictam legem 2 intel-
ligi quoad pœnam ordinariam: nam quantùm ad
extraordinariam frequenter periuria per huma-
nos Iudices puniuntur, ſicuti notat Gloſſa *in*
Auth. ſcenicas, non ſolùm ſi fideiuſſores præſtent
quam dixit ſingularem Curtius *in d. l. ſi quis ma-*
ior. C. de tranſact. col. vlt.

29 Has inquam interpretationes, & ad ſingulas
plures, Doctores adducens Pichardus noſter *in*
§ *ſi quis poſtulante inſt. de action. à n.* 118. videndus
abũdè improbat, vt in ipſo leges vſque ad *n.* 130.
qui *ſub n.* 131. vt prædicta verba, & legem explicet
dicit imprimis illud verbum, *ſatis*, præbuiſſe Do-
ctoribus occaſionem errãdi; eo quod male id in-
telligerent, ſeu acciperent, quod non habet ibi
eum ſenſum, nempe vt ſignificet idem quod *ſuf-*
ficit, vt *in l.* 1. *Cod. de his, quibus vt indignis*, &
alibi ita vt ſenſum faciat quod excludat aliam vl-
tionem præter diuinam, ſed potius ſumatur eo
loco eodem ſenſu, quo in pluribus locis iuris
noſtri, & ſignificet idem, quod dictiones *mul-*
tum, aut *valdè*, vt *in l. ſcio* 4. ibi: *ne propter ſatis*
minimam rem, ff. de in integr reſt. in l. ſi alius, § *vel-*
liſſimè. ff. quod vi aut clam. ibi: *niſi ex magna, &*
ſatis neceſſaria cauſa, & *in l. fin. ff. ad Turpilian.* ibi
cum ſatis diu, & *in l. ſi debitor, ff. de fideicommiſ.*
libert. ibi: *ſatis iniuriam facit*, quo in ſenſu etiam
dicit paſſim dici, *ſatis iniquum*, *ſatis inciuile*, *ſa-*
tis offenſus, id eſt, *multùm*, & *valdè iniuſtum*,
vt ex variis Ciceronis locis probat Carolus Ste-
phanus *in Theſauro Ciceroniano*, verbo *ſatis*, &
ex Iure Ciuili Bettucius, & Briſonius *lib.* 17.
de verb. ſignif. eodem verbo. † Quare non ad- 30
mittes intellectum adductum ab Anaſtaſio Ger-
monio *de Sacrorum immunit. dicto lib.* 2. *cap. fin.*
volente cum aliis periurij pœnam *in dicta l.* 2. vo-
luiſſe Alexandrum per ſacerdotes ſolos, non
per Principes laicos imponendam, quem *ibi* le-
ges; ſi quidem iam probauimus etiam legibus
ciuilibus, & Regiis valde periurum puniri, cum
ſit crimen grauiſſimum, vt apparet ex illo Leui-
tici *cap.* 19. Malachiæ *cap.* 3. Zachariæ *cap.* 5. Mat-
thæi *cap.* 5. Platone *lib.* 11. *de legib.* Cicerone *lib.* 2.
de legib. & Ariſtotelis *in Rhetorica ad Alex.* Et pro
hac quæſtione adiunges quæ multis ſcribit, Iura
expendens Faquineus *lib.* 1. *controuerſ. c.* 14.

Ad ſecundam quæſtionis partem an prætex- 31
tu periurij, queat retractari ſententia? Vide-
tur reſpondendum, *ex l.* 1. *Cod. hoc titulo*, in
verbis ibi: *cauſa Iureiurando ex conſenſu vtriuſ-*
que partis, vel aduerſario inferente, delato, &
præſtito, vel remiſſo deciſa, nec periurij prætex-
tu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hoc lege exci-
piatur. Et confirmari videtur ex verbis Textus,
in §. *ſi quis poſtulante inſtit de actionibus*, ibi:
non illud quæritur, an ei pecunia debeatur? Sed an
Iurauerit, quibus Iuſtinianus docet, *cauſam Iu-*
reiurando delato, & præſtito deciſam, nec prætex-
tu periurij retractari poſſe, nec amplius quæri,
an quis iurauerit *rectè*, ſed id tantùm, an *Iu-*
rauerit, quod & antea à Iuris authoribus pro-
batum eſt, *in l.* 1. *in duobus* 28. §. *vltimo, &*
paſſim, ff. hoc titulo, dict. l. 1. *Codice, l. quod*
ſi deferente 11. *cum ſequentibus, ff. de dolo*, hoc
ideo, quia Iuſiurandum, ſiue voluntarium,
ſiue iudiciale ſit, tranſactioni comparatur, *l.* 2.
ff. hoc titulo, ſed tranſactio ſub prætextu In-
ſtrumentorum; licet poſtea repertorum irrita
fieri non poteſt, *l ſub prætextu* 19. *Cod. de tranſactio-*
nib ergo.

Verùm obſtat admodum Textus *in l. admonen-* 32
di 31. *in princ. ff. hoc titulo, & Auth. de nouo Iu-*
re, verſic. *fin. Cod. de pœna Iudicis, qui male Iudicauit*,
vbi probatur, quod ſi lis ex cauſa deciſa ſit per-
iurij prætextu, poſſit retractari. Etenim hæc Iu-
ra probant quod ſi quis noua Inſtrumeta ſe inue-
niſſe dicat, quibus nunc ſolis vſurus ſit cauſa ex
integro agi poterit; quamuis res integra eſſe de-
ſierit, vbi appellatum non eſt. † Et adſtipula- 33
tur difficilis deciſio Textus *in l. fin. Cod. hoc tit.* vbi
cum quidam iurauerit ſibi legatum relictum fuiſ-
ſe à teſtatore, & poſtea teſtamento reperto aliud
appareat, tunc potius ſtandum veritati, quàm per-
iurio, taliter vt quod ex periurio ſuo actor con-
ſequutus fuerit, reſtituere tanquam indebitum
compellatur fauore vltimorum voluntatum,
quas publica intereſt conſeruari, *l. vel negare, ff.*
quemadmodum teſtamenta aperiantur, quaſi in his
quæ pendent ex teſtamento, quod nec viſum,
nec lectum fuit, minor eſſe debeat Iuriſiuran-
di poteſtas exemplo tranſactionis, quæ ſi fiat,
non lectis verbis teſtamenti, hoc ipſo nulla eſt,
l. 1. §. 1. *ff. quemadmodum teſtam. aperiantur, l.*
de his 6. *ff. de tranſactionib. quæ ex codicillis po-*
ſtea repertis, facile ſit irrita, l. 3. §. *cum tran-*
ſactio, l. non eſt ferendum 12. *ff. de tran-*
ſactionibus.

Verùm quia hæc difficilis quæſtio diſſoluitur 34
ex his, quæ longè ſcribit Sfortia *de reſtit. in in-*
tegrum, p. 2. *quæſt.* 74. ſuper Iuramento ſuppletorio,
& in ſpecie Text. *in d. l. admonendi, ff. hoc tit.* & ex
his.

his quæ idem ſcribit *tota q. 73.* vbi agit de reſtitutione aduerſus ſententiam ex cauſa inſtrumentorum nouiter repertorum cum multis ab eo relatis, quibus addo Cujacium *lib.* 18. *obſeruat. cap.* 35. Donellum *lib.* 24. *commentarior. cap.* 19. *ad finem*, vbi multa Oſualdus, Antonius Faber *de erroribus pragmaticor. errore* 5. *ex num.* 1. Seraphinus *de priuileg. Iuram. priuileg.* 38. Menochius *de arbitr. caſu* 190. *&* 241. optimè expendit Pichardus *in dicto §. ſi quis poſtulante inſt. de action. à n.* 105: vbi *n.* 108 putat veram eſſe concluſionem, quam deducunt Doctores *ex dicta l. admonendi*, ſi & producens iuret ſe notitiam non habuiſſe ante eorum inſtrumentorum, quæ de nouo ſe reperiſſe ait; Item ſi probet ſe diligentia prius vſum in illis perquirendis: ſic cum Fabro *errore* 4. & cum Guid. Pap. *deciſ.* 101. *num.* 1. *deciſ.* 243. *num* 3.

35 Et expendens idem Pichardus Textum *in dicta l. fin. & dicta l.* 1. *Cod. hoc Tit. ibi à num.* 11. ait *num.* 114. Textum *in dicta l.* 1. loqui de eo caſu, nempe vt effici poſſit longa conuentionis, vt cauſa Iureiur, delato, & præſtito, vel remiſſo periurij prætextu retractari poſſit; Item & poſſe illud cauſari, ſcilicet vt Iuramento alicuius abſque alia probatione ſtetur, quod hodie frequens eſt, admitti tamen eo caſu probationes in contrarium putare iam citatos & relatos à Socino *Reg* 380. & ſic videntur ſentire, quod ſecluſa conuentione non retractetur ſentẽtia prætextu periurij, & ita ſentit Anaſtaſius Germon. de *ſacrorum immunit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 13. dicens per Textum *in dicta l.* 1. *Cod. de rebus creditis*, cauſam ſemel deciſam iuramento, ne quidem prætextu periurij retractari poſſe, niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur, quibus autem caſibus excipiatur, explicant Accurſius, Baldus, & alij, *ibi*.

36 Ad tertiam quæſtionis partem qualiter puniatur Clericus peierans? Reſpondebis ſecundùm ea quæ adduxi *ſuprà in cap. cum non ab homine de Iudiciis q.* 28. Et quid de Teſte periuro dixi *ſuprà in cap. Teſtimonium de Teſt. ſub q.* 5. de quo benè etiam Couarr. *in dicto cap. quamuis pactum* 1. *p. §.* 7. *num.* 3. *& à num.* 5. Aliqua Riccius *dicta collect.* 1316.

37 Ad quartam quæſtionis partem, an periurium probetur nouis inſtrumentis? Et probari affirmat Antonius Faber *deciſ.* 24. *hoc Titulo*, quem ſequitur Riccius *dicta collect* 265. *ad Text. in dict. l. iuriſiurandi*, & probatur ex adductis *ſuprà* in verſic. *ad ſecundam quæſtionis partem*: nam ex *ibi* dictis poteris ad præſens dubium reſpondere.

38 Ad vltimam quæſtionis partem, an periurium in Principem actiùs puniatur, quàm in Deum? Vt longè reſpondeas, applicabis quæ *infrà* adduco ad titulum *de maledicis*. Nunc verò breuiter dico apud Ethnicos longè grauiùs puniri ſolitum periurium illius, qui Principis venerationem iurauerat, quàm illius, qui Dei contempto Numine deieraſſet, vt præter alios probat Septimius Florent. *in Apologetico aduerſus gentes cap.* 28. & memoriæ prodidit Minucius Felix *in vita Octauij*, & meminerunt Reuandus *lib.* 2. *variar. cap.* 3. *n.* 2. Forcatulus *in cupidine Iuriſperito cap.* 18. *num.* 3. quia fiebat Reus læſæ Maieſtatis, vt patet ex verbis Textus *in dicta l.* 2. *Cod. hoc tit.* ibi, *aut Majeſtatis crimen, & in l.* 2. *Cod. ad leg. Iull. Maieſt.* quæ vt Titulo conueniat, accipienda eſt de eo, qui Principem iurauerat, vt ex Græcis putat ibi Antonius Concius in principio. Præterea, & fuſtibus publicè cogitabatur, & inſuper voce præconis *ſuperindicebatur ei* ad oſtendendam cauſam punitionis *temerè præcipitanter, inaduertenter, petulanter, ne iures.*

39 Hoc enim ſignificat illa verba græcè ab Vlpiano relata *in l. ſi duo* 13. *§. vlt. ff. hoc tit.* quæ benè exponit Antonius Concius *ſuprà*, explicans quales eſſent illæ ſuperindictiones, quod & fecit Duarenus *in l. in actionibus, num.* 54. *ff. de in litem Iurando*, Reuardus *lib.* 5. *variorum cap.* 3. Cujacius *lib.* 3. *obſeruationi cap.* 3. erat quippe mos antiquus, & à Platone probatus *lib.* 11. *de legibus*. 40 † Quo referendus eſt Textus *in l. fuſtibus* 16. *Cod. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, vbi ſic Gratian. *fuſtibus cæſum, cui per præconem ita dictum eſt*; calumniatus eſt, *vt Calumniatorem videri notatum. Ideoque eſſe famoſum, manifeſtum eſt*, & expendens Pichardus *in dicto §. ſi quis poſtulante, Inſt. de Actionib.* plura congerens *n.* 132, ait quod dicitur per præconem idem eſſe quod præconis voce, quem leges, vbi indicat non ſic lege periurium in Deum puniri; Sed de hoc videbis dicta *ſuprà ad primam quæſtionis partem*. In contrarium applicabis dicta *ſuprà, in cap. ego* 4. *hoc tit. quæſt.* 2. in verſic. *& quia Couarr.* vbi maius periurium dicitur quanto nobilior, per quem iuratur.

41 Pro complemento adiunges ſequentia, nempe quod Iuramentum quantùm ad effectum periurij non tranſit ad hæredes; ſecùs quantùm ad effectum obligationis, vt pulchrè dixit Guido Pap. *in deciſ.* 414. & fuit dictum in vna Tiburtina Caſtri Vinarij 4. Decembr. 1587. coram Seraphino, vt patet in eius *deciſione* 405. Riccius *collect.* 1316. in verſic. *ſecundo*, ad textum *in dicta l.* 2. *Cod. hoc tit.* de quo plura adduxi *in cap. veritatis hoc tit.*

42 Secundò vt non ſint Cauillanda dicta teſtium quoad euitandum periurium; quia ſunt ciuiliter intelligenda, idem Seraphinus *deciſ.* 1279. Riccius *dicta deciſ.* 1316. *in fine.* 43 † Tertiò periuro nunquam defertur Iuramentum in ſupplementum probationis tradit Baldus *in deciſ.* 300. Riccius *vbi ſuprà*, qui alia adducit, licet Afflictis affirmet *deciſ.* 36. 44 † Et Mynſing. negat *cent.* 3. *obſeruat.* 58. quod qui ſemel iurauit, non iterùm admittatur ad Iurandum. 45 † Et Surdus *deciſ.* 58. dicit periurum eſſe eum qui negat in totum poſitionem pro parte falſam, & Gratianus *deciſ* 90. negat exigi poſſe pœnam impoſitam inquiſito de reſpondendo interrogatoriis, ſi inquiſitus deierauerit: Quæ & alia refert Riccius *in dicta collect.* 265. *ad Textum in dicta l. admonendi, Cod. hoc titulo.*

QVÆSTIO III.

An qui inaduertenter, & ex conſuetudine iurant indiſcriminatim peccent mortaliter, & qua ratione: Et an ſic iurantes debeant abſolui in foro pœnitentiali: Vbi an pœnitens teneatur explicare in confeſſione eam conſuetudinem iurandi, & de modo, quo ſe gerat Confeſſarius cum aſſueto ad iurandum?

SVMMARIVM.

1 *Iurans ex conſuetudine, & indiſcriminatim, quale peccatum*

peccatum committat, num. 3. 4. Et quid ſi abſque aduertentia, num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

2 *Conſuetudo iurandi non eſt per ſe peccatum diſtinctum ab ipſis iurandi actibus, & ex quibus ea inducatur, n. 9. 10.*

11 *Iuramenta inaduertenter dicta, quando afficiantur mortali malitia ſua cauſa.*

12 *Iurans ex conſuetudine, & mortaliter peccans qualiter liberetur, num. 13.*

13 *Iurans falſo inaduertenter poſt retractam conſuetudinem, peccat venialiter. Quid in habente conſuetudinem, & ex repentina affectione iurat, num. 14.*

15 *Iurans ex conſuetudine, ſi ter, aut quater in foro pœnitentiali, & abſolutus, nec emendatus abſolui poſt non debet, niſi firmiter proponat eam euellere. Et nunquid Iudicio Confeſſarij acceptare teneatur aliquam pœnam in medelam ſuæ prauæ conſuetudinis, num. 16. vide num. 19.*

17 *Iurans ex conſuetudine tenetur eam in confeſſione explicare, vt hic, & n. 18.*

18 *Præceptum extirpendæ conſuetudinis iurandi, ex quo obliget.*

19 *Confeſſarius quomodo legerat cum aſſueto ad iurandum, quid ab eo interrogabit: vbi de praxi, qua vſus fuit Author quando erat Canonicus pœnitentiarius almæ Eccleſiæ Valliſoletanæ, n. 20. vbi de retenta ab illo præbenda permiſſu capituli non obſtante breu. Apoſtol. Vrb. VIII. de Anno 1640. contra Canonicos affectos Cathedralium.*

1 CVm ergo qui indiſcriminatim aſſueti ſunt iuramentis ſe exponant periuriis, ideò viſum eſt mihi hic de his dubiis agere, & vt explicem præmitto cum Ledeſma *tom. 2. tract. 11. cap. 5. dubio* 4. Suarez. *tom. 2. de Religione lib. 3. de Iuram. cap. 6. num. 6 &* 8. Sanchez. *lib. 3. operum moral. cap. 5. num. 11.* Bonacina *tom. 2. diſp. 2. q. 1. puncto 13. num. 4.* & cum aliis per eos quod conſuetudo Iurandi, & mentiendi, & coniungendi mendacium cum iuramento, ſeu conſuetudo iurandi aduertenter, & indiſcriminatim, ſiue verum, ſiue falſum conſtituit affectum in ſtatu peccati mortalis, eo quod cenſetur eſſe in occaſione proxima peccandi mortaliter; cum illa conſuetudo inducat ad coniungenda Iuramenta cum mendacio, & æque ſe exponat periculo iurandi verum ac falſum.

2 Quare Bonacina *ſuprà num. 5.* & Sanchez. *n. 15,* dicunt iurantem ex conſuetudine, quam ſub mortali corrigere tenetur, & eam corrigere non curantem, peccare mortaliter omiſſionis peccato, quia qui aduertit ſe habere conſuetudinem peierandi, & non adhibet remedia ad illam tollendam mortaliter peccat, quoties aduertit talem conſuetudinem, & eam non conatur extirpare, cum cenſeatur eſſe in ſtatu peccati, dum non curat proximam occaſionem expellere.

3 Imò & Sanchez, *vbi ſuprà n. 13.* adiungit quod quando adeſt conſuetudo iurandi inaduertenter circa rei iuratæ veritatem conſtituat eam habentem in ſtatu peccati mortalis, eamque ſub mortali extirpare debeat, quia hic exponitur proximo, & probabili periculo peierandi; Nam cum non ſoleat aduertere an verum, an falſum iuret ſæpè falſum inaduertenter iurabit. † Quod ſi

4 id, quod iurat contingat eſſe verum, id caſu accidet, & præter iurantis opinionem, cum ille iurandi vſus ſit æque veritati, & falſitati expoſitus. † Et addit Sanchez. cum Suarez. *vbi ſuprà* 5 *ibi n. 14.* quos ſequitur Trulenq. *in opere morali lib. 2. p. 1. cap. 1. dubio 2.* videndus *à num. 3. & ibi num. 7. in fine*, idem dicendum eſſe quando conſuetudo eſt iurandi abſque aduertentia an iuret nec ne; Nam nullum eſt diſcrimen inter aduertentiam ad iuramentum, & ad ipſius veritatem cum vtraque ſit æque voluntaria in ſua cauſa, nempe in conſuetudine iurandi inaduertenter, & vtraque æquali periculo incidendi in periuria exponat, quod idem repetit ibi *n. 13.* quia modus iurandi inaduertenter eſt æque expoſitus veritati & falſitati, & præter intentionem iurantis, contingit aliquando id eſſe verum, vt docent Suar. *ſuprà cap. 8. n. 1.* Sanchez. *n. 30.*

Notabis autem iuramenta prolata ſine aduertentia formali, & per ſe ſufficienti ad peccatum mortale non eſſe nouum, & ſpeciale peccatum, propter ſpecialem iurandi conſuetudinem qualiſcumque illa ſit, & nondum ſit correcta, & retractata, ſed totam malitiam eſſe in ſua cauſa, atque ita vt ſint peccata lethalia exigi talem aduertentiam qualis eſt neceſſaria in homine, non ſic ad iurandum aſſueto: ita docet cum aliis Sanchez. *dicto lib. 3. moral. cap. 5. num. 28.* & reddit rationem Trulenq. *dicto dubio 20. n. 11.* quia nec directè, nec indirectè ſunt voluntaria: Nam illa procedunt ex inaduertentia inuincibili, vt ſupponunt; quia ſi eſſet vincibilis minimè excuſaret etiam in non aſſueto ad Iurandum. † Secundò, quia peccata v.g. ebriorum, ſolum præuiſa in ſua cauſa, & in ea volita nulla noua malitia afficiuntur, ſed ſolam malitiam ſuæ cauſæ, in qua voluntaria ſunt participant; Sed hæc iuramenta inaduertenter dicta ab aſſuetis iurare, non ſunt voluntaria in ſe, ſed in ſua cauſa, nempè in praua conſuetudine non eradicata, in qua præuidenter, & ſic exiſtimant non participare culpam propriam, & ſpecialem, ſed totam eſſe in ſua cauſa. 6 7

Notabis ſecundò ex dictis ipſam iurandi conſuetudinem non eſſe per ſe peccatum diſtinctum ab ipſis iurandi actibus; ex quibus coaleſcit, quia ſi loquamur de ipſa conſuetudine, formaliter non eſt diſtinctum peccatum ab ipſis actibus, eſt enim ipſemet actus frequenter repetitus. Sin autem loquamur de conſuetudine, id eſt de effectu ipſius, qui eſt quidam iurandi actus ex ipſa productus, quamuis ſit hic vitioſus, eo quod ad malum inclinat, non poteſt eſſe peccatum; quia hoc in ſolo actu, eiuſque omiſſione reperiri poteſt. At quamuis hæc praua conſuetudo non ſit in ſe peccatum; Omiſſio tamen eam extirpandi, poteſt eſſe peccatum mortale ratione periculi moralis, & proximi, cui exponitur eam habens incidendi in iuramenta mortalia, & ſic poteſt conſtituere eum in ſtatu peccati mortalis, de quo Sanchez. *dict. lib. 3. operum moral. cap. 5.* cum aliis, *num. 1. 2. &* 3. Suarez. *dict. lib. 2. de Relig. tom. 2. lib. 3. de iuramento cap. 6.* vbi latiſſimè agit. 8

Notandum eſt tertiò tribus præcipuè modis poſſe aliquem habere conſuetudinem iurandi. 9
Primò poteſt habere eam conſuetudinem mentiendi, & iurandi. Secundò eam habere conſuetudinem iurandi, ſed non mentiendi. Tertiò poteſt habere conſuetudinem iurandi, & mentiendi, ſed non coniungendi mendacium cum Iuramento,

mento. Et in hoc vltimo caſu videtur iurans eſſe in ſtatu peccati mortalis, & peccare mortaliter, dum omittit illam extirpare; quia cenſetur eſſe in mortali periculo peierandi, ſic Bonacina cum aliis *dicto tom.2. diſp.2. q.1. puncto 13.n.5.*

10 In ſecundo vero caſu quando habet conſuetudinem iurandi, ſed non mentiendi, non erit in ſtatu peccati mortalis, nec peccabit mortaliter etiamſi non conetur talem conſuetudinem expellere, nec omiſſio eius extirpandæ eſt lethalis, quia non cenſetur eſſe in occaſione proxima peccandi mortaliter, cum illa occaſio non pertrahat ad periuria, ſed ſolùm ad iuramenta ſine neceſſitate. Occaſio enim quæ pertrahit ad iuramenta ſine neceſſitate, eſt tantùm venialis cum non ſit magis mala, quam ſint ipſa Iuramenta facta ſine neceſſitate, quæ ſunt tantùm venialia cum non ſit magis mala ipſa conſuetudo, quam ſint ipſi iurandi actus; habitus enim deſumit ſuam malitiam ab actibus, ſed actus non ſunt mortaliter mali, cum non ſint periuria; ergo nec conſuetudo talis erit mortalis: Ita docent Sanchez. *ſuprà num.*4. Bonacina *num.* 5. Sayrus *in Claui Regia lib.5. cap.6. num.*8. Trullenq. *dicto lib.* 2. *dubio* 20. *num.*4. In primo autem caſu talis conſuetudo erit mortalis ex iam adductis in hac quæſtione.

11 Vnde ſi quæras quando ea Iuramenta inaduertenter dicta afficiantur mortali malitia ſuæ cauſæ quod eſt, ac ſi quæras quando praua iurandi conſuetudo ſit mortalis; reſpondeo ex iam dictis, vt quando iniqua iurandi conſuetudo eſt mortalis, iuramenta erunt mortalia in ſua cauſa, ſed erunt venialia, quando ea conſuetudo eſt venialis modo dicto, & probat Trullenq. *in opere moral. dict. cap.* 1. *lib.* 2. *dubio* 20. *num.* 12. qui *num.5. in fine*, ait quod ſi aliquando contingat ſic aſſuetum prorumpere ex illa conſuetudine id Iuramentum abſque aduertentia veritatis non erit culpa grauior quam illa quæ venialis eſt, cum id non ſit in ſe voluntarium, ſed in ſua cauſa, Imò Sanchez. *dict. lib.* 3. *operis moral. cap.* 5. *num.*10. probabiliter admodùm exiſtimat, quando conſuetudini iurandi aduertenter, & cauendo periuria, adiungitur conſuetudo mentiendi abſque iuramento non eſſe iuratam in ſtatu peccati mortalis, cum hæc conſuetudo ſit venialis ac eſt illa, de qua dixi in tertio caſu, nec frequenter pertrahat ad iuramentum mortale.

12 Quartò notandum eſt poſſe eum, qui ex conſuetudine iurandi; & mentiendi peccat mortaliter, vt ſuprà in principio adduxi ab illo ſtatu liberari dolendo de peccatis, & mala conſuetudine, & proponendo ſi ampliùs non malè iuraturum, atque adeò non habiturum talem conſuetudinem: Nam qualiſcumque ſit conſuetudo, ſi iam retractata, & interrupta eſt perefficax, emendæ propoſitum, non aliter erunt imputanda ad culpam iuramenta, deinceps inaduertenter emiſſa habenti prædictam conſuetudinem, quam illam non habenti, quia cum cauſa ſit iam interrupta non cenſentur illa iuramenta eſſe voluntaria in ea; ſed ea inaduertentia erit naturalis, qualis eſſe ſolet in carentibus ea conſuetudine: Ita Sanchez. *dicto lib.* 3. *oper. moral. cap.* 5. *num.* 19. Trulenq, *dicto dubio* 20. *ſub num.* 11. & *ſub num.*8.

13 Ex quo fit, vt qui poſtea falsò iurat inaduertenter poſt retractatam conſuetudinem, non peccat mortaliter; hoc enim eſt peccatum mortale in ſe, cum careat ſufficienti aduertentia, nec poteſt imputari in cauſa, id eſt in conſuetudine cum iam retractata ſit, & interrupta per dolorem & propoſitum contrarium, Diana *p.* 2. *tract.* 2. *miſcel. reſolut.* 62. Filiucius *tomo* 2. *tract.*25. *cap.*10. *num* 316. Sanctius *in ſelectis diſp.* 20. *num.* 5. Bonacina *dicta diſp.* 2. *puncto* 13. *num.* 6. Layman. *in Theologia morali lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Sanchez. *dicto lib.* 3. *oper. moral. cap.* 5. *n.*16.

Iterùm dico, quod ſi contingat, vt iuramentum inaduertenter dictum in habente prauam iurandi conſuetudinem, non ex illa proficiſcatur, ſed aut ex repentino impetu iræ, aut ex nimia ad rem affectione, vt contingere ſolet in non aſſueto ad iurandum, tunc nec conſuetudinem accuſare, ſed eſſe dicendum idem quod de Iuramento dicto inaduertenter à non habente conſuetudinem, quia cum conſuetudo non ſit cauſa inaduertentiæ, non poteſt dici voluntaria in illa, ſic docent cum aliis Sanchez. *dicto c.5. lib.3. n.*22. Trulenq. *d. cap.*3. *lib.* 2. *dub.*20. *n.*11. *in fine* Bonacin. & Sayrus *in Claui Regia vbi ſuprà.* 14

Ad ſecundam quæſtionis partem, an valeat abſolui in foro pœnitentiali habens conſuetudinem iurandi, & mentiendi? Reſpondeo quod ſi ter, aut quater admonitus fuit, & nihil in ea operis poſuit, non ſit abſoluendus, ſed deferenda eſt abſolutio, niſi ſcandalum adſit, aut aliqua cauſa, ob quam debeat ſtatim à peccatis abſolui: ſic docet Azor. *tom.* 2. *mor. lib.* 11. *cap.* 5. *q.* 4. Trulenq. *dicto libro* 2. *cap.* 1. *dubio* 20. *n.* 10. dicens quod ſi non habet firmum propoſitum eam conſuetudinem extirpandi, non poteſt abſolui, ſicut contingit in aliis peccatis mortalibus. Tamen ſi firmiter proponat eam euellere, & extirpare, & in futurum abſtinere ab huiuſmodi Iuramentis, & nunquam de hoc fuit admonitus; abſolui poſſe ait, quia occaſio interrumpitur, & retractatur per dolorem, & propoſitum contrarium; Imò & poſſe inquit abſolui, ſi poſtquàm admonitus fuit, adhibuit aliquid curæ, & laboris ad illam prauam conſuetudinem expellendam. 15

Aduertes autem cum Soto, quem ſequitur Sanchez. *dicto lib.*3. *cap.* 5. *num.*17. contra Suarez. *dicto cap.*6. *num.*8. non teneri pœnitentem, qui ſæpè propoſuit emendam, nec id fecit ad aliquam pœnam, vel remedium acceptandum Iudicio Confeſſoris qualia ſunt frequentiùs fateri; aliquam breuem orationem recitare; aliquam eleemoſynam elargiri pro ſingulis iuramentis temerariis, aut alia huiuſmodi; quia aliis peccatis id imponi nequit; nec iure aliquo probatur id eſſe ſpeciale in hac conſuetudine; Sed Trullenq. *dicto dubio* 20. *num.* 10. *in fine* dicit eſſe optimum conſilium aliquod ex illis remediis huic morbo adhibere, de quo videbis Bonacinam *dict. tom.*2. *diſp.* 2. *q.*1 *puncto* 13. *num.*7. Sanchez. *lib.* 2. *mor. cap.* 32. *num.*42. 16

Ad tertiam quæſtionis partem, an pœnitens teneatur explicare in confeſſione eam conſuetudinem Iurandi? Et reſpondeo quod quando conſuetudo iurandi eſt mortalis, debet in confeſſione explicari, & tempus durationis illius, & noua aduertentia, & quaſi repetita voluntate iurans in ea permanere decreuit, & quamuis conueniens ſit explicare iuramenta indeliberata, cum id deſeruiat meliori modo medendi conſcientiam, quod vt veriùs & tutiùs ſequitur Trullenq. *dicto dubio* 20. *num. fin. in fine*, vt Confeſſarius 17

rectiùs

rectiùs iudicare, & vtiliùs mederi poſſit, dicens & admonens, ſic in praxi ſeruandum, tamen id non eſſe neceſſarium exiſtimant Suarez. *de iuram. tom.2. lib.3. cap.6. num. 5.* Sanchez. *lib. 3. oper. moral. dict. cap. 5. num.* 33. Nam etſi quando actus externus eſt in ſe volitus, & proinde in ſe peccatum ſit neceſſario exprimendus in cōfeſſione, nec ſatis ſit internum actum voluntatis exprimere. Verùm quando opus externum non eſt in ſe voluntarium, ſed in ſua ſola cauſa, ſatis eſt cauſam exprimere.

18 Vnde fit vt præceptum extirpandæ prauæ, ac mortalis conſuetudinis Iurandi, ex tunc incipiat obligare& ex tunc cenſeantur iuraméta indeliberata eſſe voluntaria, quando ex variis iurandi actibus inaduertenter eo iurans progreſſus eſt, vt aduertat illum prauum vſum eſſe ſibi proximam occaſionem incidendi in multa Iuramenta indeliberata: Sic docet Trulenq. *dicto dubio 20. lib.2. cap.20. n.14.* & alij iam relati.

19 Ad quartam quæſtionis partem quomodo ſe gerat Confeſſarius cum aſſueto ad iurandum? Dico primò, interrogabit ipſe quæ iuramenta protulerit, vt poſſit ſcire an aliquas dixerit blaſphemias; quia ſi per Chriſti, aut Sanctorum pudentia iurauit, fuit etiam blaſphemus. Si autem per Deum, vel Sanctos, aut Dei creaturas fuit periurus. Interrogabit ſecundò, quoties in anno, menſe, hebdomada, vel die, parùm, minuſve iurauerit, quo in caſu, ſi nullomodo poſſit diſtinguere numerum, imò dicit ſæpiſſime ſingulis verbis quotidie iuraſſe, iudicabit de hoc pœnitente, ac de illo, qui per Annum eſt in actuali peccato. Tertiò interrogabit an verum, an verò falſum iurauit: ſi reſpondeat ſemper verum iuraſſe, ſolùm peccabit venialiter, quia tantum defuit Iudicium iuxta ea quæ dico de comitibus Iuramenti, *in cap. etſi Chriſtus hoc tit.* Si verò reſpondeat iuraſſe aliquando verum, aliquando autem falſum, interrogabit iterum Confeſſarius an aduertat, quando iurat falſum, & quando verũ: Ita vt poſſit id diſtinguere. Si reſpondeat ſe non aduertere quando verum, quando falſum iuret, peccat ſemper mortaliter propter periculum peierandi, vt iam adduxi *in principio huius quæſt.* Si autem aduertat, vt valeat diſtinguere vices, quibus iurauit verum ab iis, quibus falſum iurauit; tunc quando iurauit falſum, peccauit mortaliter, & quando iurauit verum, ſolum peccauit venialiter; dummodò non deficiat iuramento, niſi ſolum Iudicium; Nam ſi etiam deficiat Iuſtitia in re graui, quamuis veritas adſit, eſt peccatum mortale, vt latè dico *infrà in dicto cap. etſi Chriſtus hoc tit.* vbi de comitibus iuramenti, ſcilicet veritas, Iudicium, & iuſtitia, de quibus hic vt ageretur erat opportunus locus: hanc ergo praxim interrogandi ſcribit Trulenq. *in opere morali dict. cap.1. lib.2. dubio 20. num. 9.*

20 Quam & ego nonnullis annis exercui in Alma Vallisoletana Eccleſia, vbi poſt relictam Præbendam Doctoralem Eccleſiæ Aſtericenſis Canonicus Pœnitentiarius inceſſi, & inſimul obtinui Fiſcaliam illius ſanctæ inquiſitionis poſt excuſationem, quam anteà ſupplex obtinui ab Illuſtriſſimo, & admodum integerrimo DD. Didaco de Arce Reynoſſo Inquiſitore generali, & Epiſcopo Placentino, Anno 1746. ne arriperer ad Fiſcaliam Toletanæ Inquiſitionis. Item & poſt excuſationem, quam ab eo obtinui de non eundo ad inquiſitionem Maioricenſem, vbi ſolus Inquiſitor ab eo nominatus, & publicatus fui coram ipſo ſupremo Anno 1747. Item & poſt nonnullam excuſationem, quam ſignificaui ne eſſem Inquiſitor Nerenenſis eo ipſo in tempore, quo nominabar Fiſcalis dictæ Vallis Sanctæ Iuquiſitionis Anno 1648. in quas excuſationes inſtaueram, tum propter fugiendas expenſas in itinerando, tum & propenſius, eo quod amiſſurus eram prædictam Præbendam Pœnitentialem, quam inſimul pro tēpore poſſedi vultu placido meorum Fratrum Canonicorum, & totius Ciuitatis Magnatorum, & plebis, non obſtante breui Vrbani VIII. de Anno 1740. contra omnes Canonicos affectos de non obtinendo inſimul ſuas Præbendas, & alia officia reſidentiæ incompatibilis, etiam intra eaſdem Ciuitates, vbi fuerint Eccleſiæ Cathedrales, & etiam ſi inibi ſit Tribunal Inquiſitionis, ad quod, vt Miniſter à ſecretis electus fuerit quilibet Canonicus affectus, quia in quolibet iſtorum ceſſant priuilegia, quæ aliis Inquiſitoribus Canonicis ex non affectis ſunt conceſſa de obtinendis, & fruendis emolumentis, & prouentibus ſuarum Præbendarum, etiamſi nullam in eis reſidentiam perſonalem præſtent. Ego vero fruebar prouentibus, & Gloſſa correſpondente reſidentiæ pro vnoquoque, & ſingulis diebus, in quibus reſidebam, cum autem non reſiderem illos amittebam iuxta præfatam correſpondentiam. Et quamuis poſt tempus Anno 1652. poſſem eſſe Inquiſitor Cordubenſis, ſeu Granatenſis, vti per Epiſtolas mihi ſignificatum eſt; Attamen præmonitionem ſæpius miſi de non admittendo eo quod amiſſurus eſſem prædictam Præbendam cuius fructibus cum aliis Fiſcaliæ plus commodi fruebar iuxta Patriam & Forenſes meos. Et inſuper poſt hæc euehi potuit Inquiſitor Cæſar Auguſtanus Autchenchens, & ex præfatis mihi id nuntianti reſpondi, ſed illico anno 1655. creatus fui in d. Inquiſitione inquiſitor, & pro Rege noſtro Iudex bonorum confiſcatorum obtinens ſemper dictam Præbendam pœnitentiariam quouſque tranſlatus fui ad Fiſcaliam huius ſupremi Conſilij.

QVÆSTIO IV.

An interpellatio ſit neceſſaria vt quis incidat in periurium: Et quis ſit Iudex periurij.

SVMMARIVM.

1 *Periurium dicitur commiſſum abſque vlla interpellatione peierantis.*

2 *Periurij Iudex quis ſit, & non ſi de eo Laicus cognoſcat, vim faciat Eccleſiaſticus eum inhibendo, n.3.4.5.*

3 Cap. venerabilis de elect. cap. cum ſit de foro compet.

PRima quæſtionis pars pendet ab ea quæſtione, an creditor conſtituat debitorem in mora ſine interpellatione, aut denuntiatione, de qua cum multis Couarr. agit, *lib.3. variar.c.17. num.4* & per Textum *in cap. potuit de locato,* vbi ego dico latiſſimè, & licet Barboſa & Antonius Burg. *in cap. fin. de emptione & vend. num. 6.* doceant 1

ceant fore interpellationem neceſſariam , vt de-
bitor conſtituatur in mora,tam ex *d. cap. potuit*
quàm ex noſtro Textu ibi ſub *iuramenti debito re-
quiſitus* ; Reſpondeo quod etſi Pontifex hic ex
facto, quod ita contingit meminerit interpella-
tionis non ex hoc cenſer eam fuiſſe neceſſariam
imo etiam abſque interpellatione,ſaltim ratione
iuramenti foret debitor in ſpecie noſtra conſti-
tutus in mora ſecundùm Ioann. Andr. Abbat. &
alios *hic*, quoties ex tacita lege conuentionis , &
eius natura compertum eſſet debitori Eccleſiam
eius auxilio indigere, quod is præſtare promiſe-
rit,quem intellectũ etiam probarunt,Iaſ *in l. quod
te mihi,n.22.*& *ibi* Purpur.*n.97.ff.ſi certũ petat.* A-
ret.& alij quos ſequitur,& refert Couar.*vbi ſuprà.*
2 Ad ſecundam quæſtionis partem quis ſit Iudex
periurij ? Reſpondebis ex his quæ dixi latè *in c.
nouit de Iudic.q.13.& in c. cum ſit generale,*vbi egi
de quæſtione,an iuramenti cognitio ſit mixti fo-
ri,& ſic crimen periurij eſſe mixti fori,docuerũt
Abbas *in d.c.cum ſit generale n.21.*DD *in c.Teſtim.
de Teſt.& in c.cum laicus de foro compet.lib.6* Guid.
Pap.*conſ.29.*& Rom.*conſ.512.n.4 in 3.dub.* vbi di-
cit quod crimen periurij non eſt adeo Eccleſia-
ſticum , quin Iudex ſecularis poſſit cognoſcere,
etiam per viam iuriſdictionis punitiuæ.tenet Fe-
lin.*in c.2.n.26.de ſponſal.* Bald.*in l.nulli, C.de teſt.*
3 Guid.Pap.*q.178.*† Vbi dicit præmiſſis non obſtare
textum *in c.venerab.de elect.& c.cum ſit de foro com-
pet.* quia illa iura loquuntur de Clerico periuro
puniendo , non de laico : confirmat hoc dictum
Couarr.*in 4 decret.2.p.c.6.n.20.* dicit communem
opinionem, & forenſi vſu receptam , Salcedo *in
pract.ad Bernard.Diaz.c.92.*verſic.*nec illud eſt præ-
termittendum,*vbi agit de pœna periurij,tam Cle-
rici,quàm laici, & Iul. Clar. *recept.ſement.lib.5.* §.
periurium, & ſic dixit Imol.*in c. cum contingat hoc
tit.* Actoris eſſe electionem , coram quo Iudice
Reum conueniat pro obſeruatione iuramenti ſe-
cularis,vel Eccleſiaſtici;ſequitur Ceual.*de cognit.
4 per viam viol.2.p.q 83.* † Vbi alios caſus addu-
cens , *n.9.* ait poſſe Iudicem ſecularem declarare
quem incurriſſe periurium,quando dubium eſſet,
vt docet Roman *ſingulari* 420. quia lex ſecularis,
etiam punit periurium iuxta textum *in l. 1.ff. ad
Turpill.ſi quis maior,C. de tranſact.*& probatur in-
quam ex dictis *ſuprà q. 2.* verſic. *ad primam* per
totum ; ſic decidit Capella Tholoſana *deciſ.* 20.
5 † Et alia tradent Ceuall.concludit *num.fin.*quod
faciet vim Iudex Eccleſiaſticus inhibendo Iudici
ſeculari à cognitione contra laicos de viribus iu-
ramenti;itavt ſi de facto inhibitio concedatur,ſit
notorius articulus violentiæ implorato Regis au-
xilio,præcedẽte appellatione ad Romanũ Pontif.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVIII.
Quanto, Hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

4 *Conciliarij Regij qua bonitate, & ſcientia pollere
debeant remiſſiuè.*
5 *Rex iurat, imponit collectas aſſenſu aliorum,im-
plet contractus prædeceſſorũ,& n.6. remiſſiuè.*
8 *Monetarum plura remiſſiuè.*
9 *Monetam cudere poteſt Princeps de vili materia
vt ferro , corio,& ſi neceſſitas belli vrge-
ret aliter ſuccurri nequeat.*

TExtvs iſte quatenùs de iurãte ſcienter illi- 1
citum,quod non indigeat abſolutione,ad-
iunges quæ adduxi *ſuprà in c.1.& 2. c.debit. c.ve-
rùm hoc tit.*& quæ dixi *in c.cum quidã 12.§.illi verò
hoc tit.*vbi egi de alia ſpecie illiciti iuramẽti ; itavt
per ibi dicta poſſit reſponderi ad materiam tex-
tus noſtri. † Et quatenùs probat quod ſi iurans 2
ignorabat illicitum ne eſſe teneatur obſeruare ſi
aliquo modo eſt obſeruabile, applicabis quæ ad-
duxi *ſuprà in c.veniens 16.*nempè vt iuramentũ ſit
interpretandum iuxta iurãtis mentem. † Et qua- 3
tenùs in tertio eius parte in verſic.*verùm,* dicitur
quod ſi iurauit licitum,quod putabat illicitũ, de-
beat ſeruare iuramentum, & de animo deprauato
agere pœnitentiã,adiunges iterùm nonnulla,quæ
adduxi *in d.c.cum quidam,§ illi q.1.*in verſic.*ad ſe-
cundam,*& quæ dico *in cap.cum contingat hoc tit.*
Et ex verbis hic *quidam conſiliarij tui,tuum ani- 4
mum induxerunt,vt Iurares irrequiſito aſſenſu populi
vſque ad certũ tempus conſeruare Patris tui monetam
quæ autem circa mortẽ eius fuerat legitimo pondere de-
fraudata,&c.*per hæc verba poteſt inquiri de qua-
litate bonitatis,& ſcientiæ,quâ debẽt pollere Re-
gij Conſiliarij,& de eorum recto conſilio,appli-
cabis quæ ex bonis litteris, & authoritatis con-
gerit Simãc.*de Repub.lib.7.à c.1.*cum aliis,& quã-
do Princeps, ſeu Rex debeat ſtare conſilio ſuorũ
Magiſtratuum;itavt econtra peccet,videbis ad ti-
tulum *de conſt.ſub q.1.& 2.c.cum omnes 6.* illius ti-
tuli nonnulla ibi *ſub c. Eccl. Sancta Mariæ* , alia
ſub Rubr.de elect.c.7. † Et de Rege iurãte irrequi- 5
ſito aſſenſu populi,applicabis quæ tractant DD.
per text.*in c.intell.43.hoc tit.* & applicabis notata
ſuprà in c.2.hoc tit.& quæ dico ad titulũ de his quæ
fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.Itẽ hic po-
reſt agi de materia vulgò *de los Procuradores de cor-
tes*, ſine quorũ aſſenſu Reges noſtri Hiſpàni col-
lectas,tributa,& gabellas inter vaſalos ſui Regni
non imponit,de quo *in tit.de cenſib.& de immunit.
Eccl.*præcipuè *c 2.* alia de aſſenſu ad collectandos
Eccleſiaſticos dixi ſub *d.c.Eccl.S.M.de conſt.*& ad-
iunges hic quæ ex multis dicunt de parlamẽtis &
parlamentariis circa tributa imponẽda nouiſſimè
Thom.del Bene *in ſuo tract.de excell.*& Diana *p.1.
tract.3. de cõmit. & parlam.* qui plures quæſtiones
reſoluunt. † Itẽ poteris adiungere quæſtiones an 6
Reges teneantur adimplere contractus,ſeu dona-
tiones ſuorum parentũ,aut prædeceſſorum,ſeu fi-
lius teneatur ſtare contractui celebrato à Patre
ſuo:vel an ſucceſſor teneatur ad obſeruantiã con-
tractus ſui prædeceſſoris:de quibus ſingulis egi *in
c.quia v.de Iudic.*per aliquot quæſtiones.& appli-
cabis quæſtionẽ,de qua *in c.verit ſuprà hoc tit.q.1.*
verſ.*ad quartã,*vbi egi de quæſtione an Reſpublica,
collegiũ,ciuitas,ſeu contrafernitas teneatur ſtare
cõtractui à prædeceſſorib.iurato,alia dico ibi,*q.2.*
Et item per verba relata ibi,*quæ autẽ circa mor- 7
tem eius fuerat fraudata legitimo pondere.* Per hæc
verba adiunges quæſtionẽ,de qua *in c.quemadmo-
dũ 25.hoc tit.*vbi agit Pontifex de iuramento quod
infirmatur propter ſuperuenientem deformitatẽ,
vt ibi dico,& de conditione,quæ tacitè ineſt *ſi po-
tuero,*aut de iuramento ſaluo iure ſuperioris,dixi
ſuprà in cap. querelam 10. *hoc tit.* in verſic. *ad ſe-
cundam.* & in verſ.*ad tertiã.* † Et quatenùs noſter 8
textus agit de monetis, qualiter cudantur de eius
valore,ſeu mutatione,& aliis,de quibus hic poteſt
eſſe lõgiſſimus ſermo,& quia plura cum pluribus
hic attingat Barb. Ideò ne protrahatur tractatus
hic de iuramẽto,recurres ad ea,quæ ſcribo *infrà in
c.olim 20.& in c.cum Canon.26.de cẽſib.*& ſic nunc
remiſſiuè

remiſſiuè leges Doctores proximè citatos, Couarruu. *lib.4 variar.* vbi egit de plurium monetarum ſpeciebus, Molina *de Iuſt. & Iure tom. 1. tract.2. diſp.*400. De poteſtate Principis mutandi monetam, Baſilius *variar. quaſt.1. p. relect.1. per totam de mutatione moneta*, Faquineus *lib.2. controuerſ. cap.9. & 10. de mutatione moneta*, & in qua debeat fieri ſolutio, benè Felicianus *de cenſibus in additionibus lib.4. cap. vnico ex n. 16.* poſt cum Rodriguez. *de annuis redditibus lib. 2. cap. 15. ex num.78. vſque ad finem.* An qui promittit aliquam ſpeciem monetæ, eâ mutatâ remaneat obligatus Ceuallos *in pract. q.*210. Ad bonas quæſtiones de mutatione monetæ, & quæ ſit expectanda, & quibus ſit ſolutio facienda, Diana *reſolution. moral. p.8. tract.7. reſ.* 18. *&* 19. Debitor an adimpleat ſoluendo in moneta ærea, Valenzuela *p.1. conſ.*30. An ſolutio Creditori poſſit fieri in moneta minuta, Guttierrez. *pract. lib. 2. q.* 279. Et an ſi deſit moneta, poſſit fieri in alia re, idem *lib.1. pract. q.fin.* vbi latiſſimè an pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, dicatur res mobilis, ſeu immobilis, Ceuallos *in pract. q.* 312. & Gratianus *Reg.* 342. dicit quod pecunia dicitur de his rebus, quæ ſeruando, ſeruari non poſſunt. Et Riccius *in collect.* 1212. ad noſtrum Textum, dicit quod Princeps non debet facere monetam minoris valoris in forma; eo quod eſt in maſſa, expenſis deductis. Et quod nec poſſit reprobare curſum monetæ alterius Patriæ, & de aliis *& in collect* 1123. ſtatim ſequenti ad textum *in dict. cap cum Canonicis de cenſibus* agit an ſolutio debeat fieri in antiqua moneta, ſeu in noua de quo ibi. Et quo tempore attendatur valor monetæ, idem agit *collect.* 1722. De pœnis falſificantis monetam; Riccius *p. 1. collect.* 172. Et an lex imponens capitalem pœnam, intelligatur de actuali, amputatione capitis, Gratianus *Regula* 293. De reſtitutione falſificantis monetam, applicabis Trullenq. *in opere morali lib. 7. cap. 11. dubio 1. & 2.* Ad quæſtionem applica Naldum *in Clem. Ioannes 22. de crimine falſi*, vbi de penſione conſtituta in tot aureos illarum partium. Tondens monetam alieni Principis, quâ pœna plectatur, Tondutus *lib. 2. cap.*20. vbi de aliis, & itidem omninò videndus *ibi à cap.1.* vbi agit de obligatione ſoluendi in diuerſis monetis, de quibus ipſe exprimit caſus diuerſos. Et ibi *cap. 10.* agit de eo, qui ſoluit, cum ſciret proximè publicandum Principis edictum ſuper mutatione monetarum plenam liberationem conſequatur, & de aliis *per cap.*20. Et ſi poſſeſſor maioratus, qui olim ex facultate Regia (ad mille ſimpliciter obtenta) eadem tamen in argentea, aureave pecunia mutuò recepit, & pro eadem ſpecie reddenda bona hypothecata ſubiecit, an nunc Creditor in curſu poſſit eandem monetæ ſpeciem nouo ſucceſſore impugnante conſequi; Salgaldus *in labyrintho Cred. p.2. cap.* 8. Et an diminutio monetæ, & onera intrinſeca, ſiue extrinſeca bonorum concurſus, ſalaria, gabella, & expenſæ ex illis deducendæ, cedant in damnum creditorum poſteriorum, vel potius etiam anteriorum prorata. Et quando adminiſtrationis periculo diminutio cedat, idem Salgaldus *p.3.c.*11. Et Thom. del Bene *de parlamentis & immunit. Eccleſiaſt. dubitatione 4. sect.* 22. dicit quod poteſt Princeps propter eminentes neceſſitates bellorum ſi vrgeat neceſſitas, cui illa pro bono publico aliter ſuccurrere non poſſit condere pecuniam de vili materia vt puta de ferro, vel corio, & præcipere quod illa per Regnum tanquam bona expendatur, quamuis neceſſitate tranſacta teneatur Princeps compenſare damnum, quod ex ea cauſa Vaſſallis obuenit, & reddit rationem; quia publica vtilitas, quæ in tali caſu viget præfertur priuatæ ſic cum Andrea in verſic. *vectigalia, n.*23. quæ ſunt Regalia, Regens de Ponte *de poteſt. pro Regiſtr. tit.4. n.36. & alij.*

AD TEXTVM IN CAPITE XIX.

Venientes, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. SVb littera huius Textus plura diuerſa continentur, de quibus hic commodè agi poterat: nam ex verbis ibi *cum enim & appellationibus interpoſitis ad Apoſtolicam ſedem teneamini humiliter, & deuotè, cum & leges etiam ſeculares non denegent aggrauatis beneficium appellationis, vos ſententias appellatione ſuſpenſas executioni mandatis* Agi poteſt primò de libera ad Papam, ſeu Principem appellatione, de quo videbis quæ dico *in cap. ſi duobus 7. de appellat. & in cap. vnico de Cleric. peregrin.* II. Secundò quo iure appellationis remedium pro aggrauatis ſit introductum, & an à Superiore tolli poſſit, adiunges quæ dico *infrà ad Rubr. eodem tit.* & dixi ſuprà *in cap. 2. q.29. de Iudiciis.*

III. Tertiò agi poteſt de remedio attentorum, de quo dico *in c.1. de appellat.* remiſſiuè, ſed ex propoſito ibi *in cap. bona 51.*

IV. Et ibi *firmant proprio Sacramento, quod ſuper mutuis & plagiariis ſecundum veſtræ patriæ conſuetudinem*, &c. Per hæc verba adiunges quæ ſuprà adduxi *in c. Clerici 8. de Iudic.* vbi egi de improbanda conſuetudine iniqua. Et quod dixi *in cap. quod Clerici 9. de foro comp.* & alibi. Item agi poteſt de natura iuramenti, de quo dixi *in c. debitores 6. & 2. c. 12.* §. 1. & alibi huius tituli, & *infrà* notetur pluribus in iuribus.

V. Et ibi *cum prædictum iuramentum excuſare non poſſit, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptum.* Quod iuramentũ, ſeu votum inferioris non præiudicent ſuperiori, adiunges quæ adduxi *ſuprà in c. quarelam* 10. & quæ dico de irritatione, ſeu diſpenſatione voti, *infrà in cap. magna de voto.*

VI. Et ibi *cum ergo*, iuncto verſic. *volumus, & mandamus, vt poſſeſſionem ipſam reſtituatis, &c.* applicabis adducta *in c.1. c.5. cum aliis ſuprà de reſt. ſpol.* aliqua *in c. litteras*, vbi de reſtitutione imperata per excommunicationem. VII. Iterùm præter adducta à Barboſ. hic, videbis ad quæſtiones quæ congerunt Couar. *in c. quamuis pact. de pact. lib.6. 1. p. c.1. §.3. à n.1. & 2. & pract. c.23. à n.1. verſ. prima*, Gratian. *reg.*48. & 414. de authoritate ſuperioris circa iuramenta, Balb *in c.25. hoc tit. à n.5. & in c.12. à n.18.* de appellationibus, & de effectu ſuſpenſiuo, & de volutiuo, ipſe *in c.1. eodẽ, & in c.40. à n.21.* de modis quibus tollitur iuramentũ, Trull. *in oper moral. lib.2. dub.*21. & quis poſſit diſpenſare, & cõmutare *dub.21. & 23.* latè Suarez. *lib.2. de iuram. c.38. c.40. & c.42.* Balb. *in c.3. de Iud. à n. 56.* ad bonam quæſtionem Sanch. *de matr. lib.7. diſp.1. à n.2. in fine* & Suar. *ſuprà c.34.* agit de tribus conditionibus iuramenti *ſi potuero, ſi licitè potuero, vel niſi aliud iuſſerit Superior.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XX.
Ad noſtram, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. MAteria huius Textus expendi poteſt ex dictis *ſuprà in cap. debitores hoc tit.* tam de Iuramento eius, qui dixit ſe vſuras à ſe ſolutas non repetiturum, quàm de obligatione eas ſic à creditore receptas, & à quo poſſit compelli, vt reſtituat, & aliqua quæ adduxi *in cap. verùm* 15. *& in cap.* 1 *hoc tit.* II. Hic etiam applicabis quæ dico *infrà in cap.* 5 *de emptione. & vendit. vbi plura de pacto retrouendendi.* III. Et an Iudex laïcus poſſit cognoſcere de cauſa vſurarum dixi *in cap. cum ſit generale de foro comp. & in cap. tuam de ordine cognitionum.* IV. An condonatione creditoris remittatur iuramentum, dixi *ſuprà in cap.* 1. *hoc tit.* V. Et an facta prorogatione duret obligatio iuramenti? Dico *in cap. penult. hoc tit.* de quibus occaſione Textus noſtri dixit Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. à num.* 59. *&* 69. VI. Et agi poteſt an ius conditionis implendæ, transeat ad hæredes, de quo Couarr. *pract. cap.* 39. applicabis dicta *in cap. veritatis hoc tit.*

VII. Priuans ſe facultate petendi pecuniam mutuatam pro tanto tempore an poſſit aliquid interim exigere? Videbis Dianam cum multis *parte* 5. *tractatu* 13. *miſcel.* 1. *reſ.* 50. & ad aliam *reſ.* 57.

VIII. Et per verba ibi *mandamus quatenùs ſub pœna excommunicationis publicè in Eccleſia proponi facias, vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerint veritatem, procedant ad Teſtimonium ferendum* Agunt Doctores hic de Monitoriis ad reuelanda peccata, ſeu alia occulta, quod idem eſt, ac agere de edictis, quibus mandatur cenſuris, & aliis pœnis, vt ſcientes ſecreta peccata reuelent, ad quod applicabis quæ adduxi de Iudiciis *in cap. nouit.* 13. *q.* 33. & in verſic. *ad vltimum num.* 6. *& q.* 35. 36. 38. 40. & ibi *à num.* 17. *q.* 41. & ibi *à num.* 5. *&* 12. IX. Et ad alias quæſtiones ſcilicet *edicta ſanctæ Inquiſitionis, quæ præcipiunt denuntianda delicta, an iuſtè ad alia delicta præter Hæreſim extendantur* ibi, *quæſt.* 31. *& quæſt.* 32. X. Et an *edicta, ſeu mandata, aut monitiones generales poſſint dici ſtatuta, & quanto tempore durent, vt quis ex eorum obligatione denuntiare teneatur* ibi *quæſt.* 39. XI. Et facit pro noſtro Textu quæſtio relata ſuprà *in cap. verùm* 15. *hoc tit. q.* 2. verſic. *ad primam vbi de eo qui iurauit non denuntiando Eccleſiæ.* Item poſſunt hic adiungi ea quæ dixi de ſeruando ſecreto. Et *an Teſtes iurati de veritate dicenda teneantur illud manifeſtare, in cap.* 28. *q fin. de Teſt. & ſuprà cap.* 16. Et quia nullibi in noſtro iure apta de hac Monitoriorum materia agi poteſt; Ideò accipies ſequentia.

QVÆSTIO I.

An Monitoria, ſeu edicta legitimè ſub cenſuris à Iudicibus Eccleſiaſticis expediantur ad finem reuelandi ſecreta: Sub qua forma concedantur: Et an qui per ignorantiam non denuntiauit intra terminum ad id poſtea teneatur? Et an qui audierunt edictum teneantur antequam id publicetur? Et qui ad denuntiandum teneantur, vel non?

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui agunt de Monitoriis, ſiue edictis ad finem reuelandi ſecreta.*

2 *Monitoria dantur in ſubſidium, deficiente alia probatione, num.* 3. *& ne euacuetur ſeculare forum, num.* 4.

3 *Reuelandi obligatio ex vi Monitoriorum, & edictorum, quos, & quomodo obliget.*

4 *Excommunicationis remedio non temere vtendum per Iudicem. Et de praxi Romanæ Curiæ in procedendo contra obligatos in forma Cameræ.*

5 *Monitoria ad reuelandum non conceduntur quando certæ ſunt perſonæ.*

6 *Monitoria ad finem reuelandi concedunt Pontifex & Epiſcopus. Quid de Vicario generali* cap. 1. n. 7. *de Auditoribus Rotæ, n.* 8. *quid de Prælatis Epiſcopo inferioribus, n.* 9. *& de regularibus n.* 10. *Et quid de Vicario Generali Epiſcopi, n.* 11. 12. 13. 14.

15 *Monitoria conceduntur illis, quibus intereſt, & non aliis* n. 18. 19. 21. *Aliter conceſſa reuocantur, n.* 17.

16 *Monitoria non conceduntur, inſtante Iudice Laico.*

20 *Monitoria ab excommunicato, quando impetrari queant.*

21 *Monitoria ſi denegentur, quis appellari ab intereſſe habentibus, n.* 23. 24

22 *Monitoria poſſunt lite pendente concedi.*

25 *Monitoria non conceduntur pro leuibus, & vulgaribus rebus, & pro qua ſumma concedantur in Curia Romana, n.* 26. 27. 28. *&* 29.

30 *Monitoria in Iudicialibus qualiter dari denegentur pro Articulis impertinentibus, & aliis num* 32. 33.

31 *Monitoria vt concedantur, quas cauſas legitimas requirant.*

32 *Monitoria non conceduntur contra habentem pro ſe rem Iudicatam, & contra habentes rem aliquam iuſtè, n.* 34.

34 *Monitoria ſi ſint infamatoria non conceduntur, num.* 35. 36.

37 *Monitoria ſub qua forma concedantur, num.* 38. *Non requiritur citatio partis, n.* 39. *ſub qua forma publicanda, num.* 40. *Et vide, numero* 50.

41 *Monitoria in certis ſolemnibus diebus non conceduntur, num* 42.

43 *Monitoria vt concedantur, qualis debeat eſſe concedentis intentio? Et quæ conſideret Iudex ea concedens, n.* 44 45. 46. 47. 48. 49.

50 *Teſtes virtute Monitoriorum declaraturi, ſub qua forma verborum faciant.*

52 *Monitoria non conceduntur, quoties quis ob indicia coram competenti Iudice quit procedere contra Reum. Et quid ſi petantur ab hærede, & opponatur de inuentario n.57.*

53 *Monitoria contra Teſtes, qualiter concedantur, n.54.55.56.58.*

59 *Monitoriorum vi, qui denuntiare teneantur, vel non, n. 60.61.62.63. 64. 65. & à num. 68. & 72.*

63 *Monitorij terminus, nunquid prorogari valeat num.64. 65.*

66 *Monitoria, ſeu edicta, nunquid obligent ea audientes antequam publicentur n.67.*

68 *Denuntiare tenentur vi monitorij quacumque perſonæ cuiuſque dignitatis, etiamſi contrarium iuraſſent, n.69.*

70 *Denuntiare nolentes vi monitorij puniuntur.*

71 *Denuntiare obligati, qualiter teneantur interrogati proferre veritatem.*

72 *Denuntiare non tenentur omnes, qui afferendo teſtimonia, excuſantur; fallit, n.73.& 74.*

75 *Denuntiare nemo tenetur, niſi quos pars, vel Iudex intendit. Quid ſi timeat damnum, n.76. Quid ante correctionem n.77.78.79.*

80 *Hæreticus occultus vi monitorij non tenetur ſe prodere. Quid de Confeſſario ſolicitante, n.81. Homicida, fure, n.82.*

83 *Scripturas reuelare vi monitorij quando quis teneatur, vel non.*

84 *Denuntiare nemo tenetur iuſtum compenſatorem. num.87. quid ſi dubitet de iuſtitia compenſationis, num 88.*

87 *Denuntiare non tenetur qui ſcit, quod probare nequit.*

88 *Monitoria Curia Archiepiſcopalis, vt tollat ſcrupulos, non decernit aduerſus principales non reuelantes, tantùm contra reſtituentes.*

89 *Reſtitutio vi monitoriorum præcepta non obligat impotentem, nec compenſationem opponentem, num.90.*

91 *Abſolutio à monitorialibus, à quo concedatur num.92. & 93.*

94 *Monitoria, vt concedantur, quæ requiſita in praxi inueniantur, num. 95. 96. 97. 98. & num.99.*

1 VT plenè hanc materiam, ſeu edictorum materiam intelligas, notabis præter iam annotata nonnulla quæ adduxi *in dicto cap. nouit de Iudic. ſub q.38. n.18.19. & 22. & q. 39. n.1.& 6.* vbi aliqua generalia adduxi, & alibi, item & quæ pleniſſimè ſcribunt Lazarus *in ſuo tractatu de Monitoriis*, Guttierrez, *Canonicarum lib.1.c.11.* Franciſcus Leo *in theſaurofori Eccleſiaſt. p. 3. c.7. à num.13.* latè Barboſa *in paſtorali p. 3. alleg. 96.* vbi quamplures refert, *n. 85.* quibus addo quos adduxi *in dicto cap. nouit, dicta quæſt. 38. num. 19.* Riccium *collect.102. & 195.* ad Textum noſtrum vbi præmittit in hoc Textu, nec alibi ſedere materiam Monitorij ad finem reuelandi & *collect.1422.* Bonacina *variar. tract. diſp. 6. de onere & obligatione denuntiandi,* Theophilus Raynaud. *in tractatu de Monitoriis Eccleſiaſt.* Ioannes Machado *en el perfecto Confeſor, y cura de almas lib.1. p. 3. tractatu 7. documento 2.* Marcilla, Barboſa, & Farinacius *in Trid. cap. 3. de reformat. ſeſſ. 25.* qui omnes alios infinitos referunt, aliquid ex aliis notat Barboſa *hic num. 4.* & plura ſcribit Scobar del Corro *de ſolicit. conf. parte 2. quæſtione 2. §. 3.*

Quibus ſuppoſitis iterùm vt notaui *in dicto* 2
cap. nouit de Indic. q.38. aduertes huiuſmodi edicta Monitoria, ſolùm in ſubſidium dari; id eſt deficiente alia probatione, & quando veritas alio modo haberi non poteſt, vt ſentit Trident. *d. cap. 3.* Nauarrus *in cap. inter verba 11. q. 3. corol..66.* Marc. Antonius *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. fin. cauſa 75.* verſic. *tum quia excommunicatio,* Marcus Antonius Genuens *in pract. Archiepiſcop. Neapol. cap. 1. num. 14.* in impreſſione Romæ 1613. Lazarius *vbi ſuprà ſect. 1. quæſtione 15. num. 3.* D. Scobar del Corro *de conf. ſolicit. p. 2. q.2. §.3. num. 94.*

Itaque cum huiuſmodi Monitoria ſint reme- 3
dium ſubſidiarium, & concedi non ſolitum, niſi cum probationes aliæ haberi non poſſunt reuelandi obligatio extenditur ad omnes quiqui ſint quomodocumque, & qualitercumque ſciuerint quare etſi plures huius regulæ exceptiones referant citati, tamen monet Barboſa *dicta alleg. 96. n.84.* ne qui ita illis ex ſe fidat, vt ſtatim ex his ſecum iudicet: Nam ſi indiſtinctè, & incautè hoc faciat fruſtratoria remanerent monitoria, quod in præiudicium, non ſolùm ea petentium vel etiam animarum eorum, qui aliquid ſciunt vergere poteſt, & ob id optimè facturos, qui aliqua ex exceptionibus *infrà* referendis vti poſſe conſueuerint; ſi peritum, & idoneum Confeſſarium conſulant, qui rei veritate perpenſa poſſet ei dicere reuelare ne? An non teneatur.

Et taliter hæ litteræ monitoriales in ſubſi- 4
dium, id eſt deficiente alia probatione debent dari, ne etiam hoc modo euacuetur ſeculare forum, vt dicit Sayrus *deciſ.4. de cenſibus*, vt Baldus *in deciſ. 16.* vt inde doceat Baldus quod cum excommunicatio debeat eſſe vltimum remedium quandiu habetur remedium ordinarium, non debeamus vti extraordinario, & ob id inualuit clauſula, vt in præceptis coram Iudicibus Eccleſiaſticis inſeratur clauſula excommunicationis in ſubſidium, quam ob rem ſcribitur à Farinacio *in collect. deciſ. 90.* quod illuſtriſſimorum Cardinalium cógregatio declarauit, vt ſi vnus ex duobus obligatus inſolidum in forma Cameræ Apoſtolicæ carceratus eſſet, qui deinde comperiretur non ſoluendo in ſubſidium contra alium procedi poteſt; ſimulque properando ad relaxationem cenſurarum, quibus eſſet innodatus impotens, refert Riccius *dicta collect. 1422. in fine*, non enim temerè, nec ex leuibus cauſis vtendum eſt excommunicationibus, & cenſuris, ne de facili contemnantur, nec Iudices poterunt ſententiam excommunicationis ſine maturitate proferre alias vltra condemnationem ad damna, & expenſas, & ſuſpenſionem ſunt grauiter puniendi, & pœna docente diſcant quam graue ſit ſententias excommuuicationum ſine maturitate proferre, vt notabiliter dicit Textus *in capite 1. in fine de ſententia excommunicationis lib. 6.* Laurent. de Franchis *de corrobor. inter Epiſcopos & Regulares quæſtione 10. pagina 323.* Barboſa ita docens *in paſtorali dicta allegatione 96.* vbi adducit prædictum Trident. decretum *in dicto cap. 3.*

His ſic breuiter præhabitis, eo quod Monito- 5
ria quæ fiunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, ſeu ſubſtractis minimè ſint concedenda quando certæ ſunt perſonæ, vt tradunt Marta *de Iuriſdict. parte 3. cap.5. num.3.* Barb. *dict. allegat.*

gat. 96. num. 25. idem, *in dicto Trid. decreto*, cum aliis ab eo relatis, *num. 2.* id eo vt ad primum difficultatis punctum reſpondeam, & ad alia de materia, videbis ſequentia, & cum multis aliis, *allegat. 96 n. 25.*

6 Primò quod Iudex legitimus pro his monitoriis, ſeu excommunicationibus, eſt Pontifex ſummus, & Epiſcopus; non autem Epiſcopo inferiores per verba Textus *in dict. cap. 3. Trid.* ibi: *à nemine prorſus præter quam ab Epiſcopo decernantur*. ſic decreuit Pius V. in quadam Bulla, cuius tenorem refert Barboſa *dicta allegat. 96. num. 3. & in dicto Trid.* vbi *num. 3. & in dicta allegat. num. 4.* ait quod ſi Epiſcopus huiuſmodi monitiones excommunicationum, quæ fiunt ad reuelationis deneget, licitum ſit parti appellare; quamuis reſideat in eius arbitrio eas concedere; imo & ipſe & Antonius Marinus *lib. 1. reſolut. vltima caſu 36.* docent monitoriales litteras poſſe ab Epiſcopo concedi, etiam lite pendente abſque vitio attentatorum, niſi ſit inhibitus.

7 Et hoc venit dicendum quod Vicarius generalis electus à Capitulo pro ſede vacante, poteſt eadem monitoria concedere; quia ad Capitulum tranſeunt omnia quæ ſunt Iuriſdictionis neceſſariæ, vt excommunicationis promulgandæ facultas; item legatus etiam à latere, & Nuncius Apoſtolicus, vt notat cum Lazario, Gutierrez, & aliis Barboſa *dicta allegat. num. 10. & 11.* refert iam in nouiſſima impreſſione D. Ioannem de Scobar *dict. §. 3. num. 58. & 60.* qui refert hæc tenentem Martinum de Bonacina *de cenſuris in particulari, diſput. 2. quæſt. 1. puncto vnico*, & concludit, *num. 61.* nullam fieri debere differentiam inter minotoria à prædictis conceſſa, & inter conceſſa à ſummo Pontifice; quia omnia ab vnica clauium poteſtate oriuntur, vt docet Marta *d. 3. p. c. 4. n. 36.*

8 Et licet olim Rota haberet facultatem expediendi monitoria generalia cum pœna excommunicationis; quia Auditores ſunt ordinarij in cauſis ſibi commiſſis; & ideo illa concedere poterant, vt *in cap. conſtitutus de teſtibus*; tamen poſt Concilium Trid. *in dict. cap. 3. ſeſſ. 25. de reformat.* non videtur eis competere talis facultas; quia ibi cautum eſt, vt huiuſmodi monitoria à ſolis Epiſcopis decernantur: ita ex Rota in vna Corduben. redecimarum coram Pegna colligit Theodoſius de Rubeis *in ſing. Rota*, verb. *monitorium, p. 2. pag. 7. §. 1.* Barboſa *d. cap. 3. poſt, num. 10.*

9 Item nec Prælati ordinarij etiam exempli Epiſcopo inferiores, & immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubiecti, ac nullius diœceſis, poſſunt hæc monitoria dare, ſed oportet, & eorum ſubditi adeant ipſam ſedem Apoſtolicam pro his excommunicationibus in forma, *ſignificauit*, obtinendis: ſic cum multis Barboſa *in dicto cap. 3. num. 9. & dict. allegat. 96. num. 12.* cum Garcia, Machado, Sancio, Campan, & aliis, quibus addo Scobar *dict. §. 3. num. 63.* qui *num. 59.* ait Abbates, & alios, qui poteſtatem habent, quaſi Epiſcopalem, monitoria concedere poſſe, vt ex Suarez, Alterio, & Filiucio docet Bonacina *dicta diſp. 2. quæſt. 1. puncto vnico, num. 4.* contra Henriquez, & Sayrum per eum allega-
10 tos. † Nec etiam Prælati regulares conuentuales in ſubditos ſuos, nequeunt dirigere huiuſmodi monitoria: ita Emanuel Rodriguez *in q. regul. tom. 2. quæſt. 59. art. 4.* cum aliis Barboſa *in paſtorali, dicta allegat. 96. num. 13. & in dict. c. 3. Trid. num. 10.* & D. Ioannes de Scobar *dict. p. 1. quæſt. 2. §. 3. num. 64.* qui etiam dicunt Vicarium foraneum huiuſmodi monitoria decernere non poſſe, poſſe tamen ei delegari ab Epiſcopo ſpecialiter, & expreſsè, & nonniſi circunſpectis viris.

11 De Vicario autem Generali Epiſcopi maius dubium eſt; ſi quidem alij docent poſſe Vicarium Epiſcopi ex generali commiſſione huiuſmodi excommunicationem, ſeu monitoriales litteras decernere. Suarez *de cenſur. tom. 5. diſput. 20. ſect. 1. num. 2.* Sayrus *de cenſuris, lib. 1. cap. 9. num. 33.* verſic. *primum eſt*, Stephanus Gratianus *deciſ. 97. Marchia ex num. 14.* Lazarius *de monitoriis, ſect. 1. quæſt. 6. ex num. 1.* Nicolaus Garcia, *de beneficiis, p. 5. cap. 8. num. 94. 97. & 98.* Narbona *in l. 59. Recopilat. Gloſſa 1. num. 56. tit. 4. lib. 2.* Ioan. Machado *en el perfecto confeſſor, lib. 1. p. 3. tract. 7. docum. 2. num. 1. in fine*, Sanchez *de matrimonio, lib. 3. diſput. 29. quæſt. 2. num. 16.* alios adducit Scobar *vbi ſuprà dict. §. 3. num. 55.* & eam tenent multi relati à Barboſa *dicta allegat. 86. à num. 6.* vbi *num. 7.* ex Garcia refert duas declarationes ad Tridentini decretum. Primam ſcilicet ſacram congregationem Cardinaliam ita decreuiſſe ibi: *Vicarius Generalis poteſt decernere litteras monitoriales*, de
quibus, *in dict. cap. 3.* † Secundam Vicarius 12
Generalis Epiſcopi poteſt has excommunicationes decernere, adhibita cauſæ cognitione, nec indiget ſpeciali mandato Epiſcopi: hanc etiam tenet Sanctius *in ſelectis, diſput. 50. num. 23.* vbi aduertit non ideo dixiſſe concilium à ſolis Epiſcopis decerni poſſe huiuſmodi excommunicationes; quia intendat excludere Epiſcoporum Vicarios, ſeu vt omnes alios repellat Prælatos Epiſcopo inferiores, etiam nullius diœceſis, qui huiuſmodi excommunicationes, etiam ante concilium ferre conſueuerant.

Verùm contrariam ſententiam alij commu- 13
niter docent per verba relata, *dicti cap. 3. Trid.* & videtur confirmari ex ante adductis de Vicario foraneo, & aliis, quibus negatur prædicta monitoria proferre: etenim Concilium taxatiuè de ſolo Epiſcopo loquitur; & ſic ſacra congregatio hæc verba cenſuit, *Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Epiſcopo poteſt ſine præuia cognitione facta ab ipſomet Epiſcopo excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipſe Vicarius cauſæ cognitio-*
nem adhibeat. † Et quia alij dubitabant ex illis 14
verbis concilij: *à nemine prorſus, præter quam ab Epiſcopo*, cum taxatiua alios excludat, eadem congregatio iterum ſub die 25. Februarij 1583. hanc firmauit reſolutionem, & iterum *in dicto cap. 3.* declaratio ait: *præterquam ab Epiſcopo, vel Vicario ex ſpeciali mandato, & non alias*, & ita tenent Narbona *de appellatione*, à Vicario Epiſcopi, qui eſt frater alterius iam adducti Narbonæ *p. 1. num. 205.* Marcellus Vulpeius *in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici, cap. 2. num. 4.* Sayrus *in Claui Regia, lib. 9. cap. 15. num. 21.* Theophilus Raynaud. *dicta p. 1. cap. 1. quæſito 10.* verſic. *hac cum rata*, Vgolinus *de cenſuris dicto c. 45. in princip.* verſic. *ſecundo* Campanillus *in diuerſor. iuris, Rub. 11. cap. 15. num. 107.* Barboſa *in dicto cap. 3.* Tridentini, & vberius *in dicta allegat. 96. dicto num. 6. & 8.* quem videbis, & Scobar

bar *dict. p. 2. quaſt. 2. §. 3. num* 54.vbi ait poſſe hæc monitoria indulgere omnes illos,quibus ab Epiſcopo ea facultas expreſſe fuerit conceſſa,aliter nullo modo.

15 Secundo dicendum eſt monitoria tantùm concedenda eſſe illi,cuius intereſt,non aliis ex dicto Tridentini decreto *in c.*3.& ex iam relata conſtitutione Pij V.quam ad litteram refert Barboſa *d. allegat.*96.*num.*3. vbi ordinauit quod mandata in forma *ſignificauit*, pro rerum ſubtractarum, aut deperditarum reſtitutione, ſeu reuelatione expediantur ad eorum, dumtaxat inſtantiam,quorum ciuiliter intereſt,docent Lazar. *de monitor. ſect.* 1. *quaſt.*9.*num.*3.*& ſect.*4 *quaſt.*1.*num.*21.*cum ſequent.* Marcus Anton.Genuenſ.*in pract. Archiep. Neapol. cap.*1.*num.* 4. multis adductis Barboſa *dicta allegat.*96.*num.*24.& in Trid.*num.*17.Scobar *dict.* §.3. *a num.*65.vbi refert alios ſpeciales caſus, in quibus in prædicto caſu concedi poſſunt, nempe ei, qui mandatum habet ab habenti intereſſe, alias ſecus ex Genuenſi *n.* 12. Riccio in praxi *reſ.*236.

16 † Item poſſe monitorium indulgeri inſtante iudice Laico ex dict.Trid.*c.*3.Nauarrus *conſ.*3. *n.*4. *de ſent.excommunicat.*Vgolinus *dict.cap.*45.§.1 *prope finem*,vbi ait,§.1 *in fine*,poſſe iudicem Eccleſiaſticum,etiam ea monitoria indulgere inſtante neceſſitate contra res Eccleſiæ occupantes, vel eos non reuelantes; eo quod adeſt intereſſe Eccleſiæ, & publica vtilitas,quæ petitoris vicem gerit, *extrauag.vnica Ioannis* 22.*de furtis*,Barboſa *n.*23.

17 Verùm ſi monitoria concederentur abſque intereſſe partis petentis, & abſque eius mandato, veniunt reuocanda,vt docent Franciſcus Leo *c.*6. *num.*28.Lazarius *ſect.*1.*quaſt.*9.Riccius *d.reſ.*236. *num.*4.Barboſa *in paſt.dicta allegat.* 96. *num.* 14. *& in dict. Trid. cap.*3. *num.* 18. Riccius *dicto reſ.*236.

18 *num.*4. † Vbi etiam aſſerit poſſe concedi huiuſmodi monitoria pro habendis teſtibus, & notitia bonorum, quamuis intereſſe non ſit clarum, ſed ſperatur in euentu litis, quæ vertitur coram Iudice Laico, & timor eſt,ne bona dilapidentur.

19 † Et addunt Scobar *dicta* 2.*p quaſt.*2.§.3.*num.*70. Marc.Anton.Genuenſ.*dicto cap.*1.*num.*13.Barboſa *dicta allegat.*96.*num.*19. cum multis minatoria hæc inſtante parte, & officio Iudicis implorante concedi,vt ſentit prædictum,*cap* 3.Trid.& dummodo non ſit publicus peccator qui inſtat,vt per Gloſſam,Abbatem,& alios,*in cap nouit de iudiciis*

20 & Genuenſ.*dicto cap.*1.*n* 9. † Video tamen quod Capella Tholoſana *in dec.*189. quam refert Riccius *col.*102.ad Textum noſtrum, & ad dictum, *c.*3.Trid.ait poſſe impetrari ab excommunicato pro rebus ſibi ablatis,quod poteſt intelligi,ſi adhuc denunciatus non ſit Iuxta ea,quæ dixi, *in c. intelloximus de iudiciis.*

21 Et taliter monitoria ſunt concedenda habenti intereſſe, quod poſſit à denegatione appellare ad Metropolitanum; tum quia grauatus dicitur, cui appellatio conceditur; tum quia & ſi arbitrio Epiſcopi hoc relinquatur à Concilio *dict. cap.* 3. non ideo tollitur appellatio ſecundum Gloſſam *in cap. ſuper his de accuſation. & in cap. Romana,* §.*quod ſi obijciantur*,verbo *minus legitima de appellation.lib.*6. Quaranta verbo *Archiepiſcopi anthoritas*,multis adductis Barboſa *dicta allegat.*96.*n* 4. *&* 5.quia commiſſis arbitrio Iudicis, ſi partem

22 lædit appellari poteſt. † Et addit cum eodem, Quaranta *ſub,num.*18. verſic.*item ſi Papa*, Marco Antonio Genuenſ. *reſ. fin. caſu* 36. Scobar *dicto,* §.3. *num.* 62. poſſe etiam lite pendente concedi, abſque vitio attentatorum litteras monitoriales;

iterum Barboſa *num.*20. † Vbi ex præfatis dicit 23
quod ſi Epiſcopus à parte requiſitus,vt decernat illa monitoria ſine cauſa deneget illa, poteſt appellari.† Et Genuenſ.*dict.num.*3 *cap.*1.tenet poſ- 24
ſe etiam appellari,ſi detur breuis terminus ad reuelandum,& inſtante Iudice Laico, monitorium hoc concedi poſſe, modo id imploret à Iudice Eccleſiaſtico,tenent Nauar.*conſ.*4.*de ſent. excommunic.*quem refert Vgolinus *d.*§.1.*prope finem*,qui ex prædicto Trident. *cap.* 3. iubere laicum id non poſſe.

Tertio quia dixi ſupra de omnibus rebus non 25
vulgaribus, bec contemnendis, poſſe hæc monitoria concedi,vt patet ex dict. Trid. *c.*3. ibi *ex re non vulgari*,vbi Barboſa *num.*16. & ex præfata Pij V.conſtitutione,quam refert,*dicta allegat* 96. *num.* 3. ibi: *quod præcipuè attendendum eſt minimè vulgares res exiſtere*; ideo Quaranta verbo *excommunicatio ad finem reuel*, verſic. *pro tutiori*, & verſiculo *quæ clauſula*, & cum eo Barboſa *dicta allegat.*96.*num.*40. Scobar *dict. quaſt* 2. §.3. *num.*118. ſummopere commendant Epiſcopis,vt præ oculis habeant verba Trid.*in dicto cap.*3.ibi,*ex re non vulgari,cauſaque diligẽti,ac magna maturitate examinata pro re,loco, perſona aut tempore, & alia ſecundùm iuris diſpoſitionem recollecta*; & ſic tutius facere ſi prius cum Iuramento interroget principalẽ de rei valore eius intereſſe,& vt competat actio,an habeat teſtes,certas ſcripturas, vel alias probationes, & ſic de cæteris, quibus meminit Maranta, de quo *infra* dico, agens de forma, qua conceduntur monitoria hæc: & hanc praxim laudat Gutierrez *canon. dict. c.* 11. *ſub,n.*50.

Vnde euenit vt Curia Roma non concedat 26
monitoria, niſi pro rebus, quæ excedant ſaltim quinquaginta aureos,vt teſtantur,Marta,Riccius Marcus Antonius Genuenſis *dicto cap.* 1. *num.*3. & obſeruat Bonacina *de reſtit.diſp.*2.*quaſt.*8. *puncto* 1.*&* 2.Barboſa *in paſtor.num.*30.*dict. alleg* 96. vbi ex Genuenſi refert etiam in Curia Neapolit. monitoria non cencedi pro minori ſumma,quam quinquaginta ducatorum,& conſiderata paupertate petentis,aliquãdo decerni in minori,in ſumma viginti,vel triginta Ducatorum pro Epiſcopi arbitrio;& ſic addit Riccius *collect.* 1422. verſic. *ſecundo*,cum Franciſco Marco *deciſ.*803 *p.*2. *& in ſua deciſ Neap.*90.pro re,quæ valoris eſt quinque Carolenorum, non conceduntur litteræ monnitoriales.† Inter nos verò qualis dicatur res non 27
vulgaris, cuius ratione monitorum concedi valeat,relinquitur arbitrio Iudicum; quia determinatum non eſt,& ſic videtur relictum prudentis Iudicio,*l.*1.*ff. de iure deliber. cap. de cauſis de officio delegati*, Nauarrus *in manuali,cap.*17, *num.*3. verſic.*quarto dicimus*, Scobar *dict.* §.3. *num.*96. quia reſpectu vnius perſonæ, vel Regionis, magna erit quantitas, quæ parua reſpectu alterius iudicaretur.

Et ſic reſpectu pauperis, cuius minima poteſt 28
maioris æſtimationis iudicari, quam magna res dictis: nam in huiuſmodi æſtimatione qualitas perſonæ attendenda eſt,*l.ſed & ſi ſuſcepit.*§ 2.§. 1. iuncta Gloſſ.verb *modica*,de iudiciis Gregor.Lopez *in l fin.Gloſſa* 17.*in fine,tit.fin.p.*6.Matta 3.*p.de iuriſdict.cap.*4.*num.*27.Gutierrez *canonic.dict.c.*11. *à num.*63. † Item ſi in minima re interueniat 29
talis contumacia, quæ conſtituat graue peccatum, in nimio tantò grauius, quantò minor eſt res,

res,tunc & monitoria concedi poſſe tradit Scobar *dicta p.2.q.2.§.3.num.*101. Velaſcus *de priuileg. pauperum, quaſt.* 65. *num.* 163. Marta *dicto cap.*4. *num.* 24. & Præpoſitus ex Gloſſa Textus *in cap. duo ſunt, dict.*46.

30 Itaque dum deficit cauſa iuſta concedendi monitorium, debet monitorium denegari, vt *infra*, dico; obidque ſi petatur ad probandum articulum litis impertinentem; quia tunc pro pauca re æſtimari debet, denegandum eſt, niſi ſaltim ſufficere valeat ad eruendam præſumptionem circa rem, quæ pluris æſtimatur, Marta *dicta* 3.*p.c.*6. *à n.*5. qui ait, *à n.*11. quod quamuis res queat excedere legitimã quantitatẽ, non debeãt Iudices monitoria concedere ſi petita fuerint circa minoris æſtimationis rẽ; quia vltra petita, ſicut iudicari nõ poteſt, ſic nec monitoria concedi; ſecus in cauſis, vbi poteſt iudex vltra petita iudicare; non enim pro libito ea ſunt cõcedẽda; aliàs ſi ſuper re minoris æſtimationis detur, aut ſaltim vbi nullũ, aut paruum vertitur intereſſe, ſunt reuocanda, vt tradunt Lazarius *de monitoriis, ſect.*1, *quaſt* 9. *num.*3. Barboſa *in Trid. num.*18. Riccius, & Franciſcus Leo, quos ſequitur Scobar *dict.* §.3.*quaſt.*2.*part.*2.

31 *num.*98.*&* 104. † Et quæ dicantur cauſæ legitimæ ad hæc monitoria concedenda, leges Martam *de iuriſdict. dicto cap.*4. *ex num.*15. vbi dicit quod debet conſiderari res; ideſt quantitas, vt iam dixi, perſona an ſuſpecta, diues ſiue pauper, locus, vt ſi res depoſita in ædem ſacram ſurrepta fuerit, aut ipſius Eccleſiæ, tempus an ſcilicet ſufficiens præceſſerit ad præſcriptionem, an peccatum ſit iam commiſſum, aut non, quæ bene expendit, D. Ioannes de Scobar cum multis, *dicto* §. 3. *dict. quaſt.* 2. *p.* 2. *à numero* 105. vbi videbis.

32 Vnde vtiliter infero huiuſmodi monitoria non eſſe concedenda contra habentem pro ſe rem iudicatam, & ſi fuerint conceſſa, eſſe reuocanda; quia qui rem detinet ratione rei iudicatæ, vel Iuriſiurandi litis deciſiui, vel tranſactionis aut pacti iurati, cum parte eo monitorio nõ obligatur: ſic docent Lazarius *ſect.*4 *q.*1. *art.*12. Vgolin. *d.c.*45. *de cenſ.*§.4. verſic. *tertio*, vbi etiam cum Papa aſſerit edicta generalia, in quibus mandatur vt reſtituant detinentes bona aliena, & vt reuelent qui ſciunt ea detinere, intelligenda eſſe de his, qui indebite ea detinent, & de his qui ſciunt ea indebite tenere, vt furto, non autem de eo, qui

33 iuſtè detinet. † Et ſic qui eam detinet iuſtè quia eam vſu cepit tanquam iuſtè detinens, ſe patefacere non debet, vt docent Barboſa *dicta alleg.*96. *num.*31. Lazarius *d.q.*1.*à n.*15. Nauarrus *conſ.*35. *n.*8.*de ſent excommunic.* verſic. *octauo*: iterum videbis latiſſimè eundem Barboſam *d.alleg.*96. *n.*44. *&* 45. cum aliis, ſequentibus, vbi agit de caſibus, in quibus ipſe, contra quem dirigitur monitorium, non teneatur ſe prodere, & de aliis perſonis quæ vel tenentur, aut non reuelare: plura congerit omnino videnda idem Scobar cum multis, ab eo relatis, *dict.* §.2.*quaſt.*2.*part.*2. *à num.*73. vbi agit de his, aduersùs quos monitoria dirigi poſſunt, vt declarent.

34 Ob id que breuiter dico huiuſmodi monitoria non concedi, ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ; quia & ſi pluris æſtimetur cauſa, quam pecunia magna, tamen arma Eccleſiæ non debent deſeruire ad aliquem infamandum, præſertim cum ipſe rarò ſe prodere teneatur, nec peccatum non faciendo committat, Barboſa *d. alleg.*96.*n.*33. vbi plures refert Lazarius *de monit. q.*10.*n.*70. Gutierrez *d.q.*11.*n.*70 Marta *dicto lib.*3. *cap.*5.*n.*9. Scobar *d.*§.3.*q* 2.*n.*103. † Et ſic docent 35
Aloyſius Riccius *in praxi, dec.*278. in 1. editione, *&* *dec.*240. in 2. editione, Noguerol. *r.*1. *allegat.*23. *n.*74. *in fine*, Scobar *d.*§.3. *n.*12. huiuſmodi monitoria in criminalibus non concedi; quia infamiæ notam afferunt; tum etiam ad euitandam irregularitatem. † Quapropter vt referunt adducti à 36
Barboſa *d.alleg.*96.*n.*32. ex ſtylo Curiæ Romanæ, & ex generali Diœceſanorum vſu in ipſis monitoriis, ponitur ſequens clauſula: *Nolumus autem quod ex reuelatione huiuſmodi, ſi eam fieri contingat niſi pro ciuili intereſſe, & ciuiliter tantùm agi poſſit, alias reuelatio; ipſa nec in iudicio, nec extra fidem, faciat*, ſed ſpectatâ rei natura illicitum non eſt, vt etiam in præfatis cauſis, monitoria decerni poſſent: ſic docet Theoph. Raynaud. *de monit. Eccleſia p.*1.*c.*1.*q.*6.

Ad ſecundam quæſtionis partem ſub qua forma concedantur hæc monitoria? non difficulter 37
intelliges ex iam adductis; enim verò aduertes primo quod nominatim contra teſtes non ſunt concedenda ratione formæ, niſi præuia diligentia de exequendo realiter, vel perſonaliter; quãuis ſine canonica monitione non procedatur ad excommunicationẽ, Franciſc. Marc. *dec.*853 *&* *deciſ.*851. *p.*2. *per textu in c. conſtitutionem de ſent. excommunic. lib.*6. Riccius *col.*1412 ſuper Trid. *ſeſſ.*25.*d.c.*3. † Et 38
ſic Baptiſta Coſta *de facti ſcient. & ignorant. cent.*2. *diſt.*55.*n.*7.*t.*1. Lazarius *de monitor. d.ſect.*1. *q.*10. *n.*7. & cum aliis Scobar *dict.* §.3.*q.*2.*n.*116. docent quod nominari non debet perſona, aduersùs quẽ conceduntur. † Ex his ſequitur quod in prædicta 39
conceſſione nõ requiritur partis citatio ita Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep Neapol. c.*1.*n.*11. Aug. Barboſa *dict. allegat.*96.*n.*37. Scobar *dict.*§.3. *num.*119.

Vbi *n.*120 cũ Quaranta, & Cãpanillo, ait monitoria publicanda eſſe ea forma, qua fuerunt conceſſa de verbo ad verbũ, non alterando ſenſũ ſermonẽ, nec verba, quamuis pro idiotis poſſint vulgari lingua publicari, niſi conceſſa fuerint cum clauſula *arbitrio tuo.* 40

Sequitur ſecundo quod licet huiuſmodi monitoria diebus feſtis concedi; & publicari poſſint, 41
tamen proferri non debent in certis ſolẽniorībus & inſignioribus diebus, vt pote Natiuitatis Domini, Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & ſanctiſſimi corporis Chriſti; quia docet Lazarius his diebus, nec monitiones fieri, nec excõmunicationẽ promulgari debere, *d ſect.*1.*q.*19. *n* 4. Theoph. Raynaud. *de monit. Eccl. ad extorquendã reſtit. aut reuelationem, p.*1.*c.*1.*quaſit.*1; *ante finẽ*, Barboſa *d.alleg* 96.*n.*2 Mart. *de iuriſdict.* 3.*p.c.*4.*n.*34. Scobar *d.* §.3.*n.*129. † Et ita tenendũ, quãuis Sayrus *de cenſ.* 42
lib 1.*c.*14.*n.*10. exiſtimet excõmunicationẽ, quin, & monitionem illis diebus fieri poſſe, vbi cauſæ cognitio non eſt neceſſaria, refert Marcus Anton. *variar. caſu* 37. verſ. *& dum*, iterum ipſe Barboſa *num.*43.

Tertio ſequitur dicendum quod vt hæc monitoria concedantur, debet intentio concedentis 43
eſſe recta, & quod non reſpiciat rem temporalem, tanquam finem; quia & ſi cenſura ferri poſſit pro temporali: tamen non debet eſſe eius finis, ſed proximi bonum ſpirituali; cum enim Eccleſiaſtica poteſtas, à qua omnis cenſura oritur, directè ſpiritualia reſpiciat; ita & cenſura finem, ſpiritualem egredi non debet, ſed reſpicere in

Ee 4 primis

primis ſalutem delinquentis, iuxta ea, quæ tradunt Bonacina *de cenſur. in particulari diſp.* 2. *q.* 1. *puncto vnico, num.* 1. verſic. dixi modo, Suarez *de cenſ. diſputat.* 20. *ſect.* 1. *à num.* 7. Filiuc. *tractatu* 16. *cap.* 1. *quæſt.* 6. D. Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 1. *quæſt.* 3.

44 Quare debet iudex ſequentia conſiderare. Primo quod inſtanti parti, & imploranti officium iudicis, concedatur monitorium, non alias, vt colligi poteſt ex *dict. cap.* 3. *Trid.* & docent relati, & ſequuti ab Vgolino *de poteſtate Epiſcopi, cap.* 45. §. 1. *in princip.* Mandos *tract. de monitoriis,*
45 *quæſt.* 47. *à num.* 4. † Secundo quod res, ſeu cauſa propter quam promulgatur monitorium, & valor eius exprimatur, niſi agatur de piis locis, vel de vniuerſitate bonorum, vt eſt hæreditas, & Ius vniuerſale ex pluribus rebus conſtans & tunc fieri debet certa deſignatio rerum ſaltim in genere, quæ non ſit vaga, incerta, nec inueriſimilis, Marcus Antonius Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 1. *num.* 13. Marcus Antonius *variar. reſol. fin. caſu* 37. verſic. *ad quod facit*, Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. c.* 17. §. 4. *littera, F,* & tradit bene Barboſa *dicta alleg.* 96. *num.* 26. *&* 27.
46 † Tertio quod interroget partem cum Iuramento de cauſa rei valore, eius intereſſe, an teſtes habeat, ſeu ſcripturas, aliaſve certas probationes,
47 quibus ſe tueri valeat, vt iam, *ſupra*, dixi. † Quarto quod aduerſarius non ſit certus, aliàs via ordinaria deberet experiri, vt dixi, & probat Rauden *deciſ.* 60. vbi inſuper concludit eſſe perſiſtendum in dictis monitorialibus, non obſtante certitudine poſt modum ſuperueniente: ſequitur Riccius *dicta collect.* 1422. in verſic. *quartum*, vbi ait Sayro *deciſ.* 3. *de cenſuris*, *& deciſ.* 3. *de Clerico excommunic. miniſt.* quod monitoria debent continere clauſulam Iuſtificatiuam, aliàs inualida eſſe.

48 Quinto conſideret vt ſemel conceſſo monitorio circa rem, aut litem per ſummum Pontificem, aut per Epiſcopum, non ſit aliud concedendum per alterum iudicem circa eandem rem; docent Marta *de Iuriſdict. dict.* 3. *p. cap.* 4. *ſub num* 57. Rota *deciſ.* 383. *num.* 10 *p.* 1. *diuerſ.* Scobar
49 *dicto*, §. 3. *num.* 121. † Sextò conſiderabit hæc monitoria poſſe concedi, tam ante cœptam litem, quã eâ pendente, dum probationum terminus non elabitur, & poſſe procedi in eadem cauſa, quoties & teſtes produci, & conſequenter vbicumque in aliqua cauſa Iura permittuntur, multis adductis Barboſa *dicta allegat.* 96. *num.* 38. imo addit Marcus Antonius *variar. reſolut.* 112. *caſu* 36 poſſe concedi ab ordinario, etiam pendente lite in Rota, ante inhibitionem iudici intimatam.

50 Quarto aduertendum eſt quod teſtis, qui eiſdem monitoriis impulſi veniunt teſtimonium veritatis dicturi minimè iurent, ſed reuelationis teſtimoninm ſoleant exotdiri verbis ſequentibus, *N. ætatis annorum* 30. *vt dixit teſtis veniens ad reuelationem prædictæ excommunicationis dixit, & reuelauit hoc tantùm ſcire, &c.* & hoc verum eſt, niſi in monitoriis ſanciretur, vt propalationes fierent cum Iuramento, quod quippe & iuſte præcipi poſſe ait Lazar. *de monit. ſect* 4 *quæſt.* 9. *num.* 15. multis adductis Barboſa *in paſtor. dicta alleg.* 96.
51 *à n.* 34. † Vbi *num.* 35. ait quod ſimiles teſtes tenentur in ſcriptis reuelare & propalare quidquid ſit: & addit, *n.* 36. quod fides non adhibetur teſtibus in his, quæ excitati litteris monitorialibus depoſuerunt in curia Eccleſiaſtica.

Quinto, vt iam, *ſupra*, notaui aduertendum eſt 52
hæc monitoria concedenda non eſſe, quoties quis coram competenti iudice ob indicia, quæ ſunt contra Reum procedere poteſt, vel habet teſtes vel Inſtrumenta, taliter vt ſi extra iudicium conſtatet, cætera remedia deficere ad ipſam promulgationem cenſuram, aut eſſe properandum; quippe quod ex actis patere debet executionem Realem aut perſonalem, fieri non poſſe, vt tunc cenſura feratur in ſubſidium. Quare ſi duo inſolidum obligatur in contractu, & contra alterum, procedi poſſit realiter, & perſonaliter; & contra alterum verò non poſſit, tunc ita non poſſit excommunicari; & ſi qui rem non habent, comparet in termino, & aſſerat ſeparatum reſpondere, ceſſabunt huiuſmodi monitoria, docent Lazarius *dicta ſect.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 6. *& ſect.* 4 *quæſt.* 1. *num.* 1. cum multis aliis Barboſa *dicta allegat.* 96. *num.* 15. Scobar *dicta* 2. *p. quæſt.* 2. §. 3. *num.* 111.

Vnde inferuntur nonnulla practicabilia, primo quod præfata monitoria poſſunt concedi 53
contra teſtes alicuius negotij, veritatem ſcientes, eoſque altera pars ignoret illud ſcire, aut ſi ſciat; quia renuunt veritatis teſtimonium ferre, vt probant Abbas in hoc noſtro Textu cum aliis, quos ſequitur Campanillus *diuerſ. Iuris Canon. Rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 93. Oliuanus ſuper ritu 3. Curiæ Neapol. poſt, *num.* 10. † Secundo refert Marcus An- 54
tonius Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 1. *n.* 4. in impreſſione Romæ 1613. practicari, quod quãdo teſtes ſunt citati, ſolet Vicarius concedere monitoria cum clauſula: *dummodo non recipiantur reuelationes teſtium citatorum, vel teſtes citati non comprehendantur in monitorio.* † Tertio quod poſt 55
concluſum in cauſa non conceduntur monitoria præter quam Eccleſiis, mulieribus & aliis perſonis priuilegiatis, cæteriſque quando eis conceditur reſtitutio in integrũ aduersùs probationes, de quo eſt videndus Aloyſius Riccius *in praxi Archiep. reſ.* 237. † Quartò refert Genuenſ. *vbi ſup.* 56
quod quando teſtes fuerunt citati in numero copioſo, putà triginta, vel quadraginta, ſolet Vicarius denegare monitoria in totum quia non eſt veroſimile, quod à tot teſtibus, pars non poſſit habere veritatem negotij: pro quo faciunt adducta *ſupra in cap. cum cauſam* 37. *de teſtibus.* † Quin- 57
to aſſerit conſuetum in praxi idem Genuenſ. & Riccius *in praxi, reſ.* 243. quod quando hæres petit monitoria contra ſcientes bona hæreditaria, & pars opponit de inuentario; & propterea dicit non eſſe concedenda; quia veritas alio modo haberi poteſt, ſolet vicarius concedere monitoria, & pars opponit de inuentario. † Et denique dicit 58
ſuper facto proprio non concedi monitoria, cum eo non præſumatur, niſi factum eſſet adeo antiquum, vt in eo præſumeretur obliuio, de quo latè idem Riccius refert Barboſa *ſup. n.* 18. *in fine.* Et denique ex eodem Genuenſi ſcribit, *n.* 16 in dicta Curia Neapol. inoleſce praxim, quod quando pendet lis, & eſt datus terminus in cauſa, ſi non ſunt citati teſtes, concedunt monitoria generalia contra teſtes; quia adhuc poſſunt ignorari, verùm non concedi ſi ſunt citati.

Ad tertiam quæſtionis partem, vt bene reſpon- 59
deas, leges quæ adduxi, *ſupra in c. nouit de Iudiciis, quæſt.* 39. *num.* 5. 6. *&* 7. *&* 8. 9. 14. *&* 15. dixit, *quod denunciandi obligatio, quæ oritur ex monitoriis, incipit à die notitia monitorij; & quod denunciare tenetur poſt terminum ille, qui in termino edicti omiſit denunciare;*

denuntiare ; & quod de eo, qui toto edicti termino ignorauit delictum, & quid de hæretico ; & quod denuntiare omittens non incurrit excommunicationem edicti ; quouſque terminus eius ſit tranſactus: & quod denuntiare omittens per impotentiam, ablato impedimento, tenetur ſtatim denuntiare, ſi præcepti durat obligatio : & quod denuntiare omittens : licet pluries potuiſſet denuntiationem facere, tantum vnam excommunicationem incurrit.

60 Ex his ergo iam ſatis poteris reſpondere, & mihi aptius videtur contra Naldum, & alios, quos refert Diana *p.3. reſol.95.* Vgolinum *de poteſtate Epiſcopi, cap.45. §.5. n.1.* vt teneatur denũtiare qui propter ignorantiam edicti aut propter impotentiam non denunciauit intra terminum : ita docet Hurtado *de Iudic. forenſ. diſp.2. diſ.*10. Filiucius *tom.2. tract.14. cap.2. num.42.* qui citat Suarez ; idem etiam docent Sanctius *in ſelectis diſp.11. num.69.* qui citat Acunam, & Freitas ; & ad hoc teneri quam primum commodè poſſet ; quia terminus non ponitur ad finiendam obligationem denunciandi, ſed ad eam ſolicitandum, Suarez *de cenſ. ſect.3. n.13.* Nauarrus *in manuali cap.25.* Scobar *in tract. ſelectiſſim. p.2. qua.1. n.2.* cum multis Barboſa *in paſtor. dicta alle-*
61 *gat.96. num.76.* † Vbi cum Lazario, & aliis addit quod tunc non denunciando, toties incurrit excommunicationem, quoties commodè poteſt denunciare ; quia tot ſunt cenſuræ quot ſunt moraliter, & formaliter actus contra præceptum, ſeu quot ſunt tranſgreſſiones moraliter, & formaliter iuxta ea, quæ reſoluit Bonacina *in tract. variis diſp.6. puncto* 1. §.1. *n.2.* ſed æquius eſt, vt iſte talis maneat in eadem excommunicatione non denunciando intra terminum ; ita vt aliam nouam non incurrat, vt tradunt relati, & expreſſius Diana *vbi ſuprà in* verſic. *notandum eſt etiam hic obiter*, & tenet Lazarius *de monitor.*
62 *ſect.2. q.4 n.*8. † Et mihi etiam æquius videtur, vt qui ignorans, ſeu legitimè impeditus non denunciauit intra terminum edicti, teneatur ad denunciandum non illico, ſed intra terminum iam aſſignatum in ipſo edicto ; quia non debet eſſe peioris conditionis, quàm cæteri, qui notitiam habuerunt, docent Filiucius *ſuprà*, Gaſpar Hurtado *vbi ſuprà*, Villalobos *in Summa tom.1. tract.17. diffic.18. n.4.* Diana *ſuprà*, in verſic. *nota verò*, & quod tranſacto termino ad denuntiandum, non finiatur ipſa obligatio denuntiandi, confirmabis ex his, quæ longè adduxi per textum, *ibi in cap. cum dilect.6. de dolo, & contum.*

63 Quod ſi dubites an terminus in monitorio præfixus prorogari poſſit ex ſola voluntate partis, ad cuius inſtantiam conceſſum eſt monitorium, Iudice interim prorſus inſcio, ac ne tacitè quidem conſentiente in prorogationem, poſt habitam eius notitiam. In quo dubio video quoſdam affirmatiuè reſpondere ; quia monitorium eſt in gratiam partis conceſſum, vt ab iniuria indemnis fiat. Alij verò contrariam negatiuam docent ex eo, quia communicatio non poteſt ſuſpendi, nec impediri, quominus ſuo tempore, habeat effectum, niſi ſit in ſuſpendente iuriſdictio.

64 Verum inter vtramque ſententiam, quam ex Suarez, Hurtado, Toleto, primam ſequentibus, & ex Silueſtro, Nauarro, Sayro, Naldo, & aliis ſecundæ adhærentibus, videtur quod Raynaud. *de monit. Eccleſ. p.1. cap.1. q.14.* verſic. *eſt quarta difficultas*, quem refert Barboſa *d. allegat.96. n.77.* mediam aſſumat viam, dum ait ante factum tenendam eſſe ſecundam ſententiam ; quippe ſecuriorem, ſed poſt factam primam ſententiam eſſe ſatis ſecuram, poſſeque approbari abſque ſcrupulo. Et applicabis quæ adduxi, *in Rub. de dilationibus, q.3.* verſic. *ad vltimam partem.*

Pro complemento huius dubij notabis cum 65
Henriquez *lib.13. cap.18. n.6. in gloſſa, Littera O*, Quod in talibus edictis iubentur ſciẽtes denunciare intra ſex primos dies, & ex praxi conſtare inter eos non numerari diem primum publicationis, ac ſubinde dum edictum publicatur in Dominica, cum ſex diebus datis pro tribus terminis finitur publicatio ſequenti Dominicam eadem hora, & qui neſciunt ſtatim primo die fuiſſe latam excommunicationem in edicto contra ſcientes, poſſunt à die notitiæ numerare prædictos ſex dies, vt refert Diana *dicta 3. p reſ.95. tract.* & faciunt iam relata, & quæ adduxi *in Rubr. de dilation. q.*10.

Ad quartam quæſtionis partem, an qui audie- 66
runt edictum, teneantur antequam id publicetur ? Et quia caſus iſte frequenter accidit, erit ſic caſus formandus v. g. hic illa triti publicatur aliqua lex pro toto Caſtellæ Regno eius publicatio, quæ in foro fit, non poteſt ſimul, & eadem horâ per totum Regnum diffundi, imo nec per totam ciuitatem, vt de ſe conſtat quouſque elabatur tempus, vt per totam ciuitatem diffundi poſſit ; & ſic exiſtimo cum Caſtro Palao *in opere mor. tom.1. tract 6. diſp.1. puncto 11. num.7.* & cum Diana *dicta 3. p. tract.6. reſ.75.* vt qui in quadam platea ciuitatis audiuit quoddam bannum, ſeu edictum, non teneatur ad denunciandum vigore illius edicti, nec ad eius obſeruantiam, antequam publicetur in aliis plateis, & in tota ciuitate diffundatur quia lex prius arctat communitatem, quàm ſingulos, ſinguli enim ciuitatis in tantùm arctantur lege, in quantùm
partes ſunt communitatis lege obligatæ. † Ve- 67
rùm ego in materia noſtrorum edictorum aliter exiſtimo iudicandum ; quia cùm hæc monitoria non dicantur ſtatuta, ſed mandata generalia, vel ſpecialia lata ab homine, quæ morte, aut remotione concedentis ab officio expirant, vt *infrà* dico, & vt fatentur Palaus, & Diana relati inter differentias legis, & præcepti, ea etiam ſit quod lex in communitatem ordinetur ; quia primo, & per ſe in ipſius bonum ordinata ſit, & præceptum tantùm ad ſingulos reſpiciat; quia in bonum ipſorum ordinatum eſt ; quid mirum, vt iuxta notitiam cuiuſque, obligatio denunciandi oriatur : quia vt iam *ſuprà* notaui *in d. cap. nouit de Iudic. q.39.* obligatio denunciandi, incipit à die notitiæ monitorij.

Ad quintam quæſtionis partem, qui tenean- 68
tur ad denunciandum, vel non ? Quia longè agunt ſupra citati Doctores de hac materia agentes : ideo ne longus ego ſim reſumptiuè dico vi monitorij quemlibet, tam maſculum, quàm fœminam teneri ad reuelandum, ſeu denunciandum delictum, rem, vel perſonam, quam ſuperior præcipit denunciare, & hoc procedere in quibuſcumque perſonis cuiuſcumque ſint cõditionis, dignitatis etiam Regiæ, & in egregiis matronis, & honeſtiſſimis fœminis, quæ dedignari non debent ſua ferre teſtimonia. Quod procedit non ſolùm in his, qui certi ſunt de delicto,

de quibus longè amplius ſuprà citati, quos videbis, & relatos per eos ad longam diſputationem, & ad duos caſus Barboſa *dicta allegat.96.*
91 *n.41. & 42.* † Vbi ait quod Epiſcopus, tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, procedit in monitoriis vigore *ſignificauit* expeditis à Summo Pon-
92 tifice. † Et inſimul *d.n.42.* oſtendit, an executor monitorialium papalium poſſit abſoluere ab excommunicatione; poſtquam paruit is, qui in eam incidit, vbi cum multis probat, vt poſſit abſoluere; eo quod dicta ſententia excommunicationis, eſt generalis; prout ex verbis huiuſmodi monitorialium apertè conſtat, & dum di-
93 citur *generalem excommunicationem proferas.* * Ex quo altera ſuboritur concluſio, vt ſententia generali excommunicationis lata ab homine abſolui valeat ab eo, qui à cenſura à Iure lata, & nemini reſeruata poſſet, Doctores *in cap. graue de Preb.* Couarruu. *in cap. alma, p.1. §.11. n.4.* Sayrus *de cenſ. lib.1. cap.19. n.5. & cap.20. n.2.* Nauarrus *in manuali, cap.27. n.44.* Toletus *in Summa lib.1. cap.10. n.9.* & alij communiter.

94 Item pro coronide aduerto cum Riccio *dicta collect.995.* ad textum noſtrum ad nonnulla practicabilia pro conceſſione monitorialium; nempe quod ſententia eſt concedenda mere interlocutoria, vt decidit in Curia Archiep. Neapol. *deciſ.90.* ex qua deciſione infert ad alia, duo, nempe ad deciſionem Rotæ Marchiæ penes Gratianum 97. vbi propterea à ſententia conceſſionis monitorialium fuit appellatio reiecta; & ita cenſuiſſe ſacram Congregationem ſuper Concilio Trident. *ſeſſ.24. cap.20.* & ad aliam deciſionem Curiæ Archiep. de qua ipſe, *deciſ.3.* vbi fuit dictum quod ſententia excommunicationis, eſt merè interlocutoria, & non obſtante partis contradictione, ſi eſt iniuſta, poſſit reuocari, quam commendat notandam pro ampliatione
95 textus, *in l. quod iuſſit, ff. de re Iudic.* * Secundò animaduertit idem Riccius cum Fabro *in dec.5. de Teſtibus*, quod qui teſtimonium dicit vigore monitorialium ad finem reuelationis tantùm poteſt, & debet repeti ad finem probationis.

96 Tertiò idem Riccius *in collect.102.* ad noſtrum textum, ait cum Capella Tholoſana *in deciſ.189.* quod monitorium poteſt impetrari ab excommunicato pro rebus ſibi ablatis; & quod ſit reintegrandum affirmat cum Achilles *in deciſ.6.* etiamſi non habeat clauſulam *ſi quis*, aut clauſulam comminatoriam *ex nunc*, prout *ex tunc*.

97 Et quod in monitorio extra Curiam, neceſſum ſit vt feratur excommunicatio; ſecus tamen in eo in Curia: ita cum Achilles de Graſſis *in d.*
98 *deciſ.6. de ſententia excommunicationis.* * Et ipſe etiam Riccius *collect.1422. ſuprà d. cap.3. Trident. ſeſſ.25.* ait quod monitorium nominatim, niſi contra teſtes, non eſt concedendum ratione formæ, niſi præuia diligentia de exequendo realiter, vel perſonaliter; quamuis ſine Canonica monitione non procedatur ad excommunicationem, Franciſc Marc. *deciſ.853. & in dec.851. p.1.* per textum, *in cap. conſtitutionem de ſent.*
99 *excommunic. lib.6.* * Qui *in deciſ.852.* ait monitorium generale concedi de iuſtitia, & *in deciſ. ſub ſeq.* decidit perſonas, quæ comprehenduntur, vel non ſub monitorio generali, notat
100 idem Riccius ſub allegata *collect.102.* * Qui *d. collect 995.* ait cum Fabro *in deciſ.54.C.de probat.* vt aduocati procuratores non teneantur ad reuelandum ſecretum ſuorum Clientulorum: idem de Tabellione, & Medico, docet cum multis Barboſa *dicta alleg.96. à num.63.* vbi dicit ſcita ab aliquo ſub ſectero naturali, veluti cum ab eo petitur conſilium, non eſſe denunciando, niſi vergerent in damnum grauiſſimum Reipublicæ.

Et quod ſcitur à Sacerdote in Confeſſione Sa- 101
cramentali, nec vllo pacto, & hoc etiam ſi Papa ſacerdoti Auriculo præciperet, aut ſecum diſpenſaret, vt alterius apperiret Confeſſionem. De quibus vide quæ dico *in cap.2. de officio ordinarij*, & alia alibi *in c.13.& c.14. de Iudiciis.*

AD TEXTVM
IN CAPITE III.
Ad noſtram.
ET CAPITE XXI.
In ordine, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Iurans per extorſionem obſeruare in omnibus cauſis, Iuris ordinem, non tenetur ad alia, quæ extra Ius ordinata ſunt.*

VT amplam huius textus tractationem facias, inquantum docet quod non in omnibus cauſis ordo Iuris prærequiratur obſeruari, leges quæ adduxi, *ſuprà in cap. dilect.6. de Iudiciys*, & ibi, *à quæſt.11.* per alias, & alia adduxi in titulis, *de litis conteſt. de dilationibus, & ordine cognition.* & applicabis dicta *in cap.9. de foro compet.*

Et ibi in verſic. *verum quoniam ſecundum tradi-* 1
tiones canonicas, manifeſta accuſatione non indigent. Applicabis quæ dico *in cap. veſtra de Clericis coniugatis*, & *in cap. euidentia 9. de accuſationib.* & ſic *in Rub. de probat.* dixi, nota non indigere probatione. * Itaque ſit vt quoties aliquis iu- 2
rat per extorſionem obſeruare in omnibus cauſis Iuris ordinem tale iuramentum, non debeat extendi vltra ea, quæ Iure ipſo ordinata, & ſtabilita ſunt, ex his, quæ adduxi, *in cap. verum hoc tit.* Etenim quoties non conſtat de voluntate aperta iurantis, non eſt cur eius iuramentum extendatur ad res, quæ Iure ipſo non præcipiuntur, cum iuramenti, & voti obligatio debeat ſecundùm Iuris præcepta metiri; eo quod ſit Iuris ſtricti, nec ad incogitata extendatur, nec ad ea, quæ ſunt præter Ius, aut contra Ius, dixi pluries *ſuprà*, & dico *in cap. cum contingat 28.* & *in cap. penult.* vbi ago de prorogatione iuramenti.

Et quotuplex ſit notorium Iuris, & facti, quid 3
manifeſtum, & quod inter ſe differunt: & ad alios caſus videbis quos hic adducit Barboſa *à num.3.* de quo latè Doctores *in cap. veſtra de cohabit. Cleric. & alibi.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXII.
Latè, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD huius textus plenam cognitionem adiunges ſuprà relata *in c.3.*& *in c.tua nos 11. hoc tit.c.venientes*,& *in cap.intellecto* Et ibi, *in ſanè*, applicabis quæ adduxi de iuramento fidelitatis, *in c.4.* & *5.* & *in c. veritatis hoc tit.* Et leges adducta *ſup.in c.veniens* 16. in verſic.*ad primam quæſtionis partem*, *q.1.* Et ad caſus videbis *hic* Barboſam, & per eum *n.3.* adductos.

QVÆSTIO I.

Si mulier, v. g. iurat non vendere res dotales, nec alienationi conſentire, & poſtea vendit, & iurat, an talis contractus valeat, & firmetur iuramento?

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ iurat non vendere res dotales, nec alienationi conſentire,& poſtea vendit,& iurat, nunquid talis contractus valeat,n.2.3.4. & ſub diſtinctione à n.5.*

2 *Actus, ſeu diſpoſitio, quæ pendet à mera voluntate, & facultate ipſius diſponentis, nequit irreuocabiliter adſtringi, n 4. & 6.*

3 *Promiſſio de non alienando, etiamſi ſit cum iuramento, non impedit alienationem, & tranſlationem Dominij.*

4 *Clauſula derogatoria poſita ab vno ſine notitia alterius, non valet quando actus, vel contractus pendet à voluntate duorum. Et an iuramentum eam habeat, n.8. In teſtamento ad pias cauſas tacitè ſubintelligitur, n.11.*

5 Gloſſa in cap.mulieres de Iureiurando lib.6. *intelligitur.*

7 *Actus iuratus qui habet tacitam clauſulam derogatoriam actus contrarij, quid operetur, n.8.*

9 *Mandatum primum tollitur per ſecundum.*

10 *Voluntas prima derogatoria vltimæ præualet primæ, niſi poſt vltimam ſpecialiter reuocetur.*

1 VT quæſtionem hanc proprius diſſoluas léges quæ dixi, *ſuprà in c.3. q.1.* in verſic. *ad vltimam*, vbi egi de illo, qui prius vnum iurat, & aliud poſtea, &c. Et in hoc dubio eſt duplex ſententia, negatiua vna, quia quando ſemel eſt præſtitum iuramentũ, ſecundum reputatur illicitum, & non valet ex textu noſtro, & *d. c.intellecto hoc tit.* Gloſſa ſingularis, & Ordinaria *in cap. licet mulieres hoc tit.* vbi Ioan. Andreas, Ancharranus Dominicus, Archidiac. Francus, & communiter Doctores, Hoſtienſis *in cap.cum contingat hoc tit. col. fin.* verſic. *quid ſi minor, vel mulier.* Bartol. *in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor, col. 4. n.9.* & tenent hanc partem Speculator, Iaſon, Paulus, Angelus, Baldus, Alex. Imola, in locis aſſignatis per Gomezium *in l.50. Tauri, n.58.* & confirmatur, quia primus actus iuratus habet tacitam clauſulam derogatoriam actus contrarij, & tollit vires eius virtute iuramenti: argum. textus *in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg.2.* & faciunt Doctores aſſignati *ſupra in dicto cap. tua nos 11. hoc titulo.*

Verùm in ſpecie noſtræ quæſtionis ipſe Gomezius *in dicta l.50. Tauri, n.58.* à verſic. *ſed his* contrariam affirmatiuam docet primo, quia quando actus, vel diſpoſitio pendet à mera facultate, & voluntate ipſius diſponentis, non poteſt irreuocabiliter adſtringi, etiam cum iuramento, taliter quod abea non poſſit recedere, ſed valet, & tenet ſecundus actus contrarius, licet diſponens ſit periurus: argum. textus, *in l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquirenda hæred.* & *in l. ſi quis in principio teſtamenti*, verſic. *nemo enim, ff. de legat.3.* ibi: *nemo enim eam ſibi legem dicere poteſt, vt à priori ei recedere non liceat*, textus, *in l.ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de legat.2.* textus expreſſus, *in cap. ſicut ex litteris de ſponſalibus*, vbi iurans contrahere cum B. poteſt contrahere cum alia; licet ſit periurus. 2

Et hanc partem probabis ex eo etiam, quia probatio, vel promiſſio de non alienando, etiam ſi ſit cum iuramento non impedit alienationem, & tranſlationem Dominij: argum. textus, *in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* & *in leg. ea lege, Cod. de conditione ob cauſam, cum ſimilibus*, docent expreſsè Abbas, & communiter Doctores, *in cap. dilecto de præb.* Albericus, Faber, & alij per textum, *in l.ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* & *in l.ea lege, Cod.de conditione ob cauſam cum ſimilibus*, DD. & Ioannes Andreas *in reg. quod ſemel de reg. iur. lib.6.* † Deinde quia quando actus, vel contractus pendet de voluntate duorum, non valet clauſula derogatoria poſita ab vno, ſi non perueniat ad notitiam alterius; quia aliàs eſſet grauiter fraudatus: argum. textus, *in l. ſi qui hominem, § ſi Titium, ff. de ſolutionib. l. cum quis, § ſi debitorem eodem, l. ſi mandaſſem, ff. mandati, l ſi fideiuſſor, la 1. § 1. l.ſed etſi ſocius, §.1. eodem, l.1. §. ſed ego, ff. quod iuſſu*, Bartolus, Baldus, & communiter Doctores, *in leg. pacta nouiſſima, ff. de pactis*, Paulus, & DD. *in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff de legat.1.* latè, & notabiliter Bartol. *in l non ſoluta, § morte, ff. de operis noui nunciat. col.4. & 5.* vbi communiter moderni. Tum etiam, quia ſi quis facit iuramentum de non mutando teſtamentum, poteſt nihilominus illud mutare, vt iam *ſuprà* notaui; & facit etiam Gloſſa ſingularis *in cap. fin. de procurator, lib.6.* vbi ſi quis iurauerit non reuocare Procuratorem, poteſt nihilominus ad libitum reuocare. 3 4

Ego tamen vt præfatam quæſtionem explicem, præmitto reſolutionem, quam adduxi, *ſuprà* ad text. *in cap. veniens 16. hoc tit.* vbi *q.1.* ex verſic. *ad primam*, egi de quæſtione illa, an iuramentum de re aliqua facienda; obliget contra primum iuramentum. Qua præmiſſa, & ſecundùm eius doctrinam exiſtimo Gloſſam *in d. cap. mulieres*, & regulam textus noſtri procedere, quando eſſet ex primo iuramento quæſitum Ius alicui tertio, cuius interſit dotem non alienari; ſecus ſi ſimpliciter ſuo proprio fauore, & cauſa iurauit; quia tunc non obligat talis actus iuratus irreuocabiliter; quia non eſt quæſitum Ius, tertio & cenſetur nudum præceptum, vel promiſſio de non alienando, quod non valet, nec tenet, quãdo nõ fuit reſpectu certæ perſonæ: argum. 5

remiſſiuè leges Doctores proximè citatos, Couarruu. *lib.4 variar.* vbi egit de plurium monetarum ſpeciebus, Molina *de Iuſt. & Iure tom. 1. tract. 2. diſp.*400. De poteſtate Principis mutandi monetam, Baſilius *variar. quæſt. 1. p. relect. 1. per totam de mutatione moneta*, Faquineus *lib. 1. controuerſ. cap. 9. & 10. de mutatione moneta*, & in qua debeat fieri ſolutio, benè Felicianus *de cenſibus in additionibus lib. 4. cap. vnico ex n.* 16. poſt eum Rodriguez. *de annuis redditibus lib. 2. cap. 15. ex num.78. vſque ad finem.* An qui promittit aliquam ſpeciem monetæ, eâ mutatâ remaneat obligatus Ceuallos *in pract. q.*210. Ad bonas quæſtiones de mutatione monetæ, & quæ ſit expectanda, & quibus ſit ſolutio facienda, Diana *reſolution. moral. p.*8. *tract. 7. reſ.* 18. *&* 19. Debitor an adimpleat ſoluendo in moneta ærea, Valenzuela *p. 1. conſ.*30. An ſolutio Creditori poſſit fieri in moneta minuta, Guttierrez. *pract. lib. 2. q.* 279. Et an ſi deſit moneta, poſſit fieri in alia re, idem *lib. 1. pract. q. fin.* vbi latiſſimè an pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, dicatur res mobilis, ſeu immobilis, Ceuallos *in pract. q.* 312. & Gratianus *Reg.* 342. dicit quod pecunia dicitur de his rebus, quæ ſeruando, ſeruari non poſſunt. Et Riccius *in collect.* 1212. ad noſtrum Textum, dicit quod Princeps non debet facere monetam minoris valoris in forma; eo quod eſt in maſſa, expenſis deductis. Et quod nec poſſit reprobare curſum monetæ alterius Patriæ, & de aliis *& in collect* 1123. ſtatim ſequenti ad textum *in dict. cap cum Canonicis de cenſibus* agit an ſolutio debeat fieri in antiqua moneta, ſeu in noua de quo ibi. Et quo tempore attendatur valor monetæ, idem agit *collect.* 1722. De pœnis falſificantis monetam; Riccius *p. 1. collect.* 172. Et an lex imponens capitalem pœnam, intelligatur de actuali, amputatione capitis, Gratianus *Regula* 293. De reſtitutione falſificantis monetam, applicabis Trullenq. *in opere morali lib. 7. cap. 11. dubio 1. & 2.* Ad quæſtionem applica Naldum *in Clem. Ioannes 22. de crimine falſi*, vbi de penſione conſtituta in tot aureos illarum partium. Tondens monetam alieni Principis, quâ pœna plectatur, Tondutus *lib. 2. cap.*20. vbi de aliis, & itidem omninò videndus *ibi à cap.* 1. vbi agit de obligatione ſoluendi in diuerſis monetis, de quibus ipſe exprimit caſus diuerſos. Et ibi *cap.* 10. agit de eo, qui ſoluit, cum ſciret proximè publicandum Principis edictum ſuper mutatione monetarum plenam liberationem conſequatur, & de aliis *per cap.*10. Et ſi poſſeſſor maioratus, qui olim ex facultate Regia (ad mille ſimpliciter obtenta) eadem tamen in argentea, aureave pecunia mutuò recepit, & pro eadem ſpecie reddenda bona hypothecata ſubiecit, an nunc Creditor in curſu poſſit eandem monetæ ſpeciem nouo ſucceſſore impugnante conſequi; Salgaldus *in labyrintho Cred. p. 2. cap.* 8. Et an diminutio monetæ, & onera intrinſeca, ſiue extrinſeca bonorum concurſus, ſalaria, gabella, & expenſæ ex illis deducendæ, cedant in damnum creditorum poſteriorum, vel potius etiam anteriorum prorata. Et quando adminiſtrationis periculo diminutio cedat, idem Salgaldus *p. 3. c. 11.* Et Thom. del Bene *de parlamentis & immunit. Eccleſiaſt. dubitatione 4. ſect.* 22. dicit quod poteſt Princeps propter eminentes neceſſitates bellorum ſi vrgeat neceſſitas, cui illa pro bono publico aliter ſuccurrere non poſſit condere pecuniam de vili materia vt puta de ferro, vel curio, & præcipere quod illa per Regnum tanquam bona expendatur, quamuis neceſſitate tranſacta teneatur Princeps compenſare damnum, quod ex ea cauſa Vaſſallis obuenit, & reddit rationem; quia publica vtilitas, quæ in tali caſu viget præfertur priuatæ ſic cum Andrea in verſic. *vectigalia, n.*23. quæ ſunt Regalia, Regens de Ponte *de poteſt. pro Regiſtr. tit. 4. n.*36. *& alij.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XIX.
Venientes, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. SVb littera huius Textus plura diuerſa continentur, de quibus hic commodè agi poterat: nam ex verbis ibi *cum enim & appellationibus interpoſitis ad Apoſtolicam ſedem teneamini humiliter, & deuotè, cum & leges etiam ſeculares non denegent aggrauatis beneficium appellationis, vos ſententias appellatione ſuſpenſas executioni mandatis* Agi poteſt primò de libera ad Papam, ſeu Principem appellatione, de quo videbis quæ dico *in cap. ſi duobus 7. de appellat. & in cap. vnico de Cleric. peregrin.* II. Secundò quo iure appellationis remedium pro aggrauatis ſit introductum, & an à Superiore tolli poſſit, adiunges quæ dico *infrà ad Rubr. eodem tit.* & dixi ſuprà *in cap. 2. q. 29. de Iudiciis.*

III. Tertiò agi poteſt de remedio attentorum, de quo dico *in c. 1. de appellat.* remiſſiuè, ſed ex propoſito ibi *in cap. bona* 51.

IV. Et ibi *firmant proprio Sacramento, quod ſuper mutuis & plagiariis ſecundum veſtræ patriæ conſuetudinem,* &c. Per hæc verba adiunges quæ ſuprà adduxi *in c. Clerici 8. de Iudic.* vbi egi de improbanda conſuetudine iniqua. Et quod dixi *in cap. quod Clerici 9. de foro comp.* & alibi. Item agi poteſt de natura iuramenti, de quo dixi *in c. debit.* [illegible] *& 2. c. 12. §. 1.* & alibi huius tituli, & *infrà* notetur pluribus in iuribus.

V. Et ibi *cum prædictum iuramentum excuſare non poſſit, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptum.* Quod iuramentũ, ſeu votum inferioris non præiudicent ſuperiori, adiunges quæ addnxi *ſuprà in c. querelam* 10. & quæ dico de irritatione, ſeu diſpenſatione voti, *infrà in cap. magna de voto.*

VI. Et ibi *cum ergo,* iuncto verſic. *volumus, & mandamus, vt poſſeſſionem ipſam reſtituatis, &c.* applicabis adducta *in c. 1. c. 5. cum aliis ſuprà de reſt. ſpol.* aliqua *in c. litteras*, vbi de reſtitutione imperata per excommunicationem. VII. Iterùm præter adducta à Barboſ. hic, videbis ad quæſtiones quas congerunt Couar. *in c. quamuis pact. de pact. lib. 6. 1. p. c. 1. §. 3. à n. 1. & 2. & pract. c. 23. à n. 1. verſ. prima,* Gratian. *reg.* 48. *&* 414. de authoritate ſuperioris circa iuramenta, Balb. *in c. 25. hoc tit. à n. 5. & in c. 12. à n.* 18. de appellationibus, & de effectu ſuſpenſiuo. & de volutiuo, ipſe *in c. 1. eodẽ, & in c.* 40. *à n.* 21. de modis quibus tollitur iuramentũ. Trull. *in oper moral. lib. 2. dub.* 21. & quis poſſit diſpenſare, & cõmutare *dub. 22. &* 23. latè Suarez. *lib. 2. de iuram. c. 38. c. 40. & c. 42.* Balb. *in c. 3. de Iud. à n.* 56. ad bonam quæſtionem Sanch. *de matr. lib. 7. diſp. 1. à n. 2. in fine* & Suar. *ſuprà c.* 34. agit de tribus conditionibus iuramenti *ſi potuero, ſi licitè potuero, vel niſi aliud iuſſerit Superior.*

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XX. Ad noſtram, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. MATERIA huius Textus expendi poteſt ex dictis *ſuprà in cap. debitores hoc tit.* tam de Iuramento eius, qui dixit ſe vſuras à ſe ſolutas non repetiturum, quàm de obligatione eas ſic à creditore receptas, & à quo poſſit compelli, vt reſtituat, & aliqua quæ adduxi *in cap. verùm* 15. *& in cap.* 1. *hoc tit.* II. Hic etiam applicabis quæ dico *infrà in cap.* 5 *de emptione. & vendit. vbi plura de pacto retrouendendi.* III. Et an Iudex laïcus poſſit cognoſcere de cauſa vſurarum dixi *in cap. cum ſit generale de foro comp. & in cap. tuam de ordine cognitionum.*

IV. An condonatione creditoris remittatur iuramentum, dixi *ſuprà in cap.* 1. *hoc tit.* V. Et an facta prorogatione duret obligatio iuramenti? Dico *in cap. penult. hoc tit.* de quibus occaſione Textus noſtri dixit Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. à num.* 59. *&* 69. VI. Et agi poteſt an ius conditionis implendæ, tranſeat ad hæredes, de quo Couarr. *pract. cap.* 39. applicabis dicta *in cap. veritatis hoc tit.*

VII. Priuans ſe facultate petendi pecuniam mutuatam pro tanto tempore an poſſit aliquid interim exigere? Videbis Dianam cum multis *parte* 5. *tractatu* 13. *miſcel.* 1. *reſ.* 50. & ad aliam *reſ.* 57.

VIII. Et per verba ibi *mandamus quatenùs ſub pœna excommunicationis publicè in Eccleſia proponi facias, vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerint veritatem, procedant ad Teſtimonium ferendum* Agunt Doctores hic de Monitoriis ad reuelanda peccata, ſeu alia occulta, quod idem eſt, ac agere de edictis, quibus mandatur cenſuris, & aliis pœnis, vt ſcientes ſecreta peccata reuelent, ad quod applicabis quæ adduxi de Iudiciis *in cap. nouit.* 13. *q.* 33. & in verſic. *ad vltimum num.* 6. *& q.* 35. 36. 38. 40. & ibi *à num.* 17. *q.* 41. & ibi *à num.* 5. *&* 11. IX. Et ad alias quæſtiones ſcilicet *edicta ſanctæ Inquiſitionis, quæ præcipiunt denuntianda delicta, an iuſtè ad alia delicta præter Hæreſim extendantur* ibi, *quæſt.* 31. *& quæſt.* 32. X. Et an *edicta, ſeu mandata, aut monitiones generales poſſint dici ſtatuta, & quanto tempore durent, vt quis ex eorum obligatione denuntiare teneatur* ibi *quæſt.* 39. XI. Et facit pro noſtro Textu quæſtio relata ſuprà *in cap. verùm* 15. *hoc tit. q.* 2. verſic. *ad primam vbi de eo qui iurauit non denuntiando Eccleſiæ.* Item poſſunt hic adiungi ea quæ dixi de ſeruando ſecreto. Et *an Teſtes iurati de veritate dicenda teneantur illud manifeſtare, in cap.* 28. *q. fin. de Teſt. & ſuprà cap.* 16. Et quia nullibi in noſtro iure apta de hac Monitoriorum materia agi poteſt; Ideò accipies ſequentia.

QVÆSTIO I.

An Monitoria, ſeu edicta legitimè ſub cenſuris à Iudicibus Eccleſiaſticis expediantur ad finem reuelandi ſecreta: Sub qua forma concedantur: Et an qui per ignorantiam non denuntiauit intra terminum ad id poſtea teneatur? Et an qui audierunt edictum teneantur antequam id publicetur? Et qui ad denuntiandum teneantur, vel non?

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui agunt de Monitoriis, ſiue edictis ad finem reuelandi ſecreta.*

2 *Monitoria dantur in ſubſidium, deficiente alia probatione, num.* 3. *& ne euacuetur ſeculare forum, num.* 4.

3 *Reuelandi obligatio ex vi Monitoriorum, & edictorum, quos, & quomodo obliget.*

4 *Excommunicationis remedio non temere vtendum per Iudicem. Et de praxi Romanæ Curiæ in procedendo contra obligatos in forma Cameræ.*

5 *Monitoria ad reuelandum non conceduntur quando certæ ſunt perſonæ.*

6 *Monitoria ad finem reuelandi concedunt Pontifex & Epiſcopus. Quid de Vicario generali* cap. 1. n. 7. *de Auditoribus Rotæ, n.* 8. *quid de Prælatis Epiſcopo inferioribus, n.* 9. *& de regularibus n.* 10. *Et quid de Vicario Generali Epiſcopi, n.* 11. 12. 13. 14.

15 *Monitoria conceduntur illis, quibus intereſt, & non aliis* n. 18. 19. 21. *Aliter conceſſa reuocantur, n.* 17.

16 *Monitoria non conceduntur, inſtante Iudice Laico.*

20 *Monitoria ab excommunicato, quando impetrari queant.*

21 *Monitoria ſi denegentur, quis appellari ab intereſſe habentibus, n.* 23. 24.

22 *Monitoria poſſunt lite pendente concedi.*

25 *Monitoria non conceduntur pro leuibus, & vulgaribus rebus, & pro qua ſumma concedantur in Curia Romana, n.* 26. 27. 28. *&* 29.

30 *Monitoria in Iudicialibus qualiter dari denegentur pro Articulis impertinentibus, & aliis num* 32. 33.

31 *Monitoria vt concedantur, quas cauſas legitimas requirant.*

32 *Monitoria non conceduntur contra habentem pro ſe rem Iudicatam, & contra habentes rem aliquam iuſtè, n.* 33.

34 *Monitoria ſi ſint infamatoria non conceduntur, num.* 35. 36.

37 *Monitoria ſub qua forma concedantur, num.* 38. *Non requiritur citatio partis, n.* 39. *ſub qua forma publicanda, num.* 40. *Et vide, numero* 50.

41 *Monitoria in certis ſolemnibus diebus non conceduntur, num* 42.

43 *Monitoria vt concedantur, qualis debeat eſſe concedentis intentio? Et quæ conſideret Iudex ea concedens, n.* 44 45. 46. 47. 48. 49.

50 *Teſtes virtute Monitoriorum declaraturi, ſub qua forma verborum faciant.*

52 *Monitoria non conceduntur, quoties quis ob indicia coram competenti Iudice quit procedere contra Reum. Et quid ſi petantur ab hærede, & opponatur de inuentario n.57.*

53 *Monitoria contra Teſtes, qualiter concedantur, n.54.55.56.58.*

59 *Monitoriorum vi, qui denuntiare teneantur, vel non, n. 60.61.62.63. 64. 65. & à num. 68. & 72.*

63 *Monitorij terminus, nunquid prorogari valeat num.64. 65.*

66 *Monitoria, ſeu edicta, nunquid obligent ea audientes antequam publicentur n.67.*

68 *Denuntiare tenentur vi monitorij quæcumque perſonæ cuiuſque dignitatis, etiamſi contrarium iuraſſent, n.69.*

70 *Denuntiare nolentes vi monitorij puniuntur.*

71 *Denuntiare obligati, qualiter teneantur interrogati proferre veritatem.*

72 *Denuntiare non tenentur omnes, qui afferendo teſtimonia, excuſantur; fallit, n.73.& 74.*

75 *Denuntiare nemo tenetur, niſi quos pars, vel Iudex intendit. Quid ſi timeat damnum, n.76. Quid ante correctionem n.77.78.79.*

80 *Hæreticus occultus vi monitorij non tenetur ſe prodere. Quid de Confeſſario ſolicitante, n.81. Homicida, fure, n.82.*

83 *Scripturas reuelare vi monitorij quando quis teneatur, vel non.*

84 *Denuntiare nemo tenetur iuſtum compenſatorem. num.87. quid ſi dubitet de iuſtitia compenſationis, num.88.*

87 *Denuntiare non tenetur qui ſcit, quod probare nequit.*

88 *Monitoria Curiæ Archiepiſcopalis, vt tollat ſcrupulos, non decernit aduerſus principales non reuelantes, tantùm contra reſtituentes.*

89 *Reſtitutio vi monitoriorum præcepta non obligat impotentem, nec compenſationem opponentem, num.90.*

91 *Abſolutio à monitorialibus, à quo concedatur num.92. & 93.*

94 *Monitoria, vt concedantur, quæ requiſita in praxi inueniantur, num. 95. 96. 97. 98. & num.99.*

1 VT plenè hanc materiam, ſeu edictorum materiam intelligas, notabis præter iam annotata nonnulla quæ adduxi *in dicto cap. nouit de Iudic. ſub q.*38. *n.*18.19. & 22. & *q.* 39. *n.*1.& 6. vbi aliqua generalia adduxi, & alibi, item & quæ pleniſſimè ſcribunt Lazarus *in ſuo tractatu de Monitoriis*, Guttierrez, *Canonicarum lib.*1.*c.*11. Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 3. *c.*7. *à num.*13. latè Barboſa *in paſtorali p.* 3. *alleg.* 96. vbi quamplures refert, *n.* 85. quibus addo quos adduxi *in dicto cap. nouit, dicta quæſt.* 38. *num.*19. Riccium *collect.*102. & 195. ad Textum noſtrum vbi præmittit in hoc Textu, nec alibi ſedere materiam Monitorij ad finem reuelandi & *collect.*1412. Bonacina *variar. tract. diſp.* 6. *de onere & obligatione denuntiandi*, Theophilus Raynaud. *in tractatu de Monitoriis Eccleſiaſt.* Ioannes Machado *en el perfecto Confeſor, y cura de almas lib.*1. *p.* 3. *tractatu* 7. *documento* 2. Marcilla, Barboſa, & Farinacius *in Trid. cap.* 3. *de reformat. ſeſſ.* 25. qui omnes alios infinitos referunt, aliquid ex aliis notat Barboſa *hic num.* 4. & plura ſcribit Scobar del Corro *de ſolicit. conf. parte* 2. *quæſtione* 2. §. 3.

Quibus ſuppoſitis iterùm vt notaui *in dicto cap. nouit de Iudic. q.*38. aduertes huiuſmodi edicta Monitoria, ſolùm in ſubſidium dari; id eſt deficiente alia probatione, & quando veritas alio modo haberi non poteſt, vt ſenſit Trident. *d. cap.* 3. Nauarrus *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *corol.*.66. Marc. Antonius *variar. reſolut. lib.*1. *reſolut. fin. cauſa* 75. verſic. *tum quia excommunicatio*, Marcus Antonius Genuens *in pract. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 1. *num.*14. in impreſſione Romæ 1613. Lazarius *vbi ſuprà ſect.* 1. *quæſtione* 15. *num.*3. D. Scobar del Corro *de conf. ſolicit. p.* 2. *q.*2. §.3. *num.* 94. 2

Itaque cum huiuſmodi Monitoria ſint remedium ſubſidiarium, & concedi non ſolitum, niſi cum probationes aliæ haberi non poſſunt reuelandi obligatio extenditur ad omnes quiqui ſint quomodocumque, & qualitercumque ſciuerint quare etſi plures huius regulæ exceptiones referant citati, tamen monet Barboſa *dicta alleg.* 96. *n.*84. ne qui ita illis ex ſe fidat, vt ſtatim ex his ſecum iudicet: Nam ſi indiſtinctè, & incautè hoc faciat fruſtratoria remanerent monitoria, quod in præiudicium, non ſolùm ea petentium vel etiam animarum eorum, qui aliquid ſciunt vergere poteſt, & ob id optimè facturos, qui aliqua ex exceptionibus *infrà* referendis vti poſſe conſueuerint; ſi peritum, & idoneum Confeſſarium conſulant, qui rei veritate perpenſa poſſet ei dicere reuelare ne? An non teneatur. 3

Et taliter hæ litteræ monitoriales in ſubſidium, id eſt deficiente alia probatione debent dari, ne etiam hoc modo euacuetur ſeculare forum, vt dicit Sayrus *deciſ.*4. *de cenſibus*. vt Baldus *in deciſ.* 16. vt inde doceat Baldus quod cum excommunicatio debeat eſſe vltimum remedium quandiu habetur remedium ordinarium, non debeamus vti extraordinario, & ob id inualuit clauſula, vt in præceptis coram Iudicibus Eccleſiaſticis inſeratur clauſula excommunicationis in ſubſidium, quam ob rem ſcribitur à Farinacio *in collect. deciſ.* 90. quod illuſtriſſimorum Cardinalium cõgregatio declarauit, vt ſi vnus ex duobus obligatus inſolidum in forma Cameræ Apoſtolicæ carceratus eſſet, qui deinde comperiretur non ſoluendo in ſubſidium contra alium procedi poteſt, ſimulque properando ad relaxationem cenſurarum, quibus eſſet innodatus impotens, refert Riccius *dicta collect.* 1422. *in fine*, non enim temerè, nec ex leuibus cauſis vtendum eſt excommunicationibus, & cenſuris, ne de facili contemnantur, nec Iudices poterunt ſententiam excommunicationis ſine maturitate proferre alias vltra condemnationem ad damna, & expenſas, & ſuſpenſionem ſunt grauiter puniendi, & pœna docente diſcant quam graue ſit ſententias excommuuicationum ſine maturitate proferre, vt notabiliter dicit Textus *in capite* 1. *in fine de ſententia excommunicationis lib.* 6. Laurent. de Franchis *de corrobor. inter Epiſcopos & Regulares quæſtione* 10. *pagina* 313. Barboſa ita docens *in paſtorali dicta allegatione* 96. vbi adducit prædictum Trident. decretum *in dicto cap.* 3. 4

His ſic breuiter præhabitis, eo quod Monitoria quæ fiunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, ſeu ſubſtractis minimè ſint concedenda quando certæ ſunt perſonæ, vt tradunt Marta *de Iuriſdict. parte* 3. *cap.*5. *num.*3. Barb. *dict. allegat.* 5

gat. 96. num. 25. idem, *in dicto Trid. decreto*, cum aliis ab eo relatis, *num. 2.* id eo vt ad primum difficultatis punctum reſpondeam, & ad alia de materia, videbis ſequentia, & cum multis aliis, *allegat.96 n.25.*

6 Primò quod Iudex legitimus pro his monitoriis, ſeu excommunicationibus, eſt Pontifex ſummus, & Epiſcopus; non autem Epiſcopo inferiores per verba Textus *in dict. cap. 3. Trid.* ibi: *à nemine prorſus præter quam ab Epiſcopo decernantur*. ſic decreuit Pius V. in quadam Bulla, cuius tenorem refert Barboſa *dicta allegat. 96. num. 3. & in dicto Trid.* vbi *num. 3.* & *in dicta allegat. num. 4.* ait quod ſi Epiſcopus huiuſmodi monitiones excommunicationum, quæ fiunt ad reuelationis deneget, licitum ſit parti appellare; quamuis reſideat in eius arbitrio eas concedere; imo & ipſe & Antonius Marinus *lib: 1. reſolut. vltima caſu 36.* docent monitoriales litteras poſſe ab Epiſcopo concedi, etiam lite pendente abſque vitio attentatorum, niſi ſit inhibitus.

7 Et hoc venit dicendum quod Vicarius generalis electus à Capitulo pro ſede vacante, poteſt eadem monitoria concedere; quia ad Capitulum tranſeunt omnia quæ ſunt Iuriſdictionis neceſſariæ, vt excommunicationis promulgandæ facultas; item legatus etiam à latere, & Nuncius Apoſtolicus, vt notat cum Lazario, Gutierrez, & aliis Barboſa *dicta allegat. num. 10. & 11.* refert iam in nouiſſima impreſſione D. Ioannem de Scobar *dict. §. 3. num. 58. & 60.* qui refert hæc tenentem Martinum de Bonacina *de cenſuris in particulari, diſput. 2. quæſt. 1. puncto vnico*. & concludit, *num. 61.* nullam fieri debere differentiam inter minotoria à prædictis conceſſa, & inter conceſſa à ſummo Pontifice; quia omnia ab vnica clauium poteſtate oriuntur, vt docet Marta *d. 3. p. c. 4. n. 36.*

8 Et licet olim Rota haberet facultatem expediendi monitoria generalia cum pœna excommunicationis; quia Auditores ſunt ordinarij in cauſis ſibi commiſſis; & ideo illa concedere poterant, vt *in cap. conſtitutus de teſtibus*; tamen poſt Concilium Trid. *in dict. cap. 3. ſeſſ. 25. de reformat.* non videtur eis competere talis facultas; quia ibi cautum eſt, vt huiuſmodi monitoria à ſolis Epiſcopis decernantur: ita ex Rota in vna Corduben. redecimarum coram Pegna colligit Theodoſius de Rubeis *in ſing. Rota*, verb. *monitorium, p. 2. pag. 7. §. 1.* Barboſa *d. cap. 3. poſt, num. 10.*

9 Item nec Prælati ordinarij etiam exempli Epiſcopo inferiores, & immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubiecti, ac nullius diœceſis, poſſunt hæc monitoria dare, ſed oportet, & eorum ſubditi adeant ipſam ſedem Apoſtolicam pro his excommunicationibus in forma, *ſignificauit*, obtinendis: ſic cum multis Barboſa *in dicto cap. 3. num. 9. & dict. allegat. 96. num. 12.* cum Garcia, Machado, Sancio, Campan, & aliis, quibus addo Scobar *dict. §. 3. num. 63.* qui *num. 59.* ait Abbates, & alios, qui poteſtatem habent, quaſi Epiſcopalem, monitoria concedere poſſe, vt ex Suarez, Alterio, & Filiucio docet Bonacina *dicta diſp. 2. quæſt. 1. puncto vnico, num. 4.* contra Henriquez, & Sayrum per eum allega-

10 tos. † Nec etiam Prælati regulares conuentuales in ſubditos ſuos, nequeunt dirigere huiuſmodi monitoria: ita Emanuel Rodriguez *in q. regul. tom. 2. quæſt. 59. art. 4.* cum aliis Barboſa *in paſtorali, dicta allegat. 96. num. 13. & in dict. c. 3. Trid. num. 10.* & D. Ioannes de Scobar *dict. p. 1. quæſt. 2. §. 3. num. 64.* qui etiam dicunt Vicarium foraneum huiuſmodi monitoria decernere non poſſe, poſſe tamen ei delegari ab Epiſcopo ſpecialiter, & expreſsè, & nonniſi circumſpectis viris.

De Vicario autem Generali Epiſcopi maius 11
dubium eſt; ſi quidem alij docent poſſe Vicarium Epiſcopi ex generali commiſſione huiuſmodi excommunicationem, ſeu monitoriales litteras decernere. Suarez *de cenſur. tom. 5. diſput. 20. ſect. 1. num. 2.* Sayrus *de cenſuris, lib. 1. cap. 9. num. 33.* verſic. *primum eſt*, Stephanus Gratianus *deciſ. 97. Marchia ex num. 14.* Lazarius *de monitoriis, ſect. 1. quæſt. 6. ex num. 1.* Nicolaus Garcia, *de beneficiis, p. 5. cap. 8. num. 94. 97. & 98.* Narbona *in l. 59. Recopilat. Gloſſa 1. num. 56. tit. 4. lib. 2.* Ioan. Machado *en el perfecto confeſſor, lib. 1. p. 3. tract. 7. docum. 2. num. 1. in fine*, Sanchez *de matrimonio, lib. 3. diſput. 29. quæſt. 2. num. 16.* alios adducit Scobar *vbi ſuprà dict. §. 3. num. 55.* & eam tenent multi relati à Barboſa *dicta allegat. 86. à num. 6.* vbi *num. 7.* ex Garcia refert duas declarationes ad Tridentini decretum. Primam ſcilicet ſacram congregationem Cardinaliam ita decreuiſſe ibi: *Vicarius Generalis poteſt decernere litteras monitoriales*, de quibus, *in dict. cap. 3.* † Secundam Vicarius 12
Generalis Epiſcopi poteſt has excommunicationes decernere, adhibita cauſæ cognitione, nec indiget ſpeciali mandato Epiſcopi: hanc etiam tenet Sanctius *in ſelectis, diſput. 50. num. 23.* vbi aduertit non ideo dixiſſe concilium à ſolis Epiſcopis decerni poſſe huiuſmodi excommunicationes; quia intendat excludere Epiſcoporum Vicarios, ſeu vt omnes alios repellat Prælatos Epiſcopo inferiores, etiam nullius diœceſis, qui huiuſmodi excommunicationes, etiam ante concilium ferre conſueuerant.

Verùm contrariam ſententiam alij commu- 13
niter docent per verba relata, *dicti cap. 3. Trid.* & videtur confirmari ex ante adductis de Vicario foraneo, & aliis, quibus negatur prædicta monitoria proferre: etenim Concilium taxatiuè de ſolo Epiſcopo loquitur; & ſic ſacra congregatio hæc verba cenſuit, *Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Epiſcopo poteſt ſine præuia cognitione facta ab ipſomet Epiſcopo excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipſe Vicarius cauſæ cognitionem adhibeat.* † Et quia alij dubitabant ex illis 14
verbis concilij: *à nemine prorſus, præter quam ab Epiſcopo*, cum taxatiua alios excludat, eadem congregatio iterum ſub die 25. Februarij 1583. hanc firmauit reſolutionem, & iterum *in dicto cap. 3.* declaratio ait: *præterquam ab Epiſcopo, vel Vicario ex ſpeciali mandato, & non alias*, & ita tenent Narbona *de appellatione*, à Vicario Epiſcopi, qui eſt frater alterius iam adducti Narbonæ *p. 1. num. 205.* Marcellus Vulpeius *in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici, cap. 2. num. 4.* Sayrus *in Claui Regia, lib. 9. cap. 15. num. 21.* Theophilus Raynaud. *dicta p. 1. cap. 1. quæſito 10.* verſic. *hac cum rata*, Vgolinus *de cenſuris dicto c. 45. in princip*, verſic. *ſecundo* Campanillus *in diuerſor. iuris, Rub. 11. cap. 15. num. 107.* Barboſa *in dicto cap. 3.* Tridentini, & vberius *in dicta allegat. 96. dicto num. 6. & 8.* quem videbis, & Sco-

bar *dict. p. 2. quæſt. 2. §. 3. num 54.* vbi ait poſſe hæc monitoria indulgere omnes illos,quibus ab Epiſcopo ea facultas expreſse fuerit conceſſa,aliter nullo modo.

15 Secundo dicendum eſt monitoria tantùm concedenda eſſe illi,cuius intereſt,non aliis ex dicto Tridentini decreto *in c.3.*& ex iam relata conſtitutione Pij V.quam ad litteram refert Barboſa *d. allegat.96.num.3.* vbi ordinauit quod mandata in forma *ſignificauit* , pro rerum ſubtractarum , aut deperditarum reſtitutione, ſeu reuelatione expediantur ad eorum, dumtaxat inſtantiam,quorum ciuiliter intereſt,docent Lazar. *de monitor. ſect.1. quæſt.9.num.3.& ſect.4 quæſt.1.num.21.cum ſequent.* Marcus Anton.Genuenſ.*in pract. Archiep. Neapol. cap.1.num. 4.* multis adductis Barboſa *dicta allegat.96.num.24.*& in Trid.*num.17.*Scobar *dict. §.3. à num.65.*vbi refert alios ſpeciales caſus, in quibus in prædicto caſu concedi poſſunt, nempe ei, qui mandatum habet ab habenti intereſſe , alias ſecus ex Genuenſi *n. 12.* Riccio in praxi *reſ.236.*

16 † Item poſſe monitorium indulgeri inſtante iudice Laico ex dict.Trid.*c.3.*Nauarrus *conſ.3. n.4. de ſent.excommunicat.* Vgolinus *dict.cap.45.§.1 prope finem*,vbi ait,*§.1.in fine*,poſſe iudicem Eccleſiaſticum,etiam ea monitoria indulgere inſtante neceſſitate contra res Eccleſiæ occupantes, vel eos non reuelantes; eo quod adeſt intereſſe Eccleſiæ, & publica vtilitas,quæ petitoris vicem gerit, *extrauag.vnica Ioannis 22.de furtis*,Barboſa *n.23.*

17 Verùm ſi monitoria concederentur abſque intereſſe partis petentis , & abſque eius mandato, veniunt reuocanda,vt docent Franciſcus Leo *c.6. num.28.*Lazarius *ſect.1.quæſt.9.*Riccius *d.reſ.236. num.4.*Barboſa *in paſt.dicta allegat. 96. num.14. & in dict. Trid. cap.3. num.18.* Riccius *dicto reſ.236.*
18 *num.4.* † Vbi etiam aſſerit poſſe concedi huiuſmodi monitoria pro habendis teſtibus , & notitia bonorum, quamuis intereſſe non ſit clarum, ſed ſperatur in euentu litis , quæ vertitur coram Iudice Laico, & timor eſt,ne bona dilapidentur.
19 † Et addunt Scobar *dicta 2.p quæſt.2.§.3.num.70.* Marc.Anton.Genuenſ.*dicto cap.1.num.13.*Barboſa *dicta allegat.96.num.19.* cum multis minatoria hæc inſtante parte, & officio Iudicis implorante concedi,vt ſentit prædictum,*cap 3.*Trid.& dummodo non ſit publicus peccator qui inſtat,vt per Gloſſam,Abbatem,& alios,*in cap nouit de iudiciis*
20 & Genuenſ.*dicto cap.1.n.9.* † Video tamen quod Capella Tholoſana *in dec.189.* quam refert Riccius *col.101.*ad Textum noſtrum , & ad dictum, *c.3.*Trid.ait poſſe impetrari ab excommunicato pro rebus ſibi ablatis,quod poteſt intelligi,ſi adhuc denunciatus non ſit Iuxta ea,quæ dixi , *in c. intelleximus de iudiciis.*

21 Et taliter monitoria ſunt concedenda habenti intereſſe , quod poſſit à denegatione appellare ad Metropolitanum; tum quia grauatus dicitur, cui appellatio conceditur; tum quia & ſi arbitrio Epiſcopi hoc relinquatur à Concilio *dict. cap.3.* non ideo tollitur appellatio ſecundum Gloſſam *in cap. ſuper his de accuſation. & in cap. Romana, §.quod ſi obijciantur*,verbo *minus legitima de appellation.lib.6.* Quaranta verbo *Archiepiſcopi authoritas*,multis adductis Barboſa *dicta allegat.96.n 4. & 5.*quia commiſſis arbitrio Iudicis , ſi partem
22 lædit appellari poteſt. † Et addit cum eodem, Quaranta *ſub,num.18.* verſic.*item ſi Papa* , Marco Antonio Genuenſ. *reſ. fin. caſu 36.* Scobar *dicto, §.3. num. 62.* poſſe etiam lite pendente concedi, abſque vitio attentatorum litteras monitoriales; iterum Barboſa *num.20.* † Vbi ex præfatis dicit 23
quod ſi Epiſcopus à parte requiſitus,vt decernat iſta monitoria ſine cauſa deneget illa , poteſt appellari.† Et Genuenſ.*dict.num.3 cap.1.*tenet poſ- 24
ſe etiam appellari,ſi detur breuis terminus ad reuelandum,& inſtante Iudice Laico, monitorium hoc concedi poſſe , modo id imploret à Iudice Eccleſiaſtico,tenent Nauar.*conſ.4.de ſent. excommunic.*quem refert Vgolinus *d.§.1.prope finem*,qui ex prædicto Trident. *cap. 3.* iubere laicum id non poſſe.

Tertio quia dixi ſupra de omnibus rebus non 25
vulgaribus , nec contemnendis , poſſe hæc monitoria concedi,vt patet ex dict. Trid. *c.3.* ibi *ex re non vulgari*,vbi Barboſa *num.16.* & ex præfata Pij V.conſtitutione,quam refert,*dicta allegat 96. num. 3.* ibi : *quod præcipuè attendendum eſt minimè vulgares res exiſtere*; ideo Quaranta verbo *excommunicatio ad finem reuel*, verſic. *pro tutiori* , & verſiculo *quæ clauſula*, & cum eo Barboſa *dicta allegat.96.num.40.* Scobar *dict. quæſt 2. §.3.num.118.* ſummopere commendant Epiſcopis,vt præ oculis habeant verba Trid.*in dicto cap.3.*ibi,*ex re non vulgari,cauſaque diligēti,ac magna maturitate examinata pro re,loco, perſona aut tempore , & alia ſecundum iuris diſpoſitionem recollecta* ; & ſic tutius facere ſi prius cum Iuramento interroget principalē de rei valore eius intereſſe,& vt competat actio,an habeat teſtes,certas ſcripturas , vel alias probationes, & ſic de cæteris, quibus meminit Maranta , de quo *infra* dico , agens de forma, qua conceduntur monitoria hæc : & hanc praxim laudat Gutierrez *canon. dict. c. 11. ſub,n.50.*

Vnde euenit vt Curia Roma non concedat 26
monitoria , niſi pro rebus , quæ excedant ſaltim quinquaginta aureos ,vt teſtantur,Marta,Riccius Marcus Antonius Genuenſis *dicto cap. 1. num.3.* & obſeruat Bonacina *de reſtit.diſp.2.quæſt.8. puncto 1.& 2.*Barboſa *in paſtor.num.30.dict. alleg 96.* vbi ex Genuenſi refert etiam in Curia Neapolit. monitoria non concedi pro minori ſumma,quam quinquaginta ducatorum,& conſiderata paupertate petentis,aliquādo decerni in minori,in ſumma viginti,vel triginta Ducatorum pro Epiſcopi arbitrio;& ſic addit Riccius *collect. 1412.* verſic. *ſecundo*,cum Franciſco Marco *deciſ.803 p.2. & in ſua deciſ Neap.90.*pro re,quæ valoris eſt quinque Carolenorum , non conceduntur litteræ monnitoriales.† Inter nos verò qualis dicatur res non 27
vulgaris , cuius ratione monitorum concedi valeat,relinquitur arbitrio Iudicum; quia determinatum non eſt,& ſic videtur relictum prudentis Iudicio,*l.1.ff. de iure deliber. cap. de cauſis de officio delegati*, Nauarrus *in manuali,cap.17, num.3.* verſic.*quarto dicimus* , Scobar *dict. §.3. num.96.* quia reſpectu vnius perſonæ , vel Regionis , magna erit quantitas , quæ parua reſpectu alterius iudicaretur.

Et ſic reſpectu pauperis, cuius minima poteſt 28
maioris æſtimationis iudicari , quam magna res dictis : nam in huiuſmodi æſtimatione qualitas perſonæ attendenda eſt,*l.ſed & ſi ſuſcepit.51.§. 1.* iuncta Gloſſ.verb.*modica*,de iudiciis Gregor.Lopez *in l fin.Gloſſa 17.in fine,tit.fin.p.6.*Matta *3.p.de iuriſdict.cap.4.num.27.*Gutierrez *canonic.dict.c.11. à num.63.* † Item ſi in minima re interueniat 29
talis contumacia , quæ conſtituat graue peccatum , in nimio tantò grauius , quantò minor eſt res,

res,tunc & monitoria concedi poſſe tradit Scobar *dicta p.2.q.2.§.3.num.*101.Velaſcus *de priuileg. pauperum, quæſt.* 65. *num.*163. Marta *dicto cap.*4. *num.* 24. & Præpoſitus ex Gloſſa Textus *in cap. duo ſunt, dict.*46.

30 Itaque dum deficit cauſa iuſta concedendi monitorium, debet monitorium denegari, vt *infra*, dico; obidque ſi petatur ad probandum articulum litis impertinentem; quia tunc pro pauca re æſtimari debet, denegandum eſt, niſi ſaltim ſufficere valeat ad eruendam præſumptionem circa rem, quæ pluris æſtimatur, Marta *dicta* 3.*p.c.*6. *à n.*5.qui ait, *à n.*11.quod quamuis res queat excedere legitimã quantitatẽ, non debeãt Iudices monitoria concedere ſi petita fuerint circa minoris æſtimationis rẽ; quia vltra petita, ſicut iudicari nõ poteſt, ſic nec monitoria concedi; ſecus in cauſis, vbi poteſt iudex vltra petita iudicare; non enim pro libito ea ſunt cũcedẽda; aliàs ſi ſuper re minoris æſtimationis detur, aut ſaltim vbi nullũ, aut paruum vertitur intereſſe, ſunt reuocanda, vt tradunt Lazarius *de monitoriis, ſect.*1. *quæſt* 9. *num.*3. Barboſa *in Trid. num.*18. Riccius, & Franciſcus Leo, quos ſequitur Scobar *dict.* §.3.*quæſt.*2.*part.*2.
31 *num.*98.& 104. † Et quæ dicantur cauſæ legitimæ ad hæc monitoria concedenda, leges Martam *de iuriſdict. dicto cap.*4. *ex num.*15. vbi dicit quod debet conſiderari res; ideſt quantitas, vt iam dixi, perſona an ſuſpecta, diues ſiue pauper, locus, vt ſi res depoſita in ædem ſacram ſurrepta fuerit, aut ipſius Eccleſiæ, tempus an ſcilicet ſufficiens præceſſerit ad præſcriptionem, an peccatum ſit iam commiſſum, aut non, quæ bene expendit, D. Ioannes de Scobar cum multis, *dicto* §. 3. *dict. quæſt.* 2. *p.* 2. *à numero* 105. vbi videbis.

32 Vnde vtiliter infero huiuſmodi monitoria non eſſe concedenda contra habentem pro ſe rem iudicatam, & ſi fuerint conceſſa, eſſe reuocanda; quia qui rem detinet ratione rei iudicatæ, vel Iuriſiurandi litis deciſiui, vel tranſactionis aut pacti iurati, cum parte eo monitorio nõ obligatur: ſic docent Lazarius *ſect.*4 *q.*1. *art.*12. Vgolin. *d.c.*45. *de cenſ.* §.4 verſic. *tertio*, vbi etiam cum Papa aſſerit edicta generalia, in quibus mandatur vt reſtituant detinentes bona aliena, & vt reuelent qui ſciunt ea detinere, intelligenda eſſe de his, qui indebite ea detinent, & de his qui ſciunt ea indebite tenere, vt furto, non autem de eo, qui
33 iuſtè detinet.† Et ſic qui eam detinet iuſtè quia eam vſu cepit tanquam iuſtè detinens, ſe patefacere non debet, vt docent Barboſa *dicta alleg.*96. *num.*31. Lazarius *d.q.*1.*à n.*15. Nauarrus *conſ*35. *n.*8.*de ſent excommunic.* verſic. *octauo*: iterum videbis latiſſimè eundem Barboſam *d.alleg.*96. *n.*44. & 45.cum aliis, ſequentibus, vbi agit de caſibus, in quibus ipſe, contra quem dirigitur monitorium, non teneatur ſe prodere, & de aliis perſonis quæ vel tenentur, aut non reuelare: plura congerit omnino videnda idem Scobar cum multis, ab eo relatis, *dict.* §.2.*quæſt.*2.*part.*2. *à num.*73. vbi agit de his, aduersùs quos monitoria dirigi poſſunt, vt declarent.

34 Ob id que breuiter dico huiuſmodi monitoria non concedi, ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ; quia & ſi pluris æſtimetur cauſa, quam pecunia magna, tamen arma Eccleſiæ non debent deſeruire ad aliquem infamandum, præſertim cum ipſe rarò ſe prodere teneatur, nec peccatum non faciendo committat, Barboſa *d. alleg.*96.*n.*33.vbi plures refert Lazarius *de monit.* *q.*10.*n.*70.Gutierrez *d.q.*11.*n.*70 Marta *dicto lib.*3. *cap.*5.*n.*9.Scobar *d.*§.3.*q* 2.*n.*103.† Et ſic docent 35
Aloyſius Riccius *in praxi, dec.*278. in 1. editione, & *dec.*240.in 2.editione, Noguerol.*t.*1.*allegat.*23. *n.*74.*in fine*, Scobar *d.*§.3.*n.*12. huiuſmodi monitoria in criminalibus non concedi; quia infamiæ notam afferunt; tum etiam ad euitandam irregularitatem. † Quapropter vt referunt adducti à 36
Barboſa *d.alleg.*96.*n.*32.ex ſtylo Curiæ Romanæ, & ex generali Diœceſanorum vſu in ipſis monitoriis, ponitur ſequens clauſula: *Volumus autem quod ex reuelatione huiuſmodi, ſi eam fieri contingat niſi pro ciuili intereſſe, & ciuiliter tantùm agi poſſit alias reuelatio; ipſa nec in iudicio, nec extra fidem, faciat*, ſed ſpectatâ rei natura illicitum non eſt. vt etiam in præfatis cauſis, monitoria decerni poſſent: ſic docet Theoph.Raynaud.*de monit. Eccleſiæ p.*1.*c.*1.*q.*6.

Ad ſecundam quæſtionis partem ſub qua forma concedantur hæc monitoria? non difficulter 37
intelliges ex iam adductis; enim verò aduertes primo quod nominatim contra teſtes non ſunt concedenda ratione formæ, niſi præuia diligentia de exequendo realiter, vel perſonaliter; quãuis ſine canonica monitione non procedatur ad excommunicationẽ, Franciſc.Marc.*dec.*853 & *deciſ.*851. *p.*2.*per textu in c.conſtitutionem de ſent.excommunic. lib.*6.Riccius *col.*1422.ſuper Trid.*ſeſſ.*25.*d.c.*3.†Et 38
ſic Baptiſta Coſta *de facti ſcient.& ignorant.cent.*2. *diſt.*55.*n.*7.*t.*1.Lazarius *de monitor. d.ſect.*1. *q.*10. *n.*7.& cum aliis Scobar *dict.*§.3.*q.*2.*n.*116.docent quod nominari non debet perſona, aduersùs quẽ conceduntur.† Ex his ſequitur quod in prædicta 39
conceſſione nõ requiritur partis citatio ita Marc. Anton.Genuenſ.*in praxi Archiep Neapol.c.*1.*n.*11. Aug.Barboſa *dict.allegat.*96.*n.*37. Scobar *dict* §.3. *num.*119.

Vbi *n.*120 cũ Quaranta, & Cãpanillo, ait monitoria 40
publicanda eſſe ea forma, qua fuerunt conceſſa de verbo ad verbũ, non alterando ſenſũ ſermonẽ, nec verba, quamuis pro idiotis poſſint vulgari lingua publicari, niſi conceſſa fuerint cum clauſula *arbitrio tuo.*

Sequitur ſecundo quod licet huiuſmodi monitoria 41
diebus feſtis concedi; & publicari poſſint, tamen proferri non debent in certis ſolẽnioribus & inſignioribus diebus, vt pote Natiuitatis Domini, Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & ſanctiſſimi corporis Chriſti; quia docet Lazarius his diebus, nec monitiones fieri, nec excõmunicationẽ promulgari debere, *d ſect.*1.*q.*19.*n* 4. Theoph. Raynaud.*de monit.Eccl.ad extorquendã reſtit.aut reuelationem,p.*1.*c.*1.*quæſit.*13.*ante finẽ*, Barboſa *d.alleg* 96.*n.*2 Mart.*de iuriſdict.*3.*p.c.*4.*n.*34. Scobar *d.* §.3.*n.*129.† Et ita tenendũ, quãuis Sayrus *de cenſ.* 42
lib 1.*c.*14.*n.*10.exiſtimet excõmunicationẽ, quin, & monitionem illis diebus fieri poſſe, vbi cauſæ cognitio non eſt neceſſaria, refert Marcus Anton. *variar.caſu* 37.verſ. *& dum*, iterum ipſe Barboſa *num.*43.

Tertio ſequitur dicendum quod vt hæc monitoria 43
concedantur, debet intentio concedentis eſſe recta, & quod non reſpiciat rem temporalem, tanquam finem; quia & ſi cenſura ferri poſſit pro temporali: tamen non debet eſſe eius finis, ſed proximi bonum ſpirituali; cum enim Eccleſiaſtica poteſtas, à qua omnis cenſura oritur, directè ſpiritualia reſpiciat; ita & cenſura finem, ſpiritualem egredi non debet, ſed reſpicere in

primis ſalutem delinquentis, iuxta ea, quæ tradunt Bonacina *de cenſur. in particulari diſp.* 2. q. 1. *puncto vnico, num.* 1. verſic. dixi modo, Suarez *de cenſ. diſputat.* 20. *ſect.* 1. *à num.* 7. Filiuc. *tractatu* 16. *cap.* 1. *quæſt.* 6. D. Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 1. *quæſt.* 3.

44 Quare debet iudex ſequentia conſiderare. Primo quod inſtanti parti, & imploranti officium iudicis, concedatur monitorium, non alias, vt colligi poteſt ex *dict. cap.* 3. *Trid.* & docent relati, & ſequuti ab Vgolino *de poteſtate Epiſcopi, cap.* 45. §. 1. *in princip.* Mandos *tract. de monitoriis,*

45 *quæſt.* 47. *à num.* 4. † Secundo quod res, ſeu cauſa propter quam promulgatur monitorium, & valor eius exprimatur, niſi agatur de piis locis, vel de vniuerſitate bonorum, vt eſt hæreditas, & Ius vniuerſale ex pluribus rebus conſtans & tunc fieri debet certa deſignatio rerum ſaltim in genere, quæ non ſit vaga, incerta, nec inueriſimilis, Marcus Antonius Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 1. *num.* 13. Marcus Antonius *variar. reſol. fin. caſu* 37. verſic. *ad quod facit*, Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. c.* 17. §. 4. *littera, F*, & tradit bene Barboſa *dicta alleg.* 96. *num.* 26. *&* 27.

46 † Tertio quod interroget partem cum Iuramento de cauſa rei valore, eius intereſſe, an teſtes habeat, ſeu ſcripturas, aliaſve certas probationes,

47 quibus ſe tueri valeat, vt iam, *ſupra*, dixi. † Quarto quod aduerſarius non ſit certus, aliàs via ordinaria deberet experiri, vt dixi, & probat Rauden *deciſ.* 60. vbi inſuper concludit eſſe perſiſtendum in dictis monitorialibus, non obſtante certitudine poſt modum ſuperueniente: ſequitur Riccius *dicta collect.* 1422. in verſic. *quartum*, vbi ait Sayro *deciſ.* 3. *de cenſuris*, *&* *deciſ.* 3. *de Clerico excommunic. miniſt.* quod monitoria debent continere clauſulam Iuſtificatiuam, aliàs inualida eſſe.

48 Quinto conſideret vt ſemel conceſſo monitorio circa rem, aut litem per ſummum Pontificem, aut per Epiſcopum, non ſit aliud concedendum per alterum iudicem circa eandem rem; docent Marta *de Iuriſdict. dict.* 3. *p. cap.* 4. *ſub num* 57. Rota *deciſ.* 383. *num.* 10 *p.* 1. *diuerſ.* Scobar

49 *dicto*, §. 3. *num.* 121. † Sextò conſiderabit hæc monitoria poſſe concedi, tam ante cœptam litem, quã eâ pendente, dum probationum terminus non elabitur, & poſſe procedi in eadem cauſa, quoties & teſtes produci, & conſequenter vbicumque in aliqua cauſa Iura permittuntur, multis adductis Barboſa *dicta allegat.* 96. *num.* 38. imo addit Marcus Antonius *variar. reſolut.* 112. *caſu* 36. poſſe concedi ab ordinario, etiam pendente lite in Rota, ante inhibitionem iudici intimatam.

50 Quarto aduertendum eſt quod teſtis, qui eiſdem monitoriis impulſi veniunt teſtimonium veritatis dicturi minimè iurent, ſed reuelationis teſtimoninm ſoleant exordiri verbis ſequentibus, *N. ætatis annorum* 30. *vt dixit teſtis veniens ad reuelationem prædictæ excommunicationis dixit, & reuelauit hoc tantùm ſcire, &c.* & hoc verum eſt, niſi in monitoriis ſanciretur, vt propalationes fierent cum Iuramento, quod quippe & iuſte præcipi poſſe ait Lazar. *de monit. ſect* 4 *quæſt.* 9. *num.* 15. multis adductis Barboſa *in paſtor. dicta alleg.* 96.

51 *à n.* 34. † Vbi *num.* 35. ait quod ſimiles teſtes tenentur in ſcriptis reuelare & propalare quidquid ſit: & addit, *n.* 36. quod fides non adhibetur teſtibus in his, quæ excitati litteris monitorialibus depoſuerunt in curia Eccleſiaſtica.

Quinto, vt iam, *ſuprà*, notaui aduertendum eſt 52
hæc monitoria concedenda non eſſe, quoties quis coram competenti iudice ob indicia, quæ ſunt contra Reum procedere poteſt, vel habet teſtes vel Inſtrumenta, taliter vt ſi extra iudicium conſtaret, cætera remedia deficere ad ipſam promulgationem cenſuram, aut eſſe properandum; quippe quod ex actis patere debet executionem Realem, aut perſonalem, fieri non poſſe, vt tunc cenſura feratur in ſubſidium. Quare ſi duo inſolidum obligatur in contractu, & contra alterum, procedi poſſit realiter, & perſonaliter; & contra alterum verò non poſſit, tunc ita non poſſit excommunicari; & ſi qui rem non habent, comparet in termino, & aſſerat ſeparatum reſpondere, ceſſabunt huiuſmodi monitoria, docent Lazarius *dicta ſect.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 6. *&* *ſect.* 4 *quæſt.* 1. *num.* 1. cum multis aliis Barboſa *dicta allegat.* 96. *num.* 15. Scobar *dicta* 2. *p. quæſt.* 2. §. 3. *num.* 111.

Vnde inferuntur nonnulla practicabilia, pri- 53
mo quod præfata monitoria poſſunt concedi contra teſtes alicuius negotij, veritatem ſcientes, eoſque altera pars ignoret illud ſcire, aut ſi ſciat; quia renuunt veritatis teſtimonium ferre, vt probant Abbas in hoc noſtro Textu cum aliis, quos ſequitur Campanillus *diuerſ. Iuris Canon. Rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 93. Oliuanus ſuper ritu 3. Curiæ Neapol. poſt, *num.* 10. † Secundo refert Marcus An- 54
tonius Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 1. *n.* 4. in impreſſione Romæ 1613. practicari, quod quãdo teſtes ſunt citati, ſolet Vicarius concedere monitoria cum clauſula: *dummodo non recipiantur reuelationes teſtium citatorum, vel teſtes citati non comprehendantur in monitorio.* † Tertio quod poſt 55
concluſum in cauſa non conceduntur monitoria præter quam Eccleſiis, mulieribus, & aliis perſonis priuilegiatis, cæteriſque quando eis conceditur reſtitutio in integrũ aduersùs probationes, de quo eſt videndus Aloyſius Riccius *in praxi Archiep. reſ.* 237. † Quartò refert Genuenſ. *vbi ſup.* 56
quod quando teſtes fuerunt citati in numero copioſo, putà triginta, vel quadraginta, ſolet Vicarius denegare monitoria in totum quia non eſt veroſimile, quod à tot teſtibus, pars non poſſit habere veritatem negotij: pro quo faciunt adducta *ſupra in cap. cum cauſam* 37. *de teſtibus.* † Quin- 57
to aſſerit conſuetum in praxi idem Genuenſ. & Riccius *in praxi, reſ.* 243. quod quando hæres petit monitoria contra ſcientes bona hæreditaria, & pars opponit de inuentario; & propterea dicit non eſſe concedenda; quia veritas alio modo haberi poteſt, ſolet vicarius concedere monitoria, & pars opponit de inuentario. † Et denique dicit 58
ſuper facto proprio non concedi monitoria, cum eo non præſumatur, niſi factum eſſet adeo antiquum, vt in eo præſumeretur obliuio, de quo latè idem Riccius refert Barboſa *ſup. n.* 18. *in fine.* Et denique ex eodem Genuenſi ſcribit, *n.* 16 in dicta Curia Neapol. inolere praxim, quod quando pendet lis, & eſt datus terminus in cauſa, ſi non ſunt citati teſtes, concedunt monitoria generalia contra teſtes; quia adhuc poſſunt ignorari, verùm non concedi ſi ſunt citati.

Ad tertiam quæſtionis partem, vt bene reſpon- 59
deas, leges quæ adduxi. *ſupra in c. nouit de Iudiciis, quæſt.* 39. *num.* 5. 6. *&* 7. *&* 8. 9. 14. *&* 15. dixit, *quod denunciandi obligatio, quæ oritur ex monitoriis, incipit à die notitiæ monitorij; & quod denunciare tenetur poſt terminum ille, qui in termino edicti omiſit*

denunciare;

denuntiare ;& quod de eo, qui toto edicti termino ignorauit delictum, & quid de hæretico ; & quod denuntiare omittens non incurrit excommunicationem edicti ; quouſque terminus eius ſit tranſactus:& quod denuntiare omittens per impotentiam, ablato impedimento, tenetur ſtatim denuntiare, ſi præcepti durat obligatio: & quod denuntiare omittens: licet pluries potuiſſet denuntiationem facere,tantùm vnam excommunicationem incurrit.

60 Ex his ergo iam ſatis poteris reſpondere, & mihi aptius videtur contra Naldum, & alios, quos refert Diana *p.3. reſol.95.* Vgolinum *de poteſtate Epiſcopi, cap.45. §.5. n.1.* vt teneatur denũtiare qui propter ignorantiam edicti,aut propter impotentiam non denunciauit intra terminum: ita docet Hurtado *de Iudic. forenſ. diſp.2. diſ.*10. Filiucius *tom.2. tract.14. cap.2. num.42.* qui citat Suarez; idem etiam docent Sanctius *in ſelectis diſp.11. num.69.* qui citat Acunam,& Freitas; & ad hoc teneri quam primum commodè poſſet; quia terminus non ponitur ad finiendam obligationem denunciandi, ſed ad eam ſolicitandum, Suarez *de cenſ. ſect.3.n.13.* Nauarrus *in manuali cap.25.* Scobar *in tract. ſelectiſſim. p.2. quæ.1.n.2.*cum multis Barboſa *in paſtor. dicta alle-*

61 *gat.96. num.76.* † Vbi cum Lazario,& aliis addit quod tunc non denunciando, toties incurrit excommunicationem, quoties commodè poteſt denunciare; quia tot ſunt cenſuræ quot ſunt moraliter, & formaliter actus contra præceptum, ſeu quot ſunt tranſgreſſiones moraliter, & formaliter iuxta ea, quæ reſoluit Bonacina *in tract. variis diſp.6. puncto 1. §.1.n.2.* ſed æquius eſt, vt iſte talis maneat in eadem excommunicatione non denunciando intra terminum; ita vt aliam nouam non incurrat, vt tradunt relati, & expreſſius Diana *vbi ſuprà in* verſic. *notandum eſt etiam hic obiter*, & tenet Lazarius *de monitor.*

62 *ſect.2.q.4 n.8.* † Et mihi etiam æquius videtur, vt qui ignorans, ſeu legitimè impeditus non denunciauit intra terminum edicti, teneatur ad denunciandum non illico, ſed intra terminum iam aſſignatum in ipſo edicto; quia non debet eſſe peioris conditionis, quàm cæteri, qui notitiam habuerunt, docent Filiucius *ſuprà*, Gaſpar Hurtado *vbi ſuprà*, Villalobos *in Summa tom.1. tract.17. diffic.18. n.4.* Diana *ſuprà*, in verſic. *nota verò*, & quod tranſacto termino ad denuntiandum, non finiatur ipſa obligatio denuntiandi, confirmabis ex his, quæ longè adduxi per textum; *ibi in cap. cum dilect.6. de dolo, & contum.*

63 Quod ſi dubites an terminus in monitorio præfixus prorogari poſſit ex ſola voluntate partis, ad cuius inſtantiam conceſſum eſt monitorium, Iudice interim prorſus inſcio, ac ne tacitè quidem conſentiente in prorogationem, poſt habitam eius notitiam.In quo dubio video quoſdam affirmatiuè reſpondere; quia monitorium eſt in gratiam partis conceſſum, vt ab iniuria indemnis fiat. Alij verò contrariam negatiuam docent ex eo, quia communicatio non poteſt ſuſpendi, nec impediri, quominus ſuo tempore, habeat effectum, niſi ſit in ſuſpendente iuriſdictio.

64 Verum inter vtramque ſententiam, quam ex Suarez, Hurtado, Toleto, primam ſequentibus. & ex Siluestro, Nauarro, Sayro, Naldo, & aliis ſecundæ adhærentibus, videtur quod Raynaud. *de monit. Eccleſ. p.1. cap.1. q.14.* verſic. *eſt quarta difficultas*, quem refert Barboſa *d. allegat.96. n.77.* mediam aſſumat viam, dum ait ante factum tenendam eſſe ſecundam ſententiam; quippe ſecuriorem, ſed poſt factam primam ſententiam eſſe ſatis ſecuram, poſſeque approbari abſque ſcrupulo. Et applicabis quæ adduxi, *in Rub. de dilationibus, q.3.* verſic. *ad vltimam partem.*

Pro complemento huius dubij notabis cum 65 Henriquez *lib.13. cap.18. n.6. in gloſſa, Littera O*, Quod in talibus edictis iubentur ſciẽtes denunciare intra ſex primos dies, & ex praxi conſtare inter eos non numerari diem primum publicationis, ac ſubinde dum edictum publicatur in Dominica, cum ſex diebus datis pro tribus terminis finitur publicatio ſequenti Dominicam eadem hora, & qui neſciunt ſtatim primo die fuiſſe latam excommunicationem in edicto contra ſcientes, poſſunt à die notitiæ numerare prædictos ſex dies, vt refert Diana *dicta 3. p. reſ.95. tract.* & faciunt iam relata, & quæ adduxi *in Rubr. de dilation. q.10.*

Ad quartam quæſtionis partem, an qui audie- 66 runt edictum, teneantur antequam id publicetur? Et quia caſus iſte frequenter accidit, erit ſic caſus formandus v. g. hic illa triti publicatur aliqua lex pro toto Caſtellæ Regno eius publicatio, quæ in foro fit, non poteſt ſimul, & eadem horà per totum Regnum diffundi, imo nec per totam ciuitatem, vt de ſe conſtat quouſque elabatur tempus, vt per totam ciuitatem diffundi poſſit; & ſic exiſtimo cum Caſtro Palao *in opere mor. tom.1. tract 6. diſp.1. puncto 11. num.7.* & cum Diana *dicta 3. p. tract.6. reſ.75.* vt qui in quadam platea ciuitatis audiuit quoddam bannum, ſeu edictum, non teneatur ad denunciandum vigore illius edicti, nec ad eius obſeruantiam, antequam publicetur in aliis plateis, & in tota ciuitate diffundatur quia lex prius arctat communitatem, quàm ſingulos, ſinguli enim ciuitatis in tantùm arctantur lege, in quantùm partes ſunt communitatis lege obligatæ. † Ve- 67 rùm ego in materia noſtrorum edictorum aliter exiſtimo iudicandum; quia cum hæc monitoria non dicantur ſtatuta, ſed mandata generalia, vel ſpecialia lata ab homine, quæ morte, aut remotione concedentis ab officio expirant, vt *infrà* dico, & vt fatentur Palaus, & Diana relati inter differentias legis, & præcepti, ea etiam ſit quod lex in communitatem ordinetur; quia primo, & per ſe in ipſius bonum ordinata ſit, & præceptum tantùm ad ſingulos reſpiciat;quia in bonum ipſorum ordinatum eſt; quid mirum, vt iuxta notitiam cuiuſque, obligatio denunciandi oriatur: quia vt iam *ſuprà* notaui *in d. cap. nouit de Iudic. q.39.* obligatio denunciandi, incipit à die notitiæ monitorij.

Ad quintam quæſtionis partem, qui teneantur 68 ad denunciandum, vel non? Quia longè agunt ſupra citati Doctores de hac materia agentes: ideo ne longus ego ſim reſumptiuè dico vi monitorij quemlibet, tam maſculum, quàm fœminam teneri ad reuelandum, ſeu denunciandum delictum, rem, vel perſonam, quam ſuperior præcipit denunciare, & hoc procedere in quibuſcumque perſonis cuiuſcumque ſint cõditionis, dignitatis etiam Regiæ, & in egregiis matronis, & honeſtiſſimis fœminis, quæ dedignari non debent ſua ferre teſtimonia.Quod procedit non ſolùm in his, qui certi ſunt de delicto,

de

de verbis, aut de circunſtantia, quæ denunciari iubetur, ſed etiam qui dubius eſt circa ea, & intentionem delinquentis, aut ſuperioris denunciare iubentis; tunc quia in caſu dubio præſumendum eſt pro Iudice præcipienti, cuius præceptum certum eſt; licet factum ſit dubium; tum quia in caſu dubio Iudex poteſt cognoſcere, an ſua ſit Iuriſdictio, vt latè alibi adduxi.

69 Et relata doctrina procedit etiam ſi exhibitum fuerit iuramentum de non reuelando; quia nihilominus tenebitur obedire, & denunciare, cum ſimile Iuſiurandum temerarium, & illicitum ſit, eſſetque vinculum iniquitatis ex benè adductis in noſtro titulo; quod limita dum tamen ſi iuramentum adhibitum fuerit ad non denunciandum, quod aliàs tacendum erat, velut ad non propalandum, quod traditur ſub ſecreto naturali, quod ſcitur de parentibus, & coniunctis caſibus, quibus arcanum obligat: & ita ſunt intelligendi Thomas Sanchez *lib.6. conſil. moral. cap.2. dub.21.* Farinacius *de hæreſi q.197. à num.50.* vbi plures congerit Bonacina *de cenſ. diſput.11. q.6. puncto 1. n.23. & diuerſ. tract. diſputat.6. de onere, & oblig. denunciandi puncto 1. §.5. num.5* Lazarius *de monitorijs ſect.2.q.14.n.6.* benè Scobar *de denunciatione. p.2. q.2. §.3. à n.1. 10. & 11.* Ibi cum pluribus.

70 Itaque fit, vt qui non curarunt denunciare, aut reſtituere vi monitorij, poſſint declarari ob contumaciam, & inobedientiam, ingeneraliter latam cenſuram incurriſſe; & inſuper cogi ad purgandam; ita quod abſolui non debeant, niſi prius reſtituant rem, quam occupaſſe, & indebitè detinere, conuincatur contra Franciſcum de Leon *in theſauro, p.3. cap.38. n.21.* docet Marcus Antonius *Variar. reſol. lib.1. reſ.112. caſu 75.* verſic. *contingit*, & tenent Barboſa *in paſtorali d. allegat.96. n.44.*

71 Vnde euenit vt qui denunciare tenentur, debeant proferre veritatem, dum à Iudice ſub Iureiurando interrogantur; eo quod talis interrogatio eſt Iuridica: argum.eorum, quæ adduxi, *ſuprà in cap.1. de confeſſis, q.4.* & alibi *in tit. de teſtibus*, & *in tit. de Iureiurando*: ſic Scobar *vbi ſuprà, n.21.* vbi id non procedere dicit, quoties denunciandi deficit obligatio: nam tunc iurati poterunt negare reſtrictione in mente retenta, qua verum ſit quod aſſerant, alias mentientur, quod nunquam licet; quia iuramentum non tollit tacendi Ius; *l. fin. Cod. de non numerata pecunia*: tum quia adeſt iuſta cauſa vtendi amphibologia; tum quia in propoſita ſpecie ita communiter receptum eſt, vt docent Nauarrus *in manuali, cap.13. n.166.* Nauarra *de reſtitutione, lib.3. cap 1. p.2. num.407.* Leſſius *de Iuſt. lib 2. cap.12. dub.10. n.62.* Valentia *tom.3. diſp.5.q.13.puncto 2.* Bonacina *de cenſuris dicto puncto 1. diſput.11. q.6. n.29.* & de onere denunciandi *puncto 1. §.6. n.5.* Arragon *2.2. q 69. art 2. ad finem*, ibi Bañez, & Salon *Controuerſ.11.* Sanchez *in Decalog. libro 3. cap.6. n.23. & 24.* Sayrus *in Claui Regia libro 4. cap.5. n.4. & lib.11. cap.17. n.29.*

72 Ex quibus infero ad caſus, ſeu ad perſonas, quæ reuelare, vel denunciare non tenentur. Et quia longè agunt Doctores iam relati, inter quos expluribus nouiſſimè Barboſa *dicta allegat.96. à num.45.* Scobar *dicta p.2. q.2.§.3.à n.21.* Riccius *dicta collect.995.* ad textum noſtrum breuiter dico, quod primo à denunciando excuſantur omnes hi, qui etiam afferendo teſtimonio excuſati in iure reperiuntur, ſecundùm ea, quæ adduxi *in tit. de Teſtibus cogendis*; & ſic nec maritus, nec filius, nec conſanguinei propinquiores tenentur ad denunciandum, aut è contra; dum tamen aliter veritas ex aliis teſtibus poſſit haberi, aut niſi delictum vertatur in damnum commune, vt eſt crimen hæreſis, in quo omnes tenentur denunciare; quia Religionis cauſa eſt omnibus præferenda, quando etiam aliis nequit probari, filius enim denunciare Patrem non tenetur, niſi periculum adſit peruerſionis plurium, Marcus Antonius Genuens. *in praxi Neapol. c.18. num.6.* Filiucius *tom 2. tract.40. cap.8. num.233.* Sanchez *lib.6. conſ. cap.2. dubio 19. n.6. & 9.* multis adductis Scobar *vbi ſupra à n.36. & 43.* cum aliis & cum infinitis Barboſa *dicta alleg 96. à n.52.* † Vbi *n.62.* addit quod qui inhabiles ſunt 73
ad teſtimonium ferendum, vt pote quia infames, & huiuſmodi tenentur reuelare; quia eorum teſtimonium non omnino inualidum eſt: nam & ſi non probent, facient præſumptionem, Gloſſa in verbo *ad teſtimonium, cap.1. de Teſtibus, & n.66.* † Vbi addit neminem teneri ad reuelan- 74
dum, quæ non vere, & realiter ſcit, aut accipit ab ipſis, quibus nulla fides eſſet adhibenda, & de his loquuntur edicta.

Secundo nemo tenetur denunciare, niſi quos 75
pars, vel Iudex intendit ligare; quia excommunicatio vim habet ab eorum voluntate. Nec quando tempore publicationis, & excommunicationis degebat extra territorium Epiſcopi excommunicantis; ſecus tamen ſi nondum elapſo termino aſſignato in monitorio, ſi transferret ad aliam Diœceſim intentione ibi manendi majore parte anni, vel ibi perpetuo habitandi: idem cum multis *à num.73.* † Qui *num.70.* ait nemi- 76
nem teneri denunciare, aut teſtificare quando probabiliter timet ſibi aliquod damnum, graue ſpirituale vel temporale, ſiue inimicitiam capitalem euenturam ex reuelatione Scobar *vbi ſupra tract.2. p.2. q.3. §.5. n.4.* & alij quamplures ab iſtis relati. † Et ſic nemo tenetur denunciare 77
emendatum ante correctionem, etſi Iudex id præcipiat, niſi quando fraterna correctio non eſt neceſſaria, vt in crimine hæreſis, proditionis, & aliorum in perniciem Reipublicæ vergentium, vel quando non ſperatur emendatio ſecundùm ea, quæ iam adduxi, *in cap. nouit. de Iudicio*, & explicat ex multis Barboſa *ſuprà n.69.* Soto *de Iuſtit. lib.5. art.1. q.5.* Vaſquez *de reſtitutione, cap.9. §.3. n.4.* Bonacina *variar. tractat 6. puncto 1. § 8. n.1.* Sanchez *in Decalog. lib.6 c.18. n.49.* Gutticrrez *Canon. lib.1. cap.11. n.73.* Lazarius *de monit. ſect.2. q.7.* Filiucius *tract.14. cap 2. q.1.* Silueſter verbo *denunciatio q.4.* qui hoc intelligunt, modo Iudex intendat ſolùm emendationem, vel ſatisfactionem: ſecus ſi præter hæc intenderet punitionem in ſua Inquiſitione: quia tunc qui non denunciat, excommunicationem incurret, modo delictum ſit publicum. † Et in 78
caſu dubio potius eſt vt intendant Prælati emendationem, quàm punitionem, vt dixit Bonacina *ſuprà n.3.* ſequitur Barboſa citatus. † Qui cùm 79
Farinacio *de hæreſi, q.179. §.2. n.52.* & Suarez *de fide diſput.20. ſect 4 n.13.* ait vt quoties ſit periculum relapſus, & damni grauis inde communitati ſequuturi, aut etiam priuatæ perſonæ, vt in hæretico, qui licet emendato ad vomitum rediuit in tempore, & occaſione: tunc reum quantumcumque emendatum, eſſe denunciandum

vi,

vi, monitorij, vt exemplificant Farinac.& Suarez citati.

80 Tamen vi monitorij quantumcumque ea obligatio adſit, non tenebitur hæreticus occultus ſeipſum prodere, nec confeſſarius ſolicitans ad venerea in actu Sacramentalis Confeſſionis, delictum ſuum coram Inquiſitoribus propalare; non enim peccatum ſolicitationis reſpectu ſolicitantis eſt reſeruatum, & ſi non denunciet; quia à quolibet ſimplici confeſſario poteſt abſolui, ſiue ſolicitans ſit ipſe confeſſarius, ſiue ipſa mulier, quæ confitetur: & hoc procedit etiam,ſi in edicto caueatur,vt ipſimet delinquentes ſe prodant, & denuncient; eo quod ſimilis vſus eſt contrà Ius. De hæretico docent Doctores cum D. Thoma 2. 2. *q.69. art.*1. Simancas *de Cathol. inſtitut. cap.*42.*n.*13. Rojas *ſingul.*13.*n.*35. Acunña *de Cõfeſſar.ſollicitãt.q.*10.*n.*4 & *q.*11.*n.*2. vbi Freitas *n.*13.Bonac.*de onere, & obligatione denũciandi diſp.*6.*punct.*2. *n.*8.plures apud Dian.*p.*1. *tract.*4. *de denunciatione reſolut.*8. Fagundez *ad* 2.

81 *Eccleſiæ præcept. lib.*4. *cap.*3. *num.*44. † De confeſſario, ſeu muliere ſolicitante, Henriquez *lib.*3. *de pœnit. cap.*10. §.2. *Littera H*, Acunña *dict.quæſt.*11.*num* 2.vbi Freitas *num.*13. & 21. Fr. Emanuel Rodrig.*in ſumma cap.*207.*concluſ.*1.*p.*1. Egidius Trullenq. *in Decalog. præcept. p.*1. *lib.*1. *cap.*3. *dubio* 18.*n.*32. Marcus Antonius Genuens *in praxi Archiepiſc. Neapolit. cap.*2. *n.*1. D.Ioannes de Scobar *p.*2. *dicta q.*2. §.3. *à num.*31. Barboſa *num* 45. *ſuprà*; eo quod nemo ſe infamare

82 tenetur, *cap.quis aliquando de pœnit. diſt.*1. † Et *num.*46. infert cum pluribus, quod eximantur ab obligatione denunciandi occiſor, fur, & ſocius criminis, niſi legitimè in Iudicio fuerint interrogati, Lazarius *Canon. quæſt. ſect.*2. *q.*14. *n.*1. Marta *de Iuriſd. p.*3. *cap.*7.*n.*10. *cum ſequent.*Scobar *vbi ſuprà à n.*30.

83 Vnde infero breuiter quod habens ſcripturas vi monitorij, eas reuelare non tenetur, ſi inde graue damnum paſſurus eſſet; & hoc etiam ſi Scripturæ ſint publicæ; ſin autem priuatæ nunquam, per ea, quæ adduxi, *ſuprà in cap.*1. *de probationib.* ob id qui habet tranſumptum Scripturæ ex vi monitorij, ſe prodere non tenebitur, cum illæ in Iudicio fidem non faciant, Bonacina *de cenſur. diſput.*2. *q.*6. *punct.*3. *n.*32. Filiucius *in Summa tract.*14. *cap.*2. *n* 4. Machado *del perfecto Confeſſ lib.*1. *p.*3. *tract.*7. Scobar *vbi ſuprà tract.*2. *p.*2. *q.*2. §.3. *n.*10. Barboſa multis adductis *n.*50. & 51. verùm Campanillus *in diuerſ. Iuris Canon cap.*15. *n.*95. tenet quod quando profertur ſub cenſura, vt quicumque haberet aliquas ſcripturas, debeat illas producere, cogi illas exhibere, nec poſſe illa excuſatione ſe tueri, quod inde pertimeſcit vexationem, niſi maniſeſtiſſimum eſſet illas taliter ad eius Ius conducere, vt nullatenus ad Ius alterius confirmandum ſpectent; cuius opinio in foro poli, tutior mihi videtur; etſi fatear primam adductam in Iudicio animæ ſuſtineri, iuxta adducta *in dicto cap.*1. *de probat.* Et quia de hoc caſu latiſſimè tractant Gregorius Sayrus *in Claui Regia lib.*12. *cap.*20. *à num.*30. Siluester verb. *falſarius cap.*3. Auila *de cenſur. p.*2. *cap.*5. *diſputat.*4 *dub.*1. *concluſ.*1. Caietan. *in* 2. 2. *quæſt.*62. *art.*8. Sotus *in* 4. *diſt.*22. *quæſt.*1. *caſ.*3. Bannius *in Theologia moral. tom.*2. *diſput.*5. *q.*10. *à ſect.*3. Henriquez *libro* 13. *cap.*18. *num.*2. Diana *p.*9. *tract.*9. *reſol.*48. Lazarius *de monit. ſect.*3. *q.*1. ideo non amplius ago.

Infero ſecundo quod nemo tenetur denunciare iuſtum compenſatorem, in caſibus, quibus ipſe compenſans vi monitorij non tenetur ad ſe patefaciendum, etiamſi ſpecialiter excommunicatio lata ſit contra ſcientes, & non manifeſtantes; quia quando principalis non ligatur, etiam nec minus principalis ligatur; quia nemo tenetur ſe, aut alterum innocentem prodere in tantùm, quod conſcius iuſtè compenſationis, liberè poteſt iurare, ſe nihil habere intelligendo intrà ſe, vt teneatur manifeſtare;quia habet iuſtam tergiuerſandi cauſam: quod intelliges dummodo debitum ſit liquidum, & certum, nec qui ſe compenſauit, plus acceperit, quo verè eſſet debitoris; quia excommunicatio cadit ſupra iniuſtum detentorem, non verò ſupra compenſantem, qui talis non eſt, pluribus adductis probat Barboſa *dicta allegat.*96. *num.*49 84

† Vbi ait cum Bonacina *de cenſur. diſp.*2. *quæſt.*6. 85
puncto 1. *num.*25. quod licet compenſans fortè peccauerit, accipiendo ſi potuit rem ſibi debitam, aliâ viâ recuperare, aut ſine periculo ſcandali, non tamen peccat retinendo, modo debitum, ſit liquidum. † Tamen ſi,de Iuſtitia compenſationis dubitet, tenetur denunciare, niſi rationabiliter deponat dubium: ſic Bonacina *ſuprà n.*30. vbi dicit hoc verum eſſe, etiam ſi ille, qui rem accepit aſſerat ſe illam in compenſationem accepiſſe, niſi fortè eſſet vir tantæ fidei, vt illi meritò præſtanda ſit fides. Aliâ adducit Barboſa *dicta alleg.*96. *n.*72. cum Lazario *de monitor.ſect.*3.Caſtro Palao, Sayro Leſſio, & aliis,& comprobantur dicta ex his,quæ de compenſatione dixi *ſuprà in cap.*1. & *cap.*7. *hoc tit.* 86

Item qui ſcit aliquid, quod probare non poteſt, non tenetur ad denunciandum, Treuiſ. in Rota venet.*deciſ.*50.*p.*2. Riccius *dicta collect.*995. qui eam notat ad textum *in cap. plerumque* 2 *q.*3. & ſic Barboſa *dicta alleg.*96. *n.*51. Scobar *dicto tract.*2. *q.*3. §.6. *per totum.* Lazarius, & alij ab iſtis relati, docent quod ſcientes non tenentur reuelare, quando id, quod ſciunt, ſaltem vno teſte probare non poſſunt; quod Vgolinus *de cenſ. cap.*45. §.5. verſic. *ſexto*, extendit etiam ad participantes in furto, qui ad denunciandum non tenentur, ſi furtum probari non poſſit; quamuis Iudex id iubeat, Machado *vbi ſup.lib.*1. *p.*3. *tract.*7. *docum.*5. *num.*1. 87

Pro complemento notabis quod Curia Archiep. Neapol. ad tollendos ſcrupulos nunquam decernit monitoria aduersùs principales non ſe reuelantes, ſed tantùm contra non reſtituentes Riccius *dicta collect.*995. ipſe etiam, *in deciſ.*121. 88

† Tamen ſunt aliqui caſus, in quibus etiam ad 89
reſtitutionem vi huiuſmodi monitorialium non tenetur veluti quando eſt effectus impotens ad ſoluendum, modo habeat animum reſtituendi, vt primum poſſit, *ex Reg. l. impoſſibilium, ff. de reg. iuris*, cum aliis Barboſa *d. alleg.*96. *à num.*47. vbi ait *non poſſe reſtituere*, dici non ſolùm qui omnino non poteſt, verùm etiam ei, qui commodè nequit, *l. nepos proculo, ff. de verb. ſignific.* Velaſcus *de priuileg. Paupér. p.*2. *q.*65. §.1. *n.*275. Scobar *d. p.*2. *q.*2. §.3. *n.*35. alios adducit, vbi ait aliud eſſe ferre monitoria aduersùs delinquentes,vt ſe prodant,aliud autem vt reſtituant, vt de ſe patet. † Item ſumitur exemplum in 90
compenſatione, de qua *ſuprà* dixi, & in eo, qui ad exhibendas ſcripturas non tenetur, quibus in caſibus,& in aliis,non adeſt obligatio reuelandi,

de

de quibus longè amplius ſuprà citati, quos videbis, & relatos per eos ad longam diſputationem, & ad duos caſus Barboſa *dicta allegat.96.*
91 *n.41. & 42.* † Vbi ait quod Epiſcopus, tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, procedit in monitoriis vigore *ſignificauit* expeditis à Summo Pon-
92 tifice. † Et inſimul *d. n.42.* oſtendit, an executor monitorialium papalium poſſit abſoluere ab excommunicatione; poſtquam paruit is, qui in eam incidit, vbi cum multis probat, vt poſſit abſoluere; eo quod dicta ſententia excommunicationis, eſt generalis; provt ex verbis huiuſmodi monitorialium apertè conſtat, & dum di-
93 citur *generalem excommunicationem proferas.* * Ex quo altera ſuboritur concluſio, vt ſententia generali excommunicationis lata ab homine abſolui valeat ab eo, qui à cenſura à Iure lata, & nemini reſeruata poſſet, Doctores *in cap. graue de Præb.* Couarruu. *in cap. alma, p.1. §.11. n.4.* Sayrus *de cenſ. lib.2. cap.19. n.5. & cap.20. n.2.* Nauarrus *in manuali, cap.27. n.44.* Toletus *in Summa lib.1. cap.10. n.9.* & alij communiter.
94 Item pro coronide aduerto cum Riccio *dicta collect.995.* ad textum noſtrum ad nonnulla practicabilia pro conceſſione monitorialium; nempe quod ſententia eſt concedenda mere interlocutoria, vt decidit in Curia Archiep. Neapol. *deciſ.90.* ex qua deciſione infert ad alia, duo, nempe ad deciſionem Rotæ Marchiæ penes Gratianum 97. vbi propterea à ſententia conceſſionis monitorialium fuit appellatio reiecta; & ita cenſuiſſe ſacram Congregationem ſuper Concilio Trident. *ſeſſ.24. cap.20.* & ad aliam deciſionem Curiæ Archiep. de qua ipſe, *deciſ.3.* vbi fuit dictum quod ſententia excommunicationis, eſt merè interlocutoria, & non obſtante partis contradictione, ſi eſt iniuſta, poſſit reuocari, quam commendat notandam pro ampliatione
95 textus, *in l. quod iuſſit, ff. de re Iudic.* * Secundò animaduertit idem Riccius cum Fabro *in dec.5. de Teſtibus*, quod qui teſtimonium dicit vigore monitorialium ad finem reuelationis tantùm poteſt, & debet repeti ad finem probationis.
96 Tertiò idem Riccius *in collect.102.* ad noſtrum textum, ait cum Capella Tholoſana *in deciſ.189.* quod monitorium poteſt impetrari ab excommunicato pro rebus ſibi ablatis; & quod ſit reintegrandum affirmat cum Achilles *in deciſ.6.* etiamſi non habeat clauſulam *ſi quis*, aut clauſulam comminatoriam *ex nunc*, provt *ex tunc.*
97 Et quod in monitorio extra Curiam, neceſſum ſit vt feratur excommunicatio; ſecus tamen in eo in Curia: ita cum Achilles de Graſſis *in d.*
98 *deciſ.6. de ſententia excommunicationis.* * Et ipſe etiam Riccius *collect.1422. ſuprà d. cap.3. Trident. ſeſſ.25.* ait quod monitorium nominatim, niſi contra teſtes, non eſt concedendum ratione formæ, niſi præuia diligentia de exequendo realiter, vel perſonaliter; quamuis ſine Canonica monitione non procedatur ad excommunicationem, Franciſc Marc. *deciſ.853. & in dec.851. p.2.* per textum, *in cap. conſtitutionem de ſent.*
99 *excommunic. lib.6.* * Qui *in deciſ.852.* ait monitorium generale concedi de iuſtitia, & *in deciſ. ſub ſeq.* decidit perſonas, quæ comprehenduntur, vel non ſub monitorio generali, notat
100 idem Riccius ſub allegata *collect.102.* * Qui *d. collect 995.* ait cum Fabro *in deciſ.54. C. de probat.* vt aduocati procuratores non teneantur ad reuelandum ſecretum ſuorum Clientulorum: idem de Tabellione, & Medico, docet cum multis Barboſa *dicta alleg.96. à num.63.* vbi dicit ſcita ab aliquo ſub ſecreto naturali, veluti cum ab eo petitur conſilium, non eſſe denunciando, niſi vergerent in damnum grauiſſimum Reipublicæ.

Et quod ſcitur à Sacerdote in Confeſſione Sa- 101
cramentali, nec vllo pacto, & hoc etiam ſi Papa ſacerdoti Auriculo præciperet, aut ſecum diſpenſaret, vt alterius apperiret Confeſſionem. De quibus vide quæ dico *in cap.2. de officio ordinarij*, & alia alibi *in c.13. & c.14. de Iudiciis.*

AD TEXTVM
IN CAPITE III.
Ad noſtram.
ET CAPITE XXI.
In ordine, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iurans per extorſionem obſeruare in omnibus cauſis, Iuris ordinem, non tenetur ad alia, quæ extra Ius ordinata ſunt.*

VT amplam huius textus tractationem facias, inquantum docet quod non in omnibus cauſis ordo Iuris præreuiratur obſeruari, leges quæ adduxi, *ſuprà in cap. dilect.6. de Iudicijs*, & ibi, *à quæſt.11.* per alias, & alia adduxi in titulis, *de litis conteſt. de dilationibus, & ordine cognition.* & applicabis dicta *in cap.9. de foro compet.*

Et ibi in verſic. *verum quoniam ſecundum traditiones canonicas, manifeſta accuſatione non indigent.* 1
Applicabis quæ dico *in cap. veſtra de Clericis coniugatis*, & *in cap. euidentia 9. de accuſationib.* & ſic *in Rub. de probat.* dixi, nota non indigere probatione. * Itaque fit vt quoties aliquis iu- 2
rat per extorſionem obſeruare in omnibus cauſis Iuris ordinem tale iuramentum, non debeat extendi vltra ea, quæ Iure ipſo ordinata, & ſtabilita ſunt, ex his, quæ adduxi, *in cap. verum hoc tit.* Etenim quoties non conſtat de voluntate aperta iurantis, non eſt cur eius iuramentum extendatur ad res, quæ Iure ipſo non præcipiuntur, cum iuramenti, & voti obligatio debeat ſecundùm Iuris præcepta metiri; eo quod ſit Iuris ſtricti, nec ad incogitata extendatur, nec ad ea, quæ ſunt præter Ius, aut contra Ius, dixi pluries *ſuprà*, & dico *in cap. cum contingat 28.* & *in cap. penult.* vbi ago de prorogatione iuramenti.

Et quotuplex ſit notorium Iuris, & facti, quid 3
manifeſtum, & quod inter ſe differunt: & ad alios caſus videbis quos hic adducit Barboſa *à num.3.* de quo latè Doctores *in cap. veſtra de cohabit. Cleric. & alibi.*

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XXII.
Latè , hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD huius textus plenam cognitionem adjunges ſuprà relata *in c.3.*& *in c.tua nos 11. hoc tit.c.venientes*,& *in cap.intellecto* Et ibi, *inſanè*, applicabis quæ adduxi de iuramento fidelitatis, *in c.4.*& 5. & *in c. veritatis hoc tit.* Et leges adducta *ſup.in c.veniens* 16. in verſic.*ad primam quæſtionis partem,q.*1. Et ad caſus videbis *hic* Barboſam, & per eum *n.*3. adductos.

QVÆSTIO I.

Si mulier, v. g. iurat non vendere res dotales, nec alienationi conſentire, & poſtea vendit, & iurat, an talis contractus valeat, & firmetur iuramento?

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ iurat non vendere res dotales, nec alienationi conſentire,& poſtea vendit,& iurat, nunquid talis contractus valeat,n.*2.3.4. *& ſub diſtinctione à n.*5.

2 *Actus, ſeu diſpoſitio, quæ pendet à mera voluntate, & facultate ipſius diſponentis, nequit irreuocabiliter adſtringi, n* 4. *&* 6.

3 *Promiſſio de non alienando, etiamſi ſit cum iuramento, non impedit alienationem, & tranſlationem Dominij.*

4 *Clauſula derogatoria poſita ab vno ſine notitia alterius, non valet quando actus, vel contractus pendet a voluntate duorum. Et an iuramentum eam habeat, n.*8.*In teſtamento ad pias cauſas tacitè ſubintelligitur, n.*11.

5 Gloſſa in cap.mulieres de Iureiurando lib.6. *intelligitur.*

7 *Actus iuratus qui habet tacitam clauſulam derogatoriam actus contrarij, quid operetur, n.*8.

9 *Mandatum primum tollitur per ſecundum.*

10 *Voluntas prima derogatoria vltimæ præualet primæ, niſi poſt vltimam ſpecialiter reuocetur.*

1 VT quæſtionem hanc proprius diſſoluas léges quæ dixi, *ſuprà in c.*3.*q.*1. in verſic. *ad vltimam*, vbi egi de illo,qui prius vnum iurat,& aliud poſtea,&c. Et in hoc dubio eſt duplex ſententia,negatiua vna, quia quando ſemel eſt præſtitum iuramentū,ſecundum reputatur illicitum, & non valet ex textu noſtro, & *d. c.intellecto hoc tit.* Gloſſa ſingularis, & Ordinaria *in cap. licet mulieres hoc tit.* vbi Ioan. Andreas, Ancharranus Dominicus, Archidiac. Francus, & communiter Doctores, Hoſtienſis *in cap.cum contingat hoc tit. col. fin.* verſic. *quid ſi minor, vel mulier.* Bartol.*in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor, col.*4.*n.*9. & tenent hanc partem Speculator, Iaſon, Paulus, Angelus, Baldus, Alex. Imola, in locis aſſignatis per Gomezium *in l.*50. *Tauri, n.*58. & confirmatur, quia primus actus iuratus hadet tacitam clauſulam derogatoriam actus contrarij, & tollit vires eius virtute iuramenti: argum. textus *in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg* 2. & faciunt Doctores aſſignati *ſupra in dicto cap. tua nos* 11. *hoc titulo.*

2 Verùm in ſpecie noſtræ quæſtionis ipſe Gomezius *in dicta l.*50. *Tauri, n.*58. à verſic. *ſed his* contrariam affirmatiuam docet primo, quia quando actus, vel diſpoſitio pendet à mera facultate, & voluntate ipſius diſponentis,non poteſt irreuocabiliter adſtringi, etiam cum iuramento, taliter quod abea non poſſit recedere, ſed valet, & tenet ſecundus actus contrarius, licet diſponens ſit periurus: argum. textus, *in l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquirenda hæred.* & *in l. ſi quis in principio teſtamenti*, verſic. *nemo enim, ff. de legat.*3. ibi: *nemo enim eam ſibi legem dicere poteſt, vt à priori ei recedere non liceat*, textus, *in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de legat.*1. textus expreſſus, *in cap. ſicut ex litteris de ſponſalibus*, vbi iurans contrahere cum B.poteſt contrahere cum alia; licet ſit periurus.

3 Et hanc partem probabis ex eo etiam, quia probatio, vel promiſſio de non alienando,etiam ſi ſit cum iuramento non impedit alienationem, & tranſlationem Dominij: argum. textus, *in l. ſi ita quis, §. ea lege. ff. de verb. oblig.* & *in leg. ea lege, Cod. de condictione ob cauſam, cum ſimilibus*, docent expreſsè Abbas, & communiter Doctores, *in cap. dilecto de præb.* Albericus, Faber, & alij per textum, *in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.*& *in l.ea lege, Cod.de conditione ob cauſam cum ſimilibus*, DD. & Ioannes Andreas *in reg. quod ſemel de reg. iur. lib.*6. † Deinde quia 4 quando actus, vel contractus pendet de voluntate duorum,non valet clauſula derogatoria poſita ab vno,ſi non perueniat ad notitiam alterius; quia aliàs eſſet grauiter fraudatus:argum.textus, *in l. ſi qui hominem, § ſi Titium, ff. de ſolutionib. l.cum quis, § ſi debitorem eodem, l. ſi mandaſſem, ff. mandati, l ſi fideiuſſor, la* 1. § 1. *l.ſed etſi ſocius*, §.1. *eodem, l.*1. §.*ſed ego, ff. quod iuſſu*, Bartolus, Baldus, & communiter Doctores, *in leg. pacta nouiſſima. ff. de pactis.* Paulus, & DD. *in l. ſi mihi, & tibi, § in legatis, ff delegat.*1. latè, & notabiliter Bartol. *in l non ſoluta, § morte, ff. de operis noui nunciat. col.*4. & 5. vbi communiter moderni. Tum etiam, quia ſi quis facit iuramentum de non mutando teſtamentum, poteſt nihilominus illud mutare, vt iam *ſuprà* notaui; & facit etiam Gloſſa ſingularis *in cap.fin. de procurator, lib.*6. vbi ſi quis iurauerit non reuocare Procuratorem, poteſt nihilominus ad libitum reuocare.

Ego tamen vt præfatam quæſtionem explicem, præmitto reſolutionem, quam adduxi, 5 *ſuprà* ad text. *in cap. veniens* 16. *hoc tit.* vbi *q.*1. ex verſic. *ad primam*, egi de quæſtione illa, an iuramentum de re aliqua facienda; obliget contra primum iuramentum. Qua præmiſſa, & ſecundùm eius doctrinam exiſtimo Gloſſam *in d. cap. mulieres*, & regulam textus noſtri procedere, quando eſſet ex primo iuramento quæſitum Ius alicui tertio, cuius interſit dotem non alienari; ſecus ſi ſimpliciter ſuo proprio fauore, & cauſa iurauit; quia tunc non obligat talis actus iuratus irreuocabiliter; quia non eſt quæſitum Ius, tertio & cenſetur nudum præceptum, vel promiſſio de non alienando,quod non valet, nec tenet,quādo nō fuit reſpectu certæ perſonæ: argum.

argum. textus, *in leg. filiusfam. §. Diui, ff. de legatis* 1. docent expreſsè Baldus *in leg. duobus, §. fin. ff. de Iureiurando*, vbi alij, & præcipuè Iaſon, idem Baldus *in dicto cap. veniens hoc tit.* Alexand. *in conſil.* 16. *col.* 3. *vol.* 3. cum aliis idem Gomezius *in dicta l.* 50. *Tauri, n.* 50. ſub verſic. *tertio.*

6 † Qui in verſic. *ſecundo limita*, cum Bald. Imola, Alex. & aliis, ait etiam eius ſententiam limitari, quando ille, cum quo ſecundus actus, vel contractus fiebat, erat certus de primo iuramento contrario; ſecus verò ſi ignorabat; quia tunc ſecundus actus valet: refert plures de hac quæſtione agentes, & primam ſententiam tenentes, Gratianus *in reg.* 276. vbi affirmat iuramentum primum de non alienando dotem, præferri ſecundo, & præter alios Padilla eam defendit *in leg. Clari, Cod. de fideicommiſſ. num.* 8. dicens Gloſſæ doctrinam *in dicto cap. licet mulieres*, eſſe magis communem cum tribus limitationibus relatis à Bernardo Diaz *reg.* 477. Mieres *de Maioratibus* 4. *p. q.* 15. *n.* 11. Matienzo *in l.* 3. *tit.* 10. *gloſſa* 10. *n.* 3. *lib.* 5. *recopilationis.*

7 Itaque etſi primus actus iuratus habeat tacitam clauſulam derogatoriam actus contrarij, & tollat vires eius virtute iuramenti, vt pro prima ſententia adducitur illud verum eſt in dubio, quando non conſtat de determinata voluntate ſecundæ diſpoſitionis; ſecus tamen ſi conſtat, vt in caſu propoſitæ quæſtionis; quia tunc primus actus derogatur per ſecundum, & dicitur conſtare per clauſulam derogatoriam contrariam poſitam in ſecundo actu, vel per iuramentum in eo interpoſitam, ex quo inducitur tacita reuocatio prioris actus: ſic Gomezius reſpondet *in dicta l.* 50. *Tauri, n* 50. in verſic. *quia reſpondeo.* Et de hac quæſtione diſputantes adducit Ceuallos *in pract. q.* 118. Guttierrez *de Iuram. confirm. cap.* 1. *num.* 76. Couarruu. *in cap. quamuis pactum* 2. *p.* §. 2. *per totum*, & Doctores *in d. cap.*

8 *cum contingat hoc titul.* † Sed quod iuramentum habeat vim clauſulæ derogatoriæ, affirmat Guido Pap. *in deciſ.* 118. & quod ſecundum non confirmet contractum contra primum iuramentum, cum multis defendit Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. à num.* 186. vbi refert Doctores, qui tenent contrarium: verum tu leges ipſum, *à n.* 180. 181. 185. *&* 186. vbi expendit textum, *in cap. dilecto de prabendis*, benè agit de quæſtione noſtra videndus Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 13.

9 Et ſecundum opinionem Gomezij, & aliorum, poteris reſpondere ad primas quæſtiones; nempe vt primum mandatum tollatur per ſecundum, notat Riccius *in collect.* 676. vbi ampliat regulam *vltima derogant prioribus*, etiam in priuilegiis, & in conſtitutione in Procuratore, in opinione alicuius Doctoris, Vibius *in deciſ.* 15.

10 218. *&* 222. Faber *in deciſ.* 2. *C. de procurat.* † Tamen ſi prima voluntas eſt derogatoria vltimæ, præualet prima, niſi per vltimam ſpecialiter reuocetur: ita notant DD. in textu ampliſſimo, *in l. ſi quis in princip. ff. deleg.* 3. & ſic Anton. Faber *in deciſ.* 9. *tit. de teſtam.* dixit quod hæc clauſula impedit validitatem poſterioris teſtamenti, niſi ſpecialis mentio eius clauſulæ facta ſit in poſteriore, vbi expendit qualiter facienda ſit, explicat Riccius *in collect.* 395. hanc regulam cum eodem Fabro *in deciſ.* 14. vbi eſſemus in aliquo conflictu hinc inde probationum; ita vt ſit orta ambiguitas Iuris, & voluntatis defuncti, ſic vt tunc præ-

11 feratur hæres ſcriptus in primo teſtamento. † Et addit cum Maynardo *in deciſ.* 19. *&* 21. *lib.* 5. quod in teſtamento ad pias cauſas, tacitè ſubintelligitur, & in teſtamento inter liberos. Et ad quandam difficultatem leges ipſum Riccium, & Fabrum *vbi ſuprà deciſ.* 16.

Et ex prædictis reſoluitur illa quæſtio, an donatio inter conjuges contra prius non donandi iuramentum, facta confirmetur iuramentum, benè, & optimè Thomas Sanchez *d. lib.* 6. *de matrim. diſp.* 13. *per totam*, & dico *in d. cap. cum contingat hoc tit.* vbi de aliis caſibus *remiſſiuè.* 12

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIII.
Quintauallis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Mandatum de illicitum iurando, non tenet.*

3 *Iuramentum contra bonos mores Iuris naturalis; Diuini, vel Canonici, non tenet, nec confirmat contractus, aut pacta à Iure naturali, Diuino, vel Canonico irrita.*

4 *Exhæredatio liberorum* 12. *tabul. lege permiſſa, aliter poſtea.*

5 *Iuramento de expellendo à domo propriam vxorem, turpius reputatur.*

TExtvs huius materia, quatenus improbat iuramentum contra bonos mores, longam exigebat diſputationem; ſed quia hæc diſquiſitio pendet ex iam dictis *ſuprà in cap.* 1. *cap.* 2. *cap. debitores* 7. *cap. ex reſcripto* 9. *cap.* 12. §. *illi vero ſuprà hoc titul. & in cap. quemadmodum* 15. §. *illud autem, cap. intellecto* 33. *infra hoc tit.* & ex dictis ſuprà eodem *in cap. verum* 15. *cap. veniens* 16. & aliis; ideo exiſtimo otioſam eſſe tractationem iſtam; ad quam videbis iura *in cap. cum. contingat, & cap. etſi Chriſtus hoc tit. cap. licet mulieres eodem lib.* 6. *cap. authoritatem* 15. *q.* 6. *cap. mouet* 22. *q.* 1. *cap. animaduertendum, cap. in malis, cap. ecce dico, & tota quaſt.* 22. *vſque ad* 24. *quaſt.* 3. *cap. ſi diligenti de foro comp. cap. quamuis pactum de pactis libro* 6. *cap. non eſt obligatorium de regul. iuris lib.* 6. *leg. ſi quis Inquilinos* 115. §. *fin. ff. delegatis* 1. *l. Iuris gentium, §. & generaliter, l. ſi vnus, §. in ſumma, §. illud, §. pacta, ff. de pactis, l. non dubium, Cod. de legibus, Auth. Sacramenta puberum in fine, C. ſi aduerſus venditionem, l.* 1. verſic. *otro ſi tit.* 11. *p.* 3. 1

Cum ergo in præſenti exactum eſſet iuramentum, vt Quintauallis ille, de quo hic conſtat promiſiſſe ſtare mandato mulierum, de quibus fit mentio, & ipſæ illi quintaualli mandaſſent, vt filios exhæredaret, aut à ſe propriam repelleret vxorem, ſi conſtaret, ab iſtis, mulieribus illis iniuriam illatam fuiſſe; quod mandatum illicitum reputatur; ideo Pontifex in præſenti declarat, etſi iuramentum à principio licitum tamen mandatum poſtea ſubſequutum, illicitum fore; ideo præcipi debere, vt mulieres illæ mandatum imponentes, illud reuocent; alioquin prædictum Quintauall. ad mandati obſeruationem nõ teneri. Et eſt ratio, quia res, de qua mandatũ de iurando 2

Iurando imponitur, eſt indecens,& rei turpis,& illicitæ; non enim licita poteſt eſſe in caſu textus noſtri exhæredatio filiorum, & filiarum, nec remotio propriæ vxoris prætextu cauſæ iniurioſæ de qua hic.

3 Et enim pro certo habendum eſt iuramentum contra bonos mores iuris naturalis,Diuini , vel Canonici non obligare , & perconſequens non firmare contractus, vel pacta à iure naturali,Diuino,vel Canonico irrita,v.g.pactum ne quid doli,ſi accidat in contractibus,reſarcitur pactum,vt quis Domo filios, vxoremve expellet, iuxta textum noſtrum,& docent præter ordinarios Azor. *lib.*11.*moral.c.*7.Leſſius *lib.*2.*de Iuſt.c.*17.*dubio* 7. Sanch. *lib.*3. *c.*12. Bonacina *tom.*2.*diſp.*3.*de contr. q.*1.*puncto* 2.*à n.*7. Trullenq.*in opere morali lib.*2. *c.*1.*dub.*8.*n.*17.& Latè *de contract.lib.*7.*c.*16.*dub.*5. & ſic nec valebit pactum,vt quis patri,vel innocenti venenum præbeat, pactum, nequis nocentem accuſet , vel ne iniquum , & nociuum arcanum Reip. ſaluti apperiat iis , quibus debet iuramento non firmantur.

4 Itaque & ſi iure antiquo legis 12. tabularum, parti permiſſum eſſet filios exhæredere iuxta textum, *in l.in ſuis* 22.*ff. de liberis,& poſthum.* tamen quia poſtea moribus populi Romani , fuit introductum,vt pater ſine iuſta cauſa non poſſet filios exhæredare , alias filiis competeret querela inoffícioſio teſtamenti,ideo rectè in noſtro textu Pontifex decernit mandatum hic à mulieribus impoſitum de exhæredando filios , vti illicitum explodi ; eo quod ſit contra morem antiquum. Et his ſimillimum erit quod noto ,*infrà in dicto cap· quemadmodum* , §. *illud* , & quod adduxi , *in dicto cap.*12. §. *illi vero hoc tit.*

5 Et itidem iuramentum de expellendo à domo propriam vxorem , turpius reputatur ; eo quod ſit contra ea,quæ *infrà* adducuntur *toto tit. de diuortijs,* & quæ adduxi ,*ſuprà in cap.litteras, de reſtit.ſpoliat.q.*4. Non enim hic ſine legitima cauſa poterat vxor expelli ex his , quæ notat Pontifex *in cap.ſeq.* Et de explicatione textus noſtri videbis, Bajo, Arroyo , & Grañam longè repetentes præter alios, quos congerit hic Barboſa.

6 Et ad plura , quæ pertinent ad textus noſtri materiam, dico *infrà in c.cum contingat hoc tit.*De conditionibus, quæ tacitè inſunt iuramento , dixi *ſuprà in cap* 10. *hoc tit.* & agit Suarez *tom.*2. *de Religione libro* 2. *cap.*34. Et videbis *ſuprà in cap.*19. *hoc tit.* alia conducibilia cum multis notat Barboſa *hic ſub num.*3. verſic. *quod onus non remittitur.*

QVÆSTIO I.

An Iuramentum præſtitum raptori, vel latroni ſit ſeruandum ? Et an ſi Amaſius & meretrix iurent fidelitatem , nempe , vt nullam aliam perſonam carnaliter cognoſcant , obligentur: Et an ſi à latronibus captus cogatur iurare,illos denunciare Iudici teneantur ſeruare tale Iuramentum : Et an Iuramentum latroni præſtitum, indigeat relaxatione aut nullum ſit?

SVMMARIVM.

1 Pſ.15. verſ. 5. Pſ.50. verſ.14. Matth 5.
2 *Iuramentum præſtitum raptori, vel latroni, non eſt ſeruandum , n.*3.
*Expenditur , n.*4. 5. & 6.
3 *Prædo Reipublicæ malemeritus non præmio dignus , ſed vt potius quod egeſtate laboret.*
4 Cap.3. hoc tit.
6 *Iuramentum per vim , aut metum à latrone extortum , eſt contra Ius Ciuile.*
7 *Concubinarij duo iurantes ſibi fidelitatem , ſeu vnus alteri de non cognoſcendo aliam carnaliter , nunquid obliget, n.*8. 9. 10. 11.
12 *Iuramentum præſtitum latroni , indiget relaxatione , n.*13.
14 *Exhæredationis liberorum materiam, qui tractet.*
15 *Exhæredari qui & à quibus poſſint pluribus quæſtionibus remiſſiuè inſinuatur.*

AD primam quæſtionis partem reſpondebis ex his,quæ adduxi ſuprà *in cap. debitores hoc tit.* & *in cap. verum* 15. *q.*2. *in principio.* Et pro parte affirmatiua faciunt ſequentia , nempe textus , *in cap.*3. *hoc tit.* vbi fides hoſtis præſtat ſeruari , & ex *ibi* dictis *q.*2. verſic *ad ſecundam.* Et illud *Pſalm.*15. verſ.5. *Virum bonum quod iurauit, etiam cum damno ſuo non mutare* , & *Pſalmo* 50. verſ.14 & Matth. cap 5. *Domino vota noſtra , & Iuramenta eſſe reddenda*; item omne iuſiurandum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt , eſſe ſeruandum , ſecundum *cap.cum contingat* 28. *hoc tit.* & comprobatur ex aliis. 1

Sed verius eſt vt dicamus ex dictis *ſuprà in cap. verum*, & *in cap. veniens* 16. *hoc tit.* non eſſe ſeruanda ea.quæ vi,aut dolo non carent ; & cum ex dictis ,*ſuprà in cap.*2. & in præcedenti intellectu , non ſit obligatorium iuramentum præſtitum contra bonos mores , & iuſiurandum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, *cap. quanto* 18. *circa medium hoc tit. cap. inter cætera* 2. *q.*4 *cap.non eſt obligatorium de regul.iuris* ; ideo dici debet iuramentum, de quo in noſtra quæſtione, ſiue iuratum pactum , quo latroni, ſeu prædoni pro capite pretium promittitur,vtpotè ordinationi diuinæ repugnans , & contrarium ſeruandum non eſſe;tum quia latroni , ſeu prædoni dari ob promiſſum per vim extortum , eſt facto ſuo vim , & metum illatum comprobare ; ſed hoc facere eſt contra bonos mores,vt diſertè ſcriptum eſt, *in l. conſenſu* 116. *ff. de reg. iur.* ergo. Tum quia hoc ipſum turpe,& aduersùs vtilitatem publicam cẽſetur,prædoni,ſeu latroni,tanquam prædoni, ſeu latroni dare. † Prædo namque propter vim publicè malè meritus,dignus eſt,non qui maleficij præmium accipiat,aut lucro augeatur,ſed potiùs qui egeſtate publicè laboret, *l.bona fides* 31.*in fin. principij, ff. depoſiti:*hanc ſententiam docent Sanchez *de matrimonio, lib.*4. *diſput.*20.*n.*3. Donellus *lib* 21. *comment. cap.*13. Bodinus *lib.*1. *de Repub. cap.*1. Eremæus *diſp.*2. *Collegij criminalis, aſſertione* 6. *in fin.*Humnius *lib.*1.*Variar.reſol.Iuris Ciuilis tract.*1.*q* 5. Setſerus *lib.*1. *de Iuram. cap.*20. 2 3

Nec obſtant contraria fundamenta , non primum,ex *d. cap.*3. *hoc tit.* quia verum eſt dicere hoſti ſeruandam eſſe fidem,vt ibi adduxi,ſed non prædoni,vt cõſtat ex illo Cicer.*lib.*3.*de Offic.*ante finẽ:*eſt etiam ius Bellicũ, fideſque iuriſiurandi, ſæpè hoſti ſeruanda , quod enim ita iuratum eſt , vt mens deferentis conciperet,fieri oportere , id ſeruandum eſt, quod aliter id ſi non feceris , nullum periurium eſt, vt ſi prædonibus pro capite pretium non attuleris, nulla frans eſt,ne ſi iuratus,id non feceris:nam Pirata* 4

non eſt ex perduellium numero definitus, ° *ſed communis hoſtis omnium, cum hoc nec fides eſſe debet, nec iuſiurandum commune, non etenim falſum iurare peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurus.* Et ſic ſcite Euripides dixit, *Iurauit linguâ. mentem iuratam gero.*

5 Nec obſtant cætera adducta, quæ locum ſibi vindicant cum ea limitatione; dummodo licitum ſit iuſiurandum, aut modo non permittatur id, quod ſit turpe factum, & contra bonos mores eſſe conſtat, vt proinde, nec iuſiurandum in eo iurantem obliget, aut ſecundum veniat: ſic docent rel[illegible]: & confirmatur ex eo, nam iuſiurandum per vim, & metum à latrone extortum, eſt contra leges Ciuiles, vt patet ex textu, *in l. Iuris gentium, §. & generaliter 16. ff. de pactis; l. ſi qui inquilinos 112. §. fin. ff. delegat. 1. l. non dubium,*
6 *Cod. de legibus.* † Plura alia congerit in hoc dubio Diana §.8. *tract.7. miſcel. reſol.57.* vbi contra Faquineum *lib.8. controuerſ.* Valentiam *tom.3. diſput.6. q.6. puncto 4.* dicentes præfatam ſententiam intelligendam eſſe quoad forum exterius, ipſe confirmat procedere in vtroque foro; tum quia textus, *in cap. debitores, cap. ſi vero hoc tit. cap. Abbas, cap. ad audientiam de his, quæ vi de foro externo loquuntur*; tum quia ratio decidendi, ob quam iuramentum obligat, nempe obſeruari poſſe abſque diſpendio ſalutis æternæ æquè in foro externo, atque interno procedit, vt docet Baſilius *de matrim. lib.12. cap.8. n.17.*

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt non reſpondeas, præmittes quæ adduxi *ſup. in c. debitores, q.2. verſ. fin.* nunc verò etſi Th. Sanch. *lib.3. c.15. n.3.* in eo dubio, quid dicendū ſit de promiſſione iurata, vel non iurata, quâ duo concubinarij promittunt fidelitatem ſibi, vel ſolùm non alter alteri; id eſt fore, vt promittens nullam aliam perſonam carnaliter cognoſcat, & exiſtimet hoc iuramentum, vel promiſſionem obligare, quia vt iuramentum homini præſtitum in eius fauorem obliget, nihil refert an iurans id promittendo peccarit, ſed tantùm ſpectandum eſt an impleri poſſit abſque culpa. Sed hanc promiſſionem ait poſſe impleri abſque peccato, cum non ſit neceſſe, vt id ad finem turpem executioni mandetur; quia reuera promiſſio illa eſt, vt merces, & ſtipendium vſus præteriti corporis, ſicut ſi ob eum finem promiſiſſet illi nuptias, aut pecuniam teneretur implere.

8 Verùm Fagundez *in Decalog. tom.1. præcept.2. lib.2. c.24. n.19.* & cum eo Diana *p 9. tract.8. reſ.9.* talem promiſſionem ſiue iuramento confirmata ſit, ſiue non, minimè obligare; ex eo quia finis huius promiſſionis, nempe turpem amicitiam cum concubina ſeruare malus eſt, & de ſe peccatum mortale, cum iuramentum ad peccatum
9 obligare non poſſit. † Secundò quia ea promiſſio, non fit, niſi vt magis, magiſque in ſua turpi amicitia conſeruentur, in peccatoque concubinatus diutius remotis occaſionibus, quæ à tali peccato illos amouere poſſint, durent, ac perſeuerent; non enim promiſſio, ac iuramentum poteſt eſſe iniquitatis vinculum, & eſſet tale ſi ad hoc obligaret. Quemadmodum enim ſi quis iuraret, ac promitteret ſe non remoturum peccandi occaſiones, talis promiſſio, & iuramentum non obligaret: ita nec hoc iuramentum, aut promiſſio obligat cum perinde ſit iurare hoc, ac illud, vt patet.

10 Nec obſtat quod obiectum talis promiſſionis, nempe non accedere ad aliam, impleri poſſit abſque peccato; imò quod non poſſit nō impleri ſine peccato, quia quādo dicimus in promiſſionibus, & iuramentis, ſolum eſſet attendēdum, an executio illorum ſit licita, vt obligare cenſeantur, id intelligendum eſt, modo inde nullum peccati inconueniens ſequatur hic autem ſequitur vt manifeſtum, & probatum eſt. Et quamuis peccatum committi debeat, ſi non impleatur promiſſio, ſatis eſt, vt ea non valeat, quod firmitas illius, habita ex iuramento, ſit occaſſio permanendi in peccato; & vt dicamus non debere dari, ne iuramentum ſit vinculum iniquitatis.

11 Ad tertiam quæſtionis partem de eo, qui cogitur captus à latronibus iurare ſe non denunciaturum illos Iudici, vel Eccleſiæ, an iuramentum illud valeat? vt reſpondeas leges quæ adduxi, *ſuprà in cap. verum 15. num.2.* verſic. *ad primam quæſtionis partem.*

12 Ad quartam quæſtionis partem, an iuramentum latroni præſtitum indigeat relaxatione, aut nullum ſit? Vt reſpondeas adjunges quæ adduxi *ſuprà in cap.1. cap 2. & in cap. verum.* & in aliis huius tituli. Et affirmatiuè reſpondebis dicendo tale iuramentum indigere relaxatione, ex regula textus, *in dict. cap. verum, cap. ſi vero hoc tit. cap. ad audientiam de his, quæ vi*, docent in terminis vterque Molina, Theologus, & Iuriſperitus, ille *de Iuſtitia tract.2. diſputat.149.* hic *de Hiſpanorum primogen. libro 2. cap.3. num. 12. & 13.* Suarez *de Religione, tom 2 libro 3. cap.16. num.18.* Leſſius *libro 2. cap.42. dub.6.* Guttierrez *de Iuram. p.2. cap.57. num.18.* Diana *p.8. tract.7. miſcel. reſol.57.* ſub verſic. *verum*, in verſic. *dicendum eſt*, & in verſic. *nec valet*, vbi expendunt iura contraria, quibus arguitur tale iuramentum eſſe nullum, *in Authent. Sacramenta puber. C. ſi aduerſus venditorem, in cap. quamuis pactum de pactis, libro 6. & in cap. cum contingat hoc tit.* & textum, *in dicto cap.2. hoc eodem titulo*, quem rectè declarant Suarez *lib.2. de Iuramento, cap.10. n.7.* Sanchez *lib.3. Summa cap.11. n.37.* de cuius intellectu videbis quæ *ibi* adduxi in verſic. *ad primam quæſtionis partem.*

13 Et ex his, ſi dubites, an in ſpecie textus noſtri, iuramentum ſit ipſo Iure nullum, aut indigeat abſolutione: quemadmodum dico iuramento latroni præſtito, & dixi, *in cap. verum de Iuramento per metum extorto.* Verùm quia huius textus materiam induit quaſi ſpeciem, de qua d xi, *ſuprà in cap. cum quidam, §. illi vero*, ideo leges & repetes quæ *ibi* dixi *q.1.* toto verſic. *ad primam quæſtionis partem*, vbi egi de dubio an qui iuramentum illicitum fecerunt, indigeant abſolutione.

PRO SECVNDA PARTE Textus noſtri.

14 OCcasione textus noſtri poterat ad longū repeti integra materia exhæredationis liberorum. Et quia Gloſſa hic ponit ſub breuitate exhæredationis cauſas; Ideo pro plena explicatione harum cauſarum recurres ad text. *in l.2.* vbi Gloſſa 1. *cum ſequent. tit.9. lib.3. fori,* Marſil. *ſingul.78.* incipit *plures ſunt*, Perez *in l.1. gloſſa 1. pag.70. col.2. tit.2. lib.5. ordinam.* Molina

lina *de Iuſtitia, tractatu* 2. *diſputatione* 127. & vide poſita, *in Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur*, §. *aliud quoque capitulum*, verſic. *cauſas col.* 8. Pro ſequitur Pichardus cum multis ab eo relatis, *inſt. de exhæredatione liberorum*, & ad titulum de inofficioſo teſtamento.

15 Et ad quæſtiones videbis Faquin. *lib.* 6. *controuerſ. cap.* 76. vbi ingratitudinis cauſa ſi probetur, quæ non ſit expreſſa in teſtamento parentum, poſſint ne filij exhæredati reſciſo teſtamento, ab inteſtato hæreditatem vindicare? Et *in c.* 77. agit de interpretatione nouellæ 115. vt cum de appellationibus, §. *illud*, & de eodem, *ibi cap.* 78. vbi agit de quæſtione, an poſſint parentes exhæredare filios ex alia cauſa, quæ non ſit ex 14. *ibi*, & *hic* in Rub. poſitis, ſi ſimilis, vel maior ſit. Et *cap.* 79. ſi filius poſt iniuriam patri factam, ei reconciliatur, an exhæredatio valeat? Et *c.* 80. an poſt factam pœnitentiam, poſſint à patre exhæredari? Et an filia, ſi pœniteat reddendo ad vitam honeſtam, poſſit exhæredari? tangit hic Barboſa ſub, *n.* 7. vbi de aliis caſibus cum multis ab eo relatis: Et *c.* 71. an ſi filius Monachus factus ſit, poſt iniuriam poſſit à Patre exhæredari? An ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis, teſtamentum rumpatur, præter ordinarios, agit Riccius *col.* 274. An Pater poſſit ob ingratitudinem filium exhæredare, ſi conuentum eſt, ne fieret, Gratianus *reg.* 238. qui cum multis, *reg.* 219. agit de cauſis exhæredationis, & *reg.* 239. agit de puncto, an inimicitiæ ſuperuenientes, vitient legatum? Et *reg.* 313. docet cum multis, quod meretrix, non poſſit filiam meretricem exhæredare, & hoc dictum cum aliis dupliciter limitat. Item & ſi mater emendetur, & agat pœnitentiam, vt probet cum aliis? vel an exhæredati poſſit filia, ſi nubat ſine patris conſenſu? Couarruuias *in* 4. *p.* 2. *cap.* 3. §. 8. *à num.* 1. & *num.* 5. & de explicatione Textus *in l.* 49. *Tauri*, vbi diſponitur poſſe patrem filiam clam contrahentem exhæredare, Anton. Gomez *ibi*; idem Couar. *in* 4 *p.* 2, *cap.* 6. *à n.* 17. verſic. *quarto*, quem etiam leges, *in cap. Raynutius à num.* 7. & 8. & *in cap. Raynaldus*. §. 2. *num.* 3. 4. & 5. vbi agit de aliis dubiis. De inofficioſo teſtamento, multa Donellus *lib.* 19. *commentar. c.* 3. & 4. cuius ætatis poſſit exhæredari, qui negligit à captiuis Patrem, redimere, Narbona *anno* 18. *q* 7. Et Gloſſa hic *ibi* ſi parentem captum de carcere eripere neglexerit, de qua Perez *in l.* 2. *tit.* 12 *lib.* 1. *ordin. pagina* 186. Molina *diſp.* 176. *verſ.* 13. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 108. *num.* 6. ſi filia vitam luxurioſam egerit, Barboſa cum multis *hic num.* 7. vbi Gloſſa *exhæredaret*, in verſic. *ſi filia*, vbi ex traditis per eum tangit de dubio, an ſufficiat vnius concubitus filiæ, vt Pater poſſit eam exhæredere? Et quid ſi non fuit ab aliquo cognita; quia erat arcta, ſed luxurioſè viuebat? Et an per reconciliationem Patris cum filia, tollatur exhæredatio? Et an vt quis repellatur ab hæreditate, agit idem Narbona *anno* 25. *quaſt.* 44. & ne ſenex ob non petitum tutorem ſucceſſione priuetur, *anno* 8. *quaſt.* 5.

AD TEXTVM IN CAPITE XXIV.

Tua nos, & 11. Et hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum inter coniuges ſeorſim habendi, vt temerarium reprobetur.*

VT Textus huius materiam ſatis pertractes 1
adiunges adducta, *ſup. in c.* 1. *de ordine cognit.*
c. ex conqueſtione c. ex tranſmiſſa, c. litteras de reſtit.
ſpoliator. & *ibi, q.* 4. Et ad quæſtionem, *in c. intelleximus de iudiciis, q.* 4. & adducta, *in c. ex parte de reſtit. ſpoliator, & alibi* † Et ad verſiculum, *nos igitur*, 2
vſque ad finem Textus, applicabis dicenda, *infra*
in c. quidam 3. *c. cum ſis* 4. *c. vxoratus*, cum aliis de
conuerſione coniugat. † Et ad quæſtionem quid 3
ſi de communi conſenſu, vterque coniux vouet
charitatem bene cum multis legendus, Thomas
Sanch. *de matr. lib.* 9. *diſp.* 35. 36. & 37. † Et in ver- 4
ſic *ibi alioquin*, & ibi *adulterium vtrinque ſit commiſſũ*, applicabis quæ dico, *infra in c ex litt.* 5. *de diuortiis*, vbi propter adulterium vtriuſque coniugis, coniuges ſeparati, debent ad matrimonium
redintegrari † Cum que pactum inter coniuges 5
initum, quod poſſint ſeorſim, & non ſimul cohabitare, Iuramẽto nequeat confirmari; eo quod talis ſeparatio repugnet ſubſtantiæ matrimonij, per quod inducitur maris, & fœminæ conuictio, vt *in c.* 1. 27. *q.* 2. & repugnet etiam bono prolis *cap. omne itaque*, & eadem cauſa, & quæſt & præſtet vtique cauſam adulterandi, vt noſter Textus indicat, *in d* verſic. *adulterium*, ideoque tale Iuramentum ſit temerarium, vt innuit Pontifex in verſic. *Et temerarium fuerit huiuſmodi Iuramentum*, euenit vt omnia adducta, *ſup. de Iuramento iniquo in c.* 1. *c.* 2. *c. debitores, c.* 10. *c. ſi vero, c. verum, c. quintaualle, c.* 12. §. 1. *hoc tit.* meritò ad explicationem huius Textus pertineant.

QVÆSTIO I.

An licitum ſit votum, ſiue Iuramentum ſimplex caſtitatis, mutuo conſenſu emiſſum: Et an mutuum pactum abſtinendi ab actu cõiugali obliget coniuges: Et quid ſit tale pactum Iuramento firmetur: Et quid ſi adeſt remiſſio petendi debitum: Et an quando vterque coniux communi voluntate caſtitatem vouet, aut iurat, poſſit alter, aut vterque debitum petere: Et an altero fornicante, poſt tale votum, queat iudex illũ compellere excommunicatione, vt reddat debitum alij coniugi illud petenti, etiamſi adſtrictus ſit vinculo Iuramenti, aut voti de non petendo debitum?

SVMMARIVM.

1 Cap. veniens 16. hoc tit. à n. 5.

2 Cap. ſi vir, & vxor 27. quæſt. 2. & numero 5. & 6.

3 Cap. cum ſis de conuerſ. coniugator, n. 5. & 7.

4 *Iuramentum, & votum ſimplex caſtitatis, inter coniuges emiſſum, validum eſt.*

5 *Argumenta diſſoluuntur, n. 6. & 7.*

8 *Pactum mutuum inter coniuges abſtinendi ab actu coniugali, qualiter eos obliget.*

9 *Debitum coniugale ſi petatur, cum coniuges voto ſunt adſtricti, nunquid ab altero reddi debeat, n. 10. & n. 14. & 15.*

11 *Coniuges poſſunt à pacto inito de non petendo debito, mutuo conſenſu diſcedere, & commiſceri, n. 12. & 13. Quid ſi vnus nequeat recedere, & alter debitum petat, n. 14. 15.*

17 *Debitum nunquid vnus coniugum petere poſſit, quando vterque caſtitatem voueat, num. 18. Et quid altero fornicato poſſit à iudice fieri, à n. 20.*

18 *Coniuges vouentes caſtitatem, ſi vterque, aut vnus fornicetur, nunquid poſſint per Iudicem compelli ad reddendum debitum, numero 20. 21. 22. 23. 24.*

24 Cap. ex litteris de diuortiis.

25 *Coniuges iurantes caſtitatem, & ſi abſoluantur ab vſu matrimonij, ſed non à cohabitatione; & ob id neuter poterit Religionem vouere, numero 26.*

27 *Coniuges ſi poſt caſtitatis votum copulentur, nunquid grauius peccent, quam ſi alter ad ſolutam fœminam, ſolutumve virum accederet, 28.*

1 AD primam quæſtionis partem negatiuam ſententiam multi ſequuntur ex Textu noſtro, *ex cap. veniens, hoc tit.* vbi Iuramentum mutuum ſeparandi matrimonium, factum à coniugibus temerarium appellatur, nec ſit ſeruandum.

2 † Et prboari poteſt ex Textu *in cap. ſi vir, & vxor 27. quæſt. 2.* ibi *ſi vir & vxor diuertere pro ſola religioſa, inter ſe conſenſerint, vita nullatenus ſine Epiſcopi licentia fiat*, docet Eugenius in ſynodo Roman. c. 36. Paludanus *in 4. diſt. 32. quæſt. 2. art. 2. num. 20.* limitans, niſi vterque coniux ſexagenarius ſit, ac de incontinentia minime ſuſpectus, & tenēt antiquiores nonnulli, quos refert Gloſſa hic in

3 verbo *commorari*, & relati à Barboſa *n. 1.* † Deinde ex regula Text. *in cap. cum ſis de conuerſ. coniug.* cum aliis, vbi habetur quod ſaltim, vbi coniuges non habent conditiones, vt liceat alterutri religionem ingredi, altero vouente continentiam in ſæculo nempe, vt manens in ſæculo ſit ſexagenarius, ac non ſuſpectus de incontinentia, id mutuum votum, aut Iuramentum illicitum videri, poſſeque ab altero reuocari, & quod maius eſt, dum vterque votum ſimplex caſtitatis emittit in ſæculo, cum cohabitare teneantur.

4 Verùm contra præfatam ſententiam inſurgit alia magis communis ex Text. *in c. quod Deo 33. quæſt. 5.* ibi *tanto ſanctius inter vos coniuges manebitis, quanto ſanctiora, ac concorditer placita ſeruatis:* ſic de Auguſt. *Epiſt. 199. ad editiam:* Et ex Textu *in cap ſunt qui dicant 27. quæſt. 2.* ibi: *ſi verò vtriſque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare:* quæ verba ſunt Greg. *lib 9. epiſt. 39. ad Theophiſtam:* Et probátur ex eo, quia nulli eo voto ſiue Iuramento irrogatur iniuria, cum coniuges cedant iuri ſuo docent Sanchez *de Matrimonio, lib. 9. d. diſp. 37. n. 17.* Hoſtienſis, Antonius & Imola, & Barboſa *hic ſub nnmero 2.*

5 Nec obſtare Textum noſtrum, & alios pro prima ſententia, Doctores docent, cum iura contrariæ ſententiæ procedant in eo caſu, quo coniuges tale votum caſtitatis faciunt ob finem bonorum, ſcilicet continentiæ ſeruandæ, quod probatur in Textu noſtro in verbis ibi: *mandamus quatenus vtrumque ad continentiam ſeruandam moneas, & inducas, quam ſi promittere voluerint, & ſeruare, vtrumque dimittas ſine alio commorari.* Quibus verbis ſatis apertè ſuadetur ratio ſecundæ ſententiæ. Tamen quia ex aliis verbis Textus noſtri apparet ab iſtis coniugibus factum fuiſſe ad inuicem Iuramentum, ſe nunquam mutuo petituros, & ambo in adulterium incidiſſent; ex quo conſtat non continentiæ cauſa, ſed animo maleuolo, & deprauato, tale Iuramentnm feciſſe; ideo Pontifex ſequētia verba protulit ibi: *alioquin ſi vir noluerit cōtinere, tu illā, vt reuertatur ad ipſum, & tāquā vxor cum viro moretur, per excommunicationem appellatione remota compellas, cum & temerarium fuerit huiuſmodi Iuramentum, & adulterium vtrimque commiſſum ſit:* & ſic docent Innocentius *n. vnico,* Ioannes Andreas *n. 2.* Anton. *n. 2.* Abbas *n. 3.* Alex. de Neuo *n. 2.* Imola *in initio,* Bellamera *initio,* coniuges, de quibus hic non amore continentiæ ſeruandæ id iuraſſe, ſed ex cauſa iniuſta, & paſſione docent etiam Gloſſa hic verbo *commorari,* vbi Innocentius *n. vnico,* Hoſtienſis *n. 2.* ſuper verbo *cōmorari,* Baldus *n. 3* Henriquez *n. 4.* Gloſſa *in dicto cap. veniens,* verbo *illicitum,* Hoſtienſis *in ſumma 2. p. lib. 8. tom. 2. art. 2 quæſt. 8* Maior *4. diſt. 32, quæſt. 2. ad finem.* Victoria *de Matrimonio num. 280.* Ledeſma *de Matrim. quæſt. 64. art. 4. dub. 1. concluſ. 5.* id explicans, ſiue vterque coniux voluntate communi, ſiue alter de licentia alterius id votum faciat; & ita Sanchez *dict. lib. 7. de Matrim. ſub, num. 17. in fine, lib. 9. d. diſp. 37.* Sotus *in 4. diſt. 27 quæſt. 1. art. 4.* verſic. *at verò citra mortem,* docent id votum, ſiue Iuramentum eſſe licitum de ſe, poſſe tamen interuenire culpam, venialem, imprudēter vouendi ratione periculi incontinentiæ, cui vouentes ſuberant; & ita Sotus addit quod vbi ambo incontinentiam non timent, poſſunt id votum emittere; & ob id docent Caldas Pereira *de emptione, & vendit. cap. 30. à numero 12.* Barboſa *hic numero 2. in fine,* quod ſi continentia ex vtraque parte promiſſa, fuiſſet licita, nequaquam Pontifex hic improbaret huiuſmodi ſeparationem quoad torum.

Vnde non obſtat Textus *in dicto cap. ſi vir, & vxor:* nam vt reſpondet Gloſſa ibi in verbo *conſcientia,* licentia illa, eſt tantùm de conſilio, vel Textum loqui, vbi coniuges monaſterium conſtruere volunt, ad quod tranſeant; ſed de hac licentia vberius dico *in c. vxoratus,* & in aliis, *de conuerſione coniugator.* 6

Nec Textus *in d. c. cum ſis de conuerſ. coniugat.* adductus *ſup. ſub n. 1.* quia ille loquitur in voto ſolemni Religionis; nos autem loquimur in voto ſimplici in quo periclitante continentia, poteſt facile remedium adhiberi, obtinendo diſpenſationem, ſecus vbi votum eſt ſolemne: ſic docet Sanchez *d. diſp. 37. ſub d. n. 17.* Sotus *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. ad finem,* verſic. *quod ſi contra arguas,* & proprius ad Textum noſtrum dicunt Hoſtienſis *hic n. 2.* verbo *commorari* Imola; & Antonius, vt ſi alter, vel vterque fornicetur, nullum ſupereſt remedium, vbi alterius, vel vtriuſque coniugis votum eſt ſolemne; at vbi eſt ſimplex, conſulet illi 7

periculo

periculo Eccleſia,cogens eos ad cohabitandum, vt deducitur ex noſtro Textu ibi per *excommunicationem appellatione remota compellas*,quæ verba alibi explicui,vti aſſigno *infra* ſub hac quæſtione principali.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an mutuum pactum inter coniuges abſtinendi ab actu coniugali,ſit obligatorium? Et dicendum eſt pactum non petendi,nec reddendi mutuo coniugum cōſenſu initum validum eſſe,ex eo quia nulli irrogatur iniuria,& ſicut poſſunt coniuges ad id mutuo voto ſe obligare, vt dixi, ſic & poterunt mutuo pacto,& colligitur ex verbis Textus noſtri,quod eſt verum,& docet Sanch.*d.lib.9.de matr.diſp.*37. *n.*19.& ſi Hugo Cardinal.1. *corinth.*7. in expoſitionem morali explicans illud,*niſi forte de conſenſu ad tempus*, dicat pactum non petendi validū eſſe; ſecus de pacto non reddendi; tale enim pactum culpa non caret,nec ſeruandum eſt:ita ille. †

9 Et ſic Sotus *dist.*38.*q.*2.*art.*1.Reginald.*lib.*31.*n.*252. Sanch.*vbi ſupra d.diſp.*37.*n.*10.cum aliis Bonacina *t.*1.*q.*4.*de matr.punct.*3.*n.*8. contra Nauarrum, & Egidius Trulench.*de Sacram.lib.*7.*c.*11.*dub.*3.*n.*5. dicunt vt quando vterque coniux eſt obſtrictus voto caſtitatis,ſi aliter petat,alterum reddere teneri;quia & ſi illicitè petat;at per votū non amiſit Ius petendi,nec Dominium corporis alterius, vt benè tradit Egidius Canonic. *de Sacr. diſp.*34. *lib.*4.*n.*31.& alij;& ſic petitus tenebitur reddere, ne violet Ius alterius,quamuis ipſe habeat ſimile

10 votum.† Et hoc verum eſſe ait Trulench.quamuis vterque emiſerit votum caſtitatis de communi conſenſu,modo tamen non intenderint remittere ſibi obligationem reddendi debitum; quia tunc non poterit petitus reddere abſque peccato eo quod alter ob remiſſionem factam non habet Ius petendi iuxta tradita à Sanch.*d.lib.*9.*de matr. diſp.*36.*&* 37 Bonacina *vbi ſup.n.*8.alios referens Leſſius*de iuſt.lib.*2.*c* 40.*de voto,dub.*10.*n.*85. Henriq.*lib.*11 *c.*15.ſed & hæc & ſi vera diſſimilia ſunt à caſu numeri præcedentis.

11 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter reſpondeo poſſe coniuges mutuo conſenſu,à pactu iam relato recedere,& iterum commiſceri, cum omnis per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluatur;& ſic id continget etiam,quoties tale pactum Iuramento firmetur; dum tamen ſit factum tantundem ob vtriuſque coniugis fauorem,cui ab vtroque poteſt renunciari; quia cum mutuo conſenſu, id conuentum ſit, nec Deo ſit obligata ea continentia,non eſt cur deſinat illud pactum,etiam Iuratum mutua voluntate diſſolui vt docent Henriq.*lib.*11.*de matr.c.*15.*n.*8 Ludouic.Lopez 1.*p inſtruct. c.*84. *paulo poſt initium*, *&* *c.*46 § *quando vterque*,Emanuel Rodrig *in sūma* 1.

12 *t.in* 2.*editione.n.*14. † Et licet Nauarrus *in ſumma c.*12.*n.*59.*fin.*loquatur,quando pactum eſt ad tempus:verum Henriq. *ſup.*& Sanch.*d.lib.*9.*de matr. diſp.*37.*ſub n.*19.idem eſſe dicunt,quando pactum

13 eſt perpetuum;quia eadem eſt ratio † Quod non procedere docet Sanch.*ibi à n* 20.videndus quando tale pactum eſt Iuratum ob cauſam piam; id eſt vt votum Deo factum,vt *infra* dico.

14 Quod ſi dubites, an ſi alter coniux noluit remittere pactum, ſed illi ſtare non teneatur reddere debitū & ad id non teneri,nec alterum poſſe illū cogere,docet Sanch.*vbi ſup.d.diſp.*37 *n.*21.eo quod per pactum Ius acquiſiuit,vt liber ſit ab ea obligatione;& ſic probat cum Ludouico Lopez, Nauarr.Henriq.& aliis,*n.præced.* relatis, dum dicunt poſſe mutuo conſenſu vti coniugio,quia innituntur in pacti remiſſione, & probat Abulenſis *in c.*29 *Geneſis,q.*3 *litt.C*, vbi dicit à principio conuentionis verum eſſe initum matrimonium inter Iacob,& Rachel,peccare tamen mortaliter, ſi ad eam accederet,ſeptennio nondum tranſacto quia pacto ad id ſe obligaret,nec ipſam ait teneri ad reddendum,quod tamen limitat Sanch.*vbi ſup. n.* 22. quando viderit alterum periculo incontinentiæ expoſitum,eo quod ſit nimis ad Venerem propenſus,ſed Nauarr *in manuali, d.c.*12.*n.*59. dicit id deberi ex debito iuſtitiæ,quod Sanchez ait non ex iuſtitiæ lege,ſed ex charitate admitti ad ſubueniendum periculum ruinæ coniugis.

Et addit *n.*23 poſſe vtrumque coniugem petere per modum amicitiæ ,non tamen exigere, & probat priorem partem,quia coniux,à quo debitum petitur,poteſt pactum remittere,& reddere, ac ſubinde poſſe ab ipſo peti per modum amicitiæ,vt id efficiat. Et poſteriorem partem probat, quia alter non tenetur reddere, & ſic non poſſe ab ipſo exigi,niſi ſit periculum incontinentiæ,vt dictum eſt. 15

Ad quintam quæſtionis partem de remiſſione pacti,iam dictum eſt,*ſup.*in verſic.*ad tertiam quæſtionis partem.* 16

Ad quintam quæſtionis partem, an quando vterque coniux communi conſenſu caſtitatem vouet,aut iurat,poſſit alter debitum petere? Reſpondebis ex dictis,*ſup.*in verſic.*ad ſecundam.*& in toto,verſic.*& ſic Sotus*;quibus addo rationes,quas adducit Sanch.*de matr.d.lib.*9.*diſp.*37.*n.*8.*&* 9.vbi infinitos refert pro negatiua ſententia, quam tenet,& ſi pro affirmatiua quinque rationes adducat,& Doctores qui eam probant, *ibi à n* 8.ſed tu reſolues vt dixi in dicto,verſic.*ad ſecundam*,& in dicto verſ.*& ſic ſotus.*† Verum idem Sanchez *ibi* 17

*n.*11.Nauarr.*d.c.*12.*n.*59.Abbas *in c.chariſſimus de conuerſ.coniugat.*& alij dixerunt, vt quamuis alter ex coniugibus his poſt mutuum,caſtitatis votum fornicetur,minime alter eximatur à voti proprij obligatione,quia obligatio vnius ab alterius obligatione pēdet,non autē obſeruantia voti alterius, licet ex verbis noſtri Textus aliud tentare poſſis; quia iam dixi Iuramentum,de quo hic, temerariū fuiſſe. à principio aliter,ac in caſu huius dubij. 18

Ad ſextam quæſtionis partem, vt reſpondeas, adiunges quæ adduxi *ſup.in c.litteras de reſt.ſpoliatorum.q.*3.in verſic. *ad primam*, vbi egi de dubio, *An ſi Iudex ſub excommunicatione præcipiat coniugij innocēti certo ſcienti adulterium occultum alterius, quoad probari poſſit,vt reddat illi debitū,obedire debeat.* Et in puncto noſtræ quæſtionis video diſſentire Doctores per Textum noſtrum,cum enim quidam affirment iudicis officio compellendos eſſe,vt docent Archidiaconus *hic n.*2.ſuper verbo *commorari*,Ioannes Andreas *in fine*, Ancharranus *n.*4 Bellamera *n.*4.Gloſſa *in c. noſce fin.*30.*q.*1.*cap. quod Deo*, verb. *perſeuera* 33. *q.*5. & probant per Textum *in c.ex litteris de diuortiis*. 19

Alij autem dicunt vtroque fornicante, compulſionem ad cohabitandum faciendam à iudice eſſe, vt videtur innuere D. Auguſt. *epiſt.* 199. *ad Ediciam,& refert in cap.quod Deo* 33.*q* 5. ibi:*à quo propoſito ſi ille lapſus eſt, tu ſaltem inſtantiſſime perſeuera:*Ergo ſecus videtur dicendum vtroque lapſo,vti clarius probari videtur ex noſtro Textu *ibi*, & adulterium vtrimque commiſſum ſit: ita Imola hic *n.*2.verſic.*in Gloſſa ſecunda.* 20

Tamen hoc non placet; quia *in cap. quod Deo,* 21

Ff 4 ſolum

ſolum narratur factum lapſu alterius, nec vis afficitur in ſolo lapſu alterius; ſed quia lapſus minime liberat à voti obligatione; & ſic Innocentius *hic*, ponderat vtrimque adulterium commiſſum eſſe, nec coniuges ſibi adulterium objicere poſſint, ſed mutuo compenſentur; & vt iam dixi, hic compelluntur coniuges cohabitare; quia non amore continentiæ, ſed temerariè iurarunt ſeparationem.

22 Ideo alij ſentiunt cogendos eſſe ad cohabitandum, ſiue vterque, ſiue alter lapſus ſit, quando eſt ſuſpicio perſeuerantiæ in peccato; ſecus eo periculo, & ſuſpicione ceſſante: ita Abbas *hic*

23 *n.6.* † Sed Alexand. de Neuo *hic num. 9. & 10.* ſentit minimè poſſe hos cogi ad cohabitandum, ſed aliis mediis, aut procurata voti diſpenſatione, illi periculo ſubueniendum eſſe; quoniam dictum abſurdum, eſt peccatum à voti obligatione abſoluere; quam vt meliorem amplecti videtur, Sanch. *dicto lib. 9 de Matrimon. diſput. 37. ſub n. 12. in fine.*

24 Quare primum dictum, ſeu intellectum adductum ex *dict. cap. ex litteris de diuortiis*, non amplectuntur, Abbas *in cap. chariſſimus de conuerſ. coniugator, num. 7.* Alexand. de Neuo *in dicto cap. ex litteris de diuortiis, num. 7.* vbi Præpoſitus *n. 5.* Gregor. Lopez *in l. 8. ad finem, tit. 2. p. 4.* ex eo quia textus *in dict. cap. ex litteris*, loquitur vbi abſque voto; matrimonium ob alterius adulterium ſeparatum fuit; quia tunc ſi Innocens in adulterium labatur compenſatione hinc inde facta, ad priſtinum ſtatum reſtituitur matrimonium; ſecus vbi obligatio eſt Deo per votum acquiſita. Et ratio diſparitatis eſt: nam in priori caſu ſeparatio fuit in fauorem innocentis, quo nocente effecto, ceſſat fauor, atque delicta compenſantur; in poſteriori autem fuit in cultum Dei, cui caſtitas dicata eſt, ac proinde nulla eſt compenſatio.

25 Pro complemento, aliis ad noſtrum Textum omiſſis, notabis, vt quamuis Iuramento, ſeu voto caſtitatis, mutuo conſenſu emiſſum, abſoluantur coniuges à debiti coniugalis vſu, ſed non à mutua cohabitatione, aliiſve obſequiis; quia illa non pẽdent à debiti obligatione, Turrecremata *in dicto cap. quod Deo 33. quæſt. 5. num. 2.* Antonius *in c. 1. de conuerſ. coniug. num. 6.* Cardinal *ibi quæſt. 3.* Sanchez *dicto lib. 9. de Matrim. diſput. 37. num. 14.* vbi exiſtimat non teneri in eodem lecto accumbere, tum propter magnum incontinentiæ periculum; tum etiam quia ea cohabitatio ad ſolùm debitum coniugale perſoluendum deſideratur; quæ obligatio hic, ceſſat, imo docet, vt teneantur lectum ſeparare, vbi probabile incontinentiæ ſit periculum.

26 Ex his deducitur neutri coniugi licere in eo euentu ad Religionem tranſire, altero inuito; licet manens in ſæculo eſſet ſexagenarius, ac non ſuſpectus de incontinentia, quia iura *toto tit. de conuerſione coniugatorum*, vltra hoc coniugis licentiam poſtulant, & ne debitis aliis obſequiis, ſe coniuges defraudent, vt tenent Innocent, *in c. dudum, num. 4. de conuerſ. coniugat.* vbi Ioannes Andreas *num. 7. fin.* & Anton. *num. 18.* & Cardinal. *q. 1. fin. & ibi*, Ancharranus *num. 11. & in cap. vnico de voto, lib 6.* Aſtenſis *in ſumma 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 2. quæſt. 8.* Sotus *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. ad finem*, verſic *quod ſi contra arguas*, cum aliis Sanchez *d. diſp. 37. ſub, num. 14* de qua licentia latè dico, *in d. tit. de conuerſ. coniugator*, nonnulla adduxi in principio huius Textus. † Et ad aliud dubium leges 27
ipſum Sanchez *num. 13.* vbi agit, an grauius peccatum ſit poſt mutuum caſtitatis votum, coniuges copulari, quam ſi alter ad ſolutam fœminam ſolutumve virum accederet, & maius peccatum eſſe coniuges illos accedere; quia vtrinque eſt ſacrilegium, de quo videbis Gloſſam *in c. miniſtri*, verbo *propria* 81. *diſt.* & ibi Vgo & Laurent. Archid *cap. 2. num. 1.* verſic. *quæ patitur de filiis Preſbyterorum, lib. 6.* Ioannes Andreas *in c. litteras, n. 9.* & ibi Henricus *de filiis presbyter.* quia accedendo tunc ad coniugem, eſt ſacrilegium duplici ex parte ob mutuum votum. † At Cardinalis *in d. c. litt.* 28
n. 1. oppoſit. 1. dixit maius peccatum eſſe in acceſſu ad ſolutã ſolutumve; quia ex parte coniugis peccantis, iam eſt ſacrilegium acceſſus ad ſolutam, ſolutumve, & inſuper eſt adulterium, quod præponderat ſacrilegio quod in priori delicto reperitur ex parte alterius coniugis atque ideo exiſtimat Sanch. *vbi ſup. d. n. 13. in confeſſione*, detegendum eſſe acceſſum ad proprium coniugem, contra mutuum votum, mutuamve profeſſionem.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXV.
Quemadmodum, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. CELEBRIS eſt allegabilis Textus noſtri deciſio; ſi quidem, in verſic. *quoniam in eo talis erat ſub intelligenda conditio*, agunt Doctores de tribus conditionibus, quæ inſunt Iuramẽto de quibus agit Suarez *de religione, l. 2. de Iuram. c. 34.* & idem *t. 2. de relig. lib. 4. c. 19.* II. Et de tribus conditionibus, quæ tacitè inſunt; videlicet, *ſaluo Iure ſuperioris, ſi potuero, & ſi licitè potuero*, dixi, *ſup. in c. querelam 10. hoc tit q. 1.* in verſic. *ad ſecundam quæſt. partem*, & de pluribus conditionibus agit Gloſſa hic, & de prædictis tribus Balboa *à n. 4. ad 12.* Et videbis notata, *ſup. in c. venientes 19. hoc tit.* Et interim poterat hic agi de aliis conditionibus, quæ tacitè ſubintelliguntur in contractibus, teſtamẽtis, & aliis diſpoſitionibus iudicis, de quibus ago in ſuis titulis. *& in tit. de conditionibus*, appoſitis. III. Et in verſic. ibi: *nam ſi poſt contractum coniugiũ, vir propter fornicationem, licitè poteſt vxorem à ſua cohabitatione dimittere.* Per hæc verba, & in ſimul adiungi poſſunt adducta, *in toto tit. de diuortiis*, notata *ſup. in c. Quintauallis 13. hoc tit. & in c. 1. de ordine cognitionum, c. ex conquæſt. de reſt. ſpoliatorum, c. ex parte, c. litteras eodem, tit.* vbi latè agitur de diuortio matrimonij contracti causâ fornicationis. Et an liceat viro dimittere vxorem adulteram propriâ authoritate, vt indicant præfata verba hic: *poteſt vxorem à ſua cohabitatione dimittere*, vel prærequiratur ordo iudiciarius, & iudicis ſententia.
IV. Et quia hic in Textu noſtro in verſic. *Longe fortius propter eandem cauſam*, & in verſ. ibi: *quod ſi poſt huiuſmodi Iuramentum mulier fieret lepreſa, &c.* agi valet de deſolutione ſponſaliorum fornicationis causâ, aut ex aliis cauſis ſuperuenientibus, quæ ſunt propria noſtri textus materia; ideo dubiũ fuit, an ſponſalia Iuramento firmata diſſoluantur propter fornicationem, lepram, vel infirmitatem habitualem alterius ſponſi, de quibus *hic* ago, & de aliis quæſtionibus.

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

An ſponſalia inter Sponſos Iuramento firmata, diſſoluantur propter fornicationem ſuperuenientem: Et quid ſi anteà ipſa Sponſa fornicata fuerit: Et an ſi vterque poſt ſponſalia fornicetur mutuâ compenſatione, ſponſalia robur habeant, vt Matrimonium quoad thorum: Quid ſi Sponſa vi præciſa cognita ſit: Et an ſponſalia diſſoluantur per viri fornicationem: Et an poſſit vir à ſponſalibus recedere, ſi poſt fœmina tactus impudicos alterius, vt amplexus, & oſcula patiatur: Et an vt diſſoluantur ſponſalia iurata ſit, neceſſarium petere Iuramenti relaxationem?

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia inter Sponſos iurata diſſoluuntur propter fornicationem ſuperuenientem*, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

6 *Iuramentum etſi debeat obſeruari, quoties poteſt ſine diſpendio, fallit vbi adeſt noua cauſa*, num. 7.

8 *Dicenti ſe non contracturo ſponſalia, ſi à principio ſciret de mutatione cauſâ creditur.*

9 *Sponſalia diſſoluuntur per fornicationem præcedentem ignoratam, ſi Sponſus exiſtimabat Virginem ducere*, num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

18 *Sponſalia cum vidua contracta diſſoluuntur propter fornicationem ſequutam, imo & per præcedentem ignoratam*. n. 19. 20. 21.

22 *Sponſi fornicatio non admittit compenſationem cum fornicatioue Sponſa, & quare* n. 23. 24.

25 *Sponſalia diſſoluuntur per fornicationem Sponſæ vi præciſa admiſſam*, n 26. 27.

28 *Sponſalia numquid diſſoluantur per viri fornicationem ex vi præciſa*, n. 29.

30 *Sponſalia nunquid diſſoluantur, ſi ſponſa patiatur oſcula, ſeu amplexus, vel tactus impudicos*, num 31. 32.

33 *Sponſalia iurata ob fornicationem diſſoluuntur, nec egent abſolutione à iuramento.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondeo non ſolùm diſſolui ſponſalia propter fornicationem ſuperuenientem, quando Iurament o firmata non ſunt, verum etiam ſi iurata ſint vt probat Textus noſter, vbi communis Doctorum docet, & reddit rationem Pontifex in verſic. *nam ſi*, qui ob fornicationem Sponſæ diſſoluitur Matrimonium quoad torum, & multò faciliùs
2 diſſoluentur Sponſalia. † Et probatur ſecundò quia id Iuramentum tacitam includit conditionem, niſi alter peccet in totum; quia frangenti fidem, fides ſeruanda non eſt, vt adduxi *ſuprà* per
3 Textum, *cap. peruenit* 3. *hoc tit.* † Tertiò quia ob hoc fit fornicans ſuſpectus de fide in futurum
4 ſeruanda. † Quartò quia Sponſa per fornicationem fit deterior, & vilior; ob quod impletio Sponſalium, fit ſponſo notabiliter difficilior.
5 † Vltimò quia violauit Ius in corpus, quod in ſponſatione contulit Sponſo, Sanchez. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 55. *num.* 1. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 6. Coninc. *de Sacram. diſp.* 23. *dubio* 7. Bonacina *tom.* 1. *q.* 1. *de ſponſal. puncto* 8. *n.* 1. Egid. Trullenq. *de Sacramentis lib.* 6. *cap.* 2. *dubio* 9. *n.* 1. Balboa *hic n.* 3. qui à Sanchez *de Matrimonio* mutuatus eſt omnem ſuam repetitionem nomine tacito, quem latè videbis *dicto lib.* 1. *à quæſt.* 55. vſque ad finem illius libri, & antea, vbi agit de cauſis ſponſalia diſſoluendi.

Nec obſtat dicere contra præcedentem con- 6
cluſionem, & contra ſequentes de illa generali regula, qua docemur, vt iuramentum ſemper debeat obſeruari, quoties poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ, vt dictum eſt *ſuprà in cap. debitores*, & in aliis huius tituli. Ergò cum Sponſus qui iurauit in textu noſtro poſſit ſponſalia adimplere abſque periculo, etiamſi Sponſa poſtea cum alio fornicata ſit. † Quia reſpondeo alia 7
etiam regula generali, quæ plures caſus includit & eſt ea ſcilicet, vt quoties adeſt, ſeu accidit noua cauſa, qua notabiliter res mutantur, ſeu adeſt aliquod tale inconueniens, quod à principio impediret ſponſalia contrahi; tunc non obligare ſponſalia: etiam Iuramento firmata, ex eo quia promittentes nullam habent intentionem ſe obligandi in tali caſu. Et quia promiſſio non obligat vltra intentionem promittentis iuxta dicta *ſuprà in cap. venient.* 16. & alibi huius tituli docent Hoſtienſis *in ſumma hoc tit. num.* 3. Nauarrus *conſ. de ſponſal. lib.* 4. Cucus *lib.* 5. *inſtitutionum tit.* 20. Ledeſma *difficult.* 13. *de Matrim.* Villalobos *in ſumma p.* 1. *tract.* 12. *dif.* 11. *n.* 14. & omnes per Textum noſtrum. † Et addit Nauarrus 8
in manuali cap. 18. *num.* 7. credendum eſſe in vtroque foro dicenti, quod ſi à principio cognoſceret illam mutationem non contraheret ſponſalia, de quo *infrà*.

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo 9
ob fornicationem præcedentem Sponſæ poſſe Sponſum, qui eam ignorabat, Virginem eſſe exiſtimans diſſoluere ſponſalia; quia cauſa hæc denuò cognita, notabilem mutationem facit, cum ignominioſum ſit viro fœminam corruptam ducere, & prudenter magni fit ductam Virginem eſſe. † Secundò quia vir magnum damnum 10
incurret cum Bigamus fiat, & proinde ad ordines, ſi illos eligat promoueri non poſſit.

Tertiò, quia ſi quis vendat occultando vitium 11
eſt cauſa ſufficiens ad diſſoluendam venditionem.
† Quartò quia in iure paria ſunt aliquid ſuper- 12
uenire, & præcedere ignoranter; quia res dicitur fieri, quando primum innoteſcit, *cap. Paſtoralis de exception.* iuxta illud Marci vltimo, *data eſt mihi poteſtas omnis*, id eſt ex nunc eſt nota.
† Quintò, quia paria ſunt in iure non eſſe, & 13
non apparere, *l. duo ſunt Titij, ff. de Teſtam. tutela, & l. in lege, ff. de contrah emptione.* Ergò à contrario ſenſu paria ſunt eſſe; & apparere; cum ergo poſt ſponſalia vitium appareat, tunc dicitur denuo eſſe. † Sextò quia lex vltima, *Cod. de ſpon-* 14
ſal. dicit quod reſiliens à ſponſalibus ex cauſa præcedenti ignorantia non amittit harras §. *his illud* verſic. *ſin verò.* † Septimò, quia rebus no- 15
tabiliter mutatis non obligat promiſſio, vt omnes docent per Textum noſtrum, ſed reſpectu huius, ſunt res notabiliter mutatæ, cum denuo inueniret vitium notabile prorſus ignoratum.
† Octauò ex Gloſſa hic verbo *præcedentem*, vbi 16
reddens rationem, cur ob præcedentem fœminæ fornicationem; non liceat ſponſo reſilire, ait quia contrahendo cum ea, videtur mores approbare, vbi Anton. addit hoc procedere, ſi ſcienter

ſcienter contrahat. Ergò econtra ſit cum ignoranter vir de tali defectu, talem eligat in Sponſam; cum ergo nihil volitum, quin præcognitum ſit, ſequitur, vt ignorans non cenſeatur approbare.

17 Hanc concluſionem probant Viguer. *lib. inſtit. cap.* 16. §. 7. verſic. *fin.* Sotus *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 2. *art.* 5. *caſu* 9. Henriq. *lib.* 11. *de Matrim. cap.* 14. *num.* 6. Ledeſma *de Matrimonio dubio* 13. *caſu* 6. Petrus de Ledeſma. Nam primus eſt Bartolom. *de Matrim. q.* 43. *art.* 3. *caſu* 5. *&* 11. Ludouicus Lopez. *p.* 2. *inſtruct. de Matrim. cap.* 38. *fol.* 147. Hugo *cap. raptor,* 27. *q.* 2. Roſella verbo *ſponſalia n.* 9. vbi Angel. *n.* 29. Silueſter *q.* 10. *caſu* 6. Tabiena *q.* 9. *n.* 10 *caſu* 6. Armila *n.* 12. D. Anton. 3. *p. tit.* 1. *cap.* 18. §. 1. *caſu* 6. Nauarr. *in ſumma c.* 22. *Hiſp. n.* 25. Latin. *n.* 27. *caſu* 9. Corduba *q.* 49. Molina *tom.* 2. *de Iuſt. diſp.* 172. *folio* 120. §. *deinde ſi mulieri*, Philiarc. *de officio Sacerdot. tom.* 1. *p.* 1. *de ſponſ. cap.* 5. *num.* 35. Villalobos *in ſumma dicta* 1. *p. tract.* 12. *diſ.* 12. *n.* 17. Balboa *hic n.* 37. Bonacina *tom.* 1. *q.* 1 *de ſponſal. puncto* 8. *n.* 1. verſic. *dixi*, Trullenq. *de Sacram. dicto lib.* 7. *cap.* 2. *dubio* 9. *num.* 3. vbi tradit hoc procedere, non quia Sponſa fregerit fidem, ſed quia illa fornicatione eſt notabiliter vilior, aliis adductis Barboſa *hic num.* 5.

18 Vnde dubium eſt an idem procedat in Sponſa vidua, quæ honeſta eſt exiſtimata, & occultè fornicauit, ſiue poſt, aut ante contracta ſponſalia, & de caſu, quo poſt contracta ſponſalia eſt fornicata, nemini dubium eſſe poteſt ex iam dictis, & ex Textu noſtro, vbi non loquitur Pontifex tantùm de Virgine contrahente ſponſalia, ſed generaliter de muliere qualibet, vt conſtat ibi; *quemadmodum ſi vir mulieri iuraſſet.* Tota ergo dubitatio eſt de fornicatione præcedenti, & videtur negatiuè reſpondendum, etiam ſi talis fornicatio incognita ſit à viro, vti docent Silueſter, Hugo, D. Anton. Henriq. iam allegati; Item & videntur à contrariò ſenſu tenere Roſella, Angel. Tabiena, Armilla, Corduba, Sotus, Bartol. à Ledeſma, Petrus à Ledeſma iam adducti, Ludouicus Lopez. 2. *p. inſtruct. de Matrim. cap.* 26. *folio* 1036. quia dum dicunt diſſolui ob fornicationem præcedentem, quando Sponſus putabat Virginem eſſe, videntur ſentire contrarium, dum Sponſus ſciebat eſſe viduam, non enim ea ob fornicationem ita vilior effecta cenſetur, ac ſi Virgo eſſet, vt contingit de viro fornicante poſt ſponſalia contracta, vt *infrà* dico ſub hac quæſtione principali.

19 Sed veriùs eſt adhuc poſſe Sponſum recedere à ſponſalibus; quia eſt notabilis mutatio, & cauſa nouè cognita, quæ virum prudentem merito retraheret in principio à ſponſalibus contrahendis, cum magna afficiatur nota, & infamia, ducens inhoneſtam, quam tamen putarat viduam honeſtam eſſe. Ita docent Nauarrus, & Philarcus iam relati, Sanchez. *de Matrim. dicto lib.* 1. *diſp.* 63. *num.* 4. *&* 5. Balboa *hic num.* 38. Trullenq. *de Sacramentis dicto lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 9. Hurtado *diſp.* 31. *de Matrim. difficultate* 8.

20 Nec obſtat Textus noſter, vbi dicitur non poſſe obiici Sponſæ fornicationem præcedentem quia tantùm loquitur de fornicatione præcedente cognita ante ſponſalia, vt cum Gloſſa hic tenent communiter Doctores, Egidius Trullenq. *dicto cap.* 2 *dubio* 9. *lib.* 7. *de Sacrament. ſub num.* 3. Itaque Molina *de Iuſt. tit.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 272. §. *deinde ſi mulieri*, dixit dirimi ſponſalia per fornicationem præcedentem ignotã, per quam Sponſa virginitatem amiſit, aut quæ illam reddit notabiliter magis infamem, quam antea eſſet nota: tradit Sanchez. *dicto lib.* 1. *de Matrim. diſp.* 63. *ſub n.* 5. Balboa *hic*, *num.* 38. † Et addit Sanch. 21 *num.* 3. *in fine* idem dicendum eſſe, ſi ſponſus putaret eſſe virginem, cum tamen ſit vidua, tum ob irregularitatem, quam incurreret, & ſi fortè ille alias Bigamus eſſet, nouam Bigamiam incurreret, & ita difficilior redderetur diſpenſatio. Deinde quia non infima nota eſt ducere viduam, & magis æſtimant homines, Virgo ne, an vidua ſit ducenda in vxorem: Aliis probat Balboa *hic n.* 37. & Sanchez. *ſub n.* 7. *ſuprà* etiam in ſponſalibus iuratis.

Ad tertiam quæſtionis partem, ſi vterque 22 Sponſus fornicetur, an mutua compenſatione valeant ſponſalia? Et hoc in dubio exiſtimat Paludan. *in* 4. *diſt.* 27. *p.* 1. *art.* 3. *num.* 17. verſic. *quarto in compenſando* illa valere: quia in cauſa Matrimonij vterque æqualis eſt, & mutua fornicatio compenſatur, nec quamuis fœminæ fornicatiò grauior ſit, permittitur diuortium viro fornicanti, refert Balboa *hic*, *num.* 18. Sanchez. *dicto lib.* 1. *de Matrim. diſp.* 55. *num.* 9. Bonacina *dicto tom.* 1. *q.* 1. *de ſponſal. puncto* 8. *num* 6. atque Egidius Trullenq. *dicto lib.* 7. *de Sacram. cap.* 2. *dubio* 9. *num.* 4. putant valdè probabile eſſe, vt neuter Sponſus poſſit reſilire; Tum quia delictum vnius compenſatur cum delicto alterius, tum etiam, quia quando vterque Coniux poſt Matrimonium contractum commiſit adulterium vir non poteſt petere diuortium, etiamſi adulterium fœminæ ſit grauius adulterio viri. Ergò nec Sponſum poſſe facere diuortium, ſeu diſſoluere ſponſalia, quando vterque commiſit fornicationem poſt ſponſalia, quamuis Sponſus maiorem ſubeat ignominiam ob fornicationem Sponſæ, quam Sponſa ob fornicationem viri Sponſi.

Communiter tamen ſententia eſt, non eſſe 23 compenſationem fornicationi Sponſæ cum fornicatione Sponſi, quia quamuis quoad fractionem fidei, & iuris facta ſit æqualis compenſatio; non tamen quoad vilitatem, quia Sponſa fit notabiliter vilior, non tamen Sponſus, Sanchez. *dicta diſp.* 55. *num.* 9. vbi ait multò turpiorem eſſe fornicationem fœminæ, vt ex multis probat Tiraquell. *lib.* 1. *connub. num.* 65. Balboa *hic num.* 19. vbi ambo inferunt cum Conarr. *in cap. Raynutius de Teſtam num.* 15. quod licet fœminæ Meretrici non liceat filiam ob Meretricium exhæredare, *l. in arenam*, *Cod. de inofficioſo Teſtam. fin.* ibi, *niſi & ipſa ſimilis conditionis ſit*, *cum in pari vitio turpitudinis ſit*; Tamen licitum eſſe Patri concubinario filiam meretricem exhæredare; quia turpitudo non eſt æqualis, docent Coninc. *de Sacram. diſp.* 23. *dubio* 7. *concluſ.* 6. *num.* 63. Gutierrez. *de Matrim. c.* 31. *num.* 4. Hurtado *diſp.* 2. *difficult.* 11. Layman. *lib.* 5. *tract.* 10. *p.* 1. *cap.* 2. *num* 12. Baſilius Pontius *de Matrim. lib.* 12. *c.* 17. *n.* 3. Diana *p.* 3. *tract* 4. *reſ.* 84.

Nec obſtare illud, quod adductum eſt de com- 24 penſatione Matrimoniali propter vtriuſque coniugis adulterium, de quo *in cap. ex literis de diuortiis*, & egi *in cap. litteras de reſtit. ſpoliator.* quia multò facilius ſoluuntur ſponſalia, quàm Matrimonium quoad torum, Illa enim, ob quamlibet mutationem notabilem ſuperuenientem ſoluuntur;

tur, vt notant Doctores *hic*, hoc autem minimè docent Henriq. eſſe communem ſententiam *lib.11. de Matrim. cap.14. num.6.* Sanchez. *dicto lib.1. diſp.55. n.9. in fine*, Balboa *dicto n.19. in fine*, Villalobos *in ſumma dicta 1. p. tract. 12. dif. 12. num. 23.* verſic. *aduiertaſe*, & Diana *ſuprà*, docet delicta eſſe valdè imparia, longèque ignominioſum eſſe Sponſo talem ducere, quàm Sponſæ.

25 Ad quartam quæſtionis partem, an diſſoluantur ſponſalia iurata, ſi Sponſa vi præciſa cognita ſit? Et in hoc dubio quidam exiſtimant non eſſe cauſam diſſolutioni ſpóſaliorum; quia Sponſa culpa vacauit, itavt nec ſimilis culpa det ius ſeparandi Matrimonium quoad torum, vt omnes fatentur, nec fœmina fidem frangit, nec ſuſpecta redditur in futurum, quibus rationibus immittitur Textus noſter, dum dicit ſponſalia ob alterius fornicationem dirimi poſſe, vtpotè quia loquitur de fornicatione voluntaria, Sic Tabiena verbo *ſponſalia q. 9. num.* 10. *caſu 6.* Armilla *ibi. num.* 12. idem limitans ſi Sponſus ad ordines promoueri anhelet, docent Rainerius, & Hugo, quos refert, & ſequitur Roſella verbo *ſponſalia, n.9.* refert Sanchez. *dicto lib.1. diſp. 55. n.7.* Balboà *hic, num.16.*

26 Probabilius eſt in hoc dubio etiamſi fœmina vi ab alio cognoſcatur diſſolui ponſalia, vt colligitur *ex cap. Raptor* 27. *q.2.* vbi Gloſſa verb. *noluerit*, & *cap. ſi quippe eadem quaſt.* verb. *quaritur*, & in Textu noſtro verbo *oculos*, & in verſic. *ſed quid.* Et eſt ratio, quia ex præfata fornicatione ſponſa fit notabiliter vilior in ordine ad Matrimonium; & quia eſt magna mutatio, & maxima infamiæ nota vir afficitur; & quia rarò homines credunt omninò inuitam fœminam fornicari, & qualitercumque id eueniat abhorrent cum ea contrahere, docent Hoſtienſis *hic*, Ioannes Andreas *n.15.* Antonius *n.13.* Abbas 12. Alex. de Neuo, *n.17.* Imola 10. *l.8. tit. 1. p.4.* vbi Gregor. Lopez. verb. *Robada*, Couarr. *in 4. decret. 1. p. cap.5. initio, num.2.* Cucus *lib. 5. inſtit. moral. tom.10. num.62.* Lancelotus *Inſtitut. Iuris Canonici lib.2. tit de ſponſal.* verb. *fornicata*, & alij adducti à Sanchez. *dicto lib.1. de Matrimonio diſp.55. num.7.* qui ferè omnes ducuntur alia ratione, nempe quia vir eam ducens, Bigamus efficietur, quam improbat idem, dicens eam non probare generaliter, vt iam adductæ rationes, quia ſi Sponſa vi cognita non eſſet; aliàs Virgo, vel Sponſus viduus eſſet, ratio nihil probat ex eo, quod ex alia parte ad vitium Bigamiæ contracturus erat: ſequitur idem Balboa *hic, num.17.* & ambo cum Silueſtro verb. *ſponſalia, q. 10. caſu 7.*

27 † Verùm ob fornicationem Sponſi, vi ſibi illatam non diſſolui ſponſalia ex parte Sponſæ docent Hurtado *de Matrim. diſp. 2. dif. 11. n. 4.* & communiter omnes apud Bonacinam *vbi ſuprà puncto 8. num.3.* Trullenq. *dicto cap.2. lib.7. de Sacrament. num.7.* & concluſionem principalem aliis probat Barboſa *n.11.*

28 Ad quintam quæſtionis partem reſpondetur ex dictis, quod quando Sponſus cum alia fornicatus eſt, manet Sponſa libera ad contrahendum cum quo voluerit: Sic docent communiter DD. vt refert, & ſequitur Trullenq. *de Sacram. vbi ſuprà num.1. in fine.* eo quod Sponſus fornicando, frangit notabiliter fidem, & ob id quidam exiſtimarunt ſimiliter ſponſalia diſſolui per viri omninò inuiti, culpæque experti fornicationem quia quoad fornicationem ambo Sponſi æquales Iudicantur: ita Gloſſa *in dicto cap. ſi quippe fin. 27. q. 2.* & videtur tenere Nauarr. *in ſumma cap. 22. Hiſpan. num.26. latin. n.27.* verſic. 9. vbi dicit indiſtinctè diſſolui ob alterius fornicationem violentam. † Tamen vt iam, *num. præced.* adduxi, aliter dicendum eſt de copula viri ex vi præciſa; quia vir copula vacat, nec turpiter, aut debilior fit, ſicut fœmina vi præciſa cognita, quare dicendum eſt ad paria Iudicari, quando fornicatio culpabilis eſt, ſecùs ſi inculpabilis; quia vir cum ea contrahens graue damnum contrahit, fœmina autem nullum prorſus, vt patet & docent citati, quos ſequitur Sanchez. *dicta diſp. 55. num.8.* docet etiam Balboa *hic, num fin.* diſtinguens inter fornicationem, quæ præcedit ſponſalia, & eam quæ ſubſequitur: Nam in præcedenti viri fornicatione nullum inconueniens adeſt, & ceſſat ratio, & ſuſpicio quæ adeſt ſi fornicatio poſt ſponſalia ſequatur, quia dat ius Sponſæ diſſoluendi ſponſalia; eò quod eſt contra fidem ſponſaliorum, quod intelligo ſi fornicatio à viro ſit voluntaria, ſecùs in commiſſa propter vim, vt dixi. Alia dicit Sanchez. *d. lib.1. diſp.63. n.8. & 9. & fin.* 29

30 Ad ſextam quæſtionis partem, an ſponſalia diſſoluantur, ſi fœmina poſt Sponſalia contracta patiatur oſcula, & amplexus, ſeu tactus impudicos? Et communiter diſſolui dicunt Doctores, quia eſt notabilis mutatio, & cedit in notabile dedecus viri; Item quia huiuſmodi fœmina dicitur impudicè viuere, legatumque ſibi relictum ea lege, vt caſtè viuat, & honeſtè, amittit, vt cum Baldo probat Couarr. *in 4. decret. p. 2. cap.7. §. 6. num.3.* Tum etiam quia oſculorum amiſſio eſt iuſta diſſoluendi cauſa, vt habetur in Textu noſtro, ne coniuges ſibi diſplicent, & Matrimonium malos exitus habeat, tenet Sanchez. *dicto lib.1. de Matrim. diſp. 55. num 5.* Balboa *hic, num. 14.* † Et ambo dicunt econtra viri tactus impudicos non diſſoluere ſponſalia, eo quod non inde ſequatur Sponſæ dedecus, idem docent Bonacina *dicto puncto 8. num. 2.* cum Reginaldo Trullenq. *dicto dubio 9. lib. 7. de Sacram. cap. 2. ſub num.2.* vbi refert Hurtadum *de Matrim. dicta diſp. 1. difficult. 8.* contrarium dicentem: Nam etſi non fiat Sponſus notabiliter deterior, tamen frangit fidem in re graui. 31

Idem Trullenq. ſub *n. 3.* & Guttietrez. de *Matrimonio cap.32. num. 1. in fine*, dubitat & plures referens, docent Baſilius *lib.12. de Matrim. c.17. n.3.* quam limitant Layman. *in Theologia moral. cap.5. tract.10. p.1. cap.2. num. 11.* Coninc. *dict. diſp.23. de Sacram. dubio 7. num. 56.* quos ſequitur Diana *p.3. tract.4. reſ. 283.* niſi fortè eiuſmodi oſcula, & tactus eſſent frequentes; itavt indicarent Sponſum propenſum valdè in alteram, vt meritò timeri poſſit, ne ipſe minus ſit Sponſam amaturus, aut fidem ei non ſeruaturus. 32

Ad ſeptimam quæſtionis partem an vt diſſoluantur ſponſalia, ſit neceſſarium petere iuramenti relaxationem? Et pro affirmatiua ſententia faciunt adducta *ſuprà in cap.1. cap.2. cap. Debitores, cap. ad noſtram. cap. verum, cap. quintauallis hoc tit.* Pro negatiua facit Textus noſter, & quæ adduxi in prædictis iuribus *& in cap.12. §.1. hoc tit.* quæ leges ad reſolutionem huius dubij, & in terminis docet Sanchez. *lib.1. de ſponſal. diſp.67.* quia ex Textu noſtro apparet fas eſſe abſque periurio à ſponſalibus iuratis reſilire, cum ſubintelligatur 33

telligatur conditio, ſi alter contra Matrimonium non venerit, & Gloſſa hic verb. *oculos*, ait, vt licet iuramentum poſſit in hoc caſu abſque peccato obſeruari, minimè tamen obligare; eò quod deficit tacita conditio, quæ ineſt, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, *cap. ne quis 22. quæſt. 2. l. cum quis, ff. de ſolution.* Hoſtienſis, Abbas, Baldus, & alij hic.

QVÆSTIO II.

Vtrum ſponſalia etiam iurata diſſoluantur ob amiſſionem naſi, aut oculorum, aut ob morbum contagioſum ſuperuenientem alteri ſponſo, aut ob aliam fœditatem notabilem: Et an ob paupertatem ſuperuenientem: Et an iurans cum aliqua contrahere nulla dotis promiſſione præmiſſa, teneatur adimplere ſponſalia, ſi cum diues ipſa ſit, nullam dotem velit aſſignare: Et an cauſæ præfatæ, non tantum Ius ad diſſoluendum concedant, ſed ipſo iure irrita efficiant: Et quid ſi dolus in contrahendo ſponſalia adſit?

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia diſſoluuntur ob amiſſionem naſi, oculorum, ob fœditatem magnam, & morbum paraliticum ſuperuenientẽ alterius, n. 2. 3. 4. 5. Et in caſibus, vbi deformitas alia ſuperueniret, num. 7. ſeu infirmitas alia incurabilis, num. 8.*

6 *Sponſalia diſſoluuntur etiamſi Sponſa vnum tantùm oculum amiſiſſet.*

9 *Sponſalia diſſoluuntur propter infirmitatem alterius ad fauorem illæ, ſi alias non item, n. 11. vbi læſus tenetur contrahere, altero non cedente.*

12 *Sponſalia diſſoluuntur ob quamcumque notabilem mutationem, quæ à principio obſtaret ea contrahi.*

13 *Sponſalia propter notabilem paupertatem Sponſæ ſuperuenientem, ſeu Sponſi, quando diſſoluantur, n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23 24. 25. Quid ſi iurata ſint, n. 22.*

21 *Sponſalia nunquid diſſoluantur ſi vno Sponſo in eodem ſtatu permanente, alteri accreſcat ingentiſſima diuitiarum copia, n. 22.*

24 *Sponſalia an ſi vterque Spõſus in paupertatem incidant, diſſoluantur, n. 25.*

26 *Sponſalia diſſoluuntur, vbi deficit dos promiſſa, etiamſi iurata ſint.*

27 *Sponſalia diſſolui probabilius, ſi ſponſa diues non vult aſſignare dotem Sponſo licet diuiti. Et quare n. 28. Quid ſi Sponſus Virginem defloraverit, n. 29.*

28 *Dos eſt conditio, quaſi intrinſeca Matrimonio.*

30 *Sponſalia, quibus deformitas aliqua in Sponſis ſuperuenit, nunquid ipſo iure nulla ſint, aut veniant annullanda, n. 31. vbi quid ſi adſit dolus ab aliquo contrahentium ſeu ab alio tertio, num. 32. & 33.*

33 *Sponſalia contracta dolo appoſito à tertio valida ſunt, competit ius ad diſſoluendum læſo, num. 34.*

35 *Impedimentum publicæ honeſtatis non inducitur ex Sponſalibus per dolum dantem cauſam contractui.*

VErba Textus noſtri in verſic. *quod ſi poſt huiuſmodi iuramentum mulier fieret, non ſolum Leproſa, ſed etiam Paralytica, vel oculos, aut naſum amitteret, vel quidquam ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in vxorem?* Et reſpondet Pontifex *profectò ductam non poſſet dimittere. Sed nunquid non ductam amittere teneretur?* Et iterùm reſpondet, *quamuis interdùm contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.* 1

Et ſic reſpondeo ad primam quæſtionis partem aliud eſſe loqui de Matrimonio iam contracto, aut de ſponſalibus quæ ſunt tantùm præparatoria ad ipſum Matrimonium; Nam in primo caſu non eſt cur Matrimonium diſſoluatur, vt docet etiam expreſsè Textus *in cap. 2. de coniugio Leproſorum.* In ſecundo verò datur Sponſo illæſo facultas non implendi ſponſalia, etiamſi confirmata ſint cum iuramento, vt docent omnes per Textum noſtrum, & in ſponſalibus non iuratis, probat expreſsè Textus *in cap. fin. de coniugio Leproſorum.* Et eſt ratio, quia promiſſio Sponſaliorum etiam iurata intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus. 2

Quare ſi ipſis ſponſalibus contractis ſuperueniat fœditas notabilis, vt oculorum amiſſio, ſiue naſi, ſeu morbus paralyticus, lepra, vel turpior alia infirmitas non eſt cur Sponſus illæſus teneatur ex ſua parte adimplere ſponſalia. Eſt enim harum quælibet notabiliſſima mutatio, vt notant Nauarrus *in ſumma cap. 22. Hiſp. num. 25. & latin, num. 27. caſu* 8. Antonius Cucus *lib. 5. Inſtit. moral. tom. 10. num. 63.* Henriq. *lib. 11. de Matrim. cap. 14. num. 6.* Petrus à Ledeſma *de Matrimonio q. 43. art. 3. cauſa 5.* Philiarcus *de officio Sacerd. tit. 1. p. 2. lib. 2. cap. 1.* Sanchez. *lib. 1. de Matrim. diſp. 57. num. 2.* Bonacina *tom. 1. q. 1. de ſponſ. puncto* 8 *num.* 9. Trullenq. *de Sacramentis lib. 7. cap. 2. dubio* 11. cum aliis Barboſa *hic, num.* 7. 3

Sed obſtant verbà Textus noſtri in verſic. *quamuis interdùm contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.* quo probatur, vt vti morbus ſuperueniens non dirimit Matrimonium contractum, ſic nec contrahendum. Verùm idem Barboſa *hic* reiecta aliquorum ſententia dicentium legendum eſſe *quia* pro *quamuis*, dicit ineptam eſſe hanc correctionem, ſi præcedens in præſenti affirmatiua expendatur. Quare erit aduertendum, vt Pontifex in præſenti rationem illam interrogatiuè adduxiſſet ad confirmationem contrariæ partis, quam interrogabat, quaſi velit, vtrùm teneatur Sponſus Leproſam Sponſam recipere, licet ſecundùm ius multa impediant, quæ non dirimunt, & non reſpondet interrogationi expreſsè, ſed ex dictis quæſtionem, veluti notiſſimam relinquit: Ita Barboſa, & iuuatur ex adductis; Nam faciliùs ſponſalia diſſoluuntur, quam ipſum Matrimonium iam contractum, tum etiam quia cum Matrimonium quoad torum, non diſſoluatur, niſi ob fornicationem, *dicto cap. 2. de coniugio Leproſorum*, & illis modis de quibus dico *in tit. de diuortiis*, & dixi *in cap. litteras de reſt. ſpoliatorum*, in aliis non item; ſequitur, vt hæc ratio adiuuetur ex aliis verbis Textus noſtri in verſic. *quia turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes*, de quo Axioma, Tiraquell. *de conſtit. limit. 7. num. 43. p. 3.* Surdus *de alimen-* 4

tis

tis, tit. 7. *q.* 17. *num.*41. Bellet. *diſquiſit Cleric.p.* 1. *tit. de diſciplina Clericorum*, §.19. *num.*7. Barboſa
5 *hic n.*6. † Nam vt ait Menoch. *conſ.*32. *num.* 37. fauorabilior eſt cauſa conſeruationis, quàm acquiſitionis, & faciliùs conſtitutum ius retinetur, quam de nouo acquiritur. *leg. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui*, Surdus *deciſione* 40. *num.* 5.

6 Ex his infero quod ſi Sponſa vnum oculum ſolùm amitteret, adhuc poſſe ſponſalia diſſolui, quia etſi reuerà Textus noſter loquatur de oculorum amiſſione, non prærequirit præcisè amborum amiſſionem, ſed ſufficere deformitatem, quæ eſt ratio potiſſima textus noſtri, cum ſatis ſit fieri coclitem, & addit Trull. vbi ſuprà, *dubio* 11.*n.*1. relatam doctrinam procedere, tam in Sponſo, quàm in Sponſa: quia eſt notabilis deformitas,& mutatio,& ob eandem rationem procedere,ſi alter morbo gallico,aut alio contagioſo afficiatur, cum aliis Barb.hic *in addition.p.*6. Rebell. *de iuſt & iure, p.*2. *lib.* 4. *q.*8. *ſect.* 8. *num.*57. Machado *en ſu perfecto confeſor, y cura de almas lib.* 3. *parte* 1. *tractatu* 7. *docum.*5. Balboa *hic num.* 20.

7 Secundò infero ex verbis Textus noſtri præfatam doctrinam procedere non ſolùm in Leproſo, Paralytico, & in eo qui naſum, aut oculum amiſit, ſed etiam in aliis caſibus,vbi deformitas
8 grauis reperitur,non ſolùm in corpore,verùm & in honore. † Quare D.Thom. *in* 4. *diſt.* 27. *q.*2. *art.*3. *ad tertium*,Palud. *q.*1. *art.*3. *q.*17. *n.*25. Antonius Cucus *dicto n.*63. docent idem procedere de graui infirmitate ſuperuenienti incurabili, & idem ſi os malè oleat, nec arte medica ſubueniri poſſit, ſequitur Sanch.*dicta diſp.*27. *n.*2.vbi *n.* 6. expendens Textum noſtrum, ait deformitatem oculorum,aut naſi amiſſionem,aut lepræ pro poni ibi tantum exempli gratia,quod diſpoſitionem non arctat, *l.*1. §. *quod vulgò, ff. de vi, & vi armata, l. damni infecti ſtipul.ff. de damn.infect.* ex multis Tiraquell.*in l.ſi vnquam* verb. *libertis n.* 37. *C. de reuocand.donat.* & ita videri, cum Textus noſter explicuerit lepram, vel paralyſim,DD extendere ad morbum gallicum, vt ipſe ibi dixit, & *n.*2. quod difficile videtur ex eo quia cum præfata exempla poſuerit Pontifex alia admittit maiora in verſic.ibi, *vel quidquam ei turpius eueniret*, & ſic Paludan. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſtione* 1. *articulo* 3. *caſu* 6. *num.* 25. negat, vt ſi alter ex Sponſis amittat vnum tantum oculum, ſponſalia diſſolui.

9 Infero tertiò ſponſalia diſſolui poſſe ex parte illæſi,& in fauorem Sponſi innocentis;nam proprium debitum,ſeu deformitas non debet immunitatem præſtare delinquenti aut deformato:argum.Textus *in c.*2. *de tranſl. Prælator*, Palud. *vbi ſuprà caſu* 1.*n.*17. Soto *in* 4.*diſt.*27. *q.*2.*art.*5.Sarmient.*ſelect.lib.*1.*c.*5.*n.*3. Couarr. *in* 4 *pt.cap.*5. *in princ. num.* 2. Balboa *hic*, *num.* 15. Sanchez. *de Matrimonio lib.* 1. *diſp.* 55. cum multis ab eo relatis, *num.* 6.

10 Infero quartò etiam Sponſalia diſſolui ob defectum famæ alterius Sponſi, aut honori ſuperuenientem, vel ſi aliter eorum furti, vel alterius criminis turpiter damnetur, quia ex quolibet ex dictis impleto ſponſaliorum ſit notabiliter oneroſior illæſo, docent relati Balb. *dicto n.*20.Sanchez. *d.diſp.*57.*n* 2.*in fine*,vbi procedere ait,ex eo quia maior eſt morum,& famæ,quam corporum habenda ratio, vt tradit Ant. Cucus *dict.num.*63.

*lib.*5. *inſtitut. mor. tom.*10 ſequitur Trull. *dicto dubio* 11. *ſub num.*1.

Infero quintò cum eodem Trullenq. & aliis, 11
quod ſi Sponſus illæſus voluerit cedere iuri ſuo, alter Sponſus læſus tenetur contrahere, modò tamen infirmitas Iudicio medici non ſit incurabilis; quia hoc dictat naturalis ratio, non enim cum tanto incommodo tenetur talis infirmus promiſſionem adimplere; ergò nec alter conſentire tenebitur, alter autem irrationabiliter peteret promiſſionis adimpletionem, & clariùs Sanchez. *dicta diſp.* 57. *n.*5. dicens quod morbo affectus, non tenetur ſtare fidei ſponſaliorum, cum tam notabili ſalutis detrimento, maximè cum res non ſint in eodem ſtatu, ſed notàbiliter mutatæ.

Infero ſextò ob notabilem quamcumque mu- 12
tationem, quæ ſi à principio adeſſet, obſtaret ne ſponſalia contraherentur ea diſſolui,quia hæc mutatio abſque dubio à principio impediret, docet Sanchez. *dicta diſp.* 57. *ſub num.*3. idem ex aliis, *diſp.* 63. *num.* 3. D. Antoninus 3. *p. tit.* 1. *cap.*18. §.1. *caſu* 3. Nauarrus *in ſumma cap.* 22. *num.* 25. *& in latina num.* 27. Philiarcus *de officio Sacerdot. tit.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. Petrus de Ledeſma *de Matrim.q.*43.*art.*3. *cauſa* 5.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an diſſol- 13
uantur ſponſalia ob paupertatem ſuperuenientem? Et in hoc dubio quando nulla præceſſit dotis promiſſio, & Sponſa diues erat tempore ſponſaliorum pauper redacta eſt, dixit Baldus *hic num.* 8. Alex. de Neuo non diſſolui, qui loquuntur quando præceſſit dotis promiſſio, ſed etiam quando talis promiſſio non præceſſit, dixerunt Couarr. *in* 4 1. *p.cap.*5. *in princip. num.* 5. Rolandus *de lucro dotis q.*73 Barboſa *in Rubrica ſoluto Matrimonio* 4. *p. num* 32. relati à Maſcardo *de probat. concluſ.*577. *n.* 2. & procedit ex eo quia quando nulla dos promiſſa eſt, non videntur omnia bona in dotem promiſſa. † Tum etiam 14
nam ſibi Sponſus imputare debet, quod non cauerit de dote ſibi tradente, vt in Textu noſtro aduertit Gloſſa *oculos*, & Hoſtienſis verb. *iuramentum*, Ioannes Andreas *num.* 15. Butrius *numero* 14. Menochius *conſ.* 386. *num.* 3. *volum.* 4. Petrus Gregor.2.*p. ſyntagm. lib.*8. *cap.* 9. *n.*9. Matienc. *tit.*1. *in Rubr. Gloſſa* 1. *num.*47. *lib.* 5. *compil.* Surdus *conſ.*364. *num.* 9. Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.*3. *tit.* 17. *n.* 14. Marcus Antonius Genuens *in pract. Eccleſiaſt. quæſtione* 775. ex Theologis Paludan. *in* 4. *diſtinctione* 27. *quæſtione* 1. *articulo* 2. *num.* 14. Ludouicus Lopez. 2. *parte inſtruct. de Matrimonio, cap.* 38. *folio* 1047. Manuel Rodriguez. *in ſumma tom.* 1. *edit.*3. *cap.*245. *n.*3.

Vbi limitat, vt intelligatur quando Spon- 15
ſus eſt ita diues, vt ſuſtinendo ſit Matrimonij onera, vxoremque alendo: Et hanc ſententiam probabilem ſatis vocant Balboa *hic*, *numero* 17. & Sanchez. *lib.*1. *de Matrimon.diſp.* 59. *num* 3.

Adhuc exiſtimant alij, & probabiliùs in præ- 16
dicto caſu paupertatem ſuperuenientem eſſe cauſam legitimam ſponſalia diſſoluendi, quia Sponſa diues cenſetur omnia bona ſua in dotem promittere;ergò ſi facultatibus labatur cum dotem tacitè promiſſam, ſoluendo non ſit, deficiente conditione ſponſalia non obligabunt: ita Bartolus *in leg. ſi conſtante, num.*78. *ff. ſoluto Matrimonio*, & dicit eſſe probabile Ioannes Lup. *Rubrica de*

donationibus, §. 53. *num.* 1. *in fine*, & cum multis Antonius Gomezius *in l.* 50. *Tauri*, *num.* 17. & notatur *in l. mulier bona*, *ff. de iure dotium*, videndus Menoch. tota *præſumptione* 6. *lib.* 3. vbi latè diſſeruit de præfato fundamento, quod ſatis dubium fatetur Sanchez. *dicto lib.* 1. *de ſponſalibus diſp.* 59. *num.* 4.

17 Quare ipſe, & Balboa *hic*, *num.* 28. cum aliis docent potiſſimam rationem eſſe, quia in præfato caſu cōtingit notabiliſſima mutatio, & quæ à principio exiſtens, ſponſalia contrahi impediret; Et ſic ſuperueniens ea diſſoluet: Tum etiam quia promiſſio intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus iuxta noſtrum Textum, hanc defendit aliquantulum dubius Abbas *hic n.* 10. Brunelus *de ſponſalibus*, *concluſ.* 8. *num.* 6. Angelus, Silueſter Cuccus, Henriq. & alij relati à Balboa, & Sanchez, de quibus addo Barboſam *hic*, *num.* 10. cum Guttierrez. Egidio, Coninc. Rebello, Bonacina, & Menochio ex ea ratione; quia Sponſus Iudicio prudentis, non cenſetur habuiſſe intentionem obligandi ſe ad contrahendum Matrimonium, eo euentu, & quia promiſſio cenſetur facta ſub conditione dotis.

18 † Et prædictis addo Trullenq. *de Sacrament. libro* 7. *cap.* 2. *dubio* 12. *num.* 3. vbi ampliat, etiam ſi paupertas abſque culpa contingeret, Machado *de perfecto confeſſor. lib.* 3. *parte* 1. *tractatu* 7. *docum.* 6. *à principio*, Riccius *in collect. deciſ.* 1570. verſic. *excuſantur ſexto*, Fontanella *de pactis nuptiarum p.* 2. *cauſa* 12. *Gloſſa vnica n.* 7. Hurtado *de Matrim. diſp.* 2. *de ſponſal. dif.* 14. *num.* 51. latè Aluarez. *de priuilegiis*, *Pauper. p.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 13. *cum ſequentibus*, vbi contrariis reſpondet, & videbis quæ tradit Diana *p.* 3. *reſ.* 286. *tractatu* 4.

19 Quod ſi Sponſus ita ſponſaliorum tempore adamaſſet Sponſam, vt etiam ſi tunc pauper eſſet, cum ea Matrimonium contraheret, ſponſalia non diſſolui, docent Aluarez. *vbi ſuprà n.* 25. & Machado *dicto lib.* 2. *p.* 1. *tract.* 7. *de docum.* 6. *num.* 2. Barboſa *in additionibus ad Textum noſtrum p.* 6. *num.* 3.

20 Ex his infero quod ſi Sponſus ſponſaliorum tempore ditiſſimus eſſet, non teneatur Sponſa ei poſtmodùm facto notabiliter pauperi nubere; quia eſt notabiliſſima mutatio, dixerunt Sanch. *dicta diſp.* 59. *num.* 5. Aluarez. *dicta quæſt.* 14. *n.* 20. Trullenq. *dicto dubio* 12. *num.* 3. quia eadem eſt in vtroque ratio defectus ſcilicet in tali caſu conſenſus, quaſi à principio actum impediret, Guttierrez. *de iuram. confirm. parte* 1. *cap.* 37. *num.* 3. verſic. *imò quod magis eſt*, & *de Matrim. c.* 33. *n.* 4.

21 Quod ſi vno Sponſo in eodem ſtatu permanenti, accreſceret alteri ingentiſſima diuitiarum copia, ſponſalia non ob id diſſolui, quia alter non eſt effectus deterioris conditionis, docet Sanchez. *dicta diſp.* 59. *lib.* 1. *de Matrim.* & ita ſentire ait viros neothericos doctiſſimos, & adducit exemplum, vt ſi promiſi vendere equum pretio, quod tunc iuſtum erat, nihil nocebit valor multò auctior traditionis tempore, Balboa *hic dicto n.* 28. *in fine*, vbi ait procedere; quia ex parte alterius nulla datur mutatio, Egidius Coninc. *de Sacram. diſp.* 23. *n.* 69. Bonacin. *tom.* 1. *q.* 1. *de ſponſalib. puncto* 8. *n.* 13. Egidius Trullenq. *ſuprà dicto dubio* 12. *num.* 4. Nam ipſe non eſt effectus deterioris conditionis, quàm erat antequàm celebraret ſponſalia, nec ipſe dicitur deceptus, aut erraſſe circa conditionem Sponſæ, ſed circa propriam in quam non fertur conſenſus. † Verùm Hurtado *de ſponſalibus diſp.* 2. *difficult.* 14. *num.* 52. exiſtimat eſſe difficile, quia dicta mutatio eſt notabilis, itavt ex ſe efficiat impletionem duriorem, & notabiliter grauiorem facto deteriori, & quæ à principio exiſtens etiam ab ſponſalibus retraheret. Hæc tamen ſententia admitti poſſet, quando nullum damnum præterquàm quod non contrahere cum hoc debitæ Sponſæ, ſequitur, vt ſentit Trullenq. *dict. num.* 4. *in fine.* 22

Infero tertiò præfata ſponſalia ob paupertatem ſuperuenientem diſſolui, etiamſi iurata ſint, 23 quia vt iam adduxi *q.* 1. iuramentum ſimiliter intelligitur rebus notabiliter non mutatis ſic Thomas Sanchez. *de ſponſ. dicta diſp.* 59. *num.* 4. verſic. *hinc infertur*, Antonius Cuccus *lib.* 5. *inſtitut. moral. tit.* 10. *num.* 71. Balboa *hic dicto numero* 28. *circa finem*, Guttierrez. *de iuramento confirm. p.* 1. *dicto cap.* 37. *num.* 3. verſic. *imò quod magis*, & *de Matrim. dicto cap.* 33. *num.* 4. idem Sanchez. *diſp.* 60. *num.* 2. Aluarez. *de priuileg. pauper. dict. q.* 14. *num.* 16. Barboſa *in additionibus ad Textum noſtrum ſub num.* 3. cum Machado *loco iam citato*, *num.* 3. Trullenq. *de Sacram. dict. lib.* 7. *cap.* 2. *dubio* 12. *n.* 5. & cum aliis *ſub n.* 3. ait relatam doctrinam procedere; etiamſi paupertas abſque culpa contingat.

Infero quartò quod ſi contingat, vt poſt ſponſalia contracta vterque Sponſus incidat in paupertatem, non diſſolui ſponſalia primò quia paupertas vnius compenſatur cum paupertate alterius: argam. Textus *in cap ex litteris de diuortio* ſecundùm ea quæ adduxi *ſuprà in c. litt. de reſt. ſpoliat.* † Verùm Egid. Trull. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 12. *ſub n.* 3. exiſtimat valdè probabile tunc diſſolui, quia quamuis ex parte vtriuſque teuerà mutatur ſtatus, & fortè ſi hoc præuidiſſet, alter eorum non ſponſalia contraxiſſet, ſed potiùs eligeret vitam cælibem ducere, quod mihi plurimum arridet, licet fatear primam ſententiam eſſe receptiorem quam tuetur contra Rebell. Bonacina *dict. tom.* 1 *q.* 1. *de ſponſ. puncto* 8. *num.* 14. 24 25

Ex dictis infero quintò reſolutionem ad alterum punctum noſtri dubij; nam ſi ſponſalia, etiã iurata, nulla dotis promiſſione facta diſſoluuntur, vt dixi quantò plus diſſoluentur, vbi adfuit dotis promiſſio, quia promiſſio dotis eſt veluti conditio, ſub qua ſponſalia celebrantur, quare deficiente conditione; etiam citrà fœminæ culpam, non obligabunt, vt docent Sot. *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 2. *art.* 5. *caſu* 6. Bart. de Ledeſm. *dub.* 13. *de Matr. caſu* 10 Petr. de Ledeſm. *de Matrim. q.* 43. *art.* 3. *caſu* 9. Vega *lib.* 3. *ſum. caſu* 325. Manuel. 1. *tom. ſum. in* 2. *edit. c.* 145. *n* 5. Sanch. *de Matrim. d. diſp.* 59. *lib.* 1. *n.* 2. Trull. *de Sacram. d. lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 12. *n.* 3. probans ex *c. de illis* 3. *de condit. appoſit.* quia mutatur notabiliter ſtatus rei, docet etiam Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 455. *n.* 6. Greg. Lop. *l.* verb. *excuſaçion. tit.* 1. *p.* 4. cum aliis Balb. *hic*, *n.* 26. contra Alex. de Neuo *n.* 16. & Bald. *n.* 8. dicentes in Textu noſtro ea non diſſolui, eo quod Sponſa, quæ diues erat facultatibus, iam lapſam dotem promiſſam implere non poſſit, ſecus quando mulier dolo non caruit, quia à principio nouit ſe non eſſe ſoluendo, vt refert Sanch. *vbi ſuprà n* 1. qui *n.* 2. *in fine* cum Ant. Gabriel. *tom.* 2. *comm. lib.* 17. verbo *ſponſus*, *fol.* 312. & Petro de Ledeſma *ſuprà*, & *ex l. fin. Cod. de non numer. pecunia*, id etiam procedere etiamſi ſponſalia iuramento firmata 26

mata ſunt, quia iuramentum eaſdem conditiones contractus recipit.

27 Ad tertiam quæſtionis partem, an promittens ſponſalia cum aliqua, quæ cum diues ſit, nullam ei dotem aſſignare velit, teneatur adimplere ſi iuramento firmauit? Et multi exiſtimarunt teneri, quando vir diues eſſet, & onera Matrimonij ſuſtinere poſſet; quia fœmina diues non tenetur dotem minimè promiſſam deſtinare. Et eſt ratio, nam cum Matrimonium ſine dote conſtare poſſit, & conditio deſtinandæ dotis ſit extrinſeca; Ideò ſponſalia debent adimpleri, cum conditiones extrinſecæ non intelligantur, niſi exprimantur, *l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Chryſogonus ff. de verb. oblig.* Item quia Sponſus ſibi imputare debet nihil de dote conſtituenda pactum eſſe, docent Couarr. *in 4. decretal. 1. p. cap. 5.* Antonius Cuccus *dicto lib. 5. inſtit. moral. tom. 10. n. 71.* Manuel. 1. *tom. ſummæ 2. dict. cap. 97. num.* 8. Ludouicus Lopez. 2. *p. inſtruct. de Matrim. cap. 32. folio 1048. & cap. 36. fol. 1036. col.* 2. Matienco, *lib. 5. Recopilationis tom. 1. Rubrica Gloſſa 1. numero 47.*

28 Verùm etſi relata ſententia ſit multo probabilis, adhuc eſt probabilior, vt non teneatur; quia etſi Matrimonium conſtare poſſit ſine dote non tamen decens, & honeſtum eſt, vt dote priuetur, quare conditio dotis non eſt omnino extrinſeca Matrimonio, & tacitè de ea actum videtur, vel totius patrimonij mulieris; vt voluerunt multi, quos refert Sanchez. *de Matrimon. diſp. 59. num.* 4. vel ſaltim partis patrimonij iuxta viri dignitatem, vt notatur *in dicta l. mulier 9. & l. quæro, ff. de iure dotium*, docent Baldus *in cap. iurauit, de probat. num. 3. & 4.* Guttierrez. *de Iurament. dicto cap 37. lib. 1. num. 3. ad finem*, Menoch. *de arbitrariis lib. 2. caſu 415. num.* 6. multis adductis Balb. *hic n.* 30. & Sanchez. *d. lib. 1. de Matrim. diſp. 60. n.* 2. Palud. *in 4. diſt. 28. q. 1. art. 2. concluſ. 4. num. 14.*

29 Qui etiam in fortiori caſu loquitur, nempe licet Virginem promiſſione habita, Sponſus deflorauit, intelligatur promiſſio dote conſtituta, iuxta propriam poſſibilitatem: Ita referunt Balboa, & Sanchez, quod durum videtur ex regula Textus *in cap. ad id de ſponſalibus*, licet ex Tridentino *ſeſſ. 24. cap.* 1. locum videatur habere Paludani doctrina, de quo *infrà* dico.

30 Ad quartam quæſtionis partem, an relatæ cauſæ, & aliæ ſufficientes ad inualidanda ſponſalia, ea irrita faciant ipſo iure, aut annullanda veniant? Et vt reſpondeam ſupponenda ſunt quæ adduxi *ſuprà in cap. veniens* 16. *de Iuramento facto per dolum*, Et ſic dicendum eſt, quod ſi ſponſalia facta ſint dolo alicuius Sponſi, ſunt ipſo iure nulla; itavt Sponſus deceptus nullo modo ipſis adſtringatur, eo quod omnes contractus bonæ fidei ex huiuſmodi dolo, irriti ſunt, *leg. & eleganter 7. ff. de dolo*, *leg. 57. titulo 5. parte* 5. Et eſt ratio quia ſic deceptus Sponſus, conſenſurus nullo modo erat, ſed errore ductus conſentit, Couarruuias multos referens in Regula poſſeſſor. 2. *p.* §. 6. *in fine*, Velaſcus *de iure emphytheut. 1. p. quæſtione 5. num.* 9. Molina *tomo 2. de Iuſt. tractatu 2. diſputatione 352. concluſione* 1. contra paucos, quos pro oppoſita ſententia refert Couarruuias, Trullenq. *in opere morali lib. 7. cap. 16. dubio 1. ipſe de Sacram.*
31 *libro 7. cap. 2. dubio 13. num.* 4. † Vbi addit cum Sanchez *de Matrim. lib. 1. diſp. 64. num.* 2. & cum Bonacina *tom. 1. quæſtione 1. de ſponſ. puncto 9. num.* 1. quod ſi dolus nòn dedit cauſam contractui, ſed tantùm incidit in contractum, valida eſſe ſponſalia eo modo, quo alij contractus ſic celebrari validi ſunt; Videbis quæ tradit Sanchez. *de Matrim. dicto lib. 1. diſputatione* 65. vbi refert ſententiam contrariam, cui reſpondet, & addit *num.* 4. vt quoties contractus eſt dubius de voluntate habituali, iudicanda eſt ea voluntas ex cauſæ grauitate ſi enim ſit ita notabilis, vt arbitrio prudentis grauem mutationem efficiat, præſumendum ſit; ſi illa præcognoſceret illum minimè contracturum cum communiter talis ſit contrahentium voluntas.

32 Ad quintam quæſtionis partem, quid ſi dolus in contrahendo ſponſalia adſit, reſpondebis ex adductis *n. præced.* in verſic. *ad quartam.* & ex adductis *in dicto cap. veniens 16 hoc tit.* vbi dicta de iuramento per dolum facto, applicabis hîc.

33 Dubium tamen eſt, an ſi dolus qui dedit cauſam ſponſalibus, appoſitus ſit non ab aliquo contrahentium, ſed ab aliquo tertio ea irritat ipſo iure, & nonnulli dixerunt de dolo dante cauſam contractui, ipſo iure annullari ſponſalia. Primò, quia deficit conſenſus, cum ex errore prædictus ſit. Secundò quia votum per errorem emiſſum eſt nullum ipſo iure. Tertio quia de ſponſaliorum ratione eſt mutuâ obligatio; Sed hic deceptus non manet obligatus coram Deo. Ergò & hanc ſententiam docent Conradus *de contract. in ſumm. tot operis circa quæſtionem* 57. *dicto* 3. Metina *quæſtione 3. de reſtit.* paulò poſt principium, iuncto verſiculo *aliud dubium*, vbi dicunt ex natura rei contractum inualidum eſſe, ſiue quis decipiatur ab altero contrahente, ſiue à quodam tertio, ſiue a ſeipſo, quando deceptio fuit inuincibilis, & dedit cauſam contractui, & facit textus *in l. ſi per errorem, ff. de iuris, & facti ignor.* cum vulgatis.

34 Verius tamen eſt ſponſalia tunc eſſe valida, ſed deceptum habere ius illa diſſoluendi; quia alij contractus hoc dolo initi, non ſunt nulli; Sed veniunt irritandi cum non deficiat ſubſtantialis conſenſus, vt probat optimè Bartolus *in dicta leg. & eleganter in principio*, *num.* 6. Couarruuias *Regula poſſeſſor. parte 2. § 6. num. 6. verſiculo 7. fin.* Nonenim error contingit circa ſubſtantialia contractus, ſed circa cauſam ad contrahendum inducentem, nec ius humanum illos irritauit, niſi quando alter contrahens doli particeps fuit, Molina *de Iuſt. dicto tomo 2. tractatu 2. diſputatione* 352. §. *vt quod ſentio*, vbi benè loquitur, & cum aliis Sanchez. *dicta diſputatione 64. de Matrim. à n. 4. & 5.* qui *num.* 7. reſpondet contrariis.

35 Infero ex dictis non induci impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus per dolum dantem cauſam contractui celebratis; Quia ſunt inualida. Vnde talia ſponſalia contrahens poterit Matrimonium contrahere cum ſorore, aut matre, ſeu filia ipſius, tamen tale impedimentum inducetur, ſi ſponſalia ſint celebrata per dolum incidentem tantùm in contractu, quia tunc valida ſunt, docent Bonacina *tom. q. 1. de ſponſ. puncto 10. num.* 4. Sanch. *dict. diſp 54. n.* 6. Trullenq. *dicto lib. 2. dubio 12. cap. 1. num.* 8.

QVÆSTIO III.

An cenſeatur remittere Sponſus ius diſſoluendi ſponſalia, ſi conſcius cauſæ ſufficientis ignoratæ præcedentis, vel ſubſequutæ, poſtea carnaliter ipſam Sponſam cognoſcat: Et an decipiens poſſit cogi à decepto ſtare ſponſalibus, quibus decipiens dedit cauſam per dolum: Et an cauſæ, de quibus iam dixi ſufficiant ad diſſoluenda ſpõſalia, quando in contractus celebratione fuerunt ignoratæ, & poſtea apparent? Et an laborans occulto defectu, ob quem poteſt alter reſilire, poſſit illum ignarum illius defectus ad Matrimonium contrahendum compellere?

SVMMARIVM.

1 *Sponſus quando cenſeatur remittere ius diſſoluendi ſponſalia, ſi conſcius cauſæ præcedentis ſufficientis ignoratæ, vel ſubſequutæ poſtea carnaliter ipſam Sponſam cognoſcat, num.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

8 *Sponſus diſſolutis ſponſalibus habuit copulam, non cenſetur ex hoc ipſam reconciliare, vide num.* 9.

11 *Sponſus deceptus per dolum qualiter altum Sponſum poſſit ad ſponſalia cogere, n.* 12.

15 *Sponſalia nunquid diſſoluantur ex cauſis legitimis ante celebrationem ignorantis, & poſtea apparentibus, num.* 14. 15. *Et quid ſi Sponſus dubitet de cauſa, n.* 16. 17. 18.

19 *Sponſus laborans occulto defectu non pernicioſo fini ipſius Matrimonij quit cogere alterum Sponſum reſilientem ad contrahendum, n.* 20.

1 AD primam quæſtionis partem videtur vt minimè remittatur per copulam illud ius, quia quamuis per copulam antiquitùs videretur receſſum à conditione ſponſalibus adiecta, *cap. de illis, cap. per tuas de conditionibus oppoſitis*, id tamen erat, vt delicti præſumptio ceſſaret; Sed cum hodie non eſſet ex Trid. *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. vt benè expendit Sanchez. *lib.* 1. *de Matrim diſp.* 26. *num.* 12. & alij communiter in prædictis iuribus iam non videtur recedi à conditione, & ſic per illam copulam non remitti videatur ius illud.

2 Et quia per duas concluſiones cum multis hanc difficultatem diſſoluit Sanchez. *de Matrim lib.* 1. *diſp.* 66. cum D. Thoma, Ricardo, Paludan.. Soto. Ledeſma, Corduba, Cucco, Menoch. & aliis, vbi reſoluunt quod ſi ſponſalia fuerunt valida, remittit per copulam Sponſus ius reſcindendi, & docent præter illas Egidius Coninc. *de Sacram. diſp.* 23. *dubio* 10. Bonacina *quæſt.* 1. *de ſponſal. puncto* 10. *num.* 10. Hurtado *diſp.* 23. *de ſponſ. difficult.* 10. *num.* 30. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 8. *num.* 298. & ratio eſt, quia eo exceſſu, vt potè facto ſub ſpe Matrimonij, ſatis oſtendit ſe cedere iuri reſiliendi, & in priori conſenſu permanere.

3 Deinde quia ſicut coniuges conſcij fornicationis habitæ poſt Matrimonium, ſi ſe cognoſcunt, amittunt ius petendi diuortium; Ita à pari Sponſus amittit per eam copulam ius remittendi Sponſalia, quod verum putat, & conſequenter Hurtado, non ſolùm in foro exteriori, in quo ita iudicabitur; quia dictus acceſſus eſt vehemens Iudicium remiſſionis defectus, & ceſſionis iuris reſiliendi: ſed etiam in foro interiori conſcientiæ, quando ſcilicet animo implendi ſponſalia accedit. 4 † Et addunt Corduba *in ſumma quæſt.* 49. Ludouicus Lopez. 1. *p. inſtruct. cap.* 77. §. *tunc emergit*, Emanuel Rodrig. 1. *tom. ſum. edition* 2. *cap.* 208. *concluſ.* 10. *n.* 10. id procedere, quamuis tempore ſponſalium exiſtimaſſet ſponſus eam eſſe virginem, ſi conſcius vitij copulam cum ea habuit, & Menochius *de præſumpt.* 2. *p. num.* 18. & 19. reddit aliam rationem, ſcilicet, quod carnaliter recognoſcens omnem culpam & delictum fornicationis remittat.

5 Quod ſi accedat abſque animo implendi ſpõſalia, quia non cenſetur verè remittere poterit ſic accedens reſilire, ſi alia via quam ducendo Sponſam poſſit damno illato; ſi quod intulit liberè eo acceſſu ſatisfacere; ita relati. Verum Sanchez. ait *dict. diſp.* 66. *n.* 3. quod quamuis haberet Sponſus voluntatem non remittendi, adhuc non poſſit diſſoluere ſponſalia, ſicut non poteſt petere diuortium Matrimonij, coniux, qui conſcius fornicationis, alterius copulam habuit, licet haberet animum iniuriam non remittendi: Nam ea remiſſio non à voluntate ſua, ſed ex iure ipſo proficiſcitur. 6 † Trullenq. *de Sacrament. lib.* 7. *cap.* 2. *dubio* 13. *num.* 7. tenet primum ſuppoſitum huius numeri, & addit Sponſum damnum inferre, quando eo acceſſu facto ſub ſpe Matrimonij, Sponſa redditur minùs apta ad contrahendum Matrimonium cum altero æquali.

7 Et dicetur illud liberè inferre, quando ſciens ſe poſſe reſilire, accedit, quia tunc accedit aduertens id poſſe nocere Sponſæ.

8 Tamen ſi iam diſſolutis ſponſalibus haberet Sponſus copulam, non cenſebitur ex hoc Sponſam reconciliare; itavt ad ſponſalia teneatur, ſicut diuortio celebrato, conualeſcit per copulam Matrimonium, cum diſpar ſit ratio: Nam diuortio facto manebat vinculum prioris Matrimonij; diſſolutis verò ſponſalibus nullum vinculum ſupererat, prabatur ex adductis, & in terminis Sanchez. *dict. diſp.* 66. *num.* 3. *in fine*, vbi *n.* 4: optimè reſpondet quando ſponſalia fuerunt ipſo iure nulla, eum videbis. 9 † Vbi diſtinguit inter eum, qui ſciens ſponſalia irrita eſſe, nihilominùs habuit in actu copulæ ſubſequutæ animum permanendi in prioribus ſponſalibus; quia tunc robur accipiunt. Verùm ſi ignorauit priora ſponſalia eſſe nulla, vel per eum actum ratificari, vel habuit diſſenſum non manere valida ait; quia ad ratificationem exigitur nullitatis actus, ſcientia, & eius ratificationis per ſequentem actum, & ipſe Sanchez. idem probauit *dicto lib.* 1. *de Matrim. diſp.* 16. *num.* 7. qui *dicta diſp.* 66. ex hac diſtinctione reſpondet ad alium caſum, quando Virgini exiſtimatæ quis promitteret ſub expreſſa conditione *ſi eſt virgo*, & virgo non ſit, an copula cenſeatur remiſſum ius reſiliendi à promiſſione ſponſalitia.

10 Ex dictis ſatisfit obiectioni, *n.* 1. *relata*.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem ſuppoſitis his, quæ adduxi *quæſt præced.* in verſic. *ad quartam*, & verſic. *ad quintam*, vbi dixi quid de ſponſalibus dolo iuratis. Et in hoc dubio exiſtimat Sanchez. *dicto lib.* 1. *de Matrim. quæſtione* 64. *n.* 3. & *lib.* 4. *diſp.* 5. tam deceptum quàm decipientem liberum eſſe à fide ſponſalium, niſi cogatur decipiens

decipiens illis ſtare ratione damni, aut per ſententiam iudicis in pœnam fraudis;quia ſponſalia non claudicant,cum ſint mutua promiſſio futura matrimonij, & conſequenter inualida ſunt ex parte decipientis,& valida eſſe etiam ex parte decepti,& econtra,alioquin,claudicarent, nec poſſent mutua promiſſio appellari.

12 Sed ipſe Sanch.contra præfatum dictum multos refert,quibus reſpondet *d.lib.4.de matr.diſp.5.* & quibus addo Bonacinam *t.1. de ſponſ.q.1.puncto 9.n.1.*Trulench.*de Sacr.d.lib.7.c.2.dub.13.n.9.* qui omnes dicunt poſſe deceptum decipientem cogere etiam ſi nullum aliud damnum intercedat, vt contingit in aliis contractibus per dolum celebratis, modo tamen decipiens veram habuerit intentionẽ promittendi,quando celebrauit ſponſalia,vt limitat Bonacina *ſupra.* Et ratio eſt,quia par non eſt,vt decipiens commodum reportet ex ſuo delicto. Et quia cum decipiens præſtiterit ſuum cõſenſum poterit deceptus illum acceptare,& conſequenter cogere decipientem,& exiſtimo cum Trulench.*dict.n.9.in fine*,hanc ſetentiam procedere abſolute,etiam ſi non habuerit verum animum promittendi, ſi hoc ignorabat ſponſa: nam ſiue ob hanc,ſiue ob aliam cauſam alter vere fuit deceptus; & conſequenter habet Ius ad cogendum vt alter fidem ſeruet,& promiſſum adimpleat.

13 Ad tertiam quæſtionis partem docent communiter Doctores,vt quando fuerunt ante ſponſalia,& ante ipſa fuerunt ab vtroque cognitæ,nõ ſufficiant cauſæ præcedentes ad diſſolutionem ſponſaliorum;quia ſcienter, prudenter, ac liberè ſeſe obligarunt; & ſic valida eſſe ſpoſalia ſcienter contracta cum ea,quam ipſe ſponſus ſciebat eſſe fornicatam,aut corruptam,aut quando inter ipſos contrahentes reperitur notabilis diſparitas vtriſque nota tempore contractus.

14 Verùm ſi tales cauſæ ſufficientes ad diſſoluenda ſponſalia fuerint ignoratæ tempore contractus,& quod diſſolui queant ſponſalia,verius eſt am dictis,*q.1. & 2.* quia ob cauſas præcedentes, alias ſufficientes,quãuis ignoratas,impletio ſpõſalium verè eſt difficilior,quam apparet quando ignorantur non minus ob ipſas quando ſuperueniunt. Ergo quando præcedunt, & ignorantur, ſufficient,quia non cenſentur ſe obligare, ſi cognouiſſent cauſas ſupradictas:& Doctoribus adductis in præfatis quæſtionibus, addo ita tenentes, Leſſium *lib.2.de Iuſt.cap 42.dub.7.n.57.& 70.*Baſilium *de matr.lib.12.cap.12.*Bonacinam cum aliis *tom.1.de ſponſ.punct 8.n.16.q.1.* Filiucium *tom.10. cap.8.n 296.*Hurtado *diſp.2.de ſponſal.dif.15.n 54.* Trulench.*de Sacram.d.lib.7.c.2 dub.13.n.2.*qui alia adducens expendit,*n 3.*cum Bonacina,Sanchez *d. lib.1.diſp.63 n.2.*& aliis, quando ignorantia, aut error cauſæ alias ſufficientis,fuit cauſa ſponſaliũ id eſt quando ſponſalia non fierent, ſi quando fiunt eſſet notitia dictæ cauſæ non verò quando ignorantia, aut error non fuit cauſa ſponſalium, id eſt quando etiam fierent ſponſalia; quamuis à principio eſſet notitia dictæ cauſæ; eo quod ita erat animo affectus,vt ſi vitium,ſeu mutationem

15 ſciuiſſet,nihilominus ſponſalia contraxiſſet.† Ita teneo, licet Paludanus negatiuam defendat ſententiam *in 4.diſt.27.q.1.art.1.n.33.* & ſuppl. Gabrielis eadem,*diſt.q.2.art 3.dub.5.* & eos referens Sanch. adducit Textum noſtrum, vbi definitur ſponſalia minime diſſolui ob fornicationem, vel morbum ſuperuenientem; quod debet intelligi, quando ſponſus habuit etiam antecedenter ad ſponſalia notitiam fornicationis,aut morbi;ſecus ſi ignorantiam.

Vnde infero quod ſi ſponſus, dum contrahit 16 dubitat de animo ſcilicet etiam ſi ſciret cauſam ſufficientem ad diſſoluendum, contraheret cum illa,vel non contraheret, tunc caſum definiri per conferentiam vitij,& rei mutationem:nam ſi vitium,ſeu mutatio eſt grauis præſumetur non habuiſſe affectum, ſeu voluntatem habitualem ſe obligandi, cum fortiſſima præſumptio ſumatur ex frequenter contingentibus, Menoch. *lib.1. de præſumpt. q.18. n 1.*ſed homines communiter nolunt promittere,vel ſe obligare interueniẽte notabili mutatione aut cognito graui vitio.Ergo:ita Sanch.*d.diſp.63.n.4.*Nauar.*de manuali, c.18. n.7.* Bonacina *ſupra,n.20.* † Vnde euenit vt qui pro- 17 miſit matrimonium Bertæ, quam ignorabat eſſe corruptam,non teneatur ſtare ſponſalibus,ſi poſtea dubitet,an tempore ſponſalium ita eſſet affectus, vt etiam ſibi deſpondiſſet illam eſſe defloratam: ita Trulench.*d.n.3.in fine*, & ego adduxi, *ſupra, quæſt. 1.*

Econtra etiam ſi ſponſus exiſtimabatur non 18 valde vitioſus, & denuo cognoſcat ſponſa eſſe notabiliter debitum vitiis;ita vt notabilem prudentis arbitrio mutationem,hæc notitia efficiat, erit iuſta cauſa,vt ſponſa à fide præſtita reſiliat; quia talis eſſet,ſi denuo ſuperueniret,& à principio cognita,impediret ſponſalia contrahi,vt probat Sanch.*d.lib.1.de matr.diſp.63.n.10.* & colligitur ex iam *alibi* dictis.

Ad quartam quæſtionis partem, de laborante 19 occulto de facto,an poſſit ignarum ad matrimonium compellere?Et de hac difficultate cum multis diſputando,Sanchez *d. lib.1.de matr. diſp. 68.* & poſt eum Filiucius *tom 1.tract.10.c.8.n.198* verſic *dices tertio*,Coninc *diſput.23.dubio 12.*Ægidius Trulench.*de Sacram.lib.7.c.2. dub.14.* qui reſpondent pro affirmatiua ſententia, dicentes valida eſſe ſponſalia,dum tamen alias defectuoſus, non peccet contrahendo, nam quamuis ignarus defectus poſſit reſilire; dum tamen non diſcedit adhuc manet obligatus,& ſicut per adulterium occultum,non priuatur adulter iure exigendi debitum,vt adduxi, *in c.litteras,de reſtit. ſpoliator.*quia talis priuatio eſt pœna, & pœna non debeatur ante ſententiam ſic nec ſponſus amittit Ius petendi executionem ſponſalium,quando cauſa diſſoluendi eſt occulta. † Et quia præfati Doctores 20 longe agunt,ego ſic breuiter dico veram eſſe præfatam ſententiam in occultante defectus,qui non ſunt pernicioſi fini ipſius matrimonij, vt corruptio ſponſæ.ſecus ſi laboret defectibus pernicioſiſſimis ſaluti alterius ſponſi,vt ſi habeat infirmitatem contagioſam, veluti morbum Gallicum,& alia:ita communiter omnes:Tamen ſi qui paritur vitium non nociuum,& ſi ſufficiens ad diſſoluenda ſponſalia,illud doloſe occultet: tunc ex iã dictis,*q præced.*verſic.*ad quartam*,& in hac quæſtione,verſic. *ad ſecundam.* Et vt vberius hanc quæſtionem tractes leges Dianam *p.3.tract.4.reſ.87.*in verſic.*ex his.*qui *n.1.*agit de illo duo.6,an ſponſus poſſit contrahere matrimonium, quando aliquo occulto vitio laborat cuius ſi alter conſcius eſſet, poſſet iuſte à ſponſalibus reſilire; de quo Baſilius Pontius *de Matr.lib.m cap.18.* Coninc.*de Sacram.diſp.23.à n.91.* diſtinguentes,vt modo dixi,

QVÆSTIO IV.

An ſi ſponſa tempore ſponſaliorum eſſet pulcherrima, & poſtea efficiatur deformis notabiliter, diſſoluantur ſponſalia: Et quid ſuperueniat aliquod impedimentum, quod tempore ſponſaliorum non aderat: Et an dum occurrunt cauſæ diſſoluendi ſponſalia, ſit neceſſaria iudicis Anthoritas, vt diſſoluantur: Et an ſi ſponſus ſciat occultam fornicationem ſponſæ, poßit eam in Indicio detegere contra famam de virginitate ſponſæ: Et de aliis remißuè: Et an Tabelliones, vel alÿ iuſtitiæ Miniſtri Iurando non accipere aliquid præter ſtipendium taxatum, ſi ſucceſſu temporis tale ſtipendium iniuſtum videatur teneantur ad Iuramentum: Et aliquid declauſula rebus ſic ſtantibus?

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia diſſoluuntur propter amiſſam pulchritudinem ab ſponſa, num. 2. Quid ſi ſponſus pulchritudinem ſuam amitteret deformitate, n. 3. 4 5. 7.*

6 *Deformitas inter ſponſos, de quibus in Textu noſtro poſita, ſunt cauſu exempli.*

7 *Sponſalia nunquid diſſoluantur, ſuperueniente aliquo impedimento impediente ſeu dirimente: Expenditur, n. 8. 9. 10. 11. 12. 13.*

13 Cap. peruenit 3. hoc tit.

14 *Sponſalia, vt diſſoluantur ex cauſis deformitatis, quando non egeant iudicis Authoritate, n. 15. 16. & 17.*

18 *Sponſus quando poterit occultam ſponſæ fornicationem propalare.*

19 *Sponſalia ſolent diſſolui pluribus aliis cauſis:* remiſſiuè.

20 *Iurantes Tabelliones, ſeu Miniſtri Iuſtitiæ non excedere à taxato ſtipendio, nunquid poſſint ob mutationem pretÿ rerum, plus accipere ſine fractione Iuramenti n. 21. & 22.*

23 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus, *ad quæ extendatur.*

1 AD primam quæſtionis partem negatiue reſpondent Couarruuias *in 4. p. 1. cap. 5. initio, num. 6.* Alexand. Carrerius *lib 4. de ſponſ. cap. 15. fine*, Ludouicus Lopez *2. part. inſtruct de Matrim. cap. 38. fol. 1047.* & Gutierrez *de Matrim. cap. 21. num. 5.* aduersùs Sanch. & alios ex doctrina Textus noſtri, vbi tantum permittitur diſſolui ſponſalia ob oculorum, vel naſi amiſſionem, vel ob paralyſim. Sed deformitas, de qua nunc agitur, vt aduerſatur pulchritudini vultus præcedenti non eſt huiuſmodi; ergo. Nec obſtare ait verba Innocentij; quia de deformitate Textus noſtri, vel alia grauiori, ſunt intelligenda; non autem de alia leuiori generis diuerſi; ſed hæc multo leuior eſt, & minime comprehenſa ſub Textu noſtro; ergo non debet ſufficere.

2 Alij verò vt probabilius dicunt præfatam pulchritudinis amiſſionem eſſe ſufficientem cauſam diſſoluendi ſponſalia; quia res non in eodem ſtatu permanent, eſtque notabiliſſima mutatio, & talis, quæ à principio exiſtens, ſponſalia impediret Deinde, quia Textus noſter ſtatuit ob notabilem deformitatem ſponſalia diſſolui, ne ſibi inuicem ſponſi diſpliceant, & matrimonium ſic contractum habeat infelicem exitum, vt docent D. Thomas *in 4. diſt. 27. q. 2. art. 3. ad 3.* & *ibi* Sotus *quæſt. 2. art. 5. caſu 9.* ſed eadem ratio procedit in hoc caſu; ergo; imo Sotus *ibi* dicit expreſsè diſſolui ſpõſalia ob deformitatem ſuperuenientem, & melius Innocent. *hic num. 3.* & Hoſtienſis ſuper verbo *pro facto*, noſtrum Textum explicantes, illiuſque rationem reddentes, hæc dicunt: *diſſoluuntur ſponſalia, quando notabilis deformitas ſuperuenit; quia non manent res in eodem ſtatu, cum cum non ſit fœmina apta facere id, propter quod ducitur ſcilicet tollere viro fornicandi occaſionem; quia ad eam tam deformem accedere non valet*, quod prorſus ait Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 57. num. 4.* in noſtro caſu contingere, docent hanc ſententiam Gloſſa *in cap fin.* verbo *cogi de coniugio leproſorum*, vbi Abbas *n. 2.* Alexand. de Neuo *num. 2.* Antonius *hic in principio, num. 16.* Imola *num. 5.* Nauarrus *in ſumm. Hiſpan. num. 15 Latin. num. 27. caſu* 8. qui dicunt diſſolui ſponſalia ob quamlibet ſuperuenientem deformitatem notabilem: his accedunt Balboa *hic à num. 21.* repetens præfata verba, quæ Sanchez adduxerat, Baſilius Pontius *de Matr. lib. 12. cap. 17. num. 5.* Hurtado *de ſponſal. diſp. 2. dif. 13.* Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 12. dif. 12 num. 18.* Filiucius *tom. 1 tract. 10. p. 1. cap. 8. num. 289.* Diana *p. 3. tract. 4. reſ. 285* Egidius Trulench. *de Sacram. lib. 7. cap. 2. dub. 11. num. 2.* ex eo, quia ex præfata mutatione fit ſponſa ſponſo notabiliter durior, & notabiliter minus grata.

Econtra tamen ſi deformitas pulchritudinis contingat ſponſo, dubium eſt, & videtur dicendum non itidem, ac in ſponſa; eo quod in hoc caſu nequeant ad æqualia reputari. Econtra verò, vt iam dixi, cum non ſit conſtituenda differentia; ſiue fœmina poſt ſponſalia fornicetur, ſiue vir, quia ſimiliter ſponſus frangit fidem, & ſuſpectus alteri redditur de fide in futurum ſeruanda; Et quia ac hoc non Iudicantur vir, & fœmina ad imparia, *cap. Apoſtolus 32. q. 7.* Abbas *hic n. 4.* & cum aliis Sanch. *d. lib. 1. diſp. 55. n. 4.* ideo eadem debet eſſe ratio. 3

Ego autem exiſtimo maiorem deformitatem prærequiri in viro, quàm in fœmina, vt docet Coninc. *diſp. 23. dub. 8. num. 66. & 67.* ob idque ſi deformitas eſt notabilis, qualis eſt amiſſio naſi totius, aut ſi tota facies fœde exureretur, aut alia ratione ita fieret deformis, vt ſpectãtibus horrorem aliquem incuteret aut ſi vna cum deformitate accedat aliud malum, vt ſi perdat oculum, & ſit periculum ne perdat ſecundum, aut ſi ineptus reddatur ad ſuum officium, exercendum, aut officium acquirendum, ad ſuſtentationem familiæ neceſſarium; alias quando deformitas non eſt exceſſiua, non debet ſponſæ iuſtam cauſam reſiliendi: vt notat relatus Coninc. & exprimit Hurtado *d. diſp. 2. dif. 13.* Diana *d p. 3. tract. 4. reſ. 285.* verſic. *notandum*, Egidius Trulench. *d. n. 2. dub. 11.* contra Gutierrez *ſup.* & Bonacinam *tom. 1. q. 1. de ſponſalibus, punct. 8. n 9.* 4

Nec obſtat quod in Textu noſtro nõ fiat mentio pulchritudinis: nam hic non negatur poſſe ob alias deformitates diſſolui; & hæc deformitas pulchritudinis iure naturali ſufficit ad diſſolutionem ſponſalium, ſicut illæ, quæ in noſtro Textu aſſignantur, vti dicunt Hurtado, & Trulench. iam relati cum aliis adductis. † Imo Balboa *hic n. 23.* docet deformitatem oculorum, amiſſionis naſi, aut 5 6

lepræ

lepræ in noſtro Text. appoſitam proponi exempli cauſa; vt iam dixi, *ſupra quæſt.* 1. & ſic regulam non arctare, *ex l.* 1, §. *quod vulgo ff. de vi, & vi armata, l. damni infecti ſtipulatio, ff. de damno infecto,* cum mulris Tyraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocandis donat.* & ego ex verbis Textus noſtri probaui, in verſic *vel quidquam ei turpius,* vbi Pontifex admittit defectus ad diſſoluenda ſponſalia, de quibus ibi exprimit, vel quoſdam alios turpiores; & cũ amiſſio pulchritudinis, tam in ſponſa, quàm in ſponſo poſſit obſtare fini matrimonij in ſummo gradu iuxta dicta, quid mirum vt ſit cauſa ſufficiens ad diſſoluenda ſponſalia.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, ſi ſuperueniat aliquod impedimentum ſponſalibus contractis. Reſpondeo cum diſtinctione, vt ſi impedimentum ſit dirimens, diſſoluantur ſponſalia, veluti ſi contractis ſponſalibus affinitas inter ſpõſos ſuperueniat cum conſanguineis in primo, vel ſecundo gradu affinitatis; quia iam non poteſt inter illos conſiſtere matrimonium docent omnes, vt affirmat Sanchez *de Matrimon. lib.* 1. *diſp.* 56, Balboa *hic n* 31. Villalobos *in ſum p.* 1. *tract.* 12. *n.* 25. cum aliis Bonacina *t.* 1. *q.* 1. *de ſponſalib. puncto* 7. *n.* 6. qui dicunt non ſolùm impedimentum dirimens matrimonium eſſe cauſam ſufficientem ad dirimenda ſponſalia, ſed famam publicam de impedimento, aut ſcandalum, & eſt definitum, *in cap. ſuper eo de conſanguinitate.* Et eſt ratio, quia obligari quis non poteſt, nempe vt contrahatur matrimonium tali impedimento.

8 Hinc fit vt diſſoluantur ſponſalia, quando Titius v. g. poſt ſponſalia cognouit ſororem ſuæ ſponſæ; quia ſubortum fuit impedimentum affi-
9 nitatis cum ſponſa dirimens matrimoniũ. † Itẽ infero eum, qui ſpe futuri matrimoni j cognouit conſanguineam; intra quartum gradum; quod tamen ipſe ignorabat; poſtea dum conſcius fuerit, non teneri eam ducere, quia promiſſio fuit inualida. At ſi adſit ſcandalum, dolus, aut fraus, teneretur hic ad petendam à ſede Apoſtolica diſpenſationem, docet Bonacina *ſupra*, *num.* 6. verſic. *Reſpondeo.*

10 Verùm ſi impedimentum eſt tantùm impediens, & ſi nonnulli, quos refert Sanch. *d. d iſp.* 56. *n.* 2. inter quos Paludanum, Sotum, Lãcelotum, & Petrum de Ledeſma affirmantes; eo quod iam innocens Ius diſſoluendi acquiſierat: tamen intelligit prædictos Doctores loqui in impedimentis dirimentibus non tamen in impedientibus; quia talia impedimenta matrimonio obſtant, dum res eſt integra, ſecus quando ſponſalia præceſſerant;
11 & ſic inchoatio matrimonij. † Præterea quia impedimenta impedientia, excepto voto ſimplici de quo late Sanch. *d lib.* 1. *de ſponſalib. diſp.* 46. Iuxta multos non ſunt in vſu, nec diſpenſatione indigent: ſequitur Balboa *hic n.* 32. & 33. vbi reddit rationem, quare votum ſimplex caſtitatis ſponſalia antecedentia diſſoluat; quia vouens eo ipſo renunciauit ſponſalibus; imo & res eſt notabiliter mutata: nam cum vouens à petendo debitum, abſtinere teneatur grauiſſimum onus alteri eſſet, ſemper cogi ad petendum debitum, præcipuè in fœmina, vt aduertunt Paludanus *in* 3. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *caſu* 5. Silueſter verbo *ſponſalia q.* 7. Cordùba *q.* 136. Henriquez *lib.* 11. *de Matrim. cap.* 14. *n.* 4. optime Sanch videndus. *d. lib.* 1. *de ſponſ. q.* 46. quibus addo Baſilium *de matr. c.* 21. Bonacinam *q.* 1. *de ſponſ. n.* 13. Trulench. qui alios refert, *d. lib.* 7. *de Sacram. c.* 2. *dub.* 1. & omnes hi ex eo, quod in ſpõſalibus ſemper ineſt conditio tacita, ſeu implicita, *niſi voluero ad meliorem ſtatum tranſire*: & confirmatur ex *c. peruenit* 3 *hoc tit.* vbi promiſſum non infringit, qui illud in melius commutat, vt dixi, *ibi*, ſed ſtatus caſtitatis eſt melior ſtatu matrimonij; ergo.

Quod & ſi hæc ſententia reſpectu voti valdè 12
probabilis ſit, video alios ab eo diſſentire; & vt probabilius tenere votum caſtitatis ſubſequens non diſſoluere ſponſalia ex parte vouentis; quia Deus non acceptat promiſſionem rei promiſſæ, & in eius præiudiciũ, nec vllo iure poſitiuo probari in ſponſalibus ineſſe illam tacitam conditionem, nec iure naturali, nec ex natura ſponſalium; quamuis cælibatus ſit perfectior ſtatu matrimonij, aliàs qui promiſit petro diuiti rem aliquam dare, poſſet illam pauperibus erogare; quia hoc eſt etiam melius, quod eſſet abſurdum facere: ſic docent Nauarrus *in manuali*, *cap* 12. *n.* 27. Silueſter *matrim.* 7. *q.* 5. *ad* 5. Filiucius *t.* 1 *tract.* 10. *p.* 1. *c.* 8. *n.* 186. Villalobos *p.* 1. *tract.* 11. *difficult.* 12. *n.* 9. Trulench. *vbi ſupra ſub n.* 4. *dub.* 11. cum Sanch *d. diſp* 46. *n.* 9. qui hoc colligunt, *ex cap. veniens*, qui clerici vel vouentes, vbi fœminæ, quæ promiſerat matrimonium, imponitur pœnitentia de fide mentita, & tamen poſtea emiſerat votum caſtitatis. † Nec obſtare ait Textum *in d. c peruenit*, 13
qui loquitur de voto, in quo cum ſit Deus creditor, acceptat quod melius eſt, ſecus quando promiſſio fit homini, qui aliquando non acceptat id quod melius eſt melius ipſi promittenti, aut Deo, & non homini promiſſario, vt contingit ſponſo vouenti caſtitatem reſpectu alterius. Addit tamen in foro exteriori ſic vouentem obligari, vt ducat aut ingrediatur religionem, ad quod tenetur etiã in foro conſcientiæ, cum in hoc forum externum innitatur veritati, & non præſu mptioni, alia adducunt præfati Doctores, vbi leges ad ſaturitatem de voto religionis, & ſuſcipiendi ordines.

Ad tertiam quæſtionis partem an ad diſſoluẽda præfata ſponſalia, ſit neceſſaria iudicis authoritas: Et vt congruè reſpondeas videbis quod di- 14
xi, *in cap. litteras de reſtit. ſpoliator. q.* 4. vbi coniux innocens poſſit coniugem adulterium de domo expellere; & ſecundùm *ibi* dicta videtur dicendũ, vt debeant diſſolui iudicis Authoritate, ſicut & matrimonium quoad torum ſeparatur, & facit Text. *in c. duo pueri in fine de deſponſat. impuberum* vbi pœnitentia imponitur cuidam, eo quod iudicio Eccleſiæ irrequiſito, ſponsã dimiſerit: Et Textus *in c. de illis el.* 1. *eodem*, vbi de impuberibus dicitur, ſi ad pubertatem venientes reclamant, iudicio Eccleſiæ ſeparandos eſſe: Et Textus *in c ſæculares* 33 *q.* 2 vbi puniuntur qui abſque authoritate Eccleſiæ ſeparantur: ſic docet Innocentius *in d. c. de illis.*

Verùm dicendum vt quando adeſt moralis 15
certitudo, ſeu probabilitas, quod cauſa diſſolutionis ſponſalium eſt ſufficiens de iure, & de facto, nulla ex natura rei deſideretur iudicis authoritas, ſeu ſententia ad diſſolutionem, ſed poterunt propriã authoritate diſſolui quia nullo iure poſitiuo in hoc caſu cauetur eſſe ſpectandam Iudicis ſententiam; tum quia ſponſalia habent tacitam conditionem, niſi aliqua cauſa ex iam quæſtionibus præcedentibus relatis accidat, & colligitur ex Textu noſtro: vnde eâ exiſtente, vtendo iure ſuo, poterit quis propria authoriatte diſſoluere abſque perturbatione Reipublicæ, docent Silueſter verbo *ſponſalia*, Valentia *diſp.* 10. *quæſt.* 2.

 punct. 5.

*punct.5.*Sanch.*de Matr.q.69.lib.1.*Filiucius *tom.1. tract.10 p.1.c.8.* Henriquez *lib.11.cap.14.n.1.*cum aliis Bonacina *tom.1.q.1.de ſponſ. punct.10. num.5.*

16 † Quod procedit etiam ſi ſint iurata:nam vt ſæpe dictum eſt Iuramentum ſequitur conditiones actus,ſuper quem cadit, nec tunc eſſe opus relaxatione Iuramenti,dixi *ſup.q.1.* in verſic. *ad vltimam* & docent Sanch *de Matrim.d.diſp.69.n 3.& tota diſp.67.* Gutierrez *de Matr. c.35.n.1.* Bonacina *vbi ſup.*

17 † Tamen ſi ex diſſolutione priuata ſequeretur ſcandalum, vel cauſa eſſet dubia, tunc prærequireretur iudicis authoritas,expendunt relati,& Trulench.*ſup.dub 16.*vbi *num.4.* dicit cum Sanch.*d.diſp.69.n 9.*Coninc.*diſp.24 dubio 7.n.70.* Bonacina *ſup.n.9.*Gutierrez *c.25.de matr.n.7.*hanc diſſolutionem ſpectare tantùm ad iudicem Eccleſiaſticum; quia eſt cauſa ſpiritualis iuxta, dicta *in cap. 2. cap. 3. cap. 8. cap nouit. cap. fin. de Iudiciis, & in cap. tuam de ordine cognitionum.*

18 Ad quartam quæſtionis partem, an ſponſus queat detegere occultam ſponſæ fornicationem in iudicio?Et cum quiſque ad famam conſeruandam habeat Ius, videtur pro negatiua ſententia reſpondendum cui faueant adducta,*ſup.in c.nouit de iudiciis,à quæſt.17.*vbi de tempore faciendi fraternam correctionem,& quæ adduxi,*ſup.*de monitoriis,*in c.ad noſtram el tercero,hoc tit.*Sed vt breuiter reſpondeas exiſtimo non ſtatim cauſam ad iudicem eſſe deferendam, ſed prius monendam à ſponſo, vt vel ſic infamiam euitet, ſuum honorem reparando, aut quod Religionem ingrediatur, ſi conuenerit; & ſi noluerit quidquam horum exequi, adeat Parentes, vel viros Pios, vel Prælatum, aut ſponſæ cognatos,vt Patrem, vel ipſam moneant; ſi adhuc perſiſtat, fas erit tunc ſponſo ad Tribunal iudicis deferre, ſi ipſa perſiſtat in celebratione matrimonij cum ſponſo. Et ratio eſt quia tunc ſpõſus nullam ſponſæ facit iniuriam detegendo eius defectum,vt pote nullam iniuriam facit teſti ille, qui contra illum de crimine excipit,vt euacuando teſtis dictum, protegat ſuam innocentiam, vt adduxi, *ſupra de Teſtibus in cap.teſtimonium,*& alibi,& probatur itidem quia licitum eſt denunciare Iudici furem occultum,ad euitandum proximi damnum,ſecreta monitione non proficiente, vt bene expendit Tabiena verb.*inquiſitio,n.6.*vbi Armila *n.8.* Sotus *de ſecreto, membro 2. q.6.* paulo ante ſolutionem ad tertium,Corduba *ſum.q.111.*Nauarro *lib.3. de reſtit.c.1.in 2.edition.à n.357* applicabis eundem Sotum *de iuſtitia,quæſt.7.art.3.*& in terminis docent Sanch *lib.1.de matr.diſp.70.*Villalobos *in ſumma, p.1.tract.12.dif.12.n.24.*

19 Ad quintam quæſtionis partem remiſſiuè dices poſſe hic innecti alias cauſas quibus ſponſalia diſſoluuntur,ſed de his ſuis propriis locis dicã; & ſi deſideraueris ſcire quæ probatio prærequiratur,recurres ad ea,quæ adduxi *ſupra in cap. ſuper eo 22.de teſtib.*Et applicabis alia de voto ſeu Iuramento,an valeant de materia à principio apta,quæ poſtea redditur inepta, propter mutationẽ,de quo nonnulla,*in c.debitores,hoc tit.ſub,q.4.*de quibus Trulench.*in opere moral.lib.1.c.2.dubio 7. & 8.*& iam adducta de interpretatione Iuramenti,aliis in locis huius tituli,de quibus idem Trulench.*d.lib.2.c.1.dub.17.* Et applicabis dicta *infra in c.cum contingat.& in c.penult.hoc tit.*

20 Ad ſextam & vltimam quæſtionis partem de Tabellionibus, & aliis iuſtitiæ miniſtris iurantibus non accipere aliquid præter ſtipendium taxatum,an poſſint venire contra Iuramentum, ſi ſucceſſu temporis tale ſtipendium iniuſtum videatur?Reſpondeo ſuppoſita doctrina noſtri Textus & ſuppoſitis his,quæ adduxi, *in c.14. de iudiciis,à q.5. de aduocatis*, & de eorum taxa pro ſtipendio aduocationis, quod præfatum Iuramentum non obligat,quando à viris doctis probabiliter iudicatur tale ſtipendium ſucceſſu temporis minus ſufficiens,& iniuſtum eſſe; & ratio eſt quia iuramentum non poteſt obligare ad id,quod iniuſtum eſt, cum non ſit vinculum iniuſtitiæ.

† Deinde quia Iuramentum ſeruandi aliquod 21 ſtatutum,ſemper intelligitur, quatenus illud iuſtum eſt, & obligatoriũ ex ſæpe iam ex repetitis, *in hoc tit.* ergo dicendum eſt non obligare præſens Iuramentum ad eam taxam, quando iudicio prudentum iniuſta cenſetur:ſic docent Sanchez *t.1.Decalogi,lib.3.cap.14.n.14.* Molina *t 1. de Iuſtitia diſp. 83,* verſic. *vt ad rem redeamus*, Silueſter verb.*reſtitut.3.q.5 pronunciat.10.* D. Antonin.*2.p. tit 2.cap.5.§.1.& 3.& cap.fin. §.1.* Diana *p.9. tractatu 8. reſ. 8.*

Nec obſtat dicere Iuramentum iniquum, vt- 22 pote de ſoluendis vſuris iuxta Textum *in c. debitores,hoc tit* obligare,& ſimiliter vt dixi, *c.15.* iurans,latrone cogente,ſe ei daturum pecuniam,tenetur ſoluere etiam ſi iniuſtè latro id exigat,non ob aliam cauſam,niſi quia iurans, tale Iuramentum exequi poteſt. Reſpondeo tamen quod & ſi hæ obiectiones,& aliæ,quæ poſſent innecti veræ ſint ſecundùm ea, quæ in ſuis locis huius tituli adduxerim, tamen in noſtro caſu militat ratio diuerſa;eo quod quando authoritas publica,prædictum Iuramentum à publicis Miniſtris exigit, non intendit eos obligare ad ſeruandum Iuramentum iniuſtum,ſed in exemplis poſitis intentio exigentium, Iuramentum fuit de obligando Iurantem,& ad ſolutionem rei iuratæ tenebitur, vt latè explicui. Quare quoties conſtat ſtipendium illud eſſe iniuſtum,& inſufficiens,vt quando ratione temporis iniuſtum factum eſt tale Iuramentum, nec ex parte Iurantis, nec ex parte poteſtatis publicæ illud petentis obligabit.

Pro complemento poteris noſtro Textui inne- 23 ctere ea,quæ de clauſula *rebus ſic ſtantibus*, ſcribunt Rota in vna Tarracinen. tutelæ 4. Nouemb. 1586. coram Gipſio, Riccius *col.1171. ad Textum in l.qui ſeruus ff.de condition.ob cauſam,*vbi dicunt præfatam regulam procedere in quocumque contractu, etiam iurato, & in omnibus diſpoſitionibus,tam ſcilicet inter viuos,quam in vltima voluntate,Chacher *dec 91* Rota in vna Romana dotis,Februarij 19.1586. coram Robuſterio, exemplis exornat Riccius *vbi ſupra*, Surdus *deciſ.252.* Afflictis *deciſ.161.*Rubeus *deciſ.94.* Conarruuias *lib.3 variar.* quem refert idem Riccius. Quibus & adiunges quæ de hac clauſula & ſi pro interpretandis vltimis voluntatibus ex multis ſcribit D. Ioannes del Caſtillo *lib.4.controuerſ. c.59.* per totum legendus omnino, *& toto, c.60. & 61.*vbi latiſſimè ap plures caſus.

AD

AD TEXTVM In §. Illud, SVB DICTO CAP. XXV. Quemadmodum, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

VIR iurans non accuſare vxorem de nullo crimine; non ideo adſtrictus eſt adimplere. Expenditur latè *infrà, q.5. per totam.*

I. Paragraphus iſte continet in ſe materiam ſatis difficilem propter obiectiones, quibus Pontifex vtitur hic. Verum quia in verſic.primo agit de iuramento temerario, nempe vt ſi vir iurat vxori, vt eā ſuper nullo crimine accuſabit, quod ſatis generaliſſimum eſt continens quodcumque delictum etiam infidelitatis, & irreligionis, ob quod maxima poſſet cauſæ publicæ fieri iniuria ideo ſic rectè reſpōdet Pontifex tale iuramentum eſſe temerarium. Quare veniunt applicanda quæ adduxi de iuramento ſuper re illicita, & temeraria, *ſuprà in cap.1. cap.2. debitores, cap. ad noſtram 7. cap.ſi vero, cap. verum, cap.12. §.illi vero, cap. ſicut 13. cap. veniens 16. cap. quanto 18. c. venientes 19. cap. ad noſtram 21. cap. Quintauallis 23. cap.ſicut 27. cap.cum contingat 28. cap.ſicut 29. cap. intellecto 33.* II. Et in verſic. *quia ſi mulier*, vſque ad verſic. *ſecundum Canonicas ſanctiones.* Per hæc verba poteſt agi de ſeparatione matrimonij propter hæreſim, aut infidelitatem, *in cap. quæſiuit 2. cap. de illa 6. cap. quanto 7. cap.gaudemus de diuortijs*, nonnulla, *in cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* III. Et in verſic. *quod ſi expreſsè iuraſſet*, vſque ad finem, erit tota noſtri textus diſceptatio cum primis eius verbis.

IV. Et ibi in verſic. *ſecundum regulam Euangelij, ſi primo, & ſecundo correcta reſipiſcere nollet*, &c. tota materia de correctione fraterna moueri poterat, de qua *in cap. nouit 13. de Iudicijs à q.17.* Et ad punctum noſtri, §. applicabis adducta *ſuprà q. præced. in d. cap.25.* in verſic. *ad quartam.* V. Et in verſic. *ſed nunquid vir non poteſt dimittere vxori peccanti*, poteſt applicari quod adduxi, *ſuprà in hoc cap. q.4.* verſic. *ad tertiam, & in d.cap. litteras, q.4.* vbi an *vir poſſit ſine Iudice propria authoritate dimittere vxorem, aut ſponſam peccantem.*

QVÆSTIO V. (In ordine.)

Quare vir, qui Iurauit non accuſare vxorem generaliter, non ſit adſtrictus, & quare, ſi eam iurat de adulterio non accuſare, teneatur Iuramento: Et quare ſi eam accuſare de adulterio nequit, propter Iuramentum permittatur ei denunciatio, ſiquidem ipſa expoſcat Iudicium: Et an allegans turpitudinem ſuam audiatur: Et an poſſit quis reprobare mores, quos approbauit: Et an Iuramentum rei impoſſibilis, cuius pars poſſibilis ſit, obliget?

SVMMARIVM.

1 *Argumenta plura referuntur aduerſus textum, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

8 *Declarationes variæ ad textum noſtrum, n.9.10. 11.12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

20 L. alia cauſa, §. eleganter, ff. ſoluto matrimonio, l. ſi conuenerit 26. ff. de re iudicata.

L. qui 46. ff. ad legem falcidiam.

24 L. ſi quis cum debitore 39. ff. de Iureiurando.

25 L. quæ ſub conditione, ff. de condition. inſtitut.

26 L. Municipibus 97. ff. de condition. inſtitution.

27 Cap. debitores, cap. ex reſcripto hoc titulo, *remiſſiuè.*

28 L. veluti, ff. de verb. obligation. l.26. ff. eodem tit.

29 Cap. innocens 22. q.4. n.34.

30 Cap. iurauit Dauid 22. q.4.

31 Cap. mouet 22. quæſt.1.

32 L. non erit, §. Diuus, ff. hoc tit.

34 Cap. Gemma de ſponſalib. cap.Quintauallis hoc tit.l. Titia 134. ff. de verborum obligationibus.

Cap. vnico de voto lib.6. c.quia ſunt, cap.ſi qua 28. diſt. remiſſiuè.

36 *Vir iurans non accuſare vxorem de adulterio, tenetur adimplere quod iurauit; poterit tamen eam denunciare, & caſtigare, n.37.*

38 *Turpitudinem allegans ſuam, quando audiatur, vel non, n 39. 40. 41. 42. & 43.*

44 *Mores, quos quis approbauit, nunquid eos valeat reprobare, n.45.46.47.48.& 49.*

47 Cap. accepimus 13. de ætate, & qualitate ordinandorum.

48 L. ſi vxor, § fin. ff. ad leg. Iuliam de adult. l. Pomponius, ff. de negot. geſt.

49 Cap. nulli de accuſationibus.

50 *Iuramentum rei impoſſibilis, cuius pars poſſibilis eſt, nunquid obliget? Expenditur, n.51. 52.53.& 57.*

54 *Promiſſio rei promiſſæ durat, non obſtante impotentia reſpectu partis poſſibilis.*

55 *Ieiunare vouens totam Quadrageſimam, tenetur ad partem, quam poteſt. Quid de puero. Vouente ieiunare ſemper, n.56.*

AD primam difficultatis partem faciunt du- 1
bium; quia iuramentum de non accuſando vxorem de adulterio, continet turpitudinem, & eſt contra bonos mores, & remittit dolum futurum, & dat cauſam delinquendi, & peccandi & ſic eſt temerarium: argum. textus, *in cap. quarto hoc tit. cap. inter cætera 22.q.4. l.ſi quis inquilinos, §.fin. ff. delegat.1. l. ſi vnus, §. illud, ff. de pactis*; & *in l. conuenire, ff. de pact. dotal. vnde ſcribit Pontifex in cap. ſi vir de adulterijs*, & Conſultus *in leg. ex l. Iulia, §. Lenocinium, ff. de adult.* Patronum eſſe turpitudinis qui adulterium celat vxoris; imò Imperator *in l. tranſigere, Cod. de tranſact.* & lex de crimine, *ff. de adulterijs, l. quamuis 2. Cod. eodem*, docent tranſactionem de adulterio inutilem eſſe; ita vt nec pactione, nec Iureiurando remitti poſſit ex regula textus, *in l. Iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pactis, l. ſi quis in conſcribendo, Cod. eodem, cap. ſi diligenti de foro comp.* cum maximè interſit Reipublicæ ne delicta maneant impunita ex textu, *in cap. vt fama de ſent. excommunic. leg. ita vulneratus, 52. ad finem, ff. ad legem Aquil. l. locatio, §. quod illicite, ff. de public. & vectigal.*

vectigal. non enim remittens adulterium, videtur remittere futurum. Ergo.

2 Et contra hæc, vrget quod pactum, ſeu iuramentum præſtitum, vt maritus conueniatur vltra id, quod facere poteſt, tanquam turpe, & illicitum Iure improbatur, cum abſque turpitudine adimpleri non poſſit; eo quod per illud Ius reuerentiale merito debitum tollatur iuxta textum, *in l. alia cauſa* 14. §. *eleganter*, *ff. ſoluto matrimonio*; ſed hoc pactum obſeruari, & Iudicem illam contrahentium pactionem ſequi debere, docet Conſultus *in leg. ſi conuenerit* 26. *ff.*
3 *de re Iudic.* ergo & iuramentum. † Et confirmatur, *ex l. ſi quis cum debitore* 39. *ff. hoc tit.* & *in l. Municipibus* 97. *ff. de condit. inſtitut. cap. debitores*, *cap.* 2. *cap. cum quidam*, verſic. *illi vero*, in verbis *ſi quis illicitum iuramentum præſtiterit*, *cap. ex reſcripto* 9. *l. veluti* 27. *ff. de verb. obligat. cap. innocens*, §. *aliquando* 22. *quæſt.* 4. & in verſic. *animaduertat.*

4 Et iterum facit, nam ſi iuramentum illicitum non eſſet ſeruandum ſequeretur quod in non adimplendo peccatum, non admitteretur, ſed verius eſt peccatum committi; ergo quamuis turpe debet adimpleri, vti conſtat ex illo iuramento Dauid de occidendo Nabal, quod non cuſtodiuit, rationem reddens; quia de duobus peccatis, minus elegit: ergo in non obſeruando tur-
5 pe iuramentum, peccatum extitit. † Cui dicto ſuffragatur textus, *in cap. monet* 22. *q.* 1. vbi qui iurat per falſos Deos, debet obſeruare iuramentum, & tamen quam turpis ſit ea actio, nemini dubium erit: ergo. Et ſic Conſultus *in leg. non erit*, §. *Diuus Pius*, *ff. hoc tit.* probat turpe, & ſuperſtitioſum iuramentum ſeruandum eſſe, vt denotant verba ibi: *quia propria ſuperſtitione iuratum eſt ſtandum reſcripſit.*

6 Item ex noſtro textu prædictis adſtipulatur non modica contrarietas: nam cum Pontifex in prima huius §. parte, doceat iuramentum à marito præſtitum de non accuſando vxorem licitum eſſe, poſtea in verſic. *huius ergo*, affirmat quod ſi maritus iurauerit vxorem de adulterio non accuſare, tutius eſſe iuramentum adimple-
7 re, & ab accuſando deſiſtere. † Et iuuatur ex eo quod ſtipulatio pœnalis adiecta matrimonio, turpis, & indecens appellatur, *cap. gemma de ſponſalib.* & tamen textus, *in l. Titia* 134. *ff. de verb. ſignif.* ait quod ſtipulatio pœnalis adiecta contractui ſponſaliorum, per exceptionem excluditur: ergo ſi per exceptionem excluditur; præſupponitur valuiſſe: ergo & iuramentum de non accuſando vxorem de adulterio debuit valere, licet exceptione impugnetur.

Iuſtè ex prædictis vt textum noſtrum Docto-
8 res intelligant in varias ierunt ſolutiones; & ſic Gloſſa hic in verſic. *crimine*, vt ſatisfaciat, & in verb. *in hoc caſu* reſpondet verum eſſe iuramentum de non accuſando vxorem propter adulterium futurum non valere, tamen iuramentum in hoc textu præſtitum fuiſſe circa adulterium iam perpetratum, quo caſu bono publico non præiudicat, & per leges approbatur cum tunc præteritus dolus, & perſequens priuatum tantummodo commodum remittatur.

9 Sed hic intellectus improbatur à Barboſa *ſub n* 12. ex eo quod hic textus agit de criminibus futuris, non autem de iam commiſſis, vt patet
10 ex verbis ibi: *ſuper nullo crimine accuſabit.* † Et vt explicaret Imola *hic* dixit dictionem *tutius* in noſtro textu poſitam ſtare comparatiuè, quaſi velit Pontifex, quod etſi tutum ſit non obſtante prædicto iuramento, vxorem accuſare ad diuortium celebrandum, tutius eſſe ab ea accuſatione deſiſtere, propter iuriſiurandi religionem. Sed iſtam explicationem etiam impugnat *hic* Barboſa *dicto n.* 12. *in fine.*

Tamen Sanchez *de matrimonio lib.* 10. *diſp.* 13. 11
Molla *in emporio tit. de legibus*, *p.* 1. *q.* 11. *num.* 11. Graña *in cap. Quintauallis hoc tit. num.* 3. vt explicent dicunt multum referre, an maritus iuret ſe de crimine futuro vxorem accuſare, an verò de adulterio commiſſo non accuſare: nam in primo caſu ex defectu Iuſtitiæ illicitum eſt iuramentum: ſicque procedere prima noſtri, §. verba. In ſecundo autem caſu iuramentum licitum eſſe, rectéque poſſe à marito obſeruari abſque diſpendio ſalutis æternæ, cum poſſit maritus priuatam iniuriam ſibi remitterre: argum. textus, *in dicta l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis cum vulgatis.* Sed hæc explanatio eſt eadem, quam retuli modo ex Gloſſa, & quam improbat Barboſa *in dicto n.* 12. eo quod textus hic non ſolùm agat de non accuſando vxorem de criminibus aliis futuris præter adulterium, ſed etiam de adulterio, tam præterito, quàm futuro.

Quare alij vt explicent dictum verſiculum *tutius* quo in continenti ſe corrigere, Pontifex In- 12
nocentius III. Videtur, conſiderant accuſationem adulterij duplicem habere effectum. Alter eſt adulterij punitio, alter ſeparatio tori, de quo diſputant latius Gomezius *in l.* 80. *Tauri per totum*, Iulius Clarus *lib.* 5. §. *adulterium*, Padilla *in l. tranſigere, Cod. de tranſact.* Gregor. in Gloſſa 1. *l.* 1. *tit.* 17. *p.* 7. Couarr. *in* 4. 1. *p. cap.* 1. *num.* 8. & quatenus expectat ad punitionem adulterij dicunt non tolli per iuramentum ex rationibus adductis, *ſuprà n.* 1. Quatenus verò expectat ad ſeparationem tori, cum ſit inducta mariti fauore, *cap. dixit Dominus* 32. *q.* 1. *cap. quoniam de coniugio leproſorum*, *cap. intelleximus de adulterijs*, rectè poſſe iuramento remitti: argum. textus, *in cap. ad Apoſtolicam de Regular. d. l. ſi quis in conſcribendo cum vulgatis*, quomodo accipiendum eſſe textum noſtrum, reſpondent Imola, Ioannes Andreas, & Antonius de Butrio *hic*, Gregor. *in l.* 67. *tit.* 18. *p.* 3. *gloſſa* 3. Antonius de Campos *de ratione interpretandi, & conciliandi vtriuſque Iuris Iura*, *regula* 1. & tangit Graña *in d. cap. Quintauallis d. n.* 3. in verſic. *præterea.* Et in hanc explicationem incidit Barboſa *hic n.* 3 cum Zabarella, & Abbate hic *n.* 2. & 14. & cum Barboſa *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 106. *ff. ſoluto matrim.* † Et ſic fa- 13
ciens differentiam præfatus Barboſa *hic d. n.* 13. verſic. *vnde*, aduertit notandam eſſe differentiam inter Iudicia Ciuilia, & Criminalia; ita vt vbi maritus impedit vxorem ciuiliter de adulterio pro ſuo intereſſe agat ciuiliter: ſicque valere iuramentum de non accuſando eam, ſecus tamen eſſe ſi voluerit agere criminaliter quoad vindictam publicam, quia tunc non valet; eo quod non debeat effectum habere aduersùs publicum intereſſe, ne ſcilicet delicta maneant impunita. Et confirmatur hæc pars ex Iuribus, & rationibus adductis, *ſuprà n.* 1. ſequitur Buccaron, de differentia inter Iudicia Ciuilia, & Criminalia, *differentia* 131. *n.* 13. Farinac. cum aliis, *in fragm. crimin. parte* 1. verb. *dolus futurus*, *num.* 183.

Verùm hanc vltimam diſtinctionem inter Iu- 14
dicia

dicia Criminalia, & Ciuilia vehementer impugnat Anguianus *de Legibus, lib.2. controu.21. à n.18.* ex eo principio, quia vbi iuramentum ſine peccato ſeruari poteſt, illud ſeruandum ex regula textus, *in cap. cum contingat hoc tit. c. quamuis pactum de pactis lib.6.* & ex iam ſæpè adductis *in hoc tit.* ſed nulla facta differentia Pontifex hic inter Ciuilia, & Criminalia Iudicia ex parte mariti prorumpit in hæc verba: *Sed nunquid vir non poteſt dimittere vxori peccanti, non ſolùm ſepties, ſed etiam vſque ſeptuageſies ſepties ſecundùm Euangelicam veritatem:* ergo perperam conſtituitur differentia in hac parte inter Iudicia & Criminalem, & Ciuilem accuſationem, cum nec aliquid ſit, nec poſſit excogitari, quod impediat iuramenti vinculum, tam quoad Ciuilem, quàm quoad Criminalem actionem.

15 Et ſecundo Anguianus improbat prædictam diſtinctionem ex vltimis verbis textus noſtri ibi *quanquam denunciare eam poſſit ad pœnitentiam peragendam* quia conſiderat aduerſùs regulam, quam Pontifex conſtituit ſolùm excipere in vno caſu, nempe denunciationis Euangelicæ ratione cuius non obſtante iuramento de non accuſando vxorem de adulterio, poſſe nihilominus, vt pœniteat vxorem denunciare. Quare infert quod ſi maritus poſſet non obſtante iuramento vxorem adulteram criminaliter accuſare, iam deciſio Pontificis *in præſenti* plures exceptiones admitteret contra eius mentem vnicam, dumtaxat conſtituentis exceptionem Et ſic concludit Anguianus verius eſſe maritum de non accuſanda vxore de adulterio iurantem, nec ciuiliter, nec criminaliter eam accuſare poſſe, & reſpondet verba illa huius textus *ad diuortium* non eſſe reſtrictiua, quaſi ſolùm ciuiliter agere prohibeatur maritus, ſed declaratiua ſcilicet, vt nec ciuiliter ad diuortium celebrandum, nec criminaliter agere poſſit maritus iurans vxorem non accuſare ad publicam vindictam, nec ad priuatam.

16 Vnde ipſe Anguianus vt intellectum præſtet ad textum noſtrum ſuprà *d. lib 2. de Legibus controu.21. n.20.* quem refert nouiſſimè Barboſa *hic in addit. p.6. num.5.* & in verſic. *quare* conſtituit differentiam inter generale iuramentum negatiuum de non accuſanda vxore ſuper nullo crimine, & inter ſpeciale de illa non accuſanda de adulterio, primo caſu videlicet quando iuramentum eſt vniuerſale, negatiuum nullo modo valeat, nec valere poſſit ex rationibus adductis per Pontificem hic, cum contingere poſſit vt vxor habitare nolit cum marito cum creatoris contumelia; imò & intendat eum ad infidelitatem protrahere, facta fortaſſis vxore infideli: quo caſu eſſe manifeſtum, ſi iuramentum adimpleretur, peccatum committi, ac perinde eſſe iniquitatis vinculum, quod minimè eſt admittendum, vt foueret illicitam, ac nefariam vtriuſque coniugis cohabitationem; & ſic exiſtente crimine illo infidelitatis, accuſatio eſſet in præcepto, dummodo ſufficienter poſſit probari, & alius modus non ſit, quo æquè benè Reipublicæ conſulatur, ac per accuſationem ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *q.68. art.1. in 1. concl.* Nauarri *in manuali cap.25. num.32.* itaque ait veriſſimum eſſe, vt illud generale iuramentum de vxore non accuſanda, ſuper nullo crimine, iniuſtum, &
17 illicitum ſit. † In ſecundo autem caſu, quando iuramentum fuerit de non accuſanda vxore ſuper adulterio, tunc illud vtile, & validum eſſe, vinculúmque injicere iuranti, cum in eius obſeruantia peccatum non reperiatur, ſiue referatur ad ciuilem accuſationem, ſiue ad criminalem ex iam dictis, neutram poterit maritus excitare, ſi ſemel iurauerit ſe nullatenus accuſaturum vxorem ſuper adulterio.

Cúmque Barboſa *hic d. 6. p. num.5. in fine.* à ſe 18
dicta, & ab aliis, vt refert hic *d. n.12. & 13. p.1.* pro explanatione textus noſtri lectori ſtudioſo ponderanda remittat, vt hunc, vel alium intellectum admittat, provt textus litteræ magis cõueniens ſibi videbitur; Et ego fatear quamcumque explicationem, etiam hanc poſtremam Anguiani adhuc ſub naufragio eſſe ex his, quæ ponderat Sanchez *de matrimonio lib.10. diſput.16. n.4.* quatenus ait compenſationem admitti inter vtrumque coniugem fornicantem, ſed eam non admitti inter vtrumque, ſi in hæreſim incidant ex eo, quia in matrimonio carnali tantùm agitur de intereſſe coniugum, quod vtroque fornicante compenſatur; ſecus ſi in hæreſim lapſi fuerint; quia cum talis iniuria tendat in Deum; ideo caret inter ſponſos, ſeu coniuges hæreticos compenſatione, niſi vtrumque pœniteat. Itaque fateor diſtinctionem Anguiani inter iuramentum generale, ſeu particulare vitio laborare ex regula textus, *in cap. Quintauallis*, & aliis huius tituli: quia ſi generaliter iuraui ſtare mandato alicuius, dum ipſe præcipit, licita, tenebor iuramento, ſi illicita non tenebor: ob idque exiſtimo Pontificem hic improbaſſe iuramentum de non accuſando vxorem ſuper nullo crimine, non quia generale fuit, ſed reductiuè in caſibus, & criminibus reprobatis ab ipſo Iure publico, vbi in eius obſeruantia peccatum adeſſet, non item vbi ex parte viri remittentis peccatum non adeſt, vti exemplis relatis Pontifex noſter illuſtrat de coniuge hæretica, ſeu adultera, & patet ex doctrina textus, *in cap. cum contingat, cap. debitores hoc tit.*

Nec obſtant adducta *ſuprà d. n.1.* quia etſi re- 19
vera Patronus ſit turpitudinis, qui adulterium celat vxoris; & ſic tranſactionem de adulterio inutilem eſſe. Tamen reſpondeo ex diſtinctione adducta *ſuprà*, in verſic. *quare*. & ex aliis ſequentibus in adulterio dari reſpectu viri innocentis actionem ciuilem ad exigendam ſcilicet dotem, quam mulier propter adulterium amiſit, item & actionem criminalem, quâ poſſit eam accuſare pro ſatisfactione ſuæ iniuriæ, & has actiones remitti poſſe à marito, vtpotè ipſi ſoli competentes, infero ex iam dictis. Aliam verò actionem oriri ex parte Reipublicæ, & hanc remittere nequiuit ex Iuribus dicto *n.1.* adductis, & ex dictis in dicto verſic. *quare.*

Non obſtant adducta iura in verſic. *& contra,* 20
in d. l. alia cauſa, §. eleganter, ff. ſoluto matrim. cum leg. ſi conuenerit 26. ff. de re iud. nam etſi revera pactum illud inter virum, & vxorem ſit prohibitum, *in d. §. eleganter,* propter reuerentiam viro debitam, ceſſat illud in *d. l. ſi conuenerit*, cum priuilegium illud ratione contractus,
& non perſonæ fuiſſet introductum. † Vbi tur- 21
pitudo ceſſat, quæ renunciari à ſocio poteſt, vt Bartol. explicat *in dicto §. & eleganter*: ſequitur Graña *in d. cap. Quintauallis hoc tit. n.9.* vt verius, & ſi Duarenus ad titulum *ff ſoluto matrim.* aliter exiſtimet, *in d. §. eleganter*, & Gloſſa *in d. l. ſi conuenerit*, verbo *proferre*, Alexand. *conſil. 313. colum.5.*

Et

22 Et infero ex hoc ad intellectum textus, *in l.2. §. cum autem 7. Cod. de rei vxoriæ actione*, vbi etiam pactum de quo *ibi*, valet inter maritum, & vxorem, quia textus ille, & ſimiles locum habent poſt ſolutum matrimonium: quo in caſu turpitudinis cauſa, & reuerentia ceſſat ipſa,iuxta textum, *in l. ſi Patronus 20. ff. de donat.* cui obſtat, *l. qui 46. ff. ad legem falcid.* de cuius intellectu Gobeanus *ibi*. Sed quia iſta lex parum vrget, vt ex eius verbis apparet: ideo non inſiſto, & pro intellectu videbis quæ expendit Gobean. ipſe *ad titul. ff. ad leg. falcid. in l. quod bonis, §.1.*
23 *& ad l. Seius, & Agerius.* † Et ſic infert Graña *d. n.9. in fine*, quod quemadmodum pactum turpe, & iuramentum remittitur; ita ſimiliter ſtipulatio: adeo vt nec ex eo vlla actio naſcatur, iuxta textum, *in l. ſtipulatio 61. ff. de verb. oblig. l. Iuris gentium 7. §. ſi ob maleficium, ff. de pactis, l.9. Cod. de conditione ob turpem cauſam.*

24 Non obſtat ſecundo textus, *in dicta l. ſi quis cum debitore 39. ff. hoc tit.* vbi etſi iuramentum, de quo *ibi* turpe fuerit, adhuc debet adimpleri; ſed vt explicet Faber *in rationali ad textum in d. l. ſi quis*, aſſerit ideo *ibi* iuramentum non improbari; quia non eſt contra bonos mores, nec cauſam turpitudinis præſtat, cum reſpiciat tempus præteritum, non futurum ſequitur Graña *in d. cap. Quintauallis, n.7.* & notant ibi legendam legem, vt in Pandectis Florentinis, veluti *iuraſſet ſe in capitolium non aſcendiſſe*, vt in vetuſtis legitur, *in Capitolium non aſcendere*, Oſualdus ad Donel. *lib.8. Comment. cap.32. littera M, & O.*

25 † Et ſub hac diſtinctione præſtat intelligi textus, *in l. quæ ſub conditione, ff. de condit. inſtitut.* vbi diſtinctio, *iuriſiurandi*, in vltimis voluntatibus, tanquam turpis à Prætore remittitur, ſed exiſtimo ex alia cauſa, nempe quia, vt iam alibi dixi, teſtator nequit ſub iureiurando obligari de non reuocando primum teſtamentum: videbis *ſuprà in cap.11. remiſſiuè*, & alibi. Et aliter intelligunt textum, *in dicta l. ſi quis cum debitore*, Bartolus *ibi*, & Iulius Patius *cent.3. q.86.* Cujacius *lib.5. obſeruat. cap.1.*

26 Nec obſtat tertio textus, *in d. l. municipibus*, in dicto verſ. *& contra*, relatus, vbi iuramentum, de quo *ibi*, non remittitur à Prætore tanquam turpe, ſed à Municipibus adimpleri poſſe, & Patius *cent.6. q.56.* Oſualdus ad Donell. *lib. 8. Comment. cap.32. littera M*, & Graña *in dicto cap. Quintauallis hoc tit. n.8.* dicunt in eo textu non probari Municipes ex neceſſitate iurare debere, ſed tantùm dubitari, an ſi legatum eſſet relictum ſub conditione, ſi Municipes iuraſſent Titio centum dare, eſſet conditio impoſſibilis, necne? Cum non poſſent Municipes omnes ad iurandum conuenire; & ob id Paulus reſpondere conditionem illam impoſſibilem non eſſe: nam quamuis Municipes compelli non poterant iurare, cum iuramentum illud, tanquam contra bonos mores eſſet reprobatum, tamen non impoſſibile, ſed poſſibile eſſe poterat, cum per eos, qui ciuitatem regunt poſſet iurari, quia quamuis iuramentum illud à Prætore, tanquam turpe remittatur, factum tamen non remittitur, *ex l. quæ ſub conditione, §.1. ff. de condit. inſtitut.* aliter interpretantur Donellus *lib.8. Comment. cap.32.* Cujacius *lib.1. obſeruat. cap.5.* Duarenus *ad titul. de condition. & demonſtration. c.9. apud medium.*

27 Nec obſtant iura in dicto verſic. *& contra*, adducta *ex dicto cap. debitores, cap.2. cap. ex reſcripto hoc tit.* quia ſatis intellecta manent ex his, quæ adduxi in prædictis locis.

Non textus, *in dicta l. veluti, ff. de verb. obli-* 28
gat. nam cum Vlpianus *in l.26.* antecedenti affirmet turpem ſtipulationem nullius momenti eſſe, & Pomponius *in dicta l. veluti*, contrarium aſſerat, ſupponit ſtipulationem turpem de Iure Ciuili valuiſſe. Verùm Conſultus *in dicta l. veluti*, voluit quod ſi quis de facto ex illa turpi ſtipulatione apud Prætorem,egerit, Prætoris Officium erit, eum repellere, & quaſi ſine actione agentem excludere: argum. textus, *in l. pupilli, §. videamus, ff. de negotijs geſtis*, videndus omnino Donellus *in d. l. veluti*; & ſic concludendum eſt,nec de Iure Ciuili,nec Prætore turpem illam ſtipulationem admitti, *ex dicta l.26.* vbi communiter Doctores.

Non inquam textus, *in dicto cap. innocens 22.* 29
q.4. in verſic. *aliquando*, & in verſic. *animaduertat.* Verum Sanchez *libro 2. de Religione cap.16. n.3.* Baſilius *lib.12. de matrimonio, cap.8. num.16. §.2.* Graña *in dicto cap. Quintauallis, n.19.* dicunt quod quamuis Ioſue iuraſſet non occidere Gabaonitas contra præceptum Dei, vt eos occideret; quia rebelles erant Legi Dei: tamen cum poſtea profiterentur ſe legi Domini rebelles non eſſe, ceſſauit diuinum præceptum; & de pace per Ioſue inita, & iuramento firmata cum Gabaonitis, dixi ſuprà *in cap.3. hoc tit. ſub quæſt.2. à verſic nec obſtat textus ſecundo adductus, in d. cap innocens 22. q.4.* & *ibi* dicta adjunges præfato intellectui.

Nec iterum obſtat aliud factum Dauid rela- 30
tum, *in cap iurauit Dauid 22. q.4.* vbi iurauit occidere Nabal, quod non cuſtodiuit; quia reſpondeo non ideo malam fuiſſe tranſgreſſionem Dauid, quod illicita eſſet, & peccatum exiſteret in non adimplendo, ſed ex eo quia tranſgreſſio illiciti iuramenti ortum habuit à malo, à quo procedit; & ideo attento ſuo origine dicitur tranſgreſſio mali; quia Dauid peccatum commiſerat, dum temerè iurauit, docet Suarez *lib 3. de iuram. cap.19. num.16.* Turrecremata, & Gloſſa *ibi*, voluitque Dauid de duobus malis, minus eligere, quod fuit iuramenti fractio.

Et minus obſtat textus, *in dicto cap. mouet 22.* 31
q.1. vbi non improbatur iuramentum per idola, vel falſos Deos; quia quamuis iuramentum illud ſit turpe, nec Chriſtiano ita iurare permittatur: tamen ſi à fideli exigatur propter licitam cauſam, obſeruari debet, non quidem propter ipſum iuramentum, ſed ne infidelis fidem frangat, vt conſtat ex *dicto cap. conſtat apud medium*, tenent Graña *in dicto cap. Quintauallis, num.15.* Thomas Sanchez *in ſumma 1.p. libro 3. cap.2. à n.5.* Couarruu. *in cap. quamuis pactum 1.p. §.1. n.1.* explicat abundè Balboa *in cap. & ſi Chriſtus à n.65. hoc tit.* vbi cum multis.

Et Lucem accipit textus *ibi* adductus *n.3. in* 32
dicta l. non erit, §. Diuus, ff. hoc tit. in verbis ibi: *Quod propria ſuperſtitione iuratum eſt, ſtandum reſcripſit*, quia Antonius Faber *in rationali ad textum, in dicta l. non erit*, docet prædicta verba illum habere ſenſum, quod ſi Mahometanus haberet litigium cum Chriſtiano, & Chriſtianus ab eo deferat iuramẽtum, vt iuret per Chriſtum, ſi tamen per Mahometanum iuret, obſeruandum eſſe, quamuis ſuperſtitioſum, & idololatrum ſit tale

tale iuramentum , vt fides ſeruetur; quia aliàs nulla Iuriſiurandi religio infideli ſupereſſet; & ſic notat Graña *in dicto cap. Quintauallis n.17. & in dicto cap. & ſi Chriſtus dubio 6. & 7.* dicens præfatum , §. legendum eſſe affirmatiuè, vt in pandectis Florentinis legitur, & non eſſe legendum, negatione adhibita, vt nonnulli exiſtimarunt.

33 Itaque iam non obſtat contrarietas ex noſtro Textu relata *ſupra*, in verſic. *item ex noſtro Textu*; quia iam ſatis manet intellecta à verſic. *Iuſtè* cum aliis ſequentibus vſque ad verſiculum *cumque Barboſa* vbi latè de pluribus explicationibus

34 noſtri, §.

Minuſque impedit ibi adductum de ſtipulatione pœnali in matrimonio adiecto inter coniuges ex regula textus *in d. cap. Gemma de ſponſ. & dict. l. Titia 134. de verb obligationib.* vbi diuerſa conſtituuntur. Nam reſpondeo cum Graña *in dicto cap. Quintauallis, n.21.* & cum Matienco *in repetitione ad textum in dicta l. Titia*, & cum infinitis traditis à Sanchez *lib.1. de matrim. diſp 32.* 33. & 34. vbi latè agit de præfata pœna, & de explicatione prædictorum iurium diſcrimen verſari inter ſtipulationem prohibitum à lege; quia turpis & iniuſta eſt & illam quæ ſolùm prohibetur, vt in honeſta. Nam in primo caſu ſtipulatio eſt nullius momenti; & ſic obtinere ſententiam textus *in cap. Quintauallis*, & aliorum. In ſecundo autem cum ſtipulatio, nec ſecundùm bonos mores, nec omninò aduerſùs eos, ſit, actionem competere dicunt, eam verò excludi exceptione, cum non omne, quod à principio licitum eſt, poſtea

35 honeſtum eſſe poterit *ex l non omne 116. ff. de reg. iuris.* † Et ex his poteris ad alia reſpondere, in quibus, non obſtante turpitudine, valida ſint veluti ad caſum textus *in dict. cap. Innocen,* verſic. *ſi quis aliquando 22 q.4. cum cap. vnico de voto, lib.6. & cum cap quia ſunt , cap. ſi qua vidua 28. diſt.* de quibus Graña *in dicto cap. Quintauallis , num.18.* Couar. *in cap. quamuis pactum 1.p. §.6. n.19.* Sanchez *lib 7. de matrim. num.3. diſput.40* & ego iam alibi in noſtro titulo adduxi , & videntur expectare ad verba textus *in dicto cap. quemadmodum* vbi egi de iuramento præſtito cum aliquo impedimento ; igitur in dicto verſiculo aliquando agitur de eo , qui poſt votum caſtitatis , iuramentum præſtitit de accipiendo in vxorem aliquam , & de nunquam ab ea diſcedendum , quod dicitur obſeruandum, ſed vt ibi adduxi votum ſimplex caſtitatis , de quo textus ille loquitur tantùm impedit matrimonium, non

36 autem illud dirimit.

Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter reſpondeo , quod & ſi propter iuramentum Maritus nequeat de adulterio accuſare , ſed illam denunciare poſſit vxorem , & caſtigare , cum hoc ei permiſſum ſit, vt notat Barboſa *hic num.12.* vbi commendat videndos Tyraquellum *lib.1. connub. gloſſa 1. p.1.* Palatium *in repetitione cap. per veſtras notab.3. in princ. num.7.* Surdum *tit.7. quæſt.16. à num 4.* Farinacium *in praxi p.5. q.133. n.194. & 205.* Barboſ. *in Rubr ff. ſoluto matrim p.2. num.33. cum ſequent.* de quo aliis communiter, quod procedit dum tamen illa caſtigatio ſit in emendam , non in ſæuiſſimam punitionem : quare & ſi pactum ſit , ſeu iuratum à merito, quod vxorem ſuam adulteram , non accuſabit etiam per viam denunciationis iudicialis , nihil faciat, nec iuramentũ valebit ex eo, quia impedit medium quo mulier poteſt reſipiſcere à peccato: ſic Barboſa *hic* ſub *num.13.* & communiter Doctores. † Etenim correctio eſt medium efficaciſſimum ad emendam peccati , vt latiſſimè 37 dixi *ſuprà in cap. nouit de Iudiciis à quæſt.17.* vbi circa finem expendo de ordine proſequendi tale iudicium : quæ omnia , & hic pro exacta explicatione applicabis ; & ſic quemadmodum *ſuprà* iam dictum , eſt aduerſùs cauſam publicam , tale iuramentum non valet, vt patet etiam ex his quæ adduxi *in cap. ſi diligenti de foro comp.* ita nec iuramento de non denunciando vxorem adulteram , vt corrigatur à peccato , non enim hic maritus iurat de non vindicanda propria iniuria , ſiue agat ciuiliter, ſiue criminaliter pro eo , quod ſibi interſit; imo iurando de ea vxore non denuncianda agit aduerſùs ius publicum , quo prohibentur peccata in Republica. Et licet poſſis hæc impugnare , ex eo quod in Republica meretrices permittuntur ; & ſi eorum peccata publica ſint, recurres ad ea , quæ dico *infrà in cap. inter opera de ſponſalib.* vbi ago de hoc dubio : interim leges Couar. *in cap.4. de ſponſ. cap 4. lib.1. à n 7 8. & 9*

Ad tertiam quæſtionis partem, an allegans turpitudinem ſuam audiatur. Et videtur quod ſic ex 38 noſtro textu , cum maritus iurans non accuſare vxorem adulteram , allegans turpitudinem ſuam celando delictum vxoris, nihilominus ſuſtineatur in ſuo iuramento. Et confirmatur primo , nam talis allegatio ſuſtinetur , quando allegatur turpitudo , vel excipiendo , vel replicando , vel defendendo Tiraquellus *de retract. lib.1. §.1. gloſſa 2. num.15. & gloſſa 14. num.14. & gloſſa 18. num.72.* Bernardus Diez de Luco *reg.24. limit.2.* Felinus *in cap. ſciſcitatus, num.1. de deſcriptis* verb. *non ſe excuſat.* vbi reſtringit vbicumque turpitudo eſt detecta ab alio. Quam à comittente per confeſſionem vel per ſententiam , quod & Bernardo *in 4. limitatione* placuit , & idem voluit Aretinus *conſ.95. dubio 3.* & Alexandr. *conſ.3. col. penult. volum.3.* videndus Baldus *in l 1. Cod. de ſeruis fugitiuis ad finem.* † Idem confirmatur , vt 39 quando vertitur periculum animæ ſicut docet Bernardus *vbi ſupra limit.5.* bene & optime per Palacios *in repetit. cap. per veſtras de donat inter. col.43. & in repetit. Rub. eiuſdem tit. §.51. num.9. fol.32.* vbi dicit procedere quando quis eam allegat contra ſe , & in ſui præjudicium , vt & Bernardus dixit *limitatione 10. dict. reg.24* & Barbatia *in cap. inter dilectos, col.2. & 3 de donat.* Cyriac. *infrà* vel quando quis allegat turpitudinem ſuam quoadiuuandum intentionem , dumtaxat , vt docent Ripa *in l. nemo poteſt , ff. de legat 1. n 19.* & Guttierrez *ibi num 398.* vel vbi actus fuit reprobatus; quia tunc licet turpitudinem ſuam allegare , Felinus *in cap capitulum de reſcript. n.3.* & Cyriacus *infra, cont.3.5.* multis probat *n.16. & 17.* quod turpitudo propria , vel authoris, poteſt allegari excipiendo, & replicando, & quod licet eam allegare ; quando agitur de damno vitando , quod verum dicit ibi *n.22. & 23.* etiam ſi vterque ageret de ipſo damno vitando, & quod eam allegans , non repellitur , quando is contra quem allegatur , fuit illius particeps *ibi n.24* qui *n.25.* addit vt poſſit allegari, quando actui lex expreſſe reſiſtat, & *n.26.* vt ea liceat allegari, quando factum eſt impoſſibile impoſſibilitate iuris, hæc, & alia multis comprobans.

Regulariter verò dicendum eſt non audiri al- 40 legantem turpitudinem ſuam ex textu, *l. ſi creditoribus, C. de ſeruo pign dato manumiſſo l. cum profitearis , Cod. de reuocand. donat. l. tranſactione finita,*

Cod. de tranſact. l. alias, ff. hoc tit. l. penult. tit. 22. *p.* 3. *l.* 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* docent Felin. *in cap. lator de re iud.* limitat Benedictus Capicis *in tract. ſuo reg.* 23. idem Felinus *in cap. tertio loco de probat.* Bern. Diez de Luco *d. reg.* 24. vbi benè eius Additionator, & Gratian. *reg.* 477. & idem Bernardus ſcripſit de hac regula cum vna ampliatione, &
41 duodecim limitationibus. † Qui eam limitat *limitat.* 11. quando Reus allegando turpitudinem ſuam, oſtendit actorem carere actione: videndus Damaſius *in ſuis regulis reg.* 121. *allegans turpitudinem*, Andreas Alciatus *in cap. cum contingat*
42 *hoc tit. num.* 183. † Vbi limitat quando actus eſt contra legem, de quo etiam Bernardus *ſuprà limitat.* 12. Gratian. *num.* 9. *&* 10. vbi cum multis Franciſc. Turcanus *regula* 19. & latiſſimè Tira-
43 quell. † Qui eam limitat, vbi allegatur ſimulatio *libro* 1. *de retract.* §. 1. *Gloſſa* 2. *num.* 15. *&* 16. & rurſus, §. 1. *gloſſa* 18. *n.* 20. 24. *&* 25. Matienco *in l.* 7. *tit.* 11 *gloſſa* 7. *lib.* 5. *recopil.* Et vltra omnia videbis de regulæ materia Ioannem Bellon *in communibus iurium ſententijs in littera A*, in propoſitione incipienti, *allegans ſuam*, Zaſium *in Rheto. pag.* 117. Baldum *in dicto cap. tertio loco à n.* 8. *de præſumpt.* Felinum *in cap. Debitores hoc tit. n.* 12. Iaſon *in l. Iuſiurandum*, quod excommunicatione, §. *fin. ff. hoc tit.* Hipolytum *conſ.* 19. *n.* 6. & *conſ.* 28. *n.* 19. Tiraquell. *lib.* 1. *de retract. dicto*, §. 1. *gloſſa* 18. *n.* 20. & de cauſa ceſſante, *limitat.* 2. Aliqua congeres quæ dico *in c. conſanguinei* 11. *de ſent. & re iud. q.* 1. verſic. *ad tertiam*; & de hoc dubio ſub diſtinctione plura congerit nouiſſimè Cyriacus *tom.* 2. *cont.* 355. vbi *n.* 18. quod allegatio turpitudinis licita eſt per indirectum; & quod non impeditur eius allegatio, quando iam fuit detecta, *ibi n.* 22. & *ibi n.* 2. *&* 3. quod non auditur turpitudinem detegens eius, cuius eſt hæres, & procedere, etiam in ſingulari ſucceſſore habente cauſam lucratiuam.

44 Ad quartam quæſtionis partem, an poſſit quis approbare mores, quos reprobauit per textum noſtrum principalem *in dicto cap. quemadmodum*, agunt nonnulli de hoc dubio, quatenus loquitur de eo, qui promiſit matrimonium de futuro mulieri, quam ſciebat cum altero fornicatã, & idem ponderari quit ex eo, §. quatenus loquitur de marito pactum ineunte, & promittente, ſeu iurante de non accuſando vxorem adulteram, an autem queat eum pœnitere, & econtra queat, poſſit reprobare mores, quos antea approbauit, hoc eſt adulterium ſuæ vxoris, & de iure video pro negatiua præberi reſponſum, *ex c. nulli* 5. *de accuſat. l. ſi vxor* 15. § *fin. ff. ad leg. Iuliam adult.* nec enim quemquam poſſe aliquid objicere, quod ipſe noluit ſeruare, *ex cap.* 3. *de exceptionib. cap. pro illorum de præb. cap. bona* 23. *de elect.*

45 Sed explicat Gl. *in cap.* 2. *de except.* verb. *præterea*, regulam præfatam procedere in accuſando, vel denunciando, vt dixit text. *in c. in præſentia* 46. *de ſent. excommunic.* ſecus autem ſi voluerit reprobare, aut repellere excipiendo: quo caſu dicit Panormit. *in d cap.* 2. *de except. num.* 7. vt poſſit quis mores alterius improbare, quos antea approbauit faciunt nonnulla, quæ adduxi, *ſuprà in cap. teſtimonium de teſtibus.* Verum obeſt huic interpretationi textus, *in d. l. ſi vxor* 13, §. *fin. ff. ad legem Iuliam de adult.* vbi de exceptione agitur, & dicitur non poſſe quem reprobare mores, quos antea approbauit, & facit textus, *in l. cum mulier, ff. ſoluto matrim.* vbi maritus non poteſt excipere de adulterio vxoris, cuius mores approbauit. Et eâ ratione attentâ, poterit maritus prædictam exceptionem adulterij objicere mulieri agenti pro dote in caſu ſibi permiſſo.

Ex quo aliter reſpondent Panorm. *in d. cap.* 2. *de except. n.* 7. Felin. *n.* 9. Decius *n.* 5. Pariſ. *n.* 20. Pelacios Rubios *in cap. per veſtras de donat. inter*, §. 11. *num.* 2. docentes diſtinguendum eſſe: nam vel approbatio, vel etiam habilitatio pendet à voluntate approbantis, & eo caſu procedere regulam relatam, videlicet, vt quem ſemel approbaui, reprobare non poſſim. † Vnde Balboa *in d. cap.* 2. dicit ſic intelligi poſſe noſtrum textum, & textum, *in c. accepimus* 23. & ibi ego *de ætate, & qualit. ordin.* vbi Epiſcopus, qui aliquem ordinauit, non poſſit eum beneficio reprobare vt indignum, niſi ex cauſa ſuperuenienti: ſic notat Dec. *ibi n.* 5. ex regula textus, *in l. vt gradatim*, §. *ſed reprobari, ff. de muneribus, & honoribus.* † Et eodem modo procedere textum, *in d. l. ſi vxor*, §. *fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* qui loquitur de marito approbante mores vxoris, & textus, *in l. Pomponius, ff. de negot. geſtis*, dum loquitur de Domino approbante geſta à ſuo negotitaorum geſtore. Aut non pendet à voluntate approbantis, & tunc non obſtante illa tacita approbatione, rectè poſſe quem ſaltim excipiendo, impugnare illum, quem ſemel approbauit. 46 47 48

Sed adhuc his impugnat text. *in d. c. nulli de accuſat.* quatenus *ibi* non pẽdebat à voluntate Epiſcopi approbare mores familiaris, quia ſolùm facere poſſumus, quod licitè poſſumus ex textu, *in cap. faciat homo* 22. *q.* 2. & nihilominus reprobare nõ poteſt quem approbauit in illa ſpecie. Verum reſpondetur ex Gl. *in d. cap.* 2. *de exceptionib. ad finem*, text. *in d. cap. nulli loqui de Epiſcopo*, qui illum vltra participationem in familiaritate induxit, & admiſit, & ſuæ domi detinuit: quapropter in odium Epiſcopi ſpecialiter, *in d. cap. nulli ſtatutum fuit*, vt Epiſcopus non admittatur ad reprobandum quem ipſemet approbauit, expendit *ibi* Balboa *n.* 119. obiter explicans textum, *in d. cap.* 2. *de exception.* 49

Ad quintam quæſtionis partem, an iuramentum rei impoſſibilis, cuius pars poſſibilis ſit, obliget? Et ſuppoſitis quæ adduxi, *in cap. debitores* 6. *hoc tit. q.* 4. ex verſic. *ad tertiam*, cum aliis veriſſimilis vſque ad finem, & cum ex regula textus noſtri *in hoc* §. *fin.* Th. Sanch. *de matrum lib.* 9. *diſp.* 35. *n.* 6. deducat iuramentum, quod integre obſeruari nequit, ſeruandum eſſe quoad partem poſſibilem, nempe quando obligatio eſt diuidua, & non per modum vnius cõtracta; quod idem debet eſſe de voto. † Ideo breuiter cũ eo, & ab eo adductis diſtinguendũ eſt, vt quando vtraque pars promittitur per modũ vnius, obliget iuramentũ, ſeu votũ, ſecus quando per modum plurium, quoniã tunc eſt virtute duplex iuramentum, ſeu duplex votũ; non enim vtile per inutile vitiatur, *ex reg. vtile de reg. iur.* quam intelligunt Dinus *n.* 4. Iaſon alios referens, *in l.* 1. §. *ſed ſi mihi, n.* 4. *ff. de verb. oblig.* quando vtile eſt ab inutile ſeparabile. Quod ſi dubites qualiter hoc intelligatur, præcipuè ſi non conſtat de iurantis intentione, reſpondeo cum triplici diſtinctione: nam ſi res eſt indiuidua, cenſetur per modum vnius promiſſa; & ſic obligare iuramentum, ſeu votum ad totam, vel ad nullam. Quod ſi pars poſſibilis apponitur, vt circunſtantia, & accidens rei principaliter promiſſæ ſub iuramento, quæ mala, indifferens, 50 51

aut

aut impoſſibilis eſt, tunc erit promiſſio per modum vnius, ac proinde iuramentum, ſeu verum erit totum irritum; quia acceſſorium ſequitur naturam principalis *ex reg. acceſſorium de regul. iuris*; & quia ex modo appetendi, deducitur rem bonam promitti dependenter ab alia; ſiqui-
52 dem vt eius circunſtantia promittitur. † Econtra verò, ſi res principaliter promiſſa, eſt bona, & poſſibilis, modus autem malus, vel impoſſibilis, allegabit votum rei principalis, reiecto modo, quia cum alio non conſtante, cenſetur voluntas ferri in obiecta ſecundùm eorum naturas; & cum principalis rei ea ſit natura, vt minimè ab acceſſoria dependeat, ſed econtra non erit iudicandum voluntatem ferri in rem illam bonam principaliter promiſſam dependenter à modo: & ſic optimè dixit Emanuel Sà verb. *votum*, verſic. *in voto ſeruandum*, obligare votum poſſibile, & honeſtum, omiſſo impoſſibili modo, & inhoneſto.

53 Et †ſic defenditur quod tradunt Nauarrus *in Summa Latina, cap. 12. n. 43.* verſic. *ex quibus infertur*, Manuel 2. *tom. ſum. cap. 92. n. 1.* & Sanchez cum aliis dicta *diſput. 35. ſub num. 7.* ſcilicet vouentem ire Hieroſolymam, genibus flexis, aut ſerpentem in ore geſtando, teneri ire, modo illo rejecto; quia principalis res promiſſa fuit bona, & poſſibilis: alia adducit *ibi* Sanchez, vbi *n. 8.* ait quod ſi dubium ſit ex parte vouentis, aut materia ſit promiſſa poſtmodum vnius, nullum eſſe iuramentum promiſſorium, ſeu votum, quia in dubiis eſt præſumendum pro libertate iurantis, aut vouentis.

54 Ex his infero ad intellectum D. Thomæ 2. 2. *quæſt. 88. artic. 3. ad 2. & quæſt. 89. art. 7. in corp.* D. Anton. 2. *p. tom. 11. cap. 2.* §. 3. Cartuſiani 4. *diſt. 38. quæſt. 2.* Caietani *Summa*, verb. *votum, cap. 4.* Abulenſis *cap. 30. num. quæſt. 56.* Turrecrematæ 17. *quæſt. 1. in ſum. art. 4* Nauarr. *cap. 12. ſum. num. 39.* dicentium ob ſuperuenientem impotentiam implendi totam rem promiſſam, non ceſſare obligationem implendæ partis poſſibilis, qui ſunt intelligendi, quando res promiſſa eſt diuidua, ac conſequenter, non per modum vnius promiſſa.

55 Infertur ſecundo vouentem ieiunare tota Quadrageſima, nec id potentem, impleri teneri ad partem, quam poteſt, vt tradunt Sotus *in lib. 7. de Iuſt. q. 1. art. 3. circa medium*, Aragon 2. 2. *quæſt. 88. art. 2.*

56 Infero tertio puerum 14. annorum vouentem ieiunare omnibus diebus vitæ ſuæ, tantùm teneri ad partem, quam obſeruare commode poteſt abſque ſui officij, & rerum ſuarum detrimento: quæ docet Sanchez vera eſſe; quia earum obligatio fuit diuidua, *dicta diſp. 35. lib. 9. de matrim. ſub num. 5.* Corduba *ſumm. quæſt. 151.* Emanuel 2. *tom. ſum. cap. 99. num. 8.* Vega 2. *tom. cap. 129. caſu 113.*

57 Quibus intelliguntur Bonacina *tom. 2. diſp. 4. q. 1. puncto 4. n. 1.* Trullenq. *in opere morali, p. 2. cap. 1. dubio 8. n. 1.* dicentes quod quando materia iuramenti partim eſt illicita, partim licita, partim poſſibilis, partim impoſſibilis, ſit ſeruandum quoad partem licitam, & poſſibilem.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVI.
Etſi Chriſtus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iſte continet amplam materiam de iuramento, nam ex primis eius verbis: *Etſi Chriſtus præceperit ſecũdùm Euangelicam veritatẽ ſit ſermo veſter eſt, eſt, non, non,* &c. improbari videtur actus iurandi, vt patet ex verſic. ibi: *quod amplius eſt à malo eſt*, & pro vero intellectu leges Suarez *tom. 1. de relig. lib 4. de Iuram. c. 1. & 2.* vbi an licitum ſit iurare? Et de requiſitis iuramenti? Et an iurare ſit actus religionis? *ibi cap. 4. & c. 6.* an finis iuramenti, ſit veritatis confirmatio? Et de modis iurandi, *cap. 13.* & an quis poſſit iurare? *cap. 14.* Et an Chriſtus Dominus, & Angeli poſſint iurare, *d. cap. 14. & 15.* Et an detur præceptum affirmatiuum iurandi? idem *lib. 3. de relig. c. 1. & 2.* Et an iurare conueniat Tenas *in Epiſt. ad Romanos cap. 6. dif. 4.* Quod ſit iuramentum, Azor *lib. 11. mor. cap. 2. 3. 4. 5. & 6.* De modis iurandi Sanchez *tom. 2. moral. lib. 3. de Iuram cap. 2.* & ad propoſitum textus noſtri *cap. 5.* & de circunſtantiis iurandi *c. 1.* copioſè Arboreus *lib. 9.* Theodoſ. *cap. 19.* & notabiliter de prima parte noſtri textus Balboa *hic à num. 1.* proſequuntur cum multis Graña, & Barboſa *hic*, quos omnes leges cum relatis per eos. Et applicabis dicta *in Rub.* verſic. *vnde etſi.* II. Et in verſic. ibi *per creaturam*, an liceat per creaturas iurare? idem Suarez *vbi ſuprà c. 5.* Et an obliget factum per creaturas, idem *lib. 2. de Iuram. cap. 5. & 6.* de quo ſcribunt adducti à Barboſa *hic n. 2.* benè Balboa *à n. 30.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum 2. p. §. 1. & à n. 5.* Trullenq. cum multis nouiſſimè ab eo relatis, *in opere morali, lib. 2. cap. 1. n. 1. & 2.* explicant adducti à Barboſa *hic n 3. & 4. & ſuprà* dixi *in Rub.* verſic. *aliud*, & in verſic. ibi: *nolite iurare omnino, nec per cælum, nec per Hieroſolymam, nec per caput tuum*, &c. adjunges dicta *in verſic. præced.* item, & quæ Doctores tradunt de formulis iurandi, de quibus aptè interrogari poteſt in textu noſtro in verſic. *& iurabunt viuit Dominus*, de quibus Bonacina *tom. 2. diſputat. 4. puncto 1.* cum infinitis Trullenq. *in opere morali dicto lib. 2. cap. 1. dubio 4.* De nominibus, & ſpeciebus Iuriſiurandi Donellus *libro 24. Comment. cap. 24.* & per præfata verba inquirunt Doctores de blaſphemantibus, de quibus *in tit. de maledicis.*

III. Et in verſic. ibi *in veritate, & Iudicio, & Iuſtitia*, cum multis Barboſa *hic à n. 45.* vbi de his tribus iuramenti comitibus, nempe quod fiat cum veritate; cum Iudicio, & cum Iuſtitia: quæ omnia expendunt adducti etiam à Trullenq. *d. cap. 1. lib. 2. à dubio 5.* Et ad declarationem horum trium requiſitorum leges D. Thom. 2. 2. *quæſtione 89. artic. 3.* Nauarr. *in manuali cap. 12. num 3.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum 1. parte, §. 6.* vbi de iuramenti comitibus, & requiſitis.

IV. Et in verſ. ibi: *& cur ſit iurandũ?* Reſpõdeo, & veritas pateſiat, & controuerſiæ finis, ſit iuramentũ iuxta dicta *ſup.* ad Rubricam, & quæ dico

infrà in cap. item & quæ adduxi, *ſuprà in cap.2. de probationibus*, & vt *ſuprà* notaui, latè Suarez ſcribit *cap.6.* an finis iuramenti ſit veritatis confirmatio?

V. Et *ibi* in verſic. *Angelus quoque*, &c. An Angeli poſſint iurare? benè idem Suarez *dicto cap.14. & 15.*

VI. Et ibi in verſic. *Chriſtus*, an Chriſtus poſſit iurare? idem Suarez *d. cap.14.*

VII. Et ibi: *quædam enim prohibentur, quia per ſe mala ſunt, vt furtum, adulterium, & huiuſmodi, quædam ex cauſa.* Per hæc verba poſſent non minima, diſputari de his, quæ per præcepta decalogi prohibita ſunt; quia mala, & de aliis, quæ tantùm prohibentur in cauſa; non quia mala ſunt, ſed propter immoderantiam operantium; item & ea, quæ tradunt Doctores de peccatis cum D. Thoma 1.2. *quæſt.71. & in 2. ſentent. diſt.37.*

VIII. Et ibi: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, adjunges quæ trado *in cap. à crapula de vita, & honeſtate Clericorum.*

IX. Et in verſic. *Sed tamen prohibetur ex cauſa; quoniam ex frequenti, & incauta iuratione.* Per hæc verba poteſt agi de conſuetudine iurandi; & ſic de aſſueto ad iurandum, qui debet reputari periurus. Aliqua hic Balboa *à num.80.* ſed vt explices adiunges quæ latè adduxi de peierantibus, & aſſuetis ad iurandum, *in c. breui 17. hoc tit. quæſt. fin.*

X. Et ibi in verſic. *licet debeatis eſſe viri perfecti*, & ibi: *Volentes tamen indemnitati veſtri Monaſterij prouidere, ne propter defectum teſtium.* Et ibi, *poſitis in cauſis eiuſdem, deficientibus alijs teſtibus pro ipſo perhibere teſtimonium veritati.* Ad hæc verba adjunges quæ adduxi, *in cap. cauſam quæ*, & *in cap. cum deputati 16. de Iudiciis*, vbi an liceat Monachis ſtare in Iudicio? Et dicta *in cap. 5. de probat.* vbi an *Monachus teſtis eſſe poſſit in cauſa ſui Monaſterij?* Et *in cap. inſuper 6. in cap. ſuper eo 22. cap. tuis quæſtionib. 29. cap. nuper 51. de Teſtibus*, vbi etiam in dictis Iuribus ago de quæſtione, an *iſti Religioſi, ſeu Clerici, vel alia perſonæ poſſint eſſe teſtes in ſua cauſa Monaſterij, ſeu Eccleſiæ, aut ſuorum cognatorum, & propinquorum?* Et *in dicto cap. 51. quæſt.1.* verſic. *ad ſecundam, n.18. & 20.* expendo textum noſtrum.

XI. Et repetitis ad noſtrum textum adductis, *ſuprà* ad Rubricam, & in diuerſis capitibus, vbi dixi de iuramento nullo, ſeu irritando, iniquitatem continente; vel de eo, quod obligat, quia licitum eſt: quæ omnia commodè per verba textus noſtri, agi poterant. Et patent ex aſſignatis proximè, & dictis *ſuprà*, ideo intendo breuiſſimè exponere nonnulla ad textum valde expectantia.

QVÆSTIO I.

An iuramenti interpretatio, expectet ad Iudicium Eccleſiæ: Et an iuramento verba ſint neceſſaria: Et an in iuramento, ſit neceſſarius tactus Scripturæ Euangelicæ: Et an liceat petere iuramentum ab eo, quem ſcio eſſe peieraturum: Et an ſit licitum perſuadere alicui, vt iuret obiectum quidem verum, ſed quod ille ignorat: Et an ſit licitum petere vt iuret de aliqua re, quam ex ignorantia veram eſſe putat, licet reuera, ſit falſa?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſatis obligat verbis ſubintellectis, n.3. 4. 5. & 6. niſi expoſcat expreſſa verba ad eius validationem, ſub n.8.* verſic. *hec, n.9. 10. 11. & 12.*

6 *Iurare ſatis dicitur, qui rogatus, vt iurat, tangit Euangelia, vel crucem, aut exhibet aliud ſignum, vel annuens, n.7.*

8 *Praiuratio dicitur interrogatio antecedens ad iuramentum.*

10 Auth. de mandatis Princip. §. ſed neque.

11 §. 5. tit.9. lib.2. inſtitutionum Cai.

12 Cap. penult. hoc tit.

14 *Iuramentum peti licet, ſi adſit iuſta cauſa petendi ab eo, quem ſcio eſſe peieraturum, veluti ſi mea interſit, n.15. 16. 17. & 18. ſed exactio talis iuramenti eſt excuſanda, dum aliter intereſſe recuperari valet, n 20. Et quãdo dicatur quem ſcire alterum peieratum, num.19.*

16 *Iudex petere poteſt iuramentum ab vno etiam peieraturo ad eruendam veritatem, præcipuè altero petẽte, dum non petatur falsũ iurari, n.17.*

21 *Perſuadere alicui, vt ſuper abiecto vero deponat, aut iure, quo tale eſſe perſuaſus ignorat qualiter liceat, n.21. & 23. Quid econtra à n.24.*

22 *Iurare quem nobilem eſſe, ſeu purum, quali perſuaſione liceat alicui?*

23 *Scholaſticum in ſcholis curſaſſe, quali perſuaſione, ſeu ſcientia à teſtibus Iureiurando deponi valeat.*

24 *Perſuadere alicui ad iurandum de aliqua re, quam ipſe ex ignorantia veram eſſe putat, licet reuera falſa ſit, qualiter liceat, n.25. 26. 27. 28. 29. & 30.*

28 *Perſuadere vt fiant ab aliquo, quæ intrinſecè mala ſunt, etiamſi perſuaſus reputet bona, non licet, vt fornicatio, furtum, n.29. & 30.*

EX noſtro textu video DD. diſputare de prima quæſtionis parte, videlicet, an iuramenti interpretatio ſpectet ad Iudicem Eccleſiæ; ideo leges quæ adduxi, *ſup. in cap. nouit de Iudic. q.9. & q.13.* Et adducta *in cap.1. hoc tit.* vbi egi de Iudice, ad quem ſpectet relaxatio, ſeu condonatio iuramenti? Et ad hoc propoſitum adduxi alia in nonnullis capitibus noſtri tituli, & de noſtro dubio longè per noſtrum textum Balboa *in c.2 de Iudic. à n.158.* ſed quia omnia, quæ ipſe ſcribit reducuntur ad quæſtiones citatas, & commendatas, eas leges, ne prolixa repetitione prolixus fiam. 1

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ad iurandũ, verba ſint neceſſaria, & ſi neceſſaria, an certa, & determinata? Et quoad primum dubium videtur 2

tur dicendum,ſemper verba prærequiri, nec ſatis eſſe,vt ſubintelligantur, probatur ex Textu noſtro,& *ex cap. & iurabunt 7. cap ſi peccatum 14.22. q. 7. Authentica de mandatis Principum*, §. *ſed neque*,ibi:*verba*,id eſt,*Iurandum*, collatione 3. item ex Cajo *lib.2.tit.9. de obligationibus*, §.5.vbi alloquitur ſic, *Item & alio caſu,vno loquente,& ſine interrogatione alio promittente,contrahitur obligatio,id eſt ſi liberto,patrono, aut donum,aut munus, aut operas ſe daturum eſſe iurauerit:* Etenim ex præfatis verbis recenſet Caius obligationes, quæ ex verbis oriuntur,ortam ex Iureiurando à liberto præſtito etiam dici. Et confirmatur ex Textu *in cap. penult. hoc tit.* vbi ſtatuitur Iuramentum ex ſolo conſenſu iam ſemel præſtitum,ad alia non extendi,niſi quia defecerunt verba;& ſic Bartol.& antiquiores, quos ſequuntur Aſinius *de executionibus ſententiarum,cap.*11. § 8. Selua *de Iureiurando. quæſt.*2 *n.*2.Azor.*tom.*1. *inſtit. mor.* Zeuallos *pract. cap.*406 *ex num.*1.cum aliis reſoluunt, quod & ſi non certa,præſcripta,ſiue ſolemnia verba ſint ad Iuramenti vim, neceſſaria verba tamen aliqua; quibus iurantis mens, & intentio inſinuetur requiri;ſic Filiucius *tom.*2.*tract.*25.*cap* 2.*quæſt.*1.*n.*9. vbi dicit, vt quando Iuramentum homini præſtatur,debet ei innoteſcere voce,aut aliquo ſigno ſenſibili.

3 Verum ſatis Iuramentum proferri verbis ſubintellectis,& non expreſſis, communior eſt Doctorum ſententia nulla equidem verba ſunt neceſſaria,etiam in eo qui loqui poteſt;quia ſine vlla locutione exteriori,ſola mente poteſt Deus in teſtem vocari;fit namque Iuramentum Deo, qui eſt mentis inſpector,& conſiſtit formaliter in intellectu; quia conſiſtit in locutione mentali, ſeu inuocatione diuini nominis, quæ verbis ſubintellectis fieri valet,vt notant Silueſter verb. *Iuramentum* 2.*quæſt.*1. & alij. quos ſequitur Sairus *in Claui Regia, lib* 5 *cap.*1. *num* 8. Trulench. *in opere morali,cap.*1.*lib.*2.*dubio* 1.*num.*2. *&* 3. & patet ex Textu *in cap.debitores cum aliis, hoc tit.* & Suarez *tom* 2.*tract* 6.*lib.*1 *cap.*2 *num.*1. hoc probat, quia & votum ſine verbis fieri poteſt,*cap.fin.de voto*,eo quod fiat Deo, qui ſcrutator ſolius mentis eſt, *c. erubeſcant.* 32. *diſtinctione:* quare apud Strobeum, *ſermone* 25.reperitur *firmum Iuramentum eſt, ſi ſolum annuero* & item vere iurauit ille qui rogatus, aut iuſſus, vt iuret manu crucem, aut Euangeliorum librum tangat ſi intendat, & ſignificet ſe iurare,vt optime probat Faquineus *lib.*4.*cont c.*8. Anaſtaſius Germon. *libro* 3. *de Sacrorum immunit. cap.*21.*num.*45.Seraphinus *de priuilegiis Iuram.priuilegio* 22.*num.*106 & ſic admittendum etiam in his,qui loqui poſſunt,ex multis Zeuallos *in pract. dict. cap.*406 *num.*2.& veram eſſe ſententiam,non tantùm quoad Deum,ſed quoad Eccleſiam, docet Thom.Sanchez *lib.*3.*operis moral.cap.*1.*num.*2. *& cap.*2.*num.*12. Pichardus *in* §. *ſi quis poſtulante, inſtit.de actionibus,num.*43.qui ſentit vt & ſi Iuramentum ſine verbis non conſiſtat,hoc intelligi, ſi non expreſſis tamen ſub intellectis ſaltim: & ſubauditis periuris interpretationem.

4 Et probatur hæc pars,quia teſtis debet neceſſario iurare,vt latè dixi,*ſupra, in cap. quoties* 5. *de teſtibus*,& probant iura *in l. Iuriſiurandi* 9.*l ſi quando* 19 *Cod.de Teſtibus.* Maſcardus *de probationibus, concluſ.*743.*num* 18. Collerus *deciſ.*196. Seraphinus *de priuileg.iur. priuileg.*30. Petrus Surdus *deciſ.*12.*num.*7 Tuſcus *ſingul.*86.*verbo Iuramentum*, ſed mutus poteſt eſſe teſtis,vt probat Textus per argumentum ab ſpeciali,*in* § *teſtes inſtit.de Teſtibus*,*Gloſſa in cap.teſtis* 3.*quæſt* 9.communiter recepta ſecundùm Alciatum *in Rub. extra de Iureiur. n.*21.Galiaula *in l.*1.*n.*78 *ff. de verb. obligat.* Ergo poteſt ſine verbis iurare.

Et ſic idem intelligitur de ſubſcribente ſcripturam aliquam, in qua Iuramentum continetur; quia illa ſcriptura, ſiue ſubſcriptio, eſt quædam illius denunciationis Iuramento firmatæ conteſtatio vt perinde ſit,ac ſi diceret, *ita Iuro*. cum ſit tacita Dei inuocatio in ſcripturam redacta, quæ non ad obligationem fit,ſed ad probationem *l.contrahitur* 4.*ff. de pignorib. c. quoniam contra falſam de probat.*vbi Innocent.& Panor.& alij, quos *ibi* ego retuli. 5

Vnde euenit vt qui rogatus vt iuret, tangit Euangelia,vel crucem,vel exhibet aliud ſignum, quo,ſe iurante, indicet, iurare cenſetur, vt indicant Thomas Sanchez *dict.lib.*3.*operis mor.cap.*1. *num.*1.Sayrus *in claui Regia,lib.*5.*cap.*1.*num.*8. Pichardus *dict.* §.*ſi quis poſtulante,dict.n.*43. vbi ſcribit eadem omnia, quæ ab interrogante ſcribuntur,clara,& aperta voce (quæ præiurationem recte appellabis) eadem inquam & ſi taceat ab eo, qui iurat ad amuſſim,repetita cenſeri ſigno quouis,poſtea quo ſe id firmare,vel negare adſtruat: argum.Textus *in cap.præterea de inutilibus ſtipulat.* ex eo quia Iuramentum eſt præſtandum ad petentis intentionem,quæ cum non niſi verbis exprimatur, verba eadem repetita creduntur, nec alias quis poſſet periurij reus poſtulari,ſi nec loquatur,nec annuat,nec ſignum aliquod quo ſe iurare ſignificet, exhibuiſſet. † Et quemadmodum qui ad fidei profeſſionem, ſiue audita ſiue lecta, ea reſpondit (*ſic profiteor*) vt adduxi latè,*in c.*4. *hoc tit.*eadem omnia repetiiſſe iudicatur,ſic & qui interrogatus,*an iuret*,capite annuit,aut alio ſigno ſe idem firmare:alia ex bonis litteris adiungit Pichardus *ibi à n* 45. 6 7

Etenim præfata interrogatio *præiuratio*, appellatur exemplo qui in militia ſine verbo *Iuro* præiurationem faciebant.Etenim *præiuratio*, quam hi facere dicuntur, qui ante alios, conceptis verbis iurant,hoc eſt qui aliis Iuramenti formulam præbent:nam in ea poſt primam formulam prænunciantem apud legionis Tribunos ſequens tantum dicebat,*idem in me eſt*.Feſtus Pompeius verb. *præiurationes*,Turbenus *lib.*5.*aduerſariorum,cap.*10.Iuſtus Lipſius *lib.* 1. *de militia Romana dialogo* 6. *in princ.*re enim ipſa quibuſcunque verbis diuinum teſtimonium inuocatur,in quo Iuriſiurandi ratio conſiſtit,vt iam adduxi. Hæc enim regulariter procedunt, niſi aliàs verba expreſſa in iure, ſpecialiter exigantur in iurante:& ſic in Papa iurante,expreſſa verba requiruntur,vt refert Baronius *t.*1.*annal.anno* 869.*fol.*432. & in Imperatore iuxta Textum *in cap.tibi Domino* 33. *diſt.*63. & in Epiſcopo *dict. cap.*4. *hoc tit.* vbi latiſſime videbis de formulis prærequiſitis in iurantibus; item & in accipientibus feudum,*cap.*1.*de forma fidelitatis in vſibus feudorum*:applicabis dicta *ſupra in cap. veritatis hoc tit.*& in Iuramento purgationis,*cap quoties* 17.2. *quæſt.*4. idem in abiuratione, vt probat Textus *in cap.ego Berengarius* 42. *de conſecrat. diſtinct.*5.vt ſæpe vidi practicari in Tribunali ſanctæ inquiſitionis reſpectu reorum reconciliatorum ad fidem. Et idem probat in homagio apud nobiles Hiſpanos *lib.* 4. *tit.*16. *p.* 4. de quo dixi, *in dicto cap.* 4. *& in dict. cap. veritatis, hoc titulo.* 8

9 Iam ergo non obſtant fundamenta contrariæ ſententiæ, quibus verba expreſſa in iuräte requiruntur, non primum ex noſtro Textu: nam ex dictis, & ex contextura illius ad ad affirmationem, vel negationem ibi requiſitam, ſufficiunt verba virtualia, vt etiam contingit in matrimonio in quo requiritur conſenſus, & ſufficit expreſſus, quibuſcumque ſignis, etiam in valentibus loqui, *c. is, qui fidem* 30. *de ſponſal.* & in matrimonio ſpirituali probat Text. *in c. vidua* 4 *de reg.* & vtrobique DD.

10 Non ſecundo Textus *in dict. Auth. de mandatis Princip. §. ſed neque*, quia vt aduertunt adducti pro noſtra ſententia, locus ille non loquitur de Iuramento ſed de fide publica, aut priuilegio, ſiue ſecuritatis diplomate vulgò *ſaluo conducto*, ad quod verba neceſſario, & præciſè requirnntur, quemadmodum ad publica fœdera, & pacta, atque priuilegia Iureiurando confirmata verba requiruntur Azor. *t.* 1. *mor. lib.* 11. *q.* 4. verſic. *tertia opinio*, ex multis exemplis apud Briſonium *l.* 4. *de formulis*, *pag.* 399.

11 Nec obſtat *ibi* adductus Cai Locus *d. lib.* 2. *inſtit. tit.* 9. §. 5. nam præterquam quod viris doctis liber ille inſtitutionum Cai ſuſpectus ſit, vt notat Donellus *in proœmio ad titulum de verb. oblig. n.* 9. non ex eo, quod in eo Iuramento, quod à liberto donum, munus, operas promittente præſtatur Patrono, verba Iuriſconſultus requiri probet, manet in omnibus Iuramentis, verba ad eorum ſubſtantiam requiri, niſi in caſibus à iure expreſſis, nec ex verbis eo caſu, ſed ex Iuramento obligatio naſcitur, optime aduertit Donellus *vbi ſupra*, *num.* 10.

12 Non enim obſtat Textus *in d. c. penult. hoc tit.* quoniam vt recte docet Couarruuias agens de hac quæſtione ad amuſſim *in c. quamuis pact. initio, num.* 5. *p.* 1. Sayrus *in claui Regia d. n* 8. Thomas Sanchez *vbi ſupra c.* 17. *n.* 20. Pichardus *in dict. § ſi quis poſtulante inſt de actionibus, à n.* 39. dicentes (& vt in eo dico) longe in alia ſpecie Textum illum loqui, nempe quod Iuramentum ſemel præſtitum non poſſit ſimpliciter ſine nouo conſenſu Iurantis extendi ad alium caſum ex ſola vi Iuramenti, niſi expreſſim iterum fiat; non enim expreſſa verba ibi requiruntur, ſed dubium fuit, an extenderetur ad nouos caſus vltra intentionem, & mentem iurantis, quod non admittitur; eo quod cum Iuramentum actus ſit voluntaris vltra præſentem, ſiue iurantis intentionem, & voluntatem non extenditur, *l non omnis ff ſi certum petatur*: vt iam alibi dictum eſt: Et ita tenendum licet Zeuallos *d. q.* 406. *num.* 4. referat opinionem aliorum dicentium in valentibus loqui ſemper eſſe verba neceſſaria: Optime expedit Textum illum Barboſa *in additionibus*, cum Lælio Mancino, vti ego refero *in d. c. q* 1. verſic. *ad ſecundam*.

13 Ad tertiam quæſtionis partem an in Iuramento ſit neceſſarius tactus ſcripturæ? de qua diſputant Doctores per Textum noſtrum ex verbis ibi, *teſtis eſt mihi Deus*, late dixi *ſup. in c. ego N.* 4. *hoc tit.* vbi videbis, *q.* 2.

14 Ad quartam quæſtionis partem an liceat petere Iuramentum ab eo, quem ſcio eſſe peieraturum? De qua ſolent Doctores inquirere per Textum noſtrum, in verſic. ibi: *ſed exigentium Iuramẽtum*, & negatiuam ſententiam docet ex D. Thom. Siluius *in* 2 2. *q* 98. *art.* 4. *concl* 4. Sotus *de iuſt. l.* 8. *q.* 2. *art.* 14. Baſilius *de Matr. lib.* 5. *c.* 18. §. 8 *num.* 17. Vaſquez *opuſculo de ſcandalo, q.* 43. *art.* 8. *dub.* 1. Bonauentura, Ricardus, Turrecremata, & alij, quos refert Suarez *t.* 2 *de religione, lib.* 3. *de Iuram c.* 15. *n.* 10. qui dicunt ſic Iuramentum petentem, ſi ſciat Iuramentum eſſe peieraturum, vel paratum, vt peieret, grauiter peccare; quia in tali exceptione Iuramenti nihil boni eſt, ſed dumtaxat veritas per eiuſmodi Iuramentum euertitur, vel obſcuratur, & probat Siluius ex ſancto Auguſtin. *ſermone* 11. inter Pariſienſes, qui eſt 2. *de decollatione ſancti Ioannis & ſermone* 28. *de verbis Apoſtoli, c.* 11. refert ad litteram, exempla, quibus vtitur Auguſtinus, Diana *p.* 5 *tract.* 7. *reſ.* 9. & reſoluit Siluius ex diſcurſu vtriuſque ſermonis Auguſtini, rationem eſſe, quia ſcilicet nulli iuſto vſui deſeruit eiuſmodi Iuramentum; ac proinde non ſubeſſe cauſam rationabilem illud recipiendi.

Verùm Suarez *vbi ſupra d. c.* 15. *n.* 10. Diana *d. reſ.* 9. Hurtado de Mendoza, *in* 2. 2. *diſp.* 173. *ſect.* 15 § 197. Salon 2. 2. *q.* 87. *art.* 4. *controuerſ.* 2. Sanchez *lib.* 1. *mor. cap.* 8. *n.* 10. cum aliis, quos ſequitur Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 4. *q.* 1. *punct.* 11. *n.* 3. Trulench. *in opere morali, lib.* 2. *c.* 1. *dub.* 14. & alij communiter tenent licere, ſi adſit iuſta cauſa; & ratio eſt, quia non petitur, nec intenditur periurium, ſed Iuramentum, quod alter poteſt emittere abſque mendacio, & periurium non eſt intentum, ac volitum reſpectu petentis, ſed cenſetur permiſſum. Sin autem iuſta non adſit cauſa, fas non eſſe dicunt, nam ex charitate tenemur Dei offenſam impedire, quoties abſque noſtro damno & commodo poteſt impediri. 15

Et confirmatur primo præfata ſententia: quia homines arriperent anſam ad furta, & alia crimina, ſi intelligerent non licere actoribus petere Iuramentum à falſo iuraturis. Secundo quia alias iudex non poſſet licite exigere Iuramentum in ea occaſione, etiam id petente actore, quia ſi huiuſmodi petitio eſſet intrinſece mala, non poſſet illi aquieſcere iudex, ſed verius eſt vt poſſit petere, ſi pars poſtulat, aut ratio officij exigat, vt cum adducuntur teſtes, nec poteſt ſine ſcandalo id declinare, alias tenebitur ſi aliud remedium poteſt facile adhiberi, ne admittatur peieraturus, explicant D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 4. Suarez *ſupra cap.* 13. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. c.* 43. *dub.* 10. *num.* 49. 16

Et hæc vera ſunt dummodo non petatur, vt Reus iuret falſum, & adſit iuſta cauſa petendi, vt neceſſitas aliqua, aut neceſſitas ad quẽ habet Ius; quod enim petitur poteſt fieri bene, & male à iuraturo, poteſt enim iurare verum; quod ſi falſum iurat, eſt propter ſolam malitiam, à qua exigens Iuramentũ, nõ tenetur abſtinere cum graui damno, & eſſe iuſtam cauſam, probat, vbi ſupra Hurtado de Mendoza, quia petenti intereſt vt ille iuret, non enim poterit perſequi ſuum Ius, niſi iuridice, vt aiunt, niſi ſubſtantietur proceſſus. Et ſic Bonacina cum aliis, *ſupra punct.* 11. *numero* 2. Trulench. *dicto dubio* 14. *ſub, num.* 3. dicunt licere petere Iuramentum ab eo, quem credis peieraturum, ſi magni tua intereſt voti periurio ad fraudes alterius manifeſtandas vt Ius tuum obtineas, ſicut Deus ob bonos fines, mala multa permittit, & Dominus permittit furtum ſerui, & pater filij, vt eorum fidelitatem experiatur, & caueant in futurum. 17 18

Cenſetur tamen aliquis ſcire quod alius ſit peieraturus, ſi vidit eum hoc, aut illum facientem, & tamen is vult iurare quod non fecerit. Item ſi certus eſt ipſum ſibi debere, ac eum hoc 19

non

non ignorare, & tamen is iurare vult quod non debeat:ita Siluius *ubi ſup.* Tamen ſi dubitas;quod ille à quo petitur Iuramentum, ſit peieraturus, aut non,nullomodo peccabit etiam ſine cauſa petens,quia in dubio non debemus præſumere alterum velle peccare, Azor *t.1. mor.lib.11.cap.12. q.2.* Sayrus *in Claui Regia,lib.5.c.5.n.2.& 3.* & alij communiter.

20 Debeo tamen excuſare exactionem illius Iuramenti, ſi aliter quod mea intereſt recuperare valeam; & ſic non eſt exigendum Iuramentum à Clerico de relinquenda concubina;quia metuendum eſt,vt periurium committat. Et his iactis ſatis queunt expendi ſancti Auguſtini dicta, quæ optime explanat Suarez propriis ipſius verbis,& explicat ſanctum Thomam,& alios de petito Iuramento ſine neceſſitate:alia adducunt Hurtado de Mendoza, & alter Hurtado *diſ.18.* & conducunt Doctores de petente Iuramentum ab Ethnico, qui irreligiosè iuraturus eſt propter ſolam eius malitiam vt *infra* dico *in hac q.*

21 Ad quintam quæſtionis partem an ſit licitum perſuadere alicui obiectum quidem verum, ſed quod ille ignorat, reſpondeo cum Hurtado de Mendoza *in 2.2.diſp.173 ſect.15.§.200.* non licere niſi iuraturus, ſibi perſuadeat prius rem ita eſſe probabili fundamento ex quo poſſit formare dictamen practicum de honeſtate Iuramenti; quia iurare ſine eo dictamine, eſt peccatum mortale; ergo inducere ad tale Iuramentum,eſt dare occaſionem grauis ruinæ;ob quod eſt peccatum graue ſcandali: Quod ſi prius perſuadeamus homini veritatem;ita vt ille efformet dictamen practicum de honeſtate Iuramenti licitum eſt illud petere; quia petimus rem licitam.

22 Ob id non peccabit ille qui non eſt iuraturus rem,aliter quam ſcit, vt ſi v.g.aliquis interrogetur de nobilitate Antonij,& docetur ab ipſo Antonio de fundamentis facientibus,ſuper eius nobilitate; quia vel adducit ſenes homines quidem frugi ignaros, vel oſtendit antiquitatis inſtrumenta,& monumenta vetuſta, quibus prudenter creditur rem ita eſſe(argumento eorũ,quæ adduxi,*ſup.in c pen.de probat*) & tunc docet Mendoza *d.q.173 ſect.15.§.200* Diana *p.5.tract.7 reſ.10.* poſſe illum licite iurare Antonium eſſe nobilem, quia ad id aſſerendum,ſatis eſt prudens perſuaſio ſine vlla ratione probabiliter dubitandi.

23 Et exornant præfati alio exemplo, vt ſi v. g. ſcholaſticus vult probare curſum, ad quod eget duobus teſtibus,& adhibet duos amicos, qui illũ non viderunt intereſſe lectionibus, ſed ſatis ſibi perſuadent,illum interfuiſſe, tunc poterunt iurare illum ſcholaſticum interfuiſſe, ſed non iurare illum vidiſſe; quia ad primum habent ſufficientem cognitionem,ſecundum verò illis conſtat eſſe falſum, & Diana *vbi ſupra*, maxime commendat caſus præfatos;quia vt multum frequentes, poſſunt continuo accidere,& non eſſe obuia ait apud DD. quia noua ſunt.

24 Ad ſextam quæſtionis partem an ſit licitum inducere Petrum ad iurandum de aliqua re,quam ipſe ex ignorantia veram eſſe putat, licet reuera falſa ſit:Et pro negatiua ſententia facit,quia nullus poteſt inducere ad actum,quem ſcit eſſe peccatum,etiam ſi inductus facturus ſit illud ex ignorantia,docent Suarez *de religione t.3 lib.de Iuram.c.14.n.8.* Azor *t.1 mor.lib.10.c.11.q.2. §.quæres*

25 Baſilius *de Matr.lib.5.c.18.§.8.n.59.*† Et ſecundum hanc ſententiam non poterit aliquis in Academia petere ab aliquo, vt ſub Iuramento affirmet petentem audiuiſſe lectionem per maiorem anni partem,& tamen qui petit,ſcit illud eſſe falſum, & alter à quo petitur deceptus, putat eſſe verum.

Contrariam affirmatiuam ſententiam pluribus rationibus ſuadent Hurtado de Medoza *2.2. diſp.173. ſect.16. §.199.* quia peccatum illud non eſt ſcandalum actiuum,quia nec formaliter, nec materialiter occaſionat proximo ruinam,non formaliter,quia non petit materiam hic,& nunc malam,ſed potius hic,& nunc bonam,quia actus petitus orietur hic,& nunc à religione;ergo illa petitio non eſt ſcandalum paſſiuum. Et aliis fundamentis comprobat idem Mendoza, propter quæ Diana dicit hanc ſententiam eſſe probabilem, *d. p.5.tract.7.reſ.14.* † Et ambo reſpondent ad fundamentum contrariæ ſententiæ, dicentes prouocare aliquem ad iurandum cognitum, vt falſum, eſſe contra religionem, non verò prouocare ad iurandum falſum,cognitum,vt verum,quia prouocans non tenetur docere veritatem illum hominem,quia ſi cum graui ipſius damno, non tenetur vitare illius peccatum, multò minus tenebitur vitare ignorantiam, quæ non eſt peccatum tum etiam, nam quod ego prouocans ſciam obiectum illud eſſe falſum;nihil intereſt,quia ego id obiectum non iuro,nec volo,vt alius iuret,quod ſcit falſum; tota ergo iniuria Dei eſſet in Iuramento falſo; at Iuramentum illud non eſt moraliter falſum,ſed verum;ergo in illo nulla eſt iniuria Dei,ſed honor, cum ille qui iurat exiſtimet verum quod iurat. 26 27

Nec obſtat dicere eſſe ſine controuerſia, non eſſe licitum inducere aliquem ad fornicationem, etiam ſi ille commiſſurus ſit fornicationem ex ignorantia putans non eſſe peccatum, aut fortaſſe eſſe rem ſuam,quæ aliena eſt:nam vt docet Baſilius *de Matr.d.lib.5.c.18.§.8.n.59.* præceptum quo quis prohibetur tale peccatum committere,etiam obligat ad vitandum tale peccatum in altero, id eſt ad non inducendum illum ad actum,quem inducens ſcit eſſe peccatum.† Sed reſpondetur diuerſam eſſe prohibitionem de his,quæ intrinſecè mala ſunt,vt fornicatio,furtum;& alia; quia non fiunt bona,ex ignorantia patrantis; ſecus tamen in Iuramento,quia licet malum ſit in ſciente,falſum iurare;vacat verò à culpa in eo qui iurat aliquid vt verum,licet reuera ſit falſum; etenim vt docent Diana, & Mendoza in hoc caſu ignorantia inuincibilis multùm intereſt; quia illa reddit Iuramentum honeſtum, ob quod, & meam petitionem honeſtat. 28 29

Ego verò crediderim ſecuriorem eſſe primã ſententiam,cum ita inducens non vacat à culpa, perſuadendo vt alter iuret prætextu veri,quod reuera falſum ſcit ille qui inducit ad iurandum & docent Azor *tom.1.moral.lib.11 c.25.q.2.* verſic. *quæris*, Villalobos *in ſumma p.2.tract.36. diſ.8. num.2.* quia & ſi qui iurat, falſum non iuret, vere iurat, quod in ſe falſum eſt; & ſic quamuis ſic Iurando vacet à culpa, non verò vacat inducens. 30

QVÆSTIO II.

An ſit licitum inducere aliquem, vt iuret per Deos falſos: Et quid ſi Chriſtianus id petat ab infideli, quem per illos ſcit eſſe Iuraturum: Vbi de aliis dubiis. Et an ſit periurus qui ſua propria Authoritate ijt contra Iuramentum: Et quid ſibi velint verba noſtri Textus **in veritate, Iudicio & Iuſtitia:** ***Et quale peccatum, vbi deficit aliquod iſtorum requiſitorum: Et an Iuramentum per creatus, & Deum differant ſpecie?***

SVMMARIVM.

1 *Indicere aliquem vt iuret per falſos Deos non licet, n.2.*
2 Cap. mouet 22. q. 1.
Iuramentum per falſos Deos frangens, nunquid maius peccatum faciat, quam qui per Deum verum, iurans peierat, n.3.
4 *Chriſtianus abſolutè, & indeterminatè poteſt petere, vt iuret infidelis ex cauſa rationabili, & neceſſitate exigente, etiam ſi credat per falſos Deos Iuraturum: Et quare? n.5.6.7.8. 9.11.12.13 14.15.16.17.18.19.*
9 Cap. ecce dico 22. quæſt. 5. & n.10.11.
10 *Iuſiurandum relatum ad Ionis lapidem, quale, num.11.*
15 *Iuramentum per falſos Deos obligat iurantem ex conſcientia erronea ad illius obſeruantiam, n.16. & n.17.*
18 *Iuramentum exigere ab infideli parato iurare per falſos Deos, quale peccatum ſit, n.19.*
20 *Periurus quando dicatur qui commutat Iuramentum authoritate propria, ſeu excuſetur, exemplis exornatur, n. 21.22.23.24. 25. 26. 27.28.29.*
28 *Iuramentum ſi dubium eſt, nunquid ſit obligatorium, debet ſeruari ſub pœna periurij num. 29.*
30 *Iuramentum vt obliget debet habere tres comites, nempe veritatem, iuſtitiam, & iudicium: Expenditur late,* num. ſequentib. ad num. 41.
Veritas reſpectu aſſertorij Iuramenti qua, & ex quibus à iurante verificetur, n. 31.32.33.34. 35.36. & n.37.
31 Cap. homines 22. q. 2.
38 *Iuſtitia ad Iuramentum neceſſaria, ex quibus cognoſcatur, n.39.*
40 *Iudicium ad Iuramentum, quale debeat eſſe, num. 41.*
41 *Iurandũ non eſt ſuper rebus claris, aut pertinẽtibus ad ſcientias, quæ poſſunt ratione probari.*
42 *Iuramentum, in quo deficit veritas, iuſtitia, aut iudicium, eſt peccatum, ſed quale,* numeris ſequentibus.
43 *Iuramentum aſſertorium, cui deeſt veritas ſemper eſt peccatum mortale, n.44.45.46.47.48.*
44 *Iurans aduertenter doli capax quod ſcit eſſe falſum, vel quod reuera eſt verum, putat tamen eſſe falſum, peccat mortaliter, & quando venialiter, n 45.*
46 *Iuramentum non eſt falſum, quando per hyperbolem, aut aliam figuratam locutionem fit. Expenditur, n.47. &* 48.
49 *Iuramentum promiſſorium, vbi deficit veritas de præſenti, ſemper eſt mortale, & hoc, ſiue res ſit parua, ſiue magna, n.50.*
51 *Iuramentum comminatorium, vt cum matres, aut ſuperiores iurant filios, vel ſeruos verberaturos quando adimplendum. Et quale eius peccatum n.52.*
53 *Iurans, qui dum promittit, habet intentionem adimplendi, poſtea non adimplet, quale peccatum faciat, diſtinguitur.*
54 *Iuramentum aſſertorium, vbi deficit iuſtitia, quale peccatum, n.55 56.*
56 *Iuramentum promiſſorium, vbi iuſtitia deficit, cit, quale peccatum, n.57.*
58 *Iurans aliquid facturus contra conſilia Euangelica, vt non futurum religioſum, ſeu non erogaturum eleemoſinam, quale peccatum faciat.*
59 *Iurans non mutuo daturus, non fideiuſſurus, non communicaturus alteri artem, vel ſcientiam, & alia opera pia facturus, qualiter peccet.*
60 *Iurans rem impoſſibilem facere, mortaliter peccat. Et quid ſi indifferens.*
61 *Iuramentum vbi deficit iudicium, quale peccatum ſit? Et quando excuſetur, n.62.*
63 *Periurium dicitur vere Iuramentum, vbi deficit veritas, & quodammodo, vbi deficit iuſtitia, & iudicium & qualiter contingat.*
Cap. animaduertendum 22. q. 2.
64 *Iuramentum factum per Deum nunquid differat ſpecie à facto per creaturas. n.65.*
65 Cap. ſi aliqua 22. q. 1.

AD primam quæſtionis partem, videtur di- 1
cendum, vt nunquam liceat inducere aliquẽ directè, vt iuret per falſos Deos; quia eſt per ſe malũ, & peccatum blaſphemiæ; imo per ſe loquẽdo maius peccatum committitur ab eo, qui curat adduci falſum Deum in teſtem veri, ſeu verum iurari per falſos Deos, quam qui curat adduci verum Deum in teſtem falſi; quia iurans per falſos Deos tribuit cultum falſo Deo, quod eſt peccatum idololatriæ, & blaſphemiæ, oppoſitũ primo præcepto, & grauius periurio iurans verò falſum per Deum, verum committit periurium oppoſitum ſecundo præcepto, docent Sotus *de iuſt. l.8. q.2. n.3. concl.1. art.3.* D. Thom. *2.2. q.13. art.3. ad ſecundum,* Couarruuias *in c. quamuis pactum 1. p. §.1. n.10.* & relati à Suarez *t.1. de religione, tract.3. de irreligioſitate lib.1. c 6. n.15.* Sayrus *in claui Regia l.5. c.5. n.18.* Bonacina cum aliis, *t.2. diſp.4. q.1. punct.21. n.4.* Trulench. *in opere morali, lib.1. cap.1 dub.14. n.4.* Balboa *hic n.44.*

Huic tamen dicta obſtant Auguſtini verba 2
Epiſtol.154 relata *in cap. mouet 22. q.1.* ibi: *Verum tamen ſine vlla dubitatione minus malũ eſt per Deos falſos veraciter iurare, quàm per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis eſt ſanctũ tãto magis eſt pœnale periuriũ:* Sed Azor. *l.11. inſt. mor. c.12. q.12.* reſpondet Auguſt. loquutum eſſe quando fidelis iurat per falſos Deos, quos falſos exiſtimat, ſolo decipiendi animo nam ſi non ſeruat fidem, peccat decipiendo; non tamen eſt periurus is vero qui mendaciter iurat per Deum verum, periurus eſt; ergo is grauius peccat, vel ſecundo reſpondet Balboa *hin n.67.* cum Soto *vbi ſup.* Auguſt. eſſe intelligendum, non vt peius ſit abſolutè ſed ſolùm in ratione periurij: nã iurare falsũ per verum Deũ, eſt proprie loquẽdo periuriũ; at verò per falſos Deos, ſolũ eſt ſecundũ quid ex Doctrina Diui Thom. *2.2. q.98. art.1. ad ſecundum:* Alia adducit

adducit Balboa omninò videnda *hic à num.* 68. *ad* 79. ex multis ab eo relatis, plura tradit Barboſa *in dicto cap. mouet, num.* 9. *&* 10. † Vbi cum multis expendit relata verba, dicens quod quatenùs tale iuramentum per falſos Deos includit crimen Idolatriæ, maius peccatum eſt iurare verum per falſos Deos, quàm falſum per Deum verum, quod non eſt dicendum Auguſtinum negare, vt ex ſententia multorum defendunt Sayrus *in claui lib.*4. *cap.*3. *num* 18. Suarez. *cap.*3. *num.*6. *de iuramento*, & notanter videbis quæ *hic* expendit Graña *n.* 11.

3

4 Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter reſpondeo licere Chriſtiano petere ab infideli abſolutè & indeterminatè, vt iuret ex cauſa rationabili, & neceſſitate ſic poſtulante, & ad id cogere, vt ad contractum firmandum, vel pacem ſtabiliendam, vt contingit frequenter cum Mercatoribus, qui cum infidelibus contrahunt, & ſic Labam *Gen.*31. iniens fœdus cum Iacob iurauit per Deum *Abraham*, & per Deum *Nachor*, & ratio eſt quia iurans petit rem licitam, & malitia mali iuramenti imputanda eſt malè iurant, qui poterat ſi vellet benè iurare, eſt enim culpa infidelis, qui per falſos Deos iurat, non verò petentis, qui neceſſitate coactus id facit, aliàs infideli nulla iurandi Religio remanet, & nec cum eo contrahi poſſet, Couarr. *in dicto cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 1. *num.* 22. Anton. Faber *in l. non erit*, 5. §. *Diuus Pius ff. hoc tit.* Graña *hic num.*7. *ex dicto cap. mouet.*

5 Ex quo idem colligit Balboa *à num.*68 multis probat Barboſa *in dicto cap. mouet, num.* 11. ex eo quia licitum eſt vnicuique etiam priuatæ perſonæ vti peccato voluntario alterius ob bonum ſuum, & ita petere illud, quod alter cum peccato eſt præſtaturus, dummodò tria concurrant. Primùm quod petat licitum. Secundùm quod petat ab eo, qui ſine illud præſtare poteſt. Tertiùm quod ipſa præſtatio, etſi cum peccato fiat ad aliquod petentis bonum, ordinetur, vt colligit ex doctrina D. Thomæ *dicta quæſt.* 59. *art.*4. *ad* 4. ex Soto & aliis *dict. lib.* 8. *de Iuſt. quæſt.* 2. *articulo* 4.

6 Planè ergo iſta tria concurrunt in iuramento, de quo ſub hoc dubio diſputamus, etiamſi petens exiſtimet vt certum per falſos Deos iuraturum illum à quo petit vt iuret: Nam circa primum requiſitum conſtat illum, qui ab alio petit, vt iuret, & pactum, ſeu conuentionem celebratam iuramento confirmet, petere rem licitam, & honeſtam, vt conſtat; Non enim qui petit iuramentum, petit, vt iuret per falſos Deos; quia tunc vt iam adduxi, *dubio* 1. peteret rem intrinſecè malam, ſed tantùm petit vt iuret.

7 † Secundum requiſitum interuenit in hoc iuramento, quia infidelis poterat; imò tenebatur per Deum verum iurare, & ſic ſi per falſos Deos iurat, culpa eſt ipſius iurantis, non autem exigentis iuramentum; quia is qui petit, id petit, quod alter ſi vellet facere poterat licitè, & ſine

8 peccato. † Tertium requiſitum etiam datur in noſtro caſu, quia maximè intereſt iuramentum exigenti fidem ſibi datam aliquo Religionis vinculo vero, ſeu putatiuo confirmari, confirmat præfato exemplo Iacob & Labam, Barboſa *vbi ſuprà*, & multis ex Sacra Pagina, Suarez *dicto lib.*3. *cap.*13. *num.*3.

9 His tamen obſtant non minima, & prim Textus *in cap. ecce dico* 22. *q.*5. vbi ex D. Auguſto conſtat Chriſtianum periurium eſſe, ſi per falſa Numina iuramentum præſtitum non obſeruauerit. Secundò, quia petens ab alio vt faciat id, quod ſine peccato facere non poteſt conſenſit iniquitati alterius inducendo illud ad peccatum ex Regula *quod agentes, & conſentientes*, de qua *in cap.*1. *de officio delegati*, & inſuper incurrit peccatum ſcandali, quia præbet alteri occaſionem ruinæ ſpiritualis. Deinde quia iuramentum per falſos Deos factum, nec verum, nec proprium eſt iuramentum, cum ſubſtantia iuramenti conſiſtat in actuali, ſeu virtuali Dei in Teſtem inuocatione; quæ quidem inuocatio non datur in iuramento per falſos Deos, quia non verus, vel falſus Deus in Teſtem inuocatur. Vltimò quia obligatio iuramenti prouenit ex virtute Religionis, quâ Deum veneramur recognoſcendo illum eſſe ſummam veritatem, & ſummam iuſtitiam, & inſuper noſtrorum cordium ſcrutatorem, quod conuenit ſolo vero Deo *cap. erubeſcant* 32. *diſt.* & inſuper profitemur illum habere perfectam omnium rerum cognitionem, ſed iuramentum per falſos Deos nihil habet à vera Religione ergo.

His, & aliis non obſtantibus defendes ſuprà iactam ſententiam ex fundamentis relatis, & ſic non obeſt Textus *in dicto cap. ecce dico* 22. *q.* 5. quia etſi illud conetur interpretari Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 4. *num.* 10. videndus *à num.* 6. *&* 8. vbi refert Eraſmum Chiliade 20. *cent.* 6. *adagio* 33. qui putat Auguſtini verba ſpectare ad Iouis lapidem iuſiurandum, de quo iam *ſuprà* dixi, & plura refert ipſe Parladorius, qui exiſtimat contra Eraſmum, Sotum, & alios Textum illum loqui de Iureiurando, quod lapidi terminali per fideles ſolitum erat fieri quale factum fuiſſe à Patriarcha Iacob. modo *ibi* explicuit alia *ibi* adducens, *num* 9 *&* 10. † Tamen Couarruuias *dicto cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 1. *num.* 21. quem ſequitur Graña *hic ſub num.* 8. ait aliter *ibi* Gratianum legendum eſſe, *qui per falſa Numina*, non qui *ſuper falſa Numina*, quâ lectura dicit nullam extare difficultatem, cum ex illo iuramento nulla detur obligatio: Nam Diuus Auguſtinus ſemper illis, & aliis rationibus, vt periurum conuincit illum, qui per falſos Deos iurat, duas conſtituens ſpecies, primam cum quis iurat per lapidem, vel per falſos Deos, putans id ſanctum eſſe, per quod non putat ſanctum eſſe id quod iurat. Varios intellectus videbis apud Couarr. *ſuprà num.* 18. vbi in verſic. *alterum*, dicit Barboſa *in dicto cap. ecce dico*, quod reponit veram litteram illius Textus, & ipſe cum D. Thoma, & aliis aliter expendit, Videbis etiam Sotum *de iuſtitia dicto lib.* 8. *quæſtione* 2. *art.* 4. *col.* 4. 10

11

Ad ſecundum argumentum reſpondetur dicendo aliud eſſe petere ab infideli, vt iuret per falſos Deos, & in eo qui ab eodem exigit, vt iuret ſimpliciter & abſolutè: itavt in primo caſu nunquam licitum ſit, in ſecundo verò licere, vt iam latè dixi, & proſequitur cum multis Barboſa *in dicto cap. mouet, in dicto cap.* 13. *&* 14. quem videbis *num.*16. *&* 17. explicantem alium caſum de eo qui petit à maleficio, vt vtatur maleficio ſuo ad tollendum aliud, vel à ſe, vel ab alio, de quo latè alibi dico. 12

Nec obſtat tertium argumentum, quia exploſa interpretatione, Turrecrematæ *in dicto cap. mouet art.* 1. Sancti Antonij *d.* 2. *tit.*10. *cap.* 14. dicentium 13

l.6.q.1. Catel. Cota *in memorabilibus iuris* verbo *fideiuſſor. indemnitatis*, Gratianus *dicta Reg.* 269.
29 *num.*9. † Qui *n.* 10. ait non ſemper omne iuramentum abſque diſpendio ſeruari oportere, quia multa non ſeruantur abſque periurij reatu, vt tradunt Couarr. *in cap. quamuis pactum* 1. *p.*§. 6. *num.*6. & 7. idem benè tradit *in* 4. *p.*6.*cap.*3.§.5. *num.*2. & rurſus *lib.*1. *variar. cap.*2. *num.* 7. Afflictis *deciſ. Neapol.* 393. *num.* 11. & applicabis dicta *ſuprà in cap. breui hoc titulo*, vbi multa de periuriis.

30 Ad quartam quæſtionis partem quid ſibi velint verba Textus noſtri *in veritate, Iudicio,& Iuſtitia*, quia benè expendit hic Balboa *à num.* 45. & alij Doctores ordinarij, & *in cap. animaduertendum* 22. *q.*2. vbi plures refert Barboſa; Ideò ego breuiter expendens dico, quod *veritas* in iuramento aſſertorio, eſt quod ita res ſe habet, ſicut firmatur, vel ſaltim debita facta diligentia verum exiſtimet id quod atteſtatur. In iuramento autem promiſſorio veritas conſiſtit in intentione, & animo adimplendi id quod promittitur, tum etiam, vt exiſtimet poſſe promiſſum adimpleri, Auguſtinus *in libro contra mendacium*, Theologi cum D.Thoma 2.2. *q.*89. *art.*7. Etenim ſi deeſt veritas, efficitur Deus Teſtis mendacij, & tunc dicitur Iuramentum falſum, ſeu periurium propriè loquendo, Balboa *hic ſub num.* 45.

31 † Nec obſtat huic dicto Textus *in cap. homines* 22. *q.*2. vbi qui iurauit ſine comite veritatis periurus non eſt; quia reſpondeo Textum illum procedere, quando his qui iurat, adhibitâ diligentiâ iurat, & putans iurare verum, falſum iurauit; Nam tunc à periurio liber erit, videndus Turrecremata ad plura, *in cap. animaduertendum* 22. *quæſt.* 2. vbi Barboſa cum aliis Graña *hic ſub num.* 12. ſecùs ſi debitam diligentiam non adhibuit, aduertit Abulenſis *ſuper* 5. *Matthæi q.*301. Soto *lib.*8. *de iuſt. q.*2. *art.*3. *concluſ.*6. Leſſius *de iuſtitia cap.*42. *dubio* 3. *num.* 17. Sayrus *in Claui Regia cap.*4. *num.*16. 18. & 33. cum aliis Balboa *hic*, *num.* 54.

32 Quod ſi dubites quanta diligentia ſit neceſſaria ex parte iurantis ad cognoſcendum, num res vera ſit; ita vt excuſetur à peccato periurij; Reſpondeo eam diligentiam adhibendam, quam poſtulat materia, ſupra quam cadit iuramentum iuxta eius grauitatem, qualitatem, & difficultatem, & dubietatem, ſunt enim aliquæ res, quæ propter ſui difficultâtem maiorem requirunt diligentiam. Aliæ verò ita ſunt claræ, vt nullam requirant diligentiam ad iurandum, Sayrus *in Claui Regia lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 33. Sanchez *mor. lib.*3. *cap.*4. *n.*10. Trullenq. *in opere moral. lib.* 2. *dubio* 6. *num.*8.

33 Tamen ſufficiet ad veritatem aſſertorij iuramenti, quod iurans ita ſe rem habere arbitretur moraliter, & prudenter ductus, quamuis apertè rei verum non ſit, vt aduertunt Azorius *lib.* 11. *inſtit. mor. cap.*2. *q.*5. Suarez. *lib.*3. *de Iuram. c.*5 *num.*3. Leſſius *de iuſt. dicto cap.* 43. *num.*7. *dub.*4. Valentia 2. 2. *diſp.*6. *q.*7. *puncto* 3. in verſic. *duo tamen*, vbi rectè docet iurantem non excuſari à periurio, ſi temerè, & leuiter iuret eſſe verum quod iurat; quod reuera falſum eſt, imò etiam ſi verum ſit, ſiquidem non ſufficienter prouidet de veritate, & manifeſto exponitur periculo.

34 † Et ſic Balboa *hic num.* 53. *in fine*, infert verè iurare ſcholaſticos deponentes, & probantes curſum alterius, ſi cum à communiter accidentibus curſantem viderint; quia hæc eſt certitudo moralis & ſufficiens, cum mathematica ſit impoſſibilis, iuxta iam *ſupradictaquæſtione* 1.

Vnde fit, vt Titius, qui aliquid audiuit à viro fide digno poſſit extra iudicium iurare, ita eſſe quia res videtur certa ob teſtimonium viri fide digni, non tamen poterit in Iudicio iurare ita eſſe. Tum quia in Iudicio iuramus ea, quæ nouimus de viſu & præſentia; Tum quia *in cap. Teſtes* 2. *q.*9. Calixtus Papa præcepit Teſtes de his ſolis Teſtificari, quæ in ipſorum præſentia facta ſunt; tum quia Teſtis de ſolo auditu, non ſemiplenè probat, nec tanti æſtimatur eius aſſertio quanti illius dictum, in cuius præſentia facinus perpetratum eſt iuxta plura adducta *in tit. de Teſtibus*. Verùm poterit hic Teſtis in Iudicio iurare, modo addat, & exprimat cauſam ſuæ ſcientiæ, dicendo ſe hoc ſcire; quia hoc accepit à viro fide digno; quia ſic nullum decepit, nec rem falſam iuramento confirmat Sanchez. *dict. lib.*3. *cap.*4. *dum.*13. Bonacina *tom.*2. *diſp.* 4. *q.*1. *puncto* 3. *num.*7. Diana 4. *p. tract.* 4 *reſ.* 77. 35

† Vbi refutat Mexiam in legem tertiam Toleti 32. *p.*3. *num.*32. aſſerentem eum, qui audiuit à viro optimæ famæ rem poſſe deponere in Iudicio ſe illam ſcire aliàs omnes Teſtes de auditu efficerentur teſtes de cauſa ſcientiæ. 36

Ex his etiam infero cum Aragon. 2. 2. *q.* 89. *art.*3. Villalobos *in ſum.*2. *p. tract.* 36. *dif.* 4. *n.*9. vt aſſuetus ad iurandum ſi ſemper iurat verum non peccet mortaliter; Secùs procedere in illo qui iurat inaduertenter, ſiue verum ſit, ſiue falſum quod iurat, quia iſte adeſt ſemper in ſtatu peccati mortalis, niſi habeat animum auferendi illam prauam conſuetudinem, & iſtis dicunt non eſſe impertiendam abſolutionem; Imò differendam. 37

Iuſtitia autem ſignificat vt res quæ iuramento firmatur non ſit illicita, ſed licita, & honeſta, ac nullo præcepto prohibita, ſumitur hic iuſtitia non pro virtute particulari, ſed pro virtute generali, quæ eſt omnium virtutum complexio; Itaque iuſtitia in iuramento promiſſorio eſt vt res, quæ promittitur non ſit mala, in iuramento vero aſſertorio ex parte rei quæ ſub iuramento aſſeritur non requiritur iuſtitia; Nam ſæpe licitè, & honeſtè res malas iuramento confirmamus, vt cum quis rogatus de homicidio, furto, adulterio Iuridice reſpondat, & iurat ſe feciſſe. 38

† Et ex parte iurãtis requiritur iuſtitia in aſſertorio, nempè vt non moueatur ex iniuſta cauſa ad iurandum: Vnde ſi quis occulta crimina iuramento manifeſtaret, iniuſtè iuraret, vt benè Sayrus *in Claui Regia lib.*5 *cap.* 4. *num.*4. pluribus probat Suarez. *tom.* 2. *de Religione lib.* 1. *de iuram. cap.*3. *n.*6. Villalobos *dicta p.*2. *tractatu* 36. *dif.*3. *ſub num.* 4. 39

Iudicium in iuramento eſt, vt fiat cum prudentia, quæ ad omnem actum virtutis eſt neceſſaria & ſpecialiter requiritur ad honeſtatem iuramenti ad reuerentiam Dei, & facilitatem prolabandi lingua comprehenduntur etiam ſub Iudicio *fides*, id eſt vt iurans credat omnia ſcire. *Deuotio* hoc eſt reuerentia ex parte iurantis. *Diſcretio*, id eſt vt fiat cum neceſſitate, & graui vtilitate, & *cauſa*, quanta ſcilicet arbitrio prudentis arbitrabitur, conſiderato fine honeſto, & morali aliqua vtilitate: Ita Trullenq. *in opere morali, dicta* 2. *p. cap.* 1. *dubio* 5. *num.*4. Villalobos *vbi ſuprà ſub dicto num.*4. 40

Vbi

41 Vbi dicit ex hoc colligi non eſſe iurandum ſuper rebus claris, aut pertinentibus ad ſcientias quæ poſſunt ratione probati; Item vt non iuretur pro qualibet cauſa, niſi pro graui, & pia. Et D. Thom. 2.2. *dict. q.*89. *art.*3. & Theologi cum eo loquentes de prædictis requiſitis *veritas, iuſtitia. & Iudicium*, dicunt eſſe hoc de iurè naturali & Diuino habetur, *cap. Hieremiæ*, & dicitur *in cap.*2. 22. *q.*1. Si enim deficit veritas, vt iam dixi efficitur Deus Teſtis mendacij. Si deeſt iuſtitia efficitur Deus cooperator mali, quod ipſius Teſtimonio faciendum promittjtur, & tunc iuramentum iniuſtum, ſiue iniquum dicitur. Si verò deficit iudicium, cedit in Dei irreuerentiam, cum ſine iuſta cauſa in Teſtem adducitur, Balboa *hic dicto n* 45. *in fine*.

42 Ad quintam quæſtionis partem reſpondeo omnes fateri vt deficiente quolibet iſtorũ requiſitorum in iurante peccatum committatur; quia bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu, Trullenq. *vbi ſuprà dicto dubio* 5. Villa-

43 lobos *dicta diſ.*3. *n.*5. & alij communiter. † Quo ſuppoſito iuramentum aſſertorium, cui deeſt veritas, ſemper eſt peccatum mortale, ſiue fiat in Iudicio, ſiue extra iudicium, ſiue fiat ſeriò, ſiue iocosè, ſiue ob vtilitatem ſuam, ſiue alienam, ſiue ex leuitate, & ſe purgandi cauſa, ſiue ob amorem, aut timorem fiat, ſiue materia ſit grauis, ſiue leuis: Imò grauius peccatum eſt in re leui, & maiori Diuinæ Majeſtati, & ſummæ veritati irrogatur iniuria, ſic Doctores communiter: Nam adducere Deum in Teſtem mendacij, eſt intrinſecè malum, ac proinde ex nullo fine, etiam bono, poterit cohoneſtari: Sic Sayrus *in Claui Regia lib.*5. *cap.*4. *num.*55. Azorius *tom.*1 *moral. lib.*11. *cap.*4. *q.*1. Valentia 2. 2. *diſp.*6. *q.*7. *puncto*. Soto *lib.*8. *de iuſt. q.*2. *art.* 2. *concluſ.* 2. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.*1. *n.*2. *& in cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 1. *num.* 4. Suarez. *de Religione tom.*2. *lib.*3. *de iuram cap.*4. *num.* 2. Balboa cum aliis *hic num.*50. Trullenq. *dicto lib.* 2. *cap.*1. *dubio* 6. *n.*1. cum aliis Villalobos *p.*2. *ſum. tract.* 36. *cap.*4. *à num* 1.

44 Et ſic infero quod peccat mortaliter quicumque doli capax, qui aduertenter iurat id, quod ſcit eſſe falſum, nam formaliter, & intentione mentitur: Item vt iam dixi peccat mortaliter qui rem dubiam iurat, vt certam, vel certam vt dubiam; quia in omnibus his mentitur. Qui autem rem dubiam iurat, vt dubiam non eſt periurus, vt ſi dicat dubito, vel puto ita eſſe, ſeu ſuſpicor, addito iuramento, vt benè docent Suarez. *dicto cap.*4. *Clauis Regia cap.*5 *num.* 7. Nauarrus *in manuali cap.* 12. *num.*6. *&* 7. Sed Trullenq. *vbi ſupra num.*3. cum Sayro & aliis, dicit quod iurans falſum extra Iudicium ex ignorantia inuincibili nullo modo peccat ſi fecit aliquam diligentiam venialiter peccat, ſi nullam mortaliter.

45 † Et addit quod iurans vt à peccato excuſetur tenetur credere magis verum eſſe id quod iurat, quàm oppoſitum Nauarrus *dicto num.* 7.

46 † Et Balboa *hic num.*52. cum Diuo Thoma 2.2. *q.*111. *art.*1. *ad* 1. Et cum aliis ait non eſſe iuramentum falſum, quando per hiperbolem: aut etiam figuratam locutionem fit, & ſi vt ſonat verum non ſit, vt de figurata locutione teſtatur Auguſtinus *lib.* 2. *de quæſtion. Euangel. cap.*51. Nauarr. *conſ.*14. *de hæret. lib.*5. quoniam ea locutio non eum ſenſum habet quam verba ſonant ſed quædam eſt exageratio, & ſupponitur iurantem iuraſſe cum intentione exagerationis, alias eſſet iuramentum veritate deſtitutum. † Et ſic 47
ſi quis iurat ſe fracturum oſſa, vel brachia filio, aut ſeruo verè non intendendo frangere, ſed ſolùm grauiter punire, non peccat mortaliter peccato periurij; quia cum hæc verba dicantur per hyperbolem, & exagerationem, Deus non inducitur in Teſtem falſum, ſed verè ſecundùm ſenſum hyperbolicum, modo iurans non intendat iurare iuxta ſenſum verborum, ſed iuxta ſenſum hyperbolicum. † Et hoc pacto excuſari po- 48
teſt, qui dicit tanti calamus æſtimatur, quanti equus, docent Sanchez, *lib.*3. *mor. cap.*6. *n.* 119. Sayrus *in Claui lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 12. Bonacina *tomo* 2. *diſp.* 4. *q.*1. *p.* 3. *num.*6. Trullenq. *dicto lib.*2. *cap.*1. *dub.*6. *num.*4.

Quod ſi veritas deficiat in iuramento promiſ- 49
ſorio de præſenti ſemper erit mortale, eo quod concordat externa locutio cum intentione iurantis, eſt enim eo in caſu verè, & perfectè mendacium, cum iurans aſſerat ſe facturum, quod minimè putat facere, & idem eſſe ſi quis iurauerit cum animo dubio implendi promiſſionem, cum eo in caſu etiam deficiat certa veritas; Ita Caietan. 2. 2. *dict. q.*89. *art.* 7. circa ſolutionem ad primam, *& quæſt* 98. *art.* 2. *&* 3. Soto *dicto lib.* 8. *de Iuſtitia q.*1. *art.* 7. vbi exigit ad huius iuramenti veritatem vt adſit animus firmus, & rectus rei promiſſæ implendæ. Quare ſi aliquis promiſit, & iurauit credens fore, vt implere non poſſet mortaliter peccat, quia cum non adſit animus firmus implendi, conſequenter deficit veritas iuramenti; Sic probant Angelus, ex Hoſtienſi verbo *Iuramentum* 5. Silueſter verbo *Iuramentum* 4. *q.*18. *& q.*25. Azorius *tom.*1. *mor. lib.* 11. *cap.*5. *q.*1. Abulenſis *ſuper* 5. *Matthæi q.* 307. Suarez, *tom.*2. *de relig. lib.* 3. *de iuram. cap.* 18. *ad finem*, Balboa *hic*, *num.*55. *&* 56. improbans opinionem Aragon. 2.2. *dict. q.*89. *art* 3. *dicto* 4. vbi dicit iuramentum rei impoſſibilis eſſe veniale.

† Et præfata doctrina procedit, ſiue res ſit par- 50
ua, ſiue magna, ſiue licita, ſiue illicita: Nam deeſt veritas, & ſic peccat mortaliter qui iurat ſe facturum aliquod malum graue, aut leue, cuius exequendi non habet intentionem, Sanchez. *lib.*3. *moral. c.*4. *num.*34. & alij communiter, qui *n.*32. infert minùs malum ab eo committi qui iurat ſe facturum aliquod veniale animo illud exequendi, quam animo non exequendi; Nam qui iurat animo exequendi, peccat tantùm venialiter, qui verò iurat cum animo non exequendi, peccat mortaliter, quia deeſt veritas: ſequitur Trullenq. *dict. dub.* 6. *ſub num.*4. *& dubio.*7. *ſub n.*2. vbi alios adducit.

Dubitabis quale peccatum committant ma- 51
tres, aut alij ſuperiores iurantes filios, vel ſeruos verberaturos, vel ſe dicturos Magiſtro, vt filium verberet, quod iuramentum dicitur comminatorium. Et reſpondeo ſi ſuperior, vel parens iuret ex plena deliberatione, & aduertentia, quamuis ex ira ſe filium caſtigaturum, ſi non adeſt animus implendi, & peccatum mortale, quia deeſt veritas de præſenti in promittendo, ſiue comminando; quod ſi animus, & intentio ad implendi adſint, iurant tamen illos caſtigaturos, non ratinoe correctionis, & emendæ, ſed ex paſſione, & inordinata vindicta, vt dum quia iratus alicui minatur malum, quod depoſitaira nō comminaretur non tenetur ſeruare iuramentum, quia iuramentũ vt ſic non habet materiã bonam,

cum

communiter peccat venialiter ; vt docent Diana
p.4. tract.4.reſ.70 Villalob. *tom.2. dict. tract* 36.
52 *dif. 5. n.9.* Trullenq. *dict. cap.1. dub.6. n.7* † Vbi
addit quod ſi comminatio fiat de iuſta inflictio-
ne, aut procuratione mali pœnæ, tunc iuramen-
tum eſſe adimplendum in re graui ſub mortali,
in leui ſub veniali, ne Deus in Teſtem falſi ad-
ducatur, quod limitant ipſe Bonac *d.tom.2.diſp.4.*
q.1. puncto 14.n.3. & Sayr. *dicto lib.5. cap 5.n.13.*
modo cauſa ſubſit, & non ſit variata, quia iura-
mentum habet tacitam conditionem, niſi cauſa
varietur : argum. eorum quæ adduxi *in c. quemad-*
modùm hoc tit. & in hoc puncto cenſebitur cauſa
variata quoties aduenit cauſa non puniendi, vt ſi
turbaretur pax domus, dummodò id non præui-
derit, vel ſi non ſit opus medicina talis pœnæ,
aut filius ſatisfecit emendatus eſt, aut veniam
petiit, aut amicus pro illo condonationem impe-
trauit, vel ſi ob aliam cauſam expedire aliter iu-
dicauerit : ita relati

53 Vnde ſi iterum dubites quale peccatum com-
mittat iurans; qui dum promittit habet intentio-
nem verè adimplendi ; poſtea tamen non adim-
plet, quod ſub iuramento promiſit. Reſponde-
tur quod ſi res eſt grauis, & ſufficiens materia
ad peccatum mortale, certum eſt illud non adim-
plendo, peccare mortaliter : ita DD. quod ſi
res parua ſit, diſtinguunt nonnulli, nam ſi res
parua ſit, tota materia iuramenti, peccabit morta-
liter non adimplens, vt ſi iuraſti daturum vnum
obolum, aut dicturum vnam *Aue Maria*, quod ſi
pars ſit alicuius materiæ magnæ peccabit venia-
liter, vt ſi iuraſti dare decem dragmas, & ſolùm
dediſti nouem ; quia omittens vnam, non pec-
caſti mortaliter : Ita Caietan. 2.2. *d.q.*84. Leſſius
lib.2. de iuſt.c.42. dub.5. Sayr. *d.lib.5. c.4.num.28.*
& licet Syluelt. verb. *iuramentum 4.q.1.* Nauarrus
in manuali, c.11.n.32. Azor *lib.11.inſtit. c. 5. q. 3.*
& alij abſolutè teneant non peccare mortaliter,
ſiue res parua, ſiue magna ſit tota materia iura-
menti : tamen Bonac. *tom 2. dict. diſp.4. q.1, pun-*
cto 14.n.2. Cajet. defendit at verò Diana *dict. 4.*
p. tract.4. reſ.70. Trull. *dict. dub.6. n.6.* dicunt vio-
lationem iuramenti in re parua non eſſe pecca-
tum mortale, quia & id ſimile contingit in vio-
latione voti : alia adducit Villalob. *d.tract.36. à*
n.4. & 5. & cum multis videbis Balb. *hic, à n.57.*

54 Si autem deficiat iuſtitia in iuramento aſſerto-
rio, ſi res quæ narratior ſub iuramento aſſeritur,
eſt peccatum mortale iuramentũ erit etiam mor-
tale, ſi verò res narrata eſt peccatum veniale, ſi-
militer & iuramentum illi adiunctum: ſic Regin.
lib.18.n.87 Bonac *tom.2. diſp. 4. q. 1. puncto 3.*
n. 9. Sot. Tolet. & alij quos refert Sanch. *lib. 3.*
55 *moral.c.4. n.33.* † Sed Sanch. idem & Suar. *tom.2.*
de Relig. lib.3. de iuram.c.12. n.7. & 8. exiſtimant
defectum iuſtitiæ in iuramento aſſertorio, regu-
lariter loquendo ſolùm eſſe peccatam veniale,
quia non facit Deum teſtem mendacij, ſed rei
prauæ & indecentis, quod non eſt grauis malitia
tum etiam quia conſiderata præcisè ratione iu-
ramenti, quæ eſt teſtificatio veritatis, videtur illi
56 accidentariũ narrare veritatem peccando. † Trul-
lenq. autem *in opere mor. lib.2. cap.1. dub. 7. n. 5.*
primam amplectitur ſententiam, quia negari ne-
quit illo modo iurandi irrogari Deo maximam
iniuriam in materia graui eodem modo, quo fit
in iuramento promiſſorio, quando quis iurat
rem illicitam in materia graui, & ſic *n.2.* cum Na-
uar. Syll. & aliis, dicit, vt qui iurat rem, cuius
executio eſt peccatum, peccat; ita vt ſi executio eſt
peccatum mortale, iuramentum erit quoque pec-
catum mortale. Si autem executio rei ſit peccatũ
veniale. † Et ita cum Couar. *in c. quamuis pact.1.* 57
p.§.6. n.6. Azor. *tom.1. mor.lib.11.c.5. q 1.* Leſſio
de iuſt.c.42. dub.4. n.18. Sot. *lib. de iuſt. q.3. art. 3.*
concl 3. Balb. *hic, n.60.* & aliis dico quod ſi in iu-
ramento promiſſorio iuſtitia deficit ſpectanda
eſt qualitas rei promiſſæ ad diſcernendam graui-
tatem peccati, an mortale, an veniale ſit, Et ob
id relati, & alij adducti à Balb. *hic n 61* dicunt
quod iurans ſe admiſſurum rem venialem animo
implendi, peccat venialiter ex defectu iuſtitiæ :
Videbis tradita à Villalob. *dict p.2. tract.36.dif.4.*
à n.3. explicat Trull. *d. dub.7. num.2.* & exemplis
exornat in iurante homicidium committere, &
quid ſimile, aut in iurante vnum obolum furari.

Ex his euenit, vt is qui iurat aliquid ſe factu- 58
rum contra conſilia Euangelica v g. non futurum
Religioſum, vel non erogaturum eleemoſynam,
quando non tenetur ex præcepto peccat veniali-
ter ex defectu iuſtitiæ, quoniam ea non eſt apta
materia iuramenti, & eſt irreuerentia Dei obliga-
re ſe iuramento ad non ſeruanda conſilia ; ita
poſt Sot. Caiet. Nauar. & alios, docent Suarez.
dict. lib.3. de iuram. cap.18. num.9. Sayrus *in Claui*
Regia lib. 5. cap.4. num.36. Leſſius *dict. cap.42.*
dub. 3. num.17. quamuis ſi res contra conſilia
iurata eſſet grauis, vt non ſe ingreſſurum Reli-
gionem eſſe mortale dixerit Abul. *ſuper 5. Matth.*
cap.301. Silueſter verbo *iuramentum 2. q 7.* Ange-
lus verb. *iuramentum 5. num 3.* tradit Balboa *hic,*
num.62. quam limitatationem non admittunt
Villalob. *dict. dif. 5. n.5* Nauarrus *cap.12. n 16.*
cum aliis Trullenq. *dicto dub 7 n.3.* ex eo quia ad
nulla opera prædicta tenetur ex præcepto. † Et 59
ſic ait tamùm peccare venialiter eum, qui iurat
ſe non facturum, quod ad officium pietatis ſpectat
vt non mutuò daturum, non fideiuſſurum, non
communicaturum cum altero artẽ, vel ſcientiam
diſciplinamve non futurum obſequium alicui,
eleemoſynam huic, vel alteri non erogaturum
extra tempus præcepti, nunquam Decurionem,
Præſulem, Conſulem, Prætorem, Senatorem,
vel Magiſtratum futurum, quod communi bono
obeſſe videtur, quæ autem intelligit Azor. quan-
do ad illa non obligatur ex præcepto, alias pec-
caret mortaliter, ſi in compatenti operis Con-
ſilij illud non facere iuraret *lib. 11. cap. 5. q. 1.*
† Idem Trullenq. *dict. num. 3. in fine*, qui cum 60
eodem Azorio Sayro, & aliis ait, vt iurans rem
impoſſibilem peccat mortaliter, alia tradit Vil-
lalobos *ſuprà, n.6* vbi dicit in præfatis caſibus;
quem non obligari adimplere iuramentum, nec
in illis adeſſe periurium : argum. Textus *in cap in*
malis 22.q 4 Nec prædictis obſtat Textus *in cap.*
debitores hoc tit. vbi iuramentum de ſoluendis
vſuris valet, quod eſt contra Comitem iuſtitiæ,
quia reſpondebis ex longè *ibi* dictis pro intelle-
ctu illius Textus.

Iudicium autem ſi deficiat in iuramento, vt 61
intelligas quale peccatum committatur, aduertes
duobus modis poſſe deficere Iudicium in iu-
ramento. Primò propriè, quando ſcilicet quis
res veras ſine iuſta cauſa, & neceſſitate iurat,
& tunc communiter erit peccatum veniale, vt
docent Sayrus *in Claui Regia, lib. 5. capite 4.*
num 32. Suarez. *dicto lib 5. de iurament. cap.12.*
Sanchez. *dict. lib.3. cap.6. num. 22.* Villalobs 2.
p. dict. tract.36. dif.4. num.8. & alij vt patet ex

eo, quia non ſit grauis Deo irreuerentia,eo quod res non ſit falſa, vel mala, & ob id ſolùm eſt quædam vanitas. Tamen ſi contingat vt fiat in Dei contemptum, velſi ob frequentem vſum iurandi, itavt ſe exponat periculo peierandi, erit peccatum mortale ſecundùm dicta de aſſueto ad iurandum ſuprà *cap. breui* 17. *hoc tit. quæſt. fin.*

62 † Quod ſi contingat defectus Iudicij latius ſcilicet quando iurans non adhibuit ſufficientem diligentiam ad inquirendum, an res ſit vera, ſi nulla fuit negligentia, nullum erit peccatum, ſi negligentia eſt magna, & notabilis iuramentum erit peccatum mortale,quod ſi iurans imperfectè negligés fuerit ſolum imperfectè cenſetur leuiter iuraſſe.& imperfectè voluntariũ, ac proinde ſolùm peccat venialiter,vt notant Sayr. *d.lib.*5. *c.*4. *n.* 33.Trull. *dicto lib.*2. *c.*1. *dubio* 6. *n.*8. idem *dubio* 20. *&* *dubio* 7. *num.*8. & ita ſunt intelligendi, Villalobos *dicto tract.* 36. *dif.*5.*num.* 8. Balboa *hic num.*63. cum Suarez. & Leſſio dicentes hoc tertio Comite deficiente in iuramento tantùm committi peccatum veniale.

63 Ex his infero vt quamuis propriè loquendo periurium dicatur ſolùm iuramentum, in quo non adeſt veritas, cum ea ſit proprius iuramenti finis, videlicet confirmare veritatem, vt iam dixi quia facit vt reuerentia & timore Diuini nominis veritatem dicamus, fidem ſeruemus, pacem retineamus, ab iniuriis abſtineamus,controuerſias deſinamus, vt omnes agnoſcunt; Tamen quoduis iuramentum, deficiente iuſtitia, aut Iudicio eſt quodammodò periurium; Nam ſi iuſtitia deficit, tenetur iurans falſum efficere id quod iurauit non implendo illud, vel non tenetur verum efficere,ſi contra conſilium iurauit. Si verò Iudicium deficiat, falſitas erit impotentia, & erit periculum periurij. Et in hoc ſenſu ait Balboa hic intelligi D. Hieronimum ſuper 4. Ieremiæ, dicens hæc omnia eſſe periuria,D.Thomam 2. 2. *q.*98. *art.*1. *in corpore*. & in ſolutione ad primum; tradit Villalobos *dict. tract.* 36. *n.*7. qui refert eundem Hieronimum relatum *in cap. animaduertendum* 22. *q.* 2. vbi alloquitur in hæc verba: *animaduertendum eſt quod Iuſiurandum hos habeat comites, veritatem, Iudicium, atque iuſtitiam, ſi ita defuerint, nequaquam erit iuramentum, ſed periurium.* Et videbis Couarr. *in cap. quamuis pactum p.*1. §.6. *n.*9. *cap.*1.

64 Ad vltimam quæſtionis partem poſtquam Balboa hic egerit de iuramento per Deum. & creaturas *à num.*30. *&* *à num.*42. inquirit de hoc dubio, & refert Doctores diſcordantes, & reſpondet *n.* 43. cum Diuo Thoma *in* 3. *ſentent. diſt.*39. *q.*2. *art.*3. *ad quartum*, non differre quando iuramentum factum eſt per creaturas, quatenus Deus in eis relucet; Nam idem eſt Deus, per quem iuratur ratione primæ veritatis, ſub qua inuocatur, & illa differentia; quod Deus per ſe inuocetur, vel implicitè mediante creatura, habet ſe per accidens, & differunt ſolum materialiter, quatenus in vno expreſsè Deus nominatur, in alio implicitè: Ita Cajetanus 2.2 *quæſtione* 89. *art.* 1. Filiucius *tractatu* 25. *cap.* 2. *quæſtione* 9. *num.* 60. Villalobos *in ſumma* 2. *p. tractatu* 36. *dif.*1. *n* 1. Trull. *in opere morali* 2. *p c.*1. *n.*6.

65 Obſtat tamen Textus *in cap. ſi aliqua* 22. *q.* 1. vbi prædicta iuramenta differunt; quia reſpondeo ex doctrina Suarez. *tom.*2. *de Relig. lib.* 1. *de iuram. cap.* 5. *num.* 13. omnia iuramenta eſſe eiuſdem ſpeciei, ſi propriè loquamur, & de hoc latè diſſerit, ſed verum eſt Iuramentum per Deum & creaturas ſolum differri in grauitate accidentali; Nam grauius peccatum eſt iurare per Deum, quam per creaturas, & per has grauius id, quod fit per Sanctos, quàm per alias res ſacras, vt per Euangelia, & quid ſimile, Filiucius *ſuprà num.* 61. cum Diuo Thoma 2. 2. *q.*89. *art.*10. & adducit rationem Trullenq. *dicto num.*6. *in fine*: quia Deus ſanctior omnibus Sanctis in infinitum eſt, ac proinde magis obligare iuramentum per Deum, quàm per creaturas, & patet ex Diuo Chryſoſtomo Homilia 44. imperfecti in Matthæum ibi, *Dicere poſſumus Scripturæ Sanctæ propter Deum ſunt, non Deus propter Scripturas, maior eſt Deus, qui ſanctificat Euangelium, quam Euangelium, quod ſanctificatur à Deo.* Quod ſi iuramentum fiat per creaturas per ſe ſpectatas & omni reſpectu ad Deum ſecluſo, certum eſt ſpecie differre, tradit Balboa *hic dict. num.*4. alia *num.* 44.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVII.
Sicut, Hoc Titulo,
PRÆMISSVM.

I. PRo exornatione huius Textus faciunt notata *infrà in cap. cum contingat* 28. *hoc tit.* & quæ adduxi de iuramentis illicitis *ſuprà in cap.* 12. §. 1. *&* *in cap. quintauallis* cum aliis *hoc tit.* Item & quæ adduxi de periuriis *in cap. breui* 17. Et de iuramento facto in præiudicium Iuris ſuperioris dixi *ſuprà in cap. querelam* 10. *&* *in cap. uenientes* 19. Et ad explicationem huius Textus videbis Couarr. *in cap. quamuis pactum* 1. *p. cap.*1. §.6. *num.* 9. verſic. *hæc autem*, vbi agens de quæſtione, quod iuramenta, vbi deficit iuſtitia, periuria appellantur, probat ex noſtro Textu *&* *in cap. qui Sacramento* 21. *q.*4. Quo ſuppoſito applicabis dicta *ſuprà in cap. praced. q.*2. verſic. *ad quartam*, & verſic. *ad quintam*, quatenùs *ibi* dixi de comite Iuſtitiæ requiſito in iuramento, *&* *in* §.7. vbi latè agit de grauitate periurij, de quo dixi *in dicto cap. breui*, nonnulla *in dicto cap. præcedenti*, ſub dicto verſic. *ad. quintam*, ibi *ex his infero.* Item ipſe *lib.*2. *var. cap.* 16. *num.* 2. per hunc Textum agit de quæſtione an Prælatus, qui iurauit non alienare res Eccleſiæ, periurus ſit, ſi eas locauit ad longum tempus, de qua iam dixi *ſuprà in cap* 2. *hoc tit.* verſic. *ad quartam.* Item applicabis ibi dicta in verſic. *ad primam quæſtionis* partem,vbi egi de iuramento præſtito a Prælato de non repetendis rebus, quibus renuntiauit metu, aut turpiter, ſeu per iniuriam, & facit ad materiam Textus *in c. petitio*, *&* *in c. intellecto infrà*, & quæ ibi notant Doctores.

II. Et ibi in verſ. *Eccleſia Tudertina vacante Canonici*, &c. applicabis ad hæc verba quæ *infrà* dicuntur *in tit. ne ſede vacante* aliquid innouetur.

III. Et ibi *quod in dãnum Epiſcopalis iuris repereris taliter attentatum in ſtatum priſtinum, appellatione remota reducas.* Per hæc verba applicabis quæ dico *ſuprà de attentatis in c.*1. *de appellat.* *&* *in c.*31. vide notata *in c.*19. *de Teſt.* verſic. *attentatorum. Et de clauſula appellatione remota*, applicabis dicta,

ctâ ſuprà in cap. 4. de foro comp. q. 41. & alibi, & notaui ſuprà in cap. fin. de Teſtibus cogendis. De aliis pro explicatione Textus noſtri agit hic Barboſa cum multis ab eo relatis, vbi videbis.

QVÆSTIO I.

An Iuramenta temeraria, quæ quandoque periuria dicuntur, ſint punienda ea pœna quæ aduerſus periuros ſtatuta eſt: Et an minori excommunicatione inodatus, ſeu exiſtens in peccato mortali, poſſit eligi ad beneficium?

SVMMARIVM.

1 *Periuri priuantur beneficiis, inodati verò periurio non item de in proprio irretiti*, num. 2. 3. 4. 5. 6.

2 Cap. 1. *verſic.*, non enim de his quæ fiunt à maiori parte capituli, à n. 9

Cap. grauis de cenſibus, cap. tua nos 11. hoc tit. & à n. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

7 *Textus noſter explicatur*, n. 8. 9. 10. 11.

12 *Eligi ad beneficium, ſeu ab eo remoueri, nunquid poſſit exiſtens in peccato mortali, vel minori excommunicatione inodatus.*

1 AD primam quæſtionis partem, vt vberiùs reſpondeas, leges adductâ *in cap. querelam hoc tit.* in verſic. *vt primam*, vbi ago de quæſtione, an amphytheuta, qui iuramentum præſtitit in contractu priuetur emphytheuſi, ſi Canonis ſolutionem, aut penſionis intra biennium omiſerit. Et dicta *in cap. breui, q 1. in princip.* vbi latè ago de pœnis periurij, tam iure Ciuili, quam Canonico. Igitur quod periuri priuentur beneficiis Eccleſiaſticis obtentis probant Couarr. *in cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. p. 1. § 7. num. 3.* Clarus *in praxi §. periurium num. 4.* Menoch. *de arbitr. caſu* 319. Flaminius *de reſignat. lib. 4. q. 3. à num* 20 Bernardus *ad Salcedum in pract. cap. 92.* aliàs 96. in nouiſſima editione Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ord n. pagina* 546. Azeuedus *in l. 1. tit. 17. lia. 8. recopil num.* 79. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 12. q. 10. & p. 2. lib. 7. q. 18.* Sayrus *in in Claui Regia lib 5. cap. 4. à num. 7.* Suarez. *de relig. tom. 2. tract. 4. lib 3. cap. 10. num. 22.*

2 Verùm dictis obſtat Textus noſter in verſic. *pro iuratione incauta imponi fecimus Epiſcopo pœnitentiam congruentem*, & Textus *in cap. 1.* verſic. *non enim de his quæ fiunt à maiori parte capituli, & in cap. grauis de cenſibus cum aliis*, vbi temerariè, turpiter, & iniquè iurantes, non priuatione beneficij, ſed alia mitiori pœna puniuntur. Quæ iura difficiliora redduntur per Textum *in cap. tua nos 11. hoc tit.* vbi in eadem ſpecie imponitur pœna priuationis beneficij illi, qui temerariè, & turpiter ſolùm iurauit.

3 Sed vt Doctores reſpondeant diſtinguunt inter verum periurium, & improprium; Itavt iura, quæ non priuant beneficio peierantem, intelligantur ſolum de improprio, & non verò, id eſt, vbi temerariè, turpiter, & iniquè tantum iuratum eſt, & in his, qui ſecundum quid periurium committunt, qui non plectuntur pœnâ priuationis, ſed aliis, de quibus ibi reſoluunt & Gloſſa 3. *in cap. definitio 22. q. 4. & in cap. 1* verbo *Sanctis* vbi Doctores 85. *diſt* Romanus & Additionator *ſingul.* 516. Selua *de benef. p. 3. q. 2. num. 3.* Couarr. *p. 1. in dicto cap. quamuis §. 6. n. 4.*

† Et ſic Staphileus *de litteris gratiæ, tit. de variis* 4
modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio, num. 8. Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus n. 168. alias 221.* quos refert Garcia, *benef. p. 11. cap. 10. n. 168.* dicunt quod ſignatura non dat pro periurio priuationem beneficiorum, niſi ſit periurium iudiciale. † Sequitur Farinac. *in praxi* 5
crim p. 5. q. 160. num. 191. dicens quod Clericus periurus in iuramento iudiciali, priuatur beneficiis, non ipſo iure, ſed per ſententiam: ita explicant idem *conſ.* 80. *n.* 191. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 51. num. 44. in fine*, Garcia *ſuprà num.* 167. aliis adductis idem Barboſa per Textum *ibi in cap. querelam* 10. *hoc tit. num.* 6. in verſic. *à præſcripta Eccleſia remouentes*, id eſt per ſententiam, quod intelligunt relati in vero, & proprio periurio v. g. in aſſertorio, in quo ſcilicet veritas non interuenit, & in alicuius iniuriam & præiudicium factum fuit, item in iuramento promiſſorio, quod quidem in re graui violatum fuit, vt tradit idem Barboſa *ibi n.* 3.

Manet ergò adhuc difficultas *ex dicto c. tua 11.* 6
hoc tit. vbi ſi quis iuramentum illicitum primo præſtiterit: ac deinde contrarium fecerit iuramentum beneficio Eccleſiaſtico priuatur; quare vt explicent nonnulli iuris Canonici Interpretes exiſtimant deciſionem illius Textus ita eſſe intelligendam, vt priuatio beneficij non fiat in ea ſpecie propter iuramentum illicitum, ſed quia quoad vulgi opinionem contrarium præſtãs iuramentum conſtituit ſe iurans in periurio, quod vitare non poterat, eo ipſo quod duo aduerſa, & contraria iuramento pollicitus fuerit: ſic Innocens; Andreas, Abbas, Imola, & DD. magis communiter *ibi*, qua in re vulgi opinio & ſcandalum conſideratur, cum periurium vulgus exiſtimet neceſſario committendum ex ea iuratione, vt poſt alios admonet Felin. *ibi* cum ſic intelligunt Rom. *ſing.* 510. Ripa *in c. 2. de reſcript. col.* 3.

Verum ex eadem contextura noſtri Textus 7
non mediocris oritur dubitatio: nam periurium non fuit commiſſum in poſteriori iuramento, vt potè factum iuxta Concilium Lateranenſe, nec in eo, quod per poſterius violauit iuramentum prius quia illud prius non tenebatur ſeruare, vtpotè contra dictum Concilium, ac ſubinde non poterit dici periurus ille qui non ſeruat iuramentum, aliàs inualidum, & non obligatorium, & ita in *d. cap. tua* nullum videtur interueniſſe verum periurium, ſed ſolum improprium. & lato modo, dum ſcilicet Clerici turpiter, & temerariè prius iuramentum fecerunt de augenda veteri penſione.

Quare vt reſpondeat Couar. *in d. c. quamuis pa-* 8
ctum 1 p §. 6. n. 9. verſic. *hinc ſanè* in verſic. *ſed licet*, dicit ſibi non placere communem iam relatam Felini, & aliorum explicationem, quia prius iuramentum in eo Textu nunquam habuit vim obligandi, nec habere, atque ideò non poſſe verè, & propriè periurium contingere; tametſi non fiat id quod in eam iurationem deductum fuerat, & id quod poſteriori iuramento promiſſum eſt ait abſque periurij reatu fieri quidem potuiſſe itavt nec abſolutio eſſet neceſſaria è priori iuramento, cum alioquim nullum ex eo iuramento vinculum proceſſit. † Quare ſcribit aliter intel- 9
ligi reſponſionem in eo Textu; Nam prius iuramentũ cuius inibi mentio fit de ſoluenda penſione maiori poterat, ac potuit ab ipſo iurãte abſque

periculo

periculo ſpiritualis ſalutis ſeruari ad eius vitam & ideo in hoc ſenſu iuramentum illud validum fuit quoad obligationem ſaltem ante abſolutionem quæ neceſſaria eſt, & omninò præſtanda; ex eo quod iniquè fuerit iuratio extorta de penſione ſoluenda, non quidem inſtituta Epiſcopi authoritate, nec ſolita, ſed noua, vt conſtat ex *dicto cap. grauis*, *& cap. ſignificauit de cenſibus.*

10 † Et quia ante abſolutionem, etiam in ſpecie Textus *in dicto cap. tua nos*, contrarium iuramentum præſtitit Clericus, ac ſeipſum conſtituit in certo periurio, niſi abſolutio fuerit obtenta priuatione beneficij, pro periurio punitur, vt ibi adnotarunt Cardinalis, & Felin. *col. penult.* quia ſiue ſeruauerit priùs, ſiue poſteriùs iuramentum manifeſta eſt periurij culpa; ſi priùs ex eo quod violat poſteriùs, ſi poſteriùs ex eo quod violat priùs, quod ante abſolutionem ſeruare tenebitur.

11 Et ita ſequutus Barboſa *in dicto cap. querelam ſub num.*4. dicit Clericum illum in ſpecie Textus *dicti cap. tua*, incidiſſe in verum, & proprium periurium, cuius cauſa fuit beneficio priuatus & ſic in hoc ſenſu ait verificari verba ibi, *pro periurio vitari non poſſunt*, & veram eſſe diſtinctionem iactam inter periurium verum, & proprinm quo peierans beneficio priuatur iuxta Textum *in dicto cap. quarelam*, *cap. tua*, & aliis, & periurium improprium ſeu putatiuum, quo aliis pœnis peierans punitur ex noſtro Textu, & aliis.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem Gloſſa hic verbo *in cauta*, interrogat, & diſſoluit, an remouoſſit à beneficio exiſtens in peccato mortali in terminis verò noſtræ quæſtionis ſuppono dicendum; quod minor excommunicatio differt à peccato mortali, & plus quandoque operatur, ſiquidem exiſtens in peccato mortali, poteſt eligi ad beneficium Eccleſiaſticum, & eius collationem validè conſequi ex noſtro Textu, & Gloſſa docet Couarr. *in cap. Alma mater p.* 1. §. 8. *n.* 4. *Gloſſa in cap. ſi celebret*, verb. *nec eligere de Clerico excomm. miniſtr.* Felinus *in cap.* 2. *col.* 2. *de reſcript*, *& in cap. dilecta de except. col.* 2. Ioannes Maior *in* 4. *ſentent. diſt.* 18. *q* 4. *col.* 2. *& in* 2. *ſentent. diſt.* 44. *q. fin. col.* 3. *Gloſſa optima in cap. definitio* 22. *q.* 4. docet eleganter Martinus ab Alpizqueta, Nauarrus *in cap. ſi quando de reſcript. except.* 11. & Doctores communiter, qui etiam agunt *in dict. cap. ſi celebrat*, vbi & ego, *& in cap. illa quotidiana* 38. *de electione*, an excommunicatus minori poſſit eligi ad beneficia, ſeu eligere alios, & quamuis Panormit. *in dicto cap. ſi celebrat* contrarium teneat, ſaltim in peccato mortali, quod graue ſit, vt ego admitterem in nimis ſcandaloſo, idem *in cap. Dudum*, *& l.* 2. *n.* 24. *de elect.* & hic Innocent. *in dict. cap. ſi celebrat. per Gloſſam in cap. Florentinum* 85. *diſt.* quæ ſcribit non eſſe eligendum ad beneficium Eccleſiaſticum peccatorem mortali crimine affectum, non tamen addit electionem nullam fore ſi is electus fuerit: applicabis quæ notant DD. *in cap. fin. de tempor. ordin.* & Garcia *de benef.* 7. *p. cap.* 8. *de moribus beneficiandi*, *& cap.* 13. vbi quod non ſit excommunicatus, & dixi *in cap. penult. & fin. de ætate ordin.* longè agam *in dict. cap. celebrat*, vbi aptior eſt locus quàm noſtri Textus.

AD TEXTVM IN CAPITE XXVIII.

Cum contingat, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

9 *Doctores, qui de latiſſima huius Textus materia agunt, referuntur, & n.* 10. 11.

HVIVS Textus materia claudit alias totius 1 tituli, & ſic ſi eam ex propoſito ſcriberem, vniuerſam tractationem facerem de iuramento confirmante, aut non confirmante contractus, quare ne commentarios faciam, eo quod ex littera talis concluſio deducitur, nempè *vt iuramentum præſtitum ſuper actu à lege infirmato principaliter fauore iurantis, licet ſecundario in fauorem publicum, neceſſario eſt obſeruandum*, adiunges adducta *ſuprà in cap. ſi diligenti de foro comp. dicta in cap.* 1. *c. debitores hoc tit.* † Fallit tamen ſi 2 vi metu iuramentum præſtetur ſecundùm dicta *in cap. verùm hoc tit.* † Fallit ſecundò ſi dolo 3 vel fraude præſtetur iuxta dicta *ſuprà in cap. veniens* 15. *hoc tit.* † Tertiò ſi in alterius præiudi- 4 cium redundet iuxta notata, & dicta in prædictis iuribus, & aliis, *& in cap. veniens* 19. † Quartò 5 limitatur ſi obſeruaretur, iuramentum vergat in diſpendium ſalutis æternæ iuxta dicta etiam in prædictis iuribus, *& in cap. cum quidam* 12. §. *illi*, *cap.* 13. *cap. quanto* 18. *cap. quintauallis* 23. *cap. tua nos* 24. *cap. quemadmodùm* 25. *c. ſicut noſtris* 27. cum aliis huius tituli.

Et quatenus prima noſtri Textus verba, quæ 6 loquuntur de alienationibus à mulieribus factis ſuper rebus dotalibus, & iuramento confirmatis, adiunges notata *ſuprà in cap. tua nos* 11. *& in cap. ea te* 22. *hoc tit.*

Et in verſic ibi, *proprio Sacramento firmando* 7 quod iuramentum etiam Sacramentum nuncupetur, dixi *ſuprà in Rubr.* vbi videbis.

Et in verſic. ibi *quod conſtante Matrimonio*, & 8 ibi *ac ſoluto proceſſu temporis Matrimonio contrauenire nitantur.* Adiunges quæ adducuntur *in cap. per veſtras*, *cap. fin. de donation. inter virum*, *& vxorem*, *& in toto titulo ibi.*

Et in verſic. *quod etſi mulierum conſenſus in talibus non videatur obligatorius ſecundùm legitimas ſanctiones.* Videbis quæ tradit Couarr. *in cap. quamuis pactum p.* 2. §. 4. *n.* 5. *&* §. 2. *num.* 4. Guttierrez, *de Iuram. cofirm. p.* 1. *cap.* 1. *& conſ.* 22. *n.* 7. Petrus Barboſa *in l.* 1. *ff. ſoluto Matrim. p.* 1. *n.* 69. Suarez. *de Religione tom.* 2. *lib.* 7. *de iuram. cap.* 11. *à n.* 14. qui copioſè de materia huius Textus diſputat *ibi*, *lib.* 2. *cap.* 14. 15. 16. 17. præcipuè 18. 19. qui etiam diſputat de actionibus humana lege prohibitis *cap.* 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. *&* 29. item de materia, Sanchez. *tom.* 2. *moral. lib.* 3. *de iuram. cap.* 9. *& cap.* 21. *per totum*, Azor. *lib.* 11. *moral. cap.* 7. *& lib.* 6. *tom.* 3. *cap.* 5. *&* 6. Molina *de Iuſt. & iure tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 149. & de principali concluſione noſtri Textus Cujacius *tract.* 9. *ad Affricanum in l.* 9. *ff. de fundo dotali*, *& lib.* 3. *quæſt.* Papin. *in l.* 42. *ff. de vſucap. & in l.* 5. *ff. de dote praleg. & in l. vnica* §. *& cum lex Iulia. Cod. de rei vxoriæ* 9

*vxoria actione. & lib.*18. *obſeruat cap.*12. Antonius Faber *lib.*1.*Coniectur.cap.*2.& 3. & *in rationali ad l.creditor* 52.§.1 *ff.de actionibus empti*, Oſualdus ad Donellus *lib.9.commentar. cap.*2.*litteras, R,S,T,& lib.* 2. *cap.* 23. pro interpretatione Textus *in Authentica Sacramenta puberum, Cod.ſi aduerſus vendit.præcipue litteras, M*, cum aliis Barboſa.& Graña *hic*, Balboa *in cap.*1.*de Iureiur.*

10 Et in verſic. ibi : *Ne tali tamen prætextu viam contingat periuriis aperiri*: adiunges notata, *in cap. breui* 17.*hoc tit.* & *ſup.in c.præced.* & nonnulla, *in c. & ſi Chriſtus,q.*2.

11 Et cum multi Doctores agant de contractibus à lege infirmatis qui Iuramento confirmatur de quo latiſſimè ſcripſere Gutierrez *in ſuo tomo de iuram.confirm.* & Seraphinus *de priuileg. iuram.* vbi vberrime hanc tractationem ad noſtrum textum percipies ; ideo non inſtans in admodum longa repetitione, libuit hic, & alios Doctores inſinuare qui agunt cum ab eis relatis de multis quæſtionibus, litteræ, & materiæ Textus noſtri congruentibus, & ſunt qui ſequuntur: Et præter Gutierrez *in ſuo tract.de Iuram.confirm.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti*, Conarruuias *in cap.quamuis pactum*, & præter antiquos & alios modernos quos congerit *hic* Barboſa *à num.*1.& 2. adiunges ad diuerſas quæſtiones Faquin. *lib.* 1. *controuerſ. cap.*10. *cap.*11. & *cap.*65. & *à cap.*6.15.16.17.18. 19.20.21.22.23.24.25.& *lib.*8.*cap.*77.*cap.*77. cum aliis, & *d.lib.*3.*cap.*13.& 14.& *dict.lib.*8 *cap.*102. & *lib.*1.*cap.*55.& 11.& *lib.*11.*cap.*72 & alibi Zeuallos *in pract.queſt.*200.515.777.900.118.115.116. 101.105 Couaruuias *in cap. Raynucius de teſtam. à num.*10.§ 3 Diana *p.*5. *tractatu* 14 *Miſc.*2.*Reſ.*34. Riccius *collect. collect.* 30. 859. 1043. 1754. 1910. Gutierrez idem *in Authentica Sacramenta puberum, à num.*25. & *à num.*86. Hermoſilla *in l.*5.6. *tit.*5.*p* 5 *Gloſſa* 4 & *à num* 32. Antonius Faber *de error. pragmaticor.errore* 8.*decade* 12.& *ibi errore* 3. *errore* 5. & *errore* 9. & *decade* 13. *errore* 2. & *ibi errore* 13. *errore* 5.6 7. 8.9.10. ad alios quæſtiones *decade* 14 *errore* 1.2.3.4. & *de* 41. *errore* 5 Balboa *in cap.*1.*hoc tit.à num.*13.& *cap.*8.*à num* 11.13.& 15. & *cap.*25.*à num.*5.& 7.& *in dict.cap.*1. *à num* 152. Gratianus *Regula* 1.*num.*4.13 99.& 270. Antonius Gomezius *lib.*2 *var à num.*21. 18. & 20. vbi *n.*22. additionator Haillon, Thomas Sanchez *de matr. lib.*1.*diſput.*32. idem Couarruuias *de iuramento in teſtamento appoſito in cap.Raynald. de teſtam.* § 3.*à num.*10. Felician.de Vega *in cap.*12. *de foro compet. ex n.*105. & 115. vbi plura congerit pro intellectu Textus noſtri vbi ego nonnulla adduco ad bonos quæſtores Franc. Tondutus *lib.*2. *p.*1.*q. diuerſ.cap.*30.63.& 96. qui omnes difuſas atque intricatas quæſtiones tractant pro materia Textus vbi leges, & applicabis etiam pro materia quæ dixi, *ſupra in cap. ex Reſcriptis, hoc tit.* plura quæ propria magis ſunt, *infra* dico in quæſtionibus ſequentibus : Et an renunciatio filiæ ingreſſæ monaſterium comprehendat hæreditatem parentum viuentium Nogerol. *alleg.*6.*à num.*1. vbi cum multis expendit vbi de explicatione Trid. & Læſione quam poteſt pati renuncians cum ingreditur monaſterium.

QVÆSTIO I.

An Iuramentum validet actum à natura licitum, qui aliàs ſola lege ciuili eſt prohibitus: An mulier rem dotalem alienans, Iuramento adſtringatur contractui : An prohibita contrahere, ſi contrahat, obligetur in conſcientia: An mulier per Iuramentum cenſeatur certiorata de beneficio Vellaian. Et an valeat obligatio fideiuſſorum facta à muliere pro marito, adhibito Iuramento, quando enormiter eſt læſa?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum num confirmet alias prohibitum lege naturali, diuina, ſeu per bonos mores*, remiſſiuè : *Et qui Doctores de hoc tractent, num.* 2.

2 *Iuramentum qualiter confirmet actum, contractumve lege ciuili, aut canonica prohibitum, n.*4.& 5.

4 *Iuramentum ſæpe punitur, quaſi acceſſionis vice.*

5 Auth.Sacram.puberum, C.ſi aduerſus venditorem.

6 L. ſi quis inquilinos 112.§. fin. ff. de leg.1. num. 15. l. non dubium, Cod. de legib.num.15. Cap. vides diſt.10. Cap.1. de conſtitut.

7 *Iuramenta poſſe ſeruari integra manente diſpoſitione iuris, qualiter contingat, videbis, num* 21.

8 *Iuramentum non eſſe de genere obligationis, ſed probationis dicunt multi : aliter, n.*21.

9 *Actus lege ciuili prohibitus principaliter propter priuatam vtilitatem, & ſi in eo ad ſit ſecundario fauor publicus, firmatur Iuramento*, n. ſequentib.

10 *Mulierum fauor, qualiter publicus reputetur circa dotes non alienandas, vt valide renuncietur à n.*11.16.17.18:

11 *Lex iulia de fundo dotali prohibuit fundi dotalis alienationem.*

12 *Fiſci cauſa publica dicitur dotis priuata.*

13 *Contractus aliqui recenſentur, in quibus eorum prohibitio fit primario propter publicam vtilitatem.*

14 *Regulæ iuris*, non eſt obligatorium Iuramentum contra bonos mores.

15 *Lex primo, & principaliter bonorum priuatorum intendens, non videtur obligare tranſgreſſores, ad culpam ; ſecus ſi bonum publicum intendat n.*16.

17 L. 1. ff. ſoluto matrimonio ibi Reipublicæ intereſt.

18 *Alienatio rerum dotalium à muliere facta cum iuramento valet*, fallit, vt n.19.

19 *contractus reprobatus odio creditoris, non firmatur Iuramento, vel ſi vi, dolo, aut vergat in diſpendium animæ, aut tertij, n.*20.

22 L. fin. ff. qui ſatis dare cogantur : l.fin.Cod. de non numerata pecunia : cap. 2. de renunciatione.

23 *Lex ciuilis prohibitoria non poteſt impedire virtutem, & potentiam iuriſiurandi, n.*24.

25 *Mulier rem dotalem alienans, iuramento adſtringitur.*
26 *Mulier prohibita contrahere, naturaliter obligatur ſecundum aliquos Verius eſt vt in conſcientia non obligatur, ſi contrahat ſine Iuramento, n. 27*
28 *Filiusfamilias accipiens mutuum naturaliter obligatur.*
29 *Macedonianum ſenatusconſultum primario indultum eſt pro filiisfamilias.*
30 *Vellaianum eſt priuatiuè indultum pro mulieribus.*
31 *Mulier fideiuſſionem pro viro iuret, obligata manet; ſecus ſi non iuret, num. 32 33. 34. &c. Et de rationibus contra hoc, n. 34. 35. 36. 37. & n 40. intelligitur contraria.*
32 Authent. ſi qua mulier, C. ad Vellaianum, n. ſequentib.
33 L. 59. Tauri alias 61. l. 9. tit. 3. lib. 5. recopil. num. 34.
35 Authentica ſiue à me, Codice ad Velleianum.
38 *Mulier fideiubens pro marito, & ſi nimis ſit læſa adhuc tenetur, & n. 39.*
42 *Contractus mulieris iuratus valet; etſi à laicis nulla bona pro muliere ſuperſint ex mariti bonis.*

1 PRæmitto ad perfectum intellectum huius Textus, & aliorum ſimilium repetenda hic quæ dixi, *in c. ſi diligenti de foro comp. q. 1.* & proprius, *q. 2* vbi an Iuramentum confirmet actum, alias prohibitū lege naturali diuina; ſiue per bonos, mores aut quando eſt prohibitus principaliter publicum bonum, vel è contra, propter bonum ſpeciale, aut particulare priuatum, de quibus omnibus etiam dictum eſt, *in c. 1. & in c. debitores. cap quanto*, & aliis huius tituli, vbi apparet quando Iuramentum nulliter præſtetur ſuper actibus improbatis à natura, à moribus, à iure, &c.

2 Vnde iam applicatis hic, quæ pro vero intellectu præter antiquos docent Couar. *in c. quamuis pact. p. 2. §. 4. n. 5. & §. 2. n. 4.* Guttierrez *de iur. confirm. p. 1. c. 1. & conſ. 22. n. 7.* Petr. Barboſa *in l 1. p. 1. n. 69. ff. ſoluto matr.* Caldas Pereyra *de extinct. emphiteuſ. c. 30 à n. 27.* Thom. Sanch *de matr. lib. 1. diſput. 32. & n. 12. & in præcepta Decalog. t. 1. lib. 3. c. 12.* Suarez *de religione, t. 2. lib. 7 de iuram. c. 11. à n 14. & c. 10.* Franc Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 59. à n. 36.* Riccius, Tondutus, Zeuallos, Faquineus, Anton. Faber, Cujac. Donel. Leſſius, Mancinus, & alij hic, & in quæſtionibus referendis adducendi breuiter intendo tractare nonnulla, quæ competunt Textui noſtro, & *d. c. quamuis pact.*

3 Ad primam ergo quæſtionis partem, an Iuramentum validet actum à natura licitum, non eſt leuis dubij inter interpretes; quia licet regula ex noſtro Textu conſtituatur, nempe vt Iuramentum ſuper actu à lege prohibito principaliter in fauorem priuatum, ſecundario in fauorem publicum, debeat obſeruari, ſi abſque dolo, vi, aut tertij præiudicio fiat, vt præter ordinarios probant proxime adducti Cujac. *tract. 9. ad Africanum, in l. 9. ff. de fundo dotali, & lib. 3 quæſtion.* Papinian. *in l. 42. ff. de vſu capionib. & in l. 1. ff. de dote prælegata, & in l. vnica, §. cum lex iulia, C. de rei vxoriæ actione, & lib. 13. obſeruat. c. 12.* Anton. Faber *l. 1. coniectnrar. c. 2. & 3. & in rationali ad l. credit. 52. §. 1. ff. de action. empti,* Oſuald. ad Donel. *lib. 9. comment. c. 20. lit. R, S, & T, idem, lib. 21. c. 23.* pro interpretatione ad Textum. *in Auth. Sacram. puberum*; præcipue. *in litt. M,* hic Graña *n. 1. in fin.* & Barboſa *hic in addit. n. fin. p. 6.* qui repetunt hæc per eadē verba addens ille Pichard. ſic docentem *in princ. inſt. quibus alienare licet, vel non,* & ambo Faquin. *lib. 12. controuerſ. c. 79.* docetque Duarenus ad tit. *ff ſoluto matr.* & omnes etiam per Textum *in d. c. debitores, c. ad noſtram 7. c. ſi vero 8. c. ex reſcripto, c. querelam 15. c. breui 17. c. quemadmodum 25.* & in aliis huius tituli, & *in c. licet mulieres eodem, lib. 6. d. c. quamuis pactum de pactis, lib. 6. d Auth. Sacr. puberum. C. ſi aduerſus vend.* & per Textum, *in l. 1. l. lex* & per totum, *ff. de fundo dotali, d. l. 1. C. de rei vxor. action. l. 7. & 29. tit. 1. p. 4.*

Tamen acerrime contra docent relati à Sanchez *in decalogo t. 1. lib. 3. d. c. 12. n. 11.* Abbas *n. 8.* Alciatus *n. 116.* Imola *n. 25.* Anton. *hic*, Cumanus *in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſorib.* Mancin. *ſup. de iur. p. 4. effectu 1. q. 5. n. 10.* quia nullibi in iure cauetur eam eſſe iuriſiurandi vim, poteſtatemue, vt confirmare actum poſſit, quem ciuilis diſpoſitio irritum fecerit, imo iure digeſtorum, & C. fuiſſe Iuramentum, quaſi acceſſionis vice ſequens actus naturam cui interponeretur. † Ita vt nec aliquid in contrarium probet illa celebris Federici conſtitutio *in d. Authent. Sacram. puberum*, vel Canonum cenſura: nam vt inquit Suarez *de relig. t. 2. lib. 2 de Iureiur. c. 28. n. 3.* non recedens ab hac ſententia nam Pontifices, aut certè non poſſunt, inquir, directe legem ciuilem irritare, præterquam ex neceſſitate ſpiritualis boni, vt *in c. nouit de iud.* cum aliis de quo dixi, *in illo Textu.* 4 5

Et faciunt pro hac ſententia Textus *in l. ſi quis inquilino 112: § fin ff. de leg. 1. l. non dubium, C. de leg.* vbi Iuſiurandum in actu à lege prohibito non obligat; & Textus *in c. video diſt. 10. & in cap. 1. de conſt.* vbi late dixi, quod lex iuſta obligat in conſcientia: Deinde ex illa regna Textus *in l ſi quis pro eo 16. ff de fideiuſſor. l. fin. C. de non numerata pecunia*, vbprobatur quod Iuſiurandum ſequitur naturam actus, cui adhæret. & ex aliis *infra* referendis iuribus; & quia in ſpecie Textus noſtri nulla eſt neceſſitas: † Siquidem integra manente diſpoſitione iuris poſſunt Iuramenta etiam integra illibataque ſeruari, vt firmat Mancinus, dum ait eſſe hoc, quod præcipitur. *in d. Auth. Sacramenta, in d. c. quamuis pactum* & hic addens, vt quoties alicubi expreſſim legeremus Iureiurando pactum, quod eſt irritum confirmari poſſe, non ferret: nā qui iurat, adeo velle tenetur id quod iurat, vt velle etiam debeat omnem effectum, quem haberat contractus initus, ſi irritus non eſſet, & hoc ſenſu firmare contractum diceretur. † Item ex eo etiam probat; quia Iuramentum non eſt de genere obligationis, ſed probationis, cuius eſt fidē facere, non obligare, ſeu irritam obligationem confirmare, & contrariam ſententiam impatienter ferens prorumpit in verba ſequentia, *dict. cent. 3. diſquiſit. genial. & anniuerſariar. iuris, c. 114. pag 522. ego* (inquit) *Actam inualidum Iureiurando confirmari impatienter audeo quidquid de hac re fuerit communius creditum*, qui & deinde *c. ſequenti*, contra Cortaſium reprobat illam vulgarem poſitionem, quæ habet Ieramentum, facere valere actum eo modo, quo poteſt, à *d l cum patrem, §. ſi filius matrem, ff. de leg 2.* 6 7 8

Et quamuis Bartol. diſtinguat, *in d. Auth. Sacr. puberum, & in d. l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſorib. n. 8.* vt retuli, *infra in d. c ſi diligenti de foro comp d. q. 2. num. 5.* 9

*num.*5.vbi leges quæ,*ibi* adduxi, *à num.*6. pro in-
terpretatione tantæ difficultatis. Ego nam à pri-
ma non recedendo ſententia,exiſtimo vt quoties
lege ciuili eſt aliquis actus prohibitus,reſpiciens
ad priuatorum Ius, & à contrahente Iuramento
corroboretur; tunc ille actus non eſſe adeſſe
10 transferatur. † Quia & ſi mulierum fauor, vt
publicus reputetur per Doctrinam Textus *in l.*1,
ff.de ſoluto matrim.in d.l.cum aliis,ff.de fundo dotali,
vbi bonis moribus receptum eſt,dotes non alie-
nari,cum Dotes mulierum conſeruari ad Ius pu-
blicum pertineat;ſic vt videatur quod Iuſiuran-
dum contra iuris publici prohibitionem non te-
neat ex *l.iuriſgentium* 7.*§.ſi paciſcar, ff de pactis, d.
cap.ſi diligenti*, nec contra bonos mores debeat
obſeruari,*c.non eſt obligatorium de reg. iur.* nihilo-
minus in ſpecie horum iurium, & Textus noſtri
cum vulgatis principaliter,ſolum,& primario ad-
eſt fauor mulierum priuatus, & ſi ſecundario &
minus principaliter adſit etiam publicus fauor.
11 Vnde fit,vt quamuis lex iulia de fundo dotali,
doris alienationem prohibuerit,vt *in toto tit.ff. de
fundo dotali,*ſed quia hoc beneficium præcipue,&
principaliter fuerit introductum in fauorem mu-
lierum,ſequitur; vt recte ab eis talis fauor queat
renunciari per regulam Textus *in l.fin.Cod.de pa-
ctis,cum inuito beneficium non detur, l ſi index, ff.
de minoribus, cap.*1. *de reſtitut.ſpoliator.*fuit enim
prohibita dotis alienatio principaliter in fauo-
rem mulieris, tanquam proprium patrimonium,
ſecundario in fauorem Reipublicæ.† Quare di-
12 xit Graña *ſub, num.*4. idcirco cauſam fiſci publi-
cam dici,& dotis priuatam *in l.vtilitas,Cod.de pri-
mipillo,lib.*12.Et iuxta hanc diſtinctionem pote-
ris reſoluere omnia adducta iura, & fundamen-
ta pro contraria opinione, & per illa, quæ latè
diſtinxi, *in dicto cap. ſi diligenti dict. quæſt.* 2.
vbi & poſt quam, *à numero* 9. explicui quan-
do contractus, ſeu actus dicatur prohibitus ob
13 bonum commune, aut vtilitate priuata. † Ibi
num. fin. poſui aliquos contractus, in quibus
verificatur, inter quos contractus minorum,
prohibentur propter ætatis fragilitatem, & in
pacto quo filia æternam hæreditatem renun-
ciat, de quo per quæſtiones loquor hic, & in
donatione inter coniuges, matrimonio con-
14 ſtante. † Et ibi explicui, *numero* 6. vt regula
iuris, non eſt obligatorium Iuramentum con-
tra bonos mores, ſolùm intelligatur, quando
lex, ſiue naturalis, ſiue diuina, Canonica, aut
ciuilis obligat ad culpam, ſeu vt dicit Graña *hic
dict. num.* 4. *in ſine*, intelligatur, quando eſt
contra bonos mores naturales,vel diuinos; non
ſic contra Canonicos; & Ciuiles, vt in Tex-
tu noſtro, *in dict. cap. quamuis pactum*, quod
intelligo, ſi ciuilis, & Canonica lex in ſui in-
ſtitutione non obliget ad culpam, vt dixi, *in*
15 *dicto cap.* 1. *de conſtit.* † Quo pacto præſtat in-
telligi dicta *l. ſi quis inquilinos* 112. *§. fin. ff. de
legat.*1.*& dict. l. non dubium, Cod. de legib.* Non
ergo lex, de qua in Textu noſtro, & ſimilibus
talis eſt; ſi quidem quando lex primo, & prin-
cipaliter bonum priuatorum intendit, non vi-
detur tranſgreſſores ad aliquam culpam obliga-
re; non enim pars eſt credere Legiſlatores id in-
tendiſſe,nec contra æquitatem reg. quæ ob gra-
tiam *de reg.iur.lib.*6. fauor, & vtilitas in damnum
ſubditorum conuertantur; qui tranſgrediendo
16 legem,peccato illaqueantur. † Indeque fiet, vt
quamuis peccet mortaliter, vel venialiter iuxta
materiæ grauitatem iurans contra legem, quæ
primo, & principaliter continet bonum publi-
cum(niſi ex illius tenore,vel aliunde contrarium
deprehenditur)ex *dicto cap.ſi diligenti*,ibi: *illicitis
pactionibus, c. grauis de cenſib.* verùm iurans con-
tra alias leges in dubio non peccet ex intentione
Legiſlatoris,vt aduertunt Paulus *in dict. Authen-
tica ſacramenta puberum, n.*23. ibi Corſetus *n* 38.
*C.ſi aduerſus vend.*Menchaca *de ſucceſſ.creat.* §.28.
*num.*28.Couarruuias *in dicto cap.quamuis pactum,
part.*2.*§.*6.*num.*6.verſic. *quinto aduertendum,* Petr.
Barboſa *in dicta l.*1.*ff ſoluto Matrimonio,p.*1. *n.*69.
*ad finem,*Suarez *dict.lib.*2. *de relig. cap.*20. *num.*7,
& 8. in Textu vero noſtro & ſimilibus mulieres
iurarunt primo,& principaliter contra leges pri-
uatorum vtilitates continentes,hoc eſt fœmina-
rum,quarum Patrimonia conſeruantur,& earun-
dem facultati occurritur, vt in fine principij *in-
ſtitutionib. quibus alienare non licet*, dixit commu-
nem Couariuuias *dict. part.* 2. §. 1. *numero* 5.
Late Petr. Barboſa *dict. p.*1. *à num.* 62. Valaſcus
conſ. 150.

Et licet DD. contrariæ ſententiæ per Tex- 17
tum *in dicta l.* 1. *ff. ſoluto Matrimonio*, & Ripa
*ibi num.*114. Aleiatus *num.*3. *&* 45 & alij, quos
refert idem Petr. Barboſa *dict. num.* 62. dicant
prohibitionem alienandi res dotales primo, &
principaliter, ac immediatè bonum publicum
continere per verba *ibi & Reipublicæ intereſt,* quia
reſpondent alij interpretes; & Auguſtinus Bar-
boſa legendus in præſenti, ex *numero* 5. alia ob-
iecta reſoluens vſque ad *num.* 9. illum Textum
recte expenſum potius probare contrarium, ver-
ba illius ponderantes. † Et ſic concludunt, 18
& cum alienatio rerum dotalium primo, &
principaliter prohibeatur propter priuatam vti-
litatem, ſemper firmetur Iuramento, vti in aliis
contractibus primo, & principaliter prohibitis
propter priuatam vtilitatem agnoſcunt Abbas
hic numero 21. verſiculo *octauus caſus*, Alciatus
numero 76. Butrius *num.*4. *ad medium*, Couarru-
uias *dict* 2.*§.*3. *numero* 1. Gutierrez *de iuram. con-
firmatorio. p.* 1. *cap.* 40. *num.*5. verſic. *non obſtat,*
Petr. Barboſa *in l. alia, §. eleganter, num.* 32.
& 33. *de ſoluto Matrimonio,* Molina *de iuſt.& iu-
re, tract.* 2. *diſputat.*515. verſic. *dubium eſt vtrum,*
Sanchez *dicto lib.*1. *de matrim.diſput.*32. *num.*12.
† Id limitantes,niſi contractus reprobatus eſſet 19
odio creditoris, in cuius fauore iuratur, veluti
quando Iuramentum iniquo metu extorquetur;
in ipſo eſt turpitudo,vt dixi *ſub d q.*2 *c. diligenti,
& ſup.in c.debitores* 6.*hoc tit.*

Et ſi patet ex Textu hic in verſic. *nos autem*, 20
Vſque ad finem, *& dict. cap. quamuis pactum de
pactis lib.*6 *cap.*2.*hoc tit lib.*6 *dict. Authent.ſacram.
puberum*, vbi cum decernatur omnino eſſe ſer-
uandum Iuramentum adiectum dotis alienatio-
ni, minorumve contractibus; id eſt abſque ali-
qua diſpenſatione, vt intelligit cum multis San-
chez *dicta diſp.*32. *num.*6. id tamen limitant,niſi
vi vel dolo præſtitum ſit, ſeu in præiudi-
cium tertij, aut vergat in diſpendium ſalutis
æternæ.

Quare & ſi Leſſius Mancinus *vbi ſuprà*, acer- 21
rime defendat Iuramentum adjici, non ad obli-
gandum, ſed ad probandum tantùm; & ob id
videatur ex *dicta l ſi quis pro eo* 16. *de fideiuſ-
ſorib. dict. l.fin. Cod. de non numerata pecunia.* &
ſic vt tantum ſequatur naturam actus, cui
adhæret; Sed reſpondetur, tum ex dictis, tum

etiam diſtinguendo; quia ſi Iuramentum ſit interpoſitum citra validitatem actus, qui ſuo iure valebat, tunc ſequatur naturam actus, cui ad-
22 hæret. † Sicque obtinere Textum *in l. fin ff. quis dare cogantur, l. fin. Cod. de non numerata pecunia, cap. 2. de renunciatione*; quod ſi interponeretur quoad validitatem actus, alias renunciabilis, & inualidi, tunc vt ſuperet naturam actus expendunt Doctores, cum ſit tanta excellentia; & poteſtas Iuramenti, ac eius vis, vt contractus infirmos, firmos, & irreuocabiles reddat iuxta Textum noſtrum, *& dict. cap. quamuis pactum*,
23 & alia iam adducta. † Si quidem non potuerit lex ciuilis impedire virtutem, & potentiam Iuriſiurandi à lege diuina proditam, quæ tanquã potentior vincit ciuilem minus potentem, vt notant Faquineus *lib. 3. controuerſ. cap. 11.* Oſualdus ad Douellus *lib. 21. comment. cap. 13. littera, M, & S*, Antonius Pichardus *in § item ſi quis poſtulante inſt. de actionibus, à num.* 18. & alij ex quibus relinquitur explanata mens, Textus noſtri; indeque rectè poſſimus iam ad alias quæſtiones ab ab hac littera, & *dict. cad. 2. hoc tit. in 6. & in dicto cap. quamuis pactum, item & dict. Auth.*
24 *Sacramenta, &c.* deſcendere. † Et ſecundum hæc ſunt intelligenda, quæ ad vtramque partem diſputauit Zeuallos *in pract. q.* 200. dum ex noſtro Textu, *& dict. cap quamuis pactum*, reprobas Bartolum *in dicta l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſorib.* & Roderici Suarez *in l. 1. tit. de las arras, lib. 2. fori, quæſt. 3. col. 3. fol. 30. pag. 2.* diſtinguentes quod ſi contractus eſt prohibitus, & lex dirigit verba prohibitionis in perſonam contrahentis, talis contractus non firmatur Iuramento; ſecus vero ſi verba dirigantur in rem, cum quo tranſire ait Legiſtas ex Alex. & Alciato *in cap. nouit de iudiciis, num. 37. & hic num. 97. &* 109. & Couarruuias *ſupra*, amplectitur quod licet de Iure Ciuili non valeret contractus iuratus contra legem, vt *in dicta l. non dubium, Cod. de legibus*, valeat tamen de Iure Canonico ex hoc noſtro Textu. & ſimilibus, cui ſtari debet in vtroque foro, nec recedendum ab hoc opinione.

25 Ad ſecundam quæſtionis partem, an mulier rem dotalem alienam, Iuramento adſtringatur cõtractui? Iam ſatis ex proxime dictis manet reſponſum: Et de Iuramenti vi ad confirmandum contractum, & quomodo intelligatur, præter adductos, Hermoſilla *in l 8. tit 4. Gloſſa 13. n. 26.* Noguerol. *alleg. 34.* Cancerius *var. 1. p. c. 1.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem, an mulier prohibita contrahare, ſi contrahat obligetur in cõſcientia, etiam ex proxime dictis; & licet hic agatur de dubio, in quo interuenit Iuramentum, vt in præcedenti quæſtione adhuc plures dixerunt, quod naturaliter obligetur per *l. conſenſu, ff. de actionib. & obligat. & l. 1. ff. de pactis, c. 1. & 2. eodem*; indeque, vt ratione talis conſenſus naturalis obligetur conſcientiæ foro: ſic Iaſon *in §. ſed iſti quidem, col. penult, inſtit. de actionibus*, idem *in l. ſi non ſortem in princip ff de condit. indebiti*, & fuit dictum ſingulare Innocentij *in cap. quod ſicut, num. 18. de elect.* Padilla *in l. cum quis, num. 9. Cod de iuris, & facti ignorantia*, Ioan. Garcia *de nobilitate Gloſſa 6. §. 1. num. 10.* & eſt communis ſententia ſecundùm Alciatum *in tractatu de quinque ped. præſcript. fol. 6.* quia vbi adeſt conſenſus, ad eſt obligatio naturalis.

27 Nihilominus in praxi, & vtroque foro videtur tenenda contraria ſententia, tum ex Doctrina Textus noſtri, *dict. cap. ſi mulieres, hoc tit. lib 6. & dict. cap. quamuis pactum de pactis, libro 6.* quia ſi ibi ratione Iuramenti contractus mulieris de iure inualidus accipiat valorem, ſequitur vt Iuramento deficiente, ſit omni iure inualidus; quia prohibitus ratione optima: ita docent Bartol. *in l. Gallus in princ. ff. de liberis, & poſthum. num.* 17. vbi Iaſon hanc dicit communem, Anton. Gomez. *in l. 53. Tauri, num.* 8. Matienzo *in l. 2. tit. 3. Gloſſa 1. num.* 18. Couarruuias *in 4. p. 2. de ſponſalibus, cap. 7. §. 1. num. 3.* Palacios Rubios *in Rub. cap. per veſtra, §. 66. n. 3.* Zeuallos *in pract. p. 2. quæſt.* 284. quia vbi lex reſiſtit obligationi, non oritur obligatio ciuilis, nec naturalis, cum paria ſint non facere contractum, vel eum inutiliter facere, *ex l. quoties. ff. qui ſatis dare cogantur*, & ex quo omnis actus conſiſtat in voluntate, & potentia iuxta, *cap. cum ſuper de efficio de leg. l. teſtamenti cauſa, Cod. de teſtibus*, eueniat vt amiſſa legis forma, ſit voluntas contrahentis mulieris nullius momenti quoad vtrumque forum. † Nec obſtat quod filius familias obli- 28
getur naturaliter ex mutuo, vt dixi *ſupra in cap. ſi diligenti de foro comp. quæſt. 19. à num. 7.* quia illud amittetur quando agitur de lucro captando non vt hic, vbi agitur de amittendo, niſi mauis dicere, vt ibi, filiumfamilias non poſſe renunciare Senatuſconſulto Macedoniano, cuius beneficium eſt indultum fauore publico principaliter, *n. 4.*

Ad quartam quæſtionis partem, an per Iura- 29
mentum cenſeatur mulier certiorata de beneficio Vellaiani? Et adiunctis hic quæ dixi, *ſupra in dict. cap ſi diligenti ſub dict. quæſt. 19. à num. 3. & 4.* diſtinguens inter priuilegium Macedoniani, & Vellaiani, quod illud ſit primario indultum pro
filiisfamilias publicè. † Vellaianum ſcilicet pri- 30
uatè in fauorem mulieris fideiubentis; quæ etſi obligetur illo Senatuſconſulto ſuccurratur ex, *l. 1. & per totum ff. & Cod. ad Vellaian. & l fin. tit. 12. p. 5.* reſpondebis applicando quæſtionem hanc ad materiam Textu noſtri ex his, quæ in terminis dixi *ſupra in cap. ex reſcripto 9 q. 4.* verſic. *ad quartam ex n. 10.*

Ad quintam quæſtionis partem, an valeat obli- 31
gatio fideiuſſorum pro marito adhibito Iuramento, quando mulier enormiter eſt læſa, applicatis hic quæſtionibus, quas adduxi, *ſupra ſub, d. c. ex reſcripto 9 quæſt. 4. & 5.* quia & per dicta *ſupra*, in verſic. *ad primam*, conſtituat Zeuallos *in pract. quæſt.* 727. regulam deductam ex Textu noſtro, & *dict. cap. licet mulieres hic lib. 6.* quod iuramentum confirmat contractum mulieris, etiam ſi alias ſine Iuramento non valeret de iure, & quod etiam procedat in omnibus aliis contractibus iuratis, & renunciationibus, quæ aliàs de iure non ſubſiſtunt, probans ex *dicto cap. quamuis pactum de pactis. lib. 6. & ex dict. Authentica Sacramenta puber. Cod ſi aduerſus vendit* & per hoc ponat reſolutionem affirmatiuam, *à num. 1.*
† Quia & ſi *Authentica ſi qua mulier, Cod. ad Vel-* 32
laian. prohibeat ſimilem obligationem, & prohibeat quod mulier non poſſit pro viro ſe obligare: tamen refert id eſſe intelligendum, quando non interceſſit obligatio iurata, ſecus ſi Iuramentum interceſſerit, cum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, vt tenent Canoniſtæ *in c peruenit. de empt. & vend c. ſi verò, 8. hoc tit.* hic dicit magis communem

communem Alciatus *num.* 64. & Theſaurus *deciſ.* 223. ſemper exiſtimauit *ibi num.* 15. quod mulier iuramento obligatur, etiam ſi omnino indotata remaneret, cum Iura Canonica indiſtinctè, & genericè loquantur, & ſolùm excludant caſum quando iuramentum inducit periculum animæ; & attentis quæ dixi hic in toto verſic. *ad primam*, ex textu noſtro ſic videtur tenendum.

33 Et comprobatur hæc ſententia ex littera *dict. cap. ex reſcripto* 9. vbi mulier, quæ ſe obligauit cum iuramento, tanquam ſui mariti fideiuſſor, tenetur ad obſeruantiam contractus, & *in l.* 3. *tit.* 12. *p.* 5. *in* 3. *limit.* vbi mulier poteſt intercedere pro fideiuſſore; ſic vt valeat obligatio, quando renunciauit ipſa legis auxilio, & hoc nullo interpoſito iuramento; ergo licet poſtea ex *l.* 59. *Tauri*, aliàs 61. *in princip.* quæ hodie eſt, *l.* 9. *tit.* 3. *recopil.* alter caueatur in illis verbis: *De a qui adelante la muger no ſe puede obligar por fiadora de ſu Marido, aunque ſe diga, y a legue que ſe conuirtio la tal Deuda en prouecho de ſu muger*: hoc ſuſtinebitur iuxta prima noſtri textus verba, dum iuramentum non accedit mulieris.

34 Video namque in terminis noſtræ quæſtionis per *d. Authent. ſi qua mulier, Cod. ad Vellaianum ex d. l.* 59. *aut* 61. *Tauri*, ex verbis, *Auth. vt immob. ante nupt. donat. col.* 5. in verſic. *ſi quis igitur tale aliquid fecerit*, & ibi, *mulier forſan in lucro*, & ibi, *ſed nec ipſos contrahentes*, & ibi, *conſenſus enim in talibus*, vbi quod nihil intereſt vt ipſa obligetur, tanquam principalis maritus, tanquam fideiuſſor; quia nullo caſu ipſa tenetur, ne fiat fraus legi; & quia quomodocumque mulier pro ſuo marito obligetur, perinde fieri, ac ſi obligatio facta non eſſet, ſi ad bona mariti non habeat recurſum.

35 † Vt probatur etiam, *in Auth. ſiue à me, Cod. ad Vellaianum*, ibi: *conſenſus nihil proficit quominus demus mulieri in rem actionem, niſi alia res viro ſint, ex quibus Conſuli ei poſſit.* Et probant quidem DD. hanc ſententiam conſiſtere in damno, & læſione ex præſumpto metu mulieris; & quia iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret; & quia prohibitio, de qua *in d. Auth. ſi qua mulier*, reſpicit bonum publicum, ne mulieres maneant indotatæ, vt *in dicta l.* 2. vbi DD. *in d. l.* 1. *ff. ſoluto matrimon.* & quia quando dolus ſaltim præſumptus intercedit, non ſuſtinetur contractus, vt *in l. ſi quis cum alter, ff. de verb. oblig.* vbi notant DD. præſumitur ergo mulier, quando pro marito fideiubet magis metu reuerentiali, quàm ex animi deliberatione ſpontanea procedere; & ſic maximè procedere declarat Alciatus per textum noſtrum, *n.* 2. quando datur læſio enormis, cum dolus præſumatur adhibitus in tali conuentione, & quædam oppreſſio reuerentialis; & quia prædicta prohibitio conſiſtit in publico fauore, ne mulieres maneant indotatæ; item quia faciens mulier contra legem prohibitiuam, peccet mortaliter, vt tenet Baeza *de non meliorand. filiabus*, *cap.* 29. *n.* 1. *in princip.*

36 Et aliis inquam fundamentis hanc docent vltra Gloſſam *in d. Auth. ſi qua mulier*, Iacob. Butrig. Salicetus, Batt. & Bald. *ibi*, Roland *conſil.* 2. *num.* 80. *vol.* 1. Allegans Philippum Francum ſic tenentem, *in d. cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. Pariſ. *conſil.* 65. *num.* 13. *lib.* 3. & *conſil.* 75. *n.* 13. & 16. *lib.* 4. Alciatus *hic d num.* 223. Decius *conſ.* 181. & 182. dicit communem Gaillius *lib.* 2. *pract. obſeruat.* 77. refert alios pro hac ſententia Antonius Theſaurus *n.* 9. dicens quod Senatus ita practicauit ſequenti ſcilicet temperamento, vt ſi mulieri remaneret dimidia pars dotis, tunc valeret obligatio iurata, aliàs ſecus, Spino *de teſtamentis gloſſa* 12. *princip. num.* 109. quam dicit magis communem Anton. Gomez. *in dict. l.* 59. *Tauri*, aliàs 61. Guttierrez *de Iuramento confirm.* 1. *p. cap.* 55. *n.* 7. & omnium latiſſimè Ceuallos *d. q.* 727. *ex n.* 3. ex dictis fundamentis, & argum. *l. fideiuſſori eius, ff. de donation.* & *l. qui contra ſe natus, ff. de fideiuſſorib.* verſic. *fideiuſſorem à patre*, & *leg. ſi mulier contra, ff. ad Vellaian.* in verſic. *ego puto*; & quia *in d. Auth. ſi qua mulier*, origo obligationis impeditur cum clauſula irritanti, & quia ſi aliàs per iuramentum legis prohibitio illuderetur eadem facilitate, mulier iuraret, ac contrahit.

Hæc omnia reddunt hanc opinionem non parùm fortem, ſic vt dicant adducti DD. in hoc caſu ceſſare rationem textus noſtri, *d. cap. quamuis pactum*, & *d. cap. licet mulieres.* 37 † Sed ego dictans pro prima opinione, quam præter adductos tenent in terminis Matth. de Afflictis *deciſ.* 311. *n.* 4. etiam ſi mulier læſa ſit ex tali obligatione, vel fideiuſſione, vel quia in vnum totum, vel maxima parte remaneat indotata dicens ita teneri communiter per Canoniſtas, & ita fuiſſe iudicatum referens in Senatu contra vxorem vnius, de Barbatia, Palacios Rubios *in cap. per veſtras*, §. 17. *de donat. inter virum*, & *vxorem*, *n.* 23. *in fine*, Boërius *deciſ.* 23. *n.* 9. per dicta Iura conſuluit Abbas *conſ.* 9. *n.* 9. *volum.* 2. dixit magis communem Burſatus *conſ.* 66. *n.* 15. *lib.* 1. & Roland. *conſ.* 70. *n.* 2. Theſaurus *vbi ſuprà*, dicens pro illa iudicaſſe, etiam ſi mulier indotata maneret. Et nouiſſimè ponens hanc quæſtionem, nec reſoluens longè vt in aliis ſolet, eſt videndus D. Ioan del Caſtillo *lib.* 3. *Controu. ad d. Auth. Sacramenta puberum, cap.* 2. *num.* 126. & Ioannes de Ondendon *in conſ.* 45. qui plenè agit de intellectu, *dicta Authent. ſi qua mulier*, Petrus de Barboſa *in d. l.* 1. *ff. ſoluto matrim. p.* 5. *ex n.* 54. verſic. *ſecundus caſus vſque ad n.* 60. Morquecho *de diuiſ. bonorum, lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 43. Azeued. *in l.* 9. *tit.* 3. *n.* 9. *lib.* 5. *recopil.* Guttierrez *de Iuram. Confirm. p.* 1. *cap.* 55. & *practic. lib.* 2. *q.* 28. & 29.

Et probo ex primis verbis textus noſtri ibi: *Cum contingat interdum, quod conſtante matrimonio mulieres alienationibus ſuper rebus dotalibus, & donationibus propter nuptias conſentiant, ne vlterius contraueniant proprio Sacramento firmando, ac ſoluto proceſſu temporis, matrimonio contrauenire nitantur, vtrum hoc eis liceat.* Et huic conſultationi reſpondens Pontifex Innocentius III, iuxta Iuris regulas, quod etſi mulierum conſenſus in talibus non videatur obligatorius ſecundùm legitimas ſanctiones (ait tamen) *de tali prætextu viam contingat periurÿs aperire, mulieres ipſa ſeruare debent, huiuſmodi iuramenta.* Quid enim clarius ad caſum noſtrum, nam & ſi hic conſideratur ratio publica indotatarum mulierum, adhuc interpoſito iuramento, voluit quod valeret alienatio ſuper rebus dotalibus, & donationibus propter nuptias, quæ alias ſimpliciter eſt prohibita iuxta legitimas ſanctiones. 39

Quare & ſimili modo quantumuis in caſu noſtro conſideretur publicus fauor, id venit ſecundario, vt reſpondi hic in toto verſ. *ad primam*; & quamuis præſumatur reuerentialis metus, & dolus iuxta exceptiones textus noſtri in vltimis 40

verbis

verbis hic, *ſine vi, & dolo præſtita*, exiſtimo hæc accipi, ſi conſtet de dolo, & vi non ſi tantùm præſumatur, ob quod dici debet, vt interim, quo probatur dolum, & metum reuera interueniſſe, debeat ſuſtineri fideiuſſio, aliàs prohibita, & nulla per iuramenti acceſſionem, cum iam dixerimus iuramentum facere, vt alias contractus nulli de Iure poſitiuo confirmentur, ac ſi prohibiti non eſſent, nec quod hic, vt *in dict. verſic. ad primam*, militet alia illa regula, quod iuramentum ſequitur naturam contractus, cui adhæret, nec in iſto caſu poſſe conſiderari præiudicium tertij, nec quod obſeruata vergant in diſpendium ſalutis æternæ iuxta limitationes textus noſtri.

41 Itaque etſi ex verbis, *dictæ Auth. ſi qua mulier*, deducatur, etiam vt contractus mulieris cum ſuo marito celebratus, ſit ipſo iure nullus, niſi probetur quod fuit verſus in eius vtilitatem, quod videtur non eſſe dicendum in contractu fideiuſſionis, qui ſemper eſt damnoſus, cum quis ſe conſtituat debitorem pro alio, vt docent Couarruu. *lib 3. variar. cap. 2. n. 6.* Bartol. & alij, *in l. fin. Cod. ad Vellaianum*, Antonius Gomez. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 13. n. 17.* cum aliis *ibi* Haillon *n. 18.* Palacios Rubios *d. cap per veſtras, §. 18. n. 10. de donat. inter*, Sfortia *de reſtit. in integ. 2. p. q. 54. n. 10.* ex textu optimo, *in l. interdum, ff. de minor.* non implicat autem, vt accedente iuramento validè fideiubeat mulier, quantumuis patiatur damnum, cum idem contingat in textu noſtro, in muliere alienante res dotales, &c.

42 Et fundatur noſtra opinio ex doctrina textus, *in cap. peruenit, de emptione & venditione*, quia etſi alienatio rei dotalis à marito facta, conſentiente muliere ſuſtineatur; quia ex mariti bonis ſupererant alia, quibus ipſi vxori conſulatur, quaſi ſi bona non eſſent, aliter diceretur. Tamen quoties accedit conſenſus iuratus mulieris, eſt dicendum iuxta textum noſtrum, quod etiam in ſpecie, *d. cap. peruenit*, ſi bona non ſupereſſent, contractus valeret, qui ex alio capite ex enormiſſima læſione reſcindi poſſet, vt *ibi* dico per textum *ibi in cap. cum dilecti*, ex quibus patet iuratam fideiuſſionem à muliere factam pro marito valere; etſi probato metu dolove, nulla alias eſſet, aut reſcindatur, &c.

QVÆSTIO II.

An valeat alienatio fundi dotalis facta à muliere cum iuramento, quando prius iurauit non alienare: Et an ſi mulier aliquando iuraſſet, ſe minimè fideiuſſuram, ex poſt facto autem fideiubeat cum iuramento, an valeat eius fideiuſſio: An contractus minoris ſuper alienatione rerum, & aliorum, iuramento firmetur: Et an reſtituatur, ſi contrarium iuret: Et an reſtituatur pubes maior infante, & ſi certioratus ſit de contractu, vbi de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Mulier iurans non alienare fundum dotale, & poſtea alienare iuret, non valet alienatio contra aliquos, n. 2. ex n. 3. & 4.*

2 *Actus contrarius priori iuramento validus, quando intelligatur, n. 3. & 4.*

3 Gloſſa in cap. fin. de procurat. lib. 6.

4 *Procuratoris reuocatio iuxta valet contra primum contrarium.*

5 *Donatio propter nuptias, aut rei dotalis alienatio, eſt inualida de iure.*

6 *Iuramentum primum de non alienando rem, aliàs prohibitam, non inualidatur per ſecundum contrarium. Et quare.*

7 *Mulier iurans minimè fideiubere, obligatur primo iuramento, & ſi poſtea iuret fideiuſſionem. Et quare, n. 8.*

9 *Contractus minoris obligat, ſi iuratus ſit, n. 10.*

10 *Iuramentum non obligat extra actum.*

11 *Minor quando reſtituatur ob Leſionem aduerſùs contractum à ſe iuratum, numeris ſequentib. De reſolutione à n. 18.*

17 L. fin. Cod. de non numerata pecunia.

18 *Minor Læſus in contractu iurato, reſtituitur aduerſùs eminentiſſimam Læſionem excedentem dimidiam iuſti pretij.*

19 *Læſis enormiter iura ſolent ſubuenire.*

20 *Reſtitutio competit maioribus, ſi læſi ſint vltra dimidiam.*

21 *Iuramentum non impedit, quominus in integrum reſtitutio competat puberi grauiter læſo, obtenta ab illo abſolutione, n. 22.*

23 *Impubes maior infante, ac doli capax verius eſt, vt iuramento obligetur, ſed num ad pœnam periurij integrum, vt n. 24. 25. & 26.*

26 *Minor iurans ſuper contractu in totum tenetur, & obligatur, ſicut maior.*

27 *Iurans non contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis contractus, verius eſt, vt adhuc audiatur, num. 28. etiamſi renuntiatio ſit geminata, n. 29.*

30 *Læſio quæ dicatur enormiſſima, quæ enormis, circa quos contractus, intelligatur.*

AD primam quæſtionis partem, & ad ſecundam, facile videtur reſponſum ex adductis *quæſt. 1.* verſic. *ad primam*, & in verſic. *ad quintam*; ſed vt in terminis agatur, videtur, vt quando mulier iurauit non alienare rem Dotalem, ſi poſtea alienauit, & iurauit alienationem, nihil valeat alienatio etiam iurata, propter primum iuramentum: ſic Gloſſa *in cap. licet mulieres hoc tit. lib. 6.* verb. *compellendos*, & Alexand. *in l. duobus, §. fin. ff. de iureiur. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n. 13. ff. de verb. oblig.* dicit communem Alciatus *in textu noſtro à num. 42.* Guillielm. Bened. *in cap. Raynutius* verbo *duas habens filias, num. 190. de teſtam.* Curtius Iunior. *conſ. 168. num. 25.* Iaſon *in dicta l. ſtipulatio, num. 40.* Gregor. Natta *in cap. quamuis pactum de pactis lib. 6.* Ripæ *in cap. cum M. de conſtit.* Gutierrez *de iuram. confirm. 1. p. cap. 1. num. 79.* Couarr. *in dicto cap. quamuis pactum 2. p. §. 2. per totum*, Anton. Gomez. *in l. 53. Tauri, n. 58.* Bernard. *reg. 437.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 1. num. 52. pag. 437.* Palacios Rubios *in Rub. de donat. inter, §. 54. n. 6.* Caſſaneus *de conſuet. Burgundiæ, Rub. 4. § 16. in princ. n. 3.* qui limitat quinque Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 1. n. 26.* Sanchez *de matrim. lib 6. diſp. 13. n. 2.* cum multis Suarez *de religion. tom. 2. lib. 2. de Iuram. cap. 30. n. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 6. q. 2.* Mieres *de Maiorat. 4. p. q. 15. n. 11.* Padilla

dilla *in l. Clari, Cod. de fideicommiſſ. n.*8. limitans tripliciter, Matienzo *in l.*3. *tit.* 10. *gloſſa* 10. *n.*3. *lib.*5.*recop.* bis limitat eam Guilielm. Benedictus *ſuprà* cum infinitis aliis Gratian. *reg.*276. ex antiquis, & modernis.

2 Contrariam verò ſententiam defendunt abſolutè idem Iaſon *in* §. *ſi quis poſtulante, num.*11. *inſtit. de action.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. libro* 2. §.18. *n.*158. Bernard. Diez de Lugo *reg.*477. & *ibi* Salcedo cum pluribus, Afflictis *deciſ.*357.*n.*3. plures refert Padilla *in l. clari, n.*8. *Cod. de fideicommiſſ.* per textum, *in cap. ſicut de ſponſal.* vbi actus contrarius priori iuramento validus eſt, & per Gloſſam *in cap. fin. de procurat. lib.*6. vbi ait conſtituentem procuratorem iuramento præſtito de non reuocando, periurum eſſe, ſi reuocet, ſed validè reuocare. Videbis dicta *ſuprà in cap.*3. *& cap.*16.

3 Sed quia Salcedo *vbi ſuprà*, & Guttierrez *in cap.*74. *n.*3. *de Iuram.confirm.* reſpondeant textum illum, & Gloſſam procedere ob matrimonij priuilegium, vt detur in eo libertas maxima: tamen extra illum caſum propter authoritatem primi iuramenti, cum ſecundùm ſeruari non poſſit ſine interitu ſalutis æternæ, *ex cap. veniens*, vbi DD. *hoc tit.* maximè cum alienatio fundi dotalis ſit à Iure prohibita, vt per totum *tit. C. de fundo dotali*, & *in d. cap. licet mulieres*; ideo ego ſub diſtinctione procedere exiſtimo, reiecta conciliatione Couarruu. *d.* §.2. *n.*4. Guttierrez *d. cap.*1. *n.*81. nempe, vt quoties actus validus eſt, ac licitè fieri poteſt, ſicque eius valor ab agentis voluntate pendet, adhuc valeat; licet

4 ſit contra prius iuramenti vinculum. † Vt contingit in reuocatione procuratoris, quæ de ſe licita eſt, & in contractu matrimoniali, quod validè fieri poteſt ex ſola contrahentium, vel reuocantis voluntate, nullo deſiderato iuramento vim, & valorem illi actui tribuente. Tamen quando actus eſt Iure inualidus, nec pendens ab agentis voluntate, obſtante prohibitione Iuris illum irritantis, qui ſolo iuramento confirmandus erat, ac validus efficiendus, vt contingit in donatione inter coniuges: *l.* 1. *ff. de donat. inter virum, & alienatione rei dotalis, l. Iulianus, ff. de fundo dotali*: tunc ſi iuret quis ſe non facturum id, ſi poſtea faciat, iuramentoque confirmet hic poſterior actus contra prius iuramentum, erit inualidus, vt in terminis diſtinguunt Barboſa *in d. cap licet mulieres*, & cum aliis Th. Sanchez *d. lib.*6. *de matrim. diſp.*13. *n* 5.

5 Et apertè ex textu noſtro, non obſtantibus, quæ reſolui *ſuprà d q.*1. in toto verſic. *ad primam*, comprobatur nam hic alienatio rei dotalis, aut donationum propter nuptias, eſt inualida, ac prohibita, iuxta legitimas ſanctiones, cui ſi accedat iuramentum fit valida propter rationes *ibi* adductas. Ergo eueniet vt ſi poſtea fieret aliud iuramentum contra prius factum, vt in caſu quæſtionis noſtræ de non alienando, ſecundum

6 iuramentum de alienando non valeat. † Eo quod primum iuramentum de non alienando, fuit corroboratorium actus, aliàs prohibiti à Iure: quare in concurrentia duplicis Iuramenti ſtari debuit primo iuramento corroboratorio actus, aliàs etiam prohibiti à lege, qualis eſt alienatio fundi dotalis; & ſic non obſtare dicta in dicto verſic. *ad primam q.*1. cum ibi tantùm inueniatur vnum iuramentum confirmans alienationem, alias Iure ſimpliciter prohibitam.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſi mulier aliquando iuraſſet ſe minimè fideiuſſuram, ſi ex poſt facto autem fideiubeat cum iuramento, reſpondeo per doctrinam proximè adductam, vt non valeat ſecunda fideiuſſio, etiam iuxta, vt docent in terminis Menchàca *de ſucceſſ. creat.* §. 18. *n.*158. Padilla *in l. nec paſſim, n.*12. *Cod. de Iuris. & facti ignorantia*, Ceuallos *in pract. q.*727. *ſub num.*17. 7

Et ratio eſt, quia cum mulieri ſit fideiuſſio prohibita, eo quod ſemper illi eſt damnoſa, iuxta longè dicta *dict. q.*1. *dict.* verſic. *ad quintam*, ſequitur vt accedente tali prohibitione, iuramentum de non fideiubendo, nequeat ſecundum iuramento irritare illud primum confirmatorium prohibitæ fideiuſſionis per adducta *in dicto cap. veniens, quæſt.*1. *à num.*1. *cap.*3. & *in cap.*9. *hoc tit.* ex quibus dubium hoc poſſet ad longum tractari. 8

Ad tertiam quæſtionis partem, an contractus minoris ſuper alienatione rerum, & aliorum confirmetur? Et an reſtituatur, ſi contractum iuret? Ad primum dubium pro negatiua ſententia, quam docent Iaſon *in Authent. Sacramenta puberum, num.*37. *Cod. ſi aduerſus venditorem*, Alciatus *hic n.*116. cum aliis, eſt fundamentum, nam leges, & canones dicunt iuramenta obſeruari debere; non autem contractus iuramenmento firmari: ſic probantes per *dict. Authent.* & textum noſtrum. Pro affirmatiua, quæ ſequenda eſt ex longè adductis, *in d. q.*1. faciunt *ibi* ſcripta; item & textus, *in cap quamuis pactum de pactis, lib.*6. ibi: *ſi tamen iuramento*, &c. *firmatum fuerit omnino ſeruari debebit*, docent hanc Bartol. *in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſorib.* Curt. *conſ.*47.*n.*4. Couarr. *in d cap. quamuis, in* 2.*p.n.*7. Seraphin. Senenſis, aliis adductis *de priuileg. iuramenti, priuileg.*9. & adducti *d. q.*1. 9

Et confirmatur, quia ſi dumtaxat iuramentum ſeruandum eſſet, & non etiam contractus confirmaretur, videretur eſſe cogendus, is cui iuramentum præſtatur, ad relaxandum tale iuramentum, veluti præſtitum in contractu nullo, & inualido, ac proinde illicito, ac non ſeruando per dicta *ſupra in cap.*1. *hoc tit.* ſed nullibi, ait Faquineus *lib.*3. *controueſ. cap.*11. vel canones, vel leges inſinuant, ergo: quare ita etiam tenens dicit reſpondendum ad fundamentum contrarium, vtrumque ſcilicet caueri iuramentum ſeruandum, & contractum ipſum, tanquam iuramento confirmatum, ſicque patet ex textu noſtro. 10

Dubium autem ſecundum, an minor reſtituatur, ſi contractum iuret? non leuis eſt Doctorum difficultas; ſiquidem Ioannes Andreas *hic in* 1. *columna*, & canoniſtæ; & alij DD. *in dicto cap. quamuis pactum*, vbi Archidiaconus, dicunt quod ſit minor eſt pubes, major annorum 14. fœmina 12. talis contractus valeat, ac teneat iuramento confirmatus; ſic vt Læſo non competat reſtitutio per textum expreſſum *in dict. Auth. Sacramenta pub. Cod. ſi aduerſus vendit.* vbi Gloſſa Ordinaria, Azor. *in ſumma*, Odofredus, Petr. Iacob. Cynus, Bartol. Alberic. Bald. Angel. Paulus Salicetus, Iacob. de Sancto Georgio, Corneus; & Franc. Curtius, textus Federici vnde illa ſumitur *in cap.* §. *item Sacramenta* de pace tenenda, & iuramento firmando in vſibus feudor, quod etiam diſponit *l.*6. *tit. fin. p.*6. 11

† Et Bartol. *in dicta Auth. Sacramenta* 1. *col. n.*9. 12
extendit

extendit vt procedat, & habeat locum etiam in proximo pubertati, quia ille talis habet iam intellectum, comprobant latiſſimè Couarr. *in d. cap. quamuis pactum 2.p.* §.1. *n.7.* Gregor. Lopez *in l.6.tit.9.p.6.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib* 3. §.28. Anton. Gabriel *in ſuis commun. lib.2. tit. de minor. concl.5. n.20. ampliat.7.* Sanchez cum infinitis *in Summa lib.3.cap.12. n.29.* Barboſa *in d. Auth. Sacramenta puber. in collect.*14 Gratianus *reg.*316.*n.*36. vbi etiam quid in Eccleſia, Gail. *lib.2. obſeruat.*41. *circa fin.* Guttierrez *de Iuram. confirm. 1.p. cap.*40. & *in d. Auth. Sacramenta*, ex *n.*100. *& num.*103. Molina *de Iuſtitia diſput.*149. *&* 515. Petr. Gregor. *in ſyntagmat. lib.50. cap.5.à n.3.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg* 61. *per tot.* vbi latè ampliat, & limitat Ant. Gom. ſeptem ampliationes ponens *lib.2. Variar. c.14. ex n.*18. Farinacius plures referens, amplians, & limitans *in praxi crim. tit. de falſit. q.*160. *ex n.*134. *vſque*
13 *ad* 260. *& q* 15. *à n.*37. † Imò Guttierrez *in d. Auth. Sacramenta*, probat prædictam reſolutionem procedere, etiã in impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati, & dixerunt, Ceuallos *in pract. q.*123. de quo latè Sanchez *lib.6. de matrim. diſput.*38. *à n.*16. Barboſa *in d. Authent. Sacram puber.* Sanchez omnium longiſſimè legendus *moral. d. lib.3. cap.12. per totum*, Hermoſilla *in l.4. tit.5. p.5. gloſſa* 7. *n* 41. & alij.

14 Sed quia Cynus *in d. Auth. Sacramenta puberum*, dixit depoſitionem illius fuiſſe valde periculoſam, tam minoribus, quàm ſecum contrahentibus, qui multotiens inducunt minores ad iurandum, vt excludantur à beneficio reſtitutionis, exhauriatque faciliter patrimonium minorum, oneretque conſcientiam ſecum contrahentium, & dicat Faquineus *d. lib.3. contr. cap.*11. in verſic. *ſecundo*, vt detur minoribus viginti quinque annorum poteſtas ſuper alienationibus bonorum ex legibus, & conſtitutionibus, vt contractus infringant, vt *in l.1. & toto tit. ff. de reb. eorum, & in tit. Cod. de prædijs minorum*: ideo etſi iuramento firmetur, læſióque minoribus dictis contingat; cur inquam denegatur minori reſtitutio aduerſus læſionem?

15 Quare cum videam adhuc plures DD. negantes reſtitutionem, quando minor ex contractu iurato enormiter læſus eſt, & comprobetur ex reſolutione adducta ex textu noſtro *ſuprà q.1. à n.1.* & ex dictis *ibi* de muliere fideiubére, quæ etſi exhauriat dotem illius, fideiuſſio iuramento vallata ſuſtineatur, & inſuper videatur adſtrui ex verbis textus, *in l.1. Cod. ſi aduerſus vendit.* in verbis ibi: *nec perfidiæ, nec periurij me authorem ſpectare debuiſti*, quæ explicans Faquineus referendo illud verbum *perfidia* ad contractum *dict. lib.3. cap.*11. *controuerſiar.* ſic vt ſi iuramento non confirmaretur, nulla eſſet perfidiæ deteſtatio; quaſi tunc tantum dari minoribus læſis poteſtatem infringendi contractus, non ſi illos iurauerint, huiuſque opinionis ſint Iacob. de Sãcto Georgio *in dicta Auth. Sacramenta puber. q. fin.* Paul. & communiter DD. notantes per textum, *in l. ſub prætextu, & l.2. Cod. de tranſact.* & per textum, *in l. tres fratres, ff. de pactis, in l. ſi quis rationes, ff. de liberat. leg. l. quidam decedens, ff. de adminiſtr. tutor. in l.1.* §. *ſed vitandum, ff. de ſuc-*
16 *ceſſorio edicto.* † Et ex aduerſo alios affirmantes dari reſtitutionem inter quos Anton. de Butrio *hic col.7.* verſic. *quartus caſus*, vbi alij, Ancharr. *reg. acceſſorium de reg. iuris, lib.6. col.5. in medio*, Dominicum *in d. cap. quamuis pactum de pactis, lib.6. col. penult.* Iaſon *in l. nemo poteſt, ff de legat.1.* Bald. *in l.1. Cod. de operis libertor.* quod videtur voluiſſe Gloſſa *in l 3. Cod. plus valere quod agitur*; quia in tali caſu, vbi adeſt læſio talis, præſumitur dolus, vel ſaltim interuenit reipſa: argum. textus cum materia, *in l. ſi quis cum aliter, ff. de reſtit. minor. l.2.* §. *circa, ff. de doli exceptione, l. omnes,* §. *Lucius, ff. quæ in fraudem credit.* & quia iura Canonica, & Ciuilia diſponunt, quod contractus, in quo interuenit dolus, vel metus, non firmetur iuramento, vt patet in textu *hic*.

Et quia iuramentum interpoſitum in aliquo 17
actu, vel contractu, habeat tacitam conditionem, vt reguletur, & intelligatur ſecundum naturam, & qualitatem eius, quando deficit voluntas, & conſenſus iurantis iuxta textum ſingularem, *in l. fin. Cod. de non numerata pecunia*, quem ad hoc reputat ſingularem Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſt. col.5.* dicens eius eſſe verum ſenſum, & intellectum, & Iaſon reputat vnicum, *in l. qui pecuniam, ff ſi certum petatur*, & omnes inferentes in tam enormi læſione, non poſſe conſiderari conſenſum, & voluntatem minoris, ac perinde, vt non firmetur iuramento.

Ideo ego in tam lubrica quæſtione exiſtimo 18
vtramque opinionem veram eſſe in ſuo ſenſu: nam ſi læſio ex contractu minoris fit, vltra dimidiam iuſti pretij, credo vt ſit reſtituendus; quod ſi non excedat illam dimidiam, tunc non veniat remedio reſtitutionis adiuuandus per illa quæ latiſſimè Doctores dicunt *in cap. 3. de empt. & vendit.* vbi & ego, vt diſtinguunt Bartol. *in dicta Authent. ſacram. puberum, col. 2. num. 14.* vbi communiter Doctores; præcipuè Corneus *col. 30. num. 84.* Gloſſa Ordinaria *in l. 2. Cod. de reſcind. vendit.* vbi Odofred. Bartol. Bald. Salicetus, & communis Doctorum tenet; & in textu noſtro Abbas, Panormit. *col. 14. num.22.* Ioannes de Imola ſingulariter *num.47.col.9.* Hoſtienſ. *2 col. in fine*, Rofredus *in libellis ſuis in Rubrica de actione ciuili quanto minoris, num.26.* Idem *in Rubrica Conſtitutio Federici Imperatoris*, quam ponit inter Senatus Conſult. *num. 15. col. 7.* Antonius Gomez, *dict. lib.2. var. cap.14 ſub num.20.* Couarruuias *in dicto cap. quamuis pactum, de pactis, 3. p.* §.4. *num.6.* Molina *de primogen. lib.2. cap.3. n.21.* Padilla *in dicta l.2. Cod. de reſcind. venditione, n.33.* Guitierrez *de Iuram. confirm. cap. 26. num.8.* Matienzo *in l.1. titul.11. lib.5. recopilat. gloſſa 18. num.50.* Seraphinus *de priuileg. iuram. priuileg.83. num.87.* verſic. *tertio dicitur*, Mancinus *de iuramento, part.4. effectu 2. quæſt. num.10.* Morla *in emporio tit.5. quæſt. num.6. & 50.* Caldas *in leg. ſi curatorem,* §. *læſis ex num.1.* D. Ioan del Caſtillo, plurimos referens, *libro 3. controuerſ. cap.2. ex num.22.* Cancerius *Variar. p 1. cap.1. ex num.292.* Oſuald. ad Donell. *lib.21. cap.13.* Farinac. verbo *Iuramentum, num.1288.* vbi ſex opiniones adducit circa præſentem quæſtionem, videndus Hermoſilla *in l.4. tit.5. p 5. gloſſa 12. ex num.34.* & agens de contractu iurato, *in l.56. eodem titul. gloſſa 11.* & diſputans ſequitur ita Faquineus *d. lib.3. controuerſ. cap.16. in princ.* vbi & tenuit de minori grauiter læſio.

Et ratio fundamentalis videtur eſſe; quia cum 19
iura ſoleant ſubuenire enormiter læſis, ac deceptis, vt patet ex *leg. ſi ſuperſtite, Cod. de dolo, ex leg. maioribus, Cod. communia vtriuſque Iudic.*

ex

ex l. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. & ex aliis locis ſequitur dicendum, vt quantumuis iuramenta puberum, contractum firment, ac corroborent, ſed non inde effici aduerſus talia iuramenta, negandam eſſe reſtitutionem mi-
20 noribus, ſi læſi fuerint. † Et fortius, quia ſi maioribus læſis, vltra dimidiam competit reſtitutionis beneficium, quorum contractus, alias validus eſt: ergo ſi minoris contractus; ideo valet, quia iuramento firmatur, debet dici regulandum eſſe; quatenus ad reſtitutionem, vt regulatur contractus maioris læſi, vltra dimidiam, & enormiter, cum debeat relinqui natura dicti contractus intra diſpoſitionem Canonicam, de qua *in cap. cum dilectus 3. de emptione, & venditione*, vbi licet teneat venditio, etſi venditor ſit deceptus, vltra dimidiam iuſti pretij, poteſt nihilominus venditor agere, vt reſtituatur res, vel iuſtum pretium ſuppleatur, de quo dico *ibi* latiſſimè.

21 Nec obſtat iuramentum, quia illud facit, vt non liceat minori contractum inualidum reſcindere, veluti quando abſque curatore ſuo rem diſtraxit, *leg. ſi curatorem habens, ff. de in integ. reſtitut.* vel ſi cum curatore rem immobilem diſtraxit, in qua non valet alienatio abſque Decreto Iudicis, vt dicit Faquineus ad illam *leg. libro 3. controuerſ. cap. 1.* Ergo cum iuramentum operatur, vt ſit obſeruandus contractus, alias nullus: argum. textus noſtri, *dict. cap. licet mulieres hic libro 6. dict. cap. quamuis pactum de pact. libro 6.* ſequitur, vt licet *in dicta Auth. Sacramenta puber. Cod. ſi aduerſus vend.* iuramento contractus minoris roboretur, hoc quidem procedere, vt iuramenta puberum inuiolabiliter obſeruentur, ne lex ſit perfidiæ cauſa, aut periurij ex *dicta l. 1. Cod. eodem*, ad hoc quidem,
22 ne contractus reſcindatur, tanquam nullus. † Sed non quominus in integrum reſtituatur pubes grauiter læſus iuramenti, ſcilicet, abſolutione obtenta ad effectum, vt (vocant) agendi, ac integrum reſtitutionem petendi: ita Faquin. *dicto cap. 16.* arguens in verſic. *ago*, ex reſtitutione conceſſa maioribus læſis, ac deceptis, vt *in tit. ff. de in integ. reſtitut.* & ex prædictis intelliguntur duæ diuerſæ opiniones, quas ex multis, etiam retulit Gratianus *reg. 1. ex num. 4.* de Doctoribus dicentibus, *in c. quamuis pactum de pactis, lib. 6.* iuramentum in contractu præſtitum à minore in tantum eum facere maiorem, quod nec poterit reſtitui, etiam ex enormi læſione, nec abſolutio dari, ipſum leges, & *à n. 5. 6. & 7.*

23 Ad quartam quæſtionis partem, quia facilis eſt explanatio ex dictis, *ſuprà*, à verſic. *dubium dubium*; ideo licet Gloſſa *in dicta Authent. Sacramenta, puber.* & Gloſſa verbo *potuerit, in l. fin. ff. de liberali cauſa*, Gloſſa verbo *ſeruari in dicto cap. quamuis pactum de pactis, lib. 6. & in princ. 22. q. 4. gloſſa 1.* in verſic. *quid ſi impubes, in cap. 1. §. item Sacramenta de pace tenenda*, dicant impuberem maiorem infante ad ſeruandum iuramentum non obligari, ac de Iure Regio probetur, *in l. 7. & 16. titul. 11. p. 3. & l. 56. titul. 5. part. 5. l. 6. tit. 19. p. 6. l. 5. tit. 10. lib. 3. fori minorem*, 14. annorum pœnam periurij non incurrere; imò & Doctores intelligant ita procedere etiam, ſi impubes ſit doli capax, cum multis dubitet de minori doli incapace, vt tenent Alex. *in leg. qui iuraſſet in princip. num. 2. ad finem, ff. hoc tit.* Henricus *in cap. conſtitutus de in integr. reſtitut. num. 5.* Aretinus *in cap. in præſentia, de probat. num. fin.* Socinus *regula* 194. verſic. 9. Iaſon *in dicta Authentic. Sacramenta, num. 20.* Alciatus communem dicens, *hic num. 129.* Couarruuias *in dicto cap. quamuis pactum 3. p. §. 1. num. 3. col. 3.* qui vtrobique hanc ſequitur, pro qua adducunt textum, *in dictà Authent.* & *in dicta l. qui iuraſſet.*

Tamen ego in minori impuberi doli incapaci, ſic admitto in eo inquam, qui eſt doli 24
capax, ex iam dictis teneo vt eius contractus iuratus ſit obſeruandus ſub periurij pœna: ita Bartol. *in dicta Authent. Sacramenta*, dixit veriorem Imola *hic num* 48. & tutiorem Gullielm. Benedict. *in cap. Raynutius*, verb. *duas habens, num. 292. de Teſtibus*, Abbas *conſil. 108. num. 2.* vbi dicit hanc tenere Canoniſtas, qui latius ſe extendit, *conſil. 39. volum. 1.* dixit eſſe communem Iaſon *in leg. is cui bonis, num. 19. ff. de verb. obligat.* Decius *num. 3.* Cagnol. *num. 11. in l. Pupillum, ff. de regulis iuris*, Gualdenſis *de arte Theſaur. tit. 1. cent. 5. num. 2.* & pro hac parte Ceuallos *in pract. quæſt. 123.* ſic tenens in iudicando, & conſulendo, probat ex Gloſſa *in cap. ex litteris, & l. 2. de ſponſalib.* juncto *cap. 1. de delictis puerorum*, Gloſſa *in dict. cap. paruuli 22. quæſt. 4.* & ex textu, *in l. fin. §. in eum, ff. deliber. cauſa* ac tenuerunt Guttierrez *in dicta Authent. Sacramenta puberum, num. 117.* dicens de Iure Canonico eſſe veriorem, & ſecuriorem animæ. Parladorius *lib. 2. rerum, quotid. cap. 4. num. 4.* Curtius qui vtriuſque ſententiæ fundamenta adducens, *in dicta Authent. Sacramenta, à num. 54. & 73. & 85.* dicit iſtam eſſe communem, nec ab ea recedendum fauore animæ, eſtque ſeruanda in foro Canonico, & ſæculari; quia hic interuenit materia peccati propter perjurium, quo doli capax minor adſtringitur per regulam textus, *in cap. ex lite Syluani*, vbi Gloſſa verb. *ſub iuramento, de ſponſalibus*, & Matth. Afflictis *dec. 322. num. 5. & deciſ. 393. num. 10.* dixit ſecundum hanc fuiſſe determinatum: ſequitur Gregorius Lopez dicens communem *in leg. 6. tit fin part. 6.* Gloſſa verbo *major de catorçe annos* videbis Faquineus *lib. 12. cont. cap. 15.* Mencin. *de iuram. part. 4. quæſt. 1. effectu 3. & 16. quæſt. 8. num. 1. & 4. part. 6. quæſt. 4.*

Nec obſtat dicere minorem impuberem pœ- 25
nam periurij non incurrere ex adductis legibus Regiis, etiamſi ſit doli capax; quia hoc debet intelligi, vt non obligetur ad pœnam integram, propter delictum periurij, ſicut alius quilibet maior peierans, ſed tantùm aliâ leuiori pœnâ, & extraordinariâ ſecundùm qualitatem, & diuerſitatem ætatis, & perſonæ, vt dixit Gomezius magiſtraliter in materia delictorum, & *lib. 2. variar. dict. cap. 14. ſub num. 18.* † Vbi dicit aliud 26
eſſe, quando minor iurat ſuper contractu: nam tunc ex longè iam dictis in totum tenetur, & obligatur; ſicut maior: ſic vt non fiat aliqua diminutio, vel remiſſio obligationis, nec Iudex poſſit arbitrari, aut moderari in ſententia, vel condemnatione, ſicut in delictis, & criminalibus, vbi arbitrium extendit.

Et licet Gomez. *vbi ſup. n. 20.* ait, vt iurans non 27
contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis, vel alia, quod nullum remedium habeat ad reſcindendum contractum remedio, *dict. leg. 2. Cod. de reſcind.* monens contrahentes *ibi* verſic. *tertiò infero*, vt contrahentes, & Tabelliones ideo ſint cauti,

cauti, quod ſecundùm eorum intentionem verba ponantur, & Sfortia Oddus *de reſtit. in integ. quæſt.*26. *artic.*6. Carol. Graſſ. *in tractat. de except. except.*34. *num.*5. & 6. *per dict. Auth. Sacramenta puber.*

28 Tamen video adhuc in hoc caſu contrarium
firmare communiter Doctores, inter quos Co-
uarruu, *in dicto c. quamuis pactum*, 3. *parte*, §. *fin.*
*num.*3. & *libro* 2. *variar. cap.*4. *num.*5. Padilla *in*
*l.*2. *Cod. de reſcind. vendit. num.*43. Molina *de*
Hiſpanor. Primog. libro 2. *cap.*3. *num.*19. & 20.
Barboſa *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimon. part.*5. *num.*55.
D. Ioan del Caſtillo *lib.*3. *controuerſ. cap.*2. &
*num.*28. vbi latè expendit *dictam Authent. Sa-*
29 *cramenta*, cum infinitis. † Et cum aliis Augu-
ſtin. Barboſa *in collect. dict. Authent. Sacramenta*
puberum, *num.*17. Hermoſilla *in dicta l.*56. *tit.*5.
*p.*5. *gloſſa* 12. *num.*45. vbi *num.*46. tenet etiam ſi
prædicta renunciatio fuerit geminata, atque ex
interuallo proceſſerit, & docent Mancinus *de*
Iuram. parte 4. *effectu* 3. *num.*8. latius *ibi effectu* 1.
*quæſt.*8. *num.*1. verſic. *nihil*, vbi dicit hanc eſſe
magis communem, & æquiorem, Faquineus
libro 12. *cont. cap.*15. ex eo quia, vbi interuenit
enormis læſio, ibi eſt dolus re ipſa *dicta leg. ſi*
quis cum aliter, *ff. de verb. obligation.* cum aliis
adductis.

30 Quæ tamen læſio dicatur enormiſſima, ſcribunt Scobar *de ratiociniys comput.*6. *num.*11. Minſynger. *obſeruat.*59. *cent.*5. Parlador, *differens*, 114. *in fine*, Noguerol. latè agens *allegatione* 18. *n.*59. & *allegat.*29. D. Ioan de la Rea *deciſ.*68. *num.*8. vbi quod debet eſſe duplo, Sanchez *in Summa*, *libro* 3. *cap.*21 & diſputans Hermoſilla *vbi ſuprà*, quid dicendum ſit ſi læſio ſit enormis tantùm, non enormiſſima, *ſuprà num.*54. diſtinguit dicendo quod in contractibus correſpectiuis, quales ſunt emptio, venditio, permutatio, locatio, & ſimiles, valet renunciatio læſionis enormis, non inquam in gratuitis, quales ſunt donatio, renunciatio hæreditatis, vel Iuris pactum de non petendo, & alij. Et iuxta has declarationes exiſtimo intelligendos eſſe Barboſam *l.*1. *ff. ſoluto matrimon. parte* 5. *num.*44. Sanchez *libro* 3. *de matrimon. diſputat.*32. *num.*13. & *libro* 4. *diſputat.*20. *num.*5. & *libro* 6. *diſputat.*38. *à num.*13. Suarez *de relig. tract. de Iuram. libro* 2. *cap.*11. *à num.*13. & *cap.*28. Barboſam *in dict. cap. quamuis pactum*, *num.*26. Bernardum Crau. *ad pract. Camera imperialis*, *libro* 2. *concluſ.*41. Paul. Comitolum *reſponſ. moral. libro* 2. *quæſt.*2. dicentes minorum contractibus, dotiſque alienationi adiectum iuramentum ſeruandum eſſe, cum non vergat in diſpendium ſalutis æternæ. Et ad hæc omnia, & ad alia de contractibus iuratis minorum, leges D. Ioannem del Caſtillo *lib.*3. *Controuerſ. cap.*2. *ad dictam Authent. Sacramenta puberum ex num.*1. *vſque ad* 37. vbi pleniſſimè cum infinitis ab eo relatis relinquens arbitrio Iudicis.

QVÆSTIO III.

Continet plura dubia pro textu *in cap. quamuis pactum de pactis lib.*6. inter quæ ſequuntur. *An pactum à filia factum de non ſuccedendo patri, firmetur Iuramento: Et an conſtitutio* dicti cap. *Locum habeat in filia renunciante, & Monaſterium ingreſſura: Seu in eo caſu quo filia renunciauit hæreditati patris, nulla accepta dote: Et quid de ea, quæ accepta dote renunciauit?*

SVMMARIVM.

1 *Pactum à filia factum de non ſuccedendo patri, eſt à Iure improbatum, niſi iuratum ſit, n.*2.

3 *Renunciatio hæreditatis paternæ facta à filia, ſi iuret valet.*

4 *Conditio abdicans à propoſito religionis, nõ valet.*

5 *Renunciatio hæreditatis paternæ facta à filia ingreſſura religionem, firmatur eius iuramento. Et quare, n.*6.

7 *Renũciatio hæreditatis paternæ facta à filia, nulla dote accepta, & ſi diues ea ſit ex alio capite, quando iuramento firmetur, & n.*8. & 9.

9 *Iuramentum ſeruandum, quod poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ.*

10 *Filia, quæ iurauit ſi enunciauit hæreditati, aſpirare nequit ad ſucceſſionem hæreditatum, quibus renunciauit.*

11 *Filia, quæ accepta dote renunciauit hæreditati cum iuramento, nequit impugnare renunciationi, ſiue acceperit ante, vel poſt nuptias.*

12 *Læſionis reſtitutio ob hæreditatem Patris renunciatam* remiſſiuè.

AD primam quæſtionis partem; quia ſicut 1
ex noſtro textu, & aliis dictum eſt *à quæſt.*1. vt ſicut per legitimas ſanctiones mulier nequit alienare fundum dotalem, niſi adjecto iuramento; ita ſimiliter hic, quia licet de iure ſit ſtabilitum, vt pactum factum à filia de non ſuccedendo Patri improbetur, vt *in l. pactum dotale Cod. de collat.* ſicut & traditur de iure Regio *in l.*33. *tit.*11. *p.*5. & *ibi gloſſa* 2. *in princ.* Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum*, 3. *p. in princ.* Anton. Gomez. *tom.*1. *variar. cap.*11. *n.*14. *poſt princip.* vbi cum infinitis Haillon, & *in l.*22. *Tauri*, *n.*1. Menchaca *de ſucceſſ. creat.* §.17. *n.*47. & §.18. *n.*89. Tiraq. *de Iure primog. q.*6. *n.*18. & *q.*7. *in princ.* & *q.*29. *num.*9. Viuion *tom.*2. *commun. lib.*2. *tit.*3. *num.*81. Lara *in leg. ſi quis à liberis*, §. *parens*, *num.*89. *ff. de liber. agnoſcendis*, Guttierrez *de Iuram. Confirm. p.*1. *c.*59. Seraph. *de priuileg. Iuram. priuilegio* 21. & alij plures præter antiquos *in dictis locis.*

Tamen ſi in eo pacto additum ſit iuramen- 2
tum, vt valeat tale pactum, tradunt relati per *dict. cap. quamuis pactum*, Fuſcus *littera F*, *ſingul.*101. & 103. Auendañ. *reſponſ.*27. Antonius Gomezius *in dicta l.*22. *Tauri*, *à num.*6. Ceuallos *in collect.*10. *ſexti decret. num.*1. Valaſc. *de partit. cap.*16. *à num.*3. Azor. *lib.*6. *mor. p.*2. *cap.*28. *q.*1. & alij communiter, cuius rei rationem deſumes ex *dicta quæſt.*1. *à num.*1. vbi ſi velis diſputare, longè protrahes.

Ad ſecundam quæſtionis partẽ ex dictis com- 3
muniter

muniter per textum noſtrum docent Doctores, quod valet renũciatio hæreditatis paternæ facta à filia nuptui tradenda ſi iuramento firmata fuerit. Et confirmatur hæc pars ex his, quæ dico *inf.* hic in verſic. *ad tertiam*, cum aliis tenet in terminis Faquineus *lib. 3. contro. cap. 22. in princip.* latiſſimè, & cum infinitis D. Ioan del Caſtillo *lib. 3. controuerſ. cap. 2.* ad textum, *in Auth. Sacramenta puber. Cod. ſi aduerſus vend. ex num. 39.* vt etiam probant plures infrà relati in ſequentibus dubiis, & à Barboſa *in d. cap. quamuis pactum.*

4 † Maius dubium eſt ſi hæc fiat ab ea quæ velit ingredi Monaſterium, cum pro negatiua ſententia in terminis reſponderint Felinus, Sanderus, Bartholomæus, Socinus, Philippus, Corneus & Carolus Ruinus, quorum reſponſa extant apud Ruin. *conſ. 204. 205. 206. & 207.* Franciſc. Becc. *conſ. 74. n. 11.* eo quod non valet vlla conditio, pactum, aut aliud quiduis, quo animus à propoſito ingrediendæ religionis abducatur, vt in *nouella. 123. §. ſi quis ſub condit.* vel ſecundum veterem tranſlationem, *in §. ſed hac præſenti in Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, hic valent applicari, quæ dixi *ſub cap. in præſentia*, ſuprà *de probat.*

5 Nihilominus quia huius difficultatis reſolutio pendet à doctrina adiecta ſuprà *quæſt. 1. à n. 1. & q. 2.* ideo exiſtimo adhuc in hoc dubio, vt iuramentum confirmet dictam renunciationem, quantumuis aliàs de Iure improbetur, & probant Doctores, ex littera *dict. cap. quamuis pactum*, per verba ibi: *ſi nec vi, nec dolo præſtitum ſit, nec vergat in diſpendium ſalutis æternæ, aut tertij præiudicium.* Sed iuxta hanc reſolutionem in textu noſtro de minore, ac muliere iurante alienationem, aliàs prohibitam, reſponſum eſt ergo.

6 † Non enim dicta renunciatio improbatur, quominùs Monaſterij ſucceſſio excludatur, vt quotidiana eſt praxis in Monialibus huius Regni renunciantibus ante profeſſionem. Quare ſic teneo, ſicut tenuerunt in terminis Couarruuias *in d. cap quamuis pactum, in 3. p. §. 2. num. 2. & ſequenti*, Bartoli, & aliorum authoritate, qui *in l. vlt. Cod. de pactis*, cenſuerunt talem renunciationem à filia ingredientem Monaſterium factam valere, ſi iuramento fuerit confirmata: ſequitur Faquin. *d. lib. 3. Variar. cap. 22.* qui reſpondens fundamentis contrariæ, ait fruſtra hic timeri, ne animus à Religione deterreatur; quoniam ea renunciatio animi eſt plenè deliberati, qui videlicet omnibus bonis temporalibus valere iuſſis Deo inſeruire decreuerit, alia dicens *ibi* videnda: Et iuxta hæc ſunt intelligenda *infrà d. ſub q. 7.* verſic. *ad ſecundam*, ſeu hic dicta, vberius intelliguntur ex *ibi* adductis, vbi cum multis Doctoribus.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, an deciſio *d. cap. quamuis pactum*, locum habeat, quando filia renunciauit hæreditati Patris, nulla accepta dote? Et pro negatiua ſententia ſunt nonnulli, qui exiſtimant, quod ſi filia ſit diues, & maternam hæreditatem conſequuta fuerit, vel alia bona, & gratis, nulla dote accepta, renunciauerit paternæ ſucceſſioni, ex eo, quia cum dicta conſtitutio ſit contra Ius, debeat reſtringi ad illum caſum, de quo loquitur; ſed Pontifex *in dicto cap. quamuis pactum*, loquitur de caſu, in quo filia dotem accepit à Patre, quando renunciauit; ergo in hoc, de quo eſt dubium, dote non accepta, non debet renunciatio procedere.

8 Nihilominus contrariam ſententiam, vt communiorem docent Imola *in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquirenda hæredit.* Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo, num. 9. ff. de verb. oblig.* Couarruuias *in d. cap. quamuis pactum, in 3. p. §. 2. num. 6.* Ruinus *in conſil 204. num. 6. lib. 1.* Seraphinus *de priuileg. iuram. priuileg. 20. poſt num. 29.* verſic. *ſed contra*, Anton. Gabriel *commun. opinion. titul. de Iure dotium, concluſ. 1. num. 14.* Cephalus *conſ. 405. n. 4.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib. §. 18. n. 103. & 104.* Graſſis *in §. ſucceſſio abinteſtato, quæſt. 10. num. 5.* Silueſter Aldobrandin. *conſ. 26. à num. 101.* Franciſc. Molin. *de ritu nuptiar lib. 3. q. 89. n. 4. & 5. & quæſt 7. num. 7.* vbi affirmat hanc opinionem eſſe communiter receptam, Rota in Ferrarienſ. prætenſæ legitimæ 12. Ianuarij 1626. coram Buratto; & in alia Ferrar. bonorum coram Merlino.

9 Et eſt ratio; quia ſemper illa viget, ſeruandum ſcilicet eſſe iuramentum, quod abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt; non enim caſus, de quo hic vergit in alterius detrimentum, neque vi, neque dolo extortum eſt, vt apparet ex doctrina *d. cap. quamuis pactum*: ita Faquineus etiam *d. libro 3. variar. 54. cap. 24.* dicens in propoſita ſpecie, in qua filia nullam dotem accepit, negari non poſſe, quin hæc ratio ex iuramenti Religione petita, locum habeat; imò & Barboſa *in d. cap quamuis num. 12.* ita tenens, addit. 10 † Vt nec tunc illa poſſit renunciationem impugnare, & ad ſucceſſionem hæreditatum, quibus renunciauit aſpirare; quia ſemper viget Sacramentum iuramenti. & illius religio; & idem Faquin. *d. cap. 24. in fine*, reſpondendo contrariæ ſententiæ fundamento, ait, licet verba *d. cap. quamuis*, non comprehendant caſum hunc. Sed quia ratio ipſa (quæ vt dicitur eſt legis anima) eum comprehendit, debet ſic haberi; quia hoc ſufficit, vt locum habeat ipſa conſtitutio: argumento textus *in leg cum mulier, ff. ſoluto matrimonio*, vt dixit Ripa *ad leg. ſi conſtante, ff. eodem, num. 63. & 64.*

11 Ad quartam quæſtionis partem, quid de ea, quæ accepta dote renunciauit ex proximè dictis non eſt dubitandum quod reſolutio debeat eſſe talis, vt filia iurans, neque & tali renunciationi impugnare; eo quod filia dote contenta ſi renunciauerit hæreditati Paternæ ad fauorem Patris, ſeu fratris cum Iuramento validè renunciet, ſiue ante, ſiue poſt nuptias, & poſt conſtitutam dotem fuerit facta renunciatio cum Iuramento: ſic *in dicto cap. quamuis pactum* explicant, ac tenent Franc. *in princip.* Ioan. Monach. *in princ.* verſic. *idem ſi poſt* Geminian. *num. 3.* Barboſa *num. 11.* Rota in dict. Ferrar. bonorum coram Merlino, Couarruuias *in dicto cap. quamuis* legendus *dict. p. 3. §. 1. num. 1.* Surdus *conſ. 355. num. 9.* Natta *in repetit. num. 15.* verſic, *intellige.*

12 Sed an in iſtis caſibus dote accepta, vel non filiæ renuncianti detur reſtitutio ob læſionem enormem, aut enormiſſimam de hæreditate delata, ſeu deferenda *infrà quæſt. 5.* verſic. *ad tertiam*, & verſic. *ad quartam*, aliquid *quæſt. 6. à num. 1.*

QVÆSTIO IV.

An filia poſſit petere ſupplementum legitimæ in caſu dicti cap. quamuis pactum*: Seu renuncians paternæ ſucceſſioni, excludatur omnino à legitima: Quid ab alimentis. An filia enormiter Læſa in renunciatione ſua legitimæ, competat ius ſuccedendi: An poſſit contrauenien do contractui, ſi propter Dotem renunciauit bonis paternis, & maternis: Et an matris renunciatio iuxta formam* dicti cap. *noceat filiis præmoriente matre, quominus ſuccedant in hæreditate Aui?*

SVMMARIVM.

1 *Filia renuntians hæreditati paternæ, verius eſt vt competenter dotata, non poſſit petere ſupplementum legitimæ, n.2.*
L. ſi quando, §. generaliter, Cod. de inoffi-cioſo teſtam. & n.3.
2 *Legitima eſt pars ſucceſſionis abinteſtato.*
3 *Filius ſimpliciter agnoſcens legatum minus legitima, non videtur renuntiare legitimæ.*
4 *Filia renuntians hæreditati paternæ, etſi legitimæ videatur renuntiaſſe, non inquam alimentis.*
5 *Iuramentum improbatur, quo quis promiſit non exhibere alimenta parentibus, vel econtra.*
6 *Filius emancipatus qui iurat non petere alimenta à patre emancipato, non adſtringitur iuramento, ſi laboret inopia.*
7 *Reſtitutio filiæ enormiter læſæ, propter renunciatam hæreditatem paternam, quando concedatur, n. ſeqq. ſed ſub diſtinctione ex, n.12.*
12 *Læſio enormis, & enormiſſima ea nempe, quæ eſt vltra dimidiam, differunt ad effectum, vt filia enuncians hæreditati paternæ reſtituatur.*
13 *Læſio arbitranda eſt officio Iudicis* remiſſiuè.
14 *Mulier indotata propter enormiſſimam reſtituitur, non ſic propter enormem tantùm Læſionem.*
15 *Renuncians cum iuramento, quando poſſit contrauenire contractui ex Læſione, n.16. & 17.*
16 *Reſtitutio competit Læſæ filiæ renuncianti ex remedio*, legis 2. Cod. de reſcind. *& ſi valeat renunciatio ratione iuramenti, n.17.*
18 *Renunciatio matris, verius eſt, vt non noceat filijs, vt veniant, ad hæreditatem, n.19.*
19 *Filij ex propria perſona ſuccedunt, qui renunciaſſe non videntur Aui hæreditati: eo quod ipſorum mater renunciaret.*
20 *Renunciatio matris non præiudicat filijs hæredibus illa præmortua.*

1 AD primam, & ſecundam quæſtionis partem videtur reſpondendum eiuſdem fundamentis; nam ſi teneas quod filia poſſit petere ſupplementum legitimæ, & conſequenter tenebit, vt filia renuncians paternæ ſucceſſioni, non excludatur omnino à legitima, pro ſententia, quæ docet, vt non excludatur, eſt text. *in l. ſi quando, §. generaliter, C. de inofficioſo teſtam.* in verbis ibi: *Et generaliter definimus, quãdo pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit, vel mortis cauſa donatione, vel inter viuos ſub ea conditione, vt hæc inter viuos donatio in quartam ei computetur, ſi filius poſt obitum patris, hoc, quod donatum, vel relictum eſt ſimpliciter agnouerit fortè, & ſecuritatem hæredibus fecerit, quod ei datũ eſt, vel receptum accepiſſe, non adjiciens nullam ſibi ſupereſſe de repletione quæſtionem, nullum ſibi filium facere præiudicium, ſed legitimam partem repleri, niſi hoc ſpecialiter, ſiue in apocha, ſiue in tranſactione ſcripſerit, vel pactus fuerit, quod contentus relicta, vel data parte, nullam de eo, quod deeſt habeat quæſtionem* Per quam legem probando DD. per renunciationem generalem, non cenſeri legitimæ renunciatum, docent hanc in terminis Bald. *ad Rub. ff. de Iureiur. col. penult.* verſic. *non tamen credo*, Roman. *in l qui ſuperſtitis in 3. limit. ff. de acquirenda hæredit.* Aretin. *in l. 1. §. ſi quis ita col. 5. ff. de verb. obligat.* Afflict. *in cap. ſi quis inueſtierit, n.26.* de fundo dato inuicem legis commiſſoriæ, Boër. *deciſ. 3. n.6.* Gramm. *deciſ. 57. n.26. & deciſ. 101. n.6.* & alij, quos commemorat Gabriel *commun. opin. tit. de legitima concluſ. 8. num. 9.* alij relati à Tiraq. *in l. ſi vnquam in princ. n.149. Cod. de reuoc. donationib.*

Alij inquam probabilius dicunt ex tali renunciatione renuntiatum eſſe etiam legitimæ, ex eo 2
quod cum legitima ſit pars ſucceſſionis abinteſtato, vt *in l. Papinianus, §. ſi quis mortis, ff. de inofficioſo teſtam. l. cum quæritur, Cod. eod.* & conſequenter in renunciatione totius ſucceſſionis, ſic & legitimæ renũciatio intelligatur, cum in toto, & pars contineatur: ſic docent in terminis Caſtrenſ. & Alex. *in d. l. ſi quando, §. & generaliter*; Decius *conſ. 26.* Alexand. *in conſ. 181. libro 5.* & alij, quos refert Couaruu. *in dict. cap. quamuis pactum 3. p. §. 7. poſt, num. 3.* & Seraphinus *de priuilegijs Iuram. priuileg. 70. n.10. & n.16.* verſic. *ego tamen*, Faquineus *lib. 3. cont. cap. 25.* † Vbi 3
dicit fundamentum contrariæ ſententiæ nihil aliud probare, niſi quod legitimæ non videatur renunciatum à filio, quamuis legatum, quod erat minus legitima, ſimpliciter agnouerit, & hunc caſum diſtare admodum à propoſita ſpecie ait, in qua filia ſucceſſioni in vniuerſum renunciat: & de hoc dubio ſunt etiam videndi idem Couarruuias *in cap. Raynald. de teſtam. §. 2. num. 3.* Afflictis idem *deciſ. 178. num. 3.* Peralta *in l. cum patronus, num. 8. ff. de legat. 2.* Aquilin. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthum.* Meneſius *in repert. Rubrica de donat. inter virum & vxorem, §. 47. num. 1. & 3.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. §. 17. num 40. & §. 21. num. 127. & 247.* Zened. cum aliis *collect. 11.* ad textum, *in dicto cap. quamuis pactum*, Maranta *diſput. 10. n.19.* Guttierrez *de Iuram. confirm. p. 1. cap. 19. à princ.* Tuſchus *lit. F, ſingul. 111.* Ceuallos *in pract. q. 116.* dicens in iudicando, & condendo non ab hac opinione recedendum, Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione 10. num. 29.* Gualdenſis *de arte teſtandi tit. 3. cautela 12.* Ripa *lib. 1. reſponſor. cap. 6.* Socinus *conſ. 288.* & alij per Tiraquell. *ſupr.* aliquid *infrà q. 6.* verſic. *ad primam in fine*, & latè Anton. Faber legendus *de error. pragmat. tom. 1. decad. 11. errore 5.* vbi de filia, quæ paternæ ſucceſſioni renunciauit generaliter, non etiam legitimæ ſpecialiter.

Ad tertiam quæſtionis partem, quid de alimentis, & in hoc puncto quidquid de legitima ſe- 4
quaris, abſolutè dicendum eſt, vt non videantur alimenta renunciata à filia renunciante paternæ ſucceſſioni; poteſt enim petere nihilominus, ſi egeat, alimenta filius, vel filia à parentibus; eo quod tale pactum, & renunciatio eſſet contra Ius naturale,

naturale,quo tenetur Pater alere filium agentem, vt *in cap. Ius naturale,diſt.* 1.*lib.*1.§.*Ius naturale, ff. de iuſtitia,& iure*,pro quo facit Textus *in cap.cum*
5 *quidam*,§.*illi verò , hoc titulo*. † Vbi late probaui improbari Iuramentum , quo quis promittit non exhibere alimenta parentibus , vel ècontra: ſic in expreſſo docent hanc ſententiam Speculator *in tit. qui filij ſint legitimi*, verſic. *ſed pone quidam, num.*12. Bald. qui notabiliter loquitur , *in l. pactum,Cod.de collation. col. fin. & quaſt.* Ioannes de Imola *in l.ſtipulatio hoc modo concepta , ff. de verb. obligation.*2.*colum. in medio*. & *ibi* Alex.3. *col.n.*9. Corneus *in d c.quamuis pact.*2.*col.n.*6. Barboſa *hic n.*6.*in fine*,Ioannes Roxas *de ſucceſſ. cap.*11. *n.* 78. Gutierrez *de iuram. confirm* 3 *p.c.*3,*num.*7.

6 Vbi ait quod ſi Pater emancipauit filium , & dedit ei partem , filius autem iurauit non petere de cætero alimenta à patre ; adhuc hoc non obſtante, ſi laboret inopia,poſſit ea petere à patre ; quia tale pactum eſt contra Ius naturale, cum pater ex *dicto cap. Ius naturale*,teneatur alere filium ſecundum naturam Antonius Gomez. *in l.*22. *Tauri, n.*12. *in fine*,vbi & confirmat ex Textu *in l.& necare.ff.de liber. agnoſcend.* vbi habetur quod ille,qui negat alteri alimenta debita , videtur necare,vt etiam dixi, *in dict. cap. cum quidam §.illi verò*.

7 Ad quartam quæſtionis partem, an filiæ enormiter læſæ in renunciatione ſuæ legitimæ , competat Ius ſuccedendi ? In hac ergo quæſtione video duas opiniones contrarias à Doctoribus ſcribi : nam vt non debeatur admitti ſcribunt Angel,*in l.ſi quis pro eo,ff de fideiuſſor.*quem ſequitur; Alex.*conſ.*222.*vol.*2. *num.*5 Imola *in Textu noſtro*, dicens quod eſt hæc opinio in praxi admittenda, tenet Menchaca *de ſucceſſionum creat* §.18.*n.*129. Mexia *ad leg. Toleti,reſp.ad* 6.& 8. *fundamentum* 1. *p.n.*33 *fol.*180. qui alios refert, & dixerunt communem Butricar.ad Alex *conſ.*42.*volum.*1.*num.fin. & conſ.*125.*num.*9. *volum.*1. *& in dicta l. ſtipulatio hoc modo.num.*10.*ff.de verb.obligat.*Anton.Rubeus
8 *conſ.*12. † Sed quia multi DD.quos refert,& ſequitur Zeuallos *in pract. quaſt.*115.*n.*4. inter quos Decius,Curtius,Purpuratus,Maſcardus,Gabriel, Roxas,Gutierrez,Padilla,Guido,Papæ, Afflictis, Cacherranus *deciſ. pedmont.*41. *per totam*, dicunt ſic non procedere , vbi adeſt læſio enormiſſima, & ego videam pro perfecta explicatione alios diſtinguere,inter quos Decius *conſ.*216.*num.*5.Gregor. Lopez *in l.*34. *tit.*14 *p.*5. verb. *quanto quier. in fine*,& *in l. fin.tit.*19.*p.*6. verb.*mas de la mitad*. Couarruuias qui plures diſtinctiones refert,*in d. cap.quamuis pactum* 3.*p.*§.4.*num.*2.verb.*ſi dolos*,declarans Textum *in l.*56.*tit.*5.*p.*5.Gutierrez *in repetit.dict.cap.*verb.*dum nuptui*,& omnium late cum infinitis,& nouiſſime legendus D. Ioan. del Caſtillo Soto Mayor *lib.*3.*controuerſ.cap.*2. ad Text. *in Authentica Sacramenta puber. Cod. ſi aduerſus vendit. ex num.*39. à quo vſque in finem expendit Textum *in d.c.quamuis pactum*, ideo ego ; nec ita latè , nec conciſè , vel alij intendo ſententiam in medium proferre.

9 Quare et ſi Don Ioannes del Caſtillo abſumat multum tempus in explicatione huius difficultatis,*à dict.num.*39.*& ex num.*50.referendo doctrinas dicentium , quod etiamſi intercedat enormiſſima læſio , locum non detur contraueniendi deciſioni Textus noſtri,in quo abſolute diſponitur,vt Iuramento accedente , talis valeat renunciatio , vt tenuerunt Archidiacon. Ioannes , Andreas, Imola , *ibi*, Bald. Angel. Alex. Caſtrenſis, Roman.Iaſon,Corneus,Ioan.Anton.Butrius,Socin.Senior,Crotus,Aret.Curtius Senior, Georg. Natta Bertrand,Gozadin. & Grammat, quos in id congeſſit Anton . Gabriel *commun.concluſ.lib.*3 *tit.de iure dot.concl* 1.*n.*5. Burgos de Paz *in conſ.*5. *n.*7. Achiles Pedroca *in conſ. n.* 35. *n.*104. *&* 105. Carolus,Antonius, Puteus communem referens, *conſ vnico ex n.*53.*ad* 66.quod habetur poſt Conſilia Sfortiæ *lib.* 1. qui adducit pro hac ſententia Panzirolum *conſ* 35.*num.*15.*& conſ.*61.*num.*21.Beroium *in conſ.*51.*num.*1.verſic. *& quamuis hic* , *& n.*9.*lib.*1.Vueſembech.*in conſ.*22.*num.*47.Capicium *deciſ.*159. *n.*13. † Alij inquam ècontra doceant 10
etiam ſi immodica læſio intercedat , inter quos Abbas,Calderinus,Felin.Federic.de Senis,Aretin. Barbatia,Ripa,Decius,Calcan,Gualdens;Crauetta,& multi,quos refert D. Ioan. del Caſtillo *ſup. ſub n.*52.*&* 53. & etiam ex modernis , inter quos Anton.Galeatius Maluaſia *in conſ.*65 *ex n.*23.*& conſ.*126.*ex n.*24.*ad* 40.*lib.*1. Silueſter Aldobrandin *in conſ.*75.*ex n.*5 *ad* 16.*lib.*1.Marc.Anton.Eugen.plures referens,*conſ.*12. *& n.*61. *vſque ad* 76. *& conſ.*28.*ex num* 42.*vſque ad* 54.*lib.*1. Molina *de Hiſpanor.Primog.lib.*2.*c.*3.*num.*28.in verſic. *verum tamen ego*,Couarruuias *in d.c quamuis pactum* 3.*p.* §.4.*n.*6. ibi Ioannes Gutierrez in verb. *ſi tamen Iuramento*,Portius Imola *concl.*32.*lib.*4.idem Gutierrez *in dict. Authent Sacramenta puber ex n.*96. *vſque ad* 103.qui licet loquatur in terminis dict. Authent. qui , & alij mouentur per Textum *in l. ſuperſtite , Cod. de dolo*, vbi immodica læſio ſic in conſideratione habetur , vt propter illam in factum actio tribuatur,& per Textum *in l.maior.C. commun vtriuſque iudic*. vbi quod inæqualiter factum fuerit , reformandum fore Imperator promittit,& ex aliis;quamuis non ſit læſio enormiſſima. † Et Faquin.*lib.*8.*controuerſ.c.*69. agens de 11
hac quæſtione , an ſcilicet filia , quæ renunciauit paternæ hæreditati propter enormem læſionem, ſit reſtituenda,reſcindendo renunciationem propter enormem læſionem , amplectitur quidem hanc poſteriorem,reſpondens,*ibi* ſex fundamentis, quæ pro negatiua adducit.

Ego tamen vt *ſup.ſub q.*1.diſtinxi de iure iuxta 12
doctrinam Textus *in c.*3.*de emptione,& vend.& regul.*2. *C de reſcind.vend.*& aliorum, reſpondendum exiſtimo huic dubio per dicta *ſup.q.*2.verſic. *ad tertiam*,in verſic.*ideo ego*,vbi diſtinguitur inter enormem tantùm læſionem,& enormiſſimam ad effectum,vt reſtituatur minor,qui iurauit contractum,& alienationem,cum horum reſpectu, ſicut & dixi *ſub quaſt.*1.*à n.*1.de muliere alienante fundum dotalem, Iuramento adiecto reſolutum eſt; etenim reſpectu minoris filiæ indotatæ renunciantis , & mulieris alienantis fundum dotalem, Iuramento adiecto operari de iure,vt *ibi* dixi per Textum noſtrum, *& dict. Authentica Sacramenta puberum* , vt iſtæ perſonæ iurantes iſtos contractus ad ſe obligandum,ita habeantur, ſicut maiores ſimpliciter contrahentes,qui aduersùs cōtractum non reſtituuntur ex qualibet læſione,ſed ex illa tantū,quæ excedit dimidiā iuſti pretij. † Et 13
qualiter hæc læſio ſit arbitranda officio iudicis, multis refert, ac diſtinguit omnino legendus D. Ioan.del Caſtillo *à d.n.*39.qui & vt in propoſito hoc dubiū reſoluat,ex *n.*65.76.*&* 88.tres caſus diſtinguit in filia renunciāte,quos ego per quæſt.in ſeq.reſoluā,vt clarius incedamus.†Et hāc reſoluit 14
ex aliis Barboſa *in d.c.quāuis pact.n.*8.dicens quod

mulier non poteſt impugnare renunciationem huiuſmodi ex capite læſionis enormis; imo & enormiſſimæ, præſertim, ſi aliunde competenter dotata eſt. Quod ſi indotata remaneat, non erit, cur denegetur ei reſtitutio propter enormiſſimam excedentem dimidiam iuſti pretij.

15 Ad quintam quæſtionis partem, an data ſcilicet enormi læſione, poſſit quæ cum Iuramento renunciauit contrauenire contractui; & licet abſolutè, vt poſſit quia præſumitur decepta; & quod ignorauerit vires Patrimonij, vt docent abſolute Zephalus *conſ.42. num.25. lib.1.* Gabriel *commun.opinion.lib.3. dict. tit. iure dotium concl.1.* Menchaca *dicto §. 17. à num. 122.* Afflictis *deciſ.80. à num.5.* Rolandus *conſ.7. à num.43. lib.3. & conſ.60. à n.62. lib.4.* Oſaſcus *dec.peddemont.41. num.1. & 2.* Seraphin. *de priuileg. iur. priuileg. 61. num.21.* Maſcardus *de probationib. concluſ.1076. à num.7.* Zenedus *in collect.10. ad Textum in dicto c. quamuis pactum, num.3. & ibi,* Barboſa *num.7.* Velaſcus *conſult.130. num.15.* Farinacius *in fragment. criminal. p.2. lit.1. num.1282.* Mancinus *de Iuram. effectu 1. quæſt.11. num.11.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.3. quæſt.93 num.15.* Antonius Gomezius *lib.2. variar. ſub.n 20.* verſic. *ex quibus*, vbi ait, quod etſi de iure filius, vel filia renuncians cum Iuramēto futuræ ſucceſſioni paternæ, vel maternæ aliquo ſibi dato pretio, vel promiſſo reſtituatur deceptus, vltra dimidiam iuſti pretij; quia opulentā hæreditatem pro modico dimiſit, & poſſit agere remedio, *dict. leg 2. Cod. de reſcind.* modo talis filius vel filia ſit maior, modo minor; quia de iure talis renunciatio futuræ ſucceſſionis non valebat, vt *in l. pactum dotale, Cod. de pactis, & in l. pactum quod*
16 *dotali, C. de collat.* cum ſimilibus. ✝ At ipſe hodie firmat, vt valeat renunciatio Iuramento ex *dicto cap. quamuis pactum de pactis, lib.6.* quia tale Iuramentum interponitur ad validitatem actus, qui per ſe erat inualidus de iure, limitans ad vtendum remedio, *dict. leg.2. Cod. de reſcind.* ſi adſit deceptio, vltra dimidiam iuſti pretij, tenent etiam Gutierrez *in dicta Authentica Sacramenta puberum, num.87.* de quo idem dixit Gomezius *cap.2. variar. tom.2.* Haillon *ibi, & in dict. cap.14. num.21.* verſic. *filio.*

17 Infert ergo idem Gomezius ex dictis, quod ſi mulier vendat fundum dotalem cum Iuramento & ſi decepta vltra dimidiam iuſti pretij, vt poſſit vti remedio, *dicta leg.2. Cod. de reſcind.* quia Iuramentum ab ea interpoſitū tantum operatur validitatem contractus ſuper dotali; qui aliàs erat de Iure inualidus per totum *tit. ff. de fundo dotali,* Haillon *dict. num.21.* verſic. *ſecundo*, & Gutierrez *de iuram. confirm. 1. p. cap.1. num.91.* & patet ex adductis, *ſub q.1.*

18 Ad ſextam quæſtionis partem, an matris renunciatio iuxta formam, *dict. cap. quamuis pactum,* noceat filiis, præ moriente matre; quo minus ſuccedant in hæreditate Aui? In qua difficultate dixerunt multi, vt talis renunciatio præiudicet filiis quo minus ex perſona propria ſuccedant; quia mater, dote accepta, renuncians, conſequuta eſſe videtur partem hæreditatis; quia dos eſt loco hæreditatis, præſertim enim ſi filij ſint hæredes matris, & dotem maternam conſequuti fuerint; hincque quia ſatisfactio pro ſolutione habetur de iure *l. ſatisfactio, ff. de ſolution.* ſequitur vt cum mater renunciauerit, aut loco ſucceſſionis, fuerit dote contenta, & ſatisfacta: nam eſt perinde, ac ſi hæreditatem habuiſſet; vel ac ſi mater renere ſucceſſiſſet patri ad effectum excludendi filios, quos in gradu præceſſerit, vt eius filij excluſi videantur, cum non poſſint bis idem exigere, vel tantundem ex *l. bona fides, ff. de reg. iuris,* nec contra factum matris venire, *l. cum à matre, ff. de rei vindicat.* per hæc docent Ludouicus Romanus *in dict. l. qui ſuperſtitis, ff. de acquirenda hæred.* Philip. Decius *conſ.181 & in dict l. pactum dotali, Cod de collat.* Surdus *conſ.133. num 11. & 12. l.1.* Caſſaneus *in conſuet.47. n.33.* Eugenius *in conſil.98 num.6.* Bellonus *in conſ.15. num.5.* Guillelm. Benedict *in c. Raynucius,* in verb. *duas habens filias, n.181. de teſt.* & alij.

Sed Couarruuias *in dicto cap. quamuis pactum,* 19
p.3. §.2. num.4. Craueta alios citans *in conſ.703. lib.4.* Faquineus *dicto lib.3. cont. cap.23.* & alij ex ſententia Bartoli *in dicta l. qui ſuperſtitis, ff. de acquirenda.* Baldi *in dict. l. pactum dotale in 2. q. C. de collation. & ibidem,* Alex dicunt, vt non excludantur filij, quia & ſi mater ſit excluſa ob renunciationem; filij verò ex propria perſona ſuccedunt, vt in ſimili habetur, *in l. ſi quis filio, ff. de iniuſto rupto;* item quia tacitam habet conditionem matris renunciatio, ſi hæreditas fuerit ei delata, *dict. l. qui ſuperſtitis,* cum autem (dicunt) non matri præ morienti delata fuerit hæreditas, ſed filiis; nihil debet eis obeſſe matris renuncietio; & quod filij eius, quibus hæreditas Aui, non ex perſona matris, ſed ex iure proprio defertur, eam vindicare poſſent, cum nec renunciauerint, nec ex perſona renunciantis veniant, nec fundamentum contrariæ ſententiæ præſtat, nam vt ait Faquin. quia mater non accepit dotem hæreditatis loco, ſed accepit dotem ſibi debitam à Patre hæreditatem vero repudiauit, quam vltra dotem petere potuiſſet; Ob idque non eſſe ſtatuendum, ac ſi mater ſucceſiſſet: alia dico *infra, q.7.* verſic. *ad tertiam.*

Ex his venit intelligendus Franchis *in dec.67.* 20
quem retulit Riccius *collect.30. ad Textum in dicto cap. quamuis pactum de pactis, lib.6.* quatenus negat vt renunciatio facta per matrem, illa præ mortua præiudicet filiis, etiam hæredibus eius exiſtentibus.

QVÆSTIO V.

An cum filia renunciauit fratribus non autem Patri, habeat locum deciſio, dicti cap. quamuis pactum: *Et an filia, quæ renunciauit paternæ hæreditati iuxta formam,* dicti capituli, *ſuccedat Patri inteſtato morienti: Renunciatio filiæ iurata, viuo Patre, vel matre, an reſcindi valeat læſione enormiſsima: Quid quando ipſa renunciauit Iuramento hæreditati paternæ, aut maternæ ſibi iam delatæ, mortuo Patre, vel Matre, puta fratribus ſuis, ſeu Patruo, vel aliis perſonis, an relaxetur propter enormem, aut enormiſsimam?*

SVMMARIVM.

1 *Filia renuncians fratribus ſine conſenſu Patris, verius eſt, vt non ſit obligata, n.2 & 4.*

3 *Renunciatio*

3 *Renunciatio in manibus fratrum dicitur captatoria.*
4 *Renunciatio hæreditatis tollit filiæ ſucceſſionem in hæreditate Patris inteſtato morientis*, *num*. 5.
5 *Filiæ renunciatio habet vim*, *vt fillia non ſuccedat patri teſtato*, *aut inteſtato morienti*, *tollitque regreſſum ad Ius*, *quod renunciauit.*
6 *Filia renuncians ſecundum plures*, *ſuccedit Patre inteſtato morienti contra*, *n* 4. *niſi pater vellet eam hæredem facere*, *vt n*.7.
8 *Reſtitutio*, *quæ filiæ competit ob enormiſſimam læſionem*, *non prouenit ratione delatæ*, *aut non delatæ hæreditatis*, *vt volunt plures*, *n*.9. *ac ex alio capite*, *vt n*.10. *ſed ex dote accepta*, *vel non vt*, *n*.11.
10 *Filia & ſi renunciet Iureiurando beneficio ætatis*, *non inquam auxilio*, legis 2. Cod. de reſcind.
12 *Filiæ renuncianti*, *vt reſtituatur*, *ſufficiet dicere ſe læſam ex ſimplicitate.*
13 *Filia*, *quæ renunciauit hæreditati paternæ*, *vel maternæ ſibi delatæ*, *mortuo*, *poteſt ſibi reſtitutionem petere*, *relaxato Iuramento.*
15 *Renunciatio perſonalis extinguitur*, *deficientibus perſonis*, *quarum contemplatione ſit facta.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum, quod conſtitutio, *dicti cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. locum habeat in caſu, quo filia renunciat fratribus, non autem Patri; quia maior eſt ratio, vt valeat huiuſmodi renunciatio facta in manibus fratrum (vt noſtri loquuntur) quàm in manibus patris, cum maior reuerentia patri, quàm fratribus debeatur, faciliuſque ad renunciandum filia patri inducatur, quàm ad renunciãdum fratribus; poteſt enim, & in hoc caſu ſeruari Iuramentum ſine diſpendio ſalutis, quæ eſt potiſſima ratio *dicti cap.* & ex aliis fundamentis ita tenens Ludouicus Romanus *in l. qui ſuperſtitis*, *ff. de acquirenda hæredit.* Matthæus de Afflictis *in cap. ſi quis inueſtierit*, *num*. 33. de fundo dato inuicem legis commiſſoriæ, Iaſon *in l. vltim. Cod. de pactis*, *num*. 13. & alij quos citat Gabrielius *lib*. 3. *commun. concluſ. tit. de Iure dot. concl*. 1. *num* 32.

2 Verum idem Gabriel *num*. 31. Couarruuias cum aliis, *in dict cap. quamuis pactum in* 3 *p. in initio*, *num* 5. Faquin. *lib*. 8 *cont. cap*. 70. & alij dicant communiorem eſſe ſententiam, vt dicta conſtitutio in prædicto caſu locum non habeat, quando ſcilicet filia, non ipſi Patri, ſed fratribus renunciat ſine conſenſu Patris: nam prædicta conſtitutio loquitur de filia renunciante hæreditati paternæ ipſi patri, non autem fratribus; cum enim dicunt fratribus renunciat ſine patris conſenſu, talis renunciatio videtur continere pactum de hæreditate viuentis, quod abſque eius voluntate, & conſenſu, non valet, cum ſit contra bonos mores, vt *in dicta l. vltima*, *Cod. de pactis*. cui non iuuat dicta conſtitutio, *cap. quamuis pactum*, & ſi controuerſum ſit, an tale pactum de hæreditate viuentis firmetur Iuramentum, vt *infra à quaſt*. 9.

3 Nec fundamentum contrariæ ſententiæ probat aliud, quàm renunciationem factam in manibus fratrum, firmiorem videri, quaſi ex magis libera voluntate procedat, quod tamen non ſufficit, nec ad punctum dubij facit, quia non idcirco talis renunciatio infirmatur, quod non ſponte facta ſit, ſed quia contra bonos mores facta, quod in ſpecie hac non contingit; quamtumuis ex *dicto cap. quamuis pactum*, contrariæ ſententiæ authores probare contendant, cum aliud ſit paciſci ſuper hæreditate viuentis, vt *dico quaſt. ſequenti*.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ iuxta formam, *dicti cap. quamuis pactum*, ſuccedat patri inteſtato morienti? In quo dubio firmandum eſt, vt talis renunciatio tollat filiæ ſucceſſionem in hæreditate patris inteſtato morientis, vt docent citati ab Antonio Gabriel *lib*. 3. *commun. opinion. tit. de iure dotium concluſ*. 1. Couarruuias *in dict. cap. quamuis pactum in* 3. *p*. §. 3. *num* 5. Faquin. *dict. lib*. 8. *cont. cap*. 71. qui ſic tenent. † Nam hæc eſt vis ipſa renunciationis filiæ, vt non ſuccedat in hæreditate paterna, patre, ſiue teſtato, aut inteſtato decedente; nemo enim habet regreſſus ad Ius, quod renunciauit *ex l. quæritur*, verſic. *remittentibus enim*. *ff. de ediltitio edictio*; cum ergo filia renunciauerit hæreditati ſimpliciter, euenit vt renunciauerit hæreditati ſibi debitæ abinteſtato: nam ex teſtamento dici debita non poteſt; ſi quidem eſſet in poteſtate Patris facere, vel non facere teſtamentum. 4 5

Et quamuis antiquitus, & hodie nonnulli dixerint filiam, quæ patris hæreditati renunciauit eidem patri inteſtato morienti, ſuccedere poſſe; eo quod pater inteſtatus moriens, videatur vocare legitimos hæredes, quibus ſucceſſio legibus defertur, *ex l. conficiunt. ff de Iur. Codicill.* inter quos eſt filia; & ex eo inquam, quia videtur filia; in eum finem, & ob eam cauſam renunciaſſe, vt pater de ſuis bonis quo quomodo voluerit teſtari, ac diſponere valeat; quaſi filia, dote contenta, promiſerit iudicia eius non impugnare, iuxta Textum *in l. ſi quando*, § *illud*, *Cod. de in officioſo teſtam*. Ergo ſi pater inteſtatus deceſſerit cauſa renunciationis. Et conſequenter renunciatio ceſſare videbuntur; quapropter ita ſenſerunt nonnulli relati à Gabriel *dicta concluſ*. 1 *lib*. 3 *concluſ*. *num*. 40. ac Rota *in antiquis deciſ*. 850. cum aliis incipit, *vtrum filia dotata*, & Mynſing. *cent* 2. *obſeruat*. 7. quem refert Riocius *collect*. 30 *ad dict. cap. quamuis pactum*, verſic. *etſi*, tenet vt filia renuncians ſucceſſioni paternæ, non cenſeatur renunciaſſe ſucceſſioni ex teſtamento. 6

Nihilominus reſpondendum eſt pro prima ſententia ex fundamento adducto; ſic vt non habeat locum proxime ſecunda relata, quam antiquitus, & hodie explodunt DD. in patre inteſtato moriente, quam intelligo procedere in caſu quo pater poſt renunciationem filiæ, vellet illā hæredem inſtituere; tunc enim docent etiam Doctores noſtræ ſententiæ procedere; eo quod Pater filiæ renunciationem infirmat, taliter vt quodammodo dicatur retrocedere Ius ſuum filiæ, quo modo intelligitur Mynſing. *num. præced* adductus, alias verò ſi pater inteſtatus decedat, qualiter poterit dici, vt vocet filiam ad hæreditatem quam ipſa propria renunciatione explodit, niſi pater teſtatus habilem reddat filiam, vocando ad hæreditatem. Et ſic non obſtant fundamenta dictæ ſecundæ ſententiæ. 7

Ad tertiam quæſtionis partem, Couarruuias *in dict. cap. quamuis pactum de pactis*, *lib*. 6. 3 *p* §. 4. *n*. 7. verſic. *ſeptima concluſio*, abſolutè defendit quod filia renuncians hæreditati paternæ, nondum ac- 8

 quiſitæ,

quiſitæ,ſed acquirendæ,Iuramento præſtito; adhuc ex ormiſſima læſione renunciationem ipſam infringere; ſic vt non videatur tantæ læſioni renunciare. Et faciunt pro hac Doctrina quæ adduxi *ſupra,q.4.in verſic.ad quartam*,& in verſic.*ego tamen*. vbi & ſi reſtitutio non detur filiæ renuncianti, enormiter tantum læſæ; detur verò ei, ſi enormiſſime lædetur,vt ibi explicui.

9 Video inquam cum infinitis longe agentibus contra Couarruuias nouiſſime inſurgere D.Ioannes del Caſtillo *lib.3 controuerſ.in Authentica Sacramenta puberum, Cod.ſi aduerſus vendit. cap 3.à num.65*.Legendus *ex num.39.& à num.50.* vt quoties agitur de iure acquirendo, non tamen de quæſito, filia renuncians in caſu noſtro, quando renunciauit hæreditati paternæ, vel maternæ, nondum delatæ, ſed potius deferendæ,nullo modo.& nec aduerſùs læſionem enormiſſimam reſtituatur;quia ſi reſtitueretur,ſicut,ſi læſa eſſet in iure quæſito,nunquam daretur caſus practicandi conſtitutionem,*dicti cap.quamuis pactum*; quia in hæreditate deferenda,non ita graue conſideratur præiudicium, ſicut in iam delata, ita & ex aliis pluribus fundamentis concludit ex Caſtrenſi *conſ.174.lib.1.* Veronens *in conſ.17.col.3.* Socino *in conſ.263.col.2.lib.2.*Ripa *lib.2. reſponſ.de donat. reuocand.cap.15,col.7. circa medium*, in verſic.*non obſtat*,Rubeo,Alex.late comprobante,*in conſ.12. per totum*,Corneo *in conſ.11. col.1. iuncto conſ.13.* verſic.*nec ſupra dictis deciſionibus, volum.3.* Gozadino *in conſ.9.col.11.* Crauetta *conſ.114. à num.13.* Bonifacio Rogerio *in conſ.16.n.66.& 67. conſ.68. lib.1*, vbi expreſſim aduertit quod in hæreditatis renunciatione deferendæ, & non delatæ,non ita graue præiudicium conſideratur,vt modo dixi;& ſic Paul Pariſius *in conſ.26 ex num.76*.diſtinguens tres caſus.*in n.81*. loquutus de hoc dubio,concludit quod ſi filia renunciat hæreditati Paternæ,nōdū ſibi delatæ dote recepta,nullū habet remediū, vt ex læſione enormiſſima poſſit petere ſucceſſionem,vel ſupplementum dotis,aut legitimæ;ſi fuit nupta cum dote condecenti, licet dos, quā mediante renunciauit,ſit minor legitima;& ſic vidiſſe dicit, iudicatū in famoſis arreſtis claſſibus congregatis in ſenatu Pariſienſi ſæpius, Modernus Pariſienſ.in Alex *conſ.19. num.6. lib.3.* Pazirolus *in conſ.62.in fine*, verſic. *cæterum quod pertinet*, Aldobrandin *in conſ.26.num.111.118.119.& 120.l.1.* Carolus,Antonius,Puteus *in conſ. vnico ex n. 53. vſque ad 63* imo & Alciatus in Text.noſtro *n.83. in princip.& num.88.* non dubitauit aſſerere, vt procedat,etiam ſi filia renuncians, nihil à patre habuerit; & quod nec dolus, aut metus præſumatur ad eius reſciſionem, ex multis rationibus probat, & cum pluribus, *à numero 70* D. Ioan. del Caſtillo videndus etiam, & *num. 69.* longe loquutus.

10 Verum quia idem Couarruuias *in dicto* verſic. *ſeptima concluſio*, non obſtante, vt referat ibi ex Carol.Molin.in Alex. *conſ.29. lib.1.* pro ſecunda ſententia, *num. præced.* relata contrarium Pariſiis in Regio Prætorio ipſi filij renuncianti, & Nicol.Boerius *deciſ.62.col.4.*idem aſſeuerat,& idem Couar.etiam dixerit *ibi*, in verſic. *dicta concluſio*, vt minor renuncians Iuramento præſtito hæreditati paternæ acquirendæ, vel acquiſitæ, non poſſit contra tale pactum agere, nec vt ei detur abſolutio ad effectum agendi contra renunciationem,ratione minoris ætatis,& *ibi* in verſic. *ſexta ex præmiſſa*,firmet,quod minor renuncians hæreditati iam delatæ Iuramento præſtito, ſi in hac renunciatione decipiatur vltra dimidiam iuſti pretij; & ſi agere non poſſit contra renunciationem ratione minoris ætatis, poſſit nihilominus agere ratione huiuſmodi læſionis reparandæ Authoritate *l.2.C.ſi aduerſus vendit.* multis probans, ac per hoc *in d.* verſic.*ſeptima concluſio*, idem hoc porrigit ad minorem renunciantem hæreditati paternæ acquirendæ; & pro hac parte videantur facere quæ ſcripſi ſupra *ſub quæſt.2.* ex verſic. *ad tertiam*,& latiſſime agens cum infinitis D. Ioan. del Caſtillo *in dict.Authent.Sacramenta puber.* Legendus *à num.1.& à num.11.à num.16.& num.34.* vbi dicit vt ſolùm videatur quod minor renunciauerit beneficio ætatis,non auxilio, *dict.l.2.* & ipſe Caſtillo eandem de minore concluſionem fixerit *ibi num.37*.quatenus dicit,quod minor renuncians cum Iuramento hæreditati paternæ,vel maternæ acquiſitæ, vel acquirendæ non poſſit contra pactum venire, nec etiam abſolutionem obtinere, vt agat contra renunciationem ratione minoris ætatis; quia per Iuramentum maior efficitur,ſic probans ex *dicto cap.quamuis pactum*,addens vt ſic recte aduertant Couarruuias *in d.3.p. §. 4. num. 6.* verſic. *quinta concluſio*, & *ibidem, §. 1. num. 3.* & Ioan.Gutierrez *in dict.cap.quamuis pactum*, in verb. *à filia num.1.* vbi dicit quod deciſio *dicti cap.* procedit etiam ſi filia ſit minor 25. annis, maior tamen 12. & cum multis aliis.

11 Ideo ego in propoſita ſpecie difficultatis noſtræ, non diſtinguens inter læſionem enormiſſimam ex cauſa renunciationis hæreditatis paternæ acquiſitæ, vel acquirendæ, cum illa ſpes reſpectu ſuitatis ſit, ac videatur æque conſiderabilis in hæreditate acquirenda, ac in acquiſita, ſed diſtinguens iuxta terminos acceptæ Dotis, aut non acceptæ iuxta quæ dixi,*ſupra ſub.quæſt 3.* verſiculo *ad tertiam*, & verſic. *ad quartam*, vbi quod in vtroque caſu renuncians filia hæreditati Iuramento obligetur; ſic vt impugnare non poſſit renunciationem illam: tamen quia ex capite enormiſſimæ læſionis de minori dixi vt valeat ſuccurri, non obſtante Iuramento iuxta regulas iuris de quibus dixi hic etiam, *quæſt. 2.* & hæc commenſuratio læſionis in filia dotata diuerſo modo accipiatur, ac in ea quæ renunciauit hæreditati paternæ, nulla accepta dote; exiſtimo ex præfato arbitrio componendas eſſe ſic contrarias ſententias: in quo caſu loquutus fuit cum infinitis Molina *de primogen. libro 2. cap. 3. numero 27. & 28.* dum dixit quod filia, quæ legitimæ renunciauit, recepta Dote competenti, vt Monaſterium ingrederetur, non poſſit aduerſùs renunciationem læſionem opponere, nec quæ legitimæ renunciauit, vt ex ea primogenium inſtitueretur, ſi dotem, vel alimenta competentia recepit: videbis quæ additionatores Molinæ *ibi* addunt, *dict. num. 26. & 27.* 12 † Et iuxta hæc ſunt intelligenda quæ tradit Antonius Faber *de error.pragmaticor. tom. 1. decade 13. errore 6.* qui agens *à numero 1.* de hac quæſtione, *ibi numero 15.* dixit filiam, quæ patri renunciauit, non in eas eſſe redigendam anguſtias, ſi in integrum reſtitui velit, vt dicat, probetve dolo patris, vel metu ad actam, vt cum iurando renunciaret, ſed ſufficere debere, ſi dicat ſi læſa ſua ſimplicitate probet læſionem,conſequenſque eſſe, vt ætatis quoque diſtinctio admittenda ſit; quia tanto

faciliùs

faciliùs reſtituenda filia, quæ minor fuit, quanto credibilius eſt eam ſua ſimplicitate deceptam eſſe quam ſi maior eſſet.

13 Ad quartam quæſtionis partem, iam ex dictis patet, quod ſi filia renuntiet hæreditati paternæ vel maternæ ſibi iam delatæ mortuo Patre, vel Matræ ſi dotem non acceperit competentem, aut ſi nullam, aut alimenta poſſit propter læſionem enormem, enormiſſimamque ſibi reſtitutionem petere, & quod relaxato Iuramento habeat locum pars ſecunda *dicti cap. quamuis pactum*, dum excipit pactionem iuratam dolo, vel metu, & hoc iuxta limitationem noſtri Textus: ita Corneus *conſ.* 11. *colum.* 1. *iuncto conſ.* 13. verſic. *nec ſupradictis deciſionibus volum.* 3. Pariſius *dicto conſil.* 26. *num.* 77. & *num.* 80. 81. & 86. *volum.* 3. Rubeus Alex. *in conſ.* 12. *col* 3. Crauetta *in conſ.* 70. *n.* 6. ſequitur Couar. *ſuprà in dicto cap. quamuis pactum dict.* 3. *p.* §. 4. *num.* 6. verſic. *ſexta* ex præmiſſis loquens, vt dixi de minore renuntianti hæreditati paternæ delatæ Silueſter Aldobrandinus *lib.* 1. *conſ.* 26. *n.* 111. Hypolitus Riminald. *in conſ.* 228. *n.* 21. & 22. & *n.* 29. *lib.* 2. D. Ioannes del Caſtillo *in dicto lib.* 3. *controuerſ. cap.* 2. *ex*

14 *n.* 76. qui & *à n.* 77. † Ait etiam procedere, quando filia cum Iuramento renuntiet Patri aut hæreditati maternæ ſibi delatæ, vel alterius, ſeu alicui iuri ſibi delato, & quæſito par viam renuntiationis, quæ non eſſet mera donatio, legendus ad plura.

15 Igitur deficientibus perſonis, quarum contemplatione facta fuerit renuntiatio perſonalis extinguitur: Sic Riccius *collect.* 85. *ad leg. pactum, quod dotali. in* 1. *quæſtione, Cod. de collation.* Alia videbis *à quæſtione* 10. & *infrà q.* 6. *in fine.*

QVÆSTIO VI.

An filia iuramento renuntiauit hæreditati paternæ, & Pater dedit ei dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ, poſſit petere reſtitutionem, ſi enormiter læſa ſit: Et an idem procedat, quando Pater dotat filiam, non de ſuo, ſed de bonis ipſius filiæ, vt puta de dote materna: Et an ex cauſa læſionis enormiſſimæ poſſit filia impugnare renuntiationem ſuæ legitimæ, vt ſuccurreret, v. g. pauperibus ſibi cognatis: Aut vt maioratus ad conſeruandam Familiam inſtitueretur: Et an renuntians exiſtentibus fratribus ipſis mortuis, admittitur ad ſucceſſionem ſui Patris, non adhuc mortui: vbi de renuntiatione fauore maſculorum?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio ob læſionem vltra dimidiam, non competit filiæ, quæ dotem accepit loco legitimæ. Quid ſi aliud deficiat legitimæ n.* 2.

3 *Filia nequit impugnare, renuntians hæreditatis paternæ ob læſionem, ſi dotem accepit de bonis Patris; Secus ſi aliundè, & quare, n.* 4.

5 *Filia reſtituitur læſa ex renuntiatione, ſicut minor largienti vltra medietatem bonorum donauit ſine cauſa, num.* 6.

7 *Minor donans ex mera voluntate, ac honeſta cauſa non reſtituitur ſi iurauit ad læſionem.*

8 *Filia renuntians ex cauſa iuſta & honeſta, ſibi alioquin vtili, aut propter piam, non reſtituitur ob læſionem, ſi dotem congruam teneat, num.* 9. & 10.

10 *Filia non reſtituitur renuntians ob læſionem, ſi renuntiatio facta fuit fratri, ac Patruo,*

11 *Paupertas ob quam fit renuntiatio hæreditatis, aut pietas debet probari clarè ad hoc, vt læſa renuntiatio non ſuccuratur ob læſionem.*

12 *Filia, quæ renuntiat hæreditati, vt inſtituatur Maioratus ad conſeruandam Familiam, non reſtituitur læſa præſertim ſi ipſa etiam ſit nominata inter vocatos ad maioratum, & quibus modis, num.* 13.

14 *Renuntians exiſtentibus fratribus, ipſis mortuis, admittitur ad ſucceſſionem Patris.*

15 *Filia renuntians ſub conditione, vt vno ex fratribus mortuis ſine liberis ſuccedat admittitur.*

16 *Filia renuntians, exiſtentibus maſculis, ipſis mortuis, antequàm Pater moritur, admittitur ad ſucceſſionem.*

17 *Denuntiatio à filia facta hæreditatis paternæ, in dubio ſemper præſumitur in fauorem maſculorum, quæ ipſis deficientibus extinguitur.*

AD primam quæſtionis partem ex iam reſolutis in proxima *q.* 5. verſic. *ad tertiam*, & verſic. *ad quartam*, ſine dubio exiſtimo reſpondendum, quod quando filia cum iuramento renuntiauit hæreditati paternæ, & Pater dedit dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ, tunc filia iuxta ſpeciem Textus *in dict. cap. quamuis pactum* obligetur, vt nequeat auxilio *leg.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* & *cap.* 3. *de emptione, & vendit.* iuuari, ita docent adducti *ſuprà* inter quos Pariſius *dicto conſ.* 15. *ex num.* 82. *lib.* 3. Aldobrandinus *dict. conſ.* 26. *n.* 111 *lib.* 1. Ioannes Gutierrez. *in auth. Sacrament. puber. ex num.* 97. D. Ioannes del Caſtillo *in dicta Auth. lib.* 3. *controuerſ. cap.* 2. *ex num.* 88. qui id probat eleganti doctrina Molinæ *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. qui *ex num.* 18. *vſque ad* 25. quatenùs docet quod renuntiatio iurata facta à maiori ratione læſionis vltra dimidiam reſcinditur, vbi eius Additionatores quamplures Doctores referunt hoc explicando. 1

Sed ſi aliquid ad integrandam legitimam in doteconſtitutæ deficiat pro ea parte filia, etiam à Patre dotata, certum eſſe dicit D. Ioannes del Caſtillo, vt poſſit agere ad ſupplementum dictæ legitimæ; quod tamen non ita certum eſt quin contraria ſententia deſinat eſſe communior, ad quod vltimum leges dicta *ſuprà q.* 4. *ex n.* 1. & *ibi* in verſic. *alij inquam.* 2

Ad ſecundam quæſtionis partem, an idem procedat, quando Pater dotat filiam, non de ſuo, ſed de bonis eiuſdem filiæ, putà de dote materna? Et in hoc puncto dicendum videtur, vt deciſio *dicti cap. quamuis pactum*, locum tantum habeat qnando Pater de ſuo dotauit filiæ, quæ cum iuramento renuntiauit hæreditati paternæ ſic vt ratione enormis, aut enormiſſimæ læſionis non queat impugnare filia talem renuntiã † Verùm ſi dotata ſit aliundè, tunc dicunt Doctores vt concurrente enormi læſione; Ideò renuntiatio reſcindatur, quod præſumitur à Patre filia ſeducta, & circunuenta, & conſequentèr ratione ſeductionis renuntiaſſe, quæ præſumptio non ita inueniatur, quando de ſuis bonis filiam dotat Pater, vt docent Georg. Natta. *in dict. cap quamuis pactum in* 7. *limit. à num.* 38. Silueſter Aldobrandin. 3 4

brandin. *in conſ.75.n.64. & 15.lib.1.* D. Ioannes del Caſtillo *in dicta Auth. Sacramenta puber. lib.3. contr. dict. cap.2. num.* 84. ſed hanc difficultatem meliùs reſolues ex adductis *ſuprà à q.3.* Et de his duobus dubiis leges quæ congerit Hermoſilla *in leg. 56. tit.4. p. 5. ſub Gloſſa 4. ex n.41.*

5 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeam aduertendum exiſtimaui, , vt renuntiatio hæreditatis paternæ iuramento firmata valeat, reſcindique poſſit ratione læſionis enormiſſimæ iuxta adducta in relatis *quæſt.3.4. & 5.* Nam ſic in minore largiente vltra medietatem bonorum ſuorum, docent Petr. Surdus *conſ.46. num. 15.* M. Anton. Peregrin. *conſ.77. num..33. volum.1.* Fontanel. *tract. de pactis nuptial. clauſula 4. Gloſſa 10. parte 2. num.50. & Gloſſa 17. num. 71. clauſula 4.*

6 † Quod intelligunt Additionatores ad Molin. *de primogen. lib.3. cap.3. à num.30.* quando donatio facta fuit à minore correſpectiua, vel facta
7 ſine iuſta cauſa. † Quod ſi minoris renuntiatio fuit pura, nullo excepto, & ex mera donantis voluntate proueniens, ſimulque iuſta, ac honeſta cauſa intercedente; Tunc idem Additionatores ad Molinam dicunt, vt minor renuntians, vel donans conſulto adhibito Iuramento, etiam enormiſſimè læſus reſtituatur, vt ſenſerunt Vincent. de Franchis *deciſ. 119. num. 12.* Gonz. *variar. cap.14. de renuntiat. ex num.223.* Fontanella *tom.2. de pact. clauſula 9. Gloſſa vnica p. 2. n.4.* de communi teſtatus.

8 Quare iam optimo iure dicendum eſt, vt filia renuntians ex cauſa iuſta, & honeſta, ſibique alioquin vtili, vel propter piam, & Religioſam cauſam moueatur, aut etiam intuitu pietatis, quia v. g. fratres, aut Patrui, vel Patrueles pauperes erant; Tunc quidem etiam propter enormiſſimam læſionem; renuntiationem infringere non poſſit, cum teneatur ad eius obſeruantiam.

9 † Modo dotem congruam, vel vt nubat, vel vt Religionem ingrediatur ſibi reſeruauerit, vel aliunde habeat vnde ſe honeſtè, ac pro dignitate alere poſſit; Sic in terminis concludit Diuus Ioann. del Caſtillo *in dicta Auth. Sacramenta puber. lib.3. cont. dict. cap.2. ſub num. 86.* qui adducens ad id comprobandum doctrinam Molinæ *dict. cap.3. num. 31. & 32.* qui tantùm loquitur modo dicto *num. præcedenti* de minore ex identitate rationis porrigere videtur ad filiam renuntiantem aliqua ex dictis cauſis.

10 Imò & præfatam doctrinam ampliant idem Fontanella *dict. tract. de pact. nuptial. Gloſſa vnica p.1. num.43.* & Additionatores ad Molinam cum D. Caſtillo *dicto num.30.31. & 32.* in verſic *ampliatur*, etiamſi renuntiatio facta ſit fratri, ac Patruo; quia hic non inſpicitur diuerſitas perſonarum. videlicet an renuntiatio facta ſit Patri, an verò Patruo, vel fratri, & an hæreditas delata ſit, nec ne, ſed tantum in conſideratione eſſe dicunt ipſam ſcilicet cauſam renũtiationis, quod tamen procedere dixit Hypolitus Riminald. *in conſ.228. lib.2. à num.76.* legendus omninò quem vt refert Caſtillus *dict. p. 2. lib.3. cont. num. 87.*

21 † Si paupertas ob quam donatio, , ſiue renuntiatio hæreditatis delatæ à ſorore quadam facta in fauorem fratris ſui, vel illa, quam facit quidam nomine *Federicus* Patruelibus ſuis, *quod ipſi pauperes erant*, probetur dilucidè, ac etiam quod intuitu pietatis, ſiue pro ſalute animæ fieret, & quod dolus, aut deceptio ceſſaret, &c.

12 Ad qnartam quæſtioais partem, v. g. ſi filia renuntiaret, vt ex bonis pro conſeruanda familia fieret Maioratus, & ſimilis eſt reſolutio præſtanda; Nam quamtumuis ex longè adductis ad *quæſt.3.* hic ex enormiſſima læſione filia renuntians hæreditati Paternæ reſtituatur, conſideratis ad id qualitate perſonarum, actibus, & cauſis, ex quibus renũtiatio fit, & Patrimonij quantitate iuxta quæ dixit Minchaca *de ſucceſſ. creat. lib.2. cap.18. num. 229.* & ex aliis Molina *de primog. dict. lib.2. cap.3. num.28.* Tamen ipſe in puncto huius dubij non admittit fauorem filiæ renuntiantis reſtitutionem ex cauſa enormiſſimæ, quia in hac ſpecie filij, vel filiæ dotem, aut alimenta competentia accipientes, Parentumque hæreditati renuntiantes, vt primogenium inſtitueretur, non poſſunt dici enormiter læſi, cum id in eorum, totiuſque familiæ, Reipublicæque vtilitatem conuertatur, nimiſque aduertendum dicit; quia in hoc propriè omnes equiuocè proceſſerunt.

Ac ad vberiorem reſponſionem huius caſus 13
leges quæ adducunt P. Molina *de Iuſt. & iure diſp.579. num. 13.* Petr. Surdus *tract. de aliment. priuileg.56.* Don Ioan. Caſtillo *in dicta Auth. Sacram. puber.* qui in propoſita ſpecie *dict. num. 84. in fine*, ait, quod ſi filia v. g. de bonis ſuis, & non parentis dotata, Paternæ hæreditati renunciet, vt ex bonis parentis Maioratus inſtitueretur, vel vt illa in aliam iuſtam cauſam, & honeſtam, vel neceſſariam, & alioquin vtilem conuerterentur, renuntiationem non infringi, & *n.86.* id confirmat in renuntiatione iuris quæſiti, & hæreditatis iam dalatæ in fauorem fratris, aut Patrui, vel alterius perſonæ facta, vt parentum, ac maiorum ſuorum nomen, & familia duraret, eorumque memoria, inſtituto maioratu, vel aucto iam antea facto in futurum conſeruaretur. Videbis Hermoſillam *in l.56. tit.5. p.5. in Gloſſa 4. num. 47.* ſed hunc caſum Maioratus Additionatores ad Molinam *dicto cap.3. num. 30. 31. & 32.* verſic. *ampliatur* in fine, dicunt conſultius procedere, ſi filia quæ ſic renuntiauit, ad eius ſucceſſionem vocetur, vt Maioratus firmior reddatur, & etiam ſi renuntiatio ad id fiat, cæteris fratribus excluſis filia renuntians excluſa cenſetur, Ioann. Gutierrez. *in dict. cap. quamuis, §. omninò*, in fine, Pater Molina *de Iuſt. diſp. 579. num. 19.* Valdes *in addition. ad Roderic. Suarez. ad l. quoniam in prioribus limit.4. littera H*, Menochius *conſ.335. num.15. volum.4.* Thom. Sanch. *lib. 3. ſum. cap. 7. num.2.* Coludolph. Schrader. *tract. de feud. p.8. cap 5. num.7.* qui loquitur etiam in renuntiatione perpetua feudi, & abſoluta, Additionator ad Molin. *dicto cap.3. lib. 2. de primog. ſub num. 48.* verſic. *ſecunda*, qui dicunt hanc tenendam ſententiam, tam in iudicando, quam in conſulendo, nec ab ea tecedendum, tum propter perpetuam naturam Maioratus, tum propter recentiorum authoritates, inter quos nullum inueniſſe dicunt contrarium ſentientem.

Ad quintam quæſtionis partem an renuntians 14
exiſtentibus fratribus, ipſis mortuis admittatur ad ſucceſſionem ſui Patris non adhuc mortui? Affirmat deciſum Capicius *in deciſ.190.* Riccius *collect.30. ad Textum in dicto cap. quamuis pactum de pactis lib.6.* verſic. *& renuntiani*, qui ſtatim ait
cum Theſauro *in deciſ.189.* † Quod ſi filia re- 15
nuntiauit ea lege appoſita, vt mortuis ſuis fratribus ſine liberis poſſit redire ad ea bona, quibus renuntiauit, tunc mortuo vno ex illis abſque liberis

16 liberis veniat admittenda. † Et ſic Capicius *deciſ.195.* quem ſequitur Riccius *collect.* 759. dixit quod quando filia renuntiat, exiſtentibus maſculis, ipſis mortuis antequàm Pater moriatur, quod filia admittitur in ſucceſſionem Patris, non obſtante renuntiatione; quia vt ait Garz. *in deciſ.29.* renuntiatio prædicta dicitur reſpectiua ſine contemplatione maſculorum facta, quæ merito ipſis deficientibus deficit; Et ſic de Franch. *deciſ.* 191. *parte* 4. Refert pariter per Sac. conſ. deciſum.

17 Et Lanar. *in conſ.49.* dixit quod in dubio ſemper renuntiatio præſumitur facta in beneficium maſculorum, quæ propterea ipſis deficientibus extinguitur, & ita Anton. Faber longè agens videtur reſoluere *de error. pragmat. p.* 1. *decade* 13. *errore* 9. legendus, dum ait de renuntiatione iurata fauore maſculorum, aut certæ alterius perſonæ ibi loquitur contra pragmaticos.

QVÆSTIO VII.

An ſi filia nihil accepto gratis, vel dote contenta renuntiauit hæreditatibus parentum, & ſuis legitimis, & aliis quoquo modo, tam in bonis Paternis quam Maternis poſſit nihilhominus reſtitui ob læſionem enormiſſimam: An ſi modica contenta dote Religionem fuerit ingreſſa opulentiſſima hæreditati renuntians reſtituatur ex ſuperueuientia filiorum: An renuntians bonis maternis cenſeatur & fraternis: Et an renuntians bonis Parentum, dote contenta excludatur à donatione inter viuos: Et num extendatur ab ea bona renuntiatio, qua pater admittit transeundo ad ſecunda vota, ac de aliis dubiis remiſſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Filia nihil accepto renuntians, qualiter læſa reſtituatur?* remiſſiuè.

2 *Filia ingrediens Religionem, nec Monaſterium, dote accepta reſtitutionem læſionis non habet, nec reſciſſionem ex beneficio* Legis Regiæ, num. 4.

3 *Mulier accepta dote dari conſueta, allegare læſionem non poteſt.*

4 *Monaſterium conqueri non poteſt de renuntiatione ingredientis Religionem, ſi ei datum fuit, quod aliis dari ſolet.*

5 *Filia iam profeſſa Monaſterium non reſtituitur etiamſi Pater ea viuente moriatur, ſi fiat renuntiatio iuxta formam concilij.*

6 *Filia & Monaſterium, vbi ingreſſa fuit non reſtituitur, etiamſi poſt eius renuntiationem fratres ſui morerentur in vita Patris.*

7 *Filia quæ renuntiauit deſiderans ingredi Monaſterium, non prohibetur reſtitui ob læſionem.*

8 *Filia renuntians bonis Paternis ex ſuperuenientia filiorum, num poſſit reuocare renuntiam, affirmant plures, negant alij n.9.*

10 *Renuntians bonis Maternis, non cenſetur renuntiaſſe fraternis.*

11 *Renuntiatio per filiam facta circa bona Paterna, & Materna non extenditur ad ea quæ Pater admittit transeundo ad ſecunda vota.*

12 *Filia renuntians non excluditur à donatione inter viuos.*

QVia ad has omnes difficultates conſulto valet reſponderi ex dictis *ſuprà à q.* 3. Ideò breuiter Megeram, igitur ad primam de qua Couarr. *in cap. quamuis pactum. de pact. lib.* 6. Gutierrez. *ibi*, Cancerius *p.3. variar. cap.* 15. *de renuntiat.* cum infinitis D. Ioannes del Caſtillo *quotidian. lib.3. cap.* 2. *num.* 56. Fontanella *de pactis nuptial. 2. tom. clauſula* 7. *Gloſſa vnica* 1. *&* 2. Molin. *de ritu nuptiar. lib.3. q.79.* Hermoſilla *in l.56. tit.5. p.* 4. *Gloſſa* 4. *ex num.* 32. & alij quos citant reſpondendum eſt iuxta diſtinctiones quas poſui *ſuprà q.5.* in verſic. *ad tertiam, & quartam*, & in princ. *quæſt.6. à num.*1. 1

Ad ſecundam quæſtionis partem vtique reſpondebis ex dictis *ſuprà q.3.* verſic. *ad ſecundam*, igitur dici debet, vt ſi facta renuntiatione filia contenta modica dote, ingrediens Religionem nequeat Monaſterium etiam prætextu enormiſſimæ læſionis; Imò nec ipſa renuntiationem reſcindere ex beneficio etiam *dicta leg.56. tit.5. p.5.* docent Couarr. *id dict. cap. quamuis pactum* 3. *p.* §.2. *num.*5. Burgos de Paz. *conſ.5. num.* 1. Menchaca *de ſucceſ. creat. lib.2.* §.18. *num.* 100. Molina *de primog. lib.2. cap.3. num.* 27. Guttierrez. *in dicto cap. quamuis pactum* ſuper verb. *dum nuptui tradebatur, num.*3. Cancer. *lib.3. variar. cap.*13. *de renuntiat. ex n.* 213. Molino *de ritu nupt. lib.* 3. *q.fin. num.5. cum* 11. *ſequentibus*, vbi ait ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, Aldobrandin. *conſ.26. ex num.* 38. *ad* 49. *lib.*2. Giurba *in conſuet. Senat. Maſanens cap.3. Gloſſa* 7. *n.*55. 2

Vbi pluribus probat mulierem, accepta dote dari conſueta, læſionem allegare non poſſe, & ſi dos minor legitima fuerit, & in hoc caſu facultates dotantis non eſſe attendendas, Caſtill. *dict. lib.3 contr. in Aub. Sacramenta puberum c.* 2. *num.74. & 75.* Vbi quia fecit illud, quod faciunt aliæ plures filiæ ingredientes Monaſterium, Farin. *in vltim. volunt. deciſ.* 60. Vbi fuit dictum. 3

† Nec poſſe filiam, nec Monaſterium conqueri, ſi ei datum fuit, quod dari aliis ſolet Gratian. *deciſ. March.*40. *à num.*3. cum aliis, vbi ſic deciſum fuiſſe dicit Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 9. *Gloſſa vnica p.*1. *num.67. & 98.* Patian. *conſ.32. num.*68. Petr. Caballus *conſ.*104. *ex n.*17. Camil. del Rata *conſ.*24. Adrian. Negus *conſ.* 10. Azor. *tom.2. moral. lib.2. cap.*18. P.Thom.Sanch. *in præcept, Decalogi lib.* 7. *cap.6. num.* 10. Petrus Molina *de Iuſt diſp.*579. *num.*17. Ioannes Garcia *de nobilitate Gloſſa* 17. *num.*10. Theſaur. *deciſ.* 66. *num.* 2. *in fine*, Additionator ad Molinam *dicto lib.2. de primog. cap.3. num.*27. dicentes, vt hæc concluſio nullum habeat contradictorem. 4

Hæc inquam concluſio ampliatur, & ſi Pater, in cuius fauorem renuntiatio facta fuit Filia viuente, moriatur ſi iam profeſſa erat, Gratian. *deciſ.* 41. vbi etiam in hoc caſu Monaſterium excludi à ſucceſſione dicit, quod intelligit Hermoſilla *in dicta leg.56. tit.5. p.5. ſub num.* 59. ſi facta fuerit renuntiatio ſecundùm formam Sacri Concilij Trid. de quo latè agit *in Gloſſa* 4. *tit.* 4. *n.* 5. *leg.*1. videndi Barboſa, Farin, Martilla, *ad dict. Trid. in cap.*16. *ſeſſ.*25. 5

Quod etiam ampliant Additionatores ad Molinam *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *ſub dicto num.* 27. etiam

etiam omnibus fratribus in vita Patris deficientibus, & *n.* 48. verſic. *limitatur tertiò*; eo quod talis renuntiatio cenſeatur facta in omnem euentum, ſicque ſubſiſtat; quamuis cæteri omnes deſcedenies, viuo parente deficiant; provt ex Aymon. Couarr. Minchaca, Pater, Molina, recenſet Sanchez. *vbi ſuprà à n.*23. ſubdens nullum ſuccedendi ius, etiam abinteſtato ſupereſſe renuntianti.

7 Sed prædicta aſſertio limitatur, ſi renuntiatio fiat ante ingreſſum Religionis, ac Monaſterij per eam, quæ ingredi Monaſterium deſiderat: Sic Additionatores ad Molinam *dict. cap.*3. *in fine dict. num.* 27. Patr. Molina *de Iuſt. tractatu* 2. *diſp.* 139. Franc. Molin. *tract. de ritu nupt.* vbi proximè, *n.*26. *&* 27. ſicque fuiſſe declaratum per Sacr. Congreg. Cardinal. *in dict. cap.* 16. *Trid.* dicunt & licet Guttierrez. *in dict. cap. quamuis pactum.* verb. *dum nuptui* non fuerit auſus firmare voſtca perpenſo dubio, dixit ita *lib.*2. *can.cap.*2. *n.* 26. ſicque verùm & ſi in Teſtamentis, eleemoſynis, & aliis vltimis voluntatibus contrarium teneatur, amplectuntur dicti Additionatores.

8 Ad tertiam quæſtionis partem, an filia renuntians bonis Paternis ex ſuperuiuentia filiorum ex beneficio *leg. ſi vnquam, Cod. de donat.* poſſit reuocare renuntiam? Et adiunctis hic pro plena reſolutione, quæ adduxi *ſuprà q.* 4. verſic. *ad ſextam*, in quo dubio Tiraquell. in verb. *donatione largitus, num.*173. *in dict. l. ſi vnquam*, Boërius *decis.* 159. *num.*18. Molina *de primog. dict. lib.* 2. *cap.*3. *à num.*41. *vſque ad* 46. & alij videntur fundare, vt competat filiis reſtitutio aduerſus renuntiationem Matris factam ante eorum natiuitatem, intelligentes hoc in hæreditate iam delata matri, & addita, in qua iam ius quæſitum erat ei, & hoc in caſu per natiuitatem filiorum reuocari huiuſmodi renuntiationem, tradit Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib.*3. *in l. ſi quando*, §. *illud quoque, Cod. do inofficioſo Teſtam n.*491.

9 Verùm quod renuntiatio hæreditatis paternæ, nondum delatæ facta à filia iuxta deciſionem Textus *in dicto cap. quamuis pactum de pact. lib.* 6. per ſuperuenientiam liberorum non reuocetur, docent per *ſuprà dicta à quæſt.*1. Tiraquell *ſuprà, n.*180. *&* 186. cum aliis multa cumulans Bernard. Diaz. *Reg.*213. *limit.* 3. & *ibi* Salced. vbi alios laudat Anton. Gomez. 2. *tom. var. cap.*4. *num.*24. *col.*2. & *ibi* cum infinitis Hayllon. eius Additionator *n.*26. Gratian. Falc. *Reg.*150. *num.* 29. Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum* 3. *p.* §. 6. *num.* 8. Baeza *de non melior. filiab. cap.* 10. *n.* 105. *&* 166. vbi alios laudat Roland. *conſ.* 11. *lib* 1. *num.* 24. Rob. Salced. *in tractatu de repræſſal. lib.*2. *cap.* 16. *n.*15. Molina *dict. lib.*2. *cap.* 3. *de primog. num.* 37. 38. 39. *&* 40. Guttierrez. *in dicto cap. quamuis pactum n.*28. vbi hanc dicit communem Hermoſilla *in l.* 8. *tit.*4. *p.*5. *Gloſſa* 3. *num* 16. & in hæreditate iam delata, ſed nondum addita dixit Menchaca *ſuprà num.* 50. verſic. *amplia ſecundò* per Textum *in l. ſicut maior, Cod. de repud hæred. & in* §. *generaliter dict. l. ſi quando*, addition. ad Molin. *in dict. cap.* 3. *num.*37. *ad* 40. ex Molina Theologo *dict. diſp.* 679. *de Iuſt. n.*24. *& diſp.*281. *tom.*2. verſic. *quo loco obſeruat*, ex Thom. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.*7. *cap.*7. *ex n.*50.

10 Ad quartam difficultatis partem, & ad alias difficultates laconicè reſpondent Doctores modo ſequenti, de renuntiante bonis maternis, &c. ...

dixit Carroſcius *in deciſ.* 62. quem ſequitur Riccius *collect.*30. *ad dict. cap. quamuis pactum* vt renuntians bonis maternis, non cenſeatur renuntiaſſe fraternis.

Item quod renuntiatio facta per filiam circa 11
bona paterna, & materna dicunt Guid. Pap. *in deciſ.*228. & cum eo Riccius *dict. collect.*30. vt non extendatur ad ea, quæ parens admittit tranſeundo ad ſecunda vota. De hac inquam difficultate agit latiſſimè videndus Antonius Faber *de error. prag. decade* 14. *errore* 3. *tom.*1. dum agit de ea ſi paternis renuntiatum ſit, non etiam fraternis, & Patri frater.

Et quod nec excludat illam à donatione inter 12
viuos, deciſum dicit Afflictis *in deciſ.* 350. vt ſequitur Riccius *ſuprà*.

QVÆSTIO VIII.

An renuntiatio generalis facta per filiam, comprehendat etiam ius conſuetudinarium reſpectu bonorum ad matrem ex ſucceſſione alterius filiæ peruentorum, vbi de feudo: Et an ſoror ex fratre dotata, quæ renuntiauit hæreditati fraternæ excludatur ex illius ſucceſſione per alteram ſororem in capitulo exiſtentem: Et an filia quæ renuntiauit faciat partem? An portio filiæ renuntiata accreſcat fratribus, ſeu cui Pater voluerit: An filia renuntians, vel ſtatuto excluſa ſuccedat, ſi frater iuſtè exhæredetur: An ſi fratres, propter quos filia renuntiauit hæreditati Paternæ eſſent mortui, ſeu non eſſent nati, mortuo deinde Patre ſuccedat filio, non obſtante Iuramento: Et an deciſio dicti cap. quamuis pactum, *habeat locum inter Iudæos: Et an intendens filia renutiare bonis Paternis, certioranda ſit beneficio*, cap. quamuis pactum de pactis lib.6. & l. pactum dotale, Cod. de collat.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio generalis facta per filiam, non comprehendit debita iura Agnationis, etſi ius conſuetudinarium, n.*2. *&* 3.

4 *Renuntians hæreditati Paternæ, ſuccedit nihilominus in feudo; ſecus ſi renuntiat bonis fraternis.*

5 *Soror ex fratre dotata, quæ renuntiauit hæreditati fraternæ verius videtur, vt non excludatur per alteram ſororem in capillo exiſtentem ex num.*7. *&* 8.

6 *Paragium dicitur legitima.*

7 *Renuntians lege appoſita, vt mortuis ſuis fratribus ſine liberis, poſſit redire ad bona renuntiata mortuo vno, etiam admittitur.*

8 *Filia renuntians poteſt infringere renuntiam quando pro vnica dote conſtituta ex bonis paternis, renuntiauit bonis Matris, Aui, & Fratris.*

9 *Filia quæ renuntiauit hæreditati paternæ, facit partem cum fratribus, vt legitima accreſcat, cui Patri voluerit, non ſibi, & exemplificatur, num.*10. 11. 12. *&* 13. *idem de filia dotata*

in

in forma ſtatuti, & conſuetudine, vt num. 13. contra num. 15.

13 *Filia non dotata, ſi renuntiet ex forma ſtatuti, nec aliud receperit, facit ſibi partem, vt num. 14.*

16 *Portio filiæ renuntiantis, non accreſcit fratribus.*

17 *Filia renuntians, vel ſtatuto excluſa admittitur, ſi alter exhæredetur.*

18 *Filia renuntians, aut ſtatuto excluſa ſuccedit alteri ex fratribus decedenti ſine liberis.*

19 *Filia renuntians, ſi fratres propter quos renuntiauit eſſent mortui, admittitur ad ſucceſſionem.*

20 *Filia ſtante ſtatuto, vt dotata non ſuccedat, deficientibus maſculis admittitur.*

21 *Iuramentum Iudæi renuntiantis paternæ hæreditati, num ipſum conſtringat. & n. 22.*

24 *Filia renuntians hæreditati paternæ, intelligitur Iuramento certiorata de beneficio Vellaiani.*

PEr Textum *in dict. cap. quamuis pactum de pact. lib. 6.* video à Doctoribus de his omnibus quæſtionibus agere, in quibus, vt *ſuprà q. præced.* breuiſſimus ero, vt ad alias quæſtiones gradum faciam, quæ occaſione *dicti cap.* & noſtri Textus ſolent DD. expungere. loquentes etiam de dote, ac de pactis ſuper hæreditate.

1 Ad primam ergo difficultatis partem reſpondet de Franchis *in deciſ. 690.* & pro negatiua ſententia, quod renuntiatio generalis facta per filiam, non comprehendat ius conſuetudinarium reſpectu bonorum ad matrem ex ſucceſſione alterius filiæ peruentorum, videtur probari; ex eo quod renuntiatio generalis non comprehendit debita iura agnationis; qnia non videtur renuntiatum, quando aliquid agnato competeret iure agnationis *ex l. pro hærede, §. ſi quid tamen, ff. de acquirenda hæred.* per quem Textum ita tenet Igneus *ex Auth. cauſa* verſic. 4. *limitatione n. 221. Cod. de liber. præterit.* & alij. Applicabis hic pro tractatione quæ tradit Anton. Faber *de error pragmat. tom. 1. decade 12. errore 5.* vbi de filia; quæ paternæ hæreditati renuntiauit generaliter, non etiam legitimæ ſpecialiter.

2 Sed in puncto noſtri dubij pro affirmatiua ſententia loquuntur de Franchis *deciſ.* 690. Riccius *collect. 30. ad cap. quamuis pactum de pactis lib. 6.* dicit enim de Franchis, quod talis renuntiatio comprehendit ius conſuetudinarium, & apparet ex *deciſ. Capicij* 190. qui licet non dicat ex renuntiatione apparere renuntiatū conſuetudine, adhuc admittit idem de Franch. *ſuprà n. fin.* vbi explicans illud ius conſuetudinarium, *à n. 1. & num. 8.*

3 † Reſpondit ad fundamentum relatæ ſententiæ *ex dict. l. pro hærede, §. ſi quid tamen, ex dict. Auth. ex cauſa*, vt loquantur Ignei deciſiones in his, quæ ſpectant ad filios iure ſanguinis, & in alios non tranſibunt, & qnod in operis obſequialibus loquitur Textus quæ debentur filio, vt filio.

4 Et hac de cauſa potuit dicere Mynſ. *cent. 6. obſeruat. 66.* Ricc. cum eo *dict. collect. 30.* quod renūtians hæreditati paternæ, ſuccedit nihilominus in feudo; ſecus ſi renuntiat bonis fraternis.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſoror ex fratre dotata, quæ renuntiat hæreditati fraternæ excludatur ex illius ſucceſſione per aliam ſororem in capillo exiſtentem, & quod ſoror ex fratre dotata, excludatur per alteram ſororem
6 in capillo exiſtentem, Afflictis *deciſ. 161.* † Qui loquens de Paragio, vocat illum legitimam *ibi*, leges loquentem latè, ſed obſcurè, & videtur amplecti Riccius *dicta collect.* 30. verſiculo, *& ſoror.*

Sed econtra videtur tenendum ex dictis *quæ- 7
ſtione præcedenti in fine*, & quia ex doctrina Theſauri in *deciſ.* 189. quam refert idem Riccius, quæ renuntiauit ea lege appoſita, vt mortuis ſuis fratribus ſine liberis poſſit redire ad ea bona quibus renuntiauit, mortuo vno ex illis abſque li-
beris admittitur nihilominus. † Item quia vt 8
benè probant D. Ioann. de Caſtillo *in Auth. Sacramenta puberum, Cod ſi aduerſus vendit. num. 85. lib. 3. contr. cap. 2.* Marcus Antonius Eugen. *in conſ. 28. num. 38. lib. 1.* filia renuntians poteſt infringere renuntiationem, quando pro vnica dote, & quidem conſtituta ſibi ex bonis paternis ſolis, renuntiauit, non ſolum hæreditati Patris qui dotem conſtituit, ſed etiam Aui, Matris, & Fratris, ac inſuper conceſſit omnia iura ſibi competentia ſuper dictis bonis, quia dicitur tunc enormiter læſa, eo quod reſpectu dotis promiſſæ ex bonis Patris non debuit remittere maretna, auia, fraterna, & alia, & ſic venire contra dictam renuntiationem, ipſique etiam obſeruant in renuntiatione facta in manibus Patris dotantis de bonis vnius, vt ſcilicet non valeat de bonis alterius, de quibus non donatur. Et ſic cogita.

Ad tertiam quæſtionis partem reſolutiuè re- 9
fert Riccius *dict. collect.* 30. *ad Textum in dicto cap. quamuis pactum de pact. lib. 5.* duas contrarias ſententias negantis vnam Guidonis Papæ referentis deciſum *in deciſ. 195.* vt filia, nempè quæ renuntiauit hæreditati paternæ non faciat partem. Alteram ſcilicet Capicij *in deciſ. 159.* affirmantis, ſed tu ex diſtinctionibus iactis *à quæſtione 3.* poteris reſoluere, ac intelligere vtramque ſuſtineri.

Ego tamen altius tractando non deſinam ap- 10
ponere dicta etiam aliorum, inter quos Franciſcus Curtius *antiquior. conſilio 6. Sulphus Pater* tres retulit opiniones, quarum vna fuit Petri Iacobi *in tit. de condic. ex leg. omnimodo, col. 4.* dicens quod talis filia quæ renuntiauit hæreditati paternæ computetur, & numeretur inter liberos, & faciat partem, licet non admittatur ad partem, ſed eius portio remaneat, & accreſcat hæredi; cui Pater prouidiſſe videtur ex Textu *in leg. ſi pactum, ff. de probat.* cum notatis *in leg. qui repudiantis, ff. de inoffic. Teſtament. & in leg. planè §. ſi duobus, ff. delegat. 1.* vbi tenent Baldus, Angelus, & Lancelotus, Decius, & Guillelmus, Cugm. *in Auth. nouiſſima, Cod. de inofficioſo Teſtamento*, Alexander *conſ. 149. lib. 7.*

Et quod fuerit Iudicatum pro hac opinionem 11
in Parlamento Grationopolit. Refert deciſum videndus omninò Nicolaus Boërius *in deciſ. 104. à num. 1. ad 4. & num. 10* & Guid. Pap. *in quæſtione 599.* & ſic Paulus de Caſtro *in leg. huiuſmodi, §. ſi Titio, ff. de leg. 1.* dixit quod ſi eſſent quatuor filij & vna filia dotata, cum non excludatur in totum, augeat numerum liberorum, vti ad longum refert idem Boërius *num. 4.* qui *in dicto numero 10.* dixit, quod faciat partem in computatione legitimæ, alioſque excludat; ac ſi taliter ſuccederet, licet non admittatur ad illam partem; Sic vt eius portio non accreſcat aliis fratribus, ſed remaneat hæredi ſecundum Bald. *in leg. 1. §. videndum, ff. de ſucceſſorio edicto*, Et eſt ratio, nam ex quo non

non poſſunt ſuccedere, hæreditas pertinet ad ſuperſtitem iure accreſcendi, vt *in l. quando non pet. part.* & per Gloſſam *in dicta l.* 1. *ff. de ſucceſſorio*, Angel. *in l. Papinianus*, §. *vnde ſi quis*, verſic. *vltimo, nota ff. de inoffic. Teſtam.* Ioann. Campez. *in tract. de dote p.* 1. *q.* 35. Cuman. *conſ.* 114. *col. penult. & fin.* idem Bald. *in l. ſi actionem per illum Textum*, & ibi Mod. *Cod. de pact.* dicens quod ſi ſint ſorores, & illa quæ nubit facit pactum de non petendo hæreditatem Paternam, non intelligitur per hoc renuntiare, vt creſcat forori, ſed ſolùm proſit ei, cui fit pactum.

12 † Vnde quidem ſi eſſent v. g. tres filij, & vna filia quæ dote mediante renuntiauerint, filios non admitti ad totum trientem, ſed vt portio filiæ remaneat hæredi; Et ſic minuat partem legitimæ, vel ſi eſſent quatuor filij, & vna filia, ipſa filia augeat quantitatem legitimæ aliorum, ex quo admittitur ad partem, faciatque partem fratribus: quia legitima eorum erat ſemis computata filia, & eius parte. Sicque ſecundùm hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in ſuprema Curia Burdegalæ, refert Boërius *dicta deciſ.* 104. *num.* 10. in cauſa communitatis de Vendatorio, & in cauſa cuiuſdam militis Luziman filijfamilias, qui interfecerat quendam alium cum Fabro de Grochiis *in repetit. Auth. nouiſſima* 20. *quæſt.* verſic. *tertio quæritur de renuntiante* cum duobus ſequentibus.

13 Et ſic eſſe dicendum etiam quando ex forma ſtatuti, vel conſuetudine filia dotata, vel quæ debet dotari, vt excludatur à ſtatuto, vel conſuetudine non penitùs excluſa à ſua legitima, quam videtur habere in dote ſibi conſtituta, vel conſtituenda: Sequitur cum eodem Fabro de Grochiis, quem fuit ſequutus Aretinus *in dicta l.* 1. *quando non pet. part. fring.* Franc. Curt. *dict. conſ.* 5. & cum aliis Veroius *ſub. dict. num.* 10. inter quos Bald. Paulus vbi plura alia dicit etiam

14 ex *num.* 11. pro plena explicatione. † Sed Antonius Faber *de erroribus pragmaticorum p.* 1. *decade* 12. longè agens, & videndus pro contraria ſententia *à num.* 1. *ex num.* 9. defendit latè hanc, qui & *à num.* 12. diſputat de hac ſtatutaria renuntiatione; qui & tenet etiam *num. fin.* vt faciat partem filia, quæ renuntiauit, ſi dotem, aut aliud quidquam è Patre non accepit; quia vt dixi *ſuprà* præſumitur circumuenta *ex cap. de eo quod metus cauſa, & in leg.* 1. §. *quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio non detur*, ad alias quæſt. *err. re* 9. 10. *decade* 9.

15 Et ita tenendum exiſtimo, licet in puncto noſtri propoſiti dubij in dicto verſic. *ad tertiam* teneat contrarium Ioann. Guillionis famoſus Doctor Boërij compatriota in conſilio, quem ſequitur, ac refert ipſe Guid. Pap. *in quæſtione* 295. Item etiam, & ſi in puncto proximi antecedentis numeri, Angelus quem ſequitur Imola *in dicta leg. plane*, §. *ſi duobus. ff. de leg.* 1. teneant contrarium, & quod talis filia habetur pro mortua, & eius portio non accreſcit fratribus, vbi Franciſc. Aret. dixit eſſe communem.

16 Ad quartam quæſtionis partem an portio filiæ renuntiata accreſcat fratribus? Ex proximè dictis facilis eſt reſolutio, non enim accreſcit fratribus, ſed cui Pater voluerit, iam eſt dictum ex dicto Boërio *dicta deciſ.* 104. *num.* 3. reſoluit Ceuallos *in pract. q.* 115. *in princip.* & Aufret. *in deciſ. Tholoſ. q.* 458. *in fine.*

17 Ad quintam quæſtionis partem, an filia renuntians, vel ſtatuto excluſa ſuccedat, ſi frater iuſtè exhæredetur? In quo puncto præmiſſis quæ *à quæſtione* 3. dicta ſunt pro negatiua ſententia, adhuc reſpondendum eſt regulam *dict. cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. limitari quando filia dotata eſt v. g. ſola cum iuſto exhæredato; tunc quidem vt ſuccedat ſecundùm Bart. *in dicta l.* 1. § *ſi Pater, & in l.* 1. §. *qui habebat, ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* Philippus Decius *conſ.* 196. *col.* 6. verſic. *non obſtat ergo volum.* 2. *& conſ.* 318. *num.* 7. *eod. volum.* Bened. Capra *conſ.* 63. † Idem 18
in alio fratre decedente ſine liberis, quia renuntiatio, aut ſtatutum porrigitur ad hæreditatem fratris, vt voluit Angelus *in conſ.* 52. incipit *Dominus*, Socinus 248. *in fine*, Iacob. de Sancto Georgio *in l. Auus in tit. ff. de pactis*, Iaſon. & Franciſcus de Aretino poſt Ludouic. de Roman. *in l.* 1. §. *veteres de acquirenda poſſeſſ.* Franciſcus de Aretin. *in l. ſi Pater*, §. *filio impuberi in* 2. *notab. ff. de vulg. & pupil.* Georgius Natta *in repet. dict. cap. quamuis pactum, de pactis lib.* 6. *col.* 62. verſic. 26. *quæro* Boërius *dicta deciſ.* 104. *num. fin.*

Ad ſextam quæſtionis partem, an ſi fratres 19
propter quos filia renuntiauit hæreditati paternæ eſſent mortui, ſeu non eſſent nati, &c. Et quod ſuccedat filia, quæ renuntiauit, non obſtante iuramento, colligitur ex adductis hic Patre abinteſtato moriente, ſeu fratribus, docent Baldus *in leg. pactum, q.* 4. *Cod. de collat.* quem *ibi* ſequitur Paulus, tenet etiam Francus *in dict. cap. quamuis pactum*, & dicit hanc communem, ſecundùm Zaſium *in l. hoc modo concepta num.* 43. *ff. de verborum obligat.* & Couartuuias *in dicto cap. quamuis* 3. *p.* §. 3. *num.* 3. Ceuallos *in pract. dicta quæſtione* 115. *num.* 3. Paulus Pariſ. *conſilio* 23. *num.* 52. & plures relati per Neuizans *in ſylua nupt. lib.* 2. *num.* 82. † Et eſt ratio ſecundùm 20
illos, quia & in ſimili caſu, ſtante nempe ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat deficientibus maſculis filia admittitur ſecundùm Bart. *in l. fin. ff. ad Trebell.* cuius opinionem dixit communem Iaſon. *in dicta leg.* 1. §. *veteres, ff. de acquirenda poſſeſſione.*

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an deciſio 21
dict. cap. quamuis pactum de pact. lib. 6 habeat locum inter Iudæos? Et applicabis hic quæ adduxi *ſuprà de Teſtibus*, vbi num Iudæi contra Chriſtianos, aut econtra in Teſtes admittantur *in cap. Chriſtianus* 21. *& in tit. de Iudæis & Sarracenis, ac in tit. de hæreticis*, breuiter nunc reſpondeo, vt dicta deciſio non habeat locum inter Iudæos, vt eſt communis opinio ſecundum Guillelmum Benedictum *in cap. Raynucius* verbo *duas habens filias, num.* 289. *de Teſtam* Couarruuias *in dict. cap. quamuis pactum* 3. *p.* 4. *num.* 2. ſequitur Ceuallos *in pract. dict. quæſt.* 115. *num.* 2. Socinus *conſ.* 65. *lib.* 1. *Roman.* 155. Georgius *in dict. cap. quamuis pactum,*

Sed video in hoc puncto quod Conarruuias 22
in dicto cap. quamuis pactum 3. *p.* §. 4. *num.* 1. acerrimè defendit contrariam ſententiam, quando verbi gratia Iudæus fidelis per Deum Creatorem cœli, & terræ, quia tunc reuera iſte iurat per Numen Diuinum, etiamſi legem Euangelicam ſit profeſſurus, & idem cenſet Couarr. quando qui iurat per falſos Deos, ſi tamen opinatur Diuina Numina eſſe: Ita ex doctrina Bal. *in capite* 1. §. *item Sacramenta, col.* 3. *de pace tenenda, & Iurament. firm.* Decius *in leg. pactum*

dotali

dotali, *Cod. de collat. num.* 12. qui loquuntur de Iudæis iurantibus, & contrariam ſententiam admittunt, cum vel Chriſtianus, vel Iudæus per falſa Numina ſciens iurat planè, exiſtimans ea Numina falſa eſſe. Et pro vberiori atteſtatione adiunges dicta *ſuprà cap.* 26. *quæſtione* 2. *à num.* 1.

23 Ad vltimam quæſtionis partem, an intendens filia renuntiare *dict. cap. quamuis pactum de pact. lib.* 6. *& dict. l. pactum dotali*, *Cod. de collat.* ſit certioranda de beneficio dictorum iurium? Et adiunctis hic quæ adduxi *ſuprà ſub q.* 1. verſic. *ad quartam*, vbi an mulier per Iuramentum cenſeatur certiorata de beneficio Vellaiani. Et *q.* 2. *circa finem* de minori certiorato; Etenim vt non debet certiorari refert deciſum Guid. Pap. *in deciſ.* 227. & cum eo Riccius *dicta collect.* 30. *ad dicta Iura.*

QVÆSTIO IX.

An renuntiationis facta tempus ſit ſemper ſpectandum, cum de læſione agitur de renuntiante: Et an filia quæ minor, accepta dote, renũtiauit paternæ ſucceſsioni, & læſa per decennium tacuit: Et an quæ accepta dote promiſit ſe Patris ſucceſsioni, & legitimæ renuntiaturam Iureiurando, nec tamen cum effectu renuntiauit, ſit hoc ipſo excluſa à legitima paterna: Et an Pater in cuius fauorem renuntiatum eſt, poſſet mutare voluntatem, ſi ſoror cum fratre pactum fecerit de non ſuccedendo Patri præſenti, & conſentienti?

SVMMARIVM.

1 *Læſio cum intenditur cauſa renuntiationis hæreditatis attenditur tempus renuntia. Explicatur à n.* 2. *ad* 9.

2 *Bonis diminutis non reſtituitur id, quod ex cauſa renuntia ſemel acceptum fuit, nec ſuper excreſcentibus fructibus.*

3 *Dotis congruitas ſolet attendi, habita conſideratione ad legitimam ſecundùm tempus mortis, vel tempore Matrimonij qualitas Mariti, numerus filiorum Monaſterij, aut mos regionis; num.* 4.

5 *Dos ſemel aſſignata, inſpectis facultatibus Patris tempore aſſignationis, nunquam aliquo remedio augetur. ſecus ſi incongruè tunc dotaretur, n.* 6. *etiamſi dos loco legitimæ ſubrogetur, num.* 7.

8 *Dotis tempus conſideratur, & mors, vt hic, & in contractu momentaneo, n.* 9.

11 *Legitima ſupplementum debetur filiæ reſciſa renuntiatione ex capite læſionis.*

12 *Filia minor, quæ accepta dote renuntiauit hæreditati, etiamſi tacuit per decennium, non petens reſtitutionem læſionis, auditur poſt, vt n.* 13. *& de ratione, num.* 15.

13 *Actio mota ad petendam reſtitutionem à filia dotata aduerſus læſionem oritur in annos* 30. *à morte Patris, vt num.* 14.

14 *Legitimæ quæſtio ante mortem Patris non habetur.*

16 *Dos in quartam ſolet imputari, vt aliqui volunt Quid ſi in ea ſit falſa inſtituta hæres.*

17 *Præterita filia dicitur ea, quæ inſtituta fuit, non vt decet, aut exhæredata, quid olim, num.* 18.

19 *Teſtandi facultas lata Patrifamilias à lege* 12. *tabularum fuit, vt de bonis propriis non alienis.*

20 *Legitima filio competens, dum Pater viuit, eſt in bonis eius.*

21 *Filia, quæ renuntiare promiſit, nec renuntiauit adhuc cum Iuramento obligatur, vt n.* 25. *& alij contra n.* 24.

22 *Renuntiatio, & promiſſio renuntiandi differunt, & n.* 23. *Quid ſi iuretur promiſſio ex n.* 25. *Explicatur contrarium, n.* 28. *&* 29.

23 *Differentia inter contractus, & vltimas voluntates remiſſiuè, quatenus ad renuntiam, aut promiſſionem renuntia.*

26 *Pactum conceptum per verba de futuro, operatur obligationem de præſenti, & producit exceptionem.*

27 *Iuramentum promiſſorium in obligatione de futuro habet vim expreſſi.*

28 *Promiſſio ſimplex denuntiando non obligat de præſenti ſicut ſi iurata eſt.*

29 *Iuramentum quod eſt contra ſubſtantiam actus, caret conſenſu.*

30 *Pater poteſt nihilominus hæredem inſtituere filiam quæ cum fratre pacta eſt renuntiationem hæreditatis paternæ, & n.* 31. 32. *& num.* 33. *Couarruuia dictum intelligitur.*

32 *Pater qui iurauit non reuocare Teſtamentum poteſt illud adhuc mutare.*

34 *Fratres paciscentes, conſentiente Patre ſuper hæreditate paterna iuramentum æquis portionibus diuidenda, qualiter obligentur.*

35 *Pater promittens filios æquis portionibus hæredes facere, nequit mutare voluntatem, quia facta eſt inter viuos promiſſio.*

ALiqui vt explicent primam quæſtionis partem plura inuoluunt, & licet tempus renuntiationis ſpectandum, crebrior pragmaticorum ſententia ſit, quam acerrimè impugnat Antonius Faber longè agens *de errore pragmaticorum* omninò legendus pro ſcholaſtica, & ſubtili diſputatione; Ego inquam adhuc exiſtimo ſolùm eſſe ſpectandum tempus renuntiationis. † Nam ſicut bonis diminutis non minuitur, nec reſtituitur id, quod ex cauſa renuntiationis ſemel acceptum fuit, ſic econtra, nec ſuper excreſcentibus parentum facultatibus augenda veniat dos: Ita docent ſine dubio Ioannes Gutierrez per Textum *ibi*, *in cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 29. Couarr. *in dict. cap. quamuis* 3. *p.* §. 4. *num.* 7. *ad finem*. huius ſententiæ infinitos referens D. Ioann. del Caſtillo *lib.* 3. *contr. cap.* 2. *ex n.* 43. † Qui & refert alios vſque ad *n.* 49. diſtinguentes inter congruitatem dotis aſſignatæ, habita conſideratione ad legitimam, ſic vt tunc attendatur tempus mortis; itavt non poſſit dos conſiderari minùs legitima, quæ deberet conſiderari iuxta valorem bonorum ſecundùm tempus mortis, vt refert Aldobrandin. *conſ.* 26. *ex num.* 117. *ad* 110. Legendus *ex num.* 103. † Vbi de alio tempore ſcilicet vt conſiderata dote tempore ſuæ conſtitutionis, ſiue hæreditatis renuntiationis, nec augmentum, aut diminutio conſideretur, ſed tantùm quod ſit congrua inſpecto tempore Matrimonij, vel carnalis, vel ſpiritualis, itavt tunc

1
2
3
4

tentum conſiderentur facultates Patris tempore conſtitutionis, non mortis numerus filiorum, qualitas Mariti, ſeu Monaſterij, & mos regionis, ac conſideretur quod poſtmodùm fuerint bona Patris augmentata, ex quo poterant decreſcere, & filia poterat præmori Patri, ſed tempus tantùm renuntiationis.

5 Vnde ego iam ex communi, & practicabili Iudicio Doctorum exiſtimo in hac re prædictos caſus diſtinguendos aliter, ſi nempè congruè dotata ſit filia inſpectis facultatibus Patris aſſignationis tempore; Tunc credo nunquam remedio aliquo eſſe augendam dotem, vt docent Mantica *de tacitis & ambig. conuent. lib. 12. titulo* 24. Marius Giurba *ad conſuet. Maſan, cap.* 3. *Gloſſa* 14. *num.* 14. *&* 15. Fontanella *de pactis nupt. tom.* 2. *diſp.* 9. *Gloſſa vnica p.* 1. *num.* 33. Carol. de Graſſ. *deciſ.* 2. *num.* 21. Anton. de Amat. *var. reſ.* 23. Anton. Faber. *lib.* 1. *Cod. tit. de pact. diſ.* 11. D. Garcia Maſtrillus *deciſ.* 1. *num.* 15. Caualcan. *deciſ.* 32. *ex num.* 15.

6 Vel ſi incongruè, aut minùs Pater dotauit filiam; quia tunc habito reſpectu ad tempus donationis, ſeu renuntiationis filiæ debet ei augeri dos, vt docent Bald. *in addition. ad Suarez. in l. quoniam in prioribus limit.* 4. *legis Regni*, verſic. *ſecundus caſus* Gratianus *deciſ.* 23. *per totam*, Rota Romana *deciſ.* 160. *num.* 7. poſt Pacificum de Saluiano interdicto, Burgos de Paz. *conſ.* 5. *n.* 7. Petr. Surd. *conſ.* 488. *à num.* 18. *lib.* 4. Anton. de Amat. *ſuprà num.* 3.

7 Imò quod idem procedat, etiamſi dictum ſit quod dos loco legitimæ ſubrogetur; Idem de Amat. vbi proximè *n.* 6. Additionatores ad Molin. *dicto lib.* 2. *de primog. cap.* 3. *num.* 29. qui & Pinellus *de reſcindenda vendit.* 3. *p. cap.* 4. *n.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 461. *num.* 2. Maſcard. *conſ.* 963. Petrus Surdus *conſ.* 451. *num.* 33. Rota per Farinac. *deciſ.* 87. *num.* 4. *p.* 1. *in nouiſſimis, &* 191. *ex num.* 1. *in nou.* Alex. Ludouiſ. *deciſ.* 553. *num.* 2. *&* 570. *num.* 5. Anton. Faber *tit. de reſcind. vendit. diſ.* 2. *&* 19. Cardinalis Tuſchus *concluſ.* 295. *tom.* 5. *num.* 1. Giurba *deciſ.* 105. *ex num.* 3. Riccius *in addition. ad Franch. deciſ.* 243.

8 Dicunt etiam in vtroque caſu diſtinctionis relatæ incipiendum eſſe tempus renuntiationis ex communi recepta ſententia, quam retulit, ac tenuit idem Molina *de primogen. dicto cap.* 3. *lib.* 2.

9 *num.* 29. † Imò & aſſeuerant in contractu momentaneo id eſſe neceſſum, provt in venditione *ex l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit. ex cap. dilecti de empt. & vendit. & l.* 56. *tit.* 5. *p.* 5. *& leg.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat.*

10 Et addunt Additionatores ad Molin. *dict. n.* 29. verſic. *quæ regula* cum Gamma *deciſ.* 119. Guttierrez. *lib.* 2. *q.* 138. Iacob. Gomez. 1. *p. variar. cap.* 1. *ex num.* 153. Ioannes Franc. de Ponte *conſil.* 138. *ex num.* 1. *volum.* 2. vt ſoleat prædicta regula limitari, vbi læſio quouis tempore contra-

11 ctus conſideretur, vt in locatione. † Addunt etiam Fontanella *tom.* 2. *tract. de pact. nuptial. clauſula* 8. *Gloſſa vnica p.* 1. *num.* 33. Anton. Faber. *lib.* 2. *Cod. tit.* 3. *diſinit.* 8. cum relatis ab Amato *dicta reſ.* 23. *n.* 2. quod reſciſa quandoque ex capite læſionis renuntiatione filiæ tantummodò ſupplementum legitimæ debetur.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem, an filia, quæ minor accepta dote renuntiauit paternæ ſucceſſioni, & læſa per decennium tacuit; reſtituatur? Et in hoc dubio video Socinum *conſ.* 67. *num.* 43. *lib.* 2. & alios, quos refert, & ſequitur Anton. Sola *commentario ad edictum de alienat. bonorum minor. Gloſſa* 2. *num.* 12. denegaſſe in integrum reſtitutionem filiæ, quæ in minori ætate accepta dote, per exigua, aut nulla pacta eſt cum Patre locuplete de non ſuccedendo, in eamque rem interpoſuerit Iuſiurandum, ſi à tempore completi anni decimiquinti tacuerit, per decennium, nec aduerſus renuntiationem impetrauerit reſtitutionem, qui mouentur ex *l. vltim. Cod. ſi maior factus decret. ret.* habuerit, vbi à Iuſtiniano cauetur, vt donatio rerum minoris contra Senatuſconſultum facta decennij inter præſentes, & vicennij inter abſentes ſilentio confirmetur; Ita tamen vt à die completæ maioris ætatis tempora computentur.

Ego inquam iuxta Regulam traditam hic, *à quæſt.* 3. ex doctrina Bonifacij VIII. *in dicto cap. quamuis pactum*, exiſtimo cum Antonio Fabro *tom.* 1. *de errorib. decade* 13. *errore* 8. *ex num.* 3. 13
benè diſtinguente dictam ſententiam non rectè probari per *dict. l. vltim. Cod. ſi maior*; quippè non ſenſerit ibi Iuſtinianus; Siquidem ex quo admiſſum eſt remedium reſtitutionis *l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* aduerſus immodicam læſionis, etiam renuntiationis iuratæ, de qua à *dicta q.* 3. latè dictum eſt, ſequitur dicendum, vt non finiatur longo tempore illud beneficium; hoc eſt decennio inter præſentes, aut vicennio inter abſentes, ſed in trigeſimum vſque ad annum extendi, quia conditio ex lege magis, quam in integrum reſtitutio dicenda eſt, & quia reſtitutio, quæ filiæ datur ad reſcindendam iuratam renuntiationem in eum finem dirigitur, vt reſciſa renuntiatione poſſit filia petere legitimam, aut legitimæ ſupplementum; Ait ergo Faber *ſuprà à num.* 7. vt ſit hanc in rem comparata actio; licet ſubſtituta in locum querelæ inofficioſi teſtamenti perpetua proculdubio, id eſt triennalis; quia & conditio eſt ex *l. omnimodo* 30. *ff. de inofficioſo Teſtamento.* † Et addit *ibi à num.* 10. vt debeat 14
ſpectari tempus mortis Patris, cum antea nequeat de legitima quæri quandiu Pater viuit, neque ſciri poſſit, an læſio vlla interuenerit priùs quam exploratum ſit, quod & quantùm Pater moriens in facultatibus reliquerit, & ſic concludit in hoc caſu ſpectandum eſſe tempus mortis; non ſolùm vt filia poſſit exercere Iudicium reſtitutionis, ſed etiam vt actionem habere incipiat; quæ enim inſtandi nata in trigeſimum vſque annum exinde computandum extendetur, & ibi Faber *à n.* 8. ſatisfacit obiectioni ex *dicta l. vltim. Cod. ſi maior fact.* vbi videre poteris.

Nec obſtes ex dictis *hic* in verſic. *ad primam*, 15
quia iſte caſus diſtinctus eſt; Ibi enim diximus quod ſit ſpectandum tempus renuntiationis; vt ex dote admodùm diminuta reſtitutio competat. Hic ergo agitur de alio caſu, nempè quando tacuit filia renuntians petere renuntiationem per tempus decennij, quæ non ob id excluditur à reſtitutione modo dicto; quod inquam non aduerſatur tempori renuntiationis factæ, in quo læſio reſtitutioni cauſam dans inſpicitur, ſicut & debet inſpici in noſtro caſu. Alia addit Faber *dicto errore* 9. *num.* 11. *&* 12. hic iungenda pro maiori declaratione.

Ad tertiam quæſtionis partem, quid dicendum de filia, quæ accepta dote renuntiauit futuræ Patris ſucceſſioni, ſi in ea dote inſtituta ſit, & licet pragmatici exiſtiment inſtitutionem 16

prædictam

prædictam efficere, vt non videatur præterita filia à Patre, ſi in ea dote inſtituta ſit, Iulius Clarus *lib. 3. ſent. §. Teſtamentum quæſt.* 44. & alij ex Accurſio dicentes, vt dos à Patre data, & ex bonis Patris profecta, in quartam imputetur *ex l. quoniam nouella 29. Cod. de inoffic. Teſtamento*, & à filia cum fratribus ſuccedente, tam abinteſtato, quam ex Teſtamento conferatur, *Auth. ex Teſtamento, Cod. de collat,*

17 Tamen Antonius Faber *de errororib. pragmat. tom. 1. decade 13. errore 2.* contrarium ſequitur defendens prædictam inſtitutionem filiæ in dote ſua non valere, nec vt proinde facere poſſit, quin præterita filia dici debeat, acſi nullomodò fuiſſet inſtituta, præteritam enim eam intelligit quæ non ſicut oportet inſtituta fuit, aut exhæredata, licet in Teſtamento nominata ſit, adeò-
18 que ſubſtituta. † Quomodo cautum erat olim vt non aliter præteriri poſſet filia poſthuma, quam ſi ei legatum eſſet, ne per obliuionem magis, quam conſulto præterita videretur, *ex §. 1. inſtit. de exhæredat. liberor.* qui negat hanc, quæ in ſua dote inſtituta eſt, vtiliter inſtitutam eſſe.

19 † Quia in re propria, non in ea, quæ Teſtatoris eſt, inſtituta eſt: Nam cum *lex* 12. Tabul. Patrifamilias dederit quidem Teſtandi facultatem, ſed de re, pecuniave ſua, non de aliena, *l. verbis legis* 120. *ff. de verb. ſignif.* & in propoſita ſpecie inſtituta videatur filia in re propria, non in ea, quæ fuerit Teſtatoris apparere euidenter dicit Faber *ſuprà num. 3. & à num.* 4. illam dotem verè eſſe filiæ Patrimonium, non quaſi vt voluit Accurtius *in leg. 3. §. ſed vtrum, ff. de minor. ibi*, legendus pro vberiori tractatione, qui *& à num.* 8. ſatisfacit contrariæ ſententiæ dicendo, quod ad imputationem, ſeu collationem inducendam ſufficiat, quod profecta ſit dos ex bonis, & ſubſtantia Patris, quodque eam habuerit filia, tanquam filia non habitura, ſi extranea fuiſſet, licet nihil ampliùs iuris in ea re Patri ſuperſit.

20 Vbi etiam ex *numero* 9. reſpondit alio fundamento Accurtij dicentis poſſe filium inſtitui in legitima, quamuis neceſſe ſit, vt legitima filio relinquatur: Nam legitima dum Pater viuit, non ſolùm deſinit eſſe in bonis filij; Imò & ſpes ad eam, aliter enim de dote, quæ iam dicitur in bonis filiæ, ſitque proprium ipſius filiæ patrimonium, etiam viuente Patre, quæ etſi imputetur in legitimam, nec legitimam eſſe dicit, nec vt cedat loco legitimæ, vt probauit idem Faber *ibi errore* 1. alia inquam addit *ibi, num.* 10.

21 Ad quartam quæſtionis partem, an filia, quæ accepta dote promiſit ſe Patris ſucceſſioni, & legitimæ renuntiare Iureiurando, quæ cum effectu non renuntiauit ſit excluſa ex hoc à legitima Paterna. Igitur quia ex dictis *ſuprà à quæſtione* 3. pro intellectu *dicti cap. quamuis pactum*, appareat renuntiationem hæreditatis paternæ Iuratam efficere contra Regulas ciuiles, vt valeat, & Antonius Faber *tom. 1. de error. pragmat. decade 12. errore 7. ex num.* 3. probat vt renuntiatio illa debeat eſſe expreſſa, nec tacita ſufficiat vt legitima peti nequeat, indeque dubitabit de
22 caſu propoſito in quæſtione *ibi, num.* 4. † Qui vt dubitet dicit ſibi occurrere aliud longe eſſe, ſi quis renuntiet, aliud inquam ſi promittat ſe renuntiaturum, ſicut aliud eſt donatio, aut venditio, aliud promiſſio de donando, vel vendendo, vt Bartolus *tractatu ad leg. vlt. Cod. de condict. cauſ. data*, nec videatur ex ea promiſſione alia naſci actio, quam perſonalis, ex qua cogi poſſit is, qui promiſit vt renunciet.

Etenim vt amplè voluit Franc. de Aretin. *in* 23
conſ. 6. col. 2. ponens omnes differentias inter contractus, & vltimas voluntates, dicit aliud eſſe promittere renuntiare, & aliud de facto renuntiare, & quitare, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus; Item & quod eſſent iura ſuperflua, quæ ponunt differentiam inter promiſſionem de renuntiando, & ipſam renuntiationem de præſenti, cum aliud ſit promittere de renuntiando, vel vendendo, & aliud in effectu renuntiare, vel vendere ex Textu, *in leg. 1. & ibi* Iacob. Butr. & Angel. *Cod. de pignor. Gloſſ. in l. in bonæ fidei, §. ſi tamen, ff. de eo quod certo loco*, quam Paulus de Caſtro legit cum *leg. ſi hæres*, verſiculo *ſi tamen, & conſ.* 94. Idem Aretinus *in ſingulari col. 5. ff. ſi certum petatur, col. 9. Cod. de rei vindic.* Alex. *in addit. ad Bartol. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empti, Gloſſa in l. Titius, ff. de pignoratitia actione*, Bartol. *in leg. ſi Pupillus, ad leg falcid. & in leg. fin., §. ſi Emptor. Cod. communia de legat.* & Alex. 192. *col.* 3. verſiculo *aliaratione lib. 6. & conſ. 73. col.* 2. verſic. *nec etiam deberi lib.* 2. pro quo facit Gloſſa *in cap. ſi quis iuſto, §. fin. in Gloſſa fin*, & *ibi* Domin. *de elect. lib.* 5. cum aliis per Anton. Corſetum *in ſuis ſingul. in 2. allegat.*

Et ſic concludunt D. Franc de Aretino *conſi-* 24
lio 147. & Paulus de Caſtro *conſ. 277. ad primum reſpondetur* ante verſic. *& tertiò vltrà prædicta, volum.* 9. promiſſionem de renuntiando eſſe nullam vt videtur ſequi Boërius omninò legendus *in deciſ. 3. ibi, num. 1. 15. & 16.* & quod ſic filia, quæ promiſit renuntiare, non poſſit compelli ad renuntiandum, vel vendendum, cum (vt *ſuprà* adductum eſt) Iuramentum ſequatur naturam actus, cui adhæret, vt adducit *ſub quæſt. 1. & in cap. ſi diligenti de foro comp. ſub quæſt. 1. & 2.* & per alias rationes adductas à Boëtio *dicta deciſ. 3. ex num. 5.*

Adhuc verò eum in ſpecie Textus noſtri, & 25
& dict. cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. Item & *in Auth. Sacramenta puberum*, dictum ſit iuramentum adiectum contractibus, alias de Iure nullis, ſiue prohibitis, ipſos corroborare, vt à *quæſtione 1. 2. & 3.* explicaui, quia ex quo filia in caſu, de quo loquimur cum iuramento promiſit, operata fuit effectum renuntiatum, ac ſi verè, & realiter, & actualiter de præſenti renuntiaſſet, vt voluit Bartol. *in l. pactum quod dotali, Cod. de collat. q. 18. & per not. in leg. 2. ff. de euiction.* & per Ioann. Andr. *in addit. ſpeculat. in tit. de obligat.* Ludouicus Roman. *in ſuo ſing.* 188. Paulus de Caſtro *in dict. l. is hæres* verſic. *ſi tamen, & in dict. conſ.* 94

Et quia illud pactum de ſe obligando opera- 26
tur obligationem de præſenti, cum pactum conceptum per verba de futuro producat exceptionem de præſenti *in leg. ſi intra illum diem, ff. de pactis.*

Et quia in prædicto caſu Iuramentum habet 27
vim expreſſi, vt voluit Gloſſa reputata ſingularis *in leg. cum Pater. §. filius matrem, ff. de leg.* 2. & Baldus *in leg. 1. col. penult. in 2. quæſtione, Codice commodati*, Iaſon. *in leg. ſed & ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis cantion. in l. ſi quando, §. & generaliter Cod. de inofficioſo Teſtam.* Barbat. *in conſ. 51. in fine*,

& conſ.55. col. penult. in princ. volum.2. & confirmantur ex his quæ adduxi *ſuprà* per Textus *ibi in cap.3. cap. ex reſcripto*, ac in aliis, vbi de obligatione ratione Iuramenti promiſſorij. Et pro confirmatione applicabis quæ dico *infrà quæſt.* 4. *à num.*1. de confeſſione dotis receptæ cum iuramento promiſſorio.

28 Nec obſtant adducta in ptincip. dicti verſic. *ad quartam* hic ; quia illa tantùm accipiuntur de ſimplici promiſſione, non inquam de illa renuntiatione futura iuramento corroborata, virtute cuius ex Textu noſtro videtur, vt filia accepta dote ad renuntiandum cum effectu ſit obligata, non nego tamen in hoc caſu differre promiſſio-
29 nem de renuntiando ab ipſa renuntiatione. † Et quod ob id Iuramentum ſit intelligendum iuxta naturam actus, qui aliàs cum ſit futuri temporis non eſt obligatorium de præſenti, non inquam vbi eſt defectus ſubſtantiæ, & conſenſus Iuramentum habet vim ſpecifici & expreſſi, ſed ſolùm, quando eſt defectus ſolemnitatis omiſſæ ſecundùm Alex. & Iaſonem *in dict. l. ſed & ſi quis §. quæſitum*, poſt Bartol. *ibi*, *& in leg. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ.* Abbas Siculus *in Textu noſtro, col. penult. in princip. per Textum in leg. fin. Cod. de non numerata pecunia*, *& in leg. fin. qui ſatis dare cogantur*, *& in leg. ſi libertus iurauerit*, *Cod. de operis libertor. & ex Textu cum Gloſſa in cap. penult. cap. veniens*, *& cap. ad noſtram in* 2. *hoc tit.* per quæ & alia videntur ſentire Boërius *dicta deciſ.* 3. *ex num.* 5. *&* 6. *& num.* 17. Anton. Faber *de error. dicto tom.*1. *decade* 12. *errore* 6.7. *numero fin.* quatenùs arguendo apparere dicunt per ſolam dotis promiſſionem, adeoque perceptionem pro iuribus omnibus ; quamtumuis iurata ſit reuuntiatio de futuro, non poſſe vim habere renuntiationis ; quia vt iam eſt dictum, ex quo virtute promiſſionis poterat aliàs non prohibitus alienari, compelli ad alienandum, ſic & filia renuntiare, aliàs prohibita ſi iuret renuntiare modo dicto, ſit obligata ad renuntiandum : Indeque effici, vt teneat adimplere, ac ſi de præſenti renuntiationem Iuramento corroboraret.

30 Ad quintam quæſtionis partem, an Pater, in cuius fauorem renuntiatum eſt, poſſit mutare voluntatem ſi ſoror cum fratre pactum facit de non ſuccedendo Patri præſenti, & conſentienti? Aliquid *ſuprà* iam dixi de ſimili mutata Patris voluntate, qui & poteſt, ſi velit filiam renuntiantem hæredem inſtituere, vt ſub *quæſtione* 7. *&* 8. videtur dictum. De hac inquam re, ac de aliis caſibus agit plenè Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum de pact. lib.6. p.3. in princip.* Legendus *ex num.*5. *vſque ad finem*, & poſt eum nouiſſimè Antonius Faber *de erroribus pragmat. tom.* 1. *decade* 13. *errore* 10. qui acerrimè impugnat ipſum Couarruu. dicentem ſub *num.* 8. in verſic. *quartus caſus.*

31 Pro affirmatiua, vt queat Pater mutare voluntatem, etiam in caſu, de quo loquimur, defendit latè idem Antonius Faber, tum ex recepta ac vulgari traditione Bartoli *in leg. qui Roma* 122. *§. Flauius de verb. obligat.* quæ habet poſſe quemlibet inuito tertio reuocare conuentionem à ſe factam in illius tertij commodum, & vtilitatem; & quamuis Didacus Couarruu. dubitet *ſuprà* de hac mutatione, ſi cum fratre pacta ſit ſoror de non ſuccedendo Patri præſenti, & conſentienti, idque Iureiurando confirmauerit : Nam ſi reſpectu filiæ cum Iuramento renuntiantis hæreditati Paternæ, non inde prohibetur, vt Pater filiam renuntiantem hæredem inſtituat. † Et 32
verum eſſe, quia ſecundùm magis veriorem opinionem, vt *ſuprà* iam adduxi, poteſt quidem Pater, qui iurauit non reuocare Teſtamentum, quod fecit illud mutare, quandocumque communi cum Bart. *in l. ſi quis in princip. col. fin. ff. delegat.*3. Baldi *in leg.* 1. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Nec vlla ait Faber *num. fin.* ratio poteſt eſſe, vt ex pacto inter alios inito ; quamtumuis ei Pater conſenſerit, auferatur Patri libera teſtandi facultas, quod vtique eueniret, ait ſi filiam, cui renuntianti conſenſit ad ſucceſſionem ſuam ex Teſtamento reuocare non poſſet.

Hanc ergo opinionem non impugnat D. Couarr. ſolùm enim dubitauit, dicens, vt difficilis ſit eius contraria opinio, ob id quod Patri tollat liberam teſtandi facultatem. At quidquid ſit de Patre concludit de filia, vt quia iurauit, ac Iuramentum nullam turpitudinem contineat ; Imò ſeruati poſſit abſque interitu ſalutis æternæ: Inde ratione huius pacti iurati excludi debeat ab hæreditate Paterna, vt Iaſon. voluit *in leg. vltima. Cod. de pactis* : Tametſi non rectè Baldi ſententiam intellexerit; quatenùs dixit quod Pater poteſt remittere contractum à filia ipſi iuratum renuntiationis paternæ hæreditatis, eiuſque conſenſum reuocare, quod dicit procedere quia factum eſt pactum in vtilitatem Patris; Idemque & quamuis in fauorem alicuius ex fratribus factum ſit ex ſententia Bart. *in dicta leg. qui Roma, §. Flauius*, de qua ipſe Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 14. Legendus omninò, & ſub *dicto num.* 8, verſic. *tertius.* 33

Etenim, vt apparet ex aliis duobus caſibus, 34
quos ponit Couarruuias in verſic. *quintò*, & verſic. *ſextus*, etiam hæſitat, ac dubitat, vt quandò fratres, conſentiente Patre pactum Iuramento præſtitum fecerunt de paterna hæreditaie certè portionibus diuidenda.

Et de illo ſi Pater in dotali inſtrumento, ſimilive promiſerit ſe filios omnes æquis portionibus inſtituturum hæredes, nec aliquem ex eis melioraturum, concludens in hoc vltimo, vt licet tale pactum de iure communi reprobetur, confirmetur tamen Patris Iuramento ; Sic vt nec poſſit ex vario Patris conſenſu mutari, cum fiat quidem hæc promiſſio inter viuos, & in contractu, qui profectò inutilis foret, ſi iuramento ſuper eo præſtito mutari ex iurantis voluntate poſſit, quidquid ſit de *lege* 22. *Tauri* : Ita Couarruuias, cuius ratio dubitandi pendet ab improbato pacto ſuper hæreditate viuentis, quod eſt contra bonos mores, de quo *infrà* dico *à quæſt. ſequenti.* 35

Ad plures etiam caſus iuxta litteram Textus 36
in dict. cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. in prima eius parte leges iam *ſuprà* citatos *ſub dicta quæſtione.* 3.

QVÆST.

QVÆSTIO X.

An pactum de hæreditate viuentis ſine eiuſdem voluntate, & conſenſu firmetur iuramento paciſcentium: An valeat pactum de ſuccedendo, aut non ſuccedendo: Item, & de pacto dotali, quo Pater iuratus, promittit ſe filium, aut filiam ex æqua parte hæredem habituram: Quid ſi futuræ matris, aut fratris abſentis, ſucceſſioni renunciauerit filia, Patre ſtipulante: Et quid ſi matre ſtipulante renunciet in fauorem aliorum liberorum?

SVMMARIVM.

1 *Pactum de hæreditate viuentis inſinuatur, & à num.2.*

2 *Pactum de hæreditate viuentis cum iuramento factum ſine voluntate Domini firmatur iuramento ſecundùm aliquos, verius vt non firmetur, à n.4.*

3 *Paciſcentes ſuper hæreditate viuentis, ad iuramenti obſeruantiam tenentur ſecundùm aliquos: contra, n.21. & 24.*

4 *Pactum de hæreditate viuentis dicitur contra bonos mores, inducitque votum captandæ mortis, vergit in præiudicium tertij, & n.12.*

5 *Pactum de hæreditate viuentis, nec valet etiam fauore piæ cauſæ, num.14. nec de quota hæreditatis, n.6. nec ſtante ſtatuto, aut conſuetudine, n.7. & 20.*

8 *Pactum ſuper hæreditate incerti hominis viuentis valet, & inter Principes, Duces, Comites, & milites, n.10.*

9 *Renunciatio omnis hæreditatis paternæ, ac maternæ, perſpectu matris non valet.*

11 *Pactum de hæreditate viuentis patris, ſeu alterius tertij, certo modo habenda, vel diuidenda, eſt inualidum.*

13 *Expectatiua, aut promiſſio primi officij, aut beneficij vacaturi, non valet.*

14 *Pactum etiam de ſuccedendo in pijs cauſis, reprobatur.*

15 *Paciſcentes de hæreditate viuentis, quid ex hoc demonſtrent.*

26 *Votum captandæ mortis, quid ſibi velit, & quos euentus infelices pariat?*

17 *Pactum captandæ mortis, non includitur in cap. quamuis pactum,* de pactis lib.6.

18 *Pactum de hæreditate viuentis, in quo differat à ſubſtitutione, & inſtitutione maioratus, & num.23.*

19 *Voti captandæ mortis dicta relinquenda eſſe Italis tantum, dixit Zaſius. Verius contra.*

20 *Pactum de hæreditate viuentis nunquam ſtatuto, aut conſuetudine valet ſuſtineri.*

22 Geneſ. cap.25.
Primogenituræ venditio facta ab Eſau fratri ſuo, quare valuit.

24 Cap. ſicut ex litteris de ſponſalibus.
Gloſſa in cap. vlt. de Procuratoribus lib.6. Et in cap. cum quodam de Iureiur.

25 *Pactum de hæreditate viuentis omni Iure improbatur factum, ignorante Domino, aut diſſentiente, & fiſco acquirit.*

26 *Pactum de ſuccedendo non confirmatur iuramento. Et quid ſi fiat de non ſuccedendo, à n.27. Faber vtrumque æquat, n.30. contra, & de differentia, n.31. 32. & 33.*

29 *Succedendi Ius eſt ex Iure publico, id eſt, ex Legibus.*

30 *Publico Iuri pactionibus non renunciatur.*

31 *Pactum de hæreditate viuentis aufert liberam teſtandi facultatem; & ideo non valet, n.32.*

33 *Pactum abſolutè negantium de non ſuccedendo, multùm differt à pacto de ſuccedendo.*

34 *Pactum de ſuccedendo, ſiue non ſuccedendo cum fratribus, quare idem ſit, ac prohibeatur.*

35 *Pactum dotale, quo promittit pater iuratus ſe filium, & filiam ex æqua parte hæredes facere, valet. Quare, n.36. & à n.37.*

36 *Pactiones deſinunt eſſe captatoriæ, quoties interuenit ſcientia, aut ratificatio Patris, aut illius ſuper cuius hæreditate fiunt, & n.37.*

38 *Antonius Faber explicatur in pacto de hæreditate viuentis, & n.39.*

39 *Leonis conſtitutio de pactis paternis.*

40 *Renunciatio filiæ facta, patre ſtipulante, ſucceſſionis matris, aut fratris abſentis valet, ſi dotem accipiat, dum nuptui traditur. Et explicatur Antonius Faber n 41. & 42.*

41 *Notarius abſenti cuilibet, & ignoranti ſtipulatur.*

43 *Filia renuncians, matre etiam tutrice ſtipulante, obligatur, & etiam ſi mater in gratiam liberorum eam renunciationem extorſerit, num.44.*

VIdeo Doctores plures occaſione huius tex- 1
tus, *in d.c. quamuis pactum*, porrigere tractationem eius ad paciſcentes ſuper hæreditate viuentis, & ad alias inquam difficultates hic poſitas, & *infrà* referendas: quare ego fugiens illam prolixam tractationem, quam fecerunt ſcribentes de iuramento contractuum confirmatorio, cuius occaſione ad varios caſus omnium contractuum, aliorumve actuum deſcenderunt, ſed tantùm contentus ſuper motis ex littera textus noſtri, & *d. c. quamuis pactum in 1. eius parte*, cum alij caſus de iuramento actus meticuloſi, aut facto in præiudicium tertij dolo, ſiue vergente in animæ detrimentum ex vtraque littera apparentes, iam *ſuprà* in diuerſis capitibus ſint ad longum excuſſi, qui propriè huc etiam ſpectant tractare; ideo ne repetam quæ notaui *in princip.* huius textus in enodatione contexturæ; quare nunc breuiori modo, quo poſſim ad ſequentes venio.

Ad primam ergo quæſtionis partem, quæ eſt 2
admodum inter DD. ſcholaſticos difficilis; eo quod tres in hoc puncto ſententiæ ſcribuntur. Vna multorum firmantium tale pactum de hæreditate viuentis Iureiurando vallatum, validum eſſe; & ita ex regula longè expoſita, *d. c. quamuis pactum*, cum omne iuramentum ſeruandum ſit, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt; & quia iuramentum facit vt actus, qui alioqui non valet confirmetur ex communi iam adducta ſententia Bartoli *in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſoribus*, Aretin. *conſ.74.* Crau. *conſil.101.* & aliorum; & quia vt longè adducit Tiraquell. *de Iure primogenituræ, q.29. probat. ex cap 25. Geneſ.* quod valuit venditio propter iuramentum cum Eſau fratri ſuo vendit primogenituram; imò & Philippus Decius ex Baldo, *in l. cum Archimedorum, Cod. vt in poſſeſſ. legator*, dixit ſtatuto

 induci,

induci, ac obtineri poſſe, vt pactum valeat de viuentis hæreditate. Hanc ergo tenuerunt ſententiam D. Bald. *in cap.*1. §. *moribus ſi de fundo fuerit controuerſ. inter Domin. & agnat.* Decius *conſil.*516. *n.*5. & 656. *n.*12. Corneus *conſ.*257. *lib.*257. *lib.*3. Cepola 112. *n.*4. Aufrerius *ad Capellan. Tholoſan. deciſ.*452. Menoch. *conſ.*1. *n.*186. Socinus Iunior *conſ.*65. *n.*49. *lib.*1. Guido Pap. *conſ.*31. Ioan. Campeg. *de dote, q.*77. *p.*1. Crau. *conſ.*139. *num.*8.

3 Aliam ſententiam docuerunt Alexand. poſt Imolam *in l. ſtipulatio hoc modo concepta poſt, n.*7. *ff. de verb. obligat.* Alciatus in textu noſtro *n.*80. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. ac progreſſ. lib.*2. §.18. *n.*195. dicendo pacta de hæreditate viuentis iuramento confirmari quidem non poſſe, ſed paciſcentes in periurium incidere, ſi ea non ſeruauerint; & ſic per Gloſſam *in cap. ſin. de procurat. lib.*6. verſic. *reuocatus*, per textum, *in cap. ſicut ex litteris de ſponſalib. in c. cum quidam hoc tit.* & ex traditis per Rotam in antiquis *deciſ.*653. vbi decidit iurantes in periurium incidere, qui non ſeruant iuramentum; licet actus, ſuper quo interponitur legibus ſit improbatus.

4 Vera tamen, & communis ſententia, tam de Iure Ciuili, ac Canonico, quàm de Iure Regio, eſt, vt tale pactum ſuper hæreditate viuentis, etiam iuramento vallatum, nullo modo ſuſtineatur; tum quia dicitur contra bonos mores, vt habetur *in l. vlt. Cod. de pactis.* Et quia pactiones hæ inducunt votum captandæ mortis, dicuntur inde contra bonos mores, etiam ſecundùm Ius Canonicum *ex c.*2. *c. de teſtanda, de conceſſ. præb. lib.*6. cum ſint contra Ius naturale, *ex l. quidam*, §. *vlt. ff. de donat.* & quia vergunt in hoc caſu in præiudicium tertij; ſiquidem ex *d. l. fin. Cod. de pact.* Imperat. ſenſerit huiuſmodi pactiones eſſe plenas triſtiſſimi, & periculoſi euentus propter inſidias; videlicet quæ parari poſſunt viuenti, cuius hæreditas in pactum deducitur vt annotarunt Salicetus *in l. pactum, quod dotali, Cod. de pactis*, Socin. Iunior *d. conſil.*44. *poſt, n.*40. *lib.*2. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu, lib.*2. *d.* §. 18. *n.*64. & 208. verſic. *ex ſuperiorib.* & *lib.*3. §.28. *poſt, num* 10. quibus adſtipulatur quod ſcribit Andreas Iſernia *in d. c.*1. §. *moribus, ſi de feudo fuerit controuerſ.* & *in c.*1. *col.*7. *qui ſucceſſ.* dare teneantur, Bartol. & cum infinitis Barboſa *in d. l fin. Cod. de pactis*, Alex. *conſ.*28. *lib.*3. Decius *conſ*31.63. 184. 236. Capell. Tholoſ.452. cum aliis multis ex antiquis, ac modernis Faquin. *lib.*8. *controuerſ. cap.*72. in verſic. *tertia*, Couarruu. *in d. c. quamuis pactum, p.*2. *in initio, num.*2. & *p.*3. *etiam initio, n.*2. & 3. Ioan. Guttierrez *ibi in initio, num* 9. & 5. *de Iuram. confirm p.*1. *c.*5. *à n.*2. Simon de Pratis *vltimar. volunt. lib.*2. *dub.*1. *ſolut.*4. *num.*103. & 104. Surd. *conſ.*133. *n.*17. & *conſ.*480. *n.*2. Craſſ. Theſauri *deciſ. Pedemont.*225. *n.*6. Burſatus *conſ.*432. *n.*70. & *conſ.*471. *n.*24. *vol.*4. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*51. *n.*24. *ad finem*, Seraphin. *priuileg.*20. Morla *in emporio tit.*3. *q.*6. Caldas Pereira *de empt. & vendit. c.*30. *n.*41. Roderic. Suarez *in l. quoniam in priorib. de inoffic. teſtam. limit.*5. *ad leg. Regni limit.*5. *n.*2. & 3. Anton. Gomez. *in l.*22. *Tauri* 31. Molina *de Hiſpanor. primog. lib.*2. *c.*3. *n.*3. cum infinitis, vbi eius Addition. cum aliis, alter Molina Theolog. *de Iuſt. tom.*3. *diſp.*539. *n.*38. & 8. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*10. *c.*28. *q.*2. cum aliis infinitis D. Ioan. del Caſtillo *lib.*3. *controuerſ. c.*9. *per totum*, & ibi, *n.*5. Menoch. *d. conſ.*1. *à n.*139. Amat. *deciſ. ferrar.*46. *n.*26. Aluarus Velaſc. *de pact. c.*16. *ex num.*41. vbi exponit practicam Becius *in conſ.*74. *n.*2. Valant. Foſter *de ſucceſſ. deſcend. lib.*1. *q.*2. Gratian. cum aliis *reg.*335. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*2. *c.*28. *q.*2. Rebel. *de Iuſt. p.*2. *lib.*1. *q.*9. *n.*2. verſic. *vnde colliges*, & alij Riccius *collect.*1043. *ad d. l. fin. C. de pactis*, cum Ozaſco *deciſ.*100. & Boërio *in deciſ.*355.

Ampliantque prædicti, & alij Doctores, vt 5
id procedat etiam fauore piæ cauſæ Tiraquell. *de primog. q* 6. *n.*16. Menoch. *d. conſ.*1. *n.*141. Addition. Molinæ *dict. n.*3. verſic. *ampliatur primo*, quibus addo Seraphin. *d. priuileg.*20. *n.*30. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *c.*2. *n.*33. Menchaca *d.* §.18. *n.*120. *de ſucceſſ. reſol.* §.6. *num.*44.
Barboſ. *in d. l. fin. Cod. de pact.* † Item ampliant 6
ſecundo etiam ſi pactum fiat de quota hæreditatis, Alexand. *in d. l. fin.* Menoch. *ſuprà num.*142.
& 143. † Item & ſtante ſtatuto, vel conſuetu- 7
dine, vt pacta futuræ ſucceſſionis abſque conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur valerent; quia cum pactum hoc ſit bonis moribus aduerſum, nullo ſtatuto, aut conſuetudine validum reddi poteſt, vt per Villalobos *commun.* verb. *pactum, n.*2. alias *tom.*1. *comm. opin. lib.*2. *titul* 3. *num.*99. verſic. *amplia* 1. Menchaca *d. lib.*2. §.18. *n.*185. Graſſ. *receptar. ſent.* §. *ſucceſſ. abinteſt. q.*9. *n.*8. Capella Toloſan. *deciſ.*453. *in fine*, Menoch. *ſupr. n.*147. & 148. & Additionatores Molin. dicentes tale pactum, nec conſuetudine, nec iuramento firmari poſſe.

Limitāt verò alij Doctores, vt Bartol. *in dict.* 8
*l. fin. lect.*1. *n.*17. quem omnes communiter ſequuntur, vt tradit Purpuratus *ibi n.*106. quan-
do ſit pactum hominis incerti viuentis. † Quare 9
dixit Vincent. de Franch. *deciſ.*89. quod ſi quis renunciaret omnibus hæreditatibus delatis, & deferendis, etiam matern. & patern. non valeat renunciatio reſpectu maternæ; quia dicitur per-
ſonæ certæ. † Et Bartol. etiam *conſ.*72. *num.*1. 10
verſic. *ſecundo probatur, lib.*1. Philipp. Decius *conſ.*317. Menochius *vbi ſuprà, num.*160. dicunt dictam regulam non procedere in Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, qui habent poteſtatem condendi legem; item ſi recognoſcant ſuperiorem; dummodo habeant poteſtatem illam finiendi: & idem Menochius limitat etiam *n.*152 & 153. in Comitibus, Ducibus, Marchionibus, qui habent priuilegia militum; qui etiam *n.*151. dicit ſic limitari inter milites, vt tradunt dicti Additionatores Molinæ, & Gailius *obſeruat.*127. *lib.*2. Riccius *collect.*1043. *ad leg. fin. Cod. de pactis*, limitant in pacto de ſuccedendo inter Principes, & illuſtres perſonas.

Et in tantum regula procedit vt pactum de 11
hæreditate viuentis patris, ſeu alterius tertij certo modo habenda, vel diuidenda, quam ipſe diuiſerit, aut diſpoſuerit, ſit vſque adeo inualidum, & ſine effectu, vt nec iuramento firmetur; quia improbum eſt impium, & turpe, & contra bonos mores, vtpotè cum iniquum ſit, quod tertio viuente, ac ignorante, alij de bonis ſuis paciſcantur, & conueniant, & contra, aut præter Domini voluntatem, ad aliumque modum pacta inire præſument ſuper rebus tunc alienis; ſolicitudo enim in hoc verſatur inhoneſta omnimodo, & illaudabilis, vt probat textus optimus, & notabilis, *in d. l fin. Cod. de*

pactis,

pactis, cum qua concordant, *l. quidam in Iure, §. fin. ff. de donat l. ex eo, Cod. de inutilib. ſtipulat. l. cum donationis, Cod. de tranſact. l. pactum quod dotali, Cod. de pactis, l. 2. in fine, ff. de his, quibus, vt indignis, l. 2. §. interdum, ff. de vulgari, & pupil. ſubſt. leg. ſi quis mihi bona, §. ſed vtrum,* verſic. *ſed an moniatur, ff. de acquirend. hæred. in d. c. quamuis pactum, l. 10. tit. 16. p. 1. l. 3. tit. 10. p. 5. l. 13. tit. 5. p. 5. l. 33. tit. 11. eadem partita 5. l. 13. tit. 2. p. 2. l. 5. tit. 8. p. 6. l. 7. tit. 1. part. 6.* & vtrobique Greg. Lopez: hanc regulam cum ſex limitationibus poſuit Bernard. Diez *in reg.* 522. & rurſus *in reg.* 524. vtrobique Salcedo ad illum cum Anton. Gomez. Couarr. Menchaca, Matienzus *in l. 6. tit. 6. gloſſa* 4. *n. 1. lib. 5. recopilat.* Dueñas *reg.* 130.

12 Et quod pactum prædictum iuramento non confirmetur vltra adductos in verſic. *vera tamen*, tenuerunt Cagnolus *in d. l. fin. à num.* 28. qui *à n.* 34. tuetur pacta huiuſmodi eſſe contra bonos mores naturales, & contra Ius gentium, & ideo iuramento non validari, Bolognetus *n. 11. & 15. & à n. 22. & 27.* Purpuratus *à n.* 6. cum pluribus, & *à n.* 40. Martinus Monter à Cueua. *in d. l. vlt. n.* 4. & *in d. l. pactum quod dotali* ibi, *n. 6. Cod. de pactis*, Ancharran. *in conſ.* 403. Andreas Gailius *pract. lib. 2. obſeruat.* 125. Vibius dicens communem *lib. 1.* verb. *pactum, num. 1.* Anton. Gabriel *lib. 3. de pactis concluſ. 1. num 11.* quibus etiam addo, Papon *lib. 2. tit. 2. arreſto 1.* Riccium *dicta collect.* 1043. *in fine*, vbi referunt ſic deciſum in Prætorio Franciæ Senatu.

13 Et amplius confirmatur ex eo, quia nec valebit ſpectatiua, nec promiſſio primi officij vaccaturi: ita Socinus *conſ. 53. lib. 3.* Fortunius Garcia *de vlt. fine Iuris illatione 19. & 20. n.* 230. cum aliis Gratianus *d. reg. 335. ſub n 1.* cum aliis facit textus, *de conceſſione præb. in cap. ne captanda ibi*, in verbis *mortis alienæ occaſio*, Barboſa *n. 2.* cum Tiraq. *de priuilegijs piæ cauſæ, priuileg.* 105.

14 notat. † Quod pactum de ſuccedendo, etiam in piis cauſis reprobatur, & rationes, ob quas tale pactum omni Iure reprobatum exiſtat, proponit Ioannes Bolognetus *in leg. ſtipulatio*, hoc modo concepta *de verb. obligat. num. 10. & 11.* in verſic. *quibus*, quas ad litteram ex eo referens D. Ioan. del Caſtillo *d. cap. 9. lib. 3. controuerſ. ſub n.* 22. idem Caſtill. reſumit in verbis ſequenti-

15 bus. † *Nam paciſcendo ſuper hæreditate viuentis contrahentes demonſtrant deſiderare res alienas con-*

16 *tra præceptum Decalogi.* † *Et quia ipſi non poſſunt habere, niſi per eius mortem inducitur votum captandæ mortis, id eſt procurandæ mortis alterius, vt poſſint habere rem deſideratam contra aliud præceptum Decalogi ex qua procuratione ſuccedunt inſidiæ, vt moriatur, & per conſequens inducitur periculoſus, & triſtis euentus; & quia hominem homini inſidiari nefas eſt, l. vt vim. ff. de Iuſtitia, & Iure, ſequitur quod eſt contra bonos mores naturales, vltra quod eſt contra præceptum Decalogi*: iterum videndus idem Bolognetus *in dicta l. fin. Cod. de pactis*, vbi etiam retulit cauſas improbandi tale pactum.

17 Ex quibus iam ad fundamenta contrariæ primæ ſententiæ breuiſſimè reſpondetur, *in d. cap. quamuis pactum de pactis lib. 6.* non de hoc pacto captandæ mortis agi, cum ibi, (vt diximus ſupra *à q. 1.*) actum ſit de pacto filiæ renunciantis hæreditati paternæ, quod nullam parat tertio præiudicium, nec vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ſicut aliàs pacto ſuper hæreditate viuentis apparet ex proximè adductis; & quamuis Couarruu. *de teſtam. in 2. p. Rubrica, num. 11.*

† Dixerit pacta iſta de hæreditate viuentis, non 18
ideo reprobari quod contineant votum captandæ mortis, ſeu inducant aliquod peccatum ex voto captandæ mortis; ſiquidem illa ratio in ſubſtitutionibus, & primogeniis etiam poſſet allegari, quod nemo dixit induci. Tamen in ſpecie reſpondens Faquin. *dict. lib. 8. controuerſ. cap.* 72. in verſic. *quamobrem*, latum diſcrimen conſtituit inter hæc, & pactum de hæreditate viuentis, eo quod iſtud procedat à merè voluntate paciſcentium, ſine voluntate viuentis, aut eo ignorante. In caſu verò ſubſtitutionum, ſeu primogenij aliter inquam eſſe, cum horum diſpoſitiones non oriantur ab alia voluntate, quàm ab illa teſtatoris, ſeu inſtituentis voluntate; quæ ſi interueniat, vt *infrà q. ſeq.* dico, facit, vt pactum de hæreditate viuentis ſuſtineatur. Videbis Cagnol. *in d. l. fin. Cod. de pactis ex n* 30. ſed declarantem.

Et quamuis Zaſius *conſ. 1. n. 18. lib. 2.* dixerit, 19
relinquenda eſſe Italis tantùm hæc, quæ dicuntur de voto captandæ mortis: tamen non eſt cur audiatur, cum rationes adductæ ſint generaliſſimæ extendentes ſe ad omnes gentes Imperio Romano ſubiectas; imò & à Pontificibus conſideratæ, iuxta caſus, ſuper quibus diſpoſuerunt, *in d. c. ne captanda* 3. & *in cap. de teſtanda 2. de conceſſ. præb. lib. 6.* quæ, & paſſim ab omnibus iam adductis conſiderantur, vt & D. Faquin. *d. cap.* 71. verſic. *multominus*.

Nec ſecundum fundamentum Philippi Decij 20
ſuſtinetur dicentis induci poſſe ſtatuto, ac obtineri, vt tale pactum valeat de viuentis hæreditate ex doctrina Bald. *in d. locum Archimedorum, Cod. vt in poſſeſſ. legat.* quia reſpondetur ex dictis ſub verſic. *amplia*, cum plurimi alij apud Cacherranum *deciſ.* 100. & apud Hipolytum Riminald. *conſ. 164. num. 31. lib. 2.* Menoch. *conſ.* 456. *n. 21. lib. 5.* Faquin *d. lib. 8. cont. cap.* 72. in verſic. *ſecundum*, vtrumque negant, nempe vt ſtatuto, ac conſuetudine tale pactum ſuſtineatur; non enim vlla lege ſuaderi poteſt contrarium.

Nec tertium fundamentum ex Guidone, Bar- 21
tolo, Aretino & Craueta: nam etſi ex textu noſtro, & *d. cap. quamuis pactum*, iuramentum faciat firmos actus, qui alioqui non valent, vt exemplificatur in his Iuribus, & aliis adductis hic *à q. 1.* tamẽ quia in caſu, de quo loquimur alia militat ratio ſuperior iniquitatis, peccati, &c. vt dictum eſt contra bonos mores, etiam naturales ex *dicta leg. vlt. Cod. de pactis*, non pugnat fundamentum illud, de quo *in dict. quæſt. 1.* aliqua dixi.

Non inquam obſtat locus, *Geneſ.* cap. 25. vbi 22
Eſau vendit fratri ſuo primogenituram, & valuit venditio, propter iuramentum; quia prærerquam quod reſpondent Cacherran. *d. dec.* 100. Tiraquell. *de Iure primog. d. q. 19. num. 3.* Faquin. *d. lib. 8. contr. cap. 72.* verſic. *poſtremum*, iudicialia veteris Teſtamenti non adſtringere, niſi inquantum reperiuntur approbata (iuxta quæ longiſſimè dixi, *in cap. tranſlatio 3. de Conſtit.* & alibi,) & illud Ius primogenituræ, quod contra Ius naturale, vni tantùm ex liberis ſucceſſionem defert, facilius extingui poſſe; & denique illud conceſſum fuiſſe Iob in figura, propterea, quod ex eo debebat deſcendere Beatiſſima Virgo Maria; ideoque

ideoque meruerit primogenituram hæreditatem, & benedictionem patris; & inſuper dicant ad exemplum non eſſe trahenda quæ in veteri Teſtamento in figuram concedebantur.

23 Tamen & in propoſito ex dictis apparet primogenituræ Ius carere voto captandæ mortis, ſicut & ſubſtitutionis, cum id totum originem ſumat ex voluntate teſtatoris, & inſtituentis, quæ ſi accedat facit ſuſtineri pactum, de qua hic diſputamus, vt *infrà* dico.

24 Alterius enim ſententiæ fundamentum dicentium pacta de hæreditate viuentis iuramento quidem confirmari non poſſe, verumtamen paciſcentes in periurium incidere, ſi ea non ſeruauerint iuxtà dicta *ſuprà*, in verſic. *aliam ſententiam*, non obeſt; quia *ibi* dicta ſunt diſſimilia ab hoc, quod propoſitum eſt in noſtro dubio; hic enim omni Iure reprobatur tale pactum ſuper hæreditate viuentis, illo ignorante; & ſic nec iuramento valebit; imò etiam diximus *ſuprà ſub d. q.* 1. *&* 2. nec enim ait Faquin. *d. lib.* 8. *cont. cap.* 72. ſub verſic. *alij*, *d. cap. ſicut ex litteris de ſponſ.* Gloſſa *in d. cap. vlt. de procur. lib.* 6. verſic. *reuocatus*, & *in d. cap. cum quidam hoc tit.* ſunt ſimilia; quia non loquuntur, quando iuramentum adhibetur ad confirmandum id, quod eſt contra bonos mores: ita Faquineus, qui commendat videndum Celſum Vgonem *conſil.* 100. *numero* 5.

25 Manet ergo ex adductis vt pactum de hæreditate viuentis improbetur omni Iure, dum fit ignorante Domino, aut contra voluntatem eius; imò & taliter reprobari docent Alciatus *in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta*, *ff. de verb. obligat.* Faquineus *d. lib.* 8. *contr. cap.* 72. *in fine*, vt Iure Ciuili paciſcentes, ita puniantur quoque, fiſco ſcilicet hæreditatem auferente, iuxta *leg.* 2. §. 1. *ff. de his, quibus vt indignis*, *dict. l. quidam*, §. *fin. ff. de donat.*

26 Ad ſecundam quæſtionis partem, an valeat pactum de ſuccedendo, aut non ſuccedendo, Iuris vtriuſque interpretes, vt ſatius explicent pactum de hæreditate viuentis, ac intelligant deciſiones *d. leg. fin. Cod. de pactis*, & *dict. cap. quamuis pactum eodem lib.* 6. ſolent diſtinguere inter pactiones de non ſuccedendo, quæ ſi iuramento firmentur ſint validæ, iuxta *d. c quamuis pactum*, vt *ſuprà à dicta q.* 3. latè d ctum eſt: & de ſuccedendo quæ nullo modo, etiam ſi iurentur validæ fiunt per rationes iam hac *in quæſt. à n.* 1. adductas ex verſic. *verè tamen*, iuxta *d. l. fin. Cod. de pactis*, cum aliis adductis.

27 † Pactum enim de non ſuccedendo, ideo iuratum ſuſtineri docent; quia nec eſt contra bonos mores, nec in præiudicium tertij; quia non modo non reſtringit, aut aufert liberam teſtandi facultatem; quin potius illam ampliat: quippe quod certum ſit minimè pertinere ad cauſam ſucceſſionis teſtati, ſed tantum ad excludendam ſucceſſionem

28 inteſtati. † Econtra inquam ſuccedere in pacto ſuccedendi: nam cum loquatur de hæreditate viuentis, tendit ad auferendam libertatem, teſtandi facultatem, contra textum, *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. de verb. obligat. l* 4. *Cod. de inutilib. ſtipulat. l. cum donationis* 34. *Cod. de tranſact.* ſic in terminis Capella Toloſana *ſuprà*, Ioann. Guttierrez *in d. cap. quamuis pactum*, verb. *improbat lex Ciuilis*, *num.* 3. dicens textum illum non loqui in pacto affirmatiuo de ſuccedendo per Gloſſam *ibi*, & *d. l. fin.* quia eſt contra bonos mores, nec obligatorium, etiam attento Iure Canonico, Alexand. *in d. l. ſtipulatio, col.* 3. plures relati per Tiraquell. *in l. ſi vnquam in princip. à n.* 157. *Cod. de reuocand. donat.* alios referens ſequitur Gregor. Lopez *in d. l.* 33. *tit.* 11. *p.* 5. in Gloſſa *no dene valer*, Bartol. *in d. l. fin. n.* 9. vbi DD. plurimos allegans, probat Marian. Socin. Iunior *conſ.* 4. *per totum*, *lib.* 2. videndus omnino Purpuratus *in d. l. fin. n.* 165. *&* *n.* 212.

Nihilominus video admodum impugnari prædicta ratio ab Antonio Fabro *de erroribus pragm. tom.* 1. *decad.* 12. *error.* 4. vbi de pacto de non ſuccedendo, dicens veram, ac germanam eſſe, quod ſuccedendi ius, ſit ex Iure publico, id eſt ex legibus, ſiue de teſtamentaria, ſiue de inteſtati ſucceſſione agatur: proindeque iniuria fiat legibus, non ſolùm ſi teſtandi libertas pactione aliqua conſtringatur, ſed etiam, ſi per pactum quis impediatur abinteſtato ei ſuccedere, cuius, vel filius ſit, vel proximus agnatus. 29

† Ergo dicit ex violatione huius Iuris publici, cui pactionibus priuatorum, non renunciatur, nec derogatur, ex *l. Ius publicum* 38. *ff. de pactis cum vulgatis*, ac de quo dixi, *in cap. ſi diligenti de foro comp.* non magis fieri poſſe, vt valeant pactiones de non ſuccedendo, quàm quæ ſunt de ſuccedendo ex *d. l. pactum dotali* 3. *Cod. de collat. l. ſi quando*, §. *illud. Cod. de inofficioſo teſtam. l. vlt. Cod. de ſuis, & legitim.* plura inquam congerit Faber videnda, & ruminanda in *toto illo errore*, qui, & *n* 7. pro generali illam refert, nempe ad pactiones omnes, ſiue de ſuccedendo ſint, ſiue de non ſuccedendo, vt non valeant quod fiunt de re, quæ in rerum natura non eſt; non enim ait viuentis hominis hæreditas vlla eſt, de qua paciſci poſſis, vt ad te aliquando perueniat, vel nunquam, *l.* 1. *ff. de hered. vel actione vendita*, *l. qui ſuperſtitis* 94. *ff. de acquirenda, vel omitt. hered. & à num.* 8. perpendens ſententiam, *d. l. fin. ex n.* 16. *ad finem*, ait totum diſpoſitum de Iure Ciuili conturbatum, ne dicat abrogatum eſſe de Iure Canonico, quoties in pactione de non ſuccedendo iuſiurandum interuenit per textum, *in d. c. quamuis pactum*, de quo tantùm loquutus Pontifex non porrigat illam deciſionem ad caſum noſtri dubij. 30

Sed reuera ille ſubtiliſſimus interpres, & ſi ibi loquatur iuxta principia Iuris, tamen quia *ſuprà à quæſt.* 1. diximus renunciationes dotium, item minorum, etſi Iure Ciuili improbatas: imò & Canonico, ac Regio, ſi iuramentum accedat, valere: quantumuis aliquid iuris publici in ſe contineant, quod vt dictum eſt ibi ſecundario inſpicitur, ſiquidem tales renunciationes, ſiue pactiones, ſpectant primario ad Ius paciſcentium ſpeciale, ſuſtineantúrque, quandiu nec ſint in præiudicium tertij, nec in detrimentum ſalutis animæ, &c. Ita ſimiliter recto Iure hic in caſu noſtro admittant Doctores per textum, *in d. cap. quamuis pactum*, pactum ſcilicet negatiuum de non ſuccedendo, iuramento firmari de Iure Canonico: pactum inquam de hæreditate viuentis certo modo habenda, vel diſponenda non firmari. 31

† Quod iſtud auferat libertatem teſtandi, pariatque infelices euentus, vt iam dixi, illud inquam potius permittat teſtatori ampliorem facultatem diſponendi de ſuis bonis, quibus filia renunciauerit abſque præiudicio vllius, niſi tantùm ſui: ſic latè expendunt Bolognetus *in d. l. fin. n.* 22. *Cod. de pactis*, Rodericus 32

ricus Suarez *in d. l. quoniam in prioribus limit. 5.*
33 *ad leg. Regni, n.2. & 3.* † Vbi probat multùm intereſſe, an pactum ſit abſolutè negatiuum de non ſuccedendo; quoniam illud Iureiurando confirmatur per *d. cap. quamuis pactum*. An vero ſit pactum de ſuccedendo, ſeu de hæreditate patris viuentis certo modo diuidenda; quia tunc non valet, nec iuramento firmatur, & Anton. Gomez. *in d. l.22. Tauri, n.30. & 31.* D. Ioan. del Caſtillo *d. lib.3. cont. cap.9. n.7.* Cagnol. *in dicta l. vlt. ex n.34.*

34 Et quamuis videatur contra hoc ampliatio, quam ſcribit Barboſa *in d. leg. fin. Cod. de pactis, ſub n.6.* verſic. *pacta quæ inter eos inita*, intelligens illam deciſionem procedere, ſiue pactum ſit de ſuccedendo, ſiue de non ſuccedendo cum fratribus initum ſuper hæreditate parentum viuentium: tamen ipſe ait ex doctrina Suar. *d. limit.5. n.3.* Gomezio *in d. l.22. n.31.* Menchaca *vſuſ frequent. lib.3. cap.44. n.2.* Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, p.3. in initio, num.7.* verſic. *cæterum*, Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7. cap.2. n.7.* vt ſi conſideretur effectus, eſt pactum de ſuccedendo, ſiue de certo quodammodo, quo futura viuentis hæreditas diſtribuenda ſit, ita vt in illius diuiſione nullam partem habeat renuncians, ſed cæteris fratribus accreſcat; initum quippe ſine conſenſu Patris, de cuius hæreditate tractatur, de quo amplius *q. ſeq.* vbi expendo *dictam l.22. Tauri.* Aliqua retulit idem Caſtillus *dict. n.7. in fine.*

35 Ad tertiam quæſtionis partem de pacto dotali, quo Pater iuratus promittit ſe filiam, & filium ex æqua parte hæredem habiturum, video diſertè diſputare, ac inter ſe pugnare Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, 3.p. in initio, n.2.* & Anton. Faber *de error. pragmaticor. lib.1. errore 1. decad.14.* & ambo pro vero intellectu textus, *in dict. l. pactum quod dotali, Cod. de pactis*; arguit enim Faber non inde improbari quod auferat liberam teſtandi facultatem, vt voluiſſe videtur Couarr. Verum ſi ambo attentè legantur, non ſibi pug-
36 nare videbuntur, ſi vt *infrà q. ſeq.* dico. † Etiam hic obiter ſcriptum eſt, attendas vt quoties ex voluntate, & ſcientia, patris pactiones de hæreditate fiunt viuentis ratificantur: nam tunc iam deſinunt eſſe captatoriæ, quaſi ex conſenſu proprio tollatur libera teſtandi facultas: itaque Couarr. *d. n.2.* ait, vt licet Iure Cæſareo prohibitum ſit tale pactum, quo Pater promiſerit ſe pares in teſtamento filios omnes in bonis conſtituturum, neminémque ex eis, aut in vita, aut in morte melioraturum, iuramento tamen con-
37 firmari. † Et addit quod ſi pactum fiat inter filios, Patre conſentiente, ipſique filij iurauerint, idem erit. Nam etſi Pater conſenſum illum iam præſtitum reuocauerit; nihilominus paciſcentes ſcribit teneri ad obſeruandam omnino iuratam conuentionem ob eandem rationem.

38 Quare; etſi contra Iuris Pontificij interpretes inſurgens Anton. Faber, dicat erronee loquens, dum dixerunt tale pactum iuratum valere; eo quod in hac inæquali diuiſione deficit æqualitas, quæ Iure ipſo cauetur, ſucceſſiones ſcilicet pactis, & ſtipulationibus obſtringantur, *l.4. C. de inutilib.* quia lex inteſtandi facultate concedenda, vſurpando verbum *legandi*, quod ad cauſam contractuum nullo modo pertinet, *ex l. verbis legis 120. ff. de verb. ſignif.* infert, *in leg. hæreditas 5. Cod. de pact. conuent. tam ſup. dot.* vt cum hæreditas nonniſi teſtamento dari poſſit: nam nec hæreditas vlla eſt, niſi quam lex ipſa conſtituit, quæ & hæreditatem, & hæredem facit, vel ex teſtamento, vel abinteſtato; non etiam ex contractu. Alia inquam ad hæc comprobanda adducens. Tamen quia iſte ſubtiliſſimus interpres, vt iam dixi exiſtimauerit has, & alias ſimiles pactiones eſſe improbatas ratione publica, cui renunciari nequit, vt iam hic adduxi, deciſionemque *d. cap. quamuis pactum*, inuertere Ius Ciuile, vt à nobis probatum ſit; aliter id intelligi euenit dicendum; vt quia accedente parentum conſenſu, ſuſtineantur pactiones ſuper hæreditate viuentis: ſequitur & in præſenti firmandum cum Cou. & aliis pactum, de quo hic valere, nec eſſe contra bonos mores, cuius ratione pactum de hæreditate viuentis omni iure improbatur, vt dixi *hic à n.1.* quia in ſpecie hac deficit id fundamentum.

Aliqui pro noſtra ſententia adducunt Impe- 39
ratoris Leonis *conſtitutionem 19. cui titulus eſt de pactis paternis ex æquo hæred. futura*, qua videtur abrogatam eſſe, *d. l. pactum*, in qua apud Leonem nulla ſit mentio de Iureiur. & nihilominus propter fauorem conuentionis, pater promittit in nuptialibus inſtrumentis ex æquo futurum ſibi hæredem filium, quam matrimonio collocar. Verùm Anton. Faber *vbi ſuprà num.4.* dicit conuentionem dict. conſt. Leon. conſentaneam eſſe naturali rationi, & Legibus, quæ de inteſtati ſucceſſione factæ ſunt, viderique factam ad ſucceſſionem conſeruandam, dicens hoc eſſe maximè fauorabile, vt Barr. tractat *in d. l. vlt. Cod. de pactis ex §. fin. inſtit. de legitim. agnator. ſucceſſ. l. vlt. Cod. de emancipation. liberor.* & ob hanc cauſam, vt ait ipſa Leonis conſtitutio ab omni fere tempore receptiſſimas eſſe has conuentiones vſu; licet refragantibus legibus, ſed vt iam dictum eſt ex Couarr. videtur illam conſtitut. Leon. procedere iuxta conuentionem, in qua interuenit Patris conſenſus, vt dico *q. ſeq.*

Ad quartam quæſtionis partem, ſi futuræ ma- 40
tris, aut fratris abſentis ſucceſſioni renuntiauerit filia, patre ſtipulante, quia ſolent filiæ, cùm à patribus matrimonio iunguntur, dotéſque accipiunt, renunciare futuris ſucceſſionibus, non modò patris, ſed etiam matris, fratrúmque, & ſororum, nullo vtplurimum in eam rem adhibito ſtipulatore, præter Notarium, & patrem, à quo dos promittitur, vel numeratur, tantáque huiuſmodi renuntiationum, ſi iuratæ ſint, vis, & poteſtas eſſe credatur, vt per eas excludatur filia ab omnibus ſucceſſionibus, quibus renuntiauit, etiam ſi neque matris, neque fratrum, qui renuntiationis tempore abſentes fuerunt, ratihabitio vlla ſequuta eſſe proponatur; & quia aduersùs Pragmaticos ita profitentes inſurgit legendus Anton. Faber *dicto tomo 1. Decade 14. de errorib. pragmat. errore 2. ex n. 2.* eo quod dicant, vt poſſit Pater filio ſtipulari, dicátque Faber, verum quidem, ſed ad rem non pertinere; quia cùm Pater filio ſtipulatur, non filio, ſed ſibi ſtipuletur, & hîc tractetur de ea ſtipulatione, ex qua filio non Patribus acquiritur, & aliis inquam, impugnat.

Et quia ipſe Anton. Faber *n. 8.* admittit pra- 41
gmaticorum ſententiam in eo ſcilicet caſu, ſi ponas, v.g. fratrem, cuius renunciatum eſt ſucceſſioni ſciuiſſe renunciationem, eamque ratam habuiſſe non negamus poſſe defendi, eodem

iure

iure habendam eſſe huiuſmodi renuntiationem, quo ſi à fratre ipſo adhibita eſſet ſtipulatio, non propter perſonam, aut Ius Patris. † Sed propter ſtipulationem Notarij, cum ex generali gentium omnium conſuetudine permiſſum ſit Notario, vt abſenti cuilibet, & ignoranti ſtipulari poſſit, ex eaque ſtipulatione actionem naſci, & Ius acquiri, & cui ſtipulatus fuerit; dummodo ſequuta legitima ratihabitatione; & videamus renunciationem, de qua hic agimus, etiam Patre ſtipulanti procedere, ac ſuſtineri ex pragmaticorum, ſententia, erit inquam perinde, quia Patre ſtipulante, non ſibi, ſed filio Ius in futurum acquirat, aliàs falleret filiæ renunciãtis voluntati, ſaltim ex fundamento æquitatis, quod ex interpretibus refert idem Anton. Faber *n.11.* dicentibus poſſe ex æquitate defendi ſtipulationem, & ex ſtipulatione dari vtilem actionem ob affectionẽ perſonarũ, ex *l. Caius 45. ff. ſol. matr.*

42

43 Ad vltimam quæſtionis partem, quid ſi matre ſtipulante? Et in hoc dubio idem breuiter dicendum eſt; & ſecurius, ſi mater, quæ ſtipulatur non ſit tutrix, aut curatrix: nam cum hæc de iure non habeat filios in poteſtate, non eſt cur ſtipulatio pro fratribus rejiciatur, habendamque eſſe matrem, quoad hanc ſtipulationem tanquam alius quilibet extraneus, qui poteſt filio ſtipulari. Sin autem tutrix, aut curatrix ſit, non admittit ſtipulationem noſtri caſus Anton. Faber *dict. errore 2.* Legendus ex *num 9.* † Idem dicens euenire, ſi mater tutrix liberorum filiam nuptui collocans ſimilem ab ea renunciationem in aliorum liberorũ gratiam extorſerit; quia non poteſt mater plus iuris habere ob tutelam, quàm Pater ob Ius poteſtatis. Verùm ego exiſtimo admittendam; non eo minus, quàm de patre ſtipulante dictum; imo & plus, cum mater etiam tutrix nunquam talẽ habeat poteſtatem in filiis, ac Pater; & ſic admittendum cum Crauetta *conſ. 127. num. 5.* & aliis, tutoris conſenſum, & acceptionem pro pupillis, ſiue præſentibus, ſiue abſentibus, in his renuntiationibus ſufficere poſſe: & applicabis dicta *q. ſeq à num. 1.*

44

QVÆSTIO XI.

An quando filius, vel filia renunciauit cum Iuramento hæreditati Patris in manibus, & fauore fratrum, vel eorum, & Patris ſimul valeat: Seu an eo pacto non obſtante, poßit ſuccedere Patri: An præſentia Patris, vel eorum, quorum fauore fit renunciatio requiratur, & quod ab eis acceptetur in ſpecie dicti cap. quamuis pactum: *An pactum de hæreditate viuentis, factum inter fratres ſuſtineatur conſenſu eius, cuius ſuper hæreditate paciſcitur: An pactum cum extraneo de bonis fideicommißi, viuente grauato, fieri poßit, etiam in pacto dotali de ſuccedendo: Seu an fieri poßit donatio, ſtipulatio, hypotheca, ſeu quiuis alius contractus circa hæreditatem tertiæ perſonæ viuentis?*

SVMMARIVM.

1 *Pactum de hæreditate viuentis, valet, quoties accedit conſenſus, de cuius hæreditate paciſcitur, alias reprobatur, n. 3. Et quid ex* l. 22. Tauri, *ſi ſine conſenſu publica ſcriptura dotis interuenerit, n. 2.*

4 *Pactum de hæreditate cum conſenſu valet, donec pater pœniteat, veluti ſi filiam renuntiantem hæredem inſtituat.*

5 *Præſentia praciſè non acquiritur, & ſufficit ratificatio, vt pactum de hæreditate viuentis valeat, vt n. 6. 7. 8.*

6 *Renunciatio hæreditatis, vt valida ſit, accedente iuramento exiſtimat Couar.*

7 *Renunciatio hæreditatis paternæ valet, etiamſi conſenſus paternus exprimeretur prius in alia ſcriptura.*

8 *Conſenſus tacitus ſufficit, vt pactum de hæreditate viuentis valeat, vt diſponendo aliquid contra vim pacti, & n. 12.*

9 *Pactum, accedente fratrum conſenſu valet, ſi fiat de hæreditate viuentis inter fratres, & quare, n. 10. ſi perſeueratur vſque ad mortem, n. 11. & 14.*

12 *Mutatio voluntatis non præſumitur in pacto valido ſemel de hæreditate viuentis, benè tamen admittitur etiam contra pactum iuratum de hæreditate, vt n. 13.*

14 *Pactum cum extraneo de bonis fidei commiſſi viuente, grauato, fieri poteſt. Idem ſi fiat de Maioratu, n. 15.*

16 *Pactum de ſuccedendo, tunc æquiparatur pacto de ſuccedendo, ſi illud adiuuetur conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur.*

17 *Stipulatio, donatio, hypotheca, ſeu quiuis alius contractus, fieri non poſſunt ſuper hæreditate viuentis, diuidenda, poſt eius mortem, &c.*

18 *Hypotheca generalis non comprehendit quæ ex viuentis hæreditate ad ſe inde peruenerent.*

AD primam quæſtionis partem, ex dictis iam in præcedenti, exiſtimo reſpondendum, vt quoties accedit pacto de hæreditate viuentis conſenſus illius, de cuius hæreditate paciſcitur, valeat tunc pactum, aliàs reprobatum, deficiente eo conſenſu. Et eſt ratio, quia vt cum aliquibus dicit Couarruuias *in cap. quamuis pactum de pactis libro 6.* quatenus firmat, vt nec iſtud pactum Patre conſentiente, bonis moribus ſit contrarium: ita *ibi in princip. 3. part. ſub num. 2. in fine*, addens confirmari potuiſſe Iuramento, ſemelque confirmatum retractari non poſſe. † Et iure Regio ex *l. 22. Tauri*, ait ob tantum eſſe hanc pactionem abſque Iuramento à parentibus fieri poſſe, eamque omnino irreuocabilem eſſe, modo fiat de hac pactione, & promiſſione ſcriptura publica; licet non fuerit cauſa dotis, aut matrimonij facta iſta hæc promiſſio, nec per hanc legem Tauri, aut aliam quamlibet Regiam diſpoſitionem iuris communis, ac legis adductæ, *q. præced. à num. 1. in l fin. C. de pactis*, mutationem, aut diminutionem pati, optime explicans, reſoluit D. Ioannes del Caſtillo *lib. 3. controuerſ. cap. 9. num. 10.* adducens Doctrinam Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. num. 271.* & eius verba, & *num. 286.* dicentis vt vt eo ipſo quod eiuſdem conſenſus accedit ea omnia ceſſare videantur, quæ pactionibus huiuſmodi repugnant, impedimentumque præſtant, De cuius *leg. Taurinæ*, intellectu ſunt etiam videndi Gomezius *ibi num. 20. & 21.* Azeued. *in l. 16.*

1

2

*l.6.tit.6.lib.6.recop.*Matienzus *ibi gloſſa* 1. *in princ.* Tellus Fern. & Auend. *in d. l. Tauri.*

3 Itaque pro conſtanti, & in ſpecie, de qua loquimur tenendum eſt cum Baldo *in c.ad noſtram,* & *l.1.col.2.n.9 hoc tit.* per textum, *in d.l.fin.Cod.de pactis,* cum Fulgoſio, & Corneo *in l.pactum, C.de collat.* Cumano *in l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* vbi Alex. *n.12.* Felin. *in cap.1. hoc tit. col.3.* Georg. Natta *in d. cap. quamuis pactum limit.1.n.3.* Gullielm. Benedict. *in cap Raynutius de teſtam.* verb. *duas habens filias, n.228.* Purpurato *in d. l.fin.* Roderic. Suarez *in l quoniam in priorib. limit.5. ad leg. Regni, n.2.3.* & 8. Anton. Gomez. *in d. l.22. Tauri,* Molina *de primog. lib.2.c.3. n.4.* vbi eius Additionat. *n.3.* cum Vincent. Marzin. *de Iureiur.4.p.effectu 62.* dicunt abſolutè pactum de hæreditate viuentis valere de conſenſu illius, cuius hæreditas renunciatur, & in terminis Ioan. Guttierrez *in initio d. cap. quamuis pactum, n.5.* Michaël Graſſ. *receptarum ſentent. §. ſucceſſ. abinteſtato, q.9. n.13.* & *q 10. n.7.*

4 † Latè D. Ioan. del Caſtillo *d. cap.9. lib.3. Controuerſ. n.11.* cum aliis multis vſque ad *n.13.* vbi reſoluit tale pactum valere reuocabiliter tamen, donec pater, nempe pœniteat, & conſenſum præſtitum reuocet, vt docent etiam relati, ac probatur ex *ſup* adductis, *à q.3. de pacto,* de non ſuccedendo à filia renunciante hæreditati paternæ; quæ tamen, vt *ibi* dixi ſi pater eam inſtituat hæredem, non obſtante eius renunciatione, admittetur.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an præſentia Patris, vel eorum, quorum fauore fit renunciatio, requiratur, & quod ab eis acceptetur in ſpecie, *d. cap. quamuis pactum;* & quamuis Additionatores Molinæ *in d. cap.3. lib.2. de primogenijs.* allegent D. Ioan. del Caſtillo *lib.7. controu. cap.107. n.52.* vt explicetur, an ratihabitio ex poſt facto ſufficiat ad hoc vt conſenſus requiſitus ſufficiat ad iuſtificandum pactum, de quo *hic,* & videam illum tantum loqui de conſenſu præſtito à filiis renunciantibus legitimæ: & plura cum infinitis cumulet pro explicatione, *in l.ſi quando, §. generaliter,* & conſuluerit Molina *de Hiſpan. Primog. d. lib.2. cap.3. ex n.2. ad* 8. iuramento adhibito, conſenſum præſtandum; & quod ſi legitimam perſonam & ætatem non habuerint, aut non ſpecifice, & iuxta, *deciſ. d. §. generaliter,* præſtiterint Ius reclamandi, & petendi legitimam liberam non negauerit, prout etiam non negat Rodericus Suarez *in d. l.quoniam prioribus, ampliat* 10. *à num.48.* & 52. nec de noſtro caſu *ibi* loquantur; ideo ex aliis hæc diſquiſitio petenda eſt.

6 Igitur ex propoſito diſputant Couarruu. cum multis ex antiquis *in d. cap.quamuis pactum, 3 p.in princ.n.4.* & Ioan. Guttierrez *ibi ex n.52.* longius, tã de Iure Ciuili, quàm Regio, nec deeſſe DD. ait Couarr. qui ſunt opinati iuramenti religionem ſufficere, vt etiam abſente patre, hæc renunciatio, valida ſit, vt tandem iuramentum, pactum iſtud, vel renũciationem abſenti patri factã, efficacem conſtituat, & Ioan. Guttierrez, referens verba, ſeu ſententiam eiuſdem Couarr. quidem, vt iuxta diſpoſitionem, *legis Regiæ 2. tit.16. lib.5. recop.* quæ antea fuit, *l.3. tit.8. lib.3. ordinamenti veteris,* ait prædictam ſententiam ſuſtineri, cum per ſtipulationem Notarij abſenti acquiratur; aliàs inquit Couar. extra illam diſpoſitionem etiam Notario pro patre ſtipulante, poſſe filiam nihilominus renunciationem reuocari prius quàm Pater ratum pactum habeat; & in confirmationẽ videtur de Iure textus, *in l.ſi quis, ff. de acquirenda poſſeſſ.* vbi donatio libertatis facta, abſenti non competit irreuocabiliter; donec donatarius acceptet, & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.7.c.2.n.28.* cum Menchaca *de ſucceſſ.creat.§.18. lib.2.n.269.* Ioſeph Ludouico *in deciſ. Peruſin.71. in fine, p 2.* Surdo *conſ.355.n.15.* Viuian. & Barboſa *in d l. fin. C.de pactis, n.8. in fine,* dicunt vt ſatis ſit conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur ſuperueniente contractui de hæreditate futura inito, vbi dicit, & Menchaca *illuſtr.cap.64.n.18.* vt non præſumatur interueniſſe ex longo tempore.

Sed ſi præceſſerit patris conſenſus, licet in 7
alia ſcriptura ſeorſum, tunc renunciatio filiæ valeat, etiam in abſentia fratrum, vel patris, in quorum fauorem renunciat cum iuramento; ſic vt non poſſit reuocari etiam ante acceptationem, maximè ratione iuramenti appoſiti, quia ita firmat, roburque præſtat actui inualido, vt nullo modo reuocari queat (ſeruatis ſeruandis) hoc eſt præcedente conſenſu, licet in alia Scriptura per textum, *in d. cap. quamuis pactum:* cum ſimilibus, & per textum, *in Auth Sacram.puber.C.ſi aduerſus venditorem:* alia tradit videnda, & applicanda pro explicatione dictæ Legis Regiæ idem Guttierr. *ex n.53.* de qua latiſſimè cum infinitis Th Sanch. *de matrim. lib.1. ex diſp.6.* † Verùm an requiratur 8
in caſu noſtro conſenſus expreſſus, ſeu ſufficiat tacitus? Quia poteris rectè proſequi ex his, quæ dixi *in cap.1. de foro comp. q.5.* dum egi de quæſtione illa *an conſenſu Epiſcopi, vt partes in alium Iudicem conſentiant, requiratur expreſſus, aut ſufficiat tacitus,* ideo nunc non diſputo, ibi enim de ſufficientia taciti reſolutum eſt, niſi in iure expreſſus requiratur conſenſus Epiſcopi, cuius iuriſdictio renunciatur, aut prorogatur iuxta quæ *ibi in cap. penult.* eodem ſcripſi de prorogatione iuriſdictionis. Et ad effectum de quo in præſenti loquimur tacitum ſufficere conſenſum illius, de cuius hæreditate agitur, tenent Gozad. *conſ.98 col.1* & 2. Zephalus *conſ.146.n.5.* & *n.* & alij, quos refert, & ſequitur Menochius *conſ.1. num.16. conſ.92. num.47.* Surdus *conſ.355. n.18.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.7. cap.2. n.26.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an pactum de 9
hæreditate viuentis factũ inter fratres, ſuſtineatur conſenſu illius, cuius ſuper hæreditate paciſcitur? Quia iã ſatis reſpõſum præbui, vt valeat ex adductis hic; ideo breuiter reſpondeo, vt quemadmodum tale pactum ſuſtinetur ex conſenſu Patris modo dicto, ſic etiam accedente fratrum conſenſu, Gloſſa verbo *aliena, d l. fin.* Menchaca *d. lib.2. § 18. n.214.* & *contr. vſufrequent. lib.3 c.44. n.13* Sanchez *dict. cap.2. n.11.* Barboſa in *dicta l.fin. n.6.* & 8. † Vbi addit vt talis renunciatio, 10
ſeu quodcumque aliud pactum ſuper hæreditate viuentis valeat, ſi eius adſit conſenſus circa illam hæreditatem innitum; eo quod is conſenſus tollit periculum captandæ mortis, vt dixerunt Suarez *in dict. leg. quoniam in prioribus limitat. 6. num. 1.* Seraphinus *de priuilegio iurament. priuileg.20. num.31.* Sanchez *dicto lib.7. cap.2. num.14.* Caſtillo *d. libro 3. cont. cap 9. n.6.*

Etenim vt iam dixi tale pactum de hæreditate 11
viuentis ratum quidem, erit factum de conſenſu illius, ſuper cuius hæreditate paciſcitur, ſi ipſe in eodem conſenſu perſeuerat vſque ad mortem, vt dixit etiam Vibius *tom.1. commun. opin. lib.2. tit.3. n 81. verſ. limitatur primo;* quia ſi reuocet illũ conſenſum, tunc liberantur paciſcẽtes prorſus ab

ab obligatione pacti; ita vt ex hoc conſenſu, nullum Ius acquiſitum ſit paciſcentibus, vt docent Sanchez *ſupra dict.cap.2.n.18. & n.16.* Barboſa *in dicta l.fin. n.9.* quippe ea penderet pactio ex eo conſenſu; & quod ſi aliquod Ius acquireretur, nequaquam integrum eſſet conſentienti reuocare conſenſum, inuitis paciſcentibus.

12 Addunt verò Couarr. *dict.n.3.in dicto c quamuis pactum n.8. ſtatim. in princ.* Menchaca *vſufrequent. dict.lib.3.cap.44.n.11.*Sanchez *dict c.2.n.15.* vt ſufficiat illius voluntatis,ſiue conſenſus tacita reuocatio,puta diſponédo aliquid contra vim in pacti; ſed non inquam præſumi talis voluntatis mutationem; imo potius perſeuerantiam, vt de quacumque alia voluntate agentes, firmat Aymon Craueta *conſ.113. num.6.* Menoch.*de præſumpt.176. num.6.& 7.*Ioan Maria *nouar.quæſtion.*

13 *forenſ.p.1. quæſt.*108. † Quod adeo verum eſt,vt licet talis conſenſus, ſeu tali pacto voluntatem ſuam accommodans iurauerit ſe conſenſum, aut voluntatem huiuſmodi non reuocaturum,adhuc poſſit illam reuocare; quia id pactum non alia ratione *in dicta l. fin. Cod. de pactis* approbatur, nec firmatur iuramento, niſi quatenus accedit conſenſus perſeuerans vſque ad mortem, quo mutato, ceſſet, & pariter obligatio pacti, & iuramenti, vt execendunt Antonius Gomez *in dicta l.22. Tauri, num.31.* Molina *de primogen. dict.lib.1.cap.3.num.4.*vbi additionat.cum Caſtillo, Sanch.*ſupra.*& Patre Molina *de Iuſt.diſp.579. num.39.* Menchaca *dicto lib.2. §.18.n 198.& 199. & vſufrequent lib.3.cap.44.ex num.11.* Barboſa *in dict. l. fin. legendus ex n.9. ad.12.* Mancin. *de Iuram p.6.effectu 61.n.5.*Franciſcus Vibius Neapol. *deciſ.509.n 9.*Graſſ. *receptarum ſentent. §. ſucceſſio abinteſtato, q.9.n.13.*

14 Ad quartam quæſtionis partem, an pactum cum extraneo de bonis fideicommiſſi viuente grauato fieri poſſit? Et pro affirmatiua ſententia docent Iaſon *in l.1. num.18.Cod.de pactis,*Gamma Luſita *deciſ.92.*Fuſar. *de ſubſtitut q.309.* vbi ampliat ſiue fiat pactum inter ipſos Confideicommiſſarios, ſiue cum tertio. Et hanc veriorem vocat ſententiam Barboſa *in dicta l.fin. n.13.* quia valet pactum de hæreditate mortui, vt notatur *in dicta l.fin.* & quia ſubſtitutus per fideicommiſſum ſuccedit teſtatori iam mortuo, vt *in l.coheredi, §. cum filia. ff. de vulgari ſubſtit.*

15 Imo addunt Molin.*de primogen.d.lib.3.c.2.n.22.* Gutt.*lib.5 pract.q.79.n.*8 Pheb.Luſit.*deciſ.2.t.1.à n.12.*idem procedere in majoratu,viuente poſſeſſore;& licet contrarium tenuerit Matienz. *in l.1. tit.11.lib.5.recop.gloſſ.8 n.52.*Tamen additionatores eiuſdem Molinæ relatam Doctrinam ſequuntur *d.n.22.*etiam cum Guttierr.*in d. Auth ſacram. puberum ex n.114* vbi latè de hoc.

16 Et Couarruu.*in dicto cap. quamuis pactum 3.p. in princ.ſub dicto n.2.in fine,* dixit illius capitis deciſionem, etiam obtinere, non tantùm in pacto dotali de non ſuccedendo ſed etiam in pacto dotali de ſuccedendo,cuius meminit textus *in l. quod dotali,Cod.de pactis,*ac ita probat & Gloſſ.*in d.c.*verbo *improbet,* dum paria eſſe cenſet pactum dotale de ſuccedendo, & pactum itidem dotale de non ſuccedendo.Sed ne dicta *in q.10.*hic contra faciant,diſtingues,vt ibi,& in hac quæſtione, nempe in pacto de hæreditate viuentis,ſi accedat conſenſus eius, de cuius hæreditate paciſcitur, aliis inquam differunt admodum pactum de non ſuccedendo iuxta *d. c.quamuis* & pactum de ſuccedendo iuxta *d.l.fin.Cod.de pactis;*& ſic habetur *in dict. l. quod dotale.*

Ad quintam quæſtionis partem,an fieri poſſit donatio, ſtipulatio, &c. Et breuiter reſpondeo 17 cum Sanch.*d.lib.7. in præcept. Decalogi cap.24.n.4.* Barboſa *in d. l. fin. Cod.de pactis,n.15.*vt non poſſint in ea hæreditatem viuentis fieri donatio ſtipulatio,hypotheca,ſeu quiuis alius contractus;& quod nec valet huiuſmodi pactum,ſiue ſit de hæreditate viuentis diuidéda poſt eius mortem,ſiue de deferenda alicui agatur, ſiue de donanda alicui, vel quæuis alia conuentio fiat. † Et quod 18 in generali hypotheca non continetur quæ ex viuentis hæreditate ad ſe inde peruenerint.

Qvæstio XII.

An pactum de renuntiatione hæreditatis viuentis, ſit inualidum, ſi tantùm fiat circa partem hæreditatis, & non ad totam: Et an pactum mutuæ, ſiue reciprocæ ſucceſſionis differat ab illo, quod eſt de hæreditate viuentis: An ſit permiſſum cultum de hæreditate conſeruanda, vel ſi agatur de ſuccedendo alicui, ſi idem ſine filiis deceſſerit: Et an pactum à parentibus factum de hæreditate filiorum improbetur, ſicut econtra filiorum reſpectu Patris: An pactum ſuper hæreditate viuentis initum, ſit irritum, etiam in foro animæ: Vbi de inſtitutione, Inſtituo te, ſi me hæredem inſtituas? *& de verbo* captare.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ de parte hæreditatis viuentis reprobatur, ſicut de tota ſecundũ veriorẽ ſententiam, vt n.2.*
2 *Prohibitionis ratio, eadem eſt in parte, ac in toto.*
3 *Pactum de ſpecie aliqua, aut re particulari, reprobatur, ſicut de tota hæreditate.*
4 *Pactum de ſuccedendo in re particulari, valet, ſi quis abſque liberis deceſſerit.*
5 *Pactum mutuæ, ſeu reciprocæ ſucceſſionis, quod vocatur viciſſitudinariũ valet. Et qua re, n.6.*
6 *Portio fratris decedentis ſine liberis, venit ad confratrem in pacto viciſſitudinario.*
7 *Pacta viciſſitudinaria, & ſtatuta de ſucceſſione Regni, non improbantur in caſu deficientium liberorum.*
8 *Pactum de hæreditate conſeruanda, eſt permiſſum.*
9 *Pactum conceptum de ſuccedendo alicui ſi ſine liberis deceſſerit, non valeat.*
10 *Pactum à parentibus factum de hæreditate filiorum non valet.*
11 *Pactum de hæreditate viuentis, eſt irritum, etiam in fauore animæ & n.12.*
13 *Promittens Caio ſeptem, teſtibus præſentibus, ſe nullum alium hæredem inſtituere præter ipſum obligatur.*
14 *Teſtator inſtituens ſub ea conditione hæredem,* inſtituo te hæredem, ſi tu me hæredem inſtitueris, *repellitur.*
15 *Conditio* ſi me hæredem inſtituiſti, *expletur ſi me ſubſtituiſti.*
16 *Pactum de hæreditate viuentis improbatur, non tam ex votis captandæ mortis, quàm quod tollit liberam teſtandi facultatem.*
18 *Captare verbum quid ſibi velit in iure.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeatur, dico, quod videtur eſſe aliqua differentia 1

tentia inter pactum hoc, & pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis abſque filiis deceſſerit. Sed ſi rectè inſpiciatur vtrumque ab eodem principio debet ſuſtineri, aut reprobari, niſi ratione circunſtantiæ mutetur. De primo ergo pacto renuntiationis hæreditatis viuentis abſque conſenſu, ſi non ſit de tota hæreditate, niſi tantùm de parte, vt valeat, dixerunt Hypolitus *ſingul.*331. Crauetta *conſ.*19. *n.*9. Craſſus *receptar. ſentent.*§ *ſucceſſio abinteſtato, q.*9. *à n.*10. Hieron. Gabriel *conſ.*137. *n.*17. *&* 33. verſic. *hinc eſt*, & *num.*37.*lib.*1. Hondendin. *conſ.*40. *num.*32.*&* 47. *lib.*1.*& per tot.conſ.*Octauian.Pedmont.*deciſ.*100. *n.*26. Menochius *conſ.*1. *n* 161. *& conſ.*92. *n.*48. *&* 923. *n.*13. verſic. *ſecundò, & conſ.*1126. Surd. *conſ.*147.*n.*4. *& conſ.*517. *n.*2. verſic.*decimum*, & alij. Et pro hac ſententia facit, nam in ſecundo relato caſu pactum de ſuccedendo in re particulari ſi quis abſque liberis deceſſerit, validum eſſe, tenent Riccius *collect.*1043.*ad leg. fin. Cod.de pactis*, Cardinalis Puteus *deciſ.*133.*lib.*2.

2 De primo autem caſu, vt tale pactum inualidum ſit, quamuis non ſit de tota hæreditate, ſed de eius parte, probant Menchaca *de ſucceſſ.creat. lib.*2. §.28. *n.*127. Villalob. & Vizin. *tom* 1.*commun. opinion. lib.*2. *tit.*3. *n.*99. Viuius Neapolit. *deciſſ.*507. *n.*81. verſic. *limitatur ſecundo* Sanchez *in precepta Decalogi lib.*7. *cap.*2. *n.*3. qui dicunt hunc caſum, etiam comprehendi in diſpoſitione textus *in dicta l. fin. Cod. de pactis*; quia cum ſimpliciter prohibeat, ac irritet pactum de re aliena, in quam poſt mortem ſuccedendum eſt, & ſit eadem prohibitionis ratio in parte hæreditatis, ac in tota, nempe periculum captandæ mortis vt latè dictum eſt *q.*10. *&* 11. ſequitur

3 vt ſit hoc pactum hic irritum; imò. † Addit Sanchez *dict.n.*3. ob eandem rationem, idem dicendum, etiam ſi pactum ſit de ſpecie aliqua, aut re particulari illius hæreditatis, vt ſi dictum fuiſſet, quod altero moriente, alter ſuccedat in bonis immobilibus, vel tali domo, villa, ſeu Caſtro.

4 Quam ſententiam, & ego admitto iuxta relatum primum caſum cum Barboſa *in d. l.fin. Cod. de pactis, n.*16. quantumuis Fuſſarius *de fideicommiſſ.q.*308.*à n* 68.*vſque ad* 81 teneat primam ſententiam, ſatisfaciens fundamentis noſtræ ſententiæ; quia ſi periculum captandæ mortis eſt ratio, propter quam pactum de hæreditate viuentis reprobatur, & idem profecto adſit in parte hæreditatis, caſtro, aut fundo, &c. ſequitur vt tale pactum etiam improbetur, ſicut improbatur factum pro tota hæreditate. Solum inquam admitto primam ſententiam procedere in pacto ibi poſito de ſuccedendo in re particulari, ſi quis abſque filiis deceſſerit; eo quod iſtud pactum nullum captandæ mortis periculũ referat ex dictis, *ſup.q.*6.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an pactum, mutuæ, ſiue reciprocæ ſucceſſionis, differat ab illo, quod eſt de hæreditate viuentis? In quo dubio dicunt Gailius *obſeruat.*126. *lib.*2. & Riccius *ſub dicta collect.*1043. vt non ſit imprabatum tale pactum; & ſic deciſum referunt. Et enim quamuis communiter DD. adducti *à q.*10. conſtanter teneant pactum de hæreditate tertij certo modo habenda vel diuidenda; non aliter valere & ſi iuramento firmetur, quã ſi eius de cuius hæreditate agitur cõſenſus, & volũtas accedat, eoque cõſentiẽte, pactũ fiat, vt dixi late *q.*11 *præced.* Tamen in pacto prædicto mutuæ ſucceſſionis, & reciproco quod vocatur etiam viciſſitudinariũ, dicunt optimo iure valere; quamuis non accedat conſenſus, quam in hoc nullo reſpectu poteſt conſiderari periculum mortis captandæ. † Quia in eo ſolùm 6
conuentio facta inſpicitur, vt certa bona præcedentis, deueniant ad ſuperuenientem: ſic diſtingunt Bart.*conſ.*8.*col* 2. multi relati per Chacher.*in dec.*10.*n.*34.verſic *imo poteſt retorqueri Bart.contra Decium* Viuius *commun. opin. lib.*1. verb. *pactum n.*8. Anton. Gabriel *lib.*3.*tit.de pactis concl.*1.*n.*8. Michaël Craſſus *receptar.ſentent.*§.*ſucceſſ abinteſt. q.*9.*n.*6.10.*&* 11. vbi plene an reciprocum pactum mutuæ ſucceſſionis admittatur ratione viciſſitudinis? Vincent. Hondend.*in conſ.*40.*ex.n.*27.*lib.*1. qui conſtanter tueri voluit, ſecureque tueatur dictum pactum, mutuum, ac reciprocum futuræ ſucceſſionis de propriis bonis inter aliquos initum, & iuramento confirmatum valere, ac obſeruari debere, qui loquutus in caſu, quo fratres quidam conuenerunt, vt ſi aliquis ipſorum decederet ſine legitimis filiis, & naturalibus, ait vt portio ſic decedentis deuenire debeat ad alterum fratrem, eiúſque filios.

Et quamuis ex doctrina Menchac.*de ſucc.creat.* 7
*lib.*2.§.18.*n.*199. Videatur D.Ioan. del Caſt.*lib.*3. *controuerſ. cap.* 9. *num.* 14. *&* 55. *in fine*, contra Vincentium Hondend.ſentire, nihilominus exiſtimo non eſſe recedendum à relata proximè ſententia ex eo etiam, vt latè idem Gaillius etiam *in obſeruat.*127.*lib.*2. in eiſdem terminis pacti viciſſitudinarij, aut mutuæ ſucceſſionis loquutus, dixit quod pacta, & ſtatuta de mutua ſucceſſionis in caſu deficientium liberorum maſculorum inter Principes, Comites, Barones Imperij, & Nobiles Germaniæ in vſu ſunt frequenti, & conſuetudine, hominum memoriam excedente confirmata; quia in Principibus, & illuſtribus perſonis omnis ſiniſtra ſuſpicio, & præſumptio ceſſat; & quia ad pacem, & tranquillitatem illius Imperij id conueniens eſt, *& dict lib.*2.*c.*125. *in principio* amplius probet; & ſi pro ampliori tractatione velis aliquid addere, adjunges quæ dico in hac quæſtione infra in verſic.*item dico.*

Ad tertiam quæſtionis partem in qua duplex 8
dubium continetur, reſolutiuè, reſpondeo, vt pactum ſcilicet de hæreditate conſeruanda ſit permiſſum: ita Franc Marc.*in deciſ.*136 Riccius *dicta collect.*1043. qui & Cardinalis Puteus *lib.*2. *deciſ.*112.† Limitant etiam deciſionem *d.leg. fin.* 9
Cod de pactis, & regulam à nobis latè adductam *à quæſt.*10. in pacto quod concipitur, cum agitur de ſuccedendo alicui, ſi ipſe abſque filiis deceſſerit. Primum horum admitto libenter pro limitimè dictæ Regulæ quia pactum de hæreditate conſeruanda patet, quod nullum captandæ mortis periculum habeat; quod non videtur ſic in dicto ſecundo pacto.

Ad quartam quæſtionis partem an pactum à 10
parentibus factum de hæreditate filiorum, improbetur ex voto captandæ mortis, ſicut filiorum pactum de hæreditate Patris viuentis, & Thomas Sanchez legendus *lib.*7. *moral. c.*2.*n.*12. quem ſequitur Barboſ. *in d l fin.Cod.de pactis n* 6. *in fine*, docet vt deciſio *dict. l. fin.* habeat quoque locum in parentibus, ſi de filiorum hæreditate, abſque eorum conſenſu paciſcantur, ex ea in quam ratione, quam retulit *ſub num.*11. nam quemadmodum reſpectu filiorum dicitur aliena hæreditas patris; eo quod non habeant, Patre viuente, eius Dominium; quamuis propter ſpem, dicantur quaſi Domini *ex* §. *ſi*,

vbi inſtitutarij inſtit. de hæred. qualit. & differentia, ſic econtra in caſu noſtro poteſt à Patre inquam votum captandæ mortis aduersùs filios inueniri.

11 Ad quintam quæſtionis partem, an pactũ ſuper hæreditate viuentis improbetur, irritumque ſit, etiam in foro animæ? Et quia pro parte, nempe vt iuramentum ſuper tali pacto, ſit obſeruandũ; quãtumuis pactum ſit improbatum ex dicta *l. fin. C. de pactis, c.* 1. *&* 2. *& cap. propoſui, §. licet autem de conceſ. prebẽda, & c. deteſtanda eod. tit. lib.* 6. nullamque inducat obligationem; eo quod turpitudinem continet, vt dicunt Cagnol. *in d. l. fin* quatenus dicit *n.* 78. *in fine, & n.* 79. pactum de certo modo diuidenda hæreditate, vel habenda viuentis, eſſe prohibitum omni Iure naturali, gentium, & Ciuili, vt latè *d. q.* 10. probatum eſt, & docent Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 18. *ex n.* 191. *&* 270. Bolognet. legendus *in d. l. fin. n.* 10. 11. *&* 23 vbi ſignanter plures adducit rationes, quibus tale pactum improbatur omni Iure, quas repetit D. Ioan. del Caſtillo *d. lib.* 3. *cont. c.* 9. *ex n.* 10. *vſque ad finem*, Iuribus, authoritatibus, ac aliis fundamentis probans irritum eſſe etiam in foro conſcientiæ, faciunt adducta *ſup. in c. debitores* 6. *hoc tit.* vbi iuramentũ adiectum promiſſioni vſurarum, obligat ad ſolutionem, & ſi repetantur. Ergo & eodem modo debet hic procedere cum non alia ratione pactum, de quo hic improbetur, quàm quod turpitudinem continet: & pro hac obiectione ſunt repetenda quæ ſcribit P. Molina *de Iuſtit. & Iure, tom.* 2. *tract.* 2. *diſput.* 271. *fol.* 114. *&* 115. & quæ ex eo repetit idem Caſtillo *d. c.* 9. *n.* 23. *&* 24. & quatenus probat, quod ſi pactum lege ſit irritum, non tamen iuramentum, maneat obligatio iuramenti: & pro hac parte faciunt dicta *in relata quæſt.* 10. *n.* 1. *&* 2.

12 Tamen reuera dicendum eſt, vt quemadmodum in foro externo, non ſolum pactum de hæreditate viuẽtis improbatur, propter rationes, quas adduxi *in d. q.* 10. & illam captandæ mortis periculum, ſed etiam iuramentum illi adiectum; ita etiam in foro conſcientiæ dictum pactum improbatum ſit: ita omnes adducti docent, & Caſtrenſis *in l. pactum quod dotale, n.* 1. & Iaſon *C. de pactis*, Cagnol. *in d. l. fin* Cacheran. *in deciſ. pedemont.* 100. *n.* 18. Pariſius *in conſ.* 14. *à n.* 55. *vol.* 2. Bald. *in l. pactum col.* 2. verſic. 5. *oppono*, *Cod. de collat.* vbi Salicetus, Alex. *in d. l. pactum in* 1. *notab. & col.* 2. verſic. *aduerte tamen*, Clarius *in conſ.* 28. *n.* 6. *vol.* 3. item Iaſon *in d. l. pactum, n.* 1. & idem Cacher. *d. deciſ.* 100. *n.* 36. *&* 37. ac alij dicentes huiuſmodi pacta de ſuccedendo, eſſe contra bonos mores improbata à Iure Diuino, Naturali, Canonico, & Ciuili, & Dominc. Imola, & Georg. *in d. cap. quamuis pactum de pactis, lib.* 6. obſeruarunt expreſſim pactum de hæreditate tertij viuentis, etiam iuratum impium eſſe, & à lege improbatum, & adeo iniquum, vt abſque periculo, & diſpendio ſalutis æternæ ſeruari non poſſit.

13 Pro cõplemento materiæ de hæreditatis pacto viuentis, dico vt ſi quis, ſeptem teſtibus præſentibus, Caio promiſerit ſe nullum alium hæredem inſtituere præter ipſum, vt per hanc promiſſionem Caius ſit hæres cenſentur, ita deciſum referunt Franc. Marc. *in dec.* 838. Ricc. *collect.* 1043. *ad d. l. fin. Cod. de pactis*, ſic eius deciſionem in hoc limitantes, vt referunt deciſum.

14 Item dico quod iuxta relata *à q.* 10. vſque ad præſentem cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, ſunt intelligenda quæ Anton. Pichard. docet *in Rub. de vulgari ex n.* 17. in eo caſu, ſi teſtator ſub hac conditione hæredem inſtituerit, *inſtituo te hæredem, ſi tu me hæredem inſtitueris*, vt talis inſtitutio, ſeu diſpoſitio non valeret, veluti captatoria; quia Senatuſconſulto ea fuit improbata, vt inſtitutiones magis ex affectione, quàm ex lucri cupiditate fierent, *l.* 1. *in fine, ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur*, non verò ſi in præteritum collata eſſet conditio iuxta iura, quæ dicit ſic intelligenda, *in l. hoc art.* 29. *l. captatorias* 70. *l. illa autem* 71. *l. Clemens* 81. *§. fin. ff. de hæred. inſtituend.* & alia adducens *ibi*, videnda ex aliquibus, addit rectiùs itaque dicendum videri ſecundùm verborum figuram. † Et proprietatem, conditionem illam *ſi me hæredem inſtituiſti*, expletam dici, 15
ſi me ſubſtituiſti, vt *in l. mulier, § fin. ff. de condit. inſtitu*. Si enim aliquid contra hæc aduertas, poteris inſurgere ex dictis in hac quæſtione in verſic. *ad ſecundam*, vbi dictum eſt quod pactum mutuum, ſeu reciprocum, & viciſcitudinarium de hæreditate viuentis valet.

Item etſi communis ratio, ob quam prohibetur pactum de hæreditate viuentis, ſit quod 16
in eo datur votum captandæ mortis, & hæc ratio æquè militet etiam, quando conſentiente eo, de cuius hæreditate paciſcetur ſecundùm Pichardum *in dicta Rubr. de ſubſtit. n.* 83. vbi improbans hanc rationem, quam communiter adducunt Doctores *ad dict. leg. fin.* & ad alias, ait vt non tam propter votum captandæ mortis quod poteſt adhuc inueniri, etiam conſentiente eo, de cuius hæreditate agitur, quam quia iniquum eſt agere de hæreditate viuentis, quæ nulla eſt, maximè eo, de cuius bonis agitur, ignorante, vt ibidem Imperator obſeruat, quam poteris ſequi ſi fortè illa antiquorum ratio tibi ſufficiens non videatur: quare poteris, & alias, quæ ſignanter poſui *in dicta quæſtione* 10. hîc repetere.

Quod ſi dubites cur in Iure vſus admiſſus 17
ſit verbi *captare*; quod vt aduertit Pichardus *in dicta Rubrica* ſolet ignorari, aduerto cum eo *num.* 81. *&* 82. idem eſſe quod *aucupari*, quod ij facere videntur, qui alterius bona venantur, aut concupiſcunt; indéque ait Pichardus, inſtitutionem illam captioſam dici, ſi aliqua captio bonorum alterius in ea verſetur, vt in exemplo *dicta leg.* 1. *ff. de his, quæ pro non ſcript.* ſicque intelligenda dicit Iura *in l. captatoria* 47. *ff. de legat.* 1. *dict. l. captatorias, ff. de hæredibus inſtituend. & Cod. de teſtam. militis*; addit inquam prædictæ captioni ſubjici teſtamenta, donationes cauſa mortis, legata, fideicommiſſa, penſiones, regreſſus & ſimilia, quibus vtimur. Et adjicias alia curioſa quæ de captatoria voluntate ſcripſit D. Ioannes del Caſtillo *lib.* 5. *controuerſ. ſub cap.* 156.

Abhinc alias adjungo quæſtiones, quæ quia non multùm diſtant à materia dotium, de qua loquitur textus noſter; ideò leges quæ ſubſequuntur.

QVÆST

a a

QVÆSTIO XIII.

An alienatio facta à muliere, bonorum ſuper quibus marito inopiam vergente conſignata fuit, Iuramento firmetur: An filia Dotem aduentitiam poſſit alienare ſine interuentu Patris: An pactum de ſuccedendo factum in contractu matrimonij, ſit de Iure inualidum, quando reſpicit ſucceſſionem hæreditariam, & quomodo debeat concipi, vt ſubſiſtat ſecundùm Ius commune: An promiſſio de ſuccedendo continens ſolam promiſſionem perſonalem, cuius executio defertur poſt mortem, ſit valida: Et an promiſſio bonorum, dicatur pactum de ſuccedendo?

SVMMARIVM.

1 *Mulier conſignata, ſeu aſſecurata ſuper mariti ſui bonis, & in illorum poſſeſſionem immiſſa, non poteſt illa vendere, & quare, num. 2.*

3 *Alienatio facta à muliere bonorum, ſuper quibus eſt conſignata, ſi Iuramento firmetur, adhuc non valet. Et quare, n. 4.*

4 *Alienatio alimentorum futurorum, non valet, maxime in præiudicium tertij.*

5 *Alienari nequit actio competens por Dotis aſſecuratione in damnum mariti, & filiorum.*

6 *Dotalis fundi dominium ſpectat ad maritum.*

7 *Mulier tenetur cauere de conſeruando fundum dotalem, & non alienat, niſi cum Iuramento.*

8 *Alienatio Dotis, facta à muliere, valet pro alimentis liberorum, vel ſi maneat ei ſaltim medietas. ſi fiat pro excarcerando, & pro euidenti vtilitate, &c.*

9 *Mulier poteſt Principis reſcripto ſe obligare vltra dotis medietatem, adhibita cognitione cauſa.*

10 *Filiafamilias de dote aduentitia poteſt diſponere ſine interuentu Patris, n. 11.*

11 *Donatio filiæfamilias inter viuos eſt valida, cum agitur de dote aduentitia, in qua Pater non habet vſum fructum. Quid de donatione locorum nuptialium, n. 13.*

12 *Filiusfamilias liberè poteſt diſponere in illis bonis, in quibus Pater non habet vſumfructum.*

14 *Pactum de ſuccedendo quando, reſpicit ſucceſſionem hæreditariam, num valet, ſub diſtinctione,* à num. 15.

15 *Pactum de futura ſucceſſione poteſt concipi tribus modis, & quando valeat, vel non ex n. 16.*

16 *Pactum futuræ ſucceſſionis ſuper re vniuerſali non valet. Quid ſi ſuper bonis, non facta mentione hæreditatis, n. 17.*

18 *Pactum à filio æqualiter ſuccedendi in bonis Patris, non dicitur de hæreditate viuentis, numero 19. Sed videtur non valere, vt num. 20.*

20 *Pactum de bonis videtur tollere liberam teſtandi facultatem, & ſi mentionem ſuccedendi non faciat, n. 21.*

AD primam difficultatis partem, vt reſpon- 1
deam præmitto dicendum ex *l. vbi adhuc 19.*
verſic. *ita tamen, Cod. de iure dotium*, ex Bartol. *in l.*
ſi conſtante 25. num. 91. verſic. *item vxor, ff. ſoluto*
Matrimon. Fontanella *de pactis nuptial. clauſula 7.*
Gloſſa 2. p. 3. num. 44. vt quando mulier pro ſe-
curitate dotis ſuper mariti ſui bonis fuit conſi-
gnata ſeu aſſecurata, & in illorum poſſeſſionem
immiſſa, non poteſt illa vendere, nec venditioni
illorum conſentire. † Cum teneatur illa renuere 2
vt ex fructibus illorum, non ſolùm ipſa mulier,
ſed etiam maritus & liberi ali poſſint, vt patet ex
verbis *dicta leg.* verſic. *ſi tamen*, ibi: *ita tamen, vt ea-*
dem mulier nullam habeat licentiam eas res alienan-
di, viuente marito, & matrimonio inter eos conſti-
tuto, ſed fructibus earum ad ſuſtentationem, tam ſui,
quam mariti, filiorumque, ſi quos habet abutatur.

Vnde licet ex doctrina Textus noſtri, & ſi ta- 3
lis alienatio prohibita, ſi tamen Iuramento fir-
metur, vt valida ſit ratione Iuramenti, poſſit di-
ci per illa, quæ dixi tota, *quæſt. 1. & 2.* hic tamen
adhuc in puncto, de quo loquimur affirmandum
eſt, adeo nullam eſſe dictam obligationem, vt
nec etiam Iuramenti robore confirmetur; quia
Iuramentum nihil poteſt operari, ſtante præiudi-
cio filiorum, quibus alimenta debentur; & eſt ra-
tio, quia Iuramentum nihil operatur in his, quæ
non pendent à poteſtate iurantis; vt quia con-
tractus reprobetur fauore tertij. † Cum er- 4
go, vt dictum eſt, conſignatio, de qua loqui-
mur fuerit facta ad effectum, vt mulier, liberi,
& maritus ali poſſint, euenit vt non valeat alie-
natio alimentorum futurorum, maxime in præ-
iudicium tertij, Galerat. *in tract. de renunciat cen-*
turia 1. renunciat. 50. num 5. cum aliis Franciſcus
Tondutus *tom. 1. reſolut. ciuilium, quæſt. 30. nume-*
ro 1. 2. 3. & 4. vbi ita deciſum fuiſſe in Rota Ro-
mana 14. Iunij 1641. & in Rota Romana coram
Emin. Cardin. Pancirolo in vna Romana Salnian.
interdicti 14 Iunij 1641.

Imo addunt Salicetus *in l. vnica, Cod. de priui-* 5
leg. dot. num. 3. Iaſon *in dict. l. ſi conſtante, à num 231.*
maximè *num. 234. in 2 lectura*, Barboſa *in dict. l. ſi*
conſtante 25. num. 33. in princip. Surdus *conſ. 269.*
num. 12. vt ſicut alienari, ſeu obligari non poſſunt
bona, ſuper quibus mulier fuit conſignata, ſeu aſ-
ſecurata pro dotibus ſuis, ita nec actio mulieri
competens pro dotis aſſecuratione cedi, aut alie-
nari poſſit in damnum ſcilicet, & præiudicium
mariti, & liberorum, qui ex fructibus bonorum
conſignatorum, alimenta conſequui debent, &
ratio huius Doctrinæ petenda eſt ex his, quæ
ſcripſi ſupra per Textum *ibi in c. cum quidam 12.*
§. illi verò, hoc tit. vbi de irrito Iuramento de ali-
mentis denegandis parentibus, aut ſororibus eſt;
in quam tale Iuramentum directo pugnans con-
tra ius naturale.

Quare & ſi Franciſcus Tondutus cum Baldo 6
conſ. 53. num. 3 volum. 5. & Ioanne Caſtagu. *in tract.*
de benef. deducto ne egeat. quæſt. 1, num. 72. & 73. di-
cat maxime procedere ſupra dictum, quando
agitur de fundo dotali, quia illius dominium, cō-
ſtante matrimonio, ſpectat ad maritum, & dict.
Caſtagn. † Addat mulierem non ſolùm non 7
poſſe alienare iſta bona, ſed etiam teneri cauere
de illa conſeruando, cum agitur de præiudicio
mariti, & liberorum, adhuc dico, vt non militat
aduersùs Textum noſtrum, & quæ dixi, *in dicta*
quæſt. 1. alienatione fundi dotalis corroborata Iu-
ramento; quia vt dixi primo, & principaliter ibi

emolumentum illius fundi dotalis pertinuiſſe ad mulierem alienantem; & ſi ſecundarius reſpiciat Ius publicum; quia in caſu noſtro addita fuit alia ratio ſuperior, nempe alimentorum filij, & mariti, in quorum præiudicium iuxta rationes adductas, prohibetur etiam alienatio iurata.

8 Et idem Franciſc. Tondutus adhuc ſubſiſtens limitat, *à n.7.* modis nonnullis dictam doctrinam, nempe vt tunc valeat alienatio, ſi fiat v.g pro alimentis, aut alia neceſſitate liberorum. Secundò ſi mulieri remaneat ſaltim dimidietas dotis ſalua, ſi ad alienam adſit reſcriptum ſuperioris, ſeu decretum iudicis, ſi fiat etiam pro excarcerando filio, aut eũ liberando à lite criminali, & pro eo à carceribus liberando; & ſi nondũ ſit carceratus; ſi tamen de proximo timeretur carceratio, poteſt in quā ſe obligare vxor pro ex carceratione illorum item, & mariti; Quod ſi maneret indotata, ſaltim in medietate, poſſe illam alienationem reſcindi, ſi mulier ſaltim remaneret indotata in mediate bonorũ, addit etiã Tond. *n.13. & 14.* vt poſſit dos renũciari pro alimẽtis futuris cũ decreto iudicis, &

9 pro euidenti vtilitate. † Et quod poteſt mulier ſe obligare vltra dotis medietatem Principis reſcripto, & adhibita cauſæ cognitione, per commiſſarium à Principe deputandum & ad alias inquam declarationes videbis quæ adducunt DD. per textum *in l. quamuis cum leg. ſeq. ff. ſol matr. l. ſi pro aliquo, §. 1 ff. ad Vellaian, l. ſi paternam, C. eod.* Surdum *conſ. 367. n. 14. & dec. 86 & de alim. tit. 8. priuil. 56. à n. 50 & 63* Cyriacum *contr. 216 n. 22. 23. & 24. vol. 2. & n. 19. & 20.* Hodietn. *ad Surd. d. dec. 86 n. 9. & 12. & n. 15.* verſic. *ſed omnia*, & alios, *& per l. metum, §. manente ff. de iure dot.* ibi: *aut vt egentem virum, fratrem, ſororem ve ſuſtineat, & in d. l. quamuis 21.* ibi: *vt liberis egenibus, aut fratribus, aut parentibus conſuleret.*

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, an filia dotẽ aduentitiam ſine interuentu Patris poſſit alienare? In quo dubio, ne longius agatur reſpondeo vt filiafamilias de dote aduentitia poſſit diſponere ad libitum, vt tradunt Barboſa *in l. 2. §. quod ſi in patr. n. 18. ff ſol. matr.* Franciſc. Tondutus *l. 2. q. ciuil. q. 63. n. 8. & 9.* dicentes locum ſibi vindicare, ſiue ſolutum ſit matrimonium, ſiue filia adhuc ſit in matrimonio per Textum *in l. Caius 46. ff. ſol. matr.*

11 Et addunt Gratian. *dec 76. n 6.* Rota apud Ludouic. *dec. 391 n. 2.* Iul. Clar. qui de communi teſtatur, *in §. donat q. 6. n 2* Paſcal *de patria poteſt, p. 1. c. 6. n. 107.* Crauetã *conſ 99. per totum*, Rota *dec. 596. n. 2.* verſic. *nec valet dicere p. 2. recent.* vbi dicta deciſio Ludouici confirmatur, & in eadem cauſa alia deciſio Rotæ apud Caualer. *dec 442. n. 1.* eſſe validam filiæfamil. donationem inter viuos de iure communi abſque interuentu Patris, quando agitur de dote aduentitia, in qua Pater vſum fructũ

12 non habet. † Eo quod verum eſt etiam, vt poſſit filiusfamilias libere diſponere abſque conſenſu paterno in illis bonis in quibus Pater nullum habet vſum fructum; quia in illis non eſt legitimus adminiſtrator. Et quod valida ſit donatio iocalium per filiamfamilias facta, cum in illis pater careat omnino vſu fructu, concludit Caſtrenſis *conſ. 381. n. 3 vol. 1.* Tondutus *ſup. d. q. 63. n 10.* nam ea ſunt deſtinata ad ſolùm mulierum vſum, ad eo vt illorum vſusfructus maſculis proprie competere non dicatur.

13 Quod idem admittunt Zabar. *conſ. 37. n. 2.* verſ. *ſi vero erat*, quod allegat Tuſchus *litt. F, concl. 362. n. 39. de donat. lucrorum nuptial.* ſed quia huic dicto repugnant Textus *in l. 1. & ſeq C. de bonis quæ liber* & P. Barboſa *in d. §. quod ſi in Patris. ff. ſoluto n. 18.* verſic. *nonoaſtat ſecundum*, concedentes lucrorum nuptialium vſum fructum Patri: alia cummulat videndus Franciſc. Tondutus *d. q. 63.* vbi aduertit ex multis, quod in quibus acquiritur Patri vſusfructus aduentitiorum, poteſt fieri donatio à filio cum Authoritate patris, aliàs nulla ſit ex *l. fin. §. filiis, C. de bonis, quæ liber*, & late exemplificat.

Ad tertiam quæſtionis partem, an pactum de 14
ſuccedendo in contractu matrimonij, ſit de iure inualidum, quando reſpicit ſucceſſionem hæreditariam, & ad ex illa dependentes. † Vt reſpon- 15
deam, præmitto de futura ſucceſſione poſſe concipi tribus modis Primo quando verba promiſſionis reſpiciunt directe inſtitutionem hæreditariam vniuerſalem, veluti ſi quis dixerit, *promitto quod Titius erit meus hæres*. Secundò quando promiſſio reſpicit obligationem perſonalem illius, qui promittit relatam ad tempus, quod euenire debet poſt debitum promittenti. Tertiò quando promiſſio facit mentionem bonorum, & non hæreditatis.

De primo namque caſu docent Peregr. *de fidei-* 16
com. art. 33. n. 50. Marta *de ſucceſſ. leg. p 3. q. 4. art. 2. n. 15.* & alij DD. communiter per Gloſſam *in l. fin. Cod. de pact.* de qua latè *à q. 10.* vt ea promiſſio ſit nulla, tamquam contraria liberæ teſtandi facultati, & quod in vniuerſali ſucceſſione ſit res indubitata dixerunt Graſſus *in §. ſucceſſ. abinteſt. q. 9. per totam*, Fuſſarius *de ſubſtit. q. 308. per totam*, etiam ſi ageretur de fauore liberorum, *l. pactis quod dotali, C. de pact.* vbi DD. quamuis donatio facta fuiſſet contẽplatione matrimonij. Peregr. *conſ. 65. & 69. vol. 1.* Ciriacus *contr. 88. n. 6.* & Peregr. videndus late, *conſ. 118 n. 8. vol. 5* & per totum, vbi de eo, qui perſuaſit genero matrimonium ſub promiſſione hæreditatis, & amplij matrimonij, Cancer. *p. 3. c. 7 de pact. nupt. n. 143.* Neuiſan. *in ſilua nupt. l. 2. n. 120.* Menoch. *conſ. 136* de quo etiam Fontanella *de pactis, nupt. tom. 1. clauſula 11. Gloſſa 9. p. 4. n. 16.*

Quod ſi pactum fieret decertis rebus particu- 17
laribus, tunc ſuſtinere, nec tollere liberam teſtãdi facultatem, docet Marta *conſ. 191. n. 7.* & Franc. Tondutus *p. 2. q. c. 96. n. 9.* ſic limitantes Regulam proxime adductam, qui & Bart. *in dict. l. fin. n. 11. & conſ. 212. n 1.* Michael Graſſus *d. §. ſucceſſ. abinteſtato q 9. n. 18.* Marta *de ſucceſſ. leg. p. 3. q. 4 art. 2. n. 15.* dicunt vt in ſecundo relato caſu ea promiſſio, ſeu pactum ſuſtineatur, ac valeat; eo quod non dicitur pactum de hæreditate viuentis, ſed promiſſio bonorum, quæ valet in vim contractus: nam conditio eſt quidẽ obuentura poſt mortem, quæ poſtea adimplenda eſt per hæredes; & ſic ex tunc viuente teſtatore, naſcatur obligatio: qua de cauſa dicunt adducti, & Menoch. cum vndecim DD. Crauetta *conſ. 139. n. 2.* hoc non eſſe pactum futuræ ſucceſſionis.

In tertio inquam caſu, quando promiſſio facit 18
mentionem bonorum, & non hæreditatis, veluti quando Pater v. g. voluit quod filius ſuus æqualiter ſuccedat in omnibus bonis ſuis, qualia reperientur tempore mortis ſuæ, nullam mentionem hæreditatis faciens, tale pactum non eſſe de hæreditate viuentis; & ſic valere docent pro veriori ſententia, ac receptori, Menoch. *d. conſ. 126.* Gabriel *d. conſ. 137. n. 23. in quinta concl.* Purpuratus *conſ. 401. n. 83.* plures, quos allegat Ciriacus *d. controuerſ 88. n. 6.* Bellon. Iunior *conſ. 12. n 12. 13. & 14.* & Tondutus *d. c. 96. n. 13. 14. & 15.* † Qui idem di- 19
cunt

cunt procedere etiamſi admixtum reperiatur in prædicta promiſſione, ſeu obligatione verbum *de ſuccedor*, cum de bonis tantum in eo facta fuerit mentio, & executio delata poſt tépus mortis.

20 Hanc verò diſtinctionem inter bona, & hæreditatem, impugnare videtur idem Cyracus *dict. controuerſ.* 88. *num.* 22. & mihi non ſine fundamento eſſe conſpicio per dicta in primo caſu. nam ſi de vniuerſali hæreditate impugnatur, cur non impugnetur de promiſſione omnium bonorum; ſi quidem hic, vt ibi libera teſtandi facultas aufertur promiſſori; imo ſi inſurgas aduersùs ſecundum caſum, & limitationem primi caſus ex his, quæ dixi ſub *quæſt.* 12. *præced.* vbi etiam pactum de parte hæreditatis improbatur, cum in eo reperiatur votum capiendæ mortis, poteris forte impugnare Do-

21 ctrinam hic iactam. † Verum ſi attenta legas pactum, de quo hic etiam in omnibus relatis caſibus, nihil habet voti captendæ mortis; eo quod promiſſio, de qua hic tota oriatur à voluntate, & conſenſu Patris, ſeu promittentis, quo adhibito, vt ibi dixi, etiam pactum à filiis factum de hæreditate ſui Patris viuentis, purgatur ab illo vitio; ſolùm enim infringi debet, ex eo quod auferat à ſe Pater liberam teſtandi facultatem, quam à ſe aufert in primo, & tertio caſu, non ſi partem tantum promittat, cum poſſit teſtari de aliis bonis. Nec in ſecundo caſu propter rationem temporis, ac contractus in eo dictam, &c. Si alia deſideras pro ampliatione, leges Tondutum *in d.c.*96.*per totum*, quæ videntur eſſe extra caſum.

QVÆSTIO XIV.

Confeſſio dotis receptæ à marito facta animo donandi, an confirmetur Iuramento promiſſorio: Quid ſi Iuramento aſſertorio: Et quid ſi ſimul aſſertorio, & promiſſorio quãdo reuera dotem non recepit: An mulieres tranſigentes, comprehendantur in conſtitutione legis, ſi quis maior, Cod. de tranſact. *An pœna contractui ſponſaliorum adiecta, firmetur Iuramento: An ſi Iuramentum adiungatur fictæ promiſſioni, obligatio inducatur?*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti confirmatorij tractatus pretrahitur.*

2 *Confeſſio dotis receptæ à marito facta animo donandi, confirmatur Iuramento promiſſorio, & n.*3.*& ſi contra, n.*4.

3 *Donatio inter virum, & vxorem Iuramento firmatur.*

4 *Confeſſio dotis receptæ à marito ſine Iuramento, non valet.*

5 *Confeſſio dotis receptæ à marito facta, non roboratur Iuramento aſſertorio, & quare differat à roborata Iuramento promiſſorio, n.*6 *&* 7.

7 *Aſſertorium Iuramentum nequit efficere verum, quod ſimulatum, & fictum eſt.*

8 *Confeſſio dotis receptæ à marito facta ſimul aſſertorio, & promiſſorio Iuramento, valet, vt n.*9.

10 *Tranſactioni iurata contraueniens, Deum habet vltorem.*

11 L. ſi quis maior, C. de tranſact. *num extendatur ad alios contractus præter tranſactionem, n.*10. *&* 15.

12 *Mulier iurans tranſactionem, obligatur. n.*14. *& ſi contra, n.*11. *&* 13.

14 *Mulier iuris ignorantiâ non excuſatur, præter caſus in iure expreſſos.*
L. 1. §. vlt. ff. de edend.

16 *Matrimonia expedit iuri publico, vt libera ſint. n.*18.

17 *Pœna ſponſalibus adiecta, Iuramento confirmatur; non enim interdicitur ob commodum pecuniæ.*

19 *Iuramentum adductum fictæ promiſſioni ex diuerſa ratione obligat vel non.*

AD hæret tractatus harum quæſtionum deciſioni Textus noſtri, quæ ſi longe agerentur, eſſet deuiare a noſtro inſtituto; quod eſt laconicè plura dubia excitare, & in concordiam adducere. Quare & ſi quælibet harum doctrinaliter extendi poteſt quamlibet verborum compendio agitabo, cum quibus claudã huius Textus materiam in 1. eius parte, cum ſecunda pars, quæ *de except.* loquitur, ſatis enodata maneat in aliis huius iuribus & appareat ex aſſignatis quæſtionibus, *ſup. in præmiſſo.* 1

Ad primam ergo difficultatis partem, in qua duæ ſunt ſententiæ, reſpondeo pro ſententia quæ affirmat, vt confeſſio dotis receptæ à marito facta animo donandi, confirmatur Iuramento promiſſorio, quia hic ad eſt conſenſus mariti donare volentis, & confitentis ſe dotem accepiſſe animo donandi, & confirmatur. † Quia & ſimilimodo, donatio inter virum, & vxorem, quæ alias iure reprobatur iuramento per Text noſtrum, *d.c. quamuis pact.* & per alia, iura adducta, quibus apparet, vt contractus iure poſitiuo prohibiti, Iuramento confirmentur, iuxta quæ dixi, *ſup. q.* 1. 2. *&* 3. & cum aliis hic: ita cum multis Faq. *lib.* 3. *cont. c.* 81. vbi tres refert ſententias, qui & in caſu noſtro idẽ ſequitur, *lib.*8. *controuerſ. c.*77. ſi quidem dicta confeſſio iurata in effectu, eſt donatio viri in vxorem Collata *l.* 2. *C. de dote cauta non num.* docent etiam Bald. *nouel de dote p.*10.*n.*10. verſic. *tamen* Crauetta *conſ.*81.*n.*3. Iaſon Lupus *Rub. de donat. inter vir,* Ripa *lib.* 3. *conſ.*6. Seraphin. Senens *de priuil. Iur. priuil.*71.*n* 53. vbi alios refert, & Ant. Gabriel *comm. concl. de donat. concl* 5. vbi cum Curtio, & Ruino. 2 3

Nec obſtat aliorum ſententia, inter quos. Couar. *lib.*1. *var. c.*7.*n.*5. Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *præſumpt.*12.*n.*43. cum multis, qui dicunt huiuſmodi confeſſionem non firmari Iuramento promiſſorio; quia Iuramẽtum non confirmat actum ſimulatum ex *l. non dub. C. de leg. l. & C. de plus petition.* & quia Iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret, nam Reſpondeo vt & ſi Couar. & Menoch. dicant non eſſe certum maritum, conſenſiſſe, vt illa confeſſio haberet effectum. Sed quia apparet ex verbis eius, vt facta ſit animo donandi, qui per Iuramẽtum reuocaretur; ſequitur dicendum, vt licet non iurata, prohibita ſit talis confeſſio dotis, quæ reuera accepta non eſt, ſed ex ratione Textus noſtri, & ex aliis adductis *in d. q.*12. *&* 3. cum aliis debet valere, illo Iuramento adiecto, vbi apparet ex Doctrina *ibi* iacta reſponſum datum aliis fundamentis Couar. & aliorum: Et pro perfecta reſolutione adiunges quæ adduxi, *ſup q.*9 ex verſic. *ad quartam.* 4

Ad ſecundam quæſtionis partem, ſuper qua eſt quidem alia duplex ſententia affirmans per fundamenta proxime relata; ſi quidem confeſſio iurata probat in præiudicium partis, & ſuorum 5

hæredum, vt in *Authentica quod obtinet, Cod. de*
probationib. Alciatus in Textu noſtro, *à num.*294.
cum multis, Seraphin *de priuileg. Iuram. priuil.*59.
*num.*6. Ancharranus, Corneus, Socin. Iunior, Ca-
ſtrenſis, & alij adducti à Faquineo *dict. lib.*8. *con-*
6 *trouerſ. c.*88. quæ prima facie videtur vera. † Sed
in puncto plauſibilior eſt ea ſententia, quæ docet
vt dicta confeſſio non firmetur Iuramento aſſer-
torio; quia late dixi in hac materia, & *in cap. & ſi*
Chriſtus ſup. Iuramentum non debet eſſe vinculũ
mendicij, & falſitatis, ac ſimulationis; debet enim
habere comites illos tres, de quibus *in dicto cap.*
& ſi Chriſtus. At maritus iconfitetur hic quod ve-
rum non eſt, & iurans verum eſſe periurus effici-
tur; ergo euenit, vt non confirmetur Iuramento
eius confeſſio falſa, & ſimulata, cum multis An-
tonius Gabriel *commun. concluſ. dict. lib.*3. *tit. de do-*
*nation. concluſ.*3. cum aliis Couarruuias *dict. lib.*1.
*variar. cap.*7. *poſt. num.*4. verſic. *quinto*, Menochius
*de præſumption. lib.*3. *præſumpt.*12. *num.*48. Clarus,
§. *donatio, quæſt* 9. verſic. *hæc tamen concluſio*, Faquin.
vbi proxime, qui conſtituunt diſcrimen inter ca-
ſum primum Iuramenti promiſſorij, & aſſertorij.
7 † Quod promiſſorium oſtendit virum confiten-
tem voluiſſe donationem, quæ ex confeſſione
præſumitur ſua iurata promiſſione corroborare,
& confirmare; indeque procedere, vt ne in periu-
rium incidat: ab ea recedere non poſſit: argum.
quæ dixi, *in cap. debitores* 6. *hoc tit.* Aſſertorium in
quam nihil aliud facere exiſtimant, niſi quod
mendacio confeſſionis periuriũ addit; non enim
quis iurando aſſertorie poteſt efficere verũ, quod
ſimulatum, & fictum eſt; ergo quemadmodũ per-
iurus dicitur, qui falſum firmat Iuramento eſſe
verum, vt *in dict. cap. & ſi Chriſtus*, explicaui; ſequi-
tur hic optima ratione conſtituti inter vtramque
confeſſionem iuratam relatam differentiam; &
quia hic pro certo ſupponitur confeſſionem eſſe
fictam; ideo fundamenta contrariæ ſententiæ nõ
implicabunt nec adductum ex *dicta nouella quod*
obtinet. Cod. de probat. quæ ideo præiudicat; quia
ibi iurata confeſſio, vera eſſe præſumitur: alia
optime expendit Faquin.
8 Ad tertiam quæſtionis partem, & ſi Marianus
Socin. *conſ.*65. & Bartholom. eius filius *conſ.*66. *l.*1.
Riccius *conſ.*130. *&* 190. *&* 137. *lib.*4. Seraphin
Senens *dict. priuileg.*71. *à num* 66. & in verſic. *am-*
plius intelligo, Couarruuias *dict. lib.*1 *variar. cap.*7.
num. 6. per iam adducta fundamenta dicant con-
feſſionem dotis receptæ à marito factam cum Iu-
ramento promiſſorio, ſimul & aſſertorio, non cõ-
firmari, quia nec confirmatur donatio inter virũ;
& quia Iuramentum confirmat actum ſimulatũ,
9 vt relatum. † Sed reuera dici debet, vt quem-
admodum probatum eſt dictam confeſſionẽ fir-
mari Iuramento promiſſorio, ſic & aſſertorio ſi-
mul: nam & ſi aſſertorium per ſe non ſit idoneũ,
vt probatum eſt, *in dict.* verſic. *ad ſecundam*, pro-
miſſorium tamen adiunctum id facere debet cum
(vt diximus) maritus ex eo colligitur quod vo-
luerit ratam donationem habere, quæ confeſſione
præſumitur, atque ſupponitur: ita ſequitur Fa-
quin *dict. lib.*8. *cont. cap.*79. per alia, quæ dixit, *dict.*
*lib.*3. *cap.*81. de qua poteſt dubitari, ſi attendamus
ad fundamentum Iuramenti aſſertorij relati, *in d.*
verſic. *ad ſecundam.* Tamen hanc ſecundam ſen-
tentiam ſequitur ex his; quæ Ant. Gabriel habet
*d. concl.*3. *n.*5. comm. Roland. à Valle *lib.*1. *conſ.*93.
*n.*22. Ioſeph. Ludouic. *dec. Peruſ.*66. *n.*12. verſic *ter-*
tia concl. Seraphin *d priuil.*71. *n.*55. quia defuit in
hoc actu quamtumuis ſimulatus, & fictus conſi-
deretur turpitudo, & iniquitas, quæ ſolent vitiare
alios actus, etiam iuratos: Ex his quæſtionibus
adiunges quæ ex multis tradit Barboſa *in d l* 2. *C.*
de dote cauta non numerata, cum Menchaca, Couar.
Petro Barboſa, Rolando, & aliis.
Ad quartam quæſtionis partem, vt reſpondeã, 10
præmitto Imperatores, *in d. l. ſi quis maior* 4. *C. de*
tranſact. diſponere vt tranſactioni iuratæ contra-
ueniens, Deum habeat vltorem pœna infamiæ
notatur, pœnã ſoluat, reddat ſibi data, & actionẽ
perdat; & licet multi relati ab Auguſt. Barboſa *ibi*
*n.*2. dicãt huius legis vim in praxi non obſeruari,
& *ibi n.*3. ex aliis videatur probare contrarium,
dicatque, *n.*4 ex Bartholo cagnolo, Mantica, Gra-
tiano, Bellacomb, Zephalo, Rolando, & aliis, eam
diſpoſitionem habere locum, non ſolũ in tranſa-
ctione, verum, & in alio quoque contractu, pon-
derando verbum *pacta*, & in emphitheuta in cõ-
tractu cenſuali emptionis, & venditionis, in loca-
tione, in quolibet promittente ſoluere, in contra-
ctu ſocietatis, &c. ratione Iuramenti, ideo ex di-
ctis extenſionibus, & in noſtro Textu agatur de
Iuramento mulieris, recte nunc inquirimus, an
mulier iurans tranſactionem, ſit obnoxia diſpo-
ſitioni dictæ legis.
Video tres ſententias de hoc dubio, negantium 11
vna; quia vt locũ habeat prædicta lex, dolus requi-
ritur, nam periurium non cõmittitur abſque dolo
à quo videtur excuſari mulier, *in l.*1. §. *vltim. ff. de*
edendo; & quia iuris ignorantia ab illo excuſat, vt
in l. ſed ſi lege, §. *ſcire autem. ff. de petit. hæred. l. ſi quis*
in graui, §. *ſi quis ignorans. ff. de Sylanianum*; hæc enim
in muliere præſumitur ex *l. reg. ff. de reg. iur. & facti*
ignorantia; ea enim plerumque propter fragilita-
tem ſexus, mitius, quàm vir punitur, vt *in l. ſacrile-*
gis, C. ad leg. iul. Peculat. † Alia inquam, & verior 12
ſententia eſt, vt quia mulier non excuſatur in his,
quæ ſunt contraria iuri naturali, *l.*2. *Cod. de in Ius*
vocando, ſi iuret, tranſactione ea obligatur; quia &
verbum ſi quis maior, tam aptatur mulieri, quàm
viro per Textum *in l ff. de verb. ſignif.* in terminis
docent hanc Iaſon. *in d. l.* Faquin. *lib.*1. *cont. c.*11.
ſub, verſ. *ſecunda*, eſt cõtrouerſia, alij relati ab An-
ton. Gabriel *comm. opin. concl.*1. *de tranſact. n.*3. pro
qua facit quod dixi, *ſup. in q.*1. *noſtri Textus*; alias
in quam, ſi mulier tranſigendo, non comprehen-
deretur, eueniret, vt circumueniret poſſet alios de
facili.
Et licet Fulgoſius *in d. l.* & alij relati à Gabrie- 13
lo *d. concl.*1. *n.*3. teneant primam ſententiam per
adducta fundamenta; & Cagnol. *in d. l. diſtinguat.*
quod ſi mulier directo venit contra tranſactionẽ
litẽ inſtaurando, ſeu aduersùs eam Principi ſup-
plicando, dicta prior ſententia obtineat; ſed ſi ve-
nit non directe, nec obſeruet tranſactionis placi-
tũ, tunc poſterior ſententia locum habeat. † Ni- 14
hilominus iuxta ſecundam ſententiam dicendum
eſt teneri, tranſactione iurata, ſicut & aliis legibus
tenetur, vt *in l ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud.* Ia-
ſon *ibi* Menoch. *de recup. remed.*9. *n.*9. Nec obſtat,
*d. l.*1. § *vlt. ff. de edend.* nõ edenti ex mandato Prin-
cipis eſſe ſubueniendum & ruſticitatis habita ra-
tione; quia ibi Prætor nititur in ſola æquitate, nõ
in iuris rigore, Alciat. *reg.*1. *præſ.*39. & Menoc. *ſup.*
*n.*22. *&* 23. Faq. *ſup.* vbi dicit nec iuris ignorantia
mulierẽ excuſari, præter quã caſibus à iure expreſſis
in d. l vlt. C. de iur. & facti ign. Tiraq *de pœn. legũ cau-*
ſa 9. *in fin. & cauſ.*11. *n.*23. preſertim vbi aliquid de-
linquit contra Ius naturale, vel ciuile clarum, &
manifeſtum,

manifeſtum, ſicut illud eſt pacta, & conuenta eſſe ſeruanda, vt declarat Alciatus *de præſumpt.*
15 *Reg.3.præſ.*30. † Nec etiam ſi dicatur quod deciſio *dict. leg. ſi quis maior*, non extenditur ad alios contractus præter tranſactionem, vt dixerunt Rimin. Purpur. & Alciatus *in dict. l.* quia ea lex odioſa eſt, & continet pœnam valdè grauem, multis argumentis tenentes, quæ refert Faquin. *contr. lib.*1. *cap.*11. *in principio*, qui ſic videtur docere; ſed vtcumque ſit reſpectu aliorum contractuum, ac reſpectu mulieris Iureiurando tranſigentis ſoluendum eſt vt diximus, cum tranſactio mulieris iurantis non exorbitet à natura tituli illius legis, militetque in illa eadem ratio incluſionis, ac in viro Iureiurando tranſigente.

16 Ad quintam quæſtionis partem an pœna contractui ſponſaliorum adiecta firmetur Iuramento? Quia de nullitate talis pœnæ eſt Textus expreſſus *in cap. Gemma de ſponſalib. cum vulgatis* eo quod ea tendat contra nimiam libertatem, quæ expoſcitur in Matrimoniis celebrandis *ex regula cap. cum locum eodem tit*, & per plura, quæ adduxi *ſub cæterùm* 15. *hoc tit. & ex l fin. C. de ſponſ.* & agant DD. etiam *in l. Titia, ff. de verb. oblig* videtur dicendum, vt nullo modo hæc pœna Iureiurando confirmetur, vtpote poſita contractui expoſcenti omnimodam libertatem, qui ob cauſam publicam, primò, & principaliter eſt inſtitutus, *cap. requiſiſti de ſponſalibus*, expedit enim, libera eſſe Matrimonia, aliàs iurgia, & diſſentiones,
17 & mala liberorum educatio orirentur. † Eſſetque tale iuramentum contra bonos mores naturales, eſſetque iniquitatis vinculum; Sic in terminis docent Anton. in Textu noſtro, *num.*8. Alex. de Neuo *n.*43. *fin.* & Imola; & ſi dubius *n.* 32. Alciatus *num.* 25. Præpoſitus *in dicto cap. Gemma, num.*2. Bartol. Bald. Salicetus, Henricus. Bertachinus, & alij quos ſequitur Thomas Sanchez. videndus omninò *lib.*1. *de Matrim. tota diſp.* 32. vbi latiſſimè ad propoſitum materiæ Textus noſtri, & *ibi à n.*20. vbi contrariæ ſententiæ reſpondens *n.*23. ait *num.*22. adeò nullum eſſe hoc iuramentum, vt nulla indigeat relaxatione, cum ſit contra ius publicum, & bonos mores naturales, nec enim vt reſoluimus aliter de obligata muliere hic, *& à q.*1. *&* 3. cum aliis, iſta pœnæ adiecto interdicitur ob commodum pecuniarum ſicut contractus minoris, & alienatio dotis, vt
18 *in dicta q.*1. *&* 2. latè dixi cum ſequentibus. † Sed interdicitur alio ex capite ob Matrimonij omnimodam libertatem, quæ ſummopere in Republica eſt neceſſaria, vt docent Couarr. *in Rubrica de Teſtament.* 2. *p. num.*17. Anton. Chucus *lib.*5. *inſtit. moral. tit.* 12. *num.*194. Antonius Gomezius *tom.* 2. *variar. cap.* 14. *num.* 24. Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 5. *q.*1. Cancer. *variar.* 2. *p. cap.* 1. *num.* 13. idem Sanchez. cum infinitis *in ſumma lib.*2. *cap.*4. *ex num.* 26. dicentes contractum nullum modo dicto contra bonos mores non firmari iuramento, & ex aliis recentioribus adducendis *in dicto cap. Gemma.* Et faciunt dicta *in cap.*2. *ſuprà q.*1. verſic. *ad ſecundam*, vbi egi de differentia promiſſionis iuratæ de rebus à natura prohibitis ab illa quæ fit de prohibitis, ab illa, quæ fit de prohibitis iure poſitiuo.

19 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſi iuramentum adiungatur fixæ promiſſioni obligatio inducatur. Quia veritas huius dubij poteſt ex planè dictis in toto hoc titulo conſequi; Ideò ſolùm referendo duas contrarias opiniones, affirmantem vnam ex Leſſio *lib.* 2. *de Iuſt. cap* 42. *dubio* 8. *num.*38. Suarez. *de Religione tom.*2. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. & ex aliis, quia qui iurat tenetur efficere, vt verum ſit quod iurat, & quia ex iuramento naſcitur obligatio, non ratione intentionis obligandi, vt in contractibus, ſed ex natura operis. Ergo etiam ſi intentio obligandi abſit, orietur nihilominùs obligatio vi iuramenti. Alia Ochogauiæ *de Sacram. tractatu* 1. *de Matrim. q.*6. *num.*3. Dianæ *p.*5. *tract.* 14. *reſ.*34. quia iuramentum in hoc caſu ſequitur naturam actus, cui adhæret, non enim qui fictam promiſſionem iurat habet animum ſe illo iuramento obligandi ex *c. humanæ aures* 22. *q* 1. vtrique poteris adhærere ſub ratione diuerſa ex iam longè dictis *à cap.* 1.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIX.
Sicut, Hoc Titulo,
PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Belli materia per plures quæſtiones à Doctoribus diuerſis in locis agitata, hic inſinuatur.*

Per Textum noſtrũ poſſemus abundè agere 1
quidquid Doctores ſcribunt de iure Belli, & qualiter iuſtificetur bellum; qui habeant poteſtatem illud indicendi. Et ad quid teneantur iniuſtè debellantes? Sed quia in noſtro titulo ſolùm agimus de iuramento licito & illicito? & iſtud, de quo hic illicitum pronuntietur; Ideò applicabis adducta *ſuprà in cap.* 1. *cap.* 2. *cap. debitores, cap.*12. *§.*1. *cap. verum* 15. *cap. querelam*, cum aliis huius tituli, vbi egi etiam de abſolutione impartienda à tali iuramento, vel quando neceſſaria non ſit quando nullum eſt ipſo iure propter eius iniquitatem aliqua *in cap. quemadmodum* 25.

De materia belli agunt Doctores cum magiſtro 2
ſententiarum *in* 4. *diſt.* 15. & cum Diuo Thoma 2. 2 *q.*40. Adrianus *in* 4. *in materia de pœnit. in q. ſpeciali de bello* Henriq. *quodlibello* 15. *quæſt.* 15. Victoria *in relect.* 2. *de indiis in quæſtione de iure belli*, Villalobos *in ſumma p.*2. *tract.*5. Canoniſtæ cum Gratiano 23. *q.* 1. *&* 2. Ludouicus de Molina *de Iuſt. tom.* 1. *tract.*2. *à diſp.*92. Caſtro *lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punitione, cap.*14. Couarr. *in reg. peccatum*, §.2. §. 9. 10. 11. ſummiſtæ verbo *bellum*, alios refert Barboſa *hic* Trullenq. *lib.*5. *oper. mor. cap.*2. *per totum.*

Ad quæſtiones videbis quæ ſequuntur. An mo- 3
uere Bellum ſit effectus ſupremæ poteſtatis? Martha *de Iuriſdict.* 1 *p. cap.* 390. An licitè poſſint Principes concedere repreſſalias, Diana *p.* 4. *tractatu* 4. *Miſcell. reſ.* 72. Et an Principi commercium impedienti, iuſtè detur bellum *reſolut.* 64. Ad alias quæſtiones idem *p.* 6. *tract.* 4. *per totum tractatum.* Et *tract.* 6. *miſcel reſ.* 20. vbi an Principes ad vitanda maiora mala poſſint in aliquo caſu abſque incurſu ſuarum permittere duellum. Et an ſi conuentio de pugnando facta ſit in rixa & inter conuentionem, & pugnam intercedat tempus, incurratur in pœnas latas contra duellantes

lantes *ibi reſ.*21. An ſecreta Principum, ſeu exercitus, licitum ſit reuelare ad vitanda tormenta & iacturam vitæ? An milites dubitantes de iuſtitia belli, poſſint bellare, Diana *p.4.tract.3. reſ.7.* vel an Princeps dubius de Iuſtitia belli poſſit illud mouere, idem *reſ.50.* Et an milites non ſubditi alicuius Principis teneantur inquirere iuſtitiam belli? Ipſe *dict.p.4. tract.4. miſcel. reſ.* 32. Et an capti in bello habito inter Chriſtianos, licitè poſſint redimi, & in conſcientia ſoluere prætium promiſſum ſuæ redemptionis; Idem Diana *p.6. tract.7. miſcel. reſ.*16. Couarr. vbi *ſuprà* §. 11. agit de ſeruitute captiuorum in bello. Belli iuſta cauſa ad quæſtionem, Carleual. *de Iudiciis p.1. diſp.2. ſub q.1.* duci tradenda eſſe, quæ capiuntur tempore belli, Gratianus *Reg.*154. Ad quæſtionem Suarez. *diſp.45 ſect.5. & ſect. 6. & à n.4.* An puniatur Victor, qui ſine ordine bellum dedit Cou. *in Clem. ſi furioſus 2.p. in princ. à num.4.* in medio verſic. *nec tamen eſt diſſimile*, & §. 3. *à n. 2. & ad quæſtionem lib.3. var. cap. 2. à num.* 11. De acquiſitione bellica Oſualdus ad Donellum *lib.4. cap.*21. captiuos Chriſtianos apud Turcas non fieri iterùm Chriſtianorum ſeruos, Pius V. *in conſtit.* de quibus Scortia *Epitom.* 120. idem Couar. *in d Reg. pecc.* §. 10. agit de bello aduerſùs infideles. An Principi Chriſtiano liceat cum Turcis, & aliis infidelibus pro ſui, & ſuorū defenſione amicitiam inire, vt dimicet contra alios Chriſtianos, Chacherranus *in quadam diſputatione in fine ſuarum deciſionum*, de iure belli Salcedo *de lege Politica lib. 1. cap.6. ex num* 39. an milites extranei dubitantes de iuſtitia belli poſſint militare ſine peccato? Diana *p.3. tract.5. miſcel. reſ.96.* Riccius *collect.* 1614. vbi cuius fiant capta ab hoſtibus? Ad alia de bello *collect.*412. quæ permittantur Principi ratione belli, Ceuallos *in pract. q. 906. ex num.*101. & 117. vbi quando dicatur iuſtum bellum cum aliis de ætate ad militiam, Narbona *Anno* 18. *q.2.* An bellare in diebus feſtis ſit per ſe licitum Diana *p.4. dicto tract.4. reſ.*229 Ad quæſtiones videbis Couarr. *in 4. p.2. cap.3.* §. 4 *à n.*13. & 14. An capti in bello fugere poſſint, Trullenq. *in opere morali lib.5. dubio 6.* an miles ſubditus poſſit militare in bello iniuſto Diana *p.9. tract.* 8. *miſcel. reſ.68.* & de aliis quæſtionibus circa Clericos bellantes, & quibus pœnis incurrant, idem *p. 9. tract.9. reſ.5.7.8.& 9.* vbi an poſt victoriam Clerici inuenti in exercitu poſſint impunè occidi.

4 De hac belli materia applicabis dicta *in tit. de Clericis pugnantibus in duello, & in cap. petitio de homicidio ad titulum de torneamentis.* Et videbis adducta *in cap. ad liberandam de Iudæis, & Sarracenis.*

5 Et in verſic. ibi *ſtudeatis inducere vt vniuerſa per huiuſmodi violentiam occupata reſtituat.* Ad hæc verba applicabis plura quæ adduxi *ſuprà de reſtit. ſpol.* præcipuè *in cap. grauis. & cap. olim cauſam* cum aliis.

6 Et in verſic. ibi, *quod ſi acquieſcere noluerit cogatis per ſententiam excommunicationis, terram eius interdicti ſententia ſupponentes.* Per hæc veeba agi poteſt de excommunicatione infligenda contra inobedientes iuxta dicta *in cap. 1. de Iudiciis,* plura *in tit. de dolo & contumacia*, & alibi. Item & quibus in cauſis interdictum locale pronuntietur, adiunges dicta *ſuprà in c. ex reſcript. q* 6. & quæ dico *infrà ad Rubr. & tit. de ſent. excomm.*

AD TEXTVM

in §. Iuramentum autem huius Textus.

PRÆMIS SVM.

I. DE materia huius Textus, ſeu §. adiunges quæ latè adduxi *in cap peruenit, & l. 2. & 3.* in ordine, vbi in ſecunda eius parte egi de quæſtione, vt quando iuramentum præſtitum eſt vtriuſque partis aſſenſu vna non adimplente, alteram non teneri. Interim videbis quæ adducit Balboa, *in dicto cap. 3. à num.* 94. vbi de obligatione reſpectiua explicat Graña *ibi num.5.* vbi agit de dubio, an periurus ſit, qui Iuſiurandum violat, & variis punitur. Et de intellectu *ibi, num.4.*

AD TEXTVM

IN CAPITE XXX.

Nimis, de Iureiurando.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Ius Canonicum aliquando appellari Diuinum.*

TExtus iſte quatenùs agit de iuramento fideli- 1
tatis regulariter per dicta *ſuprà in cap. veritatis* 14. *hoc tit.* & per *ibi*, notata. Er applicabis
dicta *in cap. ego 4. hoc tit.* † Sed quatenùs do- 2
ctrina Textus noſtri ſit, vt Clerici non habentes temporalia à laicis, non teneantur eis præſtare iuramentum fidelitatis, quaſi ſi haberent ad id tenerentur, adiunges quæ adduxi *ſuprà in cap. cæterum 5. de Iudiciis,*

Et in verſic. *nimis de Iure Diuino.* Per hæc ver- 3
ba docent Doctores adducti à Barboſa *num.* 2 hic aliquando ius ipſum Canonicum, Diuinum. appellari. Verùm occaſione horum verborum agit Balboa *in cap. 2. de Iudiciis, à num.* 18. de quæſtione, an exemptio Clericorum à poteſtate Laicorum ſit de Iure Diuino? Sed qualiter hoc contingat optimè dixi *ſuprà in dicta cap. 2. de Iudic.* cui adiunges dicta *in cap. 3. cap. at ſi Clerici 4. cap. qualiter* cum aliis illius tituli, & *in tit. de foro competenti*, & adiunges adducta per
Couarun. *in pract. cap. 37. à n. 1.* † Et ad quæ- 4
ſtionem, An Clerici dici poſſint, & ſint reuera Vaſſalli Principum ſæcularium? Iam alibi dixi interim videbis adductos à Diana *p. 5. tr. 1. reſol.* 19. Et ad materiam Textus videbis Velaſc. *tom.1. conſult.*100. *ad aliam q.*21.

AD

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXI.
Petitio, Hoc Titulo,
PRÆMISSVM.

I. AD huius Textus materiam facit Textus, & *ibi* notata *in cap. intellecto hoc tit.* & faciunt adducta *in cap. 2. hoc tit.* vbi dixi quod iuramentum debet intelligi ſaluo iure Superioris. Faciunt quæ dico *infrà in cap. penult.* quatenus ille qui iurat non eſſe contra aliquem, non porrigatur ad caſum, quando iuranti intereſſet, aut quando eius iuramentum præiudicaret Eccleſiæ ſuæ, quam defendere tenetur iuxta alia dicta, & quæ notat hic Barboſa cum multis, *num. 2.*

II. Et in verſic. *Princeps Anthiochen, timens conſpirationes aliquas fieri contra eum à vobis iuramentum extorſit*, hoc iuramentum fuiſſe violenter extortum præſumitur, & per potentiorem. Et ſic applicabis dicta *ſuprà in cap. verùm 15. hoc tit. & dicta in cap. veniens 16. de iuramento extorto per dolum. & fraudem.*

III. Et *ibi* in verſic. *interpretatione congrua declaramus vos iuramento huiuſmodi non teneri*, applicabis dicta *in cap. quemadmodum 25.* vbi ex mutatione Rei, aut cauſæ iuramentum non obligat, & quæ iam *alibi hoc tit.* adduxi, nempè quod iuramenti obligatio eſt ſtricti iuris, nec extendenda vltra intentionem iurantis, & *in cap. debitores, cap veritatis, cap. penult. hoc tit.*

IV. Et ibi *coercendo res à machinatione dumtaxat per quam idem Princeps deberet læſionem perſonæ, vel ſui amiſſionem incurrere Principatus.* Qualiter ſubditi debeant ſuo Principi obedire, applicabis dicta *in cap. nouit, de Indiciis. à quæſt. 1. & alibi in tit. de maioritate*, & *obedientia.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXII.
Ex Litteris, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

I. DE principali puncto noſtri Textus, quatenus dicit vt poſſit Iudex in qualibet parte litis ex officio ſuo, deficiẽtibus probationibus exigere à partibus iuramentum de veritate dicenda. Applicabis quæ dico *infrà de deferendo Iuramento in cap fin. hoc tit.* Et applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap. 2. de probat.* Videbis quæ tradit Oſualdus ad Donell. *lib. 24. comment. cap. 19. littera C*, Parladorius *lib. 2. rer. quotid. cap. 2. & ad titulum de vſuris* & quæ adduxi *ſuprà in cap. debitores, cap. ad noſtram 7. & 20. hoc tit.* Et quia Gloſſa hic agit de quæſtione quis ſit Iudex in cauſa vſuraria, & decidit pro Eccleſiaſtico; Ideò videbis quæ adduxi *ſuprà in cap. cum ſit generale de foro compet. q. 8. & in cap tuam de ordine cognition. q. 5. & alibi.* Videbis Balboam *in cap. 2. de Iudiciis 174. & in dicto cap. 8. de foro. comp. §. 2.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 3.* de pœnis contra vſurarios, & applicabis dicta *in cap. 2. de Iuram. calumniæ.* II. Et quatenus in præſenti deſideratur iuramentum, vt veritas probetur, applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap. cum clamor de Teſtibus, & in cap. 5.* ibi & adducta in aliis capitibus *ibi*, vbi aliquando Teſtes poſt concluſum in cauſa admittuntur pro eruenda veritate, vt in *cap. 18. 19. & 46.* & aliis. Item & adducta in *cap. 6. de Iudiciis à quæſtione 6.* cum aliis, quod idem procedet in qualibet cauſa, vbi imminet peccatum, argum. Textus *in cap. litteras de reſtit. Spoliator. cap. lator. cap. tenor. de re Iudicata.*

III. Et ibi *mandamus quatenus partes ad præſtandum huiuſmodi iuramentum per cenſuram Eccleſiaſticam*, &c. applicabis compulſiones de quibus contra contumaces vtitur Pontifex *in cap. 2. cap. 4. vt lite non conteſtata* vt *ibi* dixi, & ad pœnam nolentis iurare, applicabis ibi dicta *in cap. fin. §. fin. de iuramento calumniæ*, alia de confeſſione partis, de credulitate, vt ei præiudicium faciant, ſcribit cum aliis Barboſa *hic num. 2. & 4.* & ideò applicabis dicta *ſuprà in cap. cauſam 37. de Teſtibus*, vbi egi de requiſitis, iuxta quæ Teſtes deponere debent, & de Teſtibus de credulitate deponentibus quanta ſit adhibenda fides.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXIII.
Intellecto, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

1 *Reges non poſſunt alienare etiam cum iuramento res ſuæ coronæ, & an ſubmittere Regna ſua directo dominio Papæ, num. 2.*

4 *Promiſſiones factæ à Principe ſæculari ante electionem poſt eam reuocantur.*

5 *Factum ab aliquo vti Canonico reuocatur ab eodem Epiſcopo creato.*

7 *Princeps concedens caſtrum cum iuriſdictione non videatur merum Imperium conceſſiſſe* remiſſiuè.

AD materiam huius Textus applicabis di- 1
cta *in cap. 2. & notata in c. ſicut noſtris 27. cap. petitio 31.* Sed quia ex multis probat Barboſa *hic*, quod Reges non poſſunt, etiam cum Iuramento alienare res ſuæ coronæ, nec ſuo Regno ſeruitutem imponere, ideò applicabis quæ Couarr. adducit *in cap. quamuis pactum de pactis, lib. 5. p. 2. §. 3. à num. 3.* Vbi an Rex poſſit alienare res ſui Regni.

Et an poſſint Reges ſubmittere ſua Regna, & 2
ſtatus directo dominio Papæ? Tradit Mattha *de iuriſdict. 1. p. c. 29. & 30.* & an periurus ſit Prælatus iurans res Eccleſiæ non alienare, ſi eas locauerit per noſtrum Textum Couarruuias *lib. 2. var. cap. 16. num. 2.* de qua dixi in *dicto cap. 2. hoc tit.* & ad Textum noſtrum cum multis Zenedo *collect. 109.* Et per Textum noſtrum diſputat Antonius Gomez. *in leg. 50. Tauri num. 58. de quæſtione*, quam ſuprà poſui *in cap. ea te 21. hoc titulo.*

Et quia *hic*, Textu noſtro illicitum dicitur iu- 3
ramentum de non reuocando alienationes contra prius

prius Iuramentum de non alienando res Regni; ideo applicabis notata, *in dict. cap.22. & in cap. tua nos, hoc tit.* Et de Iuramentis illicitis non ſeruandis, videbis *dicta in cap.* 12. §.1. *& in cap. Quintauallis*, cum aliis huius tituli: Alia notat Barboſa *hic*, & intelligit Textum noſtrum, *n.*3. & melius cum multis nouiſſime idem in additionibus, vbi plura reſoluit ex multis ſub verborum compendio: Aliqua conducibilia videbis, *in cap. nouit de iudiciis, à q.1. cum aliis.*

4 Ex his infero quod promiſſiones factæ à Principe ſæculari ante electionem, reuocantur poſtea ſequuta electione, docet Rodericus Suarez *allegat.* 10. *num.*5. vbi refert quod hic eſt caſus, in quo iurans ante ſuam promotionem in præiudicium dignitatis, non tenetur ad obſeruan-

5 tiam poſt promotionem. † Et ſic ex Textu *in c. ſicut* 27. *hoc tit.* notatur, vt factum ab aliquo, vti Canonico, reuocatur ab eodem Epiſcopo creato, vt per Abbatem *ibi num.* 3. Suarez *de Religione, tom.*2. *lib.*2. *de Iuram. cap.*35. *n.*6. Flaminius *de reſignatione benef. lib.*3. *q.*18. *n.*101. vbi *n.*102. reſoluit dictum Roder. Suar. iam allegatũ.

6 Alia applicabis *ſup. in cap. quia* verſic. *de Iudicijs*, vbi nonnullas quæſtiones adduxi circa ſucceſſores, an ſtare debeant contractibus ſuorum prædeceſſorum? An acta contra iuramentum valeant, explicat Suarez *de Relig. d. lib.*2. *tom.*29. *&* 30. de quo iam dixi *ſuprà*.

7 Et quia DD. communiter improbāt alienationes à Principib. factas & rebus ſuæ coronæ; ideo indubium vertitur quæſtio, de qua Faquin. *lib.*3. *controu. c.*19. vbi ſupponens valere alienationem, ſeu donationem Principis. In alio quæſtionem ponit, nempe an Princeps concedens alicui caſtrum cum iuriſdictione, videatur merum imperium conceſſiſſe, illum leges, & proportionaliter applicabis ad noſtrum textum. Et de hoc *in c.*1. *de offic. Iudicis.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXIV.
Mulieri, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſis matrimonialibus. Et num probet fugam creditoris, n.*2.

3 *Confeſſio qua oritur ex inſtrumenti productione eo reprobato corruit, nec nocet rei quando apparet quod contra ſentiant.*

1 MATERIA huius textus ſatis videtur tractata ex his, quæ addnxi, *in c.*4. *de probat.* & *in cap. ſuper eo* 22. *de teſtib* & alibi, & applicabis notata *ſup. in c tua nos* 24. *hoc tit.* Et quatenus Gl. *hic* verb. *abſoluto* ibi, nunquid deferretur ei iuramentum; quatenus DD. adducti hic à Barb. dicunt quod iuramentum in ſupplementum probationis, non defertur in cauſis matrimonialibus, applicabis etiã Couarr. *in* 4. *p.*2. *c.*4. §.1. *toto n.*5. Et ad Gloſſ. *hic* de periuro matrimonium contrahente, idem Couarr. 2 *p. in* 4. *c.*6. Et de iuramento deferendo latè, *cap. ſeq.*

2 Ad quæſtionem, de qua occaſione textus noſtri nonnulli tangunt, videbis Faquineum *lib.*13. *controuerſ. cap.*84. vbi, an per iuramentum creditoris prob etur fuga debitoris.

3 Et per textum noſtrum Abbas, & alij dicunt quod confeſſio, quæ oritur ex inſtrumenti productione, inſtrumento reprobato, ipſa corruit, de qua Gratian. *reg.*87. vbi ponit limitatione, & ipſe *reg* 86. ait, quod confeſſus in Iudicio nullo poteſt condemnari, de quibus iam alibi. † Et *in c. ſi* 4 *cautio de Fide Inſtrum.* egi de quæſtione, an confeſſio patris, facta in inſtrumento circa benemerita, & ſeruitia, filij probet ea præceſſiſſe, quæ etiam proportionabiliter applicabis, eo quod per verba textus noſtri in verſ. *nec hoc ei dicimus prohibendum*, notat Barb. *hic n.*3. cum Hipol. *in conſil.*20. *n.*61. quod confeſſio nunquam nocet reo, quando apparet contra ipſum eſt ſententiatum.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXV.
Clericus, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

I. TExtus iſte agit de prorogatione iuramenti de vno caſu ad alium, ſiue de eiuſdem extenſione. Et quatenus hic inquiritur de prorogatione facienda, applicabis adducta *ſup. in Rub. de dilat. à q.*2.3.4.5.7.8. *&* 9. & ad multa alia de prorogatione, applicabis quæ addnxi, *ſup. in c. ſignificaſti* 18. *de foro comp. & alibi.* II. Et quatenus per noſtrum textum ſolent diſputare DD. an ad iuramentum, verba ſint neceſſaria; ideo videbis quæ adduxi, *ſup. in c. etſi Chriſtus hoc tit. q.*1. verſic. *ad ſecundam*, Couarr. intelligit *in c. quãuis pactũ* 1. *p. n.*5. *& n.*8. Ceuall. cum multis *in pract. q* 406. Faqnin. *lib.*1. *controuerſ. cap.*8. III. Et per textum noſtrũ poteſt diſputari de quæſtione, an obligatio, quæ oritur ex iuramẽto, ſit ſtricti iuris, aut bonæ fidei, de qua *in c. veritatis hoc tit.* vbi latè probaui iuramentum ſtrictè interpretãdum, nec comprehendere hæredes iurantis. IV Et *ibi q.*1. verſic. *ad tertiam*, egi de quæſtione, an promiſſio iurata extendatur ad incogitata? Ad alias quæſtiones *ibi ſub q.*2. *& ſub q.*3. Et applicabis quæſtionem, de qua *in c. veniens* 16. *q.*1. verſic. *ad quartam*, & verſ. *ad ſextã*, ſeu iuramentum porrigatur ad hæredes, eius cui iuratur, dixi latè *in d. cap. veritatis* 14. Hic adjunges nonnulla, quæ dixi, *in c.*1. *de Iudic.* vbi de obligatione ſimplicis promiſſionis, & quæ adduco *in cap.*1. *&* 3. *de pactis.*

QVÆSTIO I.

Quare iuratus ſeruare ſtatuta edita, ſi poſtea per illud iuramentum promiſit edenda, ſeu poſtea edita ſeruare, non teneatur ad nouiter edita virtute iuramenti, cum in multis caſibus ſine expreſſa verborum conceptione, cenſeatur præſtitum iuramentum: Et iurans ſeruare ſtatuta Reipublicæ, ſeu alterius communitatis, ad quæ teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de ſeruandis ſtatutis editis, non porrigatur ad ſtatuta de nouo edita, ſeu edenda, & quare, n.*2 3.4.5.6.7. *&* 8. *ſecus ad additionem antiqui ſtatuti iurati, n.*9.

3 *Iuramentum ſemel iam præ ' itum extendi nnn poteſt ex ſolo conſenſu, & voluntate iurantis ad aliam*

alium caſum, niſi de nouo præſtetur expreſsè, n.4.& etiam ſi Notario dicas vt illud extendat in inſtrumento, n.6. declaratur, n.8.& 9.

3 *Futura, incerta, & dubia ſunt, graueſque exitus habere ſolent.*

7 *Periurium vt incurratur ſatis non eſt relatio ad aliud iuramentum.*

10 *Iurans ſeruare ſtatuta alicuius communitatis, cenſetur de his quæ ſunt in vſu, non de edendis niſi de eis expreſsè ſentiret, n.11.*

11 *Iurare, & non iurare, eſt in poteſtate hominis, ſed præſtito iam iuramento non pendet ab eo maior vel minor eius obligatio, expeditur, n 12.13.14.*

12 *Textus noſter intelligitur, n.13.& 14.*

15 *Iurans non tenetur ſeruare ſtatutum vſu non receptum, & quando iuxta intentionem petentis, n.16.& quæ non obligant n.19.& 20.*

17 *Iurans ſeruare decreta alicuius congregationis obligantia ſub certa pœna, nunquid peccet frangendo? n. 18. 22.23.24.25.*

21 *Iurans teneri ex vi iuramenti ad obſeruanda minima ſtatuta.*

23 *Scholaſtici tranſgreſſores præcepti Rectorum Academiarum ſub pœna præſtiti qualiter peccent?*

24 *Iuramentum ſeruandi ſecretum alicuius congregationis, aut alterius ſpecialis ſecreti, quale peccatum, num.25.*

1 AD primam difficultatis partem faciunt dubium quæ adduxi *ſuprà in c.& ſi Chriſtus hoc tit.q.1.* verſ. *ad ſecund.* vbi probati tacita intentione iurantis abſque vlla verborum expreſſione, iuramentum obligare, ergò cum in hac ſpecie qui iurauit edita ſtatuta Eccleſiæ ſeruare, & poſtea per idem iuramentum promiſit ſeruare de nouo edẽda, aut edita, voluit de nouo iurare, aut prorogare primum præſtitum iuramentum, ſic Couar. *in c.quamuis pact. de pact. lib 6 in princ. p.1. num.6.*& Panor. *hic n.4.* dicentes cenſeri iuramentũ repetitum quoad omnes effectus per extenſionem, aut relationem ad primum, quoad omnes effectus, quando ex verbis, aut coniecturis colligitur mens & intentio iurandi, cum vt iam dixi non ſint præcisè verba neceſſaria ad vim, & effectum iuraméti, ſed ſatis ſit quomodocumque de intentione conſtet, ſed cum clericus hic per idem iuramentũ promiſiſſet edenda ſeruare, quid clariùs quæſo poteſt probari ad intentionem ipſius volentis extendere, aut prorogare iuramentum ad noua

2 ſtatuta. † Quare & ſi exiſtiment nonnulli, quos refert Barb. *hic n.3.* propterea in ſpecie noſtri textus clericũ non teneri ex vi iuramenti, quia in iuraméntis requiritur vt ipſa nominatim, & ſpecialiter verbis exprimantur, vel mente cócipiantur, ac per conſequens quæ fiant per relationẽ ad aliud non congruè reſpondent ex dictis, & ſic alij autumant potiùs clericum promittentem per idem iuramentum non teneri ex vi illius; quia iuxta legitimũ verborum ſenſum præſumitur illum non intendiſſe de nouo iurare, eo quod noluit extendere cauſam, nec ſubſtantiam, & ita iuramentum ipſum iam præſtitũ. ſed voluit tantum extendere vinculum, id eſt effectum iuramenti ad caſum ſub illo non comprehenſum, quod non erat in eius poteſtate; quia effectus ille obligandi, & ita vinculum non poteſt dari abſque ſua cauſa, & iuraméto & cum clericus iuramentum, & dictam cauſam non extenderet, non poteſt extendere effectũ, qui ſine cauſa exiſtere non valet ex reg. text. *in c.cum ſuper 23. de offic. deleg.* ſcilicet quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. † Itaque Sanch. *in præcept. dec. lib.3. c.17. n.14 15.& 26.* Trull. *in opere mor. lib.2. c.1. dub.17. n.24.* docent ex noſtro textu iuramentum ſemel iam præſtitum extendi non poſſe ex ſolo conſenſu, & voluntate iurantis ad alium caſum, niſi illud iterùm præſtetur, quia velle iuramẽtum ſuum iam factum ad alia extendi non eſt velle iurare, nec poteſt qui ſemel iam iurauit ad alia iuramentum ſuum extendere, niſi de nouo iurare intendat, quod idem voluit Couarr. *ſuprà n.5.*& Sayr. *in Clau. Reg. lib.5. c.1. n.10.* vbi tenet hic non agi de iuramento mente cócepto, ſed potiùs de extenſione iuramenti, quam noſter textus negat, fieri poſſe ad caſum non contentum, quando iurat abſque nouo conſenſu, & intentione iurandi de nouo, quo ſenſu ait Barb. *hic n.6.* accipiendum eſſe Sanch. *d. lib.3. cap.1. num 20.* 3

Vnde quia doctrinam text. noſtri defendunt hic præter ordinarios antiquos, Cujac. *in Parath. l.* Vivian. *in ration. p.233.* Alag *in comp. iur. Can. p. 300.* Caſal. *in annot.* Gim. *in concord. p.1.& 2.* Butr *in c.ab excomm. de reſc. n. 23* Cotta *in memor.* verb. *iuram.* Couar. *vbi ſuprà 1.p in init. n.1.* Tiraq. *in l.16. conn. Gloſſa 7. à n.121.189. 199.* Silu. verb. *iuram.4. q.23.* Gutt *de iuram. conf. 1. p. c.49.*& ibi *n.23.* Azor. *inſtit. mor. p.1. lib.11. c.1.* verſ. *tertia opinio*, & alij iam relati, qui omnes, & infrà referendi docent quod iuramentum ſimpliciter præſtitum ſeruandi ſtatuta alicuius communitatis, minimè extenditur ad futura niſi expreſsè iurans ad futura id extendere velit, ex eo quia iuramentum ob periurij periculũ & ob detrimentum quod ſequi poteſt ſtrictiſſimi iuris eſt, & interpretationis (iuxta notata in præmiſſo noſtri text.) Itavt non comprehendat id quod verba latè ſignificant. † Deinde quia cum futura ſint incerta, & dubia, graueſque, ac moleſtos exitus interdùm habere ſoleãt, non eſt veroſimile iurantis intentionem ad ea petendi, & fore vt ea iuret ſi menti occurrent, ſic colligunt *hic,* Butr *n.1. not.1* Bald. *n.1.* Alex de Neu. *à n.13.* Barb. *n.7.* Silu. *d q.23* Led. *in ſum. tom.2. tract 21. c.5. dubio 2. concl.2* cum aliis Sanch. *in præcept. decal. t.1. lib.3. c 14.* Abbas *hic,* Archidiac. *in cap. ne quis 22. p.2.* Villalob *in ſum p.2. tract.36 dif.5. n.23.* Anaſt Germ. *de ſacror. immunit. lib 2. à n.44 & 58.* 4 5

Vnde infero primò quod ſi Notario dicas, vt inſtrumentum, vel Chirographum ad alia extendat, non cenſetur extendi iuramentum, niſi id exprimas. Trull. *in oper mor. d c.1. lib.2. dub.17. ſub n.19.*& Bonac. *diſp.2. t.2. q.2 punct.7. n.17.* ait vt quando dubium eſt de obligatione iuramenti explicãdum eſt vt quantum fieri poteſt minùs obliget, ſeruata verborum proprietate, ergò cum prorogatio fuerit facta, non facta mentione iuramenti, non debet cenſeri iuramentum prorogatum. quod dictum intelligo iuxta diſtinctionem *ſuprà relatam*; ſiquidem hic clericus promiſit per idem iuramentum ſeruare ſtatuta edenda, aut de nouo edicta. 6

Infero ſecundò cum Sanchez, *dict. lib.3. Decalog. cap.1. num. 21.* quo ad vim iuramenti, & ad incurrendum periurium, ſatis non eſſe relationem ad aliud iuramentum, & ſi ea fiat per ipſummet iuramentum, niſi de nouo iurare intendat. Ex quo intelliges veram eſſe ſententiam Abbatis *hic, num.4.* Couarruuias *dict. 1. p. in initio num. 6.* verſic. *decimo illud eſt*, Silueſter *dict. q.23.* exiſtimantium hunc textum non obtinere in foro conſcientiæ, ſi per illa verba clericus haberet intentionem iurandi nouum ſtatutum, 7

quia tunc cum non intendat vinculum prioris iuramenti extendere, ſed intendat in ipſam ſubſtantiam, & in ipſum iuramentum, & formam, quam iam præſtitit, ſequitur quod de nouo iurauit per illam rem ſacram, per quam priùs iurauerat, ſequitur Barboſa *ſub n.*4. Trull. *dict.n.*24.

8 Infero tertiò etiam hunc textum non obtinere in foro exteriori, quoties ex aliquibus verbis & coniecturis poſſit deprehendi mens, & intentio iurantis. Ob idque ſanè, ſi quis iuramento iam præſtito ſuper aliqua te dicat poſtea promitto & iuro per idem iuramentum me id facturum iudicabitur etiam iuramentum in foro exteriori; quia tunc propter verbum *iuro*, præſumitur non intendiſſe illum prioris iuramenti vinculum extendere, imò potiùs ſe retuliſſe ad iam præſtitum iuramentum, & ita de nouo iuraſſe, vt reſoluunt citati *n.præced.* Villalob. *ſuprà ſub d. n.*23. Sanch. *d.lib* 4. *cap.*1.*n.*20. *&* 21. Trull. *ſub dicto n.*24.

9 Infero quartò quod ſi nouum illud ſtatutum, quod promiſit Clericus ſeruare ederetur ad ſolius declarationem veteris, vel ad tacita in antiquo ſtatuto declaranda ad illud primum extendi iuramentum; quia tunc non eſt uouum ſtatutum, ſed idem cum veteri docent Sanch. *d.lib.*3. *in præcept. Decal.cap.*14. *n.*1. Barb. *hic ſub n.* 7. Et ita ex his imputat qualiter declaretur obiectio adducta, *n.*1.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ eſt declaratiua Textus noſtri, dico primò quod ſi quis iurauit ſeruare decreta, & regulas alicuius cōgregationis, aut ſtatuta Reipublicæ, Seminarij conſtitutiones, vniuerſitatiſve tenebitur ſeruare ea, quæ ſunt in vigore, & quatenùs ſunt in vſu. & quæ ſolent à toto, vel maiore parte Collegij ſeruari; non verò ea quæ non ſunt in minore poſita, & in deſuetudinem abierunt, videlicet quando tota, aut maior pars vniuerſitatis, vel communitatis non ſeruat; Sanch. *d.l.*3.*c.*14. *n.*2. *&* 7. cum aliis Diana *p.*2.*tract.*6.*miſc.reſ.*39. Azor. *lib.*11. *mor. c.* 8. *q.* 7. *&* 8. Leſſius *lib.*2.*de iuſt c.*42.*dub.*4.*n.*22. *& c.* 12. *dub.* 7. quod procedit, niſi aliud conſtet de mente iurandi, vel niſi ad illa ſe voluerit obligare per ſe, & independenter à ſtatuto, in dubio autem non præſumitur ea intentio iurantis, vt dicit Sanch. *ſuprà n.* 13. Trull. *d.dub.*17.*n.*8. Itaque Sanch. *dicto c.*14. *n.*1. Villalob. *d.tract.*36 *p.*2.*dif.*5.*n.*27. docent iuramentum abſolutè præſtitum ſeruandi ſtatuta alicuius cōmunitatis, intelligi tantùm de iam editis, non verò de edendis, quia tale iuramentum non extenditur ad futura, niſi expreſsè iurans ad futura extendere velit.

11 Et quia adhuc verba textus noſtri pūgunt cum Clericis per idem iuramentum promiſiſſet ſtatuta de nouo edita ſeruare, & reſpondeat Pontifex non religione iuramenti ad nouiter edita obligari, ſed tantùm promiſſionis fœdere; ideò omiſſa declaratione Couar. *in d c. quamuis pact. ſub n.* 5. *initio p.*1. Suar. *de relig.lib.* 1. *de iur.c.*11. & Cujacij in præſenti aſſerentium potuiſſe clericum denuò iurare, ſed iuramentum primò præſtitum extēdere non potuiſſe, quia iurare, & non iurare eſt quidem in poteſtate hominis, ſed poſtquam præſtitum iuramentum in cauſa aliqua ſit, non eſt tunc in hominis voluntate efficere, vt iuramentū illud maiorem, vel minorem habeat obligationem, cum ſuus ſit iuramento iam amiſſo effectus naturalis
12 quem augere, vel minuere homo non poſſit † Melius Lælius Manc. *diſp.genial.& anniuerſar. iur.diſput.cent.*3.*c.*206.*ſub n.*2. qui diſtinguēs inter promittere per idem iuramentum, hoc eſt eodem, ſed repetito iuramento, vel per idem iuramentū non repetitum, non reuocatum, ſed in ſuo eſſe conſiſtens, ſi priori modo ait in noſtro textu, non tam voluiſſe extendere Clericum, quod non potuit, quam ſe eodem, id eſt pari iuramento denuò religare, quod potuit, ſi poſteriori tunc aliter conſtituerem, oportere, quia iuramentum, de quo hic fuerat de ſtatutis editis, quorum finibus circunſcribebatur, nec protendi aliquo modo poterat ad edenda, quaſi ad incogitata; & ſic reſponſum præſtitum hic fuiſſe clericum non obligari, nam tenor primi iuramenti reſtringebatur in legibus ante editis, & quoad nouas legum conſtitutiones nullum denuo prolatum iuramentum fuerat.

Cumqne iuramentū nihil aliud ſit quam pro- 13
batio, *l.tutor.ff.hoc tit.l ſi quis iurand. C.de reb. cred. l.vlt.*§.*licēt.C.de iure delib.c.*2.*de prob.c.mul.hoc tit.* & probatio autē ſui natura in eo ſtringatur, quod probatur, ſicut ergo inauditum eſſet probationem per teſtes ad cauſam protendi poſſe, quæ probata non eſſet, ſic & probationem per iuramentum; ita expendit Læl. Manc. *ſuprà n.* 4. qui dicit primum
ſe explicare fortè ad mentem Pontificis *hic.* † Et 14
ſic ampliùs expēdens vt ſequitur Barb. *in addit.ad dit. ad text. noſtr. ſub n.*7. *&* 8. diſtinguit aut ergo clericus errauerat, putans ſufficere iuramentū primò præſtitū, & tunc detecto errore ceſſauit obligatio, quaſi erroneæ conſcientiæ, aut non errauerat, ſed decipere eos voluerat, quibus iuraturus erat, & tunc idem; nam deceptorum iuramentum non fuit iuramentū; obidque debuiſſe Pontificem definire, vt definiuit maximè, quia diſputabatur res in foro externo, vbi verba ad fauorem profeſerentis, & promittentis interpretationem omnem capiunt, *ex l. quidquid, ff. de verb.obligat. l.ſi quis intentione, ff. de Iudiciis.*

Ex his colligo iurantem non teneri ad ſeruan- 15
dum ſtatutū vſu non receptum, etiamſi in indiuiduò petitum ſit ab eo iuramentum ſeruandū illud peculiare ſtatutum: nam adhuc cenſetur iuraſſe obſeruantiā illius ſtatuti, quatenùs vſu receptum eſt, & non aliter, nam non cenſetur independenter à ſtatuto, ſed potiùs dependenter ab eo, quatenùs ſtatutū obligat, Suar. 3 *p.tom.*4.*diſp.*35 *ſect.*3. *n.*5.
Sanch. *dict.lib.*3.*mor. c.*14. *n.*9. *&* 13. † Qui addit 16
hoc idem procedere, quando authoritate publica virtute alicuius ſtatuti, petitur iuramentū ſeruandi illud ſtatutum, non facta mentione ſtatuti, quia iurans cēſetur iuraſſe iuxta intentionē extorquentis iuramentum; ſed petens iuramentū cenſetur id facere vt ſeruetur ſtatutū, quatenùs vſu receptū eſt
& quatenus obligat ergò. † Colligo ſecūdò cum 17
Vaſq. *de leg. diſp.*158.*c.*5.*n.*51. Salas *de leg.diſp.*15. *ſect.*1.*n.*10.*& diſp.*10.*ſect.*9.*n.*53. San. *vbi ſup.n.*54. Bonac. *d.t.*2.*diſp.*4.*q.*1.*punct.*16.*n.*2. verſ. *ex quo patet*, Trull. *in oper.mor. c.*1.*lib.*2.*dub.*17. *ſub n.*8. verſ. *licet* valdè probabiliter ſuſtineri poſſe eum, qui iurauit ſeruare decreta alicuius congregationis obligātia ſolùm ſub certa pœna non peccare illa violando, etiamſi decreta non ſint reuocata; nam iurans cenſetur ſolùm voluiſſe ſe obligare ad rem illam, quatenùs continetur in decretis, ſed res illa, quæ vt ſupponitur contineri in decretis, tantū eſt
ſeruanda ſub pœna ergò. † Et idem Sanch. *ſuprà* 18
*n.*6. quē ſequitur Barb. *hic ſub n.*7. reſoluit non eſſe tranſgreſſorē iuramenti qui ſtatuta aut non licita aut non poſſibilia minimè ſeruat, Trull. *ſuprà dubio* 17.*n.*9.*in fine per textum in cap.*1.*hoc tit. lib.*6. &
faciunt alia relata iura noſtri tituli. † Item reſol- 19
uunt *dict. num.* 7. *& n.* 8. quod nec virtute illius iuramenti obligatur iurans ad obſeruanda ea ſtatuta, quæ aliqua ratione non obligant, vt quia recepta

receпta non ſunt vel in deſuetudinem abierunt.

20 † Et putaut idem eſſe ſi huiuſmodi ſtatutũ reuocetur per potentem reuocate;tollitur enim in hoc caſu materia iuramenti,vt docent Azor.*d.lib.11. moral.c.*8.*q.*8.Sanch.*ſuprà n.*9.*&* 10. Bonacin.*dicto puncto* 16. verſ.*ex quo* cum Siluest.Nauar. & aliis.

21 Item colligo iurantem teneri vi iuramenti ad obſeruanda minima ſtatuta ſi ſunt in vſu, non tamen ſub mortali, ſed tantùm ſub veniali, quia minima in ſtatutis non obligant ſub mortali,Bonac.cum aliis *d.punct.*16.*n.*2. verſ.*ſeptimò*, Trull. *d.lic.*2. *c.*1.*dub.*17.*ſub n.*8.*paulò poſt princip.* verſ. *ad minima*. Quod vt explicem cum Sanch.*d.lib.*3. *mor.c.*14.*n.*4. dico tunc materiam ſtatuti eſſe grauem, vt ſtatutum, iuramento ſecluſa ratione ſuæ materiæ ſufficiens eſſet ad obligationẽ ſub mortali, quia iuramentum obligat eo modo, quo & ipſum præceptum,illique tantùm addit nouas vires; itavt ſit noua mortalis culpa periurij,Sacrilegij tranſgreſſio illius.

22 Ex quo primo deduco eos, qui iurant ſtatuta, alicuius confraternitatis aliquid ſtatuentia ſub ſola pœna nullam culpam contrahere, illa tranſgrediendo, vt iam dixi. † Secundò infero Sho-

23 laſticos tranſgreſſores præcepti rectorum Academiarum ſub pœna præſtiti iuramenti non eſſe periurij mortalis Reos, vbi materia non eſt grauis,vt cum iubentur ſub pœna præſtiti iuramenti intereſſe certæ congregationi Miſſarum ſacrificio, publicæ, & ſolemni publicationi; quia huiuſmodi præcepta piè ſunt interpretanda, eo quod non eſt mens præcipientis velle obligare ad mortalem, ſed potiùs vt Sholaſtici memores, cuius vinculi adſtricti ſint, ea non contemnant.

24 † Tertiò iuramentum ſeruandi ſecretò ea quæ in congregationibus tractantur quale faciunt oppidi Rectores,ſeu Iurati, & Regij auditores,& quidam alij publici Miniſtri, non obligat ſub mortali in re modica,ſed in re graui, iuxta materiam

25 quæ detegitur. † Idemque erit, quando aliquid ſpeciale ſecretum iurat quiſpiam ſeruandum, quia tranſgreſſio iuramenti in re leui, eſt culpa tantùm venialis iuxta ea quæ tradit Trullenq.cum multis ab eo relatis *d. lib* 2. *cap.*1. *oper. moral. dubio* 6. in terminis *dubio* 17. *ſub num.* 9. Sanchez. *dicto lib* 3. *mor. cap.*14 *n.*6. *&* 8. & faciunt alia, de quibus alibi dixi *in cap. debitores, cap. & ſi Chriſtus*, & aliis huius tituli.

QVÆSTIO II.

An iuramentum repetitum cenſeatur prorogatione temporis debitori facta ad ſoluendum: Et an repetitum cenſeatur prorogatione compromiſſi facta: Et an facta commutatione promiſſionis iurata maneat promittens obligatus, etiam virtute iuramenti; itavt iuramenti vinculum ad rem commotam extendatur: Et an ſi Creditor vſurarum ſolutionem die Paſchatis faciendam prorogauerit vſque ad nundinas Septembris, elapſo prorogationis tempore debitor non ſoluens periurus ſit?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum repetitum cenſetur prorogatione temporis debitori facta ad ſoluendum, num.*2. 3. 4. 5. *&* 6.

6 L. labeo & l. 2.ff.de arbitris,§. fin.n.6.litem quæritur, §. qui impleto, ff. locati.

7 *Iuramentum compromiſſi, prorogatione facta, quando repetitum cenſeatur, n.*8. *&* 9. *diſtinguitur, n.*10. 11. 13. 14.

9 L. ſeruus ea, ff. de ſeruis exportand. & n.12.

12 *Argumenta contraria diſſoluuntur.*

L. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, ff. de verb. oblig.

15 *Iurata promiſſio alicuius rei, quæ ſit cum alia commutata, nunquid ad commutatam prorogetur, n.*16.17.18.19 20.21.

L. ſi cum dies, ff. de arbitris.

23 *Iuramentum ſoluendi intra certum terminum, nunquid ſi terminus prorogetur, cenſeatur, & illud prorogatum, itavt fungens periurus ſit, num.*24. 25.

AD primam quæſtionis partem reſpondeo illud iuramentum repetitum cenſeri, primò 1 progatio cenſeaur cum omnibus ſuis qualitatibus qnas habet prior obligatio,*l.lecta, ff ſi certum petat.l.ſed etſi manente,ff de precar.*deinde ex textu *in l.item quærit.* §. *qui impleto, ff. locati*,vbi reconductio facta videtur cum eiſdem obligationibus. Tertiò quia is qui iurauit creditori ſoluere intra menſem, duo iurauit, nempè & ſolutionem, & eam non differendam vltra menſem, vndè quando tempus fuerit prorogatum, nihilominùs ad iuratam ſolutionem ex vi iuramenti manet obligatus, vt confirmatur *ex l.Celſus* 28. §.1.verſ. *ſed ipſa, ff. de arbitr. c.cum dilect.de dolo*, docet Balboa *in c.*3.*hoc tit.n.*10.*in fine*.Quartò ex Innoc.*in c.præterea requiſ. de appellat.* vbi tradit præcepto debitori facto, vt ad certum tempus ſoluat ſub pœna excommunicationis,ſi prorogetur tempus à debitore, factam prorogationem cenſeri ſub eadem pœna excommunicationis, docent Felin.*in cap.*1. *col.*2. *hoc tit.& in c.*2.*n.*34. *de ſponſ.*Couarr.*in cap. quamuis pact.*1.*p.init.n.*6 verſ.*quinto*,Gutt.*de iuram. p.*2.*c.*49. *n.*20. cum aliis Barboſa *hic, n.*5. cum infinitis Faquineus *lib.*3. *contr.cap.*6.

Alij autem ex noſtro Textu docent eam prorogationem non fieri,quia aliàs fieret extenſio iuramenti ad tempus prorogatum ab eo qui iurauit non comprehenſum, & ita ad euentum incogitatum,ſic docent Dec. *in c. de cauſis poſt n.*7. *de offic.deleg.*Cardin.*in clem* 1. § *nos itaque q.*3. *hoc tit.* Beroius *q.*100.*ad fin.*Iaſon.*in d l.lecta* Catell.Cott, *in memor.*in verb.*iuram.interp.* Bald.*conſ.*436.*lib.*1. Zabarell.*in d. Clem.*1.*q.*5. Curia Philip.*p.*2. *lib.*2. *cap.*4. *n.*2. & faciunt quæ adduxi *ſupra q.*1 2

Sed non eſt diſcedendum à prima opinione; 3 nam quod Gregorius ſtatuit in hoc noſtro textu ad rem non pertinet, ſed ad eam, in qua de iuramento extendendo agitur ad nouam & diuerſam rem, quia aliud eſt ſtatutum iam editum aliud poſtea ſequutum, quare iuramentum præſtitum de ſeruandis ſtatutis iam editis, extendi non poteſt ad ſtatuta iam edita,quæ ſunt diuerſa. & non eadem cum prioribus, ſed in quæſtione noſtra, licet terminus ſolutionis prorogetur, debitori manet eadem obligatio: quia prorogatio nihil detrahit, nec mutat priorem obligationem, ſed dumtaxat tempus addit nouum, docent Doctores primæ ſententiæ. † Et addit Barboſa taliter 4 procedere vt periurus ſit debitor, niſi intra tempus prorogatum ſatisfecerit.

5 Huic tamen ſolutioni obſtat admodùm Textus in l. labeo la 2. ff. de arbitris, §. fin. item quæritur §. qui impleto, ff. locati, vbi fideiuſſores primum datos ad alicuius obligationis tutelam non extendi, nec datos cenſeri ad illius prorogationem. Vnde ſequitur quod prorogatio facta per creditorem, fideiuſſorem liberat, qui ſimul cum debitore tenebatur intra certum diem ſoluere, vt notant Paulus *in l.4. in princip. ff. de damno infecto.* Baldus *in l. cum Hermes, Cod. locati*, Panormit *in cap. conſtitutus de fideiuſſ.* ſed vt diſſoluant dicunt Aufr. *in Capella Tholoſana* 181. Barbatius *conſ.*31. *lib.*1. Rebuff. *in concordatis Rubr. de prorogat.* in Gloſſa *Franciſc.* Iuriſconſultorum ſententiam iure optimo procedere, eo quod prorogatio ſolùm poteſt valere in præiudicium eorum, qui conſenſerunt in illam, non verò in præiudicium fideiuſſorum, qui nullum dederunt proro-
6 gationi conſenſum. † Vel melius vt alij ſenſerunt Textum *in dicta l.labeo*, §. *fin.* ideò procedere quando dies primus obligationi adiectus tendit ad extinctionem obligationis, non verò quando dies illa non extinguit, nec perimit obligationem, ſed ſolùm diem ſolutionis prorogat miſerationis cauſa, vt notauerunt Hoſtienſ. Imola, & Panormit. *in d.c. conſtitutus de fideiuſſ.* Bart. *in l. Lucius*, §. *Paulus, ff. de adminiſt. Tutor.* Iaſon *in d. leg. lecta n* 9. *& ibi* Curt. Iun. *n.*11. Hypolit. *in Rubr. de fideiuſſ. q.*6. Balb. *in c.*3. *hoc tit. n.*16.17.20. *&* 21. qui in ſpecie noſtræ quæſtionis relatam ſententiam probat, quia quando fit prorogatio termini deſignati ad ſolutionem, Creditor iuramentum non remittit quoad ſubſtantiam debiti. Si ergò debitum anteà erat ſub iuramento, conſequenter ſub iuramento debitor manebit ſub eadem obligatione; nulla enim ratione ait potuiſſe auferri, nec prorogatione tolli, ſed deferri in alium terminum. quo facta eſt prorogatio ſub ea forma conceſſa intelligatur *promitto ſolutionis dilationem, dummodo hanc ipſam obligationem intra terminum prorogatum impleas.* Quare docet Suarez *tom* 2. *de relig. lib.*2. *de iuram. cap.*36. *n.*12. iuramentum in fide ſecundi termini, eodem modo obligare, ſicut obligaret in priori, non facta prorogatione.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem poteris etiam reſpondere eiſdem fundamentis, quibus præcedenti quæſtione. Sed quia triplicem ſententiam DD. proferunt; ideò eas referendo meam in medium proferam; Itaque ſi certum tempus compromiſſo adiectum ſit, & iuramento promiſſum ſit de ſtando, & parendo arbitri ſententiæ, & poſtea compromiſſi tempus prorogetur repetitum iuramentum, etiam cenſeri tenuerunt Calcan. *conſ.*80. *n.*15. Andr. Sicul. *in conſ.*31. *lib.* 1. & alij, quos refert, & ſequitur Boërius *deciſ.*284. *n.*13. & horum fundamenta manent adducta *ſuprà dub. præced.* quæ faciunt pro repetito iuramento prorogatæ ſolutionis.

8 Secunda eſt ſententia dicentium præfatum iuramentum non prorogari termino compromiſſi prorogato huius ſunt Socin. Sen. *in conſ.*99. *col.*2. *lib.*3. Bald. *in conſ.*436. *lib.*1. Marſil. *ſingulari* 300. Ruyn. *in conſ.*61. *n.*38. *&* 39. *lib.*5. Couarr. *in cap. quamuis pact. in princip. n.*6. verſ. *octauo ſi prorogatio* alios citat Gabriel. *comm. concl. tit. de dilat. concl.*2. *n.*11. verſic. *contrarium in iuram.* nec non Seraph. Senenſ. *de priuil.* 22. *n.*71. quorum fundamentum
9 eſt Textus noſter. † Et iuuatur per Textum *in l. ſeruus ea, ff. de ſeruis exportantis*, vbi ſi fiat prorogatio compromiſſi, pœna non cenſetur repetita, vt docent Bald. *in l. penult.* §. *vxor. ff. ſoluto Matr. in l. ſi ante, C. ad pactis inter Emptorem, & venditorem* Hypolitus *ſingulari* 300.

Tertia ſententia docet diſtinguendum eſſe, nam 10
aut prorogatio fit ex partium conuentione, quæ ipſi compromiſſo incerta fuerit, puta ſi arbitris certum tempus aſſignatum fuerit ad pronuntiandum poteſtate eiſdem facta illud prorogandi, & tunc prorogatione temporis facta: repetitum cenſeri iuramentum, & ratio eſt, quia cum ea lege ſit compromiſſum, vt elapſo tempore ad pronuntiandum dato arbitris, liceat illud prorogare: tunc iuramentum de ſtando, & parendo arbitri ſententiæ eum habere ſenſum, vt compromittentes iuraſſe intelligantur, ſe arbitrorum ſententiæ parituros, quandocumque proferretur, ſiue intra
tempus poſtea prorogatū †. Aut prorogatio facta 11
eſt partium quidem conuentione, ſed nequaquam ipſi compromiſſo adiecta; & tunc ſecus eſſe dicendum, tum ex Textu noſtro, & ex dicta *leg. ſeruus ea*, tum quia talis prorogatio videtur nouum compromiſſum inducere. Huius diſtinctionis DD. ſunt Blanc. *de compr. q.*7. *n.*15. *&* 16. Couarr. *in d.c. quamuis pact. in princ.* verſ. *ſeptimo hinc deducitur*, & verſ. *ſequenti*, Seraphin. *vbi ſuprà de priuileg. iuram. n.*84. *priuil.* 22. Faquin. *lib.* 3. *controu. cap.*7. verſ. *quare*, Decius *in l. lecta, ff. de rebus cred. & in c. de cauſis de offic. deleg. n.*7. Bald. *conſ.*436. *lib.*1. idem Decius *n.*14. Balb. *in cap.*3. *hoc tit. n.*22. Quæ ſententia cum ſua diſtinctione mihi verior videtur, etſi non deſint DD. qui hanc diſtinctionem noua diſtinctione coarctent, vt nimirum locum habeat, vbi compromiſſi tempus prorogaretur antequàm elapſum tempus fuerit ei præſtitum, ſecùs ſi poſtea; quia tunc videtur eſſe nouum compromiſſum, vt declarant Couarr. *ſuprà* verſ. *ſexto ſi certè* Boërius *q.*100. *n.* 12. qui DD. non reſpondent ad argumentum, quo probatur iuramenti compromiſſo adiecti eam eſſe vim, vt compromittentes obliget ad parendum arbitri ſententiæ, perinde ac ſi iuraſſent ſe parituros arbitri ſententiæ proferendæ, tam in primo termino, quam in ſecundo.

Et fundamentis primæ ſententiæ reſponſum 12
præbui dubio præcedenti, item & textui noſtro, qui pro ſecunda adductus eſt, quem etiam optimè expendit Balb. *in d.c.*3. *hoc tit. n.*25. cum Franc. Suarez. *de rel. lib.*2. *de iuram. c.*26. *n.*10. ſolùm reſtat reſpondere ad Textum *in d.l. ſeruus ea, ff. de ſeruis export.* in qua dicitur diuerſum eſſe in pœna, & in iuramento, nam pœna eſt odioſa, non verò iuramētum, quod ſolùm adiectum eſt ad maioris promiſſionis tutelam, & vim, imò adhuc pœnam in prorogatione repetitam, nonulli putant ex *l. cum ſtipul. ſim mihi à Proculo, ff. de verb. oblig.* vbi exiſtimat Bart. pœnam debitori remiſſam à creditore non cenſeri, etiamſi creditor debitori ſolutionis diem prorogauerit, imò quod ſi non ſoluerit in-
tra diem prorogatum, ad pœnam teneatur. † Ve- 13
rùm Couar. optimè diſtinguens *vbi ſuprà in d. c. quamuis pact. n.*6. verſ. *ſed in hac controuerſ.* ait quod vel prorogatio fit ad tempus additum, ad quod producitur, & oſtenditur obligatio prior, quæ alias elapſo die, primitùs conſtituto, remaneret extincta, vt in compromiſſo, & tunc pœna non cenſetur repetita, niſi id conſtiterit ex mente con-
trahentiū. † Vel prorogatio nullā inducit obliga- 14
tionem ad tempus, vel diem prorogatum, ſed ſolū extendit diem, qui præfinitus fuerat debitori ad ſolutionē quo caſu cum eo die elapſo non fit extincta obligatio,

obligatio, ſed manet prorogatio non mutat qualitatem obligationis; & ob id adhuc manet integra obligatio ad pœnam, vt procedit Textus *in dict. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo ff. de verb. oblig.* ſequitur Balboa *in d. c.* 3. *n.* 19. & faciunt quæ ipſe adducit, *ibi d. n.* 25.

15 Ad tertiam quæſtionis partem de extenſione in eius commutatione, Reſpondeo, controuerſum admodum eſſe, an facta commutatione promiſſionis iuratæ, maneat promittens obligatus virtute Iuramenti; ita vt Iuramenti vinculum ad rem commutatam extendatur, & partem negatiuam, vt receptiorem admittunt nonnulli dicentes, nec extendi Iuramentum, nec tranſire ad nouam materiam; eo quod neceſſe ſit repetere explicite formam Iuramenti: ſic colligunt ex littera Textus noſtri Butrius *in cap. ab excommunicato, num.* 23. *de reſcript.* Iaſon *in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liber, & poſth. & in l.* 1. *§. & poſt operis, ff. de noui operis nunciat.* Tyraquellus *in l. connub. Gloſſa* 5. *nu-*
16 *mero* 120. † Et comprobant ex eo, quia Iuramentum circa materiam factum, non poteſt ad aliam transferri: nam antiquum Iuramentum fuit limitatum ad talem materiam; Ob idque ſi obligatio Iuramenti applicanda eſt nouæ materiæ, oportet nouum Iuramentum facere: & pro hac ſententia adducunt Cardinalis *in dicta clem.* 1. *hoc titulo, §. nos itaque, quæſt.* 5. Baldus *conſ.* 46. *lib.* 1. Iaſon *in dicta l. lecta, notab.* 5. Decius *in dict. cap. de cauſis de officio de leg. num.* 7. exemplum de promittente præſtito Iuramento ſoluere ita certum tempus, & is terminus prorogatus fuerit à creditore in alium terminum, in quo dicunt non committi periurium, quamuis non ſoluat diem à creditore prorogatum.

17 † Item & exemplo compromiſſi iuxta Textum *in l. ſi cum dies in princ. ff. de arbitris*, vbi ſi compromiſſum factum ſit in iudicem aliquem, vt is intra certum tempus cauſam definiat, & præſtitum fuerit Iuramentũ parendi, ſtandique ſententiæ per illum intra terminũ late, poſteaque compromiſſi dies prorogetur non tamen cenſeri prorogatũ Iuramentũ niſi iterum expreſsè iuretur, vt ſenſiſſe videtur Ioan. Andr. ad Speculatorẽ *in hoc tit. ad fin* eetiã ſi prorogatio facta ſit cum eiſdem clauſulis, & vinculis primi compromiſſi: & aduertit Socinus *conſ.* 99. *lib.* 3. idem dicendum eſſe ſi prorogatio facta fuerit intra terminum prioris, compromiſſi; ita vt vnum, & idem cenſeatur compromiſſum.

18 In hoc autem dubio exiſtimo, quoties commutatur Iuramentum, ſiue exconſenſu partium, ſiue ſuperioris iuxta dicta *in cap.* 3. *hoc tit.* cadere ſub obligatione Iuramenti id, in quod fit commutatio: nam aliàs non eſſet commutatio, aut prorogatio prioris obligationis voti, aut Iuramenti, ſed omnimoda extinctio, & noua omnino promiſſio ſimplex, & nuda; quia natura prorogationis id ſecum affert, vt ſemper cenſeatur facta cum qualitatibus, & clauſulis rei prorogatæ, *dict. l. lecta, ff. ſi certum petatur, l. legem, Cod. locati, Gloſſa in cap. ij qui Authoritate. de præb. lib.* 6. *Gloſſa in l. ſed & ſi manente, ff. de precario*, Bartol. & Imola *in l.* 1. *§. &*
19 *poſt operis, num.* 6. *ff. de noui operis nunciat.* † Et confirmatur, quia quando extenſio Iuramenti contingit ſuper eadem re, proculdubio ad Religionem Iuramenti erit ſufficiens relatio ad primum, vt iam *ſupra*, dictum eſt. Deinde quia ex propoſito noſtri dubij apparet nos agere de commutatione, non de extinctione; quare ſiue commutatio fiat in melius, actualiter exercendo opus melius, quo is, qui commutat ſatisfacere intendit priori Iuramento, & religionis obligationi, ſiue commutatio fiat quoad ipſam obligationem promiſſam, ſemper erit cum extenſione eiuſdem Iuramenti, cum neceſſe ſit vt commutans in vtroque caſu intendat ſimilem obligationem Iuramenti ſuſcipere in meliori materia, applicando obligationem Iuramenti ad illam materiam, aliàs non valeret commutatio infraudem Dei, cui iam erat obligatio Iuramenti acquiſita.

Nec obſtat fundamentum contrariæ ſenten- 20
tiæ cui reſpondetur ex iam dictis in aliis dubiis, vbi expendi Textum noſtrum, & illud, quod de compromiſſo dictum eſt, quo ſatis expenditur Textus *in dict. l. ſi cum dies, ff. de arbitris.* Deinde quia negandum eſt ſimilem eſſe rationem de extenſione Iuramenti, ac de commutatione voti, aut Iuramenti, quia extenſio non dicit Iuramenti repetitionem, ſed quandam eiuſdem Iuramenti applicationem ad nouam materiam, quæ non admittitur in Textu noſtro.

Verum ſi extenſio ſumatur late pro virtuali, 21
vel formali repetitione ſimilis Iuramenti, & plane conſtabit in Iuramento habere locum: nam in commutatione verificatur quæ dicit virtualem Iuramenti repetitionem, ſicut commutatio voti dicit virtualem voti repetitionem circa nouam materiam commutationis, & faciunt fundamenta adducta in relatis dubiis; in terminis docet Balboa *in dicto cap.* 3. *hoc tit. à numero* 10 *&* 13. cum aliis, *vſque ad* 27. † Et ſi De- 22
cius *in dicto cap. de cauſis de officio delegati*, aſſerat opinionem Cardinalis eſſe communiter reprobatam, quem etiam improbat Couarruuias *in dict. cap. quamuis pactum, lib.* 6. *num.* 7. quatenus dixit nunquam dici quenquam periurum, nec quoad periurij reatum, cenſeri Iuramentum, niſi expreſſum ſit per verbum *Iuro*, quod probatur ex adductis, *ſupra in cap. & ſi Chriſtus, quæſt.* 1. verſic. *ad ſecundam*; Suarez tamen, Sanchez, & alij, quos ſequitur Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 1. *puncto* 17. *num.* 12. Trulench. *in opere moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 23. *num. fin.* dicunt, vt qui non obſeruat id, in quod Iuramentum commutatum eſt Authoritate ſuperioris, non dicatur periurus, dicentes potius facere contra pactum, quo rem illam loco materiæ acceptauit, nec eandem aſſerationem de voto, quia Prælatus non vult totum commutare, niſi ſubditus aliud loco illius ſuſcipiat, ſeu voueat, quod non accidit in Iuramento, quæ ego limitarem in Iuramento commutato ex conſenſu partium, vel in illo, quod fit, Deo immediarate, & habetur tanquam votum ſecundùm, quam diſtinctionem exiſtimo, intelligi vltimam relatam ſententiam, in aliis autem caſibus ſuſtineri primam ex Textu noſtro.

Ad vltimam quæſtionis partem reſpondeo 23
ex dictis, *ſupra in dubio* 1. verſic. *ad primam*, & licet multi exiſtiment eſſe periurum debitorem, qui, elapſa prorogatione ſolutionis vſurarum ex Felino *in dicto cap. de cauſis, num.* 2. Decio *ibi num.* 7. Bartol. *in l. cum ſtipulatus* 113. *num.* 8. *ff. de verb. oblig.* & ex aliis relatis à Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. à num.* 68. ex eo, quod natura prorogationis ſecum trahit omnes qualitates, & conditiones

tiones priſtinæ obligationis, *dict. l. ſed & ſi manente, ff. de precario*, cum aliis adductis *ſupra*. Tamen ex iam dictis verius eſt, quod facta prorogatione non duret obligatio Iuramenti, nec periurij periculum; quoniam eſt noua temporis conceſſio, ad quam non extenditur Iuramentum ex noſtro Textu, & ex Textu *in cap. ad noſtram 20. & cap. veniens 16. hoc tit. cap. 2. de renunciat*, vbi qui beneficium abiurauit, poteſt illud denuo petere, ſi denuo fuerit à Canonicis electus; quia Iuramentum non extenditur ad caſum nouum. Ergo cum tempus prorogatus ſit, & caſus nouus non eſt cur extendatur ad illud Iuramentum ex noſtro Textu; non enim Iuramentum extenditur ad ea quæ poſtea accidunt, ſicut & tranſactio, *l. cum Aquiliana, ff. de tranſaction. l. tres fratres, ff. de pactis*; ergo ſimiliter in ſpecie noſtra; quamuis debitor ſub eodem Iuramento promittat vſuras ſoluere in termino prorogationis, non videtur de nouo obligari ex Iuramento, niſi de nouo repetatur: hanc ſententiam docent Decius *in dict. cap. de cauſis, num. 7. de officio delegat.* Cardinalis *in dict. clem. 1. §. nos itaque, hoc tit. quaſt. 3.* Beroius *quaſt. 100. ad finem*, Couarruuias *in cap. quamuis pactum in princ. num. 6.* Balboa *in dict. cap. 1. hoc tit. à num. 68.* vbi cum multis hac ratione idem in compromiſſo putat.

24 Et ſecundùm hanc ſententiam non obſtat fundamentum primæ ex natura prorogationis, quæ ſemper intelligitur facta cum qualitatibus priſtinæ obligationis ex *dict. l. ſed & ſi manente, ff. de precario*; quia hæc regula non procedit in Iuramento neceſſariam formam exigente. Nec obſtat Gloſſa fin. *in cap. is cui de prab. lib. 6.* vbi conceſſa debitori ſolutionis prorogatione, fideiuſſor eodem modo manet obligatus; quia præter relata, *ſupra in primo dubio ex dict. l. labeo, l. 2. §. fin. ff. de arbitris*, reſpondeo illam Gloſſam procedere & loqui, quando prorogatio facta fuit eodem modo, & forma, quibus facta fuerit obligatio; atque id eo potius probare ſententiam communem relatam; ita vt ſi debitor in prorogatione ſolutionis non iurauerit formaliter, ſicut in priori obligatione non manebit iuramento obligatus.

25 Nec obſtare quod reſoluit Boſſius *in praxi tit. de carcerato fideiuſſoribus committendo, à num. 36.* Bertazolius *inter conſilia criminalia, à num. 63. volum. 1.* quatenus dicunt quod fideiuſſor pro carcere tuto acceptus manet obligatus pro carceris prorogatione; quia reſpondeo fideiuſſorem non obligari ſi iudex carcerem prorogauerit, vel mutauerit, vt recte oſtendit Thob. Nonius *conſ. 103. in princ. & num. 11.* Burſatus *conſ. 193. à num. 49. volum. 2.* Riminald *conſ. 201.* Decian *conſ. 72.* Balboa *in cap. 1. hoc tit. num. 73.* vbi idem dicit de quocumque fideiuſſore: nam facta prorogatione, debitori, niſi fideiuſſor de nouo conſentiat, non manebit obligatus: argum, Textus *in l. ſi cum Hermes 7. Cod. locati, l. labeo 25. in princ. ff. de arbitris*, Caroſcius *de locato 3. p. Rub. de reformat, c. 23. & 24.* & ego ex iam adductis diſtinctionibus exiſtimo hoc dubium explicari ſatis.

QVÆSTIO III.

An ſi quis vendiderit agrum cum pacto redimendi intra quinquennium, & ad illud tempus illum conduxerit; deinde finito tempore in conductione manſerit, cenſeatur tempus redimendi prorogatum eſſe: Et an emphiteuſis renouata, intelligatur ex vtriuſque partis taciturnitate, ſicut locatio, finito tempore: Et an ſi creditor debitori prorogauerit dilationem ad ſoluendum datam, ignorante fideiuſſore, liberetur fideiuſſor: Et an tutor poſſit prorogare debitoribus Pupilli tempus ſolutionis facienda: Et an prorogatio v. g. ad proferendam ſententiam, cenſeatur etiam prorogata obligatio parendi tali ſententia: Et an pacta in ita cum aliquo ſubiecto, intelligantur repetita in eius augmentum?

SVMMARIVM.

1 *Prorogata locatione, non cenſetur prorogatum tempus redimendi, n. 2. & 3.*
2 L. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, *in verſic* etiam pignorum.
4 *Reconductio tanta eſt cum eiſdem qualitatibus, ſed non cum eiſdem fideiuſſoribus, pœna & executione.*
5 *Emphiteuſis renouata non cenſetur ex vtriuſque partis taciturnitate, ſicut locutio, finito tempore, n. 6.*
7 *Prorogans creditor debitori delationem ad ſoluendum, nunquid liberetur fideiuſſor, n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.*
16 *Fideiuſſor mutuatarij debitoris gratis intra annum, ſi poſtea ſub vſuris prorogetur tempus, liberatur.*
17 *Tutor nequit prorogare debitoribus Pupilli tempus ſolutionis facienda, n. 18. 19 20.*
20 L. fin. §. ſi quis profeſſus, ff. de public.
21 *Prorogatio ad proferendam ſententiam, nunquid extendatur ad parendum tali ſententia vi Iuramenti, n. 21.*
22 *Pacta inita cum aliquo ſubiecto regulariter intelliguntur repetita in eius augmentum.*

PRæfata dubia plurimum ſpectant ad materiam prorogationis noſtri Textus. Et quia per reſolutionem quæſtionis præcedentis valent definiri, & reſolui; ideo in eis explicandis breuis ero; & ſi latiora deſideras, videbis doctores, qui referuntur loquentes de vnoquoque dubio. Vnde ad primam quæſtionis partem reſpondeo renouatam cenſeri locationem, ſed non pactum redimendi ad longius tempus prorogatum, ex eo, quia quoties obligationi certum tempus eſt conſtitutum, ſi poſt tempus agatur, obſtat exceptio, *l. eum qui ſtipulatur, §. qui ita, ff. de verb. oblig.* vbi cum venditor ſtipulatus fuerit ſibi Ius, ac poteſtatem redimendi intra quinquennium, elapſo quinquennio, redimere volenti obſtat exceptio, defendunt Alex. ſibi contrarius *in conſ. 76. lib. 5.* Gozadin *ad l. Cod. de reſcind. vendit. q. 31.* Cagnolus *ibidem*, 1

*ibidem,quaſt.*51.Faquineus *lib.*1.*controuerſ.cap.*83. & alij relati à Maſcard.*de probat.vol.*2.*concl.*992. *num.*4.*&* 5.

2 Nec obſtat Textus *in l.item quaritur,§.qui impleto,ff.locati,* in verbis ibi:*etiam pignorum videtur durare obligatio*, ex qua Menochius *de praſumpt.* cum aliis,*lib.*3.*cap.*85.*num.*21. dicit in propoſita ſpecie renouatam videri locationem, & conductionem cum eodem redimendi pacto;quia Textus ille loquitur de obligationibus & hypothecis ad locationem ipſam pertinentibus; ita vt renouata locatione,nouatæ etiam intelligantur cæteræ obligationes, quæ ipſam locationem comitantur.Quæ reſponſio valet etiam ad regulam, *l. lecta,ff.ſi certum petatur,*vt docet,*ſupra*, Faquineus & faciunt relata,*ſupra quaſt.pracedenti,*pro explicatione harum legum.† Nec obſtat dicere quod pactum redimendi videtur eſſe pars pretij; & ſic ad primam ſpectare obligationem; quia reſpondeo intelligi eſſe partem pretij ſecundùm tempus conuentioni adiectum. Quare tempore conuentionis elapſo,is qui vendidit ſumma ratione redimendi facultate priuatur.

4 Hic à dici oportet breuiter quod & ſi tacita reconductio intelligatur facta eiſdem qualitaribus pœnis & pignoribus non tamen cum eiſdem fideiuſſoribus vt latiſſime ait Tuſchus *littera*, *L,concluſ.*421.*ex num.*19. vbi *n* 20. limitat vt rum habeat executionem paratam quā habuit instrumentum primæ locationis Mantica *de tacitis conuent.l.*5.*tit.*15.*à n.*19.vbi *n.*23.vbi quodpœna appoſita in prima locatione non intelligitur repetita in tacita reconductione quia pœna eſt extra contractum locationis Gratian.*diſcept forenſ c.*68. *à num.*39.Gregor.Lopez *in l.*20.*tit.*18.*p.*5. Parlador.*lib.*16.*quotid. c. fin.p.*1.*§.*12.*limit.*7. vbi quod non datur executio pro ea Larrea de eis Granat.22.*num.*14.Nogerol.*alleg.*33.*num.*73.Cancer. *variar.*1.*p.c.*14.*ex n.*65.& alij.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem exiſtimo reſpondendum renouatam emphyteuſim non cenſeri; quia emphyteuſis requirit ſcripturam,vt *in l.*1.*Cod.de iure emphyteut.*ſed vbi ſcriptura requiritur,tacita reconductio locum non habet, vt *in d.l.item quaritur,§.qui impleto in vltimis verbis*: & addit Alex. *conſ.*76.*lib.*5.quod ſi emphyteuſis renouata intelligeretur, id eſſet argumento à locatione ſumpto vt *in d.§.qui impleto*, ſed tale argumentum ſumi non poteſt, quia eſt ratio diuerſa inter locationem,& emphyteuſim; eo quod per iſtam Ius in rem, atque ad eo vtile transfertur dominium per locationem vero non æque hanc ſententiam defendunt Iaſon *in l.*1.*C. de iure emphyt.n.*66.Ruinus *conſ.*61.*n.*6.*lib.*1.Crauera *conſ.*87. *n.*3.Faq.*d.l.*1.*contr.c.*84.Menoch.*de praſumpt.lib.*1. *cap.*85.*num.*36.

6 Nec obſtat Roman.*in conſ.*103.& Alciat.*in tract. de praſ.reg.*2.*praſ.*17.*n.*3.contrarium tenentes,argumento ſumpto de locatione,*in d §. qui impleto.* Et quia datur tacita emphyteuſis renouatio,quia ſi emphyteuta Canonem non ſoluat per triennium,excluſus,ac priuatus iure emphyteutico dicitur,vt Doctores late ſcribunt,*in c. fin. de locato,* & tamen ſi poſtea ſoluat, Domino conuiuenae, renouatio emphyteuſis tacita facta dicitur.Quia reſpondeo eam tacitam renouationem fieri, non principaliter,ſed per conſequentiam, nam per receptionem Canonis, pœna remiſſa, videtur qua remiſſa manet Ius emphyteutæ, quod prius habuit ante ſcilicet,quam priuatus eſſet:ſic Faq.qui dicit,*ex l.*1.*C de Auth.tutorum,* multa permitti in conſequentiam,quæ principaliter non conceduntur alia dico,*in cap.fin.de locato.*

Ad tertiam quæſtionis partem, in qua eſt 7 magna Doctorum diſſenſio, vt exiſtimat Faquineus cum multis videndus *lib.*1. *cont. cap* 89. vbi defendit fideiuſſorem, non liberari, ſequuta diſtinctione,de qua ipſe.Tu,verò reſolues ex dictis *ſupra quaſt.praced.*in verſic.*huic tamen ſolutioni,*& ex dictis *ibi.*in verſic.*ad quartam,*ſub verſic.*& ſecundum hanc.*& ſic loquens Antonius Gomezius *de fideiuſſore,l.*2.*variar.cap.*3 *ſub num.*19. ait quod ſi compromiſſo ſit datus fideiuſſor,& poſtea fiat prorogatio inter partes, non cenſetur fideiuſſor obligatus,niſi expreſsè conſentiat in prorogatione ex Textu *in l.labeo & l.*2.*§.fin.ff.de arbitr.*

Secundò quod ſi tutor,vel auctor,vel adminiſtrator alterius dedit fideiuſſorem, & finita tutela,vel cura,adminiſtret bona minoris, non tenetur fideiuſſor, niſi iterum de nouo ſe obliget, *l. Lucius & l.*2.*§.Paulus ff.de adminiſtr tutor.*† Tertiò,quod ſi iudex finito officio ſuo, iterū ex permiſſu, & prorogatione ſuperioris remanſit in eo fideiuſſor, ab eo datus,non tenetur, ſi iterum de nouo non obligetur,vt docet expreſſe Baldus *in l.ſi cum hermes,C.de locatione,& conduct.*† Quartò 10 quod ſi caſtellanus,vel cuſtos Caſtri,vel fortalitij,finito tempore,iterum recipiat nouam cuſtodiam, non tenetur fideiuſſor primi contractus. † Quintò,quod ſi quis promiſit de damno infe- 11 cto pro certo tempore, & finito tempore,iterum mittat,fideiuſſor non tenetur. † Sextò quod ſi 12 offenſus promiſit de non offendendo intra certum tempus pro offenſa, & iniuria præterita, & fideiuſſorem dedit,& finito tēpore, offenſus iterum promiſit, fideiuſſor non tenetur, ſed remaneat liberatus niſi de nouo iterū intercesserit: ita Gomezius.Et de hac materia cum pluribus Barboſa *in cap.fin.de fideiuſſorib.n.*18.*&* 19 quod fideiuſſores liberantur per poſteriorem obſeruationem licet in hac alij intercedant fideiuſſores niſi nouatio fiat Haillon *in addit.*ad Gomez.*ſub n.*21. *&* 22.cum Morla Auendaño Zeuallos & Barboſa *dict num.*19. Mantica Gutiertez Auiles & aliis dicentibus vt non cenſeatur liberatus fideiuſſor ex eo quod per manus ſolutionis debitori prorogetur quibus nouiſſimè addo Merlinum *de pignoribus lib.*5. *tit.*1.*quaſt.*31. *num.*1. *&* 5.*cap.*10. ex eo non inducitur nouatio imo potius corroboratur antiqua obligatio & ibi *à num.*6. refert plures contra hoc tenentes inter quos ſunt Speculator Natta, Gaylius & Theſaurus alios refert Barboſa *dict. num.* 19. nec obſtant, *dicta ſupra, num.* 4. nam ibi extra reconductiones oritur noua obligatio vt ibi patet fallit, vbi fideiuſſor ſe obligauit certo & limitato tempore & cum hac limitatione componitur varietas Doctorum vt reſoluunt Barboſa & Haillon *ſup.dict.num* 21. Merlin *dicto numero* 7. *&* 8. cum Faquineo *ſupra*, Heringio, Colero, Gratiano & aliis Rota *dec.*567.*p.*1.*diuerſor.*

Et licet idem Faquineus *vbi ſupra*, dicat fide- 13 iuſſorem liberari, quoties tempus eſt præfixum obligationi, ſecus ſi præfixum ſit ſolutioni, hancque communem & veram diſtinctionem firmat iterum, *libro* 11. *contr. cap.*30. quam ſequitur etiam Surdus *conſ.*443. *numero* 7. *libro* 3. Gailius, *lib.*2. *obſeruation.*1. *&* 30. † Et alij ab 14

 eo

eo relati,*dict.lib.2. controuerſ. c.*89. dicant quod ſi
debitor vſquead certum tempus fuerit obligatus
cum fideiuſſore,tunc tempore prorogato,fideiuſ-
ſor liberetur ex *d.l.labeo.& d.l. Lucius*;ſecus ſi de-
bitor ſimpliciter obligatus ſit , vt multis argu-
mentis probat Iaſon *in l.*1. *n.*18. *C.de iudiciis* , &
quia cum debitor certo tempore ſoluendum ob-
ſtrictus eſt;etiam eo elapſo tenetur,& ſi non ſol-
uat dicitur eſſe in mora,nec fideiuſſorem libera-
ri,cum hodierno iure nouatio minime induca-
tur ex temporis prorogatione , vel aliter,niſi ex-
preſſe dicatur,vt *in l fin. C.de donat*. ibi *vel condi-
tionem,ſeu tempus addiderit,vel detraxerit, &c. Ex
quo veteris iuris conditores introducebant nouationis*
15 *uihil penit. prioris cautelæ innouari,&c.*† Tamen ego
ſic exiſtimo diſtinguendum , vt quoties contra-
ctus primus eſt incompatibilis cum ſecundo, aut
ſecundus hic cum ſemper fiat nouatio ſecundùm
communem,Menoch. *lib 3.de præſumpt. præſump-
tione* 134.*n.*39 Surdus *n.*39.Surdus *conſ.*345.*n.*33.
*l.*3.& cum aliis Rota *deciſ.*262.*n.*5.in nouiſſim.ſe-
cus è contra;quæ diſtinctio non obuiat iam rela-
tæ,cum ſit alterius caſus.

16 Vnde iam facilis eſt ſolutio illius caſus de mu-
tuo contractu gratis tempore conſtituto vnius
anni,& fideiuſſore interueniente labitur annus,
pro rogatio facta eſt ad ſoluendum debitori,fide-
iuſſore inſcio,& debitore , ob id vſuras promit-
tente creditori;& licet Rota *in dec.* 860. in anti-
quis,quam ſequitur Theſaurus *dec.*125.*n.*6.dicāt
fideiuſſorem non liberari,verius eſt vt liberetur;
quia adeſt mutum fœneratitium , quod longe
differt à mutuo gratuito ; ſi quidem mini-
ſtro vſuræ veniebant ex natura contractus poſt
morā debitoris,*l. Lucius,ff. depoſiti*,quod non pro-
cedit in fœneratitio, in quo nouatio eſt inducta
& conſequenter fideiuſſor eſt liberatus. ſic Faqui-
neus *d.lib.*12.*c.*30.cum Baldo *in l. tam mandatori,
n.*5.*Cod.de non numerata pecunia* , Socino Seniori
*conſ.*62.*lib.*4.*n.*23.Bertazolio *clauſula* 41.*Gloſſa* 7.
*ſub.n.*5.& deciſio Rotæ intelligitur, quando non
variatur forma primi contractus, nam ibi ſemper
fuit contractus depoſiti , in quo vſuræ promiſſæ
veniebant ex natura contractus.

17 Ad quartam quæſtionis partem breuiter reſ-
pondeo tutores non poſſe tempus prorogare ad
ſoluendum debitoribus pupilli ; qui tenetur vti-
lia facere , & inutilia prætermittere ſecundū for-
mam Iuramenti,& promiſſionis, quam,facit tem-
pore adminſtrationis ſuſceptæ, *l.fin.Cod.do curat.*
18 *furios.* † Et quia hæc prorogatio ſapit naturam
cuiuſdam donationis , ſiue liberalitatis quam
tutor ſine iuſta cauſa exercere nequit , nec
alius generalis Procurator, *l. contra iuris*,§.1.*ff. de
pact.l.qui Romæ Chalimacus,ff.de vblig.l.tutor.l. Lu-*
19 *cius* , § *tutoribus*, *ff.de adminiſt.tutor.* † Et quia ſi
quid tutor inutile fecerit,aduerſus tutoris factū
datur reſtitutio,*l.*1.*&* 2.*toto tit. C. quando ex facto
tut.*docent Alex.*in l.pactum curatoris,n.*6.*C.de pact.*
Tytaquellus *de retractatu conuent ad finem* , *n.* 18.
Paulus Montan.*in tract.de iure tutelar.reg* 9.*n.*131
20 *ſub cap.*32. Faquineus *lib.*12.*cont. cap* 56. † Vbi
reſpondet ad Textum *in l vlt.*§.*ſi quis profeſſus, ff.
de publ.* quo alij contrariam ſententiam docent,
qui vt ait loquitur in caſu longe diuerſo , ſcili-
cet de publicano negligente in recipiendo vecti-
gal , quod non poteſt nocere debitori , & meri-
to non incidit in commiſſum ; vt ibi expreſſe
dicitur.

21 Ad quintam quæſtionis partem video Docto-
ctores ex Textu noſtro diuerſe ſentire:nam Sua-
rez *de relig.tom.*2.*lib.*2.*de iuram c.*36.7.8. *&* 14.af-
firmatiuam ſententiam docet ; quia cum de con-
ſenſu partium fit prorogatio, non fit nouum pa-
ctum in ſubſtantia, ſed illud idem defertur, pro-
rogatur , & commutatur in maius tempus; ideo-
que totum pactum,pro vt antea erat Iuramento
affectum prorogari ; quia nulla eſt ratio ſeparan-
di pactum à Iuramento ; & facit adduct. *quæſt.*1.
& 2.nempe quoties prorogatur,ſeu commutatur
Iuramentum , ſiue ex partium conſenſu , aut iu-
dicis Authoritate, id , in quod fit commtatio ca-
dit ſub eadem obligatione Iuramenti, aliàs eſſet
noua promiſſio , & extinctio prioris pacti:
hanc opinionem probabiliorem vocat Dia-
na *p.* 9. *tractatu* 8. *reſ.* 7. † Verùm Azor, 22
*tom.*1. *lib.*11.*cap.*8. *q.*12. ex regula textus noſtri,
dicit quo prorogato tempore ad proferendam
ſententiam , non cenſetur prorogata obligatio
parendi tali ſententiæ vi iuramenti prius præſti-
ti , & adducit Diana plura exempla ex Abbate,
& Antonio *hic* , quam ſequitur Sanch. *in ſumma
tom.*1. *lib.*3. *cap.*17. *num.*23. quæ poteſt amplius
defendi per alia fundamenta antea iam adducta.

Ad ſextam quæſtionis partem breuiter reſ- 23
pondeo regulariter pacta inita cum aliquo ſub-
iecto , intelligi repetita in eius augmentum iux-
ta textum , *in l. etiam* , *Cod. de Iure dotium* , &
in l. inter ſocerum , §. *cum inter* , *ff. de pactis facit
textus* , *in l. ſi proprietati* , *ff. de Iure dot.* vbi Bal-
dus , Bartol. & Doctores , Salcedus ad Bernard.
Diaz *reg.*58. Gratianus *reg.*332. Anton. Gomez,
*in l.*17. *Tauri*, vbi extendit ad dotem etiam hy-
pothecatam , & venditionem : plures limitatio-
nes , & ampliationes adducunt relati à Gratiano
vbi ſuprà , & Paulus *in l.*1. *ff. de Iudic.* vbi etiam
docet in cauſa prorogata, quod eſt in principali,
Matienco *in l.*6.*tit.*7.*Gloſſa* 15.*lib.*5.*Recopilationis.*

AD TEXTVM IN CAPITE FIN.

De Iureiurando,Hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iſte cum ſuo, §. *ſane*, agit de
delatione Iuramenti à parte parti , vel
ex officio iudicis. Et quia ſup. breuiter
*in Rub.*ex verſic.*ex his* , ſcripſerim diuiſiones Iu-
ramenti, & dixerim omnes ad tres ſpecies reduci
poſſe, nempe ad Iuramentum calumniæ de quo,
& eius effectibus late dixi , *in ſuo tit.* II. Item &
ad Iuramentum de veritate dicenda, de quo dixi,
*in cap.*1. *de litis conteſt.* vbi egi depoſitionibus ,
ad quas interrogatus ſub tali Iuramento reſ-
pondet.
III. Item & ad Iuramentum litis deciſiuū,de quo
*in d.Rub.*à verſic.*etenim*,dixi tale Iuramentum de-
ciſiuum aliud eſſe voluntarium,aliud neceſſarium
aliud iudiciale iuxta explicationem cuiuſque *ibi*,
iactam. IV. Ideo quia de hoc Iuramento nunc
conuenit diſputare , ideo accipies quæſtiones
quæ ſubſequuntur , de cæteris verò Iuramentis
extraiudicialibus, late *in hoc tit* dictum eſt. Et pro
materia Textus noſtri videbis dicta *ſupra in c.* 2.
de probationibus. De recuſatione Iuramenti ca-
lumniæ

lumniæ, *ſuprà in cap. fin. eodem tit. §. pœna, q.1. vſque ad 5.*

QVÆSTIO I.

Quare iuramentum litis deciſiuum admittatur, cum ex eo, ſiue à parte parti, ſiue ex officio Iudicis delato, nulla perfecta probatio oriri queat: Et esto, quod iuramentum poſſit in ſupplementum deferri, an neceſſe ſit id ipſum à litigatoribus peti, aut poſſit Iudex ex ſolo ſuo officio illud deferre: Et an illud ſit deferendum Reo, aut actori?

SVMMARIVM.

1 L.1. ff. hoc tit. & n.10.
Iuramentum litis deciſiuum permiſſum in Iure, num. ſeqq. & n.5.
2 *Actor quando dicatur ceſſare in probatione, vt reus abſoluatur, n.11.*
3 *Probatio imperfecta, quando iuramento bona fiat, n.13. & 14.*
4 *Sententia lata ex iuramento neceſſario, nunquid retractetur ex nouis inſtrumentis. n.15. & 16.*
6 *Iuramentum deferri à Iudice poteſt actori, vel Reo in ſupplementum quacumque actione quis conueniatur, n.7. Quando actori, n.8. ita vt recuſari nequeat, n.9.*
10 *Iuramentum ſuppletiuum cognitum, etiam de Iure Ciuili.*
L. Iuriſiurandi, §.1. ff. hoc tit.
14 L. admonendi, ff. hoc tit. l.3. Cod. de rebus creditis.
17 *Iuramentum peti poteſt à litigatoribus; imò & à Iudice deferri, ſi conſentaneam videatur, etiam ſi petitum non ſit, n.18. & 19.*
20 *Delatio iuramenti à Iudice facienda in ſupplementum probationis, quando actori, quando autem Reo fiat, n.21. 22. 23.*
L. in bonæ fidei, Cod. hoc tit.
24 *Iuramentum in litem datur contra ſubtrahentem probationes, & contra recuſantem reſtituere.*

1 ET facit difficultatem, quia etſi in libris noſtris tot extent Iuriſconſultorum reſponſa, & Imperatorum reſcripta de Iureiurando, & probationibus; nuſquam vero huius Iuriſiurandi ſuppletiui mentio fit; quia quod *in l.1. ff. hoc tit.* Caius ſcribit *per iuſiurandum decidi controuerſias, vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex Iudiciali authoritate*, ad voluntarium dumtaxat pertinet, & ad Iudiciale, hoc eſt quod à parte parti defertur in Iudicio, & Iudicis authoritate probatur.

2 Secundò, quia ſi ad Iuris regulas peruenias, videbis ex §. *ſanè* noſtri textus, *ex l. qui accuſare, Cod. de edendo*, & ex aliis infinitis locis abſoluendum eſſe Reum, non ſolùm ſi actor ceſſet in probatione, hoc eſt ſi nihil omnino probet, *d. l. qui accuſare*, verùm etiam ſi deficiat, id eſt, ſi minus plenè probet, adeo vt hoc caſu nulla Reo ſit neceſſaria exceptio, quæ quidem eſt neceſſaria, quoties actor probationibus vincere poteſt, *l. ſiquidem 9. Cod. de exceptionib.* & eſſe quod dici ſolet actorem eſſe condemnandum, qui intentionem ſuam non implet, *l. ante omnia 23. ff. de probationib. l.1. Cod. eodem, l. negantes, 9. Cod. de obligat. & action.* quod etiam de reo proditum eſt, *in l. in exceptionibus 19. ff. de probationib.* ſed qui vnico tantùm teſte probat, nihil facit iuxta longè dicta *ſuprà in cap.28. de teſtibus*, & *ex l. Iuriſiurandi, Cod. hoc tit.* ergo non eſt cur actori ſemiplenè probandi ſuam actionem, vel Reo ſimilem probationem habenti, deferatur iuramentum in ſupplementum; præcipuè ſi conſideres ex hoc oriri, vt ſit teſtis in propria cauſa, quod non admittitur, vt iam alibi dixi *in cap. cum veniſſent 12. de Iudiciis.*

3 Tertiò quia imperfecta, ſeu ſemiplena probatio pro imperfecta, & nulla habetur, *l. quoties 6. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. non dubium 5. ff. de legib.* ſed in Iure noſtro imperfectum, & inutile non differunt, *l. is, qui 25. ff. qui teſtam. facere poſſunt, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, Cod. de teſtam. l. ita ſtipulatus 115. ff. de verb. obligat.* ergo cum ſemiplena probatio perfecta non ſit, pro nulla, & inutili eſt habenda.

4 Quartò, quia ſi hoc iuramentum ſuppletorium ex ſemiplena probatione exactum, vtile eſſet, ſequeretur quod eius virtute, ſententia lata tranſiret in rem iudicatam; ita vt nouis inſtrumentis retractari nequiret, *leg. ſub ſpecie 19. Cod. de re Iudic. l. cum de hoc 27. ff. eodem*, ſed ſententia ex iuramento neceſſario prolata, non tranſit in rem iudicatam: imò potius ex inſtrumentis nouiter repertis quit retractari iuxta textum, *in l. admonendi 31. ff. hoc tit.* de cuius intellectu *alibi* dixi; ergo iuramentum hoc non erit neceſſarium, etiamſi iuramenta in probationibus æqualem vim habeant, ac teſtes, & inſtrumenta, *l. in exercendis de Fide Inſtrum.* vimque habeat tranſactionis iuramentum, *l.2. ff. hoc tit.* quæ prætextu nouorum inſtrumentorum retractari non poteſt.

5 His tamen, & aliis non obſtantibus dicendum eſt tale iuremētum litis deciſorium admitti ex textu noſtro ex *l.1. l. actori, l. generaliter, l. fin. Cod. de rebus credit. & Iureiurando*, cum aliis, & *de Iure Regio in l.2. l.14. l.15. l.25. tit.11. l.13. & 19. tit.22. p.3.* & expreſsè, *in d. l. admonendi, ff. hoc tit.* in verbis ibi: *eum qui in Iudicio ſemiplenam tantùm attulit probationem, non idcirco condemnandum, ſed deferendum illi iuſiurandum à Iudice in probationis ſupplementum:* ita Bartolus, & cæteri DD. antiqui, *ibi* Cujacius *lib.18. obſeruationum, cap.35. & lib.22. cap.28.* Duarenus *lib.2. diſput. anniuerſ. cap.35.* Anton. Fabet *de errorib. pragmat. decad.19. error.1. à n.8.* præſertim *errore 5. n.8.* Gilquenius *in l.3.* & *in l. generaliter, Cod. hoc tit.* Oſualdus ad Donell. *lib.24. cap.17. & 19.* Gregorius Lopez, vtiliter in præfatis legibus Regiis iuxta antiquorem ſententias, rem optimè examinat Rodericus Suarez *in l.4 tit. de las iuras*, ex *n.1.* & præſertim, *num.21.* Ioannes Guttierrez *de Iuram. confirmat. 3.p. cap.7.* Parladorius *lib.2. rerum quotid. cap.18.* Pichardus cum multis ab eo relatis, *in §. ſi quis poſtulante inſtit. de actionib. n.70.* Alios plures adducunt Graſſa, & Barboſa *hic*, qui etiam in additionibus plures refert *parte 6.*

6 Igitur commune Doctorum placitum eſt deferri iuramentum à Iudice poſſe actori, vel Reo, quo caſu, aut ille in actionis, iſte in exceptionis probatione deficit non omnino, ſed quia ſemiplene

miplene tantum probauit, & adducunt pro hac ſententia Imperatoris reſcriptum, *in l. in bona fidei, Cod. hoc tit.* ibi: *in bona fidei contractibus,* Caium Cæſarem: *nec non etiam in cæteris cauſis inopia probationum per Iudicem Iureiurando, cauſa cognita, res decidi oportet*, notat Pichardus *ſuprà*
7 *n.*71. † Et ſic textus, *in l.*3. *§.*1. *ff. hoc tit.* docet hoc iuramentum ſuppletorium habere locum quacumque actione quis conueniatur, ſiue in perſonam, ſiue in rem, ſiue in factum, ſiue in pœnali actione, vel quauis alia, ſiue etiam de interdicto, expendit Andreas Valenſis *in Rubr. huius tituli*, §. 6. *à n.*1. qui *in* §.5.*n.*11. qualiter deferatur à Iudice, docet, de quo *infrà*.

8 Et vt explices quod in illa nempe partium conuentione, quando actor probat, & non probat, eſt aliud medium, videlicet quando non plenè, ſed ſemiplene probat, vt *in cap.*2. *de probat.* quo in caſu ad conficiendam plenam probationem Iudex, conſideratis perſonæ, & cauſæ circunſtantiis, poterit ab actore iuſiurandum exigere, quod recuſari non poteſt, qua in ſpecie loqui textum noſtrum in prima eius parte, notant Accurſius gloſſa verb. *exacto*, & Corraſius *in d. l. admonendi*. 2.*p. n.*52. Cujacius *lib.*8. *obſeruat. cap.*15. *& lib.*22. *cap.* 28. *potius cem.*3. *q.*81. Graña *hic n.*3. *in fine*, qui *n.*2. & Barboſa *in additionibus*; ideo fieri dicunt, quia iam vrget Iudicis imperium, authoritas, & arbitrium in cauſæ inſpectione, ne Iudicium illuſorium reddatur, cum cognitioni, & breui exitu cauſæ id expediat, ſiquidem in probationibus, Iudicis arbitrium attenditur, *l.*3. verſic. *ſi magis*, *ff. de Teſtibus*, & faciunt dicta per textum, *ibi in cap. cum clamor de teſtibus*, *c. cum Ioannes de Fide*
9 *Inſtrum.* † Et ſic addunt tale iuramentum recuſari non poſſe, niſi maior ratio contrarium poſtulauerit, vel quia actor plenè probauit, vt *in d. cap.*2. *de probationibus*, latè dixi, vel niſi immineat periurij periculum.

10 Nec iam obſtant adducta argumenta, non primum, quo Antonius Faber *de erroribus*, *lib.*18. *decad.*19. *error.*1. dixit quod etſi in Iure Ciuili tot extent Iuriſconſultorum reſponſa, & placita imperatorum, quæ de Iureiurando diſputent nullam huius iuramenti ſuppletiui mentionem
11 fieri. † Reſpondeo hoc iuramentum, etiam in Iure Ciuili eſt cognitum, quia etſi in eo mentio nominis *ſuppletorij*, non fiat, tamen ſubintelligitur, & de eo agitur in noſtro textu, & *in d. l. admonendi*, *ff. hoc tit. in d. l.*3. *Cod. de reb. creditis*, *& Iureiurando*, tradit Rebuffus *de Iureiurando*, *ſiue voluntario*, *ſiue neceſſario*, Duarenus *lib.*2. *diſput. c.*33. *& in prioribus commentar. ad tit. de Iureiur. cap.*30. *in poſterioribus c.*7. Donellus *lib.*29. *comment. c.*19. Oſualdus *ibid. littera V*, *& T*, Pichardus, Andreas Valenſis iam *ſuprà* adducti; ad quod videbis eundem Fabrum *decade* 19. *errore* 1. *&* 3.

12 Nec obſtat ſecundum, quia iura *ibi* adducta procedunt quando nihil probauit, vel ſi ſemiplenè probationi nihil aſſerit, vel addit; quia tunc Reus eſt abſoluendus; ſed textus noſter procedit quando vnico teſti accedit iuramentum neceſſarium; quo in caſu Reus non abſoluitur: ita communiter docent Doctores. Graña *hic ſub n.*6. & plures adducti à Barboſa *hic*, *& tom.*6. *in additionibus.* Nec enim hic pars aliqua litigans eſt teſtis in cauſa propria per ſe, ſed imperante Iudice, aut ex conſenſu alterius litigantis. Cætera in argumento adducta ſoluuntur reſponſione ad tertium.

Tertium non obſtat, quia etſi ex Iuribus in 13
eo adductis ſemiplena probatio per ſe ſola inutilis, & imperfecta ad probandum dici poſſet: tamen poſtquam iuſiurandum adhibetur, amplius ſemiplena non eſt, ſed potiùs plena, ac legitima, & perfecta dicetur. Nec obſtare docent Doctores communiter textum, *in d. l. iuriſiurandi*, §. 1. *ff. de hoc tit.* ibi: *nec vnius teſtis audiat, iubet imperat*; quia reſpondent Antonius Faber *decad.*19. *d. errore* 3. Oſualdus ad Donell. *d. lib.*24. *comment. cap.*19. *litter. T*, Graña *hic ſub n.*4 *in fine*, verba illa non abſolutè accipienda eſſe, ſed tantum quoad effectum, vt ex ſemiplena ſola probatione, condemnatio non ſequatur, nec ei perfectè credatur, ſed poſſe, dicunt ex ea ſumi præſumptionem, vt Iudex hoc iuſiurandum exigat.

Video tamen Antonium Pichardum *in dicto* 14
§. *ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus*, cum eodem Antonio Fabro *d. decad.*19. *errore* 1. *num.*8. & aliis dicentem textum *in d. l. admonendi & in dicta l.*1. *Cod. de rebus creditis & Iureiur.* alium habere ſenſum: nam & ſi *in dicta l. admonendi* Caius doceat ſolere Iudices *in cauſis dubiis* exacto Iureiurando, ſecundùm eum pronunciare qui iurauerit, addentem hunc locum omnes fefelliſſe interpretes; & ſic longè aliam habere ſententiam, quam vulgus exiſtimauit: nam dubias cauſas non eas intelligere debemus, in quibus actor minus plenas probationes habeat, nec dubiam eſſe cauſam, in qua conſtat Reum eſſe abſoluendum; ſed quæ propter paritatem probationum eo redigunt Iudicem, vt hæſit & in vtramque partem propenderare debeat. Quam probationum inopiam videntur dixiſſe Imper. *in dicta l. in bona fidei* 3. *Cod hoc tit.* quod quamuis per ſe ſint plenæ, vt ex eis poſſet ſequi condemnatio, ſi nihil ex aduerſo probatum eſſet, fieri tamen inopes, & eneruari objectu contrariarum probationum: ita Pichardus plura alia adducens *ſuprà à num.*76. *&* 78. vbi negat cum Duareno *lib.*2. *diſp. cap.*33. dici dubiam cauſam, cum actor vnum teſtem habet, aut alias iuſta probatione deficitur; eo quod tunc abſque cunctatione, aut hæſitatione Reus debeat abſolui. Verùm tu in praxi ſequere communem explicationem, & lege Donellum *dict. lib.*24. *comment. cap.*27. *& ibi* Oſualdum, *littera G*, qui contrariam veterem lectionem probat.

Quartum, & vltimum non obſtat, nam præ- 15
terea, quæ *ſuprà* notaui *in hoc tit.* & latè dico *ſub tit. de re Iudic. cap.*15. an ſententia prætextu nouorum inſtrumentorum retractetur. Reſpondeo iuramentum illud vtile, & neceſſarium eſſe. Nec obſtat textus, *in d. l. admonendi*; quia ideo *ibi* ſententia lata ex iuramento neceſſario, ex nouis inſtrumentis retractatur; quia illa probatio, quæ fuit facta ex iuramento ſuppletorio, ſeu neceſſario, illegitima, irregularis, & imperfecta erat, cum Iudex iuramentum illud exigiſſet, etiam repugnante parte, ap ſupplendum probationis defectum, & cum id, quod exigitur teſtis, & Iudex ſit in cauſa propria contra Iuris Ciuilis regulas, *l. nullus*, *ff. de Teſtibus*. *l. in omnibus*, *Cod. eod.* (dixi *ſuprà in cap.* 12. *de Iudic.*) ideo iuſta de cauſa, ſuperueniente alia clariſſima probatione ex inſtrumentis nouiter repertis, ſententia illa retractatur, cum tunc non propriè vim

im tranſactionis, nec rei iudicatæ retineat: ſic Donellus *d. lib.* 24. *comment. cap.* 19. idem *in dict. l.* 3. *n.* 11. *Cod. hoc tit.* multis adductis Pichardus videndus, *in d. §. ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus, à n.* 105. Antonius Faber *decad.* 19. *error.* 4. Graña *hic ſub n.* 7. ita adducens, omiſſa Alciati, Bartoli, Iaſonis interpretatione, *in d. leg. admo-*
16 *nendi*, & Cujacij *lib.* 18. *obſeruat. cap.* 35. † Expendit benè Valenſis *in Rub. hic toto*, §. 7. & ibi *n.* 3. vbi dicit quod etſi ſententia lata tali iuramento in rem iudicatam tranſiuerit, reſcindi poſſit prætextu nouorum inſtrumentorum modo per ea iuramentum neceſſarium, quod ſententiæ latæ cauſam dedit, falſo præſtitum fuiſſe plene, & ſine alterius adminiculo probetur; quia tale iuramentum, vt dixi, non defertur ex pacto litigantium, ſed Iudicis officio, etiam inuito aduerſario, aduersùs quem ſententia lata eſt, & qui petit eam reſcindi: & addit talem ſententiam per nouos teſtes reſcindi poſſe; quia teſtes appellatione inſtrumentorum continentur, *l.* 1. *ff. de Fide Inſtrum.*

17 Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo iuramentum peti poſſe à litigatoribus, & à Iudice deferri debere, licet non petatur, ſed id expedire, & æquitati conſentaneum eſſe cognouerit; quia vt iam dixi, *in cap. cum clamor de teſtib. & alibi*, Iudex poteſt vbicumque in Iudicio interrogare litigantes, *l. vbicumque, ff. de interrogat. action.* ſi id æquitas poſtulauerit; & quia Iudex petit ab altero ex litigatoribus, an Iureiurando affirmare velit, verum eſſe, quod ipſe in Iudicio contendit; & faciunt pro hoc dicto textus noſter, *in §. ſanè*, & *in d. l. in bona fidei, Cod. de rebus credit. & de Iureiur.* & textus, *in d. l. admonendi, ff. hoc tit.* quibus in locis, dicitur Iudices in cauſis dubiis probationum, inopia iuramentum deferre ſolere, & ſecundùm eum pronunciare qui iurauerit.

18 Et quod litigator id petere poſſit, ſatis certum, & exploratum eſt; eo quod nulla ratione id prohibeatur; & quod iuris æquitati conſentaneum appareat. Nec obſtat quod ſi à litigatore petatur, deferendum non videtur; quoniam vltro id petens, reddit ſe ſuſpectum: argum. textus, *in l. quæ omnia*, §. 1. *ff. de procuratoribus, l. vxori*, §. 1. *ff. ad leg. Cornel. de falſis:* nam vt ait Faquineus *libro* 1. *controuerſ. cap.* 16. *in fine*, partem illud poſtulantem, ſuſpectam non reddi, cum de cauſa propria contendat, & litiget, nec pejeratus præſumatur; & quia legibus deciſum extat, cauſas inopia probationum Iureiurando decidi ſolere: & relatam ſententiam docet Alex. *conſ.* 35. *col. vlt. lib.* 1.

19 Vnde etſi Bartolus *in d. l. admonendi, col. fin.* & *ibi* Iaſon *n.* 136. & alij, quos refert Maſcardus *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 956. *n.* 46. doceant tale iuramentum petendum eſſe præcisè à litigatoribus, ex *l.* 4. §. *hoc autem Iudicium, ff. de damno infecto*, vbi dicitur Iudicem officium ſuum non impertiri, niſi petenti. Reſpondeo ad eruendam veritatem ſatis cõſtare multa ex officio Iudicem decernere poſſe, vt iam dixi, *in d. cap. cum clamor*, & *alibi de teſtibus*, & per ea, quæ adduxi *ſuprà in cap.* 6. *de Iudic. à q.* 6. Videbis Alexand. *in d. §. hoc Iudicium, n.* 18. Nattam *in conſ.* 166. *n.* 23. & Iaſonem *in leg. vbi pactum, n.* 11. & 12. *Cod. de tranſact.*

20 Ad tertiam quæſtionis partem, reſpondent nonnulli ſoli actori deferendum eſſe iuramentum ſuppletorium; eo quod defertur tale iuramentum ex inopia probationum, *d. leg. in bona fidei* 3. *Cod. de rebus creditis, & Iureiur.* taliter interpretantes, videlicet, vt cum actor ſemiplene probauit; ita vt magna ſit præſumptio contra Reum, tunc actori deferendum eſſe iuramentum in ſupplementum ipſius probationis, quæ illi deeſt. Et hanc ſententiam veram eſſe exiſtimo, quando reus nihil probauerit, quo actoris intentio excludatur, & obſcuretur; quia ex ſemiplena probatione actoris facile Iudex inducitur ad opinandum meliorem eſſe actoris, quam rei cauſam, cum videt Reum nihil prorſus præſtitiſſe, dumtaxat actoris intentionem negare; & abſoluere Reum non poſſe; quia eſt penè conuictus, quo in caſu Reo iuramentum non eſſe deferendum; quia iam ſuſpicatur ipſe Iudex, ac pene certus eſt eum mentiri, & actorem vera dicere; & quia nulla eſt ratio, vt potius Reo iuranti in cauſa propria credat, quam actori, qui iam de ſuo Iure aliqua ex parte docuit; & pro quo maior eſt præſumptio, quam pro Reo.

Alij verò, vt benè diſputant Duarenus *lib.* 2. 21
anniuerſ. diſput. cap. 33. copiosè Iaſon *in dicta leg. admonendi, ff. hoc tit. n.* 314. dicunt Reo deferendum eſſe à Iudice iuramentum, primo ex *dicta l. admonendi*, ſecundo ex noſtro textu, tertio, quia fauorabiliores ſunt rei, quàm actores, quarto quia poſt publicatas atteſtationes, non licet actori nouos teſtes producere ſuper eiuſdem articulis, *Clem.* 1. *de teſtibus, Authent. at qui ſemel, Cod. de probation.* de quo dici latè *in c.* 18. 19. & *in cap. cum clamor de teſtibus*, & in aliis capituli eiuſdem tituli. Quinto quia actore non probante, Reus abſolui debet ex *l. qui accuſare, C. de edendo*, quæ tamen ſententia mihi vera videtur, quando ſcilicet Reus, etiam ſemiplene probauit ſicut actor: nam cum tunc rei, & actoris pares ſint probationes, & cauſa dubia reddatur, potius Reo; quàm actori eſt iuramentum deferendum ex fundamentis iactis ex *d. l. admonendi*, & ex noſtro textu.

Vnde etſi aliter Doctores alij exiſtimauerint, 22
nempe vt tota hæc delatio iuramenti pendeat ab arbitrio Iudicis, ex noſtro textu, *in §. ſanè* ibi, *niſi Iudex facti, & perſonarum, circunſtantijs conſideratis, & actori deferendum eſſe putauerit*; quia vt explicat Faquineus *lib.* 1. *contr. cap.* 18. *in fine*, regulam textus noſtri, & *d. legis in bona fidei, C. hoc tit.* tantùm admitti, quando actor ſemiplenè probauit, & Reus nihil; quia hoc in caſu, vt dictum eſt, Iudex illi deferret iuramentum; quia ſic cauſæ, & perſonæ circunſtantia expoſcit, aliàs ſi actor nihil probet, Reus erit abſoluendus ex *d. l. quia accuſare*, cum aliis, nec tunc à Iudice poterit alicui litigantium iuramentum deferri. † Verùm ſi actor minus, quàm 23
ſemiplene probet, tunc Reo erit deferendum ad ſuſpicionem aduersùs ſe conceptam propulſandàm, & purgandam ex *d. §. ſanè*, & *toto tit. de purgat. Canonica*, ita Abbas *ibi in* 5. *præſumptione*, Valenſis *in Rub.* §. 5. *n. fin.* dicentes deferri eo caſu actori non debere; quia cum iuramentum tantùm ſemiplene probet, non efficeret plenam probationem. † Et ſic benè Cy- 24
riacus *tom.* 1. *controuerſ.* 60. dicit cum multis, vt contra ſubtrahentem probationes, vel difficiliores reddentem, detur iuramentum in litem, ſicuti & contra conductorem recuſantem reſti-

tuere

tuere rem conductam ex *leg. ſi cui* 51. §. 1. vbi
Gloſſa Paul. *ff. locati*, Plotus *in tract. de in litem*
iurand. §. 36. aliàs *in leg. ſi quando* 9. *à num.* 653.
Cod. vnde vi: latè Farinacius, & alij apud eum
conſ. 43. *per totum*, ſicut iuratur in litem contra
eum, qui in actione reali recuſat rem reſtituere
ſine cauſa, *l.* 2. *l.* 5. *ff. de in litem iurando*,
Plotus *ſuprà* §. 24. *n.* 1. Cyriacus *n.* 4.

QVÆSTIO II.

An ſint neceſſaria aliqua cauſa, vt legitimè tale Iuramentum ſuppletiuum præſtetur: Et an poſt concluſum in cauſa peti à litigatoribus poßit: Et an ſi ante concluſum in cauſa petitum non fuerit, poßit à judice nihilominus deferri: Et an ſi Reo offeratur ab actore qui conatus eſt ſuam intentionem aliter probare, & non probauit, ſit neceſſario ſubeundum?

SVMMARIVM.

1 *Suppletiuum iuramentum, defertur à Iudice, concurrentibus cauſis, de quibus, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10.

11 *Suppletiuum iuramentum poteſt ferri poſt concluſum in cauſa, num.* 12. *&* 13. *& etiamſi à litigatoribus non petatur, num.* 14. 15. 16. 17. 18. *&* 19.

20 *Reus ſubire debet iuramentum ab actore ſibi oblatum, n.* 21.

1 VT ad primam quæſtionis partem reſpon-
deam video Andream Valenſem *in Rubrica*
huius tituli, §. 6. *num.* 4. dicere, vt ad delationem
huius iuramenti, quod debeant quatuor potiſ-
ſimum in cauſæ cognitionem venire. Nempe
cognitio perſonarum, natura cauſæ, quantitas
rerum, & qualitas factorum: nam regulariter
in cauſis arduis, & magnis non defertur, niſi
plus quàm ſemiplene probatum ſit.
2 Verùm ego breuiter rem tractans dico octo
concurrere debere ad delationem iuramenti litis
3 deciſorij. † Primò quod quis non cogatur iu-
rare, niſi indubiis, & quando aliter non po-
teſt ad veritatem eius, de quo contenditur, de-
uenire ex iam dictis, & patet ex textu, *in cap.* 2.
de Probationibus, vbi *in* 1. *&* 2. *quæſtione*, latè
dixi iuramentum non eſſe deferendum, quando
4 adeſt plena, & ſufficiens probatio. † Secundò
requiritur approbatio Iudicis, vt patet ex dictis.
5 † Tertiò præſentia, vel aduocatus partis. † Quar-
6 tò quod debeat deferri principali à Domino, non
procuratori à procuratore ſine ſpeciali mandato
ex dictis de iuramento calumnioſæ, *in ſua Ru-*
brica & tit. de iuramento ſuprà in cap 4. *hoc tit.* li-
cet forma Sacramenti debeat intimari principali
perſonaliter Rota, Auend. *deciſ.* 7. Theſaurus
7 *deciſ.* 17. Franc. Marc. *deciſ.* 687. † Quod proce-
dit, niſi mos regionis poſcat præambulas mu-
nitiones, vel etiam imprecationes, vt ſuper Al-
tari Sancti Antonij, vel de contentis in Pſalmo
Deus laudem meam ne tacueris, Theſaurus *dec.* 61.
8 de quibus dixi, *in dicto cap.* 4. *hoc tit.* † Quintò
quod ſit delatum intra tempus delationis, alio-
quin elapſo termino ad probandum, & proba-
tum habendum non releuat, Rota Genuenſ.
deciſ. 167. Balbus *deciſ.* 47. ſecus in lapſu termini
ad probandum, etiam publicato proceſſu; quia
is, qui inſtiterit pro publicatione proceſſus po-
teſt adhuc offerre iuramentum, Ozaſcus *de-*
ciſ. 97. & videbis quæ ſtatim dico dubio ſequen-
ti. † Sextò requiritur tactus Scripturarum iuxta 9
morem regionis, Rota Auend. *deciſione* 7. *& de-*
ciſ. 47. de qua, & aliis formulis, dixi latè *in d.*
cap. 4. *hoc tit.* Septimò quod deferatur habenti
certam notitiam, vt in facto proprio ad euitan-
dum anceps periurium. † Octauò quod ſit de- 10
latum abſque alia conditione, & inuoluero,
Rota Auend. *dict. deciſione* 7. Surdus *deciſ.* 288.
Ozaſcus *in deciſione* 61. aliquid per Borgninum
part. 2. *deciſione* 27. recolligit Ricc. *collect.* 1359.
ad textum, *in l.* 2. *ff. hoc tit.* cum Ozaſco *deciſ.* 10.
& 97. Rota Genuenſ. *deciſ.* 156. Theſauro *dec.* 68.
& cum aliis relatis.
Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpon- 11
deas adjunges dicta *ſuprà in dicto cap. cum cla-*
mor 53. *de Teſtibus*, *quæſt.* 3. & præcipuè in ver-
ſic. *adtertiam*, vbi dixi poſt concluſum in cauſa
nihil amplius produci poſſe ad probandum, *cap.*
cum dilectus de Fide Inſtrum. Authent. at qui ſe-
mel, *Cod. de probat.* & ſic docent Baldus, Barto-
lus, & ſequaces. † Tamen ex regula textus, *in* 12
l. generaliter, *Cod. hoc tit.* docent Salicetus, &
alij contrariam ſententiam, quam ſequitur Fa-
quineus *dict. lib.* 1. *controuerſ. cap.* 17. quia ante
concluſum in cauſa, deliberare non poteſt liti-
gator, an tali iuramento opus habeat; & quia
omni tempore licet litigatori implorare Iudicis
officium, vt id decernat, quod æquitatis ratio
poſtulat. Sed æquitas hoc poſtulat, vt in dubiis
cauſis inopia probationum Iureiurando delato,
decidatur ex dicta *l. admonendi*, *ff. hoc tit.* & ex
noſtro textu; ergo nihil proponi ait cur litiga-
tor id petere non poſſit.
Nec obſtare ait litigatorem deliberare poſſe 13
poſt publicatas atteſtationes, quia id falſum aſ-
ſerit, cum & poſt publicatas atteſtationes vſ-
que ad concluſionem in cauſa multa produci
poſſint, & nihil noui producere eum, qui iu-
ſiurandum ſibi deferri poſtulat; quia implorat
Iudicis officium, & eum admonet, ſi cauſa du-
bia ſit, & Iureiurando decidenda, ſibi potius,
quàm aduerſario iuſiurandum deferendum eſſe:
& ita ſequutus poteris reſpondere ad ſententiam
relatam, *ſuprà in dict. cap. cum clamor*, in ver-
ſic. *ad tertiam*, loqui de iuramento voluntario,
ſeu iudiciali, non verò de neceſſario, de quorum
differentia dixi, *ſuprà in Rubrica huius tituli*.
Et referens defenſores huius ſententiæ Faber *de*
error. decad. 19. *errore* 9. *à n.* 4 proprima ſatis lo-
quitur, *à num.* 4.
Ad tertiam quæſtionis partem reſpõdeo poſſe 14
Iudicem poſt concluſum in cauſa tale iuramen-
tum deferre, etiam ſi à litigatoribus petitum
non ſit. Et ratio eſt; quia vbicumque æquitas
ſuadet, Iudex interrogare poteſt, *leg. vbicum-*
que, *ff. de interrogatorijs action.* † Secundò quia 15
Iudex cuncta rimari, & perquirere poteſt, &
debet, vt pro iuſtitia cauſæ finem imponat, *leg.*
Iudices, *Cod. de Iudicijs*, *cap. iudicatum* 30. *q.* 5.
† Tertiò ex textu, *in cap. cum Ioannes de Fide* 16
Inſtrument. ibi: *non obſtante quod à Iudice interro-*
gatio facta fuerit poſtquam à partibus extitit in cau-
ſa concluſum, cum Iudex vſque ad prolationem ſen-
tentiæ, debeat vniuerſa rimari, & poſſit interroga-
re de facto quoties dubitationis aliquid concurrat.

† Quartò

17 † Quartò ex dictis *in dict. cap. cum clamor de Teſtibus dict. quæſtione 3.* ſub verſic. *ad tertiam,* in verſic. *de iuramento, quod defertur,* docent Gailius *practic. obſeruat. libro 1. cap.*108. Faquineus *dict. cap.*17. *in fine, libro 1. Controuerſiar.* vbi reſpondet fundamentis contrariæ ſententiæ, quorum vnum eſt tale iuramentum deferri à Iudice non poſſe, niſi à parte petatur, quod falſum eſt, ex his, quæ dico *ſuprà quæſt.*
18 *præcedenti,* in verſic. *ad ſecundam.* † Alterum quod poſt concluſum in cauſa non ſit amplius locus probationibus; quia reſpondeo id verum eſſe ſi agatur de probationibus teſtium, non quando Iudex ad inquirendum de veritate procedit; non enim talis inquiſitio eſt litigatoris probatio, ſed Iudicis prouiſio ad inueſtigandam veritatem. Hanc partis quæſtionem, & relatam in verſic. *ad ſecundam,* abundè tractant Doctores relati, & Bartol. Baldus, & Salicetus *in leg. ſi bonæ fidei* 3. *Cod. hoc tit.* Maſcardus, & ab eo relati *de probat. volum.*2. *con-*
19 *cluſione* 956. *num.*46. & 47. † Et ſecundùm præfata, intelliguntur quæ tradit Riccius *collect.*380. & Theſauro *deciſ*93. Boërio *deciſ.*96. dicentibus poſſe deferri iuramentum poſt dedicita teſtificata, & poſt concluſum in cauſa ex Antonio Fabro *deciſ* 27. *Cod. hoc tit.*

20 Ad quartam quæſtionis partem, quæ ſpectat ad verba textus ibi: *Iuramentum à te parti delatum, niſi iuſta de cauſa non potuit recuſari, quamuis quod in Iudicio à parte parti defertur, recuſari poſſit licite, ac referri.* igitur in propoſito noſtræ quæſtionis, negatiuè reſpondent Ripa *in dicta leg. admonendi, ff. hoc tit. num.*65. Socin. Senior *in conſ.*184. *libro* 2. Natta *in conſ.*35. & alij à Maſcardo relati *de probat. volum.*2. *concluſ.*957. *num.*9. Decius *in cap.*2. *de probat.* per textum, *in l. ſi quis iuſiurandum, Cod. de rebus credit. & Iureiurando.* Deinde quia cum actor nihil probet, Reus eſt abſoluendus ex textu noſtro, & aliis; & ſic contingit in præſenti caſu, ſiquidem actor, qui conatus eſt ſuam intentionem probare aliter, & non probauit, non eſt cur iuramentum petat à Reo ex iam dictis.

21 Verùm Ozaſcus cum multis Doctoribus, quos ſequutus eſt in Senatu Pedemont. *deciſione* 97. Antonius Theſaurus cum aliis *deciſione* 93. Maſcardus *vbi ſuprà,* cum ab eo relatis, *dicto n.*9. Faquineus *dicto libro* 1. *controuerſ. cap.*20. docent reum teneri ad iurandum; quia leges, quibus conſtitutum eſt, vt is, cui iuramentum defertur ab aduerſario, illud ſubire cogatur, aut referre, de quibus quæſtione ſequenti nulla diſtinctione vtuntur, vtrum is, qui iuramentum offert niſus fuerit probare, necne. Secundò quia legis ratio æquè viget vtroque caſu, quod videlicet manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis ſit, vbi in cauſa propria teſtis, & Iudex aliquis efficitur, oblato ſibi Iureiurando, nec iurare velle, nec iuſiurandum alteri referre. Ego autem de veritate huius dubij dico *quæſt. ſequenti.*

QVÆSTIO III.

An Iuramentum delatum à parte parti in Iudicio recuſari poſſit, ſi illud deferens nihil probauerit: Et an quandocumque tale Iuramentum poſſit recuſari ac referri: Et an Iuramentum in litem deferatur ratione doli vel culpæ: Et an qui delatum & Iuramentum ſtatim teneatur iurare: Et an eadem vis ſit delati, & Iuramenti remiſſi, ac delati, & præſtiti? Vbi de differentia delati, & ſuppletiui Iuramenti?

SVMMARIVM.

1 *Reus iurare nunquid teneatur, ſi ab actore nihil probante ei deferatur iuramentum, num.*1 3; *diſtinctione componitur, n.*4.

4 L. ſi quis iuſiurandum, C. de reb. creditis.

5 *Iurans ſemel reſpondendo poſitionibus, poteſt recuſare iuramentum ſuper eodem.*

6 *Iuramentum iudiciale eſt, quod à parte parti defertur, Iudice approbante, quando voluntarium, quando neceſſarium, n.*8.9. & 10. *Et num referri, aut recuſari queat etiam ſi exigatur de facto alieno, n.*11.12.13.14.15.16.& 17.

8 *Textus noſter intelligitur.*

9 L. Iuſiurandum 17. hoc tit.

18 *Iuramentum litem defertur ratione doli, & non culpæ. Non defertur contra hæredem doloſi, n.*19. *nec tutoris hæredem, nec tertios poſſeſſores, n.*20.

21 *Iuramentum iudiciale datur contra ſucceſſores in dignitatibus.*

22 *Iudex taxat quantitatem, vſque ad quam in litem iuretur.*

23 *Vſuræ non debentur quantitatis, de quo iuratum fuerit.*

24 *Iuramentum debet præſtari eadem forma, quâ delatum eſt.*

25 *Delatum iuramentum ſtatim præſtari debet, aut referri, aliter non prodeſt, niſi reus, iam ſuſcepto iuramento poſtulet deliberandi ſpatium, n.*26. & 27.

28 *Verbum* remittere *eſt neceſſitatis Iure impoſita gratiam facere.*

29 *Iuramenti remiſſi, ac delati, aut præſtiti, nunquid eadem ſit vis, n.*30. & 31.

30 L. Labeo 41. ff. hoc tit. l. Imperatores 38. ff. ad municip. & n.31.

L.2. C. ad legem Iuliam Majeſtatis.

32 *Iuramenti deciſorij, & ſuppletorij, quæ differentia.*

AD primam quæſtionis partem multi exiſtimant, quod ſi actor nihil probauerit, & Reo iuſiurandum obtulerit, tunc Reus, aut iurare compellatur, aut ſoluere, niſi iuſiurandum referre maluerit, docent Paulus Caſtrenſis *leg. admonendi, ff. hoc titulo, leg. ad pecunias,* §. *ait Prætor, ff. eodem;* Duarenus *in commentar. ad titul. noſtrum, cap.*3. Faquineus *libro* 1. *controuerſ. cap.*19. Suarez *in l.*4. *tit. de las iuras, lib.*2. *fori, num.*9. vbi ait per illam legem 4. Iure Regio eſſe indubitatum; & quod ita vidit practicari, latè Socinus *reg.*205. *limit.*5. & plures alij adducti à Ceuall. *in pract. q.*305. *n.*3. *verſ. ſed cõtrariam,* fundamenta ſunt text, *in l. tutor, ff. hoc tit.* ibi: 1

tutor pupilli, *omnibus Probationibus deficientibus*, *iuſiurandum deferens*, *audiendus eſt*, *leg. vltim. Cod. de fideicommiſſ.* vbi hæres iurare compellitur, ſi fideicommiſſum aliunde probari non poſſit, & *leg. generaliter*, *Cod. hoc titulo*, vbi dicitur etiam in principio cauſæ iuſiurandum offerri poſſe, & ex *leg. vltima*, §. *licentia*, *Cod. de Iure deliberandi*, & *ex leg. manifeſta*, *ff. eodem*, vbi Conſultus dicit: *manifeſta turpitudinis eſt nolle iurare*, *nec iuramentum deferre*, cui conſonat textus, *in l.*8. *tit.*11. *parte* 3. vbi notat Greg. non enim diſtinguunt, an actor probauerit, necne, ſed manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſſe dicitur nolle iurare, aut iuramentum referre: nam is, cui iuramentum, refertur, teſtis in propria cauſa conſtituitur, *in leg. fin. Cod. de fideicommiſſ.* quare ſi iurare recuſet, malam cauſam ſe habere, videtur confiteri, & probant etiam, *in l. delata*, *Cod. de rebus creditis*, *& Iureiurando.*

2 Speculator autem, Socinus, Maſcardus, & alij, quos commemorat Maſcardus *de Probat. concluſ.*957. *num.*7. Hipolytus *ſingulari* 87. Purpuratus *in dicta l. manifeſta*, Suarez *vbi ſuprà*, qui dicunt communem Gregorius *in dicta l.*8. *titul.*11. *parte* 3. verbo *que las vbieſe reciuido*, docent contrariam ſententiam, primo, quia actore non probante, reus abſoluitur, *l. qui accuſare*, *Cod. de edendo*, & ex hoc noſtro textu. Secundò ex *cap.*2. *de Probationib.* Tertiò, quia probationes non ſunt ſumendæ de domo rei, *l. nimis graue*, *Cod. de teſtibus*, & ex aliis.

3 Quare ego cum Decio *in dicto cap.*2. *de probationibus*, *n.*5. verſic. *ex quibus omnibus*, Ceuall. *in pract. quaſt.*305. *num.*4. Boër. *deciſ.*95. *num.*5. Iacobin. *de Sancto Gregorio in leg. properandum*, §. *& ſiquidem*, *num.*23. *Cod. de Iudicijs*, exiſtimo hoc dubium ſub ea diſtinctione componendum, nempe, quod ſi à principio actor noluit iuramētum deferre, ſed onus probandi aſſumpſit, & non probauit, tunc Reus abſolui debeat; ita vt non cogatur iurare, aut à principio actor detulit iuramentum, & tunc compellendus eſt Reus iurare, vel iuramentum deferre, aliàs habebitur pro confeſſo; ita vt in hoc vltimo caſu procedat ſecunda opinio: prima autem in primo.

4 † Quo fit, vt lucem accipiat difficultas quæſtionis præcedentis in verſic. *ad quartam*, quidquid autument Faquineus *d. lib.*1. *Controuerſ. cap* 20. vbi expendens textum *ibi* adductum, *in l. ſi quis iuſiurandum*, *Cod. de rebus credit. & Iureiurando*, ait textum illum loqui de eo, qui à principio iuſiurandum obtulit; deinde pœnitentia ductus cum ſperaret ſe probationes habiturum, illud reuocauit; & tandem cum ſe probationibus quoque deſtitutum animaduerteret, ad iuramentum iterum redire volebat; & ſic merito propter variationem non audiri, quod itidem, & in noſtro caſu contingit; licet non talibus

5 circunſtantiis. † Et ita expendo; licet Gratianus, Rota Marchiæ *in deciſione* 121. Riccius *collect.*858. *in fine*, ad textum, *in dicta l. manifeſta*, dicant eius regulam procedere, tam ante, quàm poſt probationes tentas: & Cyriacus *contr.*38. *tom.*1. *à num.*1. dicit quod qui ſemel iurauit, reſpondendo poſitionibus poteſt recuſare iuramentum deciſiuum ſuper eodem negotio, cum ſit actus fruſtratorius, & non releuans, nec admittendus, ſi cum multis probans, quando non eſt profuturum ad cauſam ex *leg. iuſiurandum*, §. *pupillus*, *ff. de Iureiurando*, Surd. *conſ.*190. *num.*6. Caſtr. & Iaſon *in dict. l.* & addit Cyriacus *num.*8. cum aliis multis Doctoribus, vt econuerſo ſi quis ſuſcepit iuramentum ſibi delatum poſſit cogi reſpondere poſitionibus ſuper eodem negotio: ſic cum Bartol. Speculatore, & Theſauro.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an & quandocumque poſſit tale iuramentum recuſari, ac 6
referri, dubium eſt; & vt explicem aduerto iuramentum iudiciale eſſe quod in iudicio à parparte parti defertur, iudice approbante, *l. delata*, *Cod. de rebus cred.* & non eſt neceſſarium; quia & libere ſuſcipitur, & ab eo, cui delatum eſt referri poteſt, *cap. fin.* verſic. *quamuis hoc tit. l. Iuſiurandum* 34. §. *ait Prætor* 6. *ff. hoc tit.* niſi & ſimul iuſſerit Iudex præſtari iuramentum; alterutrum tamen facere cogetur, aut in quam iurare, aut iuramentum referre, quando Iudex illud detulit, niſi ſoluere malit, *dict.* § *ait Prætor. dict. l. delata*; quia manifeſtæ turpitudinis eſt, & confeſſionis nolle iurare, nec iuramentum delatum referre, docet communis, quam ſequitur Andreas Valenſis *in Rubrica hic*, §.5. *ſub*, *num.*2. *&* 3.

Quod videtur improbari ex textu noſtro 7
in dicto verſic. *quamuis* & ex aliis. Verùm reſpondeo, vt quamuis iuramentum iudiciale à parte parti delatum, à principio ſit voluntarium; poſtea tamen cum ſemel ſuſceptum eſt, & à iudice comprobatum iurare; aut ſoluere neceſſarium eſt, & abſque manifeſta turpitudine recuſari non poterit, cum aliàs pro confeſſo habeatur, explicat ſic iura contraria Graña hic *ſub num.*11. † Dicens textum noſtrum in 8
verſic. *quamuis*, dum loquitur de iuramento litis deciſorio, intelligi in primaria iuramenti natura cum omnino à principio ante alterius partis acceptationem voluntarium ſit, poſt acceptationem verò, & Iudicis receptionem, adeo eſſe neceſſarium, vt recuſans, etiam Iure Pontificio turpitudine notetur ex *cap.*1. *de Confeſſis lib.*6. vt notant Antonius Faber *in rationali*, ad textum, *in dicta l. iuſiurandum*, §. *ait Prætor*, & *in dict. leg. manifeſta:* ſequitur Barboſa *in Additionibus*, *noſtri textus*, *p.*6. *num.*2. verſic. *in ſecunda.*

Nec tunc obſtat textus, *in l. Iuſiurandum* 17. 9
ff. hoc tit. vbi apparet abſolutè iuramentum ex ſola partium conuentione delatum, recuſari non poſſe Iudice nondum accedente; quia reſpondetur procedere in conuentione, & in diuerſa ſpecie, & diuerſo genere iuramenti, hoc eſt in iuramento extraiudiciali cum partium conuentione alicui extraiudicium committitur: quia tunc ſeruari debet; eo quod voluntas in contractibus venit ſeruanda, *l.*1. §. *ſi conuenerit*, *Digeſtis depoſiti*, *l. contractus* 23. *Digeſtis de regulis iuris:* nam etſi iuramentum illud ſimiliter à principio ſit voluntarium conuentione, tamen obligatorium efficitur: ita Graña hic ſub *numero* 12. † Et 10
explicans Andreas Valenſis *in Rubrica dict.* §.5. *ſub num.*1. docet voluntarium iuramentum eſſe, quod extraiudicium pars parti defert, dictum inde voluntarium, quod nonniſi ex eius, cui defertur voluntate ſuſcipiatur, *l.* 1. 2. *&* 3. cum aliis, *ff. hoc tit.* niſi forte inter partes conuenerit; vt ab eo, cui defertur, præſtetur; quia tunc ab eo præſtandum eſſe, dicit ſicut & ſemel ſuſceptum

ab

ab eo, cui defertur, præſtari debet, nec poſſe
referri, *l. iuſiurandum* 17. *ff. de eodem*, quia licet
ab initio ſit voluntarium ex conuentione, aut
ſuſceptione ſit neceſſarium.
11 Verùm ſi fortè ſubſit iuſta cauſa recuſandi,
veluti ſi quis à te exigat iuramentum de facto
alieno, quod iuſte ignoras, non teneris iura-
re, nec iuramentum tibi delatum referre ex
hoc noſtro textu, *leg. Marcellus*, §. 1. *ff. rerum
amotarum*, docet *in Rub. hic*, Valenſis *dict.* §.5.
12 *n.*4. † Vbi addit ſimiliter, vt actor, qui plenè
probauit ſuam intentionem, non teneatur iu-
ramentum ſibi à Reo delatum præſtare, vel re-
13 ferre ex *dict. cap.*2. *de probat.* † Et ſimili modo
ſi actio propoſita talis ſit, qua Reus conueniri
non poſſit; quia tunc Reus illud ſibi ab actore
14 delatum, non tenebitur præſtare. † Item in-
famis, qui quemadmodum non admittitur ad
iurandum, ita nec ad deferendum iuramen-
tum, Faber *in deciſione* 17. *Cod. de rebus cre-*
15 *dit.* † Qui etiam limitat *deciſione* 26. vbi eue-
nit aliquando caſus, in quo iurare cogitur is,
cui delatum eſt iuramentum, nec ei concedi-
16 tur, vt poſſit referre. † Item limitatur in per-
ſonis timoratæ conſcientiæ, in quibus regula
textus, *in dict. leg. manifeſtæ*, *hoc tit.* non pro-
cedit, vt docet idem Faber *deciſ.*9. *eodem titulo*,
Riccius *collect.*858. vbi etiam limitat cum Rota
nou. collect. à Farinacio *in deciſione* 223. quando
petenti obſtat exceptio rei vendicatæ. De aliis
videbis *infrà quæſtione* 4. ſub verſic. *ad tertiam*,
& alios caſus, in quibus locum non habet de-
latio iuramenti, ponit Faber *de error. decad.*19.
17 *errore* 4. vbi videbis. † Et adjicies hunc ca-
ſum, nempe, vt non deferatur iuramentum fi-
deicommiſſario aduersùs hæredem, qui omi-
ſit inuentarium conficere, niſi fideicommiſſa-
rius inſtitiſſet, & hæres prætermiſiſſet, per ea,
quæ dicit Guid. Pap. *in deciſione* 351. Riccius
*collect.*1349. verſic. *item.* Et applicabis caſum,
§. *fin. de fideicommiſſ. libertat. inſtitia*, vbi Pi-
chardus.
18 Ad tertiam quæſtionis partem, an iuramen-
tum in litem deferatur ratione doli? Reſpon-
deo cum Doctoribus ex *l.*1. *ff. de in litem iuran-
do*, tale iuramentum deferri ratione doli, non
autem culpæ, Riccius *collect* 1349. & licet Rota
Auenion. *deciſione* 59. pulcherrimè explicet, an
dolus præſumptus ſufficiat, melius videbis apud
Couarruuias *libro* 1. *variar. cap.*14 *num.*5. *&* 6.
vbi cum multis probat aduersùs tutorem non
conficientem inuentarium, in litem iurari pro-
pter dolum præſumptum. Et *num.*6. expendit lo-
cum inſigniter vitioſum apud Bartolum *in l. tu-
tor qui repertorium*, *num.*21. *ff de adminiſtr. tutor.*
Videbis Antonium Fabrum *de errorib. decad.*36.
errore 3. vbi benè.
19 Et quando detur, & qualis dolus exigatur
ſcribit Afflictis *in deciſ.*360. & Riccius *vbi ſuprà*,
qui *in deciſ.* Curiæ Archiep. Neap. 13. ait huiuſ-
modi iuramentum non deferri contra hære-
dem doloſi, quemadmodum, nec contra fide-
iuſſores ipſius, & quemadmodum, nec datur
contra tutoris hæredem, Capicius *deciſione* 91.
Afflictis *deciſione* 169. & Anna *ſingul.*177. quod
intelligitur, quando præfatus hæres non con-
feciſſet inuentarium, vel hæres non eſſet in
dolo, vel lis non fuiſſet conteſtata cum defuncto,
Rota Auenion. *deciſ.*85. *hoc tit. in deciſ. diuerſ.
tom.*3. iterum leges Couarruuias *vbi ſuprà*, *n.*4.
à verſic. *vltimo.* † Et Rubinus ait non deferri 20
contra tertios poſſeſſores, niſi hæredes, & ter-
tij poſſeſſores adminiſtraſſent cum defuncto, vel
de eius ordine: ita Anna, quem ſequitur Ricc.
*dicta collect.*1349. & in aliis caſibus congeſtis per
Monter *in deciſ. Aragon.*11. Nec etiam defertur
ratione auri, vel argenti, ſiue facti, ſiue infecti,
Antonius Faber *in deciſ.*1. *Cod. de litem iurando.*
Quod ſi dubites an huiuſmodi iuramentum 21
detur ſucceſſoribus officiis, & dignitatibus; reſ-
pondeo affirmatiuè, quando dicerent ſe infor-
matos à prædefunctis: nam iurandi facultas
tranſit ad hæredes propter identitatem perſona-
rum ex Balboa *deciſ.*13. quod limitat Rota Aue-
nion. *deciſ.*106. apud Riccium *ſuprà*, ſi eſſet hæ-
res, qui habitaſſet cum defuncto. † Et Faber 22
*ſuprà dicta deciſ.*2. & *in deciſ. fin. Cod. de litem
iurando*, addit pro ornamento huius materiæ,
& in praxi, quod poteſt, & debet Iudex taxare
quantitatem, vſque ad quam iuretur in litem,
ſecundùm id quod exactis, & inſtrumentis li-
tis eſſe putauerit. † Nec vſuras deberi illius 23
quantitatis, de qua iuratum fuerit, refert Ric-
cius *vbi ſuprà*. Et de iuramento in litem, &
eius affectione, quibus rationibus, cauſa defe-
rendi in litem veritatis. De neceſſitate, & de
eius vi, Oſualdus ad Donellum *lib.*26. *comment.
cap.*6. 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12.
Ad quartam quæſtionis partem, vt reſpon- 24
deam, præmitto ex *l* 2. *l.*3. *l.*4. *l.*5. *in princ. hoc
tit.* oportere, vt iuramentum præſtetur eadem
forma, qua delatum eſt, & vt dici ſolet conce-
ptis verbis in formulam præſcriptam ab eo, qui
præeundo adiurat iurare, Plinius *epiſt.*1. *ad Tra-
ianum*, Poletus *lib.*4. *hiſtoriæ fori Romani*, *cap.*14.
Petrus Gregor. *lib.*10. *ſyntagmat. cap.*8. *num.*2.
Reuardus *lib* 2. *variar cap.*5. Oſualdus *in notis
ad Donell. lib.*24. *cap.*14 *littera F*, & quia quam-
uis nihil in re, & ad periurium, & ad Iudicium
rei interſit; ſæpè tamen multùm ad metum eius,
cui defertur; quia plerique aliarum rerum metu,
& religione afficiuntur, quibus nonnihil quan-
do indulgetur, vt rectè Duarenus *in poſterio-
ribus Commentar. huius tituli*, *cap.*4. & addit Pi-
chardus *in* § *ſi quis poſtulante inſtit. de actioni-
bus*, *num.* 84. id eſſe quod *in leg. non erit* 5. *ff.
hoc tit.* §. 1. ait Vlpianus ibi: *Diuum Pium Iu-
reiurando, quod propria ſuperſtitione iuratum eſt,
ſtandum reſcripſiſſe*, & eodem ritu præſtandum,
vt ſi cui delatum eſt, vt tactis ſacris Scriptu-
ris, iuret, de quo aliqua *ſuprà*, & ſupra *in cap.*4.
hoc titulo.
Vnde iam reſpondendo ad difficultatem dico, 25
etſi communiter dicatur quod delatum iura-
mentum, aut præſtandum ſtatim, aut refe-
rendum, & vtrumque ſi remiſſum, perinde
eſſe, ac ſi iuratum, & nihil hoc iuſiurandum
proficere ei, qui poſtea paratus ſit iurare; quia
ex eo, quod delatum eſt, iuramentum non eſt,
dict. l. non erit 5. §. *fin. ff. hoc tit.* idque eſſe, quod
vulgò dicitur ex *delata conditione iurandum*,
quæ in duobus poſita eſt. Primò vt non finita
delatione, iuret. Secundò vt eadem forma,
quâ delatum eſt iuret iuxta explicationem Do-
nelli *dicto libro* 24. *Commentar. cap.* 14. vbi
Oſualdus *in notis littera A*, & quod iuramen-
to iudiciali, & voluntario ineſt tacita ea con-
ditio, ſi incontinenti iuretur, ne aliàs, qui
detulit pœniteat. † Tamen quia præſens, & 26
ſubitum iuſiurandum poſſet in non leues inci-

de re anxietates tutius erit Reo, ſi iuramentum protinus ſuſceperit, & deliberandi ſpatium poſtulauerit, vt de modo iurandi cogitet, & negotij, de quo agitur circunſtantias ſpectet diligentius: ita Zaſius, & Oynotom *in dict. §. ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus, num.*78. Cacheranus *deciſ.*8. Carroſcius *de Iuram. deciſorio, quæſt.*6. Gilquenius *in leg. ſi quis iurandum* 11. *num.* 1. *Cod. hoc tit.* Pichardus *vbi ſuprà num.*80. *&* 81. vbi dicit ad id referenda eſſe verba Vlpiani *in l. Iuſiurandum* 34 *in princ. ff. hoc titulo*, ibi: *putat Marcellus, & rectè, aut remittendum ei iuſiurandum, aut ſpatium dandum,*
27 *vt certioretur; & ſic iuret.* † Et ita Antonius Faber *decade* 19. *errore* 8. *ſub num.* 5. ex dicta lege ait ſpatium dandum eſſe aliquod, vt certioretur is, cui iuſiurandum defertur; ita vt interim non ſit vrgendus, nec præcipitandus.

28 Ad quintam quæſtionis partem, vt reſpondeam præmitto quod verbum *remittere* ex proprietate ſermonis, eſt neceſſitatis Iure impoſitæ, gratiam facere, *leg. ex conducto* 5. §. *Papinianus* 4. *&* §. *vbicumque* 7. *ff. locati, leg. vnica, ff. de remiſſion. l.*4. *Cod. de remiſſ. pignor.* & cum deferens iuramentum, ſi iam à parte acceptatum, eius gratiam fecerit, vt poteſt ex *leg. remittit* 6. *ff. hoc tit.* præſertim in actu ad iurandum proximo illud remittere dicitur; quia etſi ante ſuſceptionem nulla erat iurandi neceſſitas, cum referri poſſet ex *dicta leg. manifeſta, ff. hoc tit. & ex noſtro textu*: tamen eo ſuſcepto, manet deferenti occaſio remittendi illud ex *dicta l. remittit.*

29 Vnde Accurſius *in* §. *ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus*, dixit in verb. *iurauit*, eandem eſſe vim delati, & remiſſi iuramenti, quæ delati, & præſtiti ex *dicta leg. remittit* 6. *l. nam poſtea* 9. §. 1 *ff. hoc tit. dict. l. non erit* 5. §. *vltim. eodem, l.* 1. *l. actori, Cod. hoc titulo*, Iulius Paulus *lib.*2. *ſentent. tit.* 1. §. 3. & perinde eum teneri, indeque ſiue actionem, ſiue exceptionem naſci æquum eſſe; ac ſi illud præſtitum eſſet; quia non minor Sacramenti religio, non minor voluntas dixerunt Couarr. *in cap. quamuis pactum* 1. *p.* §. 3. *&* 3 *p.* §. 4. Petrus Gregor. *lib.* 50. *ſyntagm. iur. cap.* 12. Andreas Gailius *lib.* 1. *obſeruat. iur. cap.* 25. Donellus *libro* 24. *comment. cap.* 13. *& ibi*, Oſuald. *lit. H*, Iaſon *in dicto* §. *ſi quis poſtulante inſtit. de action. num.* 30. qui omnes latè expendunt: argum. textus, *in l. ſatisfactio* 52. *ff. de ſolution.* iuncta *l.* 1. *ff. qui ſatiſdare cogantur*, à quibus non eſt longè textus, *in l.*8. *&* 25. *tit.* 11. *p.* 3. vbi Gregor. Lopez videndus etiam *in l.* 35. *tit.* 18. *p.* 3. & Pichardus *in dicto* §. *ſi quis poſtulan-*
30 *te à num.* 92. *ad* 94. † Vbi quatenus per textum, *in l. Labeo* 41. *ff. hoc tit.* & *in leg. Imperatores* 38. *in princip. ff. ad municipal.* remiſſio illius iuramenti, etiam abſenti probatur; & ſic non benè, vt præfata remiſſio fiat iurare parato; & ſic præſenti: nam reiecto intellectu Reuardi *dict. lib.* 5. *variar. cap.* 2. ait euenire poſſe, vt delatum iuſiurandum, protinus acceptetur; deinde moræ intercedant, antequam præſtetur: quo caſu, etſi deferens abſente altero, remittat, iuſiurandum præſtitum eſſe ex die re-
31 miſſionis ait. † Et addit iuſiurandi gratiam, quam Imperator, & Reges faciunt, *in dict. leg. Imperatores*, eſſe relaxationem, de qua eſt etiam locus, *in l.* 2. *Cod. ad leg. Iul. Majeſt.* & alter elegantior *Nouella* 51. *ſub Authentic. ſcenicas, non ſolum ſi fideiuſſores*, Seraphinus *de priuileg. Iuram. priuileg.* 47. *num.* 7. Minſing. *cent.* 6. *obſeruatione* 84. Gailius *lib.* 2. *obſeruat. cap.* 22.

Notabis verò inter iuramentum deciſorium, 32
& iuramentum ſuppletorium, hanc eſſe differentiam, quod deciſorium datur in defectum probationis deficientis, alterum datur in ſupplementum probationis imperfectæ, notant Aluarotus *in cap.* 1. §. *Sacramentum, num.* 2. verſic. *nota quod propter de conſuet. rect. feud.* egregiè Bald. *in leg. bona fidei, num.* 2. verſic. *nota quod propter in princip. Cod. de rebus credit.* Patianus *de probation. parte* 1. *cap.* 71. *num.* 25. de quibus benè Antonius Faber *de erroribus pragmat. decad.* 19. *errore* 5. *&* 6.

QVÆSTIO IV.

An Iuramentum recuſari poſſit vbi periculum eſt, ne periurium detegatur: Et an deferens teneatur illud remittere, vbi certò ſcit aduerſarium peieraturum: Et an Iuſiurandum pro relato, praſtitóque haberi debeat, ſi aduerſarius, cui delatum fuerat nolit iurare: Et an habendum ſit pro preſtito, quod delatum eſt à iudice in ſupplementum probationum, cum ab ea delatione prouocauerit aduerſarius, & interim mortuus eſt, qui iurare debuit: Et an à ſententia Iudicis Iureiurando cauſam decidentis poſſit appellari: An ſi iuramenti relationi locus non ſit, queat verò eſſe locus delationi?

SVMMARIVM.

1 *Recuſari nunquid iuramentum poſſit, vbi periculum eſt, ne periurium detegatur, n.* 2. 3. 4. *&* 5.

6 *Remittere iuramentum, nunquid deferens teneatur, ſi ſciat peieraturum eſſe illum cui defertur, n.* 7. *&* 8. *Et nunquid querela fiat in peierantem, n.* 9.

10 *Delatum iuramentum, quando pro præſtito habeatur, ſi is, cui delatum eſt nolit iurare? Et quando benè à tali iuramento ſe excuſet, n.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. *vbi plures referuntur caſus recuſandi iuramentum.*

18 *Delatum à Iudice iuramentum in ſupplementum probationis, nunquid habeatur pro præſtito, quando ab ea delatione prouocauit aduerſarius, & interim mortuus eſt, qui iurare debuit, n.* 19. *&* 20.

21 *Iuramentum à Iudice delatum, in quo differt, ſi à parte.*

22 L. generaliter, §. ſin autem, Cod. hoc tit. & n. 24.

Appellatio à ſententia Iudicis Iureiurando cauſam decidentis, nunquid locum habeat, n. 23. 24. 25. 26. *&* 27.

27 *Iuſiurandum delatum, quo fertur ſententia, habet ſpeciem tranſactionis, & maiorem authoritatem, quàm res iudicata.*

28 *Recuſari non poteſt delatum iuramentum; etſi referri non poſſit, n.* 29. 30. 31. *&* 32.

33 L. Iuſiurandi, & ad pecunias, ff. hoc titulo.

In

1 IN eo caſu, nempe ſi quis teſtis produxit, & deinde aduerſario Iuramentum offerat; quia ibi periculum adeſt ne periurium detegatur, ideo exiſtimant nonnulli Iuramentum poſſe recuſari ex Doctrina Bart. *in l. Iuſiurandum, quod ex conuentione, §. vlt. num. 4 ff. hoc tit.* & Oſaſchi *deciſ.* 11.
2 Senatus Pedemont. & Theſauri *deciſ.* 93. † Verum *ex l. manifeſtæ, hoc tit. l. delata, Cod. eodem,* & ex noſtro Textu, contrarium dicendum eſt, cum manifeſtæ turpitudinis ſit nolle, aut iurare aut Iuramentum referre; & quia oportet, vt is, cui Iuramentum defertur, iuret, aut ſol-
3 uat, niſi referre maluerit. † Deinde ex eo fundamento; quia leges præcipiunt vt quis non falſum iuret, ſed verum. Quamobrem, ſi verum iurauerit is, cui offertur Iuſiurandum, non eſt quod metuat, ne periurium detegatur; quia ſi teſtium depoſitiones opponantur, reſpondere, poterit poſtquam iuratum eſt, non aliud quærendum eſſe, an debeat, necne, *l. 5. §. dato, ff. hoc tit.* ergo ſi periurij arguatur, ex teſtibus reſpondere poterit ſe quoque teſtes, & alias probationes producere potuiſſe, niſi placuiſ-
4 ſet cauſam Iureiurando decidi. † Tertiò ex eo; quia fieri vix poteſt, vt poſt exhibeatis probationes, Iuſiurandum quis offerat aduerſario, niſi probationibus ipſis magnopere diffidat, ac timeat, ne aduerſarius ipſe contrariis teſtibus, &
5 probationibus eum ſuperet. † Quartò quia magis ſuſpicari licet eum, qui Iuſiurandum offert metuere, ne ſuorum teſtium detegatur falſitas, quam cui offertum de periurio ſolicitum eſſe: ita docent Crauata *conſ.* 207. Maſcardus *de probationibus, vol. 2. concluſ.* 957. *circa finem*, Faq. *lib. 1. controuerſ. cap.* 22. vbi reſpondet Bartoli Authoritatem nihilo plus ſuffragari, quam aliorum.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo, quod vbi certum eſt aduerſarium: peieraturum, debere ille, qui illud defert, certus de tali peieraturo, ei Iuſiurandum remittere, vt periurium vitetur: ſic docet Petrus Gregorius *lib. 50. ſyntagmat. cap. 6.* Pichardus *in §. ſi quis poſtulante inſtit. de action. num.* 91. & probant poſt Felinum Aſinius *in praxi de executione ſentent. § 8. cap. 2. num.* 21. Dominicus de Soto *lib. 8. de iuſtitia quæſt. 2. art.* 4. Parianus *lib. 1. de probationibus, cap. 70. à num* 10. *& 20. cum ſequent.* quia deferens Iuramentum peieraturo eſt, plus quàm homicida: argum. Textus *in c. quia hominem 5. 22. quæſt. 5* & vt iam *alibi*, dixi ſic petentem Iuramentum ab eo, qui certo creditur, vt peieret cooperare peccato peierantis, & ſic peccare mortaliter, quia irrititur eo-
7 dem peccato, ac peierans. † Quod procedere dicunt Salon 21. *quæſt.* 87. *art. 4. controuerſ.* 2. & cum alij Sanchez *lib. 1. mor. cap. 8. num.* 10. & Bonacina *tom. 1. diſputat. 4. quæſt. 1. puncto* 11. *num.* 3. etiam ſi peierans paratus eſſet ad peierandum.

8 Quæ doctrina fallit, niſi adſit iuſta cauſa, cur petens excuſetur, quia tunc poterit Iuramentum peti ab eo, qui creditur peieraturus; quia non petitur, nec intenditur periurium, ſed Iuramentum, quod alter poteſt admittere abſque mendacio, & periurium reſpectu petentis non eſt intentum, ac volitum, ſed cenſeatur permiſſum, vt docent D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 98. *art.* 4. Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap.* 43. *dubio* 10. *num.* 49. Suarez *de Iurament. lib. 3. cap.* 13. Trulench. *in opere moriar. lib. 2. cap. 1. dubio 15. num. 2. & 3.* vbi dicit cum aliis hinc ſequi, poſſe iudicem petere Iuramentum ab eo, quam ſcit peieraturum, ſi pars id poſtulet, vel aliàs ratio officij exigat, vt eum adducuntur teſtes, nec poteſt id ſine ſcandalo declinare, aliàs verò tenebitur, ſi aliud remedium poteſt facile adhibere, ne admittatur peieraturus: faciunt adducta *in cap. breui 17. & in cap. & ſi Chriſtus, hoc tit.* † Et an ſi pars peierauerit in huiuſmodi Iuramento litis deciſorio, poſſit fieri querela, ſeu 9
accuſatio? tractant Donellus *lib. 24 comment. c. 9. col 2* Gutt. *de Iuram. p. 3 3. c. 7. à n.* 10. & alij relati à Barboſa *hic n.* 3.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Iuſiuran- 10
dum pro relato, præſtitoque haberi debeat, ſi aduerſarius, cui delatum fuerat, nolit iurare? Reſpondeo ex dictis *ſuprà*, in aliis quæſtionibus affirmatiuè, niſi in caſibus, vbi tale Iuramentum poſſit recuſari de quibus nonnullis, *ſupra*, quibus addo ſequentes caſus cum Antonio Fabro *de erroribus, pragmat. decade* 19. *errore* 8. nempe vt reus non cogatur iurare, ſi deferat Iuſiurandum is, qui deferendi Ius non habet, puta pupillus, cui data non eſt bonorum ſuorum adminiſtratio, aut procurator, cui mandatum erat, vt poterat non etiam, vt Iuſiurandum deferret; quia in mandato generali, ſine alio ſpeciali hoc non venit, ſicut nec alia: argumento Textus *in l. mandato 60 ff. de procur. l. ſed & ſi tantum 13. §. 1. ff. de pactis, l. Iuſiurandum quod ex conuentione, §. 1. & fin. cum legibus ſequentibus, ff. hoc tit. l tranſactionis 7. Cod. de tranſact. l. hoc iure 86. ff. de ſolution.* † Et ita pupillo, aut Pro- 11
curatori, qui non ſpecialem in eam rem mandatum habeat, non ſunt cogendi iurare, *l. Iuſiurandum ad pecunias 36. §. pupillo cum ſequent. ff. hoc tit.* quia nec de alieno facto iurare quiſquam compellitur, *l. Marcellus 11. §. iurare, ff rerum amotarum.* nec ſub alieni compendij emolumento anceps periurium ſubire, *l. videamus 4. ff. de in litem Iurando.*

Item etiamſi deferatur tibi Iuſiurandum eo 12
loco, in quo iudicium accipere cogi non poſſis, nec iurare cogeris, nec referre, *l. Tutor 35. § fin. ff. hoc tit.* † Quod interpretes plerique protra- 13
hunt ad omnes eos, qui fori exceptionem habent, vt nec partis interrogationibus, nec poſitionibus reſpondere compellantur. Tamen ſi valetudine, aut qua alia cauſa impediatur, ne ad iudicem venire poſſit aliquis; permittendum eſt ei, vt iuret, in qua degit prouincia; dummodo præſente aduerſario, vel ipſius procuratore, *l. generaliter, §. his præſentibus, Cod. hoc tit.* quod in Iureiur de calumnia olim obtinebat, *l. 2. § ſin autem abſuerit, Cod. de Iureiur. propter calumniando.*

Et ſi is, cui Iuſiurandum defertur paratum 14
ſe dicat ea omnia probare, ſiue inſtrumentis, ſiue teſtibus, quæ ad litis victoriam poſſint ſufficere iurare non compellitur. Nec eſt cogendus, qui per modeſtiam, & religionem, magis quàm conſcientia iurare nolit, *l. illud, aut illud 25. §. 1. ff. de conſtitut. pecunia, l. quæ ſub conditione 8. ff. de condition. inſtitut.* † Nec enim etiam 15
Iuſiurandum referre compellitur, qui ex liquidis probationibus, quas iam in manu habeat certam ſibi victoriam comparare poſſit, ſi quidem vix eſt, vt niſi deficientibus cæteris probationibus omnibus, Iuſiurandum vnquam deferatur:

16 deferatur : alia adducit videnda.† *Vbi ſuprà*, Antonius Faber *dicto errore* 8. contra Aymon Crauetta *conſ.* 103. ait vt nunquã quis præciſe arctandus ſit, vt iuret, ſed indulgendum eſt ſemper ei, cui Iuſiurandum defertur, vt referre poſſit; alioqui nec audiri debet qui tale Iuramentũ defert, quod aduerſario recuſante, & referente, non poſſit ipſe ſuſcipere; propter quam cauſam dicit non ſic cõceptam eſſe legem, vt dicat tantùm, *manifeſtæ turpitudinis eſſe nolle iurare*, ſed cum adiectione, *nec Iuſiurandum referre*, vt intelligamus non poſſe recuſanti obijci conſcientiam, ſi modo Iuſiurandum ſibi delatum referre ſit paratus, quod porro, non aliter facere poteſt, quàm ſi deferens talis ſit, qui Iuſiurandum ſibi relatum, poſſit ſuſcipere : quo pacto debent intelligi Donellus *lib.* 24. *comment. cap.* 8. 9. 19. 23. 24. & 26. Cujacius *obſeruat. lib.* 18. *obſeruat.* 3. & *in l.* 2. & 3. *Cod. hoc tit.* & alij relati à Barboſa *hic in addition.*
17 *num.* 1. † Et ſic addit Faber *vbi ſupra, num.* 7. *in fine*; quod ſi ex perſona eius, cui defertur, fiat, vt referri nequeat, vt puta ſi deferatur filiofamilias, aut ſeruo, aut in actione rerum amotarum; quia iſti iurare non tenentur, ſic nec referre delatori, vt iuret : Et de aliis caſibus dixi *ſupra quæſt.* 2. & 3. ſub verſic. *ad ſecundam*: & videbis quæ notat idem Faber *d. decade* 19. *errore* 10. *in fine*.

18 Ad quartam quæſtionis partem, de quo optime diſputat idem Antonius Faber *de errorib. pragmat. decade* 19. *errore* 10. reſpondent pragmatici Iuſiurandum præpoſito habendum eſſe, ſi quandocumque iniuſta appellatio pronuncietur quoniam iuſtum non eſt ei, qui temere, & ſine cauſa appellauerit ſuam fuſtrationem prodeſſe, ſed potius in eius præiudicium pro facto haberi, quod ne factum ſit, per eum ſtetit : argumento Textus *in l. tutor.* 41. *ff. de vſuris, iuncta l. Iu-*
19 *re ciuili* 86. *ff. de condition. & demonſt.* * Verùm pro contraria opinione vrget admodum Anton. Faber *dict. errore cap.* 10. *num.* 3. *ex l. generaliter* 12 §. 1. *Cod. de rebus cred. & iureiurando*, vbi Iuſtinianus ob hanc ipſam cauſam conſtituit, vt non obſtante appellatione, præſtari poſſit Iuſiurandum, ne forte probationes intercidant; ſi forte interim, cui Iuramentum delatum eſt, ab
20 hac luce ſubtrahantur. * Et ſic alia adducens ait Antonius Faber quod multo maior ratio eſſet, cur illud Iuſiurandum Iuſtinianeum pro præſtito haberi deberet defuncto poſt interpoſitam appellationem eo, qui iurare debuerat, quam illud ſuppletiuum, de quo nunc loquimur, cum longe fauorabilius ſit illud Iuſtinianeum : quippe quod ei deferatur, qui etiam citra Iuſiurandum vincere deberet ; hoc vero ei duntaxat, qui ſi non iuret omnimodo condemnari debeat propter defectum probationum; & ob id reſpondet Faber ad fundamentum pragmaticorum non potuiſſe appellationem facere, quominus iuraretur, ſi iurare Victor & voluiſſet. Verùm pro pragmaticis vrget quod dixi, *ſupra, quæſt.* 3. verſic. *ad quartam*, vbi egi de quæſtione, an *cui delatum eſt Iuramentum, teneatur ſtatim iurare.*

21 Diſputat verò Antonius Faber *de errorib. pragmat. dict. decade* 19. *errore* 3. *num.* 8. & 9. de differentia inter delatum à iudice Iuſiurandum, vel aperte, & ait vt qui exacto Iureiurando condemnatus eſſet, à ſententia appellare non poſſet; qui verò per delatum à iudice poſſet, ſi forte, non obſtante eo Iuramento, vincere tamen debuerat ex plenis probationibus ante delationem factis : Alia videnda de appellatione ab interlocutione, idem Antonius Faber videndus.

Ad quintam quæſtionis partem, conueniunt 22 admodum dicta *num. præced.* quia certum eſſe dicunt Doctores ex *dicta l. generaliter, §. ſin autem, Cod. de rebus creditis, & Iureiurando*, cum qui Iuſiurandum detulit, appellare non poſſe; ſed è contra dicunt eum appellare poſſe, cui iuramentum delatum eſt; ſi videlicet illud præſtare recuſauerit, ac proinde ad abſoluendum condemnatus fuerit.

Vnde, hoc ſuppoſito, Petrus & Cynus *in d.* 23 §. *ſin autem*, Imola in præſenti, *num.* 4. & alij, quos refert, & ſequitur Oſaſcus *dec. pedement.* 60. dicunt quod is ciui Iuramentum offertur, aduerſario ſuo illud referat, atque is iuret, & eius Iuramentum iudex ſequutus ipſum, qui retulit, condemnet, poſſeque eum appellare à ſententia iudicis : eo quod ex regula iuris ab omni ſententia eſt appellatio permiſſa, *l. & in maior. Cod. de appellation.*

Nec obſtat Textus *in dicto §. ſin autem*, qui ne- 24 gat appellandi licentiam ei, qui Iuramentum detulit, quia *ibi* ſponte prædictam viam elegit ille, vt iure Iurando cauſa definiretur. Sed is, cui offertur Iuſiurandum, non ſponte illud refert deferenti, ſed neceſſitate quadam impulſus, ne videlicet ipſe cogatur iurare aut ſoluere.

Tamen contrariam ſententiam acerrime de- 25 fendunt Salicetus *in dicta l. generaliter* poſt Ioannem Azonem, & cum eis Faquinetus ſcilicet, quod dicitur de deferente procedere in referente. Primo quia in vtroque eſt eadem ratio, nam & ipſe elegit hanc viam ſponte, vt aduerſarij teſtimonio, & Iuramento decidatur, cum liberum ipſi fuiſſet iurare, iudexque, & teſtis in propria eſſe cauſa : qua de re de ſe quæri, non de iudice debet. † Secundò quia Iureiurando præſtito, ni- 26 hil aliud quæri debet, nec ſententia retractari prætextu periurij poteſt, *l.* 5. §. *dato, ff. hoc tit. l.* 1. *Cod. eodem.* † Tertiò quia hoc Iuſiurandum habet ſpeciem tranſactionis, & maiorem 27 Authoritatem habet, quam res iudicata, *l.* 2 *C. hoc tit.* aduersùs tranſactionem, ſupplicare non licet, *l. cauſas, & lites, Cod. de tranſaction.* ergo nec appellare à ſententia Iureiurando, deciſa ita ex his & aliis Faquineus *lib.* 1. *cont. cap.* 23. vbi reſpondet ad Textum *in l. fin. Cod. hoc tit.* quæ loquitur de legatario iurante; & ex teſtamento, veritate in contrarium apparente, quia tunc detecto periurio, ſententia retractatur, & repeti poteſt quod ſolutum eſt, de quo latè agitur in ea quæſtione, an ſententia iureiurando lata poſſit retractari prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum? De qua *in cap. ſuborta de re Iudicata.*

Ad vltimam quæſtionis partem, quia acci- 28 dit aliquando vt Iuramentum referri non poſſit, veluti cum is, qui illud offert veritatis, aut rei geſtæ ignarus eſt, ideo dubium eſt, an ſicut relatum iuſiurandum recuſari poteſt eo quod deferens, iuſtam habet cauſam illud recuſandi, ita & poſſit recuſari delatum, & pro negatiua ſententia facit, quia leges de tali iuramento verba facientes, plerumque relationem delationi coniungunt, nempe vt is, cui iuramentum defertur,

ſertur, illud referre poſſit, *d. l. Iuſiurandum*, §. *ait Prat. d. l. manifeſta, ff. hoc tit. d. l. delata, C. eod.* ita docent Narta *in conſ.* 35.

29 Pro contraria ſententia, nempe Iuramentum delatum recuſari non poſſe; licet referri non poſſit probatur ex *d. l. Iuſiurandum* §. *non ſemper*, vbi dicitur Iurandum eſſe ab eo, cui offertur Iuſiurandum, licet illud referri non poſſit ad illum modum quod delatum eſt, *non ſemper autem* inquit, *conſonans eſt per omiſſa referre Iuſiurandum*

30 *quale defertur.* † Secundò quia etiam hoc in caſu viget ratio æquitatis; nempe quod turpiter quis recuſet teſtimonium ferre in cauſa propria, fateri que videatur ſe malam cauſam habere, cum

31 iurare non audeat. † Tertiò, quia non deſunt alij caſus, in quibus referri non poteſt Iuramentum, *in l. Marcellus*, §. 1. *ff. de actione rerum amotarum.* Et in Textu noſtro ita teneo cum Faquineo *d. lib.* 1. *controuerſ. cap.* 21. Craueta *in conſ.* 203. Maſcardo *de probat. d. concl.* 953. *vol.* 2. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 289.

32 Quare tanta ſententia non obſtant fundamenta contrariæ; quia & ſi regulariter ſit coniuncta delatio delationi, verum ſi contingat vt relationi locus eſſe non poſſit; non ideo negandum

33 eſſe, locum eſſe delationi. † Nec etiam obſtat aliud deſumptum ab interpretibus ex *dicta l. Iuſiurandum*, & ad pecunias in verbis ibi: *in omni cauſa Iuſiurandum permitti; quia de iniuria conqueri non poteſt is, cui defertur, cum poſſit illum referre*, quibus deducitur; igitur ſi referre non poſſit, nec deferri poſſe videtur, quia vt reſpondet Faquineus, cum referri poteſt ſine dubio, maior eſt æquitatis ratio, ſed tamen, & ſi referri non poſſit, illa ratio non ceſſat, quod turpiter recuſatur Iuſiurandum, cum in cauſa prima iudex & teſtis, is cui offertur efficiatur, *l. fin. C. de fideicommiſ. l.* 1. *ff. quarum rerum actio non detur.*

QVÆSTIO V.

An in cauſis criminalibus, Iuramentum deferri poſſit in ſupplementum probationis: Et an in cauſa matrimoniali, vel in arduis ciuilibus: An in dubio deferri poſſit Reo hoc Iuramentum: An delatum Iuramentum exceptione elidatur: An offerens Iuramentum litis deciſorij per nouas probationes, poſſit oblationem illam reuocare & ad probationes redire: Et quando Iuriſiurandi delatio à Pratore remitti poſſit: Et an ſumptus litis per Iuſiurandum Iudiciale, aut per Iuſiurandum ſuppletiuum, decidi valeant: Et quæ differentia ſit inter Iuſiurandum delatum à parte, vel à iudice?

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti delatio in ſupplementum probationis, in cauſis criminalibus, qualiter locum habeat, num.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Quid in cauſa matrimoniali, numero* 9. 10. 11. 12. 13. *Quid in arduis ciuilibus, numero* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *vbi exemplificatur latè.*

4 L. in bonæ fidei, C. hoc tit.

24 *Iuramentum in ſuppletorium in dubio, nunquid deferatur Reo, n.* 25.

26 *Iuſiurandum delatum, nunquid exceptione elidatur, n.* 27. 28 29. *&* 30.

48 L. aduerſus 15. ff. de exceptionib.

30 L. fin. C. hoc tit.

31 *Iuramentum recipere, vel incontinenti iurare paria ſunt.*

Offerens iuramentum, poteſt pœnitere, & vti aliis probationibus.

32 *Recuſari poteſt iuramentum ab aduerſario oblatum, qui teſtes iam habet examinatos.*

33 *Remitti poteſt à Pretore iuriſiurandi delatio, & cur?*

34 *Sumptus litis, nunquid per iuſiurandum iudiciale, aut ſuppletiuum decidi valeant, n.* 35. 36. 37. *&* 38.

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeant Doctores, plura comminiſcuntur; ſi quidem ſex ſententiæ annumerantur: nam Accurſius abſolute docet, *in l. in bonæ fidei, Cod. hoc tit.* in cauſis criminalibus locum eſſe delectioni huius Iuramenti, Bartolus, & alij, *ibi* negant, alij verò, *in l. admonendi, hoc tit.* vbi Romanus *num.* 104. dicunt quod ſi actor ſemiplene probauit, aut minus, quàm ſemiplene probauerit, non eſſe deferendum. Sin autem plùs, quàm ſemiplene, deferendum fore ex verbis textus noſtri ibi: *niſi iudex inſpectis perſonarum, & cauſæ circumſtantiis, illud actori videat deferendum:* Alij à Menochio relati, *de arbitrar. iudic. caſu* 494. *num.* 10. etiam ex Textu noſtro, dicunt in cauſis criminalibus Reo deferendum eſſe Iuramentum ad ſuam innocentiam purgandam, non autem actori ex illis verbis, *præſumptione verò faciente, pro illo Reo deferri poteſt ad oſtendendam ſuam innocentiam iuramentum*, quod idem Textus *in Authentica nono iure, Cod. de pœna iudicis*, qui male iudicauit. Cynus verò, *in dict. l. in bonæ fidei*, & Burrius *hic*, dicunt quod ſi de pœna agatur corporali, Iuramentum non eſt deferendum, ſecus autem, ſi de pœna pecuniaria: argum. Textus *in dict. l. in bonæ fidei:* Et Angelus *in dict. l. in bona fidei*, ait quod ſi de crimine criminaliter agatur, accuſatione inſtituta, ad publicam vindictam, non ſit locus huic Iuramento, ſecus ſi ciuiliter agatur, ſcilicet actione ad priuatam vtilitatem.

Itaque & ſi Gloſſa in regula cum partium iura 2 ſunt obſcura *de reg. iur.* cui eſt ſimilis Gloſſa *in l. Maritus ff. de quaſt.* vbi Hypolitus *num.* 12. Iaſon *in l.* 3 §. 1. *num.* 19. *ff. hoc tit. & in l. admonendi, n.* 274 *ff. eodem*, & alij dicant in criminalibus non eſſe locum delationi Iuramenti neceſſarij Et alij adducti à Boherio *in deciſ.* 86. dicant admitti tale Iuramentum: tamen idem Boherius *n.* 4. Hypolitus *ſup n.* 16. referunt prædictas contrarias opiniones, ita concordari, quod in cauſa criminali, in qua venit imponenda pœna pecuniaria, ſit locus delationi Iuramenti, ſicut Alex. notat *conſ.* 66. *col.* 1. *vol.* 1 ſequitur Zeuallos *in pract. q.* 300. vbi dicit ſic practicari.

Et ob id Faq. ſequutus ſententiam vltimam An- 3 geli iam relatam *in dict. l. bona fidei*, dicit, *lib.* 1. *cont.*

cont. c.15.in fine, magis conſentaneam eſſe & in-
terpretatur Textum,noſtrum & *dict.l.3 ff.hoc tit.*
vt intelligantur de cauſa ciuiliter intentata ; & id
ſignificare verbum *actionis* , vtroque loco vſur-
patum , nempe *in dict. l.*3. ibi : *pœnali actione*,&
in noſtro Textu ibi , *famoſa actione* , quia vbi
criminaliter agitur, dicitur potius accuſatio ,
quam actio , *l. de crimine, Cod. ad leg. Cornel. de
falſis.*

4 Vbi alia in comprobationem adducens , ait
Textum *in dict. l. in bona fidei* , *hoc tit.* quatenus
admittit tale Iuramentum in bonæ fidei , *& in
cæteris cauſis* , accipiendum eſſe de ſimilibus cau-
5 ſis pecuniariis tantùm non criminalibus.† Qua-
re Graña *hic ſub*, *num.* 2. & Barboſa *in addition.
ſub num.*3. *p.* 6. ex noſtro Textu , in verſic. *nec
liceat* docent , & alij communiter Iuramentum
in cauſa famoſa minime referri poſſe;quia actio-
nis famoſæ iudicium exactoris Iuramento pen-
dere non poteſt , cum vindicta illius delicti ad
Ius publicum ſpectet tantum ; & quia cum de
crimine agitur , neceſſarium Iuramentum non
mittitur , cum agatur de perſonæ , & honoris
periculo , *l. ſciant cuncti* , *Cod. de probation.* quod
etiam in actione famoſa eſt receptum cum cri-
minali æquiparatur , *l. iuſta* , *ff. de manumiſ. vin-*
6 *dict.* † Et ſub præfata diſtinctione Antonius
Faber *in deciſ* 44. *Cod. hoc tit.* Riccius *col.* 380.
ad Textum in dict. l. in bona fidei , dixerunt tale
Iuramenium deferri poſſe in criminalibus,ſi pœ-
na futura erit pecuniaria : ita dictinguit reſpe-
ctu actoris, Andreas Valenſis *in Rubrica hic* §. 6.
*num.*1.*&* 2.

7 Tamen ex parte Rei in eximinalibus indiffe-
renter , ſiue ciuiliter , ſiue criminaliter intenta-
tis ad ſuam innocentiam purgandam , poſſe ei-
dem deferri huiuſmodi Iuramentum , vt verius
amplectitur idem Valenſis *dict.* § 6. *num.* 3. ex
verbis Textus noſtri ibi : *præſumptione verò fa-
ciente* , *pro illo Reo deferri poteſt ad oſtendendam*
8 *ſuam innocentiam.* † Et in hoc rendere videtur
Faquineus *dicto cap.* 25. *lib.* 1. *controuerſ.* vbi in
cauſis criminalibus ita ſeruari air , vt ſi quidem
Reus ſit confeſſus , vel conuictus , condemna-
tur , *l. qui ſententiam, Cod. de pœnis.* Si verò non
ſit confeſſus , nec conuictus ; ſed tamen multis
argumentis oppreſſus , ſubjiciendus tormentis
ſit ad eruendam veritatem, *l.*1. verſic. *ad tormen-
ta* , *ff. de quaſtion.* Quod ſi torqueri non poſſit,
tunc , vel pœna extraordinaria afficitur , ſi argu-
menta ſint magna , vel abſoluitur, & tantum
non diffitetur , & purgationis Iuramentum ali-
quando hoc in caſu deferri , vti declarat optime
Iulius Clarus *in* §. *fin. quæſt.*63. & late de hoc
Iuramento purgationis Gailius *lib.* 2. *de pace pu-
blica,cap.*7.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem , an tale Iu-
rameotum deferri queat in cauſa matrimoniali ?
Et affirmat Gloſſa finalis , *hic* dicens procedere,
vbi adeſt plus quàm ſemiplena probatio : ſic
Franciſcus Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 15.
num. 5. Maſcardus *de probation. concluſ.* 203.*n.*5.
10 Mancin. *de Iuram. p.* 2. *art.*6. *num.* 10.† Vbi de-
clarat niſi eſſemus in Matrimonio clandeſtino;
quia tunc Iuramentum in ſuppletorium non de-
fertur , etiam quod fuerit plus quam ſemipleno
probatum : ſequitur Barboſa *hic n.fin.*

11 Vnde bene cum multis de hac quæſtione lo-
quentes,Couarruuias *in* 4. 1. *p. cap.* 4. §.1. *à n.*1.
& num. 5. Zeuallos *in practicis* , *quæſt.* 449. qui
refert duas contrarias opiniones nempe vnam
Gloſſæ *in dicta l.3 ff.hoc tit.*negantis abſolute da-
ri locum tali Iuramento. Aliam Alberici *in dicta
l.*3.vbi affirmat , & ſecundùm hanc de Iure Re-
gio pronunciari *in l.*10.*tit.*11.*p.*3.quæ diſtinctè do-
cet in cauſa Matrimoniali locum eſſe delationi
Iuramenti voluntarij,& Gloſſa *in c.mulieri,hoc tit*
vbi DD,negant illud dari reſpectu Iuramenti ne-
ceſſarij.

Tamen vera ſententia eſt , quod Iudex vidiſ- 12
ſet concurrere aliquas coniecturas & qualitatem
partium tunc bene ferri poterit Iuramentum ha-
benti ſemiplenam probationem;pro vt explicant
Abbas poſt Hoſtienſem *in dict cap.mulieri, col* 3.
Alex. *in dicta l.*3. *num.*16. Iaſon *num.*3.idem,*in d.
l.admonendi, n.*281. Curtius Senior *ibi* dixit com-
munem *ibi* Corraſius *lib.*3.*miſcel.*7.*cap.*4 Hypo-
litus *ſingul.*27.Decius *in cap.ſi probabilitate,num* 4.
*de officio de leg.*qui ſe remittit ad *conſ.*133. & Co-
uarrupias *vbi ſupra*,reſoluat quod cum vno teſte,
& aliis adminiculis defertur Iuramentum in cau-
ſa matrimoniali.Gregor.Lopez *in dicta l.*10.*part.*
verb.*habiendoſe*,Maſcardus plura congerens *t.* 2.
*de probation.concluſ.*1033.& circunſtantias,& ad-
minicula , vt cum vno teſte deferatur Iuramen-
tum,tradit Gigas *con.*41.*n.*20.

Vnum tamen aduertunt Doctores quod ſi ſit 13
diſparitas, qualitatis inter contrahentes , cum in
hoc caſu , etiam ſi fuerit verificata promiſſio de
contrahendo Matrimonium , non teneatur pro-
mittens contrahere iuxta id quod DD. loquun-
tur de impedimento diſparitatis;inde euenit ma-
nifeſte dicendum , quod in hoc caſu non ſit de-
ferendum Iuramentum, etiam cum vno teſte, &
aliis Iuris adminiculis ; quia non eſt ſpectandus
euentus,cuius rei nullus ſequitur effectus , vt in
Regula iuris ita ſingulariter declarat Hieroni-
mus Gigas *d.conſ.*41.*n.*10. omnino videndus : ſe-
quitur Zeuallos *vbi ſup.d.q.*449.*n.*7.& confirma-
tur exemplo matrimonij clandeſtini, vt iam cum
Barboſa retuli.

Itaque euenit vt in cæteris cauſis ciuilibus ar- 14
duis admitti,vel non admitti queat Iuramentum,
colligendum eſt ex adductis diſtinctionibus in
cauſa criminali,& matrimoniali,iuxta ea,quæ no-
tat Andreas Valenſis *in Rubrica hic dicto* § 6.*n.*2.
& ſic non admittitur in ſumma notabiliſſima,
Afflictis *in deciſ.* 375. † Vel vbi plures teſtes in 15
eorum dictis ſingulares fuerint Polid.Ripa *obſer-
uat.*226.† Vel ſi actor probauit ſuam intentio- 16
nem, plene , Reus verò ſuam executionem ſemi-
plenè , & probatio , & exceptio ſunt inter ſe in-
compatibiles ; quia tunc non defertur Iuramen-
tum,vt notat Riccius *d. col.*380. *in fine*, vbi com-
mendat exemplum , quod adducit Capella Tho-
loſ.*dec.*406. † Ita nec dari quando præſumptio 17
eſt contra Iurantem ex Antonio Fabro *dec.*18.*hoc
tit.*† Qui *deciſ.*17.nec dari dicit in infame,cui nõ 18
defertur. † Nec defertur exiſtente vnico teſte 19
conſanguineo iurantis,Viuius *deciſ.*381. Riccius
vbi ſup.† Qui dicit cum Fabro *dec.*30.*C. hoc tit.* 20
vt poſſit deferri ei,qui per vnicum teſtem proba-
uit promiſſionem de reddendo Inſtrumento ſu-
per ſolutione. † Item quod poſſit deferri vni- 21
uerſitati,Faber *deciſ.*40. † Et Viuius *deciſ.*108. 22
quem ſequitur Riccius, dicit, quod vbi eſt ſemi-
plene probatum;poteſt deferri,ſed cauſa cognita.

Item vt concedi poſſit in cauſa appellationis; 23
licet in principali fuerit minus petitum,Gratian.
deciſ. 36.

Ad

24 Ad tertiam quæſtionis partem an in dubio deferatur iuramentum ſuppletorium Reo? Poteris reſpondere ex adductis *ſuprà q.* 1. & aliis, & ſic nunc referam Doctores duplicis ſententiæ, nam Azor. *in dicta l. bonæ fidei, Cod. de rebus credit. & iureiur. per Gloſſam in dict. l. admonendi, ff. hoc tit.* & in regula cum ſunt partium iura obſcura *de regul. iuris lib.*6. dicit in dubio deferri Reo hoc iuramentum, & Accurtius dicit de conſuetudine approbari *in l. maritus, ff. de quaſt.*

25 Sed quod tribus conditionibus concurrentibus, Actori debeat indubiò deferri, tenuit latè Bart. *in dicta l. admonendi, num.* 57. & & ita ſe habere practicam dixit Iaſon. *ibi in lectura n.*118. & ſecundùm Salicetum *in dict. leg. in bonæ fidei*; ad quod videbis *l.*2 *in fine, tit.* 11. *p.* 3. vbi latè Gregor. Lopez. verbo *vn teſtigo*, Ceuallos refert *in pract. q* 452. & referens duas communes opiniones, tenent Didacus Perez. *in l.* 1. *tit.*1. *lib.*3. *ordinam.* pro qua expendit *dict. l. part.* & declarat Parlador. *lib.*2. *rerum quotid. cap.*18. *num.*6.

26 Ad quartam quæſtionis partem, an iuſiurandum delatum exceptione elidatur? vt intelligas, aduertes quod ſi deferat Actor, & Reus, cui defertur, ſciens ſe deberi, nihilominùs iuret, nihil à ſe deberi, & poſtea pergat Actor petere; Tunc ipſe Actor excludi poterit à Reo exceptione iuriſiurandi, non obſtante doli mali, aut periurij replicatione, ex eo quia iuſiurandum prætextu doli mali periurij retractari non poteſt *l.* 1. *Cod. hoc tit. l. poſt rem* 56. *ff. de re iudic.* itavt nec probato periurio, de dolo actio detur *l. quod ſi deferente* 22. *ff. de dolo*; quia dumtaxat quæritur an iuratum ſit, *leg. non erat* 5. §. *dato, ff. hoc tit.* non autem quæritur an verum, vel falſum ſit, de quo Reus iurauit; Nam per iuſiurandum inter partes videtur tranſactum *dict. l. admonendi* 31. *ff. eodem* non enim ferendum eſt, vt quis velit infirmare quod ipſe procurauit, *l. generaliter* 12. §. *ſed iuramento. Cod. eodem.*

27 Obidque ſi Actor dicat dolum eſſe audiri non debet, cum ſciens, & conſentiens non decipiatur; & ex eo, quia deferens iuſiurandum cedit liti ſub conditione præſtandi iuriſiurandi, & omnem controuerſiam Religioni Aduerſarij credit, quem Iudicem ſuæ cauſæ conſtituit ex Textu celebri *in l.* 1. *ff quarum rerum actio non detur*, & ſtandum eſt religioni, & conuentioni, quæ in delatione ineſt, *d. l. quod ſi defer. l. ſed etſi ſeruus* 25. quæ elegans, *ff. hoc tit.* quibus, & aliis rationibus Interpretes probant iuſiurandum prætextu doli mali, aut periurij retractari non poſſe, vt benè Donellus *lib.*24. *comment. cap.* 17. *& in dicta l.* 1. *Cod. hoc tit. n.*17. vbi Gilguenius *n.* 1. Antonius Faber *in rationalibus in dicta l. quod ſi deferente*, Pi-
28 chard. *in* §. 1. *inſtit. de replication. à n.*12. † Qui *num.*14. Addit hoc ergo dato mirum non eſſe, ſi ſcribat Iulianus *in l. aduerſus* 15. *ff. de exceptionibus aduerſus exceptionem iuriſiurandi* doli mali replicationem non dari, alioquin nullius eſſet finis ſolicitudinis, aut periculi litium, Cujacius *lib.* 41. Iuliani ad vos eum ferocem *in dicta leg. aduerſus.*

29 Tamen hæc doctrina duas patitur limitationes prima, *ex dict. l.* 1. *Cod. de reb. credit. & iureiurando*, vt ſi ea lege iuſiurandum delatum ſit, vt ſi periurium poſtea appareat, non obſtet iuriſiurandi ex-
30 ceptio. † Secunda *ex l. fin. Cod. eodem*, ſcilicet ſi quis legatum, vel fideicommiſſum exigat, quaſi relictum Teſtamento, quod non apparet, & deferente hærede iuramentum legatarius iuret ei relictum eſſe, ſi poſteà inueniatur Teſtamentum, ex quo conſtet legatum non eſſe relictum, retractatur iuramentum prætextu Teſtamenti nouiter reperti; Ita Donellus *lib.*22. *comment. cap.*10. Pichardus *ſuprà num.*15. dicentes in his duobus caſibus limitatam regulam *dict. leg. aduerſus* competere replicationem contra exceptionem iuramenti.

Ad quintam quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto, quod paria ſunt recipere iuramentum, vel incontinenti iurare, Bart. *in l. non* 31
erit, §. *fin. n.*2. vbi Iaſon *ff. hoc tit.* item quod iuramentum offerens, videtur contrahere, & ſic confiteri ſe eſſe debitorem ſub conditione, ſi aduerſarius iurauerit. Vnde etſi ex primo dicto nonnulli autument, vt quemadmodum, præſtito iuramento, non poteſt quem pœnitere, *l. ſi quis iuſiurandum, Cod. de reb. cred. & Iureiurando*, ſic nec iuramento recepto, & id confirmari, eo quod promittens ſtare iuramento, ſeu dicto alicuius, non poteſt promiſſionem etiam ante declarationem reuocare ex multis corroborat hoc dictum Chacheranus *deciſ.*8. *à num.*1. qui tamen ſub *n.*4. verſic. *contraria*, cum aliis probat poſſe pœnitere per Textum *in dicta l. ſi quis iuſiurandum* vbi *ſi quis iuſiurandum alicui detulerit, poteſt nondum tamen præſtito Sacramento, ſi ſuperuenerint probationes illud non præſtare.* Et ita ſumant hanc legem Bart. Bald. & Angelus, delatio iuramenti poteſt reuocari antequàm iuretur; Et ſic contrariis reſpondendo Chacheranus, ait non habere locum quando iuſta cauſa pœnitendi, ſeu reuocandi interuenit, putà ſi ſuperuenerunt probationes; ſic cum Bart. Angelo, Socin. & aliis, quem etiam videbis ad plura alia vſque in finem deciſionis.

Vnde ad illud dubium, an recuſari poſſit iu- 32
ramentum ab aduerſario oblatum, qui teſtes iam examinatos habet, excipiente recuſatore, ſe velle eius propoſita per teſtes probare; & licet negatiuè reſpondeant plerique ex *l. manifeſta, ff. hoc tit.* & quia iuramentum eſt maximum remedium dirimendarum litium, *l.* 1. *ff. hoc titul.* verùm Cacheranus *deciſ.*11. multis tale iuramentum recuſari poſſe ait ob timorem, ne periurium detegatur, & Purpuratus concludit *in d. l. manifeſta à n.*26. recuſationem iuramenti ob timorem detectionis periurij, tunc admitti, quando præſens ſtatus id indicare poſſet, vt hic, vbi offerens iam habet teſtes examinatos.

Ad ſextam quæſtionis partem, quando iuriſiu- 33
randi delatio à Prætore remitti poſſit, breuiter reſpondeo ex *leg. ſub condit.*8. *Cod. de condit. inſtitut. l. non dubitamus, ff. de condit. & demonſtr.* vbi iuriſiurandi conditiones à Prætore remiſſæ ſunt; & ideo procedere; quia non oportet viam periuriis aperiri; & quia aliqui homines ita vſque ad religionis contemptum faciles ſunt ad iurandum, vt dum lucrũ captent, nihil Dei vltionem vereantur. Alij vero ita diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem timidi, vt malint quæ ſibi relicta ſunt perdere, quàm Sacramentum iuſtum licet & honeſtum ſubire. Quæ doctrina poteſt confirmari ex caſibus iam *ſuprà* adductis, vbi probaui locum non dari delationi, nec relationi iuramenti, & ad hoc leges Antonium Fabrum *infrà* referendum.

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an ſumptus 34
Litis per iuſiurandum iudiciale, aut ſuppletiuum decidi valeant? & vt abundè expenſarum materiam

riam apprehendas, applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap. finem litibus de dolo, & contum.* vt dixi de Regula frequentiſſimè vſurpata victum Victori in expenſis eſſe condemnandum, *l. eum qui temerè 79. ff. de Iudic.* & quia abudè loquitur Antonius Faber *decade 19. errore 6. & 7.* Ideò breuiter quo ad primum de ſumptibus Litis iureiurando voluntario, ſeu Iudiciali deciſis veriùs eſt, vt ſufficiat Victori, quod probandi neceſſitate in totam exornaretur, vt non procedat expenſarum condemnatio, vt in quæſtione non valdè diſſimili Paulus tractat *in l. eum qui 30. ff. eodem,* quodque in cauſa ſua veluti Iudex fuerit conſtitutus, *l. 1. & 2. l. non erit 5. §. dato eodem.* & quia expenſarum condemnatio, non propter lucrum vincentis, ſed in pœnam temerè litigantis infligitur, *dict. l. eum qui temerè,* & nemo dicet temerè litigaſſe eum, qui non niſi per Aduerſarij iuſiurandum victus ſit, cum fieri poſſit, vt qui iurauit, peierauerit, nec eo minùs tamen vicerit nimirùm; quia poſteaquam ritè & ſolemniter iuratum eſt, de periurio quærendum non eſt ex dictis *ſuprà*.

35 Nec eſt admittenda ſententia nonnullorum poſt Accurſium *in leg. generaliter penult. §. his de præſentibus,* verſic. *an ab altera,* dicentium hoc in caſu locum etiam dari præfatæ Regulæ quaſi imputare ſibi debeat, & facilitati expenſum ferre qui iuſiurandum vltrò retulit: argumento *l. ſi ſeruus iurauerit, ff eodem.*

36 Et ſic notandum eſt quod ſi victus ſit, non qui iuſiurandum detulit, ſed qui retulit deferenti, multòmagis admittendum ſit, vt nulla fiat ſumptuum condemnatio: Nam præter id, quod ipſa relatio delatio eſt, videri etiam poteſt fauorabilior errationibus, quas benè, & ſubtiliter ponderat idem Faber. *dicto errore 6. ſub num. 6.* quem leges ad aliud *ibi.*

37 Vnde euenit vt breuiter etiam dicam de iuramento ſuppletiuo ex Balboa *in Auth. generaliter, Cod. de Epeſcopis, & clericis,* eum, qui ex iureiurando ſuppletiuo victus ſit, ſumptum nomine condemnari non oportere, benè defendit Antonius Faber legendus dicta *decade 19. errore 7.* contra Rebuffum, & alios Pragmaticos aſſereneam condemnationem ſequi non ex ſolo Victoris Iureiuraado, ſed ex probationibus quoque præcedentibus, quæ licet minùs integræ, non vſque adeo tam parui ſunt momenti, quin veritatis præſumptionem inducant, ſine qua, nec volens Iudex deferre iuſiurandum poſſet *ex dicta l. admonendi, ff. hoc tit.* vbi Doctores ita volunt. Quæ ſententia in hoc caſu iuramenti ſuppletiui, multùm probabilis videtur; etſi eam acerrimè impugnet Faber *vbi ſuprà ſub num. 4.* omninò legendus.

38 Ad vltimam de differentia iuramenti à parte delati, vel à Iudice, colliges ex iam dictis *ſuprà, & ex noſtro Textu,* & ex his quæ adducit Antonius Faber *de erroribus, decade 19. errore 2. n. 8.* aliquid *ſuprà q. 3.* verſic. *ad ſecundam in fine.*

AD TEXTVM

IN CAPITE FIN,

§. Sanè Hoc Titulo, de Iureiurando.

PRÆMISSVM.

I. PRo omnimoda tractatione huius §. adiunges quæ *ſuprà* adduxi, *in cap. examinata 25. de Iudiciis à quaſt. 20.* cum aliis vſque ad finem, vbi agitur de abſolutione ab obſeruatione Iudicij, & quando Reus ab ea abſoluatur? Et quia *ibi q. 23.* reſeruaui in hunc locum agere de quæſtione, an Actore non probante, Reus verò abſoluatur; Ideò de ea, & de aliis concernentibus ſcribam. II, Cætera verò quæ de delatione, ſeu relatione iuriſiurandi, hic poſſunt deſiderari iam *ſuprà* tractata ſunt in corpore dicti noſtri *cap fin.* III. Ad quæſtiones *ſuprà in Rubr. de probationibus, & ibi q. 1. à num. 2. & in cap. licet eodem tit. q 6.* quas aſſigno *infrà ſub quæſtione 5.* Et cui incumbat onus probandi filiationem, *in cap. 10. de probationibus* latè. Et cui incumbat probare negatiuam *in cap. quoniam contra falſam de probat. ſub q. 2. & ſub quaſt. 3. in fine.* Et ad quæſtionem an in criminalibus cauſis à Reo exigatur iuramentum de veritate dicenda, dixi *ſuprà in cap. tam litteris 33. de Teſtibus quaſt. 4.* Et ad aliam an Teſtes de auditu transferant onus probandi in Aduerſarium dixi *in cap. licet ex quadam 47. de Teſtibus q. 1* verſic. *ad quartam.* Et applicabis dicta *in cap. afferte de præſumpt. q. 3.* Vbi de præſumptione quæ transfert onus probandi in Aduerſarium.

QVÆSTIO I.

An vtique verum ſit, vt Actore non probante, Reus abſoluatur: Et quid ſi Reus ſemiplenè probauit: Et an Actor teneatur, vel Reus probare?

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, Reus abſoluitur in Ciuilibus, & in criminalibus, in beneficialibus, in manutentione, n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & in multis aliis cauſis, ſiue prophanis, ſiue ſpiritualibus n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. probatur à num. 27. Quid ſi aliquid ſubobſcurè probet, n. 67. fallit regula, à num. 35.*

25 L. nec Codicillos 5. C. de Codicillis, & n. 27. l. ab ea parte, Cod. de probat. *cum aliis, &* num. 19.

30 L. cum Pater 77. rogo, ff. de legatis 2. l. ſeruos, legauit 20. ff. de manumiſſ.

32 L, vbi falſi 22. Cod ad legem Cornel, de falſis.

32 L. fin. Cod. de abſolutionibus.

32 L. ſi quis, Cod. ad legem Iuliam Majeſt.

34 *Actore plenè probante Reus, & ſi ſemiplenè probet eſt condemnandus.*

35 *Actor eſt qui probare tenetur, non Reus, & eo non probante Reus abſoluitur, niſi Reus ſit contumax, num. 36. & aliter num. 37. Item*

cum

cum indicitur Reo iuramentum purgationis, vt hoc n.35. Quid ſi ſimus in actu, qui de ſui natura fieri poteſt animo duplici,n.40.

37 *Reus nunquid abſoluatur, ſi Actor nihil probet; ſed tamen habet pro ſe fauorem cauſæ piæ. num.38. quid in foro animæ, num. 39. quid vbi adeſt dolus, & difficultas probandi, numero 42. & 43.*

41 *Reus non abſoluitur, Actore ſemiplenè probante ſed defertur iuramentum.*

44 *Actore non probante Reus condemnatur, ſi litem non conteſtetur intra nouem dies.*

45 *Regula quod non ſufficit allegare niſi probetur, adaptatur Reo & Actori.*

1 AD primam quæſtionis partem, eo quia regula aſſignata, vt Actore non probante, Reus veniat abſoluendus, de quo obiter ſæpiùs dictum inueniatur; Ideò libuit de ea ex propoſito inquirere, vt ſic faciliora alia reddantur. Et ſcito qualiter id intelligatur, inſimul ſcies, an Actor, vel Reus teneatur probare ſecundùm interrogatum in 3 quæſtionis parte.

Igitur Regula ſupponit ab Actore probandum, quo deficiente in probatione Reum eſſe abſoluendum, etiamſi nihil præſtiterit ex verbis Textus noſtri, *cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. vnico, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, cap. Accuſator 6. q.5. l. 2. l. ab ea parte, ff. de probat. l. Actor 23. Cod. de probat. l. qui accuſare, Cod. de edendo l.39. tit. 2, p 3.* de qua Regula præter adductos ab ordinariis in prædictis iuribus videbis Donellum *lib.25. comment. cap.2.3. & 4.* Aſinius *de execution. ſententiarum. § 9. cap.229* Maſcardus *de probation. concluſ.16. tom. 1.* Patianus *de probat. ſub cap. 6.* Gratian. *Reg.7.* Oſaſcus *in Pedemont. deciſ.*144. Riccius *collect.* 459. Rodriguez. *de ordin. proceſſu, cap.7. num.69.* Rota *deciſ.120. in nouis, & 160.* in
2 antiquis. † Et rationem dicit eadem Rota *deciſ.*160. quia ſolùm ius Actoris conſideratur.
3 † Et addunt Dueñas *Reg.75* Gratianus *Reg 33.* & adducti ab Alciato *de præſumpt. Reg.3. præſumtion 1.& 2.*contra alios prædictam Regulam procedere etiam in Criminalibus: Nam in dubio pro innocentia præſumptio eſt ex Regula Textus *in l. meritò ff pro ſocio cap. ſi r. de præſumpt.* Tum etiam quia non ſolùm eadem ratio verſatur, ac in Ciuilibus, imò & euidentior æquitas, ne ſolùm factum accuſantis oneret accuſatum, quod procedit abſque vlla diſtinctione, etiam in Criminalibus falſi, aut læſæ Maieſtatis: Nam quo periculum grauiùs, magis eſt conſulendum ex *l. 1. §. ſed ſi quis ff. de carb. edicto* ibi: *Nam vel magis conſulendum eſt, quibus maius periculum intenditur.*

4 Et quia huius Regulæ Doctores plures refert Barboſa *Axiomate 7. & 10. à num.1.* Ideò ex pluribus probat illam procedere, etiam in beneficialibus; licet Reus non iuſtificet titulum ſuum
5 beneficialem, aut poſſeſſionem. † Eamque procedere non ſolùm in petitorio Iudicio; ſed & in poſſeſſorio, & in Iudicio manutentionis, & in ſpolio, & in emptione, & venditione, & in fideiuſſore Reo, & tam in prima quam in ſecunda inſtantia, & in cauſa Matrimoniali, vt probat Barboſa *dicto Axiomate* 10. *num.5. & 6.* cum pluribus ab eo relatis.

6 Imò procedit Regula, etiamſi Actor aliquid probauerit verum ſubobſcurè, & inconcludens, Verallus *in deciſ. 11. p. 1.* † Et etiam ſi Reus 7
nihil probauerit in hoc caſu; quia vt iam dixi, ius metitur ex perſona Actoris, non ex perſona Rei, *l. 1. in principio, ff. ſi pars hæredit. petatur,* Gloſſa in his conſequenter *in princ. ff. familiæ erciſcundæ,* Caſtrenſ. *conſ.76. num.7.* verſic. *& poſito, & conſ.369. volum.2.* Romanus *conſ. 347. n.4.* verſic. *ſufficit*, Tuſchus *concluſ.117. num.13.* Surdus *conſ.150. n.99.* & de alimentis *tit. 6. q.4. n.9.* idem Tuſchus *num.21.*

Deinde procedit Regula in beneficialibus 8
cauſis, vt notaui, & probant *deciſ. 419. Rotæ q.7. de except. & deciſ.70. alias 6. de re iud.* Gonçalez. *ad Regul.8. Cancellariæ, Gloſſa 11. num.29. & 30.* Tuſchus *dicta concluſ.117. num.29* pulchrè Verall. † *in deciſ.47. p.1.* vbi fuit deciſum, quod 9
duæ gratiæ eadem die factæ duobus, ſi de vnius anterioritate non apparet, Actore, qui probare tenetur ſuccumbente, Reus venit abſoluendus: ſequitur Riccius *dict. collect. 459. ad Textum in dicta l. qui accuſare, Cod. de edendo.* † Vbi cum 10
Vibio *in deciſ.* 238. *num.* 4. Regulam ampliat vt Actor cum pari probatione cum Reo ſuccumbat cum in pari probatione iudicandum ſit pro eo, quod commendat & notat ad textum *in cap. licet de probationibus.*

Item procedit Regula, vt abſoluendus ſit 11
Reus quando duæ ſupplicationes ſunt diuerſæ, ſed pares in data. Et ratio eſt, quia Actor, qui tenebatur probare gratiam ſuam eſſe efficaciorem, & meliorem, hoc non probans Reus venit abſoluendus, Verallus *in deciſ.236. p.* 2. Riccius *dicta deciſ.459.* verſic. *amplia 6.* † Qui cum Ro- 12
ta *in deciſ.*160. in antiquis, ait vt Reus quoad effectum abſolutionis obtinendæ poſſit dare obiectus, tam in perſonam, quam in gratiam. † Imò 13
& Rota *in deciſ.120. in nouis, & dicta deciſ.160.* & Riccius *ſuprà in princ. dict. deciſ.* 459. ampliant Regulam procedere, etiam ſi conſtaret Reum nullum ius habere. † Præter adducta *ſuprà* Re- 14
gulam Textus *in l. ſi ex cautione, Cod. de non numerata pecunia l. extat, ff. de iure Fiſci, l. fin. Cod. de Rei vindic. l. 1. Cod. de alienat. Iudicij mutandi cauſa facta, §. retinendæ inſt. de interd. cap. inter dilectos de fide inſtrum. de iure Regio l.14. tit.14. p.3. l.7. tit.31. p.7. l. 1. tit.14. p.3.* vbi Gregorius Lop. *Gloſſa 2.* multa ſingularia in materia adducit Surdus *de alimentis tit.9. cap.12. à num.7.* Seraphinus *de priuilegiis Iuram. priuilegio 27. num. 1.* Flores de Mena ad Gamam *deciſ.36. n.1.* Caſtillo *de tertiis cap.7 à num.2.* Marius Anton. *variar. reſolut. lib.3. reſ.1. n.5. & reſ.37. n. 6.* Gardinalis Tuſcus *pract. concl. tom. 1. littera A, dict. concl. 117. per totam,* Farinacius *praxi crim. p.1. q.4. num.28.* Menoch. *de arbitrariis caſu 98. n.16. & de præſumpt. lib. 1. præſumpt.87. n.4. & præſumpt.93. num 3.* Patianus *dicto lib. 1. de probat. cap.67.* multis adductis Barboſa *dict. Axiomate 10. n. 2.* Zenedus *ad decretales collect.125. num.1.* Riccius *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. deciſ. 71. num. 8. & deciſ.211. num 6.*

Quæ Regula præter ampliationes *ſuprà* rela- 15
tas habet etiam locum, ſiue ſimus in cauſis prophanis, ſiue ſimus in ſpiritualibus, Patianus *dicto lib. 1, de probat. cap.67. num.5. & cap. 7. n.8. in 2. ampliatione.* † Secundò ampliatur vt pro- 16
cedat etiam ſi per confeſſionem Rei, vel alio quouis modo conſtaret ipſum Reum nullum ius in cauſa habere; Idem Patianus *dict. cap.7. num.53. & cap.61. num.5. & cap.67. num.4.*

Tertiò

17 Tertiò procedit, ſiue Actor affirmet, ſiue ne-
get: Nam ſemper eo non probante Reus abſolui-
tur, idem Patianus *dicto cap.67. num.* 11. prout
de Actore affirmante tradit *in dicto cap.7. n.51.&*
18 *& cap.57. n.7.* * Quartò idem eſſe ſi Actor ſe
fundaret in negatiua, in probabili; Idem tradit
cap.51. num.12. ampliatione 2. ſecundæ concluſio-
19 nis, & *in dict. cap.* 67. *num.* 12. * Quintò am-
pliatur Regula etiam ſi Actor plenè ſuam inten-
tionem probaſſet per publicum inſtrumentum
ante litem conteſtatam productum: Nam Reus
nihilominùs abſoluetur, niſi in termino proba-
torio noua inſtrumenti reproductio fiat, Marſi-
lius *ſingul.* 170. *animaduertant rogo*, Idem Patia-
nus *dicto cap.67. num* 29. *& latè cap.* 66. *quæſt.* 3.
20 * Sextò ideò ampliatur regula, vt Actor, qui
nihil probauit, non poſſit deferre Reo iuramen-
tum litis deciſorium ex noſtro *cap.fin. & ex noſtro*
§. vt iam latè *ſuprà* dixi, & docet in terminis
idem Patianus *dicto cap.60. de probat.p.1.num.32.*
Quia Actore nihil probante, non poteſt cogi
Reus iurare, vel iuramentum referre, vt latè
iam adduxi *in dicto cap.fin.* iuxta terminos *l. ma-*
nifeſtè, ff. hoc tit. Marſilius *in l. de minore, §. tor-*
menta, num.3. ff. de minoribus; Idem Patianus
latè *ſuprà cap.70.*
21 Septimò ſecundùm aliquos ampliatur regula,
etiam ſi per accidens Reus efficeretur Actor
iuxta terminos *leg. diffamari, Cod. de ingenuis, &*
manumiſſ. docent Decius *in cap. ex litteris de pro-*
bat. num.55. verſic. *ſecundò quod dictum eſt*, & *in*
l. fauorabiliores, num.2. de Reg. iuris, Alciatus *de*
præſumpt, præſumpt. 44. *num.7. reg.* 3. Menochius
de arbitr. caſu 98. *lib.* 2. *cent.* 1. verum non eſſe
iſtam propriam, & conuenientem ampliationem
22 notat Patianus *dict.cap.67. num.17.* * Et an in-
tentans remedium *dicta leg. diffamari*, ſi Actor,
vel Reus ipſe agit *dict.lib.1. de probat. num.* 24. de
quo latè ego dixi *in dict. cap. ex litteris* 3. *de*
probationibus.
23 Alios caſus aſſigno *infrà* in quæſtionibus ſub-
ſequentibus; Interim notandum eſt non ſolùm
ex regula oriri, vt Actore non probante, Reus
abſoluatur; ſed etiam vt ipſe Actor puniatur
tanquam calumnioſus litigator; Idem Patianus
dicto lib.1. de probat. cap.67. num.20. idem *cap.* 57.
24 *à num.23.* * Vbi inter alia dicit ex *l. iniuriam*, §.
ſi quis per iniuriam, ff. de iniuriis, vt poſſit Actor
actione iniuriarum puniri, quando ſine actione
Iudicium mouit & vanis expenſis vexauit Reum
& faciunt quæ *ſuprà* adduxi *in cap.fin. § fin. §. pœ-*
na de iuramento calumniæ q.6. de quo *alibi* dixi la-
tè, tradit etiam cum Angelo, Curt. & Rolando,
Barboſa, *Axiomate* 3. *num.*3.
25 Verùm his omnibus obſtat textus *in l. nec*
Codicillos 5. Cod. de Codicillis textus in l. ab ea parte
Cod. de probat. textus in l. cum Pater 77. *§. rogo, ff.*
de leg.2. textus in l. ſeruos legauit 20. ff. de manu-
miſſis teſtamento, vbi in ciuilibus cauſis, non
actori, ſed Reo incumbit probatio. Item obſtat
textus *in l. vbi falſi, Cod. ad legem Cornel. de fal-*
ſis, & textus in l. fin. Cod. de abſolutionibus, vbi in
criminalibus non minus Reo, quàm actori pro-
26 bationem incumbere. * Et confirmatur, quia
actor, & Reus ſunt correlatiui, & à pari pro-
cedunt, *l. fin. Cod. de fruct. & litium expenſis, c.2.*
de mutuis petitionibus Velaſc. *conſult.*16. Gabriël
commun. opinion. tomo 3. de clauſulis, concluſ. 1. *à*
n.66. Marius Anton. *variar. reſolution. lib.3. re-*
ſolut 9. num.3. nec enim actori licet, quod Reo
denegatur *cap.* 2. §.4. *quæſt.*4. *cap. non licet actori*
32, *de reg. Iuris* Dynus *conſ.*24. *quæſtio talis eſt*,
Cardinalis Tuſchus *practicar. concluſ. tom.*1 *lit-*
*tera A. concluſ.*119. Puteus *deciſ.*316. alias 307.
lib.2. in correctis, Barboſa *d. axioma* 10. *n.7.&.8.*
qui multis exemplis *à n.9.* probat è cæſo conuer-
ſo contingere, vt quod conceditur Actori, cen-
ſeatur etiam conceſſum Reo. Ergò quemadmo-
dùm Actor tenetur probare, ſic & Reus; Ita vt
Actore non probante, ſi Reus nihil probet, ab-
ſolui non debeat: argumento Textus *in l. fin. §.*
ſi Stipulator, ff. ne quis eum qui qua probatur, vt ſi
Actor dolo rei, & Reus dolo Accuſatoris impe-
diantur, ne vocati in ius veniant, neuter poſſit
accuſari cum multis tradit Farin. *in frag. crimin.*
littera D, num.117. p.1.
Adhuc recedendum non eſt à regula, qua do- 27
cemur ex noſtro Textu, Actore non probante
Reum & ſi nihil probet eſſe abſoluendum ex di-
ctis *à n.1.* de qua cum infinitis loquitur etiam D.
Iuanes del Caſtillo *de tertiis ſub cap.* 7. omninò
legendus. Quare non obſtant iura in contrarium
adducta, non Textus *in dicta l. nec Codicillos* 5.
Cod. de Codicillis, vbi cum ſupponatur certum fu-
rioſum, nec Codicillos facere poſſe, ſi filius pe-
tenti aliquid ex Codicillis Patris, negauerit Pa-
trem fuiſſe ſanæ mentis, dicitur filium negantem
teneri ad probandam ſuam allegationem, vt pro-
bant verba ibi, *ſi igitur ſcriptura velut Codicillo-*
rum Patris tui fuit prolata, vt aliquid ex hac peti
poſſet aſſeuerationi tuæ mentis eum compotem fuiſſe
negantis, fidem adeſſe probari conuenit. Quia reſpon-
deo ex communi ſententia Doctorum nihil in ea
ſpecie contra prædictam regulam probari; Nam
ibi oratio negatiuè concepta, verè affirmatiua eſt
eo quod filius aduerſus petentem ex Codicilli
ſcriptura obiiciens Patrem non fuiſſe ſanæ men-
tis, affirmat in re fuiſſe dementem, & ea exce-
ptione contra Codicillos vtitur, atque ideò eam
probare debet, quia in exceptionibus Reus
Actor eſt, & quod aſſerit probare debet *leg.2. ff.*
de exception. l. Actor, Cod. de probation. docet
Balboa *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſ.*
& propriet.
Quæ reſponſio adhuc ab impugnatione libera 28
non eſt ex regula, de qua loquimur, ſi non addas
ex Codicillis oriri probationem pro Teſtamento,
& in eo relictis, & ſic videmus regulam limitari
quando iuris præſumptio eſt pro Actore; Quia
tunc onus probandi transfertur in Reum, vt do-
cent Bartol. *in l. in illa ſtipulatione ſi Kalend. ff. de*
verb. oblig. Hypolitus *in ſingul.*451. Gratian. *dicta*
reg. 8. *n.*14. de quo latè *infrà*.
Non obſtat ſecundò Textus adductus *in dicta* 29
l. ab ea parte, Cod. de probat. quatenùs probat ab
ea parte, quæ dicit probandum eſſe; Et ita ſi
quis dicit Aduerſariũ ſuum ab aliquo iure prohi-
bitum eſſe lege, vel conſtitutione, id probari
oportere; Et idem Imperator reſpondet, ſi quis
negat emancipationem rectè factam, probatio-
nem ipſam præſtare debere; Verùm reſpondet
Balboa *in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa*
poſſeſſ. num.12. dicens valdè deceptos eſſe Inter-
pretes dicentes Textum illum intelligendum eſſe
de negatiua iuris, quam negans debet probare,
eo quod omnia iure liceant; niſi quæ prohibita,
quos manifeſtè conuinciair. Primò quia in præ-
dicta ſpecie verè facti negatio eſt, quoniam ali-
quem iure prohiberi quid facti eſt, videlicet an
ſit lex prohibens, vel non? Deinde quoniam
negare

negare emancipationem ritè factam, vel te non eſſe idoneum Procuratorem, verè non eſt negatio, ſed affirmatio, cum eo caſu ſit affirmare legis prohibitionem adeſſe; & ob id ex regula Textus *in l. exceptionibus, ff. de probationibus* eſt probanda ab ipſo Reo, qui eam allegauit ſecundùm latè dicenda *infrà* de eo, qui dicitur Actor, ſiue Reus.

30 Et ſimiliter reſpondetur ad Textum *in dict. l. cum pater* 77. §. *rogo, ff. delegat.* 2. *& in dict. leg. ſeruos legauit* 20. *ff. de manumiſſ. Teſtam.* Vbi Reus negans qualitatem, adſtringitur oneri probandi, cumque ibi legatum fuiſſet, *ſi tibi promeruiſſet*, qui ergò negat promeruiſſe, proculdubiò factum negat, & hæc eo ipſo in re non eſt negatio, ſed affirmatio hæredis, qui dum negat ſeruos promeruiſſe, proculdubio affirmat eos talia feciſſe propter quæ indigni ſunt relicto, quo fit, vt Reus negans probare teneatur, tum quia verè affirmat, tum quia actioni ex Teſtamento exceptionem obiicit; Ita idem Balboa *ſuprà num.* 23. vbi ait quod non ſemper eſt negatio, quæ verbis concepta eſt negatiuis, ſicut nec ſemper eſt affirmatio, quæ verbis affirmatiuis concepta eſt ſed attendendam eſſe Actoris intentionem, vt ipſi *ibi* explicat exemplis, & nonnulla adduxi de negatiua, ſeu affirmatiua probanda, *in cap. quoniam contra falſam, & cap. ſequenti de probationibus.*

31 Nec obſtat quartò Textus *in dicta leg. vbi falſi* 22. *Cod. ad leg. Cornel. de falſis*, vbi dicitur non totum onus probationis accuſatori incumbere Verùm expendens Donell. *lib.* 25. *comment. cap.* 2. ait ex verbis illius Textus Imperato rem non ſignificare Accuſatori non eſſe inducendum onus probandi, ſed Reo, & denotare quanta in crimine falſi debeat eſſe Iudicis attentio, cum debeat eſſe Iudicis attentio, cum debeat eſſe medius inter vtrumque Actorem, & Reum, vtrumque interrogans, vtrumque diſſimulando, quærens vt meliùs veritatem inueſtigare poſſit, ſed non negat Textus, quod ſi nihil probatum eſt ab Actore, debeat abſolui Reus, videbis Barboſam *dict. Axioma.* 7. *ſub num.* 6.

32 Nec obſtat quintò Textus *in dicta l. fin. Cod. de abſolutionibus* per verba *ibi*, in criminalibus læſæ Majeſtatis, peculatus, & ſimilibus, Iudex non minùs Accuſatorem ad docenda quæ detulit, quam Reum ad probanda quæ negat vrgere debet; quia reſpondeo cum Balboa *in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. num.* 9. quod ibi Reus non vrgetur ad probanda quæ negauit, ſed ad purganda; quia purgare nihil aliud eſt, quàm excuſare, & rationem reddere, cur aut quo animo factum ſit, *l. ſi quis Reus, ff. de publicis Iudiciis in princ.* quæ purgatio non eo ſpectat, vt Iudex Reum, negationem non probantem condemnet, ſed vt quid probatum ſtatuat. Et in hunc ſanè ſenſum videtur loqui Text. noſt. ibi *Reo deferri poteſt ad oſtendendam ſuam innocentiam, iura-*

33 *mentum*, de qua purgatione alia *infrà* dico. † Et ſimili modo reſpondetur ad Textum *in leg. ſi quis, Cod. ad leg. Iul. Majeſt.* & tradit Barboſa *dicto Axiom.* 7. *num.* 6. vbi videbis, nec obſtant confirmationes de æquiparatione Actoris, & Rei, cum in alio ſenſu concipiantur ſecundùm *infrà* dicenda.

34 Ad ſecundam quæſtionis partem iam breuiter ex adductis reſpondetur quod ſi Actor plenè probat intentionem ſuam, quamuis Reus ſemiplenè probat exceptionem ſuam, veniat condemnandus ſecundùm Albericum *in l. admonendi, num.* 8. *ff. hoc tit.* Sed Bartolus *ibi, num.* 50. adhibet diſtinctionem, quam dicit communem Antonius *hic* in noſtro Textu *col. fin.* & Abbas *num.* 10. ex cuius diſtinctione reſoluit prædictam quæſtionem, Ceuallos *pract. quæſt.* 451. vbi hæc refert.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Actor, vel Reus teneantur probare reſpondebis ex dictis *in tota* 1. *parte noſtræ quæſtionis*, vbi dixi neceſſitatem probandi incumbere Actori, non Reo, niſi quando ipſe Reus in ſuis exceptionibus Actor eſt iuxta reſponſum, quod præbui legibus in contrarium adductis à verſic. *adhuc*, verùm & ſi præfata regula, quod Actore non probante Reus abſoluendus ſit vera reputetur ex dictis: Tamen vt iam adduxi limitatur primò quando Iuramentum purgationis indicitur Reo, quia tunc Actore non probante non abſoluitur, niſi ſe purget iuxta Textum *in Auth. nouo iure, Cod. de pœna Iudicis*, qui malè Iudicauit, & *in l. faciliter in fine, Cod. de abolition.* cum ſimilibus Patianus *de probationib. p.* 1. *cap.* 67. *num.* 74. de quo dico *infrà* & faciunt dicta *ſuprà* in verſic. 5. *nec obſtat Textus.* 35

Secundus caſus eſt quando Reus fuit contumax; Nam tunc Actore non probante Reus abſoluitur, ſed aliquando cogitur probare, aliquando mittitur Actor in poſſeſſionem rei peritæ, vt dico etiam *infrà.* 36

Et Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 36. *col. penult.* quaſdam alias limitationes adduxit, quas dicit Patian. nulla ratione poſſe huic concluſioni, & regulæ conuenire; Nam licet Maſcardus dicat eam limitari, quando agitur de libertate, Matrimonio, dote. & Teſtamento, in quibus fauor cauſæ præualet fauori Rei; Ideò in dubio pronuntiandum ad fauorem Actoris ex regula Textus *in cap. fin. de re Iudic.* quia vt ait Patianus nullus Actor tam dignus, nec vlla cauſa tam fauorabilis excogitari poteſt, vt Actore non probante Reus condemnetur, quia fauor illarum cauſarum, quem pro limitatione Maſcardus adduxit non illam. † Sed aliam limitat regulam, qua docemur in paribus probationibus Reum eſſe abſoluendum iuxta tradita à Decio *in l. fauorabiliores, ff. de regular. & in cap. ex litteris n.* 26. verſic. *prædicta concluſio de probat.* Alciatus *in præſumpt.* 41. *num.* 14. *reg.* 3. *de præſumpt.* Menochius *de arbitr. in caſu* 98 *n.* 14. *cent.* 1. 37 38

Quo in ſenſu habet intelligi alia limitatio, quam ponit Maſcardus *vbi ſuprà*, qua dixit Reum non eſſe abſoluendũ in foro animæ quando Actor nihil probat; Quia reſpondet Patianus *num.* 76. *dict. cap.* 67. veriſſimum eſſe quod vbi periculum animæ verſatur, ſemper capienda eſt ea interpretatio, quæ ſaluti animæ fauet, ſiue contra Reum, ſiue in fauorem Rei, quando ſcilicet ſumus in dubio, vt dicitur *in cap. iuuenis* verſiculo *in his, quæ dubia ſunt de ſponſalibus*, & & notat Decius *in dicto cap. ex litteris, num.* 30. verſic. *ſimiliter quod dictum eſt de probationibus*, ſed Actore non probante conſtat nos non eſſe in dubio, vt notat Gloſſa *in dict. cap. iuuenis*, ergo, limitatio non facit ad propoſitum. 39

Alia limitatio eſt, quando ſumus in Actu qui de ſui natura poteſt fieri animo duplici: Nam tunc deficientibus probationibus, non abſoluitur Reus: Sed ſtatur iuramento Actoris, quo animo fecerit actum, Baldus 40

in dict. l. qui accuſare n.4. verſic. *item fallit in probationibus col.2.* Tamen Purpuratus *ibidem*, ait iſtam non eſſe propriè limitationem cum iuramentum ſuccedat loco probationis ex dictis *ſupra in noſtro cap. fin.*

41 Quomodo etiam reſpondet ad alias quæſt. Doctores vocarunt limitationes Regulæ, nempè vt quando ſemiplenè ab Actore probatum eſt, tunc Reus non abſoluatur; ſed Iuramentum deferatur Actori, quia reſpondent Purpuratus *ſuprà num.20.* Patianus *num.* 78. hanc non eſſe propriè limitationem cum non poſſimus dicere Actorem defeciſſe in probatione, quando ſemiplenè probauit; Imò dicendum eſſe in tali caſu illum plenè probaſſe; quia vt iam dixi in hoc noſtro *cap. fin.* Iuramentum integrat ſemiplenam probationem cum iurans habeatur loco Teſtis.

42 Vnde etiam etſi præfatam Regulam limitent Doctores, quando duo concurrunt; id eſt dolus Aduerſarij, & difficultas probandi; quia tunc non abſoluitur Reus, ſed ſtatur iuramento agentis, *l. ſi quando, Cod. vnde vi*, notat egregiè Baldus amplificando, *in dicta l. qui accuſare*, verſic. *item fallit quando duo, col.2.* optimè *ibi*, Aretinus vbi limitat hoc eſſe verum, quando agitur ciuiliter, ſecùs ſi criminaliter; Item quando quis conuenitur ex proprio delicto; ſecùs ex delicto alterius, vt ex villa quando conuenitur ex damno dato in ſuo Territorio, & Hoſpes, vbi conuenitur ex dolo ſui familiaris, contra quos

43 non iuratur ſi damnum non probatur. † Tamen idem Purpuratus *in dicta l. qui accuſare, n.22.* verſic. *quando limitat col. fin.* Patianus *dicto cap.67. num.*80. *&* 81. dicunt nec hanc eſſe propriè limitationem ad noſtram regulam, quia tale iuramentum eſt quædam quaſi probatio; Tum etiam quia ad tale iuramentum perueniri non poſſit, niſi Actor priùs probauerit violentiam, quâ pœnâ ſtatur poſtea de rebus ablatis, & earum æſtimatione iuramento Actoris in odium violenti, & propter difficultatem probationis, vt ait *ibi* Salicetus *in oppoſitione* 10. & ſic inferunt non poſſe dici Actorem in tali caſu non probare, cum violentiam probare debeat.

44 Item etiam etſi præfata Regula aliis modis videatur limitari ex his quæ adducit Gratian. *dicta Reg.7. à num.24.* quatenùs *ibi* agit de Regula, vt Actore non probante Reus abſoluatur; Tamen ſi attentè illum legas, illi regulæ nullam limitationem poſuit, præter illam, nempè vt quando Reus non conteſtetur intra nouem dies; Tunc etiam Actore non probante, ſit Reus condemnandus ex *l.1. tit.3. lib.3. ordinam.* quæ eſt hodie *l.1. tit.4. lib.4. recopil.* eo quod habetur pro confeſſo ex dictis *ſuprà ad Rubricam de Litis conteſt.* quod Couarr. in praxi non admittit *lib.1. variar. cap.1. num.* 8. Matien. *in ſuo Dialog. 3. p. cap.44. num.6.*

45 Nam cæteras limitationes, quæ *ibi* poſuit eas adducit ad aliam Regulam, nempè vt Actori non ſufficiat allegare, vel dicere, niſi probetur, Siquidem hæc Regula poteſt adaptari non ſolùm Actori, verùm & Reo: argum. eorum, quæ adduxi *ſuprà in princip.* ex dict. verſic. *adhuc*, & *infrà q. fin.* Et ad quæſtionem, an diſpoſitio *dicta leg. qui accuſare, Cod. de edendo*, habeat locum, quando non fuit datus terminus ad probandum, agit ex multis Ceuallos *in pract. q.* 816. eamque reſolues ex adductis *infrà quæſt.* 3. verſic. *ad tertiam*, ibi verſic. *in ſecundo autem caſu.* Hic pro complemento poteris adiungere quæſtionem an neganti, ſeu affirmanti incumbat probatio? De qua ad plura Franciſcus Niger, Cyriacus *tom.1. controuerſ.5.* Et applicabis quæ dixi *ſuprà in cap. ad noſtram 12. de probat. quæſt.2.* verſic. *ad quartam, & ibi num.*8.

QVÆSTIO II.

An ſi Actor vnum in libello deduxit, & aliud in actis probauit, ſit nihilominùs Reus abſoluendus: Et quid ſi Reus non petierit ſe abſolui: Et quid ſi ipſe Reus ſumpſiſſet in ſe onus probandi, & non probaſſet: Et quid ſi Reo ex forma ſtatuti denegaretur defenſio: Et an ſi probationes eſſent hinc inde pares, Reus abſoluendus ſit: Et an ſi Reus ſit homo nequam, infamis, ac vt Plinij verbis vtar omnium bipedum nequiſſimus, & verſa vice Actor eſſet nobilis, & vitæ probitate celeberrimus, Actore non probante, ſit nihilominus Reus abſoluendus?

SVMMARIVM.

1 *Reus abſoluitur ab obſeruatione Iudicij, ſi Actor vnum in libello deduxit, & aliud in actis probauit, & conſtat libellantem intentam ſolam cauſam expreſſam.*

2 *Reus ſi nihil præſtiterit, venit abſoluendus, etiam ſi ipſe Reus non petat abſolui.*

3 *Reus qui ſumpſit probandi onus, & non probauit Actore nihil probante abſoluitur nihilominus fallit quando Reus ſuſcepiſſet onus probandi animo releuandi Actorem, num.4.*

5 *Reus, Actore non probante, abſoluitur, etiamſi ex forma ſtatuti negetur defenſio.*

6 *Reus abſoluitur, cum probationes eius, & Actoris ſunt pares, exemplificatur, num.7. 8. quid ſi Actor ſemiplenè probet, aut probationes non ſint per omnia pares, num.9. & 10.*

11 *Reus, qui eſt homo nequam, & infamis, nunquid abſoluatur, ſi Actor qui econtra vir nobilis eſt, nihil probat, num. 12.13.14.15.16. 17.18.19.20.*

18 *Auli Gellij locus expenditur.*

19 *Iudicem poſſe ſecundum propriam conſcientiam Iudicare qualiter ſumatur, n.20.*

AD primam difficultatis partem, vt reſpondeas præmittes quæ adduxi *ſuprà in tit. de Iudic.* de quæſtione *an agens ex vna cauſa probans ex alia à Iudicio repellatur, vt ineptè agens*, de qua dixi *in cap. examinata 15. q. 3.* remiſſiuè, & latè *in cap.6. dict. tit. quæſt. 13. à num. 8.* verſic. *in ſecunda quæſtione*; Vnde ad hanc difficultatem videtur reſpondendum eſſe, vt Reus non ſit abſoluendus, quia vt *ſuprà in dicto cap. dilecti 6. de Iudic.* probari per text. *ibi* Iudex veritatis debet potiùs inſiſtere, quam allegatis à parte. Tamen verius eſt vt Reus in noſtro caſu veniat abſoluendus non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ab obſeruatione Iudicij iuxta dicta, *in dicto cap. examinata de Iudiciis, à quæſt.*20. de cuius diſtinctione dico *infrà*. Itaque ſi prædicta abſolutio non impertiretur Reo, ſequeretur abſurdum, nempe vt 1

Reus

Reus non poſſet eſſe inſtructus per productionem libelli ; & quod ſententia non eſſet conformis libello , ſi fuiſſet lata ex cauſa probata , & non deducta docent Bartolus, Baldus, Alberic.& Caſtrenſ.*in l.habebat,ff.de inſtit. actione* Corneus *conſ.99. col.fin.* circa cauſam reconuentionis *volum.3.* Zephalus *conſ.176. num.13. vol.2.* Socinus *in conſ.39. num.20.* verſic. *pro quibus*, Alex. *conſ.56. viſo volum.2.* Maſcard.*de probation. concl. 36. num. 66.* verſic. *decimo quinto*, Patianus *de probat. lib.1. cap.67. à num. 22.* qui cum Socino *in dicto conſ.39. num.18.* verſic. *verùm quia in terminis*, egregiè tractante , ait prædictam doctrinam procedere quando clarè , & apertè conſtaret libellantem intentaſſe ſolam cauſam expreſſam , quia tunc ex cauſa probata , & non deducta , non poſſet obtinere , etiamſi in libello poſita fuiſſet illa clauſula,qua petit Actor *ſibi ius, & iuſtitiã fauorabiliter miniſtrari omni meliori modo*, cuius effectus eſt , vt poſſit Reus condemnari ex cauſa probata,licet in libello non fuiſſet deducta vt notant Socinus *in leg. naturaliter , §. nihil commune , ff. de acquirend. poſſeſſ. num.* 3. verſic. *ſed hodie , col. 2.* Felinus *in cap. licet Heli de ſimonia, num.42.* verſic. 29. *limita col.penult.* Gabriel.*concluſ.4. num.24. de clauſulis* , de qua clauſula, & de aliis videbis quæ dixi *ſuprà in Rubr. de libelli oblat. & ibi quæſt.1.* & quod dixi de libello generali *ibi.* & *in cap.2.eodem.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo in tantùm procedere, vt Actore non probante Reus abſoluatur,quod procedat etiamſi ipſe Reus non petierit ſe abſolui ; quia tunc iam intrat officium Iudicis , tradunt Rolandus *in conſ. 58 quoniam num. 8. volum. 2.* Patianus *dict. cap. 67. num. 21.* Rota *in deciſ. 3. alios 120.* Actore nihil probante *de re Iudic.* quod mihi verum ſuadetur ex adductis *ſuprà in dicto cap. examinata de Iudic. à q. 20. & ſuprà in q. 1. noſtri , §.* & ex verbis generalibus noſtri Textus , vbi & in aliis iuribus talis regula abſque vlla diſtinctione ſcribitur. Quare non eſt audiendus Curtius contrarium tenens *in l. quia accuſare , Cod. de edendo , num.7.* verſic.*alia etiam cadit hic dubitatio col. 2.* & ſic Patianus *de probat. cap. 68. lib. 1. num. 34.* Aretinus *in Rubr. de except. inſt. num.22.* verſic. *ex quo nota , col. 10.* Felinus *in cap. cum ordinem num.17.* verſic. *ſexta declaratio*, de reſcriptis , vbi luculenter Iaſon. *in l. ſi vnus , §. pactus* verſic *ſed aduerte, ff. de pactis*, & Baldus *in l. exceptionem , num. 4.* verſic. *ſed reuocatur* in dubium , *Cod. de probation.* docent non eſſe neceſſarium , vt Reus in fine ſuarum exceptionum petat ſe abſolui à petitis per Actorem, quia Iudex ex officio ſuo debet eum abſoluere, mediante Iuſtitia.

3 Ad tertiam quæſtionis partem reſpódeo etiam in tantùm regulam procedere,quod ſi Reus ſumpſiſſet onus probandi , & non probaſſet nihilominùs Actore non probante abſolueretur Reus, ex eo quia Actor debet ſuam intentionem ſemper probare iuxta Gloſſam *in l. circa eum . §. ſi quis autem , ff. de probat.* vbi habetur quod poteſt Reus onus probandi in ſe ſuſcipere,& *ibi* Gloſſa ſubiũgit hoc eſſe generale in quolibet Iudicio,& quamuis in ſuis probationibus Reus deficiat , non tamen perdere priuilegium abſolutionis, quod ſibi competit Actore non probante , quam Gloſſam *ibi* commendant , & ſequuntur Bart. Albericus, & Salicetus *ibi* , Innocentius *in cap.ex conquæſtione de reſt. ſpoliat. ſub num.3,* verſic. *idem etiam dicimus*, Antonius de Butrio *in cap. 1. col. penult.* verſic. *quandoque Reus aſſumit* , vt Eccleſiaſtica beneficia , Ioannes de Imola *ibi num. 19.* verſic. *circa caſum* , & *ibi* plenè Abbas *num. 17.* verſic. *Gloſſa* , & *in cap. cum cauſa n.6.* verſic. *legitur , & ſecundo modo de ſentent. & re Iudic.* vbi latè Felinus *in princ.* Decius *in cap. licet de probationibus, num.192.* verſic. *quartò fallit*, refert alios plures ex antiquis Patianus *de probat. p.1. cap.7. n 43.*

Verùm & ſi prædicta reſolutio vera ſit, ita demum procedet , quando Reus ſcilicet ſimpliciter in ſe onus probandi ſuſcepiſſet ; quia tunc per ſimplicem prædicti oneris ſuſceptionem,non releuatur Actor ab onere probandi , ſecùs verò quando ſuſcepiſſet onus non ſimpliciter , ſed animo releuandi Actorem, & hoc conſtaret,quoniam tunc ipſe , & non Actor probare deberet egregiè Ioannes Andreas *in dicto cap. ex conquæſtione ſub num.9.* verſic. *idem vbi Reus offert ſe, col.5.* Baldus *in dicta l. qui accuſare , Cod. de edendo* , Curtius Iunior *ibi , num. 9.* verſic. *ad iſtam Regulam, col. 2.* Abbas *in dict.cap. ex conquæſtione, num. 16.* verſic. *idem dicit*, Hoſtienſis, & Bellamera *ſub num.12.* verſic. *idem vbi Reus. col. 9.* Butrius *col.4.* verſic. *fallit 5.* & *in dict.cap. 1. vt Eccleſiaſt. benefic. col. 5.* verſic. *circa quem ibi* Imola *num.19.* verſic. *& circa caſum* , Ioannes Annania *num. 21.* verſic. *in Gloſſa* , Patianus *dicto cap 7. num.44.* qui ex *l. habebat quis , ff. de inſtitution. act. probat* , eo quod imputatur ei , qui ſe adſtrinxit ad probandum , latè ipſe Patianus *cap. 69.* vbi agit de ea quæſtione , an Reus ſuſcipiens in ſe onus probandi , ferenda ſit declarotoria ſuper iure Rei , quando ipſe hoc non petiuit , de quo *infrà* dico , vbi etiam reſoluo quid dicendum, quando Reus petit tantùm à petitis abſolui , aut inſimul petit , vt ſuper petitis in eius fauorem pronuntietur. 4

Ad quartam quæſtionis partem , reſpondeo, Actore non probante , adhuc reſoluendum eſſe etiamſi Reo ex forma ſtatuti denegaretur defenſio ; quia debet nihilominùs abſolui Reus ſi probationes Actoris Reo non concluderent , Baldus *in Rubr. Cod. de vindic. liber. num. 6.* verſic. *& ſimiliter in probat. col.2.* Patianus *dicto lib.1. de probat. cap 67. num. 27.* vbi ait hanc doctrinam eſſe notabilem ad ſtatuta quæ diſponunt , quod contumax non debeat audiri , ſed pro confeſſo habeatur. vt docent Cotta in verbo *Actore non probante lib. memor.* Chacherranus *in deciſ. 144. ex actis num 15.* verſic. *præmiſſis igitur* , Maſcardus *de probat. concluſ.36. ſub num.68.* verſic.*decimo octauo* , probat alia adducens Patianus *dicto lib.1. de probat.n.27.& 28.cap.67.* Et de contumaci habito pro confitente,videbis quæ adduxi *ſuprà ad Rub. delictis conteſt. à quæſt.12.* 5

Ad quintam quæſtionis partem , an ſi probationes actoris , & Rei eſſent pares , reſpondendum eſt ex dictis *quæſt. præced.* abſoluendum eſſe Reum ex his , quæ iam alibi adduxi , & quæ tradit Patianus cum multis *de probation.cap.50. lib 1. à num.34.* qui *dict. cap.67. à num.13.* cum Baldo *in dicta l. qui accuſare , Cod. de edendo n.4.* verſic. *vltimo* tradens quod triplici paritate vincit Reus. Primo quando nihil probatur hinc inde. Secundo quando hinc inde eſt ſemiplena probatio ; quia vna probatio confundit alteram. Tertio vincit Reus quando vtraque plene probat ; quia fauorabiliores Rei , quam actores habentur.† Et ſic in paritate præſumptionum vincit 6 7

vincit Reus, vt ait Zephalus *in conſ.* 151. *n.*30. *volum* 2. Maſcard. *dicta concluſ.* 36. *num.* 30. *lib.* 1. *de probat.* & ante ipſos Speculator *in* §. 1. *num.* 9. verſic. *quid ſi Actor* de Iuram. delation.

8 Vnde euenit quod ſi Actor ſemiplenè probauit & Reus nihil probauit, tunc dandum eſt Actori iuramentum, ſi ſumus in materia & caſu, quod poſſit in ſupplementum deferri iuxta longè adducta *ſuprà in noſtro cap. fin.* Tamen quando vterque ſemiplenè probauit, tunc ſi probationes ſunt diuerſæ locum dari iuramento, vt putà quando vnus probauit de debito, alter de ſolu-

9 tione.† Sin autem probationes ſint contrariæ, veluti quando Actor probauit ſe certo loco, & certo die mutuaſſe; Reus verò probauit eo die alibi fuiſſe: Tunc quia probationes ſe confundunt, vincet Reus, quando ſcilicet probationes ſunt pares, ſed ſi non eſſent per omnia pares, & vna præponderaret alteri; tunc vincet, qui meliùs probat; ita Baldus *in dicta l. qui accuſare in*

10 *fine.* † Et ſic meliùs dicetur probare, cuius intentio magis conſonat rationi, veluti ſi vnus probat poſſeſſionem cum titulo alter ſine Titulo Nam potior eſt poſſeſſio titulata; quia magis iuſtificatur per viam rationis iuxta adducta *ſuprà in cap. licet* 9. *de probation.* videndi ſunt pro eadem materia Decius *in dicta l. qui accuſare n.*16. verſic. *quinto ampliatur col.* 2. *& in cap. ex litteris num.*22. verſic. *& iſta concluſio col.* 3. *de probation.* Felinus *ibi num.*4. *col.*2. *& in conſ.* 50. *in fine*, Alciatus *de præſumpt. in præſumpt.*44. *Reg.* 3. Menochius *de arbitr. caſu* 98. *lib.*2. *cent.*1. Marſil. *conſ.* 51. *licet num.*40. verſic. *ſecunda ratio*: Et videbis adducta *in cap. fin. de re iud.*

11 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſi Reus ſit homo infamis, ſit nihilominùs abſoluendus Actore non probante, affirmant DD. etiamſi Reus ſit homo nequam, & omnium bipedum nequiſſimus, & verſa vice Actor eſſet nobilis, & vitæ probatæ celeberrimus; quia nihilominùs eo non probante Reus abſoluitur, vt probant Maſcardus *de probat. dict. concluſ.*36. *num.* 13. verſic. *ampliatur primò*, cum ab eo relatis, Patianus *dict. lib.* 1. *de probat. cap.*67. *num.*6. conſtat ex allegatis per Ludouicum *concluſ.* 14. *in* 4. *ampliatione.*

12 † Quod etiam procedit ſiue in cauſa procedatur per denuntiationem, ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem, vt notant Alex. *conſ.* 1. *in princ. lib.*3. Tuſcus *concluſ.* 117. *num.* 67. ſiue in cauſa mixta accuſationis, Alex. *conſ.* 66. *col.* 2. verſiculo *verum quia lib.* 1. Barboſa *axioma* 7. *num.* 4.

13 Et ſic fit, vt ſi Actor ſit vir nobilis, & expertæ fidei, ac inculpatiſſimæ, & verſa vice Reus eſſet ſordidus, mendax, & perfidiarum plenus nihilominùs Actori incumbat onus probandi ſuam affirmationem, & eo non probante Reus abſoluetur; Sic Patianus *de probat. dicto lib.* 1. *cap.*7. *num.*9. verſic. tertiò ampliatur, colligens id ex generalitate Textus noſtri *dict. leg. qui accuſare, Cod. de edendo*, cum aliis adductis *ſuprà q.*1. & in ſpecie probant iura *in cap.*1.2.3. *&* 4.6. *p.* 2. vbi Epiſcopo accuſanti, & non probanti, non creditur, ad quod etiam pertinet Textus *in l. Iuriſiurandi, Cod. de Teſtibus*, vbi præciſè cautum eſt, vt nemini ſoli in quouis honore conſtituto, fides adhibeatur iuxta latè adducta *ſuprà in cap.*28. *de Teſtibus.*

14 Et ſic Gloſſa *in cap. ſicut de ſentent. excommun.* dixit honeſto viro eſſe credendum; quando hoc in præiudicium alterius non redundat, *cap. nobiliſſimus* 77. *diſt.* ſed vbi tractatur de præiudicio tertij, vt hic nulla honeſtas perſonæ ſufficit, vt ei credatur, nec ſufficit præſumptio, quando tractatur de præiudicio alterius, ſed debet fieri plena probatio, docent Baldus *in cap. ſedes de reſcript. propè finem.* † Vbi tradit quod quando 15
quærimus de ſimplici Iuſtitia non curamus merita perſonarum; Idem Baldus *in cap.* 1. *in fine, vt lite pend.* inquit quod præter meritum vitæ non eſt recedendum à iuris diſpoſitione, de qua re multa Tyraquell. *de pœnis temp. in cauſa* 51. *à num.*7. Menochius *caſu* 98. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. verſic. *extenditur tertiò* Paulus de Caſtro *in leg. Actor ſub num.* 2. *Cod. de probat.* † Vbi adducit 16
quod quamuis perſona Actoris ſit dignior quàm perſona Rei, non tamen magis credendum eſt aſſertioni Actoris quam negationi Rei, quia in adminiſtrando iuſtitiam, non eſt facienda diſcretio perſonarum, ſed ita magnum iudicabis, vt paruum: Videbis Abbatem *in cap. cum in iure, n.*2. verſic. *ſed hæc ratio*, de officio Iudic. deleg. docent præfatam doctrinam contra Marcum Catonem Phaforinum, & Aulum Gellium, Iaſon. *in dict. leg. qui accuſare Cod. de edendo, num.*4. verſic. *ad iſtam regulam, ibi* Decius *num.* 11. verſic. *& ampliatur primò, col.*2. Purpurat. *num.* 13. verſic. *& idem ſi ageret, col.* 3. Patianus *dicto lib.* 1. *de probat. cap.*7. *num.*21.

Vbi *& à n.*22. reſpondet fundamentis Marci 17
Cat. qui fuit in ea ſententia, vt Actori fide digno non incumbat onus probandi quando Reus eſt turpis perſona, & vitæ diffamatiſſimæ; Nam etſi verum ſit quod Sanctimoniæ, & probitati hominis ſint multa priuilegia à iure conceſſa, & quod in multis iura magis faueant probis quàm improbis, tamen non ob id recedendum eſſe à iure communi: argum. Textus *in cap. ex tenore de foro compet. Gloſſa in cap. miramur* in verbo *perſona diſt.* 61. alia dicit Patianus *ſuprà*, videndus *à n.* 10. *& à n.*25. † Videbis Ceuallos *q.*816. *practic.* vbi Auli Gelij locum expendit *lib.*14. *cap.* 2. Nam cum 18
aliquando à Prætoribus ipſe Aulus Gellius in Iudicem electus fuiſſet, apud illum pecunia petita fuit, quæ numerata à Reo allegabatur, Actor verò nec Tabulis, nec Teſtibus debitum docebat, & argumentis admodùm exilibus nitebatur. Sed ex alia parte cum conſtabat virum eſſe bonum, notæque, & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ, multaque, & illuſtria exempla puritatis & ſinceritatis eius expromebantur, illum autem à quo pecunia eſſe hominem non bonæ vitæ, & vulgò mendacem, conuictum plerùmque eſſe perfidiarum, & fraudum oſtendebat: qua in re Aulus Gellius non auſus fuit Reum condemnare, & ſic diem deferri iuſſit, & cauſam alteri delegauit, cum conſcientiam deponere non poſſet, tradit etiam Purpuratus *in dicta l. quia accuſare, Cod. de edendo n.*13.

Et quamuis in puncto noſtri dubij intelligant 19
quidam non habere locum in Iudice, qui poteſt Iudicare ſecundùm propriam conſcientiam, non attentis allegatis, & deductis in proceſſu, qui poterit etiã credere Actori fide digno, & condemnare Reum infamem ſecundùm Menoch *dict. caſu* 98. *lib.*2. *de arbitrar. cent.*1. *n.*10. Maſcard. *dicta concluſ.*36. *n.*20. *lib.*1. *de probationibus.* † Tamen 20
Patianus hoc vt verum admittit, *dict. lib.* 1. *de probat. num.*8. *&* 9. in Iudice, qui habet authoritatem legis condendæ, ac derogandi legibus & cuius

cuius ſentẽtia pro lege habetur in ſuo territorio, vt eſt Princeps,& Præfectus prætorio. Quod admitto iuxta ea, quæ adduxi,*in c.dilecti 6.de iudiciis*, & probatur; quia ex quo tales poſſunt facere legem, quæ præiudicat in communi, vt de ſupremis Magiſtratibus ſupremi Caſtellæ concilij, *ibi* dixi multò magis poterunt eam facere inter duos litigantes, & inter eos iudicare ſecundùm propriam conſcientiam, non obſtantibus allegatis, & probatis; quod in aliis inferioribus iudicibus, licet in ſummo gradu Magiſtratus, vt Auditores Regij Cancellariæ, & aliorum Conſiliorum non admittetur; quia debent iudicare ſecundùm allegata, & probata, tenent Couarruuias *lib.1. c.ſub, n.7.*verſic.*tertium etiam ſupremos.*Chacherranus *cap.1. num.43.* verſic. *ex quo deprehenditur*, Albericus *in l.illicitas,§.veritas, num.3.* verſic. *& breuiter dicit, ff. de officio Præſid.* Bartol.*in l.1.in fine,Cod.vt quæ deſunt aduocatis.*

QVÆSTIO III.

An quando reus in ſe aſſumit onus probandi, ſit abſoluendus, ſi non probet, & petat à petitis abſolui, & actorem condemnari: Et de pœna rei non probantis. Et an abſolutio, quæ reo conceditur, ſit definitiua, aut tantùm ab obſeruatione iudicij: Et qualiter demonſtretur exemplis Regula, actore non probante, reus abſoluitur: Et quæ ſint differentiæ inter ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, & abſolutionem à cauſa, vel à petitis: Et quando dicatur actorem nihil probaſſe, vt Reus definitiue abſoluatur: Vel tantùm ab obſeruatione iudicij: Vbi de formandis ſententiis à iudice?

SVMMARIVM.

1 *Reus, qui in ſe aſſumit onus probandi, & petit abſolui, obtinet etiam ſi non probet, actore non probante; ſecus ſi petat vt pronuncietur in eius fauorem,n 2. & 3. Et qualiter feratur ſententia? n.6.*

3 *Reus, qui actore agente, rei vindicatione adſtringit ſe ad probandum ſe eſſe Dominum, & non probat, tantùm à petitis abſoluitur, ſed non declaratur Dominus. Quid ſi vt probaret, eſſet neceſſum, n.5.*

7 *Reus definitiue abſoluitur, actore nihil probante; quando verò tantum ab obſeruatione iudicij, n.8.& 9. Et quid ad vtrumque ſufficiat, n.29.30.31.32.33.*

10 *Actorem nihil probare, quando dicatur ad effectum, vt Reus definitiue abſoluatur, diſtinctione expenditur, numero 11. 12. 13. 14. 15. 16.17.18.19.20.21.22.23.24. & à num. 29.*

25 *Sententia abſolutoria qualiter differat ab ea, quæ eſt tantum ab obſeruatione iudicij, n.26.27. 28.vbi quid vtraque operetur.*

29 *Actor nihil probans venit in expenſis Reo condemnandus: Et Regula actore nihil probante, Reus abſoluitur, vel definitiue, vel ab obſeruatione iudicij expenditur nonnullis caſibus, n.30.31.32.33.*

34 *Sententia abſolutoria, vel ab obſeruatione iudicij, qualiter pro Reo à iudice formetur, num. 35.*

36 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij, debet prope finem temporis inſtantiæ.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpon- 1
deas repetes quæ adduxi, *ſupra quæſt. præced.* in verſie. *ad tertiam.* Quo ſuppoſito in noſtro dubio diſtingui oportet; nam aut reus quærit tantùm ſe à petitis abſolui;& tunc licet ſimpliciter ad probandum adſtringat ſe,& non probet;nihilominus actore non probante, eſt abſoluendus; quia permittitur cuique vti defenſionibus pluribus, *l.is qui dicit, ff. de exception.* & habens plures defenſiones, ſi in vna non probat, non prohibetur aliis vti vltra legitimum tempus *§ qui autem inſt. de accuſat.tutor.* & alibi dictum
eſt. † Aut reus quærit, vt non ſolùm à petitis 2
abſoluatur, ſed etiam, vt in eius fauorem, etiam ſuper meritis cauſæ pronuncietur,& tunc ſi onus probandi ſuſcipit, & non probat, ſibi nocet, & nihil obtinebit reſpectu eius,quod probare præſumpſerat,ſed remanebit in meris terminis ſimplicis abſolutionis à petitis, egregiè Baldus declarauit, *in l.ector*, verſic. *ſed contra prædicta,n.8.* vbi dicit quod quando ille qui non eſt obligatus ad probandum,in ſe ſuſcipit onus probandi,tunc non probando,ſibi nocet in ſe,quod probare voluerat,ſed non tamen ſibi nocet in eo,quod pro-
bare non intendebat. † Et Baldus *in l.circa eum* 3
*in lect.antiqua.num.3.*verſic.*ſecundo nota. ff. de probation.*in eundem finem concordat,tradens, quod ille,qui in ſe ad probandum adſtrinxit, aut habet intentionem fundatam de iure communi;& tunc licet non probet id, ad quod ſe adſtrinxit, non propter ea ſuccumbit in cauſa, ſecundùm Gloſſam *ibi* poſitam,aut non habet intentionem fundatam,vel probatam,& tunc ſuccumbit non probando id,ad quod ſe adſtrinxit,*l.habebat quis.ff.de inſtitut actione*;tradit idem Baldus *in l fruſtra,Cod. de probation.*Patianus *de probation cap.7.à num.47.* & Salicetus *in l. matrem ſub, num. 3.* verſic. *quid dicemus*, Abbas *in cap. 1. ſub, num. 17.* verſic. *& ſi diceres quid prodeſt, col. 5.* vt Eccleſiaſtica beneficia.

Vnde infero,quod ſi actor agat rei vindicatio- 4
ne, & Reus ad probandum ſe adſtringens,voluerit probare ſe eſſe Dominum.& non potuerit ille in hoc ſibi noceat, quod Dominus non pronunciabitur, ſed non propter hoc priuilegium amittet Reus quod habet,vt debeat à petitis abſolui, ſi actor ſuam intentionem non probauerit: ſic docent iam relati, & Paulus de Caſtro *in dicta l. matrem,num.2.*verſic *ſed tu dic, Cod. de probat,*Salicet.*in dict. l.circa eum in quæſt.4.ff. eodem*, Abbas *in cap cum cauſa,num.6.*verſic.*legitur ſecundò modo de re iud.& in dicto cap.1.vt Eccleſiaſt. benef. n.17.* verſic. *& ſi diceres*, Patianus *dict. cap.7. de probation. num.51.* & ipſe abunde, *lib.2. cap.18. de iure perſonarum*, vbi videbis, in verſic. *quid igitur erit dicendum.*

Infero ſecundo, quod ſi Reus onus proban- 5
di ſuſcepit,& ſe obligauit ad perditionem cauſæ, tunc non probando,cauſam, amittete,& eſſe neceſſarium, vt ſe obliget ad perditionem cauſæ, alias ſi tantùm ſimpliciter onus probandi ſumpſit, cauſam non amittet,nec vt dixi,videtur renunciare priuilegio,vt actore non probante, abſoluatur, docent Ioannes Andreas in cap.ex con-

quaſtione ſub,num 9.verſic.*idem*,vbi Reus offert ſe *col.5.de reſtitution.ſpoliat. & in addition.ad Speculator.in § probare ſub. num.*17. in verb. *obtinuit*, in fine, *de probation.* Salicetus *in dicta l.circa in fine*, Patianus *de probation.lib.1.cap.69.num.2. &* 3. qui *num.*17.ait quod Reus probans Dominium,ſi hoc non petierit, non pronunciabitur Dominus, ſed debebit tantùm abſolui à petitione actoris; quia ſententia nequit ferri ſuper non petito; & quia libello debet confirmari ſententia.

6 Infero tertiò ex dictis quod quando Reus ſuſcipit onus probandi,& non probauit eſſe ſententiam ferendam, eo modo,quo debuiſſet ferri, ſi onus probandi in ſe non ſumpſiſſet, vt docent Salicetus *in dicta l.quia circa ſub, num.*2. verſic. *& ex his nota,col.1 ff de probation.* Abbas *in dicto cap. cum cauſa,num.*6. verſic.*legitor. col.2. de ſent. & re iudic.*& ante ipſos,Innocent.*in dict.cap.ex conquaſtione de reſtitut.ſpoliat.num* 3.verſic.*idem etiam dicimus*,Patianus *dict. cap.*69 *num.*4 & ad maiorem comprobationem dico ſtatim in dubiis ſubſequentibus.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo communiter doceri,vt actore non probāte,veniat Reus definitiuè abſoluendus; non autem ab obſeruatione iudicij tantùm,de qua latè dixi, *in cap. examinata* 15 *de iudic. à quaſt.*20. docet Gloſſa *in Authentica qui ſemel*, in verbo *locum* in fine, *Cod. quando,& quando iudex*,Paulus de Caſtro *in l. Argentarius,§ cum autem,num.*4.verſic.*allegatur etiam, ff.de edendo*.ibi Alex.*in 2.notab.* Iaſon *num* 2 Baldus *in dicta Authentica qui ſemel num* 27.Marſilius *ſingul.*169.*nota eſt regula*.Matheſilianus *in ſing.*17. *nota quod quandocumque*, Patianus cum aliis de probat,*d.c.*67.*n.*30.

8 Sed dubium eſt in hoc caſu, an actori poſſit reſeruari Ius,ſi quod habet aliunde,quam ex cauſa propoſita,& Baldus *in l.1.num.*8. verſic. *ſi verò actor. col.* 3. *Cod. de fidei inſtrum. & iure haſta fiſc. lib.*10.ait quod quando probare non poteſt,Reus definitiue abſoluitur; & ita demum actori reſeruari Ius, ſi quod habet aliunde, quàm ex cauſa propoſita, quando fuit aliquod Ius impertinens in iudicio deductum.& examinatum; ſed vbi nō

9 eſſet deductum,ineptam eſſe reſeruationem. † Et ſic Iaſon *in l* 1 *ff.de officio aſſeſſor ſub,num.*8.verſic. *ad idem facit quod pulchrè*, *col.* 3. notat ex mente Angeli,quod quando iudex videt ex vna cauſa in libello fuiſſe male actum, & ex proceſſu apparet ex alia cauſa potuiſſe aptius agi;tunc debeat à iudice ferri ſententia contra actorem, ſeruato ſibi iure de nouo agendi,Patianus *d. cap.*67 *ſub, n* 25. *& num.* 31.

10 Ad tertiam quæſtionis partem,vt reſpondeam, quo modo,& quando, dicendùm ſit actorem nihil probaſſe, vt Reus veniat definitiue abſoluendus, tres caſus oportet diſtingui. Primus quando terminus probatorius,fuit aſſignatus actori ab eo iudice,cuius iuriſdictio,aut inſtantia cauſæ,habet tempus præfixum à lege,aut à ſtatuto; pro vt eſt de iure communi; ſecundum quod cauſæ ordinariæ habent inſtantiam triennalem.Secundus quādo retento eodem temate,nullius terminus probatorius à iudice fuit ſtatutus. Tertius quando iuriſdictioni,ſiue inſtantiæ cauſæ ſtatuiſſe eſt terminus à partibus litigantibus, vt euenit in compromiſſis, vel quando cauſa delegatur de communi partium conſenſu,hoc adiecto,vt iudices,vel arbitrari debeant infra duos menſes iudicare,ſcripſi nonnulla conducibilia, *ſupra ad titulum de dilationibus*,vbi de termino legali,aut à iudice dato ad probandum.

Et quoad primum caſum, ſi actor intra terminū probatorium à iudice aſſignatum,non probet, 11
Reus difinitiue eſt abſoluēdus,quia nihil eſt probatum, Bartolus *in l.admonendi*, *num.*13. verſic. *quæro primo,ff.hoc tit.* Abbas *hic num.*6.verſic.*circa quam primo,col.*2.Baldus *num.*10.verſic.*modo quaritur*,optimè Iaſon *in l.fin. num.*53. verſic. *ſed ego intelligo,ff.de feriis*,Couarruuias *lib.*1.*variar. cap.*1. *num* 8.verſic. *ſed quo rem apertius explicemus*, Matheſilianus *in ſingul.*17.Maſcard.*de probation. concluſ.*36.*num.*58, verſic. *decimo ampliatur*, Patianus cum multis,*dict.lib.*1.*de probation. cap.*57. *à n.*33. & Baldus *hic num.*11. verſic. *& hoc verum.* Aretinus *in l.qui accuſare,Cod.de edendo,col.fin.*verſic *ſecus autem ſi abſolueretur*,dicunt non ſolum procedere in termino à iudice aſſignato, vt ſentiunt præfati Doctores,ſed etiam quando eſſet aſſignatus à iure, vt frequenter contingit in ſtatutis, quæ ponunt terminum inſtantiæ,& ipſo iure aſſignant partibus terminum ad probandum,& probatum habendum: nam elapſo dicto termino Reus difinitiue abſoluitur.

Quæ doctrina procedit quando lite conteſtata, fuit à iudice aſſignatus probatorius terminus 12
ſecus ſi ante ante litem, quia pro non dato haberetur,niſi in caſibus ſpecialibus,*cap.quoniam*,& *ibi* Gloſſa in verbo *regulariter*,vt lite non conteſtata, Ripa *in dict.l.admonendi,num.*71. *col.*13. ibi Purpuratus *num* 99.verſic.*limitatur*.

Limitatur etiam ſecundo, quando terminus 13
fuiſſet actori aſſignatus,præſente Reo,ſecus ſi eo abſente,quia tunc actore non probante,Reus tātùm abſolueretur ab obſeruatione iudicicij,quaſi quod in hoc caſu minus ſit imputandum actori, quia ſi Reus fuiſſet præſens,forte confeſſus fuiſſet intentionem actoris,notat Innocent.*in cap.pro vt de dolo,num.*2. verſic *ſed quoniam*,Ripa *in dict.l. admonendi,num.*77.verſic.*puto tamen*, *col.*15.*ff. hoc tit* ibi Curtius Iunior *num.*30.verſic *retenta,col.*7. Patianus *dicto cap.*67.*num* 39.vbi declarat procedere,quando Reus,aut fuit,ſemper abſens à principio vſque ad finem,& ad ſingulos actus citatus, nunquam comparauit, ſecus ſi Reus poſt litem conteſtatam fuit abſens eo tempore, quo fuit aſſignatus terminus probatorius actori, quia ex quo à principio negauit intētionem actoris,præſumitur, quod in eodem contradictionis propoſito ſit perſeueraturus,*c.maiores in fine*,& *ibi* Gloſſa in verbo *per durare*, de Baptiſmo:ſic diſtinguit Purpuratus *in dict.l.admonendi ſub,num.*99. verſic. *ſecundo limitatur,col.*19. Et ſecundùm hanc partem ſunt intelligendi Couarruuias *vbi ſupra dict. c.* 1. verſic.*ſic etiam in praxi*,Maſcardus *dict.concluſ.*36. *num.*59. verſic. *ſecundo intellige*, qui abſolute eſſe Reum difinitiue abſoluendum dixerunt.† Ter- 14
tiò limitatur, quando actor ſemiplene probauit, ſibique competebat Iuramentùm in ſupplementum probationis,ſed illi referri non poterat,propter eius abſentiam, quia tunc Reus propter ſemiplenam probationem actoris contumacis,non abſolueretur difinitiue,ſed ab obſeruatione iudicij, notabiliter docet Salicetus *in l.properandum.§ & ſi quidem num.*14.verſic.*alij dicunt,C de iudic.* Alex. *ibi num.* 14 verſic. *poteſt etiam*, vbi dicit hoc eſſe notabile pro limitatione ad Textum *in dicta l qui accuſare. Cod.de edendo*, Maſcard. *dict. concluſ.*36. *num.*59.Patianus *dict.cap.*67.*num.*41.† Qui *n.*42. 15
ait in criminalibus cauſis ſemper obſeruandum eſſe,

eſſe, vt accuſatore non probante, Reus tantùm abſoluatur ab obſeruatione iudicij, quando aliter non conſtat de eius innocentia, iiſdem ſtantibus rebus; pro vt ſtant, vt ſi noua ſuperuenerint indicia, poſſit iterum non obſtante ſententia cōtra Reum procedi: de qua praxi teſtantur Clarus *in q.62.n.2.* verſic. *forma autem*, in practica crim. Couar. *in d.c.1. ſub n.8.* verſic. *cuius ſententiam lib.1. var. col.6.*

16 In ſecundo autem caſu, quando nullus terminus probatorius eſt à iudice aſſignatus actori, tūc Reus abſoluetur tantùm ab obſeruatione iudicij, & non difinitiue; quia nihil eſt actitatum, docet Bart. *in d.l. admonendi, ff hoc tit. n.13.* verſic. *quæro 1.* Caſtrenſis *num.33.* verſic. *circa ibi* Iaſon *num.51.* verſic. *quæſit, in 1 & 2. lect. num.65.* Ang. *ſub num.5.* Purpuratus *num.100.* Abbas *hic num.6.* Alex. de Neuo *hic n.13.* verſic. *aut nullus*, cum multis aliis tradit Patianus *d.cap.67. lib.1. de probat. à n.43.44.*
17 *& 45.* † Vbi ait procedere etiam nonnullis datis dilationibus, an actor fuerit præſens, an abſens; quia tunc cum non liqueat de cauſa, debet Reus abſolui ab obſeruatione iudicij, ſiue actor fuerit præſens, ſiue abſens ante datas dilationes, ne ſequatur abſurdum, quod abſens, & contumax melioris ſit conditionis, quàm præſens; prout reuera foret, ſi Reus, actore præſente difinitiue, & eo abſente, ab obſeruatione iudicij tantùm abſolueretur; & Zeuallos *in pract. quæſt.* 816. cum Couar. *lib.1. variar. cap.* 2.

18 Et licet Gloſſa *in dicta l. properandum, §. & ſi quidem in* verbo *termino, Cod. de iudiciis, & Gloſſa in Authentica qui ſemel,* in verbo *locum*, in fine, *Cod. quomodo, & quando iudex*, Matheſilian *in ſingul. 17. nota quod quandocumque*, & Mantica *in dicta l. admonendi, num.146.* verſic. *ſecundum dictum, ff. hoc titulo*, & *ibi* Curtius Iunior *num.30.* verſic. *aduerte etiam, col. 7.* dicant tunc demum, actore non probante, Reum abſolui difinitiue, quando vtraque pars fuit præſens; & ſecus vbi actor aberat; nam tunc cum non liqueat de cauſa, Reus abſoluitur ab obſeruatione iudi-
19 cij. † Verum Gloſſas prædictas reprobant ex adductis, *num. præced.* egregie Cynus *in dicta l. properandum, §. & ſi quidem, num 1. in 2. oppoſitione*, ibi Bartol *num.9* verſic. *oppono tertio col.2.* & *ibi* Caſtrenſis *ſub num.6.* verſic. *iſta ſolutio nihil valet, col.4.* Alex. *num.11 col.3.* & Iaſon *num.17. col. ante penult. in fine*, vbi dicit Doctores ita communiter tenere, Purpurat. *in dicta l. admonendi, n.100.* verſic. *limitatur iſta concluſio, col. 19.* vbi dicit allegatas Gloſſas communiter reprobari, Abbas *in c. cauſam, n.17.* verſic. *vlt. oppono, col fin. de dolo, & contumacia.*

20 Nonnulli prædictum caſum limitant dicentes etiam Reum difinitiue abſoluendum, nullo dato termino actori ad probandum, quando lite conteſtata, ipſe docuit de iuſtitia ſua: verum ipſe Patianus *dict. cap.67. num 47.* cum Purpurato *in dict. l. admonendi, n.102.* dicunt hanc non eſſe conuenientem limitationem; ſi quidem Reus in tali caſu non abſoluitur ex eo, quod actor non probauerit, de qua re nunc agitur, ſed ex eo quod ipſe probauit ſuam exceptionem.

21 In tertio autem caſu, quando iuriſdictioni, ſiue inſtantiæ cauſæ à partibus ſtatutus eſt terminus, vt *ſuprà*, iam poſui; tunc quia talis terminus appoſitus iuriſdictioni, ſiue cauſæ, habet vim termini peremptorij dati ad probandum, ita etiam ſi actor intra dictum tempus nihil probauerit, Reus difinitiue abſoluitur in vltima Die compromiſſi, vel inſtantiæ cauſæ, docent notabiliter Bartol. *in dicta l. admonendi, num. 13. ff. hoc titulo*, verſic. *quandoque, col. 3.* Angelus *ſub num 5.* verſic. *ideo arbiter.* ibi Iaſon *num.51.* verſic. *quærit in 1 lect. & num.65. in 2. lect.* verſic. *ſecundo principaliter*, Purpurat. *num.105.* verſic. *in hoc caſu*, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Ripa *num 73.* verſic. *ſecunda concluſio, col. 14.* vbi ait concluſionem Bartoli communiter approbari, quam etiam tenent, Baldus *hic* verſic. *ſed diſtingue ſecundum Innocent. colum. ante pen. & in noſtro*, §. Alex. de Neuo *num. 14. col. 3. numero 20. col. 4.* cum multis Patianus *dict. cap.67. de probation. lib.1. à num 49.* † Qui cum eodem 22
Baldo *dicto num. 14.* verſic. *ſed nunquid*, & Alexandro de Neuo *num.22.* verſic. *quarta concluſio*, ampliat procedere Doctrinam, non ſolùm, quando inſtantiæ cauſæ eſt ſtatutus terminus à partibus, ſed etiam quando iudex, vel arbiter arctatur à ſtatuto ad cauſam definiendam infra certum tempus: nam ſicut iudex debet facere quod ſtatutum iubet; ita etiam talem terminum habere vim peremptorij; & idem eſſe ſi Princeps iubet cauſam inſtructam ſibi remitti: nam intelligatur inſtructè per abnegationem & quando præcluſa eſt via probationi, quæ debuit fieri coram remittente.

Sed cum Bartoli. & aliorum præfatam doctrinam impugnet Fulgoſ. *in dicta l. admonendi*, verſiculo *concludo itaque, col. 4.* dicens nihil intereſſe in hoc caſu inter iudicium, & compromiſſum, & nullam faciendam differentiam inter terminum legalem, & terminum inſtantiæ à partibus præfixum, ſubiungens ſe in quadam cauſa allegantis Bartoli opinionem, non potuiſſe obtinere, ob quod à Bartolo receſſit Abbas *hic numero 6.* verſiculo *hoc vltimum eſſet.* 23
† Tamen ſemper Bartolus venit defendendus ex dictis, quando ſcilicet lis fuit conteſtata à Reo, ſecus è contra. 24
Item procedit quando lite conteſtata nullus alius terminus fuiſſet ab actore petitus ad probandum; quia tunc ille terminus, vt peremptorius habetur; ſecus vbi actor alium terminum petijſſet. & iudex, vel arbiter alium terminum noluiſſent dare: nam tunc ille terminus haberetur pro peremptorio, & imputandum eſſe iudici, qui non dedit terminum, comprobationes ſine termino non ſint faciendæ, & per conſequens non poſſet Reus diffinitiue, abſolui: De vtroque caſu docet Paul de Caſtro *in dicta l. admonendi, numero 35.* verſiculo *pro iſta.* & verſic. *puto etiam*, & cum aliis Patianus *dict. cap 67. à numero 59. & 62.* vbi refert hanc ſecundam limitationem reprobari à Iaſone *in dicta l. numero 68.* verſiculo *item intelligit, in 2. lect.* & ab Alexandro *in l. properandum, §. & ſi quidem, Cod. de iudic. num. 13.* verſiculo *item hoc intelligit:* & pro prima videbis Abbatem *hic dict. num. 6.* verſic. *item oportet quod lis*, & Alex. de Neuo *num. 16.* verſic. *dicit Paulus*, eundem Iaſonem, qui pulchrè, *numero 52.* verſiculo *tandem concludit*, Paulus *in lect. 1. ſub, numero 66. in 2. lectura*, verſiculo *finaliter, col. 34.* Et ſecundùm præfatas limitationes, videntur intelligi Fulgoſius, & Abbas aduersùs Bartolum alloquentes: Alia videbis, *num. 55. 56. & 61.*

25 Ad quartam quæſtionis partem de differentiis inter ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, & abſolutionem à cauſa, vel à petitis, breuiter reſpondeo, quod prima dicitur interloquutoria & altera difinitiua appellatur iuxta ea, quæ adduxi, *in cap. examinata* 15. *de iudic. à quæſt.* 20. egregie tradit Paulus de Caſtro *in l. Iulianus, num.* 7. verſic. *ex qua Gloſſa col.* 3. *ff. de condition. indebiti*, Alexand. *in dicta l. admonendi, num.*28.*colum.*8.Ripa *num.*77.*col.*14. verſic. *defert autem*, Abbas *in dict. cap. examinata in fine*, & alij
26 communiter. † Secunda verò eſt, quia abſolutoria ab obſeruatione iudicij permittit tantùm inſtantiam, nec tollit actoris Ius, qui de nouo poterit agere ſecus in abſolutoria à petitis, quoniam illa petimit Ius actoris, ſi tranſit in rem iudicatam, nec amplius de nouo poteſt agi, optime Paulus de Caſtro *in dicta l. properandum, Cod. de iudic.* §. *& ſi quidem ſub, num.* 9. verſic. *quæritur*, de tribus, *colum. penult.* vbi ait abſolutoriam ab inſtantia, vel ab obſeruatione iudicij tollere omnia, quæ pertinent ad ordinationem cauſæ, vt eſt datio libelli, litis conteſtatio, & Iuramentum de calumnia, quæ pro non factis habentur; non tamen tollit Ius actoris; quominus poſſit ipſum ipſum in iudicio deducere, dando nouum libellum, iterumque litem conteſtando, & de calumnia Iurando, nec tolli acta probatoria, vt pote examinationes teſtium, & inſtrumentorum productio, quæ in nouo iudicio poterunt produci, fidemque facient ſine alia examinatione inter eaſdem perſonas, ſicut nec etiam tolluntur effectus poſt litem conteſtatam producti: nam per dictam ſententiam, actio temporalis eſt effecta perpetua ad 40. annos, & res petita effecta eſt litigioſa, reus verò eſt conſtitutus in mala fide ficta; propter quam tenebitur de fructibus perceptis, & percipiendis.

27 At verò in abſolutoria à petitis, non ſolùm prædicta omnia tolluntur ait Paulus, ſed etiam omne Ius actoris; adeo vt non poſſit amplius iterum agere, ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam, etiam ex inſtrumentis de nouo repertis; quod idem repetit *in l. Iulianus, num.*7. *col.*3. *ff. de condict. indebiti*, vbi ait abſolutionem factam eo, quia actor non probauit; licet multi ignorantes dicant contrarium, cuius effectus eſt, vt non poſſit actor iterum agere; licet probationes de nouo ſuperueniant; quia ſub prætextu nouorum Inſtrumentorum poſtea repertorum, res iudicatas reſtaurari exemplo graue eſt, & concedi non debet, vt dicitur, *in l. ſub ſpecie, Cod. de re iudic.* de quo late, *in cap. ſuborta infra de re iudic.*

28 † Sed vt iam dixi abſolutio ab obſeruatione iudicij eſt interlocutoria, & non impedit iterum agere; quando lata eſt propter libellum ineptum, vel lapſam inſtantiam, quod verum dicit Salicetus *in dicta l. properandum*, §. *& ſi quidem, ſub num.* 15. verſic. *tertio modo*, *Cod. de iudic.* quando quis abſoluitur ab obſeruatione iudicij præſentis, vel præteriti; ſecus ſi abſoluatur ab obſeruatione iudicij futuri; vt puta quia prounnciaretur quem audiri non debere, volentem accuſare de falſo. Vel quando lata fuit, quia Reus ſoluit; quia tunc habet vim difinitiuæ, vt latius notauit Bartol. *in l. Titia, ff. de accuſation.* Abbas *in dicto cap. examinata de iudiciis*, vbi ego latè, *à quæſt.* 20. Iaſon *in dict. l. admonendi, num.* 700. verſic. *vnde dicit, in* 2. *lect. ff. hoc titulo*, Caſtrenſ. *in l. Argentarius*, §. *cum autem, num.*4. verſic. *allegatur etiam, ff. de edendo*, Ripa *in dicta l. admonendi, num.* 77. verſic. *defert autem colum.* 14. *ibi*, Curtius *num.* 29 verſic. *circa primam quæſtionem, col.*7. Iaſon *in l. fin. ff. de feriis*, Couar. *lib.*1. *var. cap.*1 *ſub, n.*8. verſic. *ex quibus tandem apparet.*

Ad quintam quæſtionis partem, quando di- 29
catur actorem nihil probaſſe, vt Reus difinitiue abſoluatur? Iam ex *ſupra*, dictis ſatis apparet, & ſic vides duobus modis eſſe conſultum Reo aduersùs actorem contumacem, aut nihil probantem, vt ſcilicet, vel abſoluatur ab obſeruatione iudicij, quia quando nihil eſt actitatum, vel difinitiue abſoluatur à petitis, eo quia nihil in termino ſtatuto probatum fuit, & in vtroque caſu venit actor in expenſis condemnandus, pro vt de primo caſu bene dicit Patianus cum ab eo relatis, *lib.*1. *de probat. cap.*57. & de ſecundò Aretinus *in dicta l properandum*, §. *& ſi quidem, num.* 9. *notab* 6. *Cod. de iudiciis*, & de vtroque idem Patianus *dict. cap.*67. *lib.*1. *de probation. num.*69. *&* 70. qui *num.*83. concludit hanc concluſionem ſemper, ac indiſtincte eſſe veram, vt quando ſcilicet actor non probat illud, quod probare tenetur, debeat Reus abſolui, vel difinitiue, vel ab obſeruatione iudicij ſecundùm iam adducta, quod verum profecto ait eum Rota *in deciſ.*1. aliàs 15. *de re iudic.* in nouis, quando Reus eſt, in poſſeſſione rei petitæ vel quando neuter poſſidet, id eſt nec actor, nec Reus.

In his enim caſibus habet propriè locum Re- 30
gula noſtri Textus, actore non probante, Reus abſoluitur, & Rota, *vbi ſupra*, quam ſequitur Patianus *dict. cap.*67. *à num* 84. tres caſus diſtinguit, Primus quando actor poſſidet, & non Reus, & tamen vterque petit adiudicari ſibi rem, vel beneficium, & tunc ſi neuter probat quilibet debet abſolui à petitione alterius, nec vllus condemnabitur in expenſis, ſed hinc inde fiet mutua compenſatio. Secundus quando actor, qui poſſidet petit titulum ſuum pronunciari Canonicum, ſibique adiudicari beneficium. Reus verò ſolùm petit ſe abſolui à petitione actoris poſſidentis, vel nil petit, & tunc actore non probante, ſententia abſolutoria ferenda eſt pro Reo, etiam abſente, *l. qui accuſare, Cod de edendo*, cum ſimilibus in principio adductis. Tertius caſus quando Reus poſſidet, vel neuter poſſidet, & tunc ſuccedit hæc Regula, vt actore non probante Reus abſoluatur.

Quare dicendum eſt ad hoc conſequendum 31
ſuppetere Reo alia etiam remedia. Primo vt petat ſe non ſolùm abſolui difinitiuè à petitis, ſed etiam vt expreſſe pronuncietur ſuper iure ipſius, veluti quando actor agit, vel agere vult rei vindicatione ad fundum; nam poterit Reus non ſolùm petere, vt abſoluatur à petitis, ſed etiam vt ipſe pronuncietur Dominus, quod obtinebit, ſi de iure ſuo probauerit, notat Abbas *in c. cauſam in fine de*
dolo, & contum Patian. *d. lib.*1. *de prob. c.*67. *n.*63. † Itẽ 32
ſecũdo poteſt, & Reus in ſe aſſumere onus probádi in iuſtitiã, actoris, & facta probatione petere, vt difinitiuè abſoluatur. Quo caſu ſi proceditur cõtra actorem abſentem, poterit Iudex ſupplere de facto in fauorem abſentis, recipiendo probationes & examinando teſtes ex officio ſuo, & requirẽdo amicos, & conſanguineos abſentis per proclama generale, vt ſcilicet compareat quicũque voluerit aliquid dicere, vel allegare pro tali, vt ait Abbas *in dict. cap. cauſam col. fin. de dolo* Patianus *d. c.*67. *num.*72.

num.72. Bartol. *in Auth. qui ſemel ſub num.13.*
33 *col.3. in fine.* † Item tertio quando Reus peremptorie eſt citatus, & actor in die termini non comparet, poteſt Reus petere, vt circuncidatur edictum; id eſt vt tollatur virtus illius citationis, vt poſſit libere à iudicio recedere, quod facillimè obtinebit, ſine alia citatione, vel cauſæ cognitione; eo ipſo, quod die cognitionis actor abſuerit *leg. & poſt edictum, §. 1. ff. de iudiciis* Abbas *in dict. cap. cauſam ſub, num.17.* verſic. *& circa hanc materiam colum. penult de dolo* Bart. *in dicta Auth. qui ſemel, num.13.* verſic. *vlterius venio col.5.* quomodo, & quando Iudex, Patianus *dicto cap.67. num.71.* vbi *num.74.* ait hæc competere Reo aduersùs actorem; ſed pro actore aduersùs Reum multa alia remedia prodita eſſe ſcribunt Bartol. *in l. conſentaneum, & ibi* Baldus, & alij, *quomodo, & quando Iudex,* Abbas *in cap. cum tu, col. pen. & fin. de dolo, & in cap. quoniam, vt lite non conteſtata.*

34 Ad vltimam de formandis ſententiis abſolutoriis ab obſeruatione, vel cauſa, iam ex dictis poteris reſpondere; & ſic breuiter dico, quod in proferenda ſententia diffinitiua, non debet dicere Iudex, *ego abſoluo Reum; quia nihil eſt probatum*; iſtud namque abſoluere difinitiue à cauſa non eſſet, cum non deficiat negotium principale, an quis ſit debitor, an non? Sed Iudex debet dicere *ego abſoluo Reum, & pronuncio eum nihil debere; quia nihil fuit probatum in termino præfixo*; cum enim talis ſententia tangat negotium principale, dicetur difinitiua; & ſi non appellatur ab ea tranſigit in rem iudicatam; nec poterit amplius agere de nouo; quia Ius agendi non habet exiam dictis, & notat Bart. *in dicta l. admonendi in 2. lectura ſub num.70.* verſic. *ego au-*
35 *tem intelligo col 35. in fine.* † Hæc enim traditio & forma Iaſonis in ſe vera eſt, tamen practica communis ſecundùm Purpuratum *in dict. l. n.99.* verſic. *declarat. Iaſon, col.19.* eam formulam ſententiæ præciſè non ſeruat, ſed communiter ſolent iudices dicere; *quia talis actor in termino ſibi aſſignato non probauit ideo Reum à petitis abſoluimus* refert Patianus *dict. lib.7. de probat. cap.67. n 36.* qui cum Ripa *in d. l. admonendi ſub n.77.* verſic. *ſaluat tamen col.14* & Couarr. *in dict. cap.1 lib.1. variar ſub n* 8. verſic. *& id apparet ea ratione* ait, vt quando Iudex ſimpliciter abſolueret Reum, nulla cauſa expreſſa cenſeretur in dubio cum diffinitione abſoluiſſe, eo quia non eſt probatum; de qua re Felinus eſt videndus *in d c. examinata de iudiciis, n.9.* verſic. *an in ſententia.*

36 Notat verò Alex. de Neuo *in noſtro. § ſanè, n.18.* verſic. *vnde ex præmiſſis*, quod abſolutio ab obſeruatione iudicij debet fieri prope finem temporis inſtantiæ, qui etiam in dicto verſic. vt refert Patianus *d. cap.67. de probat. num.46. & 48.* ait hanc doctrinam non videri poſſe procedere de Iure Canonico cum inſtantia cauſæ non perimatur tempore, vt *in cap. venerabilis* ſuprà *de Iudiciis*, vbi latè de inſtantia, & eius peremptione dixi.

QVÆSTIO IV.

An quando reus probauit ſe Dominum declarari, vel rem ſibi adiudicari, ſimpliciter abſoluatur à petitis per actorem, vel etiam Dominus pronuncietur? An & quando actore non probante Iuramentum purgationis ſit reo deferendum?

SVMMARIVM.

1 *Sententia qualiter proferatur cum reus probauit ſe Dominum, ſed non petiit ſe Dominum declarari, vel rem ſibi adiudicari, n.2. 3. 4. 5. 6. & 7. vbi diuerſæ expenduntur ſententiæ.*
8 *Purgationis iuramentum, quando actore non probante, reo defertur, ad quos effectus, n.9. 10. 11. 12. & ſeqq.*
9 L. Ciuile, ff. de furtis.
13 *Purgationis iuramentum, differt in nonnullis à iuramento deciſorio, & aliis, num.14. 15. 15. 17. 18.*
18 *Nautæ caupones purgationis iuramento de rebus ſibi traditis non conſignatis non ſubſtraxerint excuſantur.*

AD primam quæſtionis partem, vt Doctores reſpondeant, diuerſa proferunt; igitur inter antiquos Iacobus Balduinus *in l. circa, ff. de probation.* dicit, quod Reus debet abſolui à petitione actoris, in ſexta cauſa; quia eſt Dominus; & ſic Iudex eum incidenter pronunciabit Dominum; non autem principaliter, & Bartolus *in l. ſed etſi poſſeſſori, hoc tit.* ait vtilitatem huius incidentis declarationis eſſe, quod ſi Reus caderet à poſſeſſione rei, poſſet illam vindicare iuxta textum, *in dicta l. ſed etſi poſſeſſori*, & Baldus *in cap ex conqueſtione de reſt. ſpoliat.* ait Balduini ſententiam eſſe tenẽdam. † Innocentius vero parum 2
diſtans à Balduino dixit *d. cap. n.3.* verſic. *idem etiam dicimus*, quod reus debet principaliter pronunciari Dominus: quia aſſumendo in ſe onus probandi factus eſt de Reo actor, eſſeque verum, non ſolùm in actione reali ſed perſonali: ſequitur Collectarius *in dict. cap. ex conqueſtione*, in cuius comprobationem plura refert Patianus cum pluribus, *libro 1. de probat. quæſt 69. à num.7. & à num.11. ad 16.* † Hoſtienſis 3
autem *in dicto cap. ex conqueſtione*, concludit quod ſi actor non probat, & reus probauerit dominium ſuum, non poterit Iudex Reum declarare Dominum, ſed debebit eum ſimpliciter à petitione actoris abſoluere: quia ſententia debet eſſe conformis libello: & quia non poteſt ferri ſuper non petito, & ex aliis, quæ cum multis refert idem Patianus *d. cap.69. à n.17.*

Et quamuis ex prædictis opinionibus Innocentij, & Hoſtienſis, Martinus de Salua poſt 4
multam argumentationem anceps, & dubius remanſerit, & Egidius Bellamera vtramque opinionem approbet, & Baldus *in num.16. Cod. vti poſſidetis*, niſus cum temperamento hanc controuerſiam determinare, vt refert Patianus *ſuprà à num.22. & 23.* Tamen verius, & doctius ex Antonio de Butrio *in dict. ex conqueſtione*, verſic. *aduertendum quomodo reus; col.4.* docet reſolutionem huius difficultatis totam pendere ex

reſponſione

reſponſione, quam facit reus ad libellum actoris; & propterea conſiderandum oportere quod, aut reus, actore dicente, ſe Dominum, negat Actorem Dominum vel narrata; provt narrantur; & tunc licet reus probaret ſe Dominum, tamen declaratoriam non eſſe pro eo ferendam; quia ſuper dominio rei, non eſt lis conteſtata, non quidem ex defectu petitionis actoris, quia ille benè negauit reum Dominum, ſed ex defectu reſponſionis rei, qui negando actorem Dominum, non propterea dicit ſe Dominus, nec etiam reus.

5 Aut reus negando narrata; provt narrantur, reſpondet ſe eſſe Dominum, & non actorem, & hoc probauit; & tunc procedere opinionem Innocentij, vt ſcilicet declaratoria Dominij poſſit proferri in fauorem rei, hac ratione; quoniam in iſto caſu negari non poteſt, quin lis ſuper dominio rei ſit conteſtata, in quo potiſſimum fundamento, Hoſtienſis ſuam opinionem fundabat, quam amplectendo Patianus, obiectionibus reſpondet, *dict. cap.69. de probat. libro* 1. *à n.25.*

6 Vbi docet quod reus etiam in calculo ſententiæ poteſt patere, vt declaretur ſuper Iure ſuo; licet prius hoc non petierit. Et *num.26.* quod actore debitum petente, ſi reus negando, compenſationem opponat, & debitum probet, poſſit Iudex pronunciare actorem eſſe rei debitorem, vbi *num* 8. agit quando valeat ſen-
7 tentia in æſtimatione, vbi res patitur. † Itaque dices, quod ſi reus expreſsè petit ſe declarari Dominum, quando ſuſcepit ſimpliciter onus probandi, tunc non ſolùm abſoluetur à petitis, ſed etiam declarabitur Dominus, ſi hoc probauerit, vt docent Abbas *in cap. cum cauſa, num.6.* verſic. *legitur, & ſecundo modo de ſententia, & re Iudic.* Alexand. *in l. Pomponius, §. ſi iuſſu, num.14.* verſic. *quod intelligo verum, ff. de acquirenda poſſeſſ.* Caſtrenſis *in l. matrem col.2.* verſic. *tu dic. Cod. de probation.* Lapus *allegat.59. Prælatus Eccleſiæ ſub num.6.* verſic. *& ſimile eſt quod dicitur*, Patianus *dict. cap.59. n.5. & 6.*

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt ſcias dari locum rei purgationi, actore non probante, repetes adducta *ſuprà quæſt.1.* in prima eius parte verſic. *nec obſtat quinto textus*, & in verſic. *ad tertiam quæſtionis partem.* Quibus ſuppoſitis nunc breuiter reſpondeo primo, Iuramentum purgationis dari in cauſa ciuili & in cauſa criminali in defectum probationis, & propter difficultatem probandi, quod detur contra iuſtè ſuſpectos; & in caſu, in quo non poteſt alias haberi, veritas relinquitur conſcientiæ rei, & ſtatur ſacramento ſuo, etiam pro ſe ad conſcientiam ſuam purgandam *l. nulli, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* ſic Iacob. de Veluis *in practica Iudic.*
9 *de probatione negatiua, num.13.* † Subjunges quod is qui penes ſe rem furtiuam habet, per tale iuramentum, purgatur, iurando ſe rem emiſſe ab ignoto viro; & ſic declarat textum,
10 *in leg. Ciuile, de furtis.* † Et hoc modo dicit etiam purgari emphiteutam, qui dicit ſe vendidiſſe rem emphyteuticam pro certo pretio aſſeuerante contrarium Domino directo, & hoc modo purgari mercatores, qui habent immunitatem non ſoluendi, pedagium pro rebus ſuis: nam tenentur iurare, an res ſint ſuæ.

11 Cúmque hoc iuramentum permittatur, breuiter etiam adjunges, quod accuſatore non probante, reus, non abſoluitur, niſi reus iuramento ſe purgauerit, vbi de periculo animæ tractatur, *Authent. nouo Iure, §. ſed ſi datum, Cod. de pœna Iudicis qui malè Iudicauit*, Patianus *de probat. libro* 1. *cap.71. num.1.* † Vbi *num.2. & 3.* ait quod iuramentum purgationis defertur
in delictis valde occultis; & quod diffamatus 12
de crimine actori non abſoluitur, niſi ſe purget, accuſatore non probante. Tamen vt ipſe Patianus latè agens *dict. libro* 1. *cap.39.* dicit iuramentum purgationis non eſſe concedendum reo, quando extât indicia ſufficientia aduersùs ipſum ad torturam; ſed ipſius reum eſſe torquendum: & *dicto cap.71.* latè etiam inquirit de dubio an iuramentum purgationis debeat deferri accuſato, quando contra ipſum fuit probatum crimen per vnum teſtem; quod reſolues ex adductis, *ſuprà in hoc noſtro cap. fin. de delatione iuramenti.*

Notabis verò hoc purgationis iuramentum 13
in nonnullis differri à iuramento deciſorio, & aliis, de quibus *ibi*: nam illud poteſt ſuſcipi, vel referri ex *leg. manifeſtæ, ff. hoc titulo*, ſed hoc eſt neceſſario ſubeundum, nec referri poſſe, *dicta Authent. nouo Iure*, notat Ripa *in leg. admonendi*
hoc tit. num.66. † Secundò quia excluſus à iu- 14
rando poſt lapſum termini probatorij, non eſt tamen excluſus à ſe purgando per iuramentum purgationis, Baldus *hic num.25.* verſic. *ſed quid ſi fuit, col. penult.* ſequitur Patianus *dict. cap.71.*
à num.21. † Qui *num.23.* agit de dubio, an ſit 15
exigendum à reo, contra quem nihil eſt probatum? Et licet Gloſſa *hic* in verbo *probatione*, & Ripa *in dicta leg. admonendi, num.66.* verſic. *ſecundo*, pro negatiua reſpondeant. Tamen alij ex *dicta Authent. ſed nouo Iure, Cod. de pœna Iudic. qui malè Iudic.* aliter exiſtimant; eo quod *ibi* inditum ſit tale iuramentum, etiam quod aduersùs reum, nihil probatum fuiſſe ibi appareat; & ſic Decius *in cap. at ſi Cleric.4. de Iudic. à num.71. in gloſſa* 1. concludit forſitan iſtud non procedere in caſibus à Iure expreſſis, vel hoc Iudicis arbitrio relinquendum eſſe, & de hoc ipſe Gratianus agit *in dict. cap.39.* quem ad alia
videbis de hoc iuramento alloquentem. † Vbi 16
num.12. ait hoc iuramentum dari ad abſoluendum, non condemnandum reum: quia non poteſt actori deferri ad probandum affirmatiuam,
vt ait Bartol. *in l. maritus, ff. de quæſt.* † Et quod 17
non paſſim à Iudice debet concedi, ſed ita demum, quando nullæ probationes, nec vllæ vrgentes præſumptiones exiſtant aduersùs reum: nam tunc ei dari iuramentum ad ſe purgandum à mala fama, quæ non habet originem à certis perſonis honeſtis, Blancus *in l. fin. n.64. ff. de quæſt.* Caſtrenſ. *in l. fin. Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Et per hoc iuramentum purgari nautam, cau- 18
ponem, ſtabularium, quod res hoſpitantium ſibi non conſignatas, non ſubtraxerint, Baldus *in l. ſub num.6. Cod locaſti?* Speculator *in §.1. num.15.* verſic. *quid ſi* Peregrinus *de furtis*, Patianus *dict. cap 39. num.15.*

QVÆSTIO V.

An qui dicit debeat probare, vel ſufficiat allegare?

SVMMARIVM.

1 *Probare debeat ne qui dicit, vel ſufficiat allegare quando ſit neceſſarium, quando vero non: pluribus exornatur hæc regula num.ſeqq. & à num.6.*

2 *Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*

2 *Allegatio partis non facit ius & n.4.*

5 L. 11. tit.17. p.7.

6 *Alleganti incumbit probatio, in caſibus* infrà *relatis, num.ſeqq. vſque ad n.32.*

27 *Abſoluitur reus, actore non probante, ſecundùm dictum hic, n.28.*

33 *Actor, & reus æquiparantur, & ad imperia non debent iudicari.*

34 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio ad fauorem actoris, & executa in prima inſtantia poſtmodum retractata, & altera pro reo pronuncietur, hæc eſt exequenda.*

35 *Dilatio regulariter non datur actori, niſi quando commiſit cauſam, vt hic.*

1 OCcaſione textus noſtri inquirunt Doctores
de pluribus quæſtionis abundè Patianus,&
ab eo relati, *toto lib.5. de probat.* Et ob id ego ad
plures caſus inferendo breuiſſimè dico primo,
quod non ſufficit allegare, vel dicere, niſi pro-
betur, Gloſſa *in cap. non eſt de conſuet. lib.6. l.1.
in princip. ff. ſi quadrup. paup. faciſſ. dicatur*, vbi
gloſſa verb. *dicatur*, præter antiquos cum mul-
tis Gratianus *reg.7.* Barboſa *axiom.20. num.3. &*
2 *axioma 291.* † Vbi dicit quod probatio debet
de neceſſitate concludere, quia non probat hoc
eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l. non hoc,
Cod. delegation. & dict. axioma 20. n.2.* id quod
quis allegare tenetur eſſe ab eo probandum, *l.1.
in princ. iuncta gloſſa* verb. *decenter 34. de præbend.*
juncta gloſſa verb. *decenter, ff. de delationibus.*
3 † Et addit *num.1.* quod allegatio partis non fa-
cit Ius, *cap. dilectus 34. de præbend. gloſſa magna,*
verſic. *vel die tertio in l.1. Cod. quando non peten.
partes*, gloſſa verb. *non poſt multum, in cap.2. de
4 his, quæ fiunt à Prælatis.* † Non enim debet cre-
di quod allegatur, *l. ſi ij qui, Cod ad leg. Iul. de
adult.* ibi *non debere credi quod allegatur* optimè
5 *l.12. tit.14. p.1.* ibi *ſeyendo aueriguado.** Vnde in-
fero intellectum ad textum *in l.11. tit.17. p.7.*
ibi *el Iuzgador creyendo loque dice el acuſado* nam
ea eſt interpretanda per textum *in l.13. part.3.
creyendo* non quia dixit ſed quia etiam probauit
cum prædicta *leg.12.* ita duo requiſita copulatiue
requirat, vel dic *in dicta l. Part.11.* iudicem malè
feciſſe credendo ſine alia probatione ſimplici aſ-
ſertioni delinquentis, quod notat Gratianus
ſupra pro intellectu illius legis; quia Gregorius
Lopez in nulla illarum legum difficultatem
tetegit.

6 Ex qua Doctrina ad plures caſus reſolutiue
in foro, quibus prædicta regula ampliatur, vel
verificatur: nam dicenti quem idoneum, vel
non idoneum, incumbit onus probandi, Gloſſa
in l.2. ff. de probat. & *in l. ſi vero, §.1.* verbo *du-
bitetur*, vbi omnes quia eſt probanda qualitas,
in qua quis fundatur. † Et alleganti non po- 7
tuiſſe res alienas, & proprias cuſtodire, proba-
tio incumbit, *l. tutor ſecundum dignitatem, §.1.
ff. de adminiſtrat. ad Ciuit. pert.* † Idem in eo, 8
qui allegat poſſeſſionem, iuxta *l. emptor*, ſecun-
dùm Guid. Pap. *ſingul.575. §. ille allegat, Cod.
de præſcript. long. temp.* † Et qui ſe talem dicit, de- 9
bet ſe talem probare, Balb. *in deciſ. fin.** Et ſic 10
allegans ætatem, eam probare tenetur, *leg. ſi
minorem, Cod. de in integ. reſtit.** Et allegans ſe 11
legitimum eſſe, Couarr. *in 4. decret. 2.p. cap.8.
§.3. n.1.* † Et alleganti ſolutionem incumbit 12
probatio, *l.1. Cod. de probationib.* † Et allegans 13
ſe filium naturalem, licet reus ſit, tenetur pro-
bare, Matienz. *in l 9. tit.8. gloſſa 3. num.7. lib.5.
recopil.* & ibi *n.8.* † Imò & alleganti paupertа- 14
tes, vel diuitias, incumbit probare, Matienz.
vbi ſup. num.9. Item alleganti ſolitum eſſe quid,
incumbit onus probandi, benè Burgos de Paz
in l.11. Tauri, n.111. † Ob idque ſi quis ſe fun- 15
dat in ſtylo, vtputa aliquid eſſe ſolitum conce-
di, eſt probanda conceſſio, de quo agitur præ-
ciſè. † Item vbi tempus eſt fundamentum in- 16
tentionis alicuius, illud præciſè probari debet,
Gloſſa ſing. ſecundum Cardinal. *in Clement. fin.*
verb. *creatum de reſcript.* Egeas *de pact. num.437.*
† Et ſi ſtatuto caueatur, vt ſtetur allegationi 17
alicuius, debet intelligi dummodo probet quod
allegat, Domin. per textum, *ibi in cap. non eſt de
conſuet. in 6.* † Et impetranti aſſerenti non va- 18
lere beneficium plus, quàm expreſſerit, incum-
bit probatio, Cardin. *in cap. fin. de præſumpt.*
Garcia *de beneficijs, p.6. § 2. à n.165.* † Item ſi 19
actor ſe fundat in negatiua, & reus in affirma-
tiua, actor ad hoc, vt obtineat, probare tene-
tur, Bartol. *in leg. in illa ſtipulatione ff. de verb.
obligat.* cum multis Gratianus *dict. reg.7. num.12.*
† Qui *n.14.* ait quod ſi ſtatuto caueatur, quod 20
qui non probauerit, ſuam accuſationem, pu-
niatur in decem; aliquis produxit accuſationem
continentem plura capitula, quædam probauit,
quædam non, cadit ille in pœnam ſtatuti; ita vt
ſi in nullo probaſſet, notanter docet Angelus *in
l. vnica, Cod. de ſuffrag.* † Et ſic accuſator eo ipſo 21
quod ſuam non probet intentionem, calumnia-
tor dicitur, *l. qui cum maior, §. ſi liber, ff. de bo-
nis libert.* Gloſſa *in l. Athletas, §. calumniator*, &
verbo *ex vtraque, ff de his, qui not. infamia*, Fe-
linus *in cap.2. de calumniat.* vbi ſex limitat mo-
dis. † Et Gratianus *reg.8.* ampliat procedere, 22
nòn ſolùm in eo, qui non probat, ſed qui tar-
dat exceptionem ponere, vbi plures refert de-
clarantes. Et *dicta reg.7. ſub n.14.* notat pro iu-
dicibus, quibus capitula ponuntur; quod ſi
non omnia probantur, accuſator debet puniri
pœna calumniatoris, ſed in contrarium practi-
catur, cum quælibet excuſatio debeat à pœna
excuſare. † Et fundans ſe in vſu, id probare 23
debet, Bartol. *in l. Labeo, ff. de ſuppellect. legata*,
Gratianus *num.20.* cum aliis. † Vbi *num.21.* ait 24
quod aſſerenti quem non eſſe Tabellionem, in-
cumbit onus probandi. † Sed aliud eſſe in eo, 25
qui allegat inſtrumentum non eſſe publicum,
nec Authenticum, nam producenti incumbit
onus probandi, vt quotidie obſeruatur, Bur-
gos de Paz *in l.3. Tauri, n.1074.* † Item quia 26
dicenti ſtatutum ſeruari, incumbit probatio,
Burgos de paz *in dicta l.1. Tauri, n.102.* Gratian.
n.19. vbi *n.18.* cum Cateliano Cotta, ait incum-
bere actori probationem, etiam in caſu, in quo

27 Reo denegatur probatio. † Qui *n.15.* refert in tantum procedere regulam, actore non probante, abſoluendum eſſe reum, quod & debeat qualitas actionis, vel accuſationis probari, alias reum abſolui, vt puta ſi aliquis ſit accuſatus ſe occidiſſe aliquem in platea, & probatur occiſionem non fuiſſe in platea, ſed alio loco, reum in iſto caſu abſoluendum, vt tenent Paulus de Caſtro *in l. ſi communem*, §.1. *ff. quemadmodum ſeruit. amittatur* corroborat pluribus Marſil. *conſ.*48. *à n.*16. Verum Gratianus dubitat de hoc, cum ſit iudi-
28 candum attenta veritate. † Sed Hipolytus *in l.*1. §. *ſi quis dicatur*, *ff. de quæſtion. num.*15. Bernardus *reg.*27. nouem limitant modis præfatam regulam; item & quando eſt iuris præſumptio pro actore, vel quando reus non conteſtatur intra nouem dies; vel quando reus concedit allegatum ab actore: nam in his, & aliis caſibus releuatur actor ab onere probandi, vt adduxi *ſuprà*, vel quando eſt actor in poſſeſſione legitimitatis.

29 His ſic reſumptiuè adductis, de quibus, & aliis poteris ad longum videre Patianum *toto libro* 2. *de probat.* addo dubia ſequentia: nam ad eam quæſtionem an agens contra filios, tanquam patris hæredem, teneatur illud probare? Vel an creditores habeant fundatam intentionem? bene cum multis Ceuallos *in pract.q.*849.
30 vbi ad vtramque partem diſputat. † Et an habens rem iudicatam pro ſe in poſſeſſione nobilitatis, releuetur ab onere probandi, ſi poſtea conueniatur in proprietate? latè & benè Gutierrez *in pract. lib.*3. *quæſt.*19. † Et *q.*40. agit 31
de quæſtione, cui incumbat onus probandi valorem bonorum parentis dotantis filiam in certa quantitate pecuniæ, vel in aliis bonis mobilibus, & immobilibus, aut ſe mouentibus, vel conjunctim. † Et an qui prius dicit, prius pro- 32
bare teneatur? Videbis *ſuprà ad Rubric. de probat. quæſt.*1. *à num.*2. Et ad quæſtionem, an poſſeſſio alicuius ſtatus transferat onus probandi in aduerſarium? Et quid in ſeruitutibus, videbis *ſuprà in cap. licet* 9. *de probat. q.*6.

Ex his, & aliis iam adductis ad præfatam re- 33
gulam, dico quod actor, & reus æquiparantur, & ad imparia vllo modo iudicari debere; prove in cauſa aſſiſtentiæ, atque poſſeſſorij iudicatum extitit S. C. teſte de Franchis *in deciſ.*136. † Ex 34
quo infero primo cum eodem, *in* 2. *dubio in fine*, & Riccio *collect.*459. ad textum, *in l. qui accuſare, Cod. de edendo*, quod ſententia lata ſuper poſſeſſorio ad fauorem actoris, & executa in prima inſtantia, ſi poſtmodum eadem ſententia retractetur, & altera in ſecunda inſtantia proferatur pro reo, tunc eam ſimiliter exequendam eſſe; quemadmodum, & prima in fauorem actoris.
† Infero ſecundo cum Caputaq. *in deciſ.*15. *p.*1. 35
de dilation. quod licet regulariter actori non detur dilatio; quia debet inſtructus venire. Tamen quando actor commiſit cauſam contra reum ſuper vno Iure, & Reum producit, pendente lite ius nouum, tunc ſit danda dilatio ratione æqualitatis. Et cum finitur *Textus*, & *liber* 3. *in* 2. *Decret.*

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM ET MATERIARVM
Quæ continentur in Tomo I. & II. De Probationibus Libri II. Decretalium.

A.

Abbas.

ABBATES Magni in ſua benedictione iurant fidelitatem, tomo 2. pag.238. numero 12

Actio, Actor, Actus.

Actio finium regundorum propter deiectos, & perturbatos fines, ex maleficio; vel quaſi magis quàm ex contractu inſtituta eſt familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo quaſi ex contractu, tom.1. pag.76. n.9. & 10

Actio pro ſocio magis pertinet ad perſonales præſtationes, t.1. p.81. n.9

Actio communi diuidundo competit ex quacumque causâ communionis, t.1. ibid. n.10

Actio triplex ſolet competere pro diuiſione terminorum, agrorum, & quorumlibet bonorum, t.1. pag.75. num.2. 4. & 5

Actio ſemel nota non extinguitur, niſi certis modis, tom.1. p.60. n.7

Acta facta in vno Iudicio, non probant in alio inter diuerſas perſonas, t.1. p.262. n.10

Actorum productio facta coram vno arbitrio ex pluribus eſt nulla, t.1. p.263. n.11

Acta dicuntur eſſe ſcripturæ, quarum copia data ſit parti, t.1. ibid. n.12

Acta Iudicij, quæ à Notario ſcribi debent, quæ ſint, tom.1. pag.177. n.8. & pag.170. num.26. quid in inſtrumentis Iudicialibus, ſeu extraiudicialibus, ibid. n.27. Quid de de iuramento calumniæ, ibid. n.31

compulſantur Acta in alio Iudicio, quoties teſtes ad ea ſe referunt, t.1. p.206. n.1. & 2

Actuario Actorum, an vt interpreti credatur, tom.1. p.86. num.26

Actor, & Reus in Iudiciis familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum funguntur promiſcuè vices Actoris, & Rei, & quare, t.1. pag.75. n.1. & 3. & p.76. n.12

Actor qui plenè probauit, non compellitur iurare, etiam prætextu conſuetudinis, quæ dicitur iniqua, tom.1. p.69. n.3. & 4. & p.70. n.5. & 6

Actor releuatur ab onere probandi in aliquibus caſibus, t.1. p.191. n.5

Actor & Reus in Iudiciis duplicibus, ſi vterque æqualiter probat pro poſſeſſore pronunciandum eſt, t.1. p.77. n.15. Et ſi neuter poſſideat pro Reo, niſi Actor foueat cauſam piam, ibid. n.18. & 19

Actor nequit gerere vicem Rei, nec Reus vicem Actoris in Iudiciis ſimplicibus, ſecùs in duplicibus, t.1. p.76. n.12. declaratur, p.76. & 77. n.14

Actor referens ſe probaturum; tunc non excuſatur à præſtando Iuramento, t.1. p.72. n.8

Actor ex nouis probationibus, poteſt inſtantiam reintegrare, contra Reum abſolutum, & qualiter, t.1. p.46. n.34

Actor ſuam actionem deductam, & Reus ſuam exceptionem probare tenentur, t.1. p.47. n.1

Actore plenè probante Reus, & ſi ſemiplenè probet eſt condemnandus, t.2. p.445. n.34

Actor eſt qui probare tenetur, non Reus, & eo non probante Reus abſoluitur, niſi Reus ſit contumax, t.2. ibid. n.35. & 36. & aliter, ibid. n.37. Item cum indicitur Reo iuramentum purgationis vt hoc, ibid. n.35

Quid ſi ſumus in actu qui de ſui natura fieri poteſt animo duplici, ibid. n.40

Abſoluitur reus, actore non probante, ſecundùm dictum hic, t.2. p.456. n.27. & 28

Actor, & reus æquiparantur, & ad imperia non debent iudicari, t.2. p.456. n.33

Sententia lata ſuper poſſeſſorio ad fauorem Actoris, & executa in prima inſtantia poſtmodum retractata, & altera pro reo pronuncietur, hæc eſt exequenda, t.2. ibid. n.34

Dilatio regulariter non datur Actori, niſi quando commiſit cauſam, vt hic, t.2. ibid. n.35

Actore non probante, Reus abſoluitur in Ciuilibus, & in Criminalibus, in beneficialibus, in manutentione, tom.2. p.443. n.1.2.3.4.5.6. & 7 & in multis aliis cauſis, ſiue prophanis, ſiue ſpiritualibus, ibid. n.8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.15. & 16. probatur, p.444. n.27. Quid ſi aliquid ſubobſcurè probet, ibid. fallit regula, p.445. n.35

Actor probat ſuam intentionem, Reus ſuam exceptionem, t.1. p.2. n.3

Actor acceptat Confeſſionem qualificatam in eius fauorem, & Iudex quid præcipit, t.1. p.5. n.3

Actor nihil probans venit in expenſis Reo condemnandus: Et Regula actore nihil probante, Reus abſoluitur, vel definitiuè, vel ab obſeruatione iudicij, expenditur nonnullis caſibus, t.2. p.452. n.29. 30. 31. & 32

Actorem nihil probare, quando dicatur ad effectum, vt Reus definitiuè abſoluatur, diſtinctione expenditur, t.2. p.450. n.10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16

Actio ex Iuramento promiſſorio nunquid oriatur de Iure Ciuili, t.2. p.259. n.2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15

Actus iuratus qui habet tacitam clauſulam derogatoriam actus contrarij, quid operetur, t.2. p.338. n.7. & 8

Mandatum primum tollitur per ſecundum, t.2. ibid. n.9

Actus inducens ad aliquam ſeruitutem non obligat, tom.2. p.270. n.3

Actus, ſeu diſpoſitio, quæ pendet à mera voluntate, & facultate ipſius diſponentis, nequit irreuocabiliter adſtringi, t.2. p.337. n.2. 4. & 6

Actus quidam ex propria natura mali nulla ex cauſa licent. Alij ex aliqua licere poſſunt, t.2. p.129. n.19. Alij ſunt boni, alij indifferentes, ibid. n. 20. & 21

Actus non fit conditionalis, vel inuoluntarius ex habituali diſpoſitione, ſeu conditione, t.2. p.312. n.11

Accuſatus

Accuſati, vt queant admitti ad accuſandum, vel ad receptionem ordinum, qualiter ſe prius probent innocentes, t.1. p.414. n.2. 4. 5. & 6

Accuſati, vt admittantur ad teſtificandum, qualiter debeant ſeipſos innocentes probare, t.1. ibid. n.3. & [illegible]

Accuſatus, & inquiſitus etiam poſt concluſum in cauſa admittitur, ad excluſandam ſuam innocentiam, etiam ſi probationi renuntiaret, t.1. p.393. n.4.5.6. 7. & 8. & poſt ſententiam, ibid. n.9. 10. & 11

Accuſatus de crimine, dum non det eius accuſatio, alterum nequit accuſare, an & reaccuſare, t.1. p.415. n.11. & 12. quid in cauſa leui, ibid. n.13

Index Rerum,

Accuſator.

Accuſator vnus, ex pluribus eligitur à Iudice, t.1.p.223.n.3

Adminiculum.

Adminiculum quid ſit, vbi quod confunditur cum indicio t.2.p.124.n.25

Adminiſtrator.

Adminiſtrator, tutor, curator, finito officio per executionem compelluntur ad rationem reddendam, tom.2.p.33.n.7.& 8

Adminiſtrator Ciuitatis poteſt remittere debitum Ciuitatis contractum ex cauſa vſuraria, t.2.p.264.n.6.& 7

Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ, poteſt eſſe Teſtis ad illius fauorem, t.1.p.237.n.2

Aduocatus.

Aduocatus qualiter videt probationes ſui clienculi & aduerſi, & quæ conſiderabit, t.1.p.46.n.26.& 27

Aduocatus quandoque allegat in fine libelli ſe habere Iudicem pro ſuſpecto ad ſententiam, t.1.p.269.n.8

Aduocatus quæ debeat conſiderare, vt alleget de benè probato, t.1.p.269.n.5. 7. 8. 9. 10. 11.& 12

Adulterium.

Adulterium probatur multis aliis præſumptionibus, vt ſi viſi fuerint per nemora, & loca inuia, tom.2.pag.180.num.15

Adulterium nunquid probetur geniis miſſis ab Adulterjo, ſeu verbis amatoriis; vel ſi quis glorietur ſe concubuiſſe cum vxore alterius, & aliis modis, tom.2.p.182.n.16.17.18.19.20.& 21. Et quid ſi vxor deſcendat à domo viri ſine licentia, ibid. n.22

Adulterij præſumptio certa eſt, cum vir ſit ab anno, & citra per abſentiam non cognouiſſe vxorem, & illa inueniatur prægnans, t.1. ibid. n.23

Adulterium præſumptionibus probatum; licet ciuiliter ſuper eo agatur ad pœnam criminalem dubium eſt, tom.2. ibid. n.24.25. 26. & 27

Adulterium, ſeu copula ex multis nequit etiam præſumi, tom.2. pag.182. num.28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. & 35. vt ex ſenectute, infirmitate, deformitate mulieris qualitate perſonarum, vt putà Patre, Fratre, Clerico bonæ vitæ, vel ſi actus ſit publicus.

Adulterium quomodo, & quando probetur ex confeſſione coniugis illud aſſerentis, t.2.p.179.n.1. 2. 3. & 4. quid de confeſſione extraiudiciali, ibid. n.2. & de aliis.

Adulterium probatur, ſed non per neceſſe; eo quod nudus cum nuda, & ſolus cum ſolo reperiantur, *in lecto*, t.2. pagina 175. num.13. & pagina 176. num.15. vbi prærequiruntur alia adminicula ſecundùm alios, ibidem n.16. & 17

Adulterij præſumptio violenta non inducitur ex oſculis, & amplexibus, t.2.p.176. n.21. & 22

Æſtimator.

Æſtimator vnus pro Eccleſia ſufficit, t.1. p.86. n.31

Ætas.

Ætas requiſita in Tabellione, ſeu publico Notario eſt 25. annorum expletorum, t.1. p.190. n.31

Affectus.

Affectus non punietur, niſi ſequatur effectus: qualiter ſumatur, t.2. p.137. n.32. & num. ſeq. à n.39. 40. & 41

Affirmatiua.

Affirmatiua quit probari per genus & ſpecies, tom.1.p.191. num.1

Affirmatiua quando per differentias probetur, tom.1. ibid. n.3. & 4

Affirmatiua inducitur ex negatiua limitata ad tempus, t.1. pag.184. num.1. & econtrà, ibid. n.3. & hoc tranſacto tempore, ibid. n.2

Agrimenſor.

Agrimenſori ſolo creditur plenè, t.1. p.309. n.44

Allegatio.

Allegatio iuridica in fine cauſæ, ſolet ad inſtructionem, ab aduocatis partium fieri viſo proceſſu, qui allegant ibi leges, & iura, ſed non in libellis, tom.1. pag.269. n.10. 15. & 16

Allegatio de benè probato, quæ dicatur, & de eius libello, t.1. p.268. n.4

Allegare debet quis præſumptionem erroris fauorabilem, t.2. p.148. n.50

Amicus.

Amicus gra[illegible]us reſtituere tranſuerſales, an liberis relictis ad id teneantur: Quid in aſcendentibus, & filio ſpirituali, t.1. p.128. n.6. 7. *remiſſiuè*, ibid.

Anguſtia.

Anguſtia, ſeu difficultas temporis ad probandum vitiatur: Et procedit etiam in contractibus, t.1. p.47. n.4.& 5

Anguſtia temporis non afficit Vaſallos iuris ignaros, tom.1. ibid. n.6

Annonæ.

Annonæ liber, & depoſitarij confeſſio habet executionem paratam, tom.2. pag.47. num.28.29.& 30. vbi quid de reſtitutione vſurpantis.

Antecedens.

Antecedens qualiter verum dicatur à conſequente, tom.1. p.102. n.1. & 2

Apoſtilla.

Apoſtilla, etiam manu Notarij conſcripta non probat; eo quod non habet diem, nec conſulem; tom.2. p.53. n.1. & 3. niſi in ſubſcriptiône inſtrumenti fiat à Notario mentio de illa, ibid. n.2

Apoſtillæ ſiue notationes minus probant, quam notæ per viam memoriæ factæ, t.2.p.53. n.8

Apoſtillæ per viam memoriæ, nec promiſſionem, nec ſolutionem inducunt, t.2.p.53. n.4

Apocha.

Apocha integra debet exhiberi, vt ſecurè ſoluant Banchari[j] pecuniam in ea contentam, t.2. p.24. n.9

Apocha à partibus ſubſcripta eas obligat, t.2. p.53.n.7

Argentarij.

Argentarij, Campſores, Nummularij, & Bancharij quare ſibi alios obligent propria ſcriptura, t.2. p.13. n.6. 7. 8. & 9.& libro, p.14. n.10. & 11. vbi quando non.

Argentarij qui erant de iure, t.1. p.60. n.6. & 7

Articuli.

Artic[illegible]continentes idem, quod primi ſunt rejiciendi, ſecus ſi ſint diuerſi ſecundi à primis iam productis, t.1. p.285. n.57. 58. 59. 60. 61.& 62

Articuli ſuper quibus teſtes examinandi ſunt præſentantur coram Iudice mittente, t.1. p.248. n.52

Articulos comprobationis poteſt facere pars, cui ab altera fuit obiectum contra teſtes eius, & quando eos Iudex æſtimabit, t.1. p.411. n.9. & 10

Aſcendentia.

Aſcendentia prætenſoris, eſt non ſolùm poſitiuè probanda pura in parentibus, & auis; imò & in aliis aſcendentibus, orta ex legitimo matrimonio, t.2. p.196. n.8

Aſſertio.

Aſſertio Papæ, ſeu Principis creditur ſuper antiquis, & quando dicunt aliquem eſſe rebellem, aut delinquentem, quando in præiudicium etiam tertij, tom.1. pagina 312. numero 4. 5. & 6. ſuper meritis alicuius: Et quando eſt ſuper declaratione Rei dubiæ, & in beneficialibus, ibid. num.7. 8. & 9. & in facto proprio, p.313. n.11. ſecus in alieno, ibid. num.11. item creditur contra Clericum, & laicum, ſiue ſit purà, ſiue conditionalis, ibid. n.15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21

Aſſertio Papæ, & Principis in graue præiudicium tertij, non creditur plenè, t.1. p.313. n.10

Aſſerens, aliquem eſſe indignum tenetur id probare, tom.2. p.191. n.5

Aſſertio vulnerati in mortis articulo, non facit indicium ad torturam, niſi certis indiciis, t.1. p.18. n.6. & 8

Animus.

Animus occidendi, vel magni perpetrandi, lege humana prohibetur, t.2. p.128. n.13

Animus hominis miris fluctibus agitatur, t.2. q.189. n.13

Annotatio.

Annotatio in cartafaciis non oſtendit rem perfectam, tom.2. p.53. n.5

Appellatio.

Appellatio prohibita, etiam licet quando appellans præſtit legitimam cauſam, t.1. p.41. n.4

Appellatio inducta non eſt ad defenſionem iniquitatis, t.2. p.41. n.7

Argumentum.

Argumentum quid? Et qualiter incidat cum indicio, & præſumptione, t.2.p.125. n.27.28.29.& 30

Atteſtatio.

Publicatis Atteſtatiobibus in cauſa matrimonij, aliæ atteſtationes recipiuntur, t.2. p.205. n.5

Compromiſſum inter conjunctos, quando publicatis Atteſtationibus pati poſſit, t.1. p.327. n.7.8. & 9

Auaritia.

Auaritia in ſenectute iuueneſcit, t.2. p.189. n.8

Auditus.

Auditus eſt duplex alienus ſeu proprius in teſte per eum deponente, t.1. p.382. num.26. & 27. vel vnus ſignificans actionem, alter referens actum, ibid. n.28. & 29

B

Bellum.

Bellum exitiale eſt inter pulchritudinem, & pudicitiam t.2. p.182. n.31

Belli

Belli materia per plures quæſtiones à Doctoribus diuerſis in locis agitata, hic inſinuatur, t.2. p.417. n.1

Inſidiis, & extratagemis licet in bello vti, tom.2. pag.236. num.19

Beneficium.

Beneficium competens ex fauore exuberanti expoſcit expreſſam renuntiationem, vt non compellat, t.2.p.277.n.2

Beneficiati poſſunt agere finium regundorum Iudicio pro fructibus ſuorum beneficiorum, t.1. p.77. n.16. & 17

Eligi ad beneficium, ſeu ab eo remoueri, nunquid poſſit exiſtens in peccato mortali, vel minori excommunicatione inodatus, t.2. p.376. n.12

Officia duo, aut beneficia, quando quis in ſimul poteſt obtinere, t.2. p.76. n.13

Blaſphemus.

Blaſphemus ſemel damnatus teſtis non eſt, t.1. p.409. n.18

Bonus.

Bonus ſemper quis præſumitur: Cicero periculoſum arbitratur iudicare, probus, ne ſit quiſpiam an improbus, t.2. p.189. n.1. 5. & 6. & n.10

Bonus qui antea fuerat. & nunc talis præſumitur, niſi contrarium probetur, t.2. ibid. n.9

Teſtis ſemper præſumitur bonæ opinionis, t.2. p.180. n.3

Bonis diminutis non reſtituitur id, quod ex cauſa renuntiæ ſemel acceptum fuit, nec ſuper excreſcentibus fructibus, t.2. p.399. n.2

Bulla.

Bullæ Pontificiæ probant, vt cætera inſtrumenta publica, & faciunt fidem, ac regiſtrum, vt protocollum Romanæ Curiæ, t.2. p.51. n.33. & 34

Bulla Greg.XIV. de expoſitis, illos ponit, vt ex legitimis ad honores explicatur, t.2. p.197. n.17

Bulla Leonis X ſuper forma iurandi ab electoribus, tom.2. p.242. n.14

Bulla Greg. XIV. loquens de expoſitis, ſolum practicatur quoad beneficia, & ordines, t.1. p.99. n.29

Bullarum regiſtrum idem eſt, ac protocollum aliorum inſtrumentorum, t.2. p.51. n.33

C

Cancellatio.

Cancellatio tres conſiderantur caſus ad effectum denegandi, aut non executionem Inſtrumento, t.2.p.44.n.1

Cancellare eſt lineam ſuper Inſtrumento per tranſuerſum ducere in modum crucis, t.2. p.45. n.2

Cancellationis Inſtrumenti cauſa legitima conſtare debet, t.2. ibid. n.3

Cancellationi aliquid obiectum, quod non vitiet, non denegatur Inſtrumenti executio, t.2. ibid. n.4

Cancellatio tollit proſus diſpoſitionem actus, t.2. ibid. n.5

Cancellatione deficit originalis ſcriptura, t.2. ibid. n.6

Cancellationes illegitimæ non euacuant Inſtrumentorum fidem quominus exequi valeant, t.2. ibid. n.7

Nullitatis promptuariæ, & Notariæ replicatio admittitur in executiuis, t.2. p.45. n.8

Cancellationis legitimæ dubietas facit ſuperſederi in executione Inſtrumenti; donec de dubio ventiletur, & in quo Iudicio fiat, t.2. p.45. n.10

Cancellationis iudicium ventilari debet in iudicio, cum ſit exceptio requirens altiorem indaginem, t.2. ib.n.10.& 11

Cancellatio, & ſuppreſſio cenſus reddditualis per ſolum fructuarium, aut proprietarium ſpernitur, t.2. p.46. n.18

Canonici.

Canonici nunquid ſuo Prælato iurent obedientiam, aut aliam fidelitatem, t.2. p.240. n.21. 22. 23. & 24

Carcer.

Frangens Carcerem qualiter puniatur, ſeu liceat ne fugere ab ea, *remiſſiuè*, t.2. p.155. n.2.& 3

Caſus.

Caſus omiſſus quando remanet in diſpoſitione Iuris, tom.1. p.187. n.36

Cardinalis.

Cardinalis teſtis pro ſe, aut pro ſuo familiari qualiter probat, t.1. p.227. n.50. 51. 52. & 53

Cardinali affirmanti ſtatutum de mandato Papæ, ſeu de his, quæ deponit nomine Papæ creditur, t.1. p.315. n.41.& 42

Cardinali aſſerenti, ſe legatum, vel aliquid à Papa commiſſum creditur, t.1. p.314. n.26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32

Cardinali in præiudicium tertij, quando credatur plenè, t.1. ibid. n.33. 34. 35. & 36

Cardinali deponẽti creditur, qualiter non plus aliis, t.1.ib.n.37

Cardinali non creditur, vltra legationis naturam, deponenti, tom.1. ibid. quid in his, quæ exercui reſeruata principi, p.315. n.38. & 49

Cardinales Epiſcopi delinquentes iam hodie puniuntur, ex dicto duorum, vel trium habilium Teſtium, t.1. p.318. n.23. & 24. & p.319. n.25. 26. & 27

Cardinales non Epiſcopi non præſtant iuramentum de obediendo Papæ ſecus ſi eſſent inſimul Epiſcopi, t.2. p.244. n.28. 29. & 30

Cardinales dicuntur membra Pontificis ſpecialia, & quaſi ipſi Pontifici inuiſcerati, t.2. ibid. n.35

Cardinales quale iuramentum faciant in electione Pontificis, t.2. n.30. & 31

Cauſa.

Cauſa poteſt committi ab vno litigatore, vt ex declaratione alterius decernatur, t.1. p.366. n.17

Cautio.

Cautio priuata habita à Iudice pro recognita, quantum probet, t.2. p.27. n.20. 21. & 22

Cenſura.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ, non tolluntur conſuetudine contraria, t.1. p.73. n.2

Certitudo.

Certitudo Metaphyſica carnalis copulæ non inducitur ex eo quod nudus cum nuda, ſeu ſupra nudam reperiatur: Et quare: Quæ conjecturæ ſufficiant, ponitur arbitrio Iudicis ſecundùm iuris regulas, t.2. ibid. n.2. & 3

Certitudo metaphyſica ad carnalem copulam, non requiritur, ſufficit moralis, t.2. p.174. n.1. 2. & 3

Ciuitas.

Ciuitas, ſeu vniuerſitas delinquens, quando puniatur remiſſiuè, t.1. p.97. n.9

Chriſtus.

Chriſtus cur conſenſit ſe vocari Samaritanum? tom.2. p.158. num.37

Chriſtianus.

Chriſtianus Veteranus dicitur propriè ille, in cuius aſcendentia indefinitè puritas ſanguinis probatur ſine auditu contrario, t.2. p.196. n.9

Chirographus.

Chirographum recognitum ſi non habet diem, nec annum, non retrotrahitur in præiudicium tertij, nec recognitio qualificata retrottahitur, t.2. p.23. n.6. & 7. fallit, 24. à n.13. 14. & 15

Recognitio Chirographi poteſt peti in cauſa appellationis, t.2. p.24. n.8

Citatio

Citatio requiritur in receptione, & productione inſtrumenti, in eius liquidatione, t.2. p.103. n.25. & 26. in eius refectione, ibid. n.27. limitatur. ibid. n.29. 30. 31. 32. & 33

Citatio non præſumitur præceſſiſſe, niſi probetur, t.2. ibid. num.29

Citatio non requiritur, vbi ceſſat partis præiudicium: exemplificatur, t.2. p.214. n.39

Clauſula.

Clauſula derogatoria poſita ab vno ſine notitia alterius, non valet quando actus, vel contractus pendet à voluntate duorum, t.2. p.337. n.4. Et an iuramentum eam habeat, p.338. n.8. In teſtamento ad pias cauſas tacitè ſubintelligitur, ibid. n.11

Clauſula guarentigia in Inſtrumentis, quid ſibi velit apud nos, & apud Italos, t.2, p.34. n.11. 12. 13. 14. & 15

Clauſula *rebus ſic ſtantibus*, ad quæ extendatur, t.2. p.356. num.23

Clauſulæ ſolitæ apponi in inſtrumentis ſecundùm aliquos, potius dicuntur de ſtylo Notariorum, t.2. p.114. n.18

Clauſulæ conſuetæ cenſentur appoſitæ in inſtrumentis, priuilegiis, & reſcriptis, t.2. p.8. n.9

Clericus.

Clericus Teſtis eſſe nequit contra laicum in cauſa criminali & ſanguinis, t.2. p.266. num.22. 23. etiamſi tantùm ſit primæ tonſuræ, ibid. n.24. ſecus in ciuilibus inſtrumentis, *ibi in fine*, num.25. fallit Regula, ibid. num.26. 27. 28. & 29

Clericus quoties Teſtis admitti poteſt Teſtis contra laicum, debet eſſe de licentia Epiſcopi, qua non eget tempore peſtis, vel ſi examinetur idem Superior, tom.1. ibidem num.30

Clericus e xaminatus contra laicum facit fidem, etiamſi licentia Superioris non præceſſerit: qui denegatur in cauſa ſanguinis, t.2. p.267. n.31. & 32

Clericus falſum deponens coram laico, & contra laicum, punitur de falſo à ſolo ſuo Iudice, Eccleſiaſtico Iudice, tom.1. ibid. n.33

Licentia vt Clericus deponat, debet præcedere, & de ea anteà conſtare, t.1. ibid. n.34

Clerici Teſtes magis creduntur, quàm laici, t.1. ibid.n.35. fallit ſi deponant pro ſua Eccleſia, ibid. n.36. & 16

Clericus ad teſtificandum contra laicum, quando veritas

haberi nequit, poteſt cogi per ſolum Eccleſiaſticum, t.1. ibid. n.37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44
Clericus beneficiatus agens ad recuperandum beneficium, debet in poſſeſſorio, vel petitorio probare titulum, & inſtitutionem, aut ſe verum rectorem, tom.2. pag.167. n.30. & 31
Clerici Epiſcopo in quibus obedientiam præſtent, t.2.p.255. n.69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & 77
Clerici tenentur contribuere ad rem emptam in vtilitatem, & conſeruationem Eccleſiæ per Epiſcopum, t.2. ibid.n.78
Clerici poſſunt exercere Tabellionis, ſeu Notariatus officium, niſi prohibiti reperiantur, tom.2. p.109. n.23.24. & 25. eiuſque ſcripturæ creditur, & p.110. n.26
Obſides Clerici,& Monachi, qualiter dari queant,t.2.p.270. num.9
Clerici nunquid iurent ſuo Epiſcopo obedientiam, & non alienare res Eccleſiæ, tom.2. p.238. n.9.& 11. & p.239. n.13. 15. 16. & 17
Clericatus, quatenus per vnum teſtem, queat probari, t.2. p.308. n.31. & 32

Collegium.

Collegium S. Crucis hic Vaciiſoleti, & D.Bartholomæi Salmanticæ expenſis ſuis informationes prætendentium facit, t.2. p.193. n.22

Commutatio.

Commutatio iuramenti, ſeu voti, per quos ſuperiores ſoleat fieri, t.2. p.233. n.35
Commutatio iuramenti in maius bonum propria authoritate, vt fiat qualiter de maiori bono debeat conſtare,tom.2. p.232. n.16. 17. 18. 19. & 20
Commutatio Iuramenti, vt fiat in opus melius, non eget authoritate Superioris, quid in æqualem rem, aut inferiorem, t.2. ibid n.22. 26. & 27
Commutatio Iuramenti homini facti, non fit propria authoritate in melius, niſi, conſenſu Creditoris, & quid de voto, t.2. ibid. n.24. & 25
Commutatio voti, ſeu iuramenti in rem æqualem ſatius impletur cum authoritate Superioris, quæ vtique deſideratur ſi fiat in rem inferiorem, t.2. ibid. n.26. & 27
Commutatio iuramenti, ſeu voti in rem meliorem, non requirit cauſam, ſecùs ſi inæqualem, aut inferiorem, t.2. p.233. n.28. 29. & 30
Commutans iuriſiurandum in melius propria authoritate, Reus periurij non eſt, t.2. p.231. n.11. 12. 13. & 14
Solui aliud pro alio nequit, inuito Creditore, t.2. ibid. num.13. & 14

Compenſatio.

Compenſatio locum ne habeat, cum re per iuramentum promiſſa, tom.2. p.267. n.12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19

Conatus.

Conatus in leuioribus criminibus, non punitur pœnâ ordinariâ, t.2. p.132. n.39
Conatus delicti, quando pœna ordinaria punitur, t.2. p.130. n.28. & 29
Conatus ad delinquendum punibilis eſt,t.2.p.128.n.9.10.11. 12. & 13
Conatus in crimine aſſaſſinij, quando puniatur? quid de cogitatione? & quibus pœnis, t.2. p.133. n.11. 12. & 13
Conatus ſpontè pœnitentis in leuioribus,nullâ punitur pœnâ, t.2. p.132. n.42

Concluſio.

Concluſio ad effectum excludendi probationes, habet idem quod ſententia,t.2.p.61.n.1.Et quibus modis fiat,ibid.n.3. 4. 5. & 7
Concluſio cauſæ?quid ſit?Et qualiter fiat, t.2.ibid.n.5.6.& 7. eſt regulariter neceſſaria, p.62. n.9
Renuntiationes partium, & concluſiones in cauſa differunt, t.2.p.62. n.8
Concluſio in cauſa de Iure Ciuili, non eſt vtique de ſubſtantia Iudicij, ſecus de Iure Canonico, & Regio, t.2. p.62. n.1. 2. & 3. fallit, p.63. à n.6
Concluſio cauſæ, ſi à partibus petita non ſit, nunquid reddat proceſſum nullum eius omiſſio, t.2. p.63. n.4
Concluſio in cauſa, in cauſis ſummariis, & criminalibus, beneficialibus non aufert probationem faciendam, t.2.p.63. n.6. 7. & 8. quid in appellationis inſtantia, num.9. & de aliis.
Concluſio in cauſa, quando non cenſeatur reuocata,eo quod Iudex poſt eam admittat nouos probationis Articulos,t.2. p.64. n.18
Concluſio in cauſa non aufert, vt detur tempus,ad comprobandas ſcripturas præſentatas, nec vt recipiantur Teſtes ſuper habilitate, t.2. ibid. num.19. & 20. vel ſi fiat cum clauſula iure producendi, ibid. n.21. & 22
Concluſio in cauſa cum clauſula, *ſalua Scripturarum productione*, non comprehendit ſcripturas priuatas, tom 2. ibid. n.22
Concluſio in cauſa claudit litigatoribus aunuam, vlteriùs probandi, non ſic Iudici, & quare, t.1. p.395. n.11
Concluſio duplex fit in lite, vna ad probandum, altera ad ſententiam, t.1. p.43. n.1
Concluſio in cauſa non claudit nouas probationes faciendas in cauſis nobilitatis, & puritatis ſanguinis, t.2.p.63.n.10. 11. 12. & 13

Concordia.

Concordia Variorum teſtium, quo pacto à Iudicibus fiat, eorum dicta interpretando, t.1.p.273.n.1. 2. & 3

Condemnatio.

Expenſarum Condemnatio quit fieri interloquutoria, non ſpectata diffinitiua, t.1. p.356. n.2
Condemnatus falſis, ſeu corruptis teſtibus poteſt ad intereſſe agere infrà 30. annos, t.1. p.257. n.6
Condemnatus ad reddendam rationem, cenſetur virtualiter condemnatus ad reliquorum reſtitutionem, t.2.p.41. n.31
Condemnatus Contumax, qualiter admittatur ad nouas defenſiones, t.1. p.42. n.1

Conditio.

Conditio *ſine liberis*, num adimpleri debeat in forma ſpecifica, t.1. p.103. n.1
Conditio ſine liberis poteſt in teſtatore imponi, tom.1. ibid. n.5. expende, t.1. p.105. n.18
Conditio *ſi ſine liberis, ex ſuo corpore natis deceſſerit*, quando excludit ſubſtitutum, t.1. p.107. n.5. & 6
Conditio ſine liberis cenſetur appoſita in fauorem Donatorij, t.1. p.127. n.7
Conditio in ſpecifica forma ſeruari debet, & ſic probatio poſita in conditione non impletur per iuris præſumptionem, t.1. p.45. n.21
Conditio, *ſi ſine filiis hæredibus*, quando vtrumque adimpleri requirat, quando verò vnum ſufficiat explicatur breuiter, t.1. p.136. n.14
Conditio *ſi ſine liberis deceſſerit*, quando intelligatur tam de Maſculis quàm de Fœminis, t.1. p.106. n.1. & 2
Conditio *ſine liberis*, in quibus habeat locum, t.1.p.106.n.25
Conditio appoſita mulieri, ſi non nupſerit, non vitiat legatum; ſecus in contractibus, t.1. p.137. n.1
Conditio impleta cenſetur, licet non duret eius implementum, t.1. p.127. n.1. vide, p.128. n.9
Conditio *ſi ſine liberis deceſſerit*, differt à conditione, ſi liberos ſuſceperit, t.1. p.127. n.2
Conditio ſi ſine liberis deceſſerit poſita in maioratibus, ſemper requirit, vt filiis extent aliàs deficit, t.1. ibid. n.3
Conditio *ſi ſine hærede*, differt à conditione, *ſi ſine liberis*, t.1. p.136. n.1. & 2. & in noſtro textu veram diſpoſitionem inducit, p.137. n.3. & 4
Conditio *ſi ſine liberis*, deficit in poſthumo, t.1. p.137. n.5
Conditio *ſi ſine hærede*, importat, ac ſine liberis, t.1.p.138.n.6
Conditio *ſi ſine hærede deceſſerit*, porrigitur etiam ad extraneos, t.1. ibid. n.7. & p.139. n.8
Nepos ex filia continetur in conditione, *ſi ſine filiis maſculis*, t.1. p.129. n.1
Conditio *ſi ſine maſculis*, differt à conditione *ſi ſine liberis*, t.1. ibid. n.2
Conditio quit talis in maioratibus poni, quæ repellat Monachos, & Presbyteros ab eorum ſucceſſione expenditur, t.1. p.115. n.7
Conditio *ſi liberos non habeat*, an reſoluatur in ea, *ſi ſine liberis deceſſerit*, t.1. p.128. n.8. & 9
Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, deficit etiam ſi tantum vnus filius, aut filia, nepos, aut neptis ſuperſit, tomo 1. ibid. n.10
Conditio ſi ſine liberis quid operetur ſi pia cauſa ſit ſubſtituta, t.1. ibid. n.11. & 12
Conditio poſita à Teſtatore, *ſi decedat ſine filiis maſculis*, quando Nepotes excludat, t.1. p.131. n.1
Conditio liberorum per maſculinam lineam deſcendentium; non ideo exiſtimatur poſita conſeruandæ agnationis tantùm, t.1. ibid. n.2
Poſitus in Conditione ad excludendum fideicommiſſarium, plus habet, quàm poſitus in diſpoſitione expenditur, t.1. ibid. n.3. & 4
Conditio à Teſtatore poſita ſi ſine filiis ex proprio, aut ſuo corpore natis, excludit ſubſtitutum, t.1. p.130. n.7. 10. 11. 12. & 13
Dictio illâ *proprio corpore*, quid ſibi velit, t.1. ibid. n.8
Corpus Aui aliud eſt à corpore filij, t.1. ibid. n.9
Dictio ex proprio corpore, aut ex ſuo corpore differunt ſecundùm aliquos econtrà, t.1. ibid. n.10. & 11
Conditio poſita *ſi ſine filiis*, ex ſuo corpore natis, vel ex proprio corpore, excludit Nepotes, aliter ſi dicat ſi ſine liberis, t.1.ibid.n.11.& 12. & de ratione, ibid.n.13

Conditio

Conditio abdicans à propoſito religionis,non valet, tomo 2. p.387. n.4
Conditio *ſi me hæredem inſtituiſti*, expletur ſi me ſubſtituiſti, t.2. p.412. n.15
Conditio *ſaluo Iure Superioris*, differt ab ea, ſalua Authoritate ſuperioris, t.2. p.283

Confeſſio, Confeſſus, Confitens.

Confeſſio facit legitimam probationem, t.1. p.2. n.4
Confeſſus in Iudicio qualiter habeatur pro iudicato,t.1.ib.n.5
Confeſſio habet vim probationis, & facta in Iudicio plenè probat, t.1. ibid. n.6. & 7
Confeſſio in iure habet paratam executionem vbi de praxi procedendi, t.1. ibid. n.8. & 9
Confeſſio habet executionem paratam, ex ſententia tranſacta in rem iudicatam, t.1. ibid. n.10. & 14
Confeſſio dicitur probatio maior faciens rem manifeſtam, t.1. ibid. n.11
Confeſſio ſuperat omne probationis genus, t.1. ibid. n.12
Confeſſio tollit præſumptionem iuris, & de iure ſi ſponte fiat, t.1. ibid. n.13
Confeſſio rei ſponte in iudicio facta purgat vitium proceſſus, t.1. p.3. n.16
Confeſſus, & conuictus non appellat niſi confiteatur cum qualitate, t.1. p.3. n.18
Confeſſus pro iudicato non habetur in aliquibus caſibus, & dupliciter conſideratur, t.1. ibid. n.19
Confeſſio non nocet Confitenti ſi Iudici de eius innocentia conſtet, t.1. ibid. n.22
Confeſſio in dubio præſumitur vera, t.1. p.4. n.23
Confeſſio dicentis ſe occidiſſe hominem, ſi homo viuus reperiatur non nocet confitenti. Idem ſi confiteatur ſe ſtupraſſe Paulam, quæ Virgo reperitur. Et in aliis quando repugnat facti euidentia, t.1. ibid. n.24. & n.22. & 23
Confeſſio vt noceat confitenti debet eſſe ſpecifica, & non generica, & debet eſſe clara, expreſſa, & non in vero ſimilis,& verificata circunſtantiis, t.1. ibid. n.27.28. & 29
Confeſſio dicentis ſe fregiſſe, caput, & oſſa inimici, cum in ſe dicitur impoſſibilis, t.1. ibid. n.28
Confeſſio facta promiſſam punitate qualiter noceat, tom.1. ibid. n.30
Confitenti datur breuis terminus vt dicat aduerſus Confeſſionem, ſed denegatur ſi captus ſit inflagranti, vbi quod præter confeſſionem requiritur vt conſtet de delicto, t.1. ibid. n.31
Confeſſionem faciens ſub aliqua qualitate qualiter habeatur pro confeſſo, t.1. p.5. n.1. 2.3. & 6
Confeſſio qualificata quo pacto illico executioni mandatur de praxi, t.1. ibid. n.2. & 3
Confeſſio videtur eſſe negatiua quoties qualitas non eſt probata, t.1. ibid. n.4
Confitens conditionaliter in vnica oratione, vel in duplici qualiter probet, t.1. p.5. n.6
Confitens dictione *aduerſatiua* in quo probet, t.1. ibid. n.7
Confeſſio *taxatiua* qualiter probet, t.1. ibid. n.8
Confeſſio *qualificata* quando pro parte negari, impugnari, & fiſco reſcindi poſſit remiſſiuè, t.1. ibid. n.9
Confeſſio ſub dubio facta interpretatur in fauorem confitentis ſecundum ſuum intentionem, in foro fori non poli, facit in homine malæ fidei, & in confitente de ſe prohibita, t.1. ibid. n.10. 12. & 13
Confeſſio non eſt dubia ſi confiteatur quis debere centum plus minuſve, vel ſi reſpondeat credere centum debere, t.1. ibid. n.12
Confeſſio vt noceat debet fieri cauſa adiecta ſpeciali, & non generali, veluti ex mutuo, vel depoſito, aut ex aliis deberi, t.1. p.6. n.14. & 15
Confeſſio ſine cauſa inducit aliquam præſumptionem, t.1. ibid. n.16
Confeſſio facta abſente parte, pualiter præiudicet, vbi, quid Iure Canonico, & in Confeſſione extraiudicialis parte præſente, t.1. p.6. n.1. & 2
Confeſſio, vt præiudicet confitenti non eſt neceſſaria partis acceptatio, t.1. p.6. n.7. & p.7. n.4
Confeſſio facta coram Iudice etiam parte abſente executioni mandatur, t.1. p.7. n.4
Confeſſio incerta non mandatur executioni, ſed qualiter liquidatio fiat vt procedat, t.1. ibid. n.5. & 6
Confeſſio alternatiua qualiter paratam habet executionem in praxi, t.1. ibid. n.6
Confeſſiones aliquæ de adminiſtratione, ſeu de negotiis qualiter exequantur, t.1. p.7. n.7
Confeſſio in libello, ſeu poſitionibus facta nocet, non quæ in allegationibus quid in articulis, t.1. ibid. n.8
Confeſſio vt probet fieri debet coram Iudice competenti, & ſi fiat coram incompetenti vel incapaci, an ſit nulla, t.1. p.8. n.1. 2. & 3
Confitens coram Iudice non ſuo remittitur ad Iudicem ſuum, t.1. ibid. n.3. & 3
Confeſſio facta coram Iudice vnius ciuitatis executioni qualiter ab altero mandetur, t.1. ibid. n.4
Confeſſio facta coram ſolo Notario non præiudicat Confitenti, ſufficit tamen ad torturam, tomo 1. ibidem n.5. & 7
Confeſſio facta coram Notario de mandato Iudicis præiudicat, t.1. ibid. n.6
Confeſſio facta coram Iudice non ſedente pro tribunali, antiquitus tantum præiudicabat quo ad torturam, hodie præiudicat, t.1. ibid. n.8
Confeſſio facta ad Inquiſitionem formatam nihil probat non præcedentibus indiciis, t.1. p.12. n.1
Confeſſio facta medio iuramento delato Iudicis Officio probat, niſi actor nihil probet, t.1. ibid. n.2. & 3
Confeſſio facta in inſtrumento nullo, an probet, t.1. p.13. num.4. & 6
Confitens teſtamentum validum eſſe, quod alias eſt nullum nihil facit, t.1. ibid. n.7
Confeſſio facta in inſtrumento valido probat inter incluſos in inſtrumento ſi vera eſt, t.1.ibid.n.8.9. & 10. limitatur, ibid. n.11
Confeſſio extraiudicialis facta in ſcriptura publica, vel priuata, aut in Epiſtola qualiter probet, tom.1. p.13. & 14. num.12
Confeſſio in ſcriptura propria manu facta probat,ſi,in tempore non reuocetur,t.1. ibid. n.13. & 14. vel niſi moriatur, ibid. n.15
Confitens in Apocha, ſiue Epiſtola plenè obligatur, tomo 1. ibid. n.14
Confeſſio Schedulæ recognitæ quam fidem faciat remiſſiuè, & quid de ea,quæ fit in charta ſecuritatis, t.1. ibid. n.16
Confeſſio facta ad tollendum ſcrupulum, non nocet Confitenti, t.1. ibid. n.17
Confeſſio facta in vno Iudicio qualiter probet, in alio quid in Iudicio Ciuili, vel Criminali, tomo 1. pagina 9. n.1. 2. & 3
Confeſſio facta in Criminali Iudicio præiudicat in Ciuili ſi fiat inter eaſdem perſonas, & vera ſit Confeſſio, tom.1. ibid. n.4
Confeſſio extraiudicialis non probat plenè contra confitentium, t.1. ibid. n.5. limitatur, p.10. n.6.7. 8. & 9. Vbi quibus, & ex quibus probetur.
Confeſſiones ſpontaneæ factæ coram incompetenti valent in vim extraiudicialis Confeſſionis, & executioni parantur, t.1. p.10. n.6
Confeſſio extraiudicialis probat facta coram multis, vel cum cauſa, & ſi concurrant indicia, tom.1. ibid. num.7. 8. & 9
Confeſſio extraiudicialis geminata plenè probat ſecundum aliquos, t.1. ibid. n.10
Confeſſio facta pro exoneratione conſcientiæ probat, tom.1. ibid. n.11
Confeſſio extraiudicialis parte præſente, & acceptante qualiter plenè probet, t.1. ibid. n.12
Confeſſio extraiudicialis ſuperextollenda deducta in iudicio probat ad pœnam extraordinariam, t.1. ibid. n.13
Confeſſio extraiudicialis, quæ tendit ad liberandum probat, & qualiter, t.1. p.11. n.14. & 15
Confitens plus quam ſibi debetur ſe recepiſſe, facit ſciendi Confeſſionem ad obligandum, & quid de confitente ſe fuiſſe citatum, t.1. p.11. n.16
Confeſſio extraiudicialis regulariter ſufficit ad torturam. Et facit ſemiplenam prodationem etiamſi ſit alicuius minoris. Limitatur in multis, t.1.ibid. n.17. 18. & 20
Confeſſio extraiudicialis dicitur facta coram ſolo Notario, vel coram Iudice, & non in figura Iudicis, tom.1. ibid. num.20
Confeſſio facta coram Notario actorum, & redacta in ſcriptis probat, t.1. ibid. n.21
Confeſſio extraiudicialis quando ſufficiat ad torquendum clericum. t.1. ibid. n.22
Confeſſio facta tormentorum metu quando, & qualiter probet, & de vera praxi, t.1. ibid. n.23. & 24
Confeſſio facta ad locum tormenti non dicitur facta in tormentis, & probat facta in leuiter datis homini robuſto, t.1. p.12. n.25
Confeſſio vt dicatur metu tormentorum arbitrio Iudicis inſpicitur, & exemplificatur, tom.1. ibid. n.26. 27. 28. & ſeqq.
Confeſſio in beneficialibus, non probat ad fauorem alterius, ſed tantum in præiudicium Confitentis, t.1. p.14. n.1
Confeſſio relatiua probat, quatenus eſt in relato, t.1. ib.n.2
Confeſſio enunciatiua, non probat niſi pro cauſa pia, & dote, t.1. p.15. n.3

Confeſſio in foro pœnitentiali; non probat remiſſiuè, tom.1. ibid. n.4
Confeſſio Principis probat contra eum & eius hæredes, & facit præſumptionem donationis & conceſſionis, tom.1. ibid. n.5. & 6
Confeſſio facta à moribundo pro exoneratione conſcientiæ, quid operetur, vbi de Confeſſione pignoris accepti, t.1. ibid. n.7. & 8
Confeſſio Socij criminis, nocet Socio criminis in multis, t.1. p.16. n. 2. 5. & 6. Limitatur hîc, p.17. n.11. Vide à num.12
Confitens proprium crimen, non facit vt alteri infligatur pœna, nec ſufficienter probat ſi idoneus non eſt; t.1.p.16. n.3. & 4
Confeſſio ſocij, vt probet contra ſocium, debet eſſe iurata parte citatâ, & quod Iudex det copiam alteri parti, t.1. ibid. n.6
Confeſſio vnius, non probat in præiudicium alterius, niſi ex conuentione partium, t.1. ibid. n.7. & 8
Confeſſio licet æquipolleat ſententiæ, non tamen rei iudicatæ, t.1. p.18. n.11
Paria eſſe videntur Reum eſſe Confeſſum, vel conuictum, & condemnatum, t.1. ibid. n.13
Confeſſio facta in Teſtamento non præiudicat hæredi in legitima, niſi prebetur, t.1. p.19. n.1
Confeſſio Teſtatoris dicentis ſe vſuras extorſiſſe reuocando teſtamentum, ea non reuocatur, t.1. ibid. n.2
Confeſſio damnati ad mortem non præiudicat Fiſco poſt condemnationem, t.1. ibid. n.3
Confeſſio Iudicis dicentis ſe protuliſſe ſententiam ob pecuniam, non nocet victori: idem de teſte, t.1. ibid. n.4
Fides non adhibetur dicto morientis, qui dicit talis me percuſſit, t.1. p.19. n.5
Confeſſio facta in teſtamento, poteſt ad libitum reuocari, & ſemiplenè probat, t.1. n.6. fallit, ibid. n. 7
Iuramentum facit valere Confeſſionem, è meliori modo quo poteſt, t.1. ibid. n.7
Confeſſio defuncti nocet hæredi conuicto de actione depoſiti, t.1. ibid. n.8
Confeſſio de dote per maritum etiam iurata non præiudicat, & probat tanquam legatum, & nocet creditoribus, tom.1. ibid. n.9. & 10
Confeſſio in teſtamento, quæ tendit ad exonerationem conſcientiæ probat, nec reuocatur. Et probat ac ſi inter viuos facta fuiſſet, & acceptata, t.1. p.20. n.11. & 12. & Notario pro eo ſtipulante, n.13
Confeſſio mutui recepti in teſtamento facta probat, ita vt contra ipſam non opponatur exceptio non numeratæ, t.1. ibid. n.14
Confeſſio in teſtamento ſub verbis, *damnatione animæ meæ*, probat plenè, ſi fiat in foro pœnitentiali, & præſtat fidem in fauorem abſentium ſi geminatur, tomo 1. ibid. n.15. & 16
Confeſſio in teſtamento facta, etiam iurata, non valet in præiudicium tertij, t.1. ibid. n.18. & 19
Confeſſio facta per aliquos in vno iudicio, an noceat aliis in alio Iudicio, & quid de teſte, t.1. ibid. n.4
Confitens in foro animæ quando queat reuelare complicem. t.1.p.21. n.4. 5. & 6
Confeſſio delinquentis facit indicium aduerſus vnum, t.1. p.25. n.16
Confeſſus incidenter crimen non punitur in eodem Iudicio, vbi de alio agebatur, t.1. p.29. n.17
Confeſſus defectum ſui iuris in beneficio incidenter non priuatur in illâ inſtantiâ, t.1. p.30. n.7
Confeſſus extraiudicialiter, & incidenter multò minùs punitur. & etiam contra alios, t.1. ibid. n.8
Confeſſio incidenter facta in crimine Simoniæ qualiter noceat, t.1. p.30. n.9. & 10. & q 2
Confeſſio incidens in vno Iudicio, qualiter deſeruiat, vt in alio Iudicio confeſſus puniatur, t.1. ibid. n.10
Confeſſus crimen incidenter, poteſt puniri pœnâ extraordinariâ contra, t.1. p.30. n.1. & 4. & p.31. n.5. & 6
Confeſſus incidenter quando crimen contingit negotium principale, qualiter punitur, t.1. p.31. n.2.7.8. & à n.12
Confeſſio incidenter emanata in Iudicio Ciuili, non facit, vt puniatur delictum confeſſatum, fallit in crimine falſi, t.1. p.32. n.16. & 17
Confeſſus crimen incidenter in iudicio cœpto ſaltem generaliter ſuper eodem debito, facit vt puniatur delinquens, t.1. ibid. n.18
Confeſſus incidenter in eodem Iudicio, poteſt puniri parte petente, vel Iudice inquirente, quando reaccuſatio in eo Iudicio locum habet, t.1. ibid. n.19
Confeſſio per Oeconomum facta in Iure nocet Eccleſiæ, ſi habeat ſi mandatum ſpeciale, t.1. p.34. n.1.
Confeſſio Prælati in Iudicio præiudicat Eccleſiæ, & quare, t.1. p.34. n.2. 3. & 4. cum aliis.
Confeſſio Prælati præiudicat, ſi habet præſumptionem pro ſe, & mandatum ſpeciale à Capitulo, & tendat ad liberandum. Secùs, ſi ad obligandum, & in aliis, t.1. ibid. n.5
Confeſſio in cauſa bonorum diuiſorum Prælati & Eccleſiæ, qualiter probet, t.1. ibid. n.6
Confeſſio Prælati præiudicat in omnibus caſibus, in quibus eſt legitimus Adminiſtrator, t.1. ibid. n.7. fallit, n.9
Confeſſio Prælati cum clauſula, prout in inſtrumento, ſi eſt adminiculata, nocet, t.1. ibid. n.8
Confeſſio Prælati facta ſine conſenſu capituli, aut ex ignorante, valet in paruis rebus, & qualiter in arduis, tom.1. p.34. & 35. n.10
Confeſſio Prælati facta etiam de conſenſu capituli, ſi Eccleſiæ præiudicat habet reſtitutionem, t.1. p.35. n.11
Confeſſio Rectoris, non nocet Eccleſiæ, nec Confeſſio Abbatiſſæ nocet ſuccedenti, t.1. ibid. n.12
Nec facta in vno Iudicio ad aliud ſi probetur aliter facta, quam peracta prioris Iudicij, t.1. ibid. n.12
Confeſſio Procuratoris nocet Domino, niſi Dominus probet contrarium, t.1. p.35. n.1. & 2
Confeſſio Procuratoris præiudicat, quando Dominus conſtituens, iurauit ſe ratum habiturum factum à Procuratore, t.1. ibid. n.2
Confeſſio Procuratoris ſe recepiſſe pecuniam rerum venditarum, vel tributarum probat, contra Rempublicam, t.1. ibid. n.3. *Fallit in mutuo*. ibid. n.4
Confeſſio Procuratoris, vt Domino noceat, debet fieri ex neceſſitate, non ex voluntate, t.1. p.35. & 36. n.5
Confeſſio Procuratoris habentis generale mandatum ad recipiendam pecuniam, niſi conſtet de vera numeratione, non probat, t.1. p.36. n.6
Confeſſio Procuratoris qualiter ei noceat; & etiam in alio Iudicio, t.1. ibid. n.7. & 8
Confeſſio Procuratoris reuocati ante reuocationem Iudici, & parti factam, nocet, t.1. ibid. n.9
Confeſſio tutorum & aliorum Adminiſtratorum facta in Iudicio contentioſo nocet pupillo, minori, & aliis. Sed non facit fidem de recepto in eorum præiudicium, niſi conſtet de numeratione, t.1. ibid. n.10
Confeſſio Filij ſine mandato, non præiudicat patri. Nec ſententia lata, virtute Confeſſionis, t.1. ibid. n.11
Confeſſio facta per Aduocatum nocet Clientulo, & qualiter ab eo reuocetur, t.1. ibid. n.12
Confeſſio, an probet in aliis pluribus caſibus, t.1. ibid. n.13. *vide remiſſiuè.*
Confeſſio partis de recepta pecunia, & ſi vltra biennium pariat præſumptionem Iuris, & de Iure, tamen admittit probationem in contrarium, t.2. p.145. n.20
Expenditur pluribus in caſibus. Et de ratione, t.2. p.146. n.30. fallit, ibid. n.33
Confeſſio aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, locum habet in his, quæ dependent à voluntate partis, ſecus econtrà, tomo 2. pagina 146. num.25. & 26. Et quid in ſponſalibus, ibid. n.27
Confeſſio alteriùs ex litigantibus, poſt concluſum in cauſa, non admittitur: quoties aliæ exceptiones denegantur, t.1. p.395. n.12
Confeſſio de recepto à Procuratore non nocet, Domino, t.2. p.86. n.1. 2. & 3. etiam tranſacto Biennio, ibid. n.4
Confeſſio Teſtatoris facta in teſtamento, quando probet, t.2. p.28. n.28. & 29
Confeſſio facta creditori ſe recepiſſe pecuniam à fideiuſſore quando efficaciter ei noceat, tom.2. p.83. n.2. 3. 4. & 5 diſtinguitur, ibid. n.6
Confeſſio non præiudicat tertiò, cum quo nihil actum eſt, reſpectu cuius debet interuenire vera ſolutio, tom.2. ibid. num.3
Fraus præſumitur in Inſtrumento, in quo deficiente vera numeratione, fit Confeſſio numerationis, tom.2. p.83. n.4. & 8
Confeſſio de recepto, tranſactis triginta diebus æquiparatur veræ & reali ſolutioni, t.2. ibid. n.7
Confeſſio Patris circa benemerita filij ſatis non probat e præceſſiſſe, etiamſi iuretur, tom.2. p.87. n.5. & 6, ampliatur, ibid. n.8. 9.10.11.12.13.14.15. & 16. ſufficit ad leuiores probationes, ibid. n.17
Confitens in Iudicio ſe hominem occidiſſe, ſi non appareat occiſus, qualiter noceat, t.1. p.38. n.1
Confeſſio in cauſa ſtatûs, non ſemper præiudicat, t.1. ibid. num.2
Confeſſio erronea reuocatur in multis caſibus doctò priùs de errore, t.1. ibid. n.3. & 4
Confeſſio in aliquibus non reuocatur, tomo 1. ibidem num.4

Confeſſio præiudicat quò ad probationem, non quoad obligationem, niſi verba eam contineant, t.1. ibid. n.5
Confeſſio per errorem non terminata finaliter poteſt reuocari, t.1. ibid. n.6
Confeſſio Iudicum, qualiter probet in actu, cuius liberam diſpoſitionem non habent, t.2. p.87. n.15. & 16
Confeſſio legatarij, ſeu creditoris, quando aufert præſumptionem, quæ ſtat pro hærede non conficiente inuentarium, vt vltra vires hæreditarias nihil ſoluat, t 2. p.147. n.37. & 38
Confeſſio partis, quare auferat præſumptionem Iuris, & de Iure, & non auferatur aliis probationibus, t.2. ibid. n.39
Confeſſio coniugis de proprio adulterio, an ſola ſufficiat ſine aliis adminicuſis ad ſeparationem, tomo 2. pag.180. n.7. 8. & 9
Confeſſio in Iudicio facta ſine cauſa obligat; eo quod habet vim rei iudicatæ, t.2.p.80.n.14. & 15. fallit, ib.n.16.& 17. Et quibus adminiculis, extraiudicialis valeat, pagina 81. num.22
Confeſſio extraiudicialis facta in ſcriptura publica valet, t.2. p.81. n.19
Confeſſio facta in epiſtola, vel alia ſcriptura priuata, facta in præſentia, vel abſentia, probat, t.2. ibid. n.20
Confeſſio facta in abſentia creditoris, vel eius in cuius fauorem emanauit, non tenet, t.2. ibid. n.21
Soluere incipiens poſt, Confeſſionem, partem debiti, nequit allegare defectum cauſæ interueniſſe, t.2. ibid. n.23
Confeſſio debiti ſine cauſa redacta in ſcriptura, non inducit obligationem, t.2. p 79. n.7. & 8
Confeſſio, quæ oritur ex productione inſtrumenti, ipſo reprobato, & ipſa corruit, t.2. p.84. n.10
Confeſſio quæ, fundatur ſuper actu inualido, dicitur potiùs nulla, quam ficta, t.2. ibid. n.11. & 12. fallit, ibid. n.13
Confeſſio debiti in ſtipulatione, ſeu promiſſione nuda de Iure Ciuili requirit cauſam, & hodie de Iure Regio contrauertit, t.2. ibid. n.14. & 15.16.17.18.19. & 20
Confitens in Iudicio debitum, ante quàm in Iudicio ſit requiſitus non eſt moroſus, t.2. ibid. n.20. & 21
Confeſſio de recepto, ſeu alterius alienationis, non præiudicat Fiſco, ſic vt teneatur ſatisfacere Creditoribus ex bonis confiſcatis, virtute Inſtrumenti confeſſati, dum non conſtat de vera numeratione, & traditione, tomo 2. p.99. n.5
Confeſſioni, Rei in Iudicio factæ non ſtatur, donec iterum confiteatur Reus redactus apud acta, t.1. p.49. n.7
Confeſſio eſt propriè probatio, & eſt plus quàm probatio, quia habet vim notoriis, t.1. ibid. n.8. & 9
Confeſſio eſt releuatio ab onere probandi, t.1. ibid. n.10
Confeſſio in cauſa exequutiua admittitur etiam poſt decem dies datos ad probandum, de Iure Regio, tomo 1. ibid. num.11
Confeſſio admittitur poſt lapſum terminum datum ad probandum, & poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam, t.1. ibid. n.12
Confeſſus Reus ſpontè non condemnatur ſtatim, ſed datur ei terminus ad opponendam exceptionem, quam habuerit, & interim in carcere detinetur, t.1. p.50. n.14
Conuictus, & Confeſſus non auditur appellans, & quid de ſolo Confeſſo in Iudicio, t.1. p.41. n.2.3. 5. & 6
Confeſſio debiti extraiudicialis facta, abſente parte, an inducat obligationem ad liberandum, t.1. p.85. n.28. 29. & 30. quid ſi ſit geminata, ibid. n.31
Confeſſio debiti extraiudicialis, valet in vim probationis, non pacti obligatorij, t.2. ibid. n.30
Confeſſio Minoris facta ſine authoritate, nunquam ei nocet. Et quando eius Curator interponat authoritatem, t. 1. p.39. n.1. & 2. fallit, ibid. n.3
Confeſſio partis cum cedit in detrimentum profeſſionis, nunquid ſufficiat, t.2. p.180. n.11. 12. 13. & 14
Confeſſio non veroſimilis non præiudicat confitenti; etiam extraiudicialis, t.2. p.164. n.16. & 17
Confeſſio facta tormentorum metu, non excludit appellantem, t.1. p.41. n.8
Confeſſio partis admittitur aduersùs præſumptionem, non aduersùs fictionem Iuris. Et quæ differentiæ ratio? t.2. p.127. n.48
Confeſſio reſultans ex minis torturæ in cauſis perſonæ priuilegiatæ nullam fidem facit ad condemnandum, etiam ratificata, t.2. p.152. n.8. & 9
Confeſſus parte abſente, iam hodie quit condemnari, tom.2. p.38. n.3
Confeſſio ſacramentalis arcanum, nec ob impedimentum matrimonij eſt detegendum, t.1. p.302. n.11. & p.303. n.12. 13. & 14
Confeſſarius, ſeu ſimplex Sacerdos, quando, vel quomodo queat commutare pœnitentiam ab alio impoſitam, *remiſſiuè*, tomo 2. pagina 233. num.34
Confiteri non videtur exceptionem aduerſarij, qui eam proponit, t.1. p.427. n.8
Confeſſarij aſſertio non probat ſemendationem criminis, nec de his, quæ audiuit in confeſſione, tom.1. pag.320. n.37 & 38.
Argumentum nunquam fit de foro pœnitentiali ad forum fori, & ratio, t.1. p.320. n.34. 35. & 36
Confeſſarius, nec habita licentia pœnitentis, vt propalet Sigillum, poterit de auditis ſacramentaliter in Iudicio deponere, t.1. ibid. n.40. & 41
Tacens interrogatus, quando videatur confiteri, tomo 1. p.187. n.37. & 38
Contumax videatur, nec confeſſus, ſi non compareat? Et an condemnetur? t.2. p.155. n.4
Confeſſio prætextu erroris poteſt reuocari ſiue ſpontaneè, ſiue vi tormentorum facta ſit, t.1.p.36.& 37. n.1.& p.37. n.2. limita, n.4
Confeſſio poteſt declarari, excuſari & interpretari per confitentem ſicut & reuocari Confeſſione acceptatâ tantum in criminalibus, t.1. p.36. n.2. & 3
Confeſſio poteſt reuocari, & interpretari ab ipſo confitenti, & ab eius conſanguineis, t.1. ibid. n.4
Confeſſio facta ex animi deliberatione etiam quit reuocari ex errore imò, & incontinenti etiam errore non probato, t.1. ibid. n.5
Confeſſio facta in iure poteſt reuocari aduerſus quam admittitur probatio, t.1. ibid. n.6. & 7
Confeſſio erronea non præiudicat confitenti contrarium probanti, t.1. ibid. n.7
Confeſſio facta transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, t.1. ibid. n.8
Confeſſio facta quæ dicatur, t.1. ibid. n.9
Confeſſio quandocunque hodie reuocari valet prætextu erroris, t.1. ibid. n.10

Confiſcatio.

Confiſcatio aduerſus hæredes, & ſucceſſores non procedit, ſi moriatur Reus confeſſus, & conuictus ante ſententiam, t.1. p.18. n.10.11.14. & 17

Confines.

Confines præſumuntur eſſe illius qui eos occupauit, primo fallit in ſpiritualibus, t.1. p.104. n.12. & 13
Antiquis Confinibus ſtatur, niſi probentur noui, t.1. ibid. n.14
Memoria conſeruatur per Confines, t.1. p.205. n.17
Fines probantur per lapides antiquos, ſolitos apponi, ſi ſint immobiles, t.1. p.102. n.13. & 14. & qualiter aſſignantur, ibid. n. 15. & 16
Confinium, & terminorum lapides ad eorum diuiſionem, qualiter apponantur, t.1. ibid. n 17. & 18
Confines probantur per cuſtodiam locorum, & per cuſtodes eorum, quid per clauſuras, t.1. ibid. n.19. & 20
Confines probantur per redditus antiquos, nauigia, & pedagia, per communem opinionem, refectionem agrorum, loci euidentiam, t.1. ibid. n.21. 22. 23. & 24
Confines probantur per Iudicis ſententiam, & quo pacto. t.1. ibid. n.35
Confines probantur per litteras Epiſcopi, & Iudicis Ordinarij, t.1. ibid. n.26
Confines probantur per exercitium Iuriſdictionis, tam in mari, quàm in terra, & in cœlo, & aëre exempla, tom.1. ibid. n.27. & p.203. n.9
Confines probantur per vias regales, montes, valles, aut villas, & per ſimilia, t.1. p.203. n.30
Confines alij immutabiles poſiti à natura, alij mutabiles poſiti ab homine, t.1. ibid. n.30
Probantur limites per voluntatem Patrisfamiliàs, declaratam in eius vita, t.1. ibid, n.31
Confines per Teſtes, etiam ſingulares, & per conjecturas probantur, t.1. p.197. n.1.2. 3.4. & 5
Confinium indicationem facere tenentur poſſidentes bona, Eccleſiæ emphyteuta fructuarius colonus, tom.1. p.203. n.39. 44. & 41
Indicatio Confinium debet eſſe veriſimilis, t.1. ibid. n.42
Confines probantur per verba enuntiatiua in inſtrumento poſita, t.1. p.199. n.29. 30. 31. & 32
Fines per priuilegia probantur, t.1. ibid. n.33. & 34
Confines, quibus inſtrumentis probentur, t.1. p.197. n.12
Confinium mutatio non eſt præſumenda, t.1. p.196. n.48. 49. & 50. & de praxi ſuper eorum mutatione, ibid. n.51. 52. & 53
Confines præſumuntur hodie quales fuerunt, t.1. ibid. n.50
Appellatio admittitur à ſententia mentiendi Confines, tom.1. ibid. n.51
Error finium non nocet, t.1. ibid. n.53
Finium regundorum actio à quo tempore fuit in vſu, tom.1. p.78. n.1. & 2. Et ad quæ prædia pertineat, n.fin.

Præſcriptio quinque pedum, quæ dicatur, & an reducatur ad actionem finium regundorum, t.1. p.79. n.1. & p.80. num. ſeq.

Finium regundorum actio quanto tẽpore docet, t.1.p.80.n.4

Fines, confines, & termini differunt, t.1. p.193. n.19

Confinium probatio dicitur difficilis,& fit, conjecturis,famâ, argumentis,& enuntiatiuè exactione, gabellarum punitione, t.1. ibid. n.20. & p.194. n.21

Confinia Diœceſum ſolent diſtingui per flumina, riuos, & per Præbendas, t.1. p.194. n.22

Fines duo probati,dicitur probata identitas, probantur etiam præſumptionibus conjecturalibus, t.1.ibid.n.25.& 26

Editur inſtrumentum circa Confides faciens, t.1. p.104. n.27

Contenta intra fines,præſumuntur eſſe eius,cuius ſunt,tom. 1. p.194. n.28

Articuli ad probandos Confines, qualiter fiant, t.1.ibid. n.29

Conjectura.

Conjectura quæ prouenit ex veroſimili aut in veroſimili *remiſſiuè*, t.2. p.164. n.21

Coniuges.

Coniuges iurantes caſtitatem, & ſi abſoluantur ab vſu matrimonij,ſed non à cohabitatione;& ob id neuter poterit Religionem vouere, t.2. p.344. n.25. & 26

Coniuges ſi poſt caſtitatis votum copulentur, nunquid grauius peccent, quam ſi alter ad ſolutam fœminam, ſolutumve virum accederet, t.2. ibid. n.27

Pactum mutuum inter Coniuges abſtinendi ab actu coniugali, qualiter eos obliget, t.2. p.343. n.8

Debitum coniugale ſi petatur, cum Coniuges voto ſunt adſtricti, nunquid ab altero reddi debeat, t.2.ibid. n.9.& 10. & n.14. & 15

Coniuges poſſunt à pacto inito de non petendo debito, mutuo conſenſu diſcedere, & commiſceri, t.2. ibid. n.11.12. & 13. Quid ſi vnus nequeat recedere, & alter debitum petat, ibid. n.15. & 15

Debitum nunquid vnus Coniugum petere poſſit, quando vterque caſtitatem vouet, t.2. ib. n.17. & 18. Et quid altero fornicato poſſit à Iudice fieri, ibid. n.20

Coniuges vouentes caſtitatem, ſi vterque, aut vnus fornicetur, nunquid poſſint per Iudicem compelli ad reddendum debitum, t.2. ibid. n.18. 20. & 21

Connexorum.

Connexorum idem eſt Iudicium, & quando dicantur connexa, ſeu ſeparata capitula, t.2. p.38. n.4

Copula.

Copula carnalis quibus conjecturis, probetur, longè per Doctores aſſignatos hîc, quibus excludatur, t.2. p.176. n.18. & 19

Copula carnalis directè nequit probari per teſtes de viſu, nec de credulitate, niſi reddant efficacem rationem credulitatis, t.2. p.177. n.30. & 31

Copula cuibus modis probetur per virum aut matronas, t.1. p.83. n.10. & 11

Copia.

Copia Authentica deſumpta ex originali regiſtrato à conſulibus cum ſigillo, & ſubſcriptione Magiſtratus illius loci, plenè probat: t.2. p.24. n.10. fallit, ibid. n.11

Copia ex originali quando probet, t.2. p.17. n.31

Conſanguinitas.

Conſanguinitas non excuſat accuſatos de adulterio, tomo 2. p.182. n.35

Conſanguinei Rebellis, nunquam puniuntur, nec filius adoptiuus, t.1. p.28. n.24

Conſenſus.

Conſenſus tacitus, ſeu expreſſus, vt filij teſtimonij valeat, quando dicatur, t.1. p.301. n.41. 42. 43. 44. & 45

Conſilium.

Conſilium ſapientis non vindicat locum ad pias cauſas, t.1. p.91. n.10

Conſuetudo.

Conſuetudo poteſt facere, vt credatur ſcripturæ alicuius perſonæ valde legalis: Expenditur, t.2. p.65. n.2. & 3

Conſuetudo poteſt minuere teſtium ſolemnitatem: quid ſi ſit in diſcreta, t.2. p.66. n.8.12.13.14.15. & 16

Conſuetudo, ſeu ſtatutum poteſt facere, vt plena fides adhibeatur priuatæ ſcripturæ, libris mercatorum, t.2. p.66. num.16

Conſuetudo, vt habens præbendam, poſſit acceptare primam vacaturam in præiudicium impetrantis Apoſtolici non valet, t.1. p.101. n.4

Conſuetudo nequit vincere legem ſcriptam, quâ præcipitur, vt poſt legitimas probationes non iuretur, t.1. p.73. n.1

Conſuetudo iurandi poſt plenam probationem aduerſatur legi, & improbatur, t.1. ibid. n.4. 5. & 6

Conſuetudine ſublata, qualiter etiam intelligatur ſublata immemorialis, t.1. p.74. n.7

Statutum, ſeu Conſuetudo qualiter validet probationem inualidam. Et an probatio in contrarium admittatur, t 1. ibid. n.8. & 9

Receptum frangens ex praua Conſuetudine affectus peccat mortaliter, t.2. p.209. n.3

Contractus.

Contractus an qui recenſentur, in quibus eorum prohibitio fit primario propter publicam vtilitatem, t.2. pag.379. num.13

Contractus, qui ſine ſcriptura perfici ſolent, tunc demum abſque eâ non valent, ſi in eorum tempore conuentum ſit de ea, t.2. p.92. n.54. 55. 56. 57. & 58

Contractus reprobatus odio creditoris, non formatur Iuramento, vel ſi vi, dolo, aut vergat in diſpendium animæ, aut tertij, t.2. p.379. n.19. & 20

Contractus ſimulatus, non firmatur Iuramento: & quare, t.2. p.260. n.18. 19. & 20

Contractus non requirens ſcripturam, nunquid ſi de ea conueniatur, non ſit perfectus, quouſque conficiatur,tom.2. p.92. n.59. & 60. vbi non queat compelli, vt faciat ſcripturam guarentigiam.

Contractus reciprocus vtrinque debet adimpleri, vna deficiente parte, alias non tenetur, t.4. p.236. n.10

Differentiæ inter Contractus, & vltimas voluntates remiſſiuè, quatenus ad renuntiam, aut promiſſionem renuntiæ, t.2. p.401. n.23

Continens.

Continens in iuuentute, præſumitur idem in ſenectute, t.2. p.189. n.7. & 8

Contumax.

Contumax poteſt puniri corporaliter, & mortis pœnâ ex indiciis, & præſumptionibus Iudicis arbitrio relinquitur, t.2. p.141. n.9. & 10

Conuentus.

Conuentus dicitur Congregatio Religioſorum, & Concilium generale, Synodus, Cœtus, t.1. p.215. n.4

Contrarium.

Contraria allegans vt actor, non auditur, ſecus Reus excipiendo, t.2. p.74. n.7. & 9

Contrarietatis exceptio, non videtur remota nullitate, ſeu exceptione, t.2. ibid. n.8

Remedium Contrarium, quod in vno Iudicio intentatum fuit, quit in alio intentari, t.2. ibid. n.11

Contraria quæ ſunt, diuerſis reſpectibus admittuntur, t.2. ibid. n.18

Contrarietas, ſeu teſtium varietas, quæ ſit concordabilis, exemplis pateſit, t.1. p.273. n.4. & p.274. n.5. 6. & 7

Corruptio.

Corruptionem & falſitatem opponens aduersùs teſtes,ſufficit vnum probare, vt eos euacuet, t.1. p.255. n.17. 18. & ſub n.20

Creditor.

Creditor tenetur probare debitum obligationis, vbi cauſa expreſſa non eſt fallit in cauſa mutui, t.2. p.82. n.32

Creditor poteſt cogere, vt ſibi fiat Inſtrumentum debiti, à debitore, quando ſoluere teneretur, ad tempus ſufficit ſimplex, & non iuratum, t.2. ibid. n.33. & 34

Creditor; qui non computat fructus in ſortem principalem, eſt vſurarius, intelligitur, t.1. p.268. n.22. 23. & 24

Creditor cui ſoluitur in moneta debiti pretioſiori, ſatisfactus dicitur, t.2. p.230. n.10

Textus noſter intelligitur, t.2. p.231. n.17. 13. & 14

Argumenta diſſoluuntur, t.2. ibid. n.15

Condonatio Creditoris tollit obligationem debitoris, tom.2. p.217. n.60. fallit, p.218. n.62

Crimen.

Crimen vnum, in quo criminoſus perſeuerat, ſufficit, vt à teſtimonio repellatur, nec deſideratur vt pluries deliquerit, t.1. p.405. n.17. 18. 19. & 20

Crimen quodlibet parit in Iudicium duplex Ciuile ad rem,& criminale ad vindictam, t.1. p.415. n.10

Crimen oppoſitum ad repellendum teſtem, debet in ſpecie probari, & vt à parte opponatur, tom.1. p.401. n.1. & p.402. n.3

Criminoſus aliquid in genere dictus, non repellitur à ferendo teſtimonio, etiam ſi contingat poſtea crimen in ſpecie probari, t.1. p.401. n.2

Criminoſum teſtem, aduersùs quem pars non oppoſuit poteſt Iudex ex officio replere, t.1. p.402. n.4

Criminis particeps regulariter admittitur Teſtis in Criminibus, quæ veriſimiliter ſine ſociis committi non valent, t.1. p.425. n.15. & 17

Crimen quod repellit Teſtem debet eſſe graue, etiam in criminalibus, t.1. p.399. n.19

Criminoſi nonnulli admittuntur ad teſtificandum in criminalmalibus exceptis, veluti læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ,

humanæ, & alij, & qualem fidem faciant, t.1. pag.399. n.20. 21. 22. 23. & 24. & vbi aliàs veritas nequit haberi, p.400. n.28. 29. 30. & 31

Criminoſi in crimine perſeuerantes Teſtes eſſe prohibentur, t.1. p.400. n.32. Secùs ſi emendati ſint, ibid. n.33. & 34. declaratur, p.401. n.35. & 38

Criminoſi alij à ferendo teſtimonio repelluntur, vt Meretrix, Birruarius, Bannitus, &c. t.1. p.409. n.19

Læſæ Majeſtatis crimen machinatum per actus exteriores, pœnâ ordinariâ punitur, vt & alia crimina, tom.2. p.13. n.30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. & 38

Nemo ſine crimine viuit, t.1. p.403. n.3

Criminoſus tam de Iure Canonico, quàm Ciuili, vt repellatur à ferendo teſtimonio in multis deſideratur ſententia; in aliis ſola delicti probatio, aut fama, t.1. pag.403. n.7. & p.405. n.8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14

Criminis exceptio ſi capit naturam accuſationis ſufficit ad condemnandum, t.1. p.32. n.10

Accuſator cui opponitur crimen in modum exceptionis, quando puniatur, t.1. p.33. n.6

Crimen Teſti, vel accuſatori, quando dicatur oppoſitum; & ſub qua forma, t.1. ibid. n.7. & 8

Læſæ Majeſtatis ſecundum cap. aduerſus quos, tom.1. p.25. & 26. n.3

Læſæ Majeſtatis crimen qualiter committatur ab offendente Papæ Vicarium, t.1. p.26. n.5

Læſæ Majeſtatis crimen, punitur morte, infamiâ, contra poſteros, & confiſcatione bonorum dote excepta, & dimidia parte quæſitorum matrimonio durante, t.1. ibid. n.6. & 9. quid de Iure Can. ibid. n.7

Proditoris ædes diruuntur, euertuntur, & aratro inducto, ſale aſperguntur, t.1. p.26. n.8

Maſculi filij propter infamiæ notam incapaces ſunt hæreditatis extraneæ, & quid hodie, t.1. p.26. n.9.

Amiſſio bonorum ex Crimine læſæ Majeſtatis, tantum habet locum in primo capite; niſi aliter à ſupremo Principe decernatur, t.1. p.28. n.12

Sententia declaratoria in Crimine læſæ Majeſtatis retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti, t.1. p.27. n.11

Læſæ Majeſtatis Crimen definitur, cuius ſunt duo capita, t.1. p.25. n.2. & 3

Læſæ Majeſtatis caput primum eſt, cum committitur iſtud crimen aduerſus Princip. eius conciliarios, Rempublicam, *& alios*, t.1. ibid. n.2. 4. & 5

Pater non punitur propter Crimen læſæ Majeſtatis commiſſum à Filio, t.1. p.28. n.21

Memoria defuncti ex Crimine læſæ Majeſtatis, quando damnetur, vel non, t.1. p.28. n.26. & 27. & p.29. & n.28

Curator

Curatoris authoritas ſit ne neceſſaria, vt adultus poſſit recognoſcere ſuam propriam ſchedulam, cautionem ſiue Chirographum, t.1. p.28. n.30. 31. & 32

D

Debitor.

Debitor vt condemnetur ex Inſtrumento debiti, debet in eo exprimi cauſa, t.2. p.70. n.5. & 6. Declaratur & p.82. n.26. vbi in quibus cauſa nō deſideretur, ib. n.26. & 27

Debitor interpellatur prius pro debito, ſi deinde in Iudicio illud ſimpliciter fateatur, non releuatur ab expenſis, t.2. p.85. n.26. & 27

Decima.

Decimæ, & primitiæ ad Eccleſias pertinentes per executionem exiguntur, t.2. p.40. n.24

Decurio.

Decurio exercens Notariatum, nunquid perdat priuilegium, t.2. p.208. n.7. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16

Decuriones quando dicentur Iudices in ſummis non excedentibus taxam ſibi competentem, t.2. p.77. n.7

Deciſiones.

Deciſiones cauſarum, ſecundum quem Ordinem iurium, & ſtyli, debeant à Iudicibus diſcerni, t.1. p.270. n.18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26

Delictum.

Delictum an probatum cenſeatur, vbi contra reum adeſt vnus teſtis idoneus, & ſimiliter indicium, & ſemiplena probatio, verum eſt in ciuilibus, non æquè in criminalibus, t.1. p.304. n.3. & 4. imponitur tortura, p.305. n.5

Delictum probatum per Teſtes deponentes ſe ſcire quia vicini, ſeu conjuncti, quali puniatur pœna, tom.2. p.161. n.27. 28. 29. & 30

Delictum nunquam præſumitur, t.2. p.189. n.4

Improbus ſimulatus paulatim, prodit in nota, t.2. p.180. n.6

Delicta voluntate diſtinguuntur; id eſt ratione voluntarij & inuoluntarij, tom.2. p.129. n.15. 16. & 17

Delinquentes, quorum delicta probantur præſumptionibus, & indiciis regulariter puniuntur extraordinariâ pœnâ, ſi leues ſunt, quid ſi violentiſſima, aut violentæ tantum ſint; t.2. p.140. n.1. 2. & 3. expenditur, ibid. n. ſeq. Quid in delictis occultis, ibid. n.6

Delicta occulta, & difficilis probationis puniri queunt pœna ordinaria, ſiue tortura per præſumptiones, & indicia indubitata, t.2. p.141. n.7. quid ſi præſumptio ſit tantùm violenta, n.7

Delinquens occultus, ſeu allegans ioco feciſſe, punitur, ac manifeſtus, t.2. p.128. n.3. 4. & 5. Cicero *in oratione pro Milione*, & ibid. n.8

Delictum debet puniri quocumque modo conſtet, t.1. p.31. n.3. & 6

Delicta occulta, & difficilis probationis, quæ ſint, annumerantur, t.2. p.120. n.3

Denuntiandi de delicto vigore edicti, an ſint de eo emendati, t.1. p.410. n.29

Delictorum qualitates, vt Familiares S. Officij amittant forum, ſunt ante omnia probandæ ab accuſatore, vel Fiſcali, qui ex officio cauſam proſequitur, t.2. p.201. n.50

Demonſtratio.

Demonſtratio optima reu deducitur ex duobus partibus ſimilibus. t.2. p.200. n.38

Denuntiatio.

Denuntiatio Euangelica non admittitur in his peccatis, quæ lege humana tollerantur; t.1. p.55. n.8. & 9

Depoſitum.

Depoſiti natura eſt, vt dominium non transferatur, tom.2. p.113. n.16

Deſcendentia

Deſcendentia ad ſuccedendum, debet per gradus diſtinctos probari, t.1. p.378. n.1. 2. 3. 4. in aliis verò caſibus ſufficit probare quem eſſe de parentela; ibid. n.4. 6. 7. 8. & 9

Deſcendentia, quando per inſtrumenta probatur, debent ea eſſe centum annorum, vbi de requiſitis, t.1. ibid. n.5. & 6

Dictio.

Dictio *plus*, prolata à Teſte aliquid operatur, t.1. p.211. n.14

Dictiones taxatiuæ quæ ſint, quid operetur taxatiua affirmatiuè poſita, t.1, p.186. n.17. & 18

Exceptiones taxatiuæ quæ ſint, t.1. ibid. n.20

Diſpenſatio

Diſpenſatio præſumpta locum non habet ad beneficia in illegitimis, quæ parentes obtinuerunt, t.1. p.239. n.11

Diœceſis.

Diœceſis quæ propriè dicatur, t.1. p.194. n.30

Diœceſis vna non diuiditur in duas, ſed facilius vniuntur duæ, t.1. ibid. n.31

Fines Diœceſum, & Parrochiarum non præſcribuntur, & à quo Papa diuerſæ, t.1. p.195. n.32

Cato.

Catonis dictum, t.2. p.128. n.12

Dies.

Dies interpellat pro homine; itavt non ſit monitio neceſſaria, t.2. p.85. n.24.

Dignitas.

Promoueri intendens ad aliquam dignitatem, tenetur probare ſuam habilitatem ad illam requiſitã. Idem ad officia Inquiſitionis, ſiue ad Collegia, t.2. p.192. n.12. 13. & 14

Dilatio.

Dilatio ſecunda non conceditur illi, qui in prima nullam fecit probationem, vel ſi ſteterunt in compromiſſum partes, t.1. p.413. n.11. & 12

Dilatio ſecunda aſſignata contra primam, impedit, vt currat tempus ſecunda, t.1. ibid. n.13

Quarta teſtium Dilatio, non datur abſque ſolemnitate legali, t.1. p.413. n.1. fallit in nonnullis caſibus, ibid. n.2. 3. 4. 5. 6. & 7

Diſpoſitum

Diſpoſitum in vno ex correlatiuis cenſetur etiam in alio diſponi, t.1. p.71. n.2

Diſtributio.

Diſtributiones quotidianæ non veniunt in fructus beneficij ad ſolutionem dimidiæ annatæ, t.2. p.252. n.34

Diuidua.

Diuiduæ dicuntur res, quæ diuiſionem recipiunt. Et harum quædam diuiſione facta, Conſeruantur in parte diuiſa, aliæ autem omnino deſtruuntur, t.1. p.150. n.12. Declaratur, ibid. n.13. & 14

Diuitiæ.

Diuitiæ, & ſi non nobilitent, faciunt tamen, vt diuites ad honores pauperibus præferãtur, t.1. p.302. n.2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8

Doctor.

Doctoris vnius egregij conſilium ſeu ſcriptum, excuſat motores litium, & à ſolutione expenſarum, t.2, p.84. n.31

Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine, non creditur, niſi probetur, t.2. p.142. n.24

Doctores, qui de textus noſtri materia latè agunt, tomo 2. p.268. n.25

Doctores, qui agunt de inſtrumentorum editione, & exhibitione, t.1. p.51. n.1

Doctores primiores Romæ funguntur Procuratoris officio, t.1. p.243. n.14

Dolus

Dolus ſeu error alius eſt antecedens contractum, ſeu ei dans cauſam, alius comitans, ſeu incidens in contractum. Et qui, t.2. p.308. n.16. & 17

Dominium.

Dominium inſtrumentorum, ſi petatur agitur ad exhibendum: Et qua actione ſi pignorata, aut vendita ſint, t.1. p.51. n.5

Dominium non transfertur in ſegete vineæ emptæ per ſolam ſignaturam, t.2. p.52. n.43

Domeſtici.

Domeſtici propriè dicuntur vxor, liberi, fratres, liberti ſerui, adſcriptitij, t.1. p.225. n.23. 25.26.27.28.29. 30.& 31

Donatio.

Donatio, ſeu renunciatio facta ab eo, qui ingreſſurus eſt Religionem, valet etiam abſque Prælati licentia; ſecùs ſi iam ſit ingreſſus, latè expenditur, t.1. num.3.4. & 5. & p.117. n.2. 3. 4. 5. 6. & 7

Donatio, ſeu renunciatio facta in ipſa admiſſione Religionis non valet, t.1. p.123. n.11

Donatio Nouitij facta intra duos menſes concilij non valet, ſi ante profeſſionem moriatur, t.1. ibid. n.12

Donatio facta filiofamilias, etſi non valeat Iuramento firmatur, quid de facta à Marito, t.2. p.87. n.7. 10. & 13

Donatio filio facta propter benemerita, quando valeat, t.2. ibid. n.8. 9. 10. 11. & 12. quid hodie, ibid. n.14

Donatio, ſeu renunciatio facta à Nouitio iuxta formam Tridentini reuocatur, ſi profeſſio reddatur nulla intra quinquennium, t.1. p.123. n.15

Donatio, ſeu renunciatio facta in tempus profeſſionis, non deſiderat formam Tridentini: Et quid ſi illata eſſet profeſſio, t.1. ibid. n.16. & 17

Donatio propter nuptias, aut rei dotalis alienatio, eſt inualida de iure, t.2. p.383. n.5

Donatio facta ſcienter ſine cauſa, quando obliget, t.2. p.80. num.13

Dos.

Dotis congruitas ſolet attendi, habita conſideratione ad legitimam ſecundùm tempus mortis, vel tempore Matrimonij qualitas Mariti, numerus filiorum Monaſterij, aut mos regionis, t.2. p.399. n.3. & 4

Dos ſemel aſſignata, inſpectis facultatibus Patris tempore aſſignationis, nunquam aliquo remedio augetur: ſecus ſi incongruè tunc dotaretur, t.2. p.400. n.5. & 6. etiamſi dos loco legitimæ ſubrogetur, ibid. n.7

Dotis tempus conſideratur, & mors, vt hic, & in contractu momentaneo, t.2. ibid. n.8. & 9

Dos in quartam ſolet imputari, vt aliqui volunt. Quid ſi in ea ſit falſa inſtituta hæres, t.2. p.400. n.16

E

Enunciatiua.

ENunciatiua verba prolata propter aliud regulariter non probant, t.2. p.170. n.1.2. etiamſi eſſent in inſtrumento appoſita, p.171. n.3. Vel ſint prolata à teſte, ibid. n.4. vel à lege, n.5. vel in contractu, ibid. n.6

Enuntiatiua verba non probant filiationem, niſi dicerentur, filio præſente, t.2. p.171. n.7

Enuntiatiua verba futuri temporis non probant, nec inducunt legati, ſeu fideicommiſſi diſpoſitionem, t.2. ib. n.8

Poſſeſſio per verba enuntiatiua, etſi confeſſa non probant, t.2. ibid. n.9

Enuntiatiua verba Summi Pontificis, ſeu Principis, quando probent: Vel non, t.2. ibid. n.10. 11. & 12

Enuntiatiua verba probant multis in caſibus iactis, t.2. ibid. n.13. & p.172. n.17. vſque ad n.35. vbi quibus requiſitis?

Enuntiatiua, quæ regulariter propter aliud non probant, tamen interpretantur diſpoſitionem, & faciunt præſumptionem, t.2. p.173. n.36

Enuntiatiua verba probant inter eaſdem partes contrahentes, & paciſcentes etiam, ſi inſtrumentum actus, tunc non potuiſſet perfici, t.2. ibid. n.37

Enuntiatio matrimonij in inſtrumento dotali, confert ad dotis validitatem. Et illud ſic enuntiatum ſemiplenè probatur, t.2. ibid. n.38. 39. & 40

Enuntiatiua in factis antiquis regulariter probant, t.2. ibid. num.41

Enuntiatiua probare procedit improbatis contractibus, priuilegiis, reſcriptis: niſi reperiantur ſcripta in diuerſis inſtrumentis, t.2. ibid. n.42

Enuntiatiua verba generalia non probant, niſi forſan fauore cauſæ piæ, t.2. ibid. n.43

Narratiua verba Papæ, *remiſſiuè*, t.2. ibid. n.44

Emendatio.

Emendatio criminoſi non præſumitur, niſi probetur, tom.1. p.401. n.36. & 37

Emendatus an propriè poſſit dici innocens, ſeu aliquo modo, t.1. p.414. n.4

Emphyteuſis.

Emphyteuſis renouata non cenſetur ex vtriuſque partis taciturnitate, ſicut locutio, finito tempore, t.2. p.427. n.5. & 6

Emphyteuſis non amittitur ob non ſolutam penſionem intra biennium, t.2. p.282. n.3. fallit, ibid. n.4. 5.6.7. & 8

Emphyteuta, etiam abſque monitione tenetur portare Canonem ad domum debitoris, t.2. p.85. n.25

Epiſcopus.

Epiſcopus pro Eccleſia in communi Teſtis eſſe poteſt, ſecus ſi agat pro ſuo commodo, etiamſi agat eius vice Dominus, vel vt Procurator, t.1. p.238. n.7. & 12

Epiſcopus, & Presbyter iurantes, regulariter notentur ſacra tangere, niſi à iure exigatur, t.2. p.241. n.4

Epiſcopus nequit authoritate propria minuere Diœceſim, aut diſmembrare, competit Pontifici, tomo 1. pagina 195. n.33. & 34

Epiſcopo recenter adepto ad Epiſcopatum creditur aſſerenti iuramento ſe ignoraſſe tempus vocationis, aliàs ſecus, t.1. p.101. n.7. & 8

Epiſcopi tenentur ire ad Concilium vocati à Papa: vbi plura, quæ competunt Pontifici, t.1. p.238. n.2

Epiſcopus iuramentum fidelitatis Romano Pontifici præſtat. Item & de non alienando res Eccleſiæ inconſulto Papa, t.1. ibid. n.7

Epiſcopi & Clerici, cum iurant, quare ſacra non tangant. Et grauius peccent quam laici peierando, grauiuſque puniuntur maiores, & nobiles, t.2. p.285. n.1

Epiſcopus quod iuramentum Archiepiſcopis præſtet? t.2. p.238. n.1

Epiſcopi tenentur Pontifici Summo reddere rationem ſuarum adminiſtrationum, t.2. p.247. n.22. 24. & 25

Epiſcopi inuiſentes limina Apoſtolorum, qualiter id exequantur, t.2. ibid. n.24. 25. & 26

Epiſtola.

Epiſtola quando obliget accipientem, & ſcribentem, *remiſſiuè*, t.2. p.53. n.10

Epiſtola negata, & non recognita, vt probet nihil facit comparatio litterarum, t.2. p.22. n.26. 27.28. & 29

Epiſtola recognita per ſcribentem, probat plenè contra ipſum, t.2. ibid. n.27

Probatio, quæ fiebat per comparationem litterarum, iam eſt derogata, t.2. ibid. n.28. & 29

Epiſtola contra eam recipientem, & ſeruantem probat: Et recognita executioni quit Epiſtola mandati, tom.2. p.23. num.30

Error.

Error aduerſus Confeſſionem ſufficit probandus per legitima indicia, per Teſtes, & non per tormenta t.1. p.40. n.11. 12. & 13

Error non ſatis probatur, probando rem aliter ſe habere per teſtes, & inſtrumenta, ſed in ſpecie, & cauſa erroris, & de aliis, t.1. ibid. n.12. 13. & 14

Error qui probandus eſt aduerſus Confeſſionem, debet non cadere in latam culpam, t.1. ibid. n.14

Error ſufficit, vt in parte probetur, quia Confeſſio erronea, in parte, præſumitur in totum. Et quid ſi referatur ad Scripturam, t.1. ibid. n.15. & 16

Reuocans incontinenti Confeſſionem ſuam non tenetur Errorem probare. Et quando dicatur incontinenti, tom.1. ibid. n.17

Reuocatio Confeſſionis Erroneæ in ſancto Officio, quomodo admittatur, t.1. ibid. n.19

Confeſſio præſumitur bona non Erronea, niſi probetur contrarium, t.1. p.40. n.19

Error calculi reſultaret ex ratiociniis trahentibus executionem paratam ſimiliter, & ipſe exequitur, tom.1. pag.41. num.30

Error inſtrumenti præuia Iudicis cognitione, quocumque tempore corrigi valet, t.2. p.113. n.10

Error corrigendus ſatius euitatur, ſi nouum conficiatur originale Inſtrumenti, t.2. ibid. n.11

Error etiam in intereſſe partis, corrigi valet à Notario ſi conſtet de voluntate partis, & qualiter, t.2. ibid. n.12

Errans in iure non reſtituitur confitens, ſecùs ſi in facto, t.1. p.40. n.8

Examen.

Examen teſtium intra locum exiſtentium, non committat Iudex de facili, t.1. p.240. n.12. & 13. de praxi Inquiſitionis Valliſoletanæ, ibid.

Examen committit ſolet nuntio Tabellioni, & Regis audientiis receptori præſtito prius iuramento apud Iudicem, ibid. Quid antiquitùs in Atheniis, tom.1. pag.241. num.14. & 16

Examen in cauſis nobilitatis, vulgo *hydalguias* vt fiat vocantur teſtes ad Iudices in Cancellaria deſignatos *Alcaldes de hijos de algo*, niſi adſit impedimentum, t.1.p.241. num.15

Examen Teſtium, à ſolo Tabellione, etiam ex conſenſu partium nequit fieri, niſi de commiſſione Iudicis, aut in eius præſentia, tom.1. ibid. n.17. & 18. nec remiſſio prodeſt, ibid. n.19

Examen teſtium producendorum, per Reum non admittitur aduerſus quod erat probatum per Actorem poſt publicationem in Articulo poſt Reum præſentato cum clauſula *ſaluo iure impedientium* contrarium probatum, t.1. p.396. n.20

Examen Teſtium abſentium, quando fiat expenſis petentis, tom.1. pag.244. num.24. 25. 26. & 27. & de multis caſibus, ibid. n.30

Examen Teſtium, licet de iure fiat à Iudice exiſtentium in loco, t.1. p.239. n.1. & 2. p.242. n.9.10. & 11. Tamen vetius eſt poſſe Notario committi à Iudice, ibid. n.3. 4. 5. 6. 7. & 8

Examen teſtium in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis coram quibus fiat. Item cum cauſa ad probandum recipitur, t.2. p.243. n.25

Examinari iterum poteſt teſtis, qui obſcurè depoſuit & quare tom.1. p.390. n.1.2.3.4.5.6. & 7. quid in criminalibus, p.391. n.9

Exceptio.

Exceptio falſi quando poſſit opponi aduerſùs ſententiam ex falſis inſtrumentis latam, t.1. p.256. n.1. 2. & 3. quid de Iure Regio, p.257. n.5

Exceptio falſi aduerſùs talem ſententiam quantum duret, t.1. ibid. n.4

Exceptio falſitatis, ſubornationis, & corruptionis, poteſt opponi contra teſtes etiam poſt latam ſententiam, tom.1. p.257. n.5

Excipiens contra teſt. quod ſint falſarij, improbi, & criminoſi, non probans, non tenetur actione iniuriarum ſi proteſtetur opponere non animo iniuriandi, t.1. p.409. n.22. & p.410. n.23.24.25.26.& 27. vbi de praxi.

Non numerata pecunia Exceptio, in pluribus caſibus opponi poteſt, *remiſſiuè*, t.2. p.98. n.17

Pecunia non numerata Exceptioni, qualiter poſſit renuntiari, ita vt non competat, t.2. p.96. n.2. 3. & 4

Pecunia non numerata Exceptio, etiam Iure Digeſtorum competebat, t.2. ibid. n.5. & 6

Pecunia non numerata Exceptio debitori adhuc competit, etiamſi ei aliæ proderint, Legibus, vel ſtatutis, t.2. ibid. n.8

Pecunia non numerata Exceptio tranſacto biennio, non admittit probationem in contrarium, t.2. ibid. contra, p.97. n.10. & 11

Exceptio *non numeratæ pecuniæ* quando opponi poſſit per debitorem qui faſſus eſt debitum, t.2. p.93. n.1. & 2. & in quibus caſibus ceſſet, p.94. n.11. 12. 13. 14. & 15. vbi plura. & quid opponens debeat probare ibi.

Exceptio *non numeratæ pecuniæ* intra biennium competit de Iure Ciuili, & Canonico: vbi quid extra biennium, t.2. p.93. n.3.4. 5. & 6. ex dicto Iure Canonico.

Pecuniæ non numeratæ Exceptio de Iure Ciuili regulariter extra biennium non competit, tom.2. ibid. & pag.94. n.8. 9. & 10

Biennium ad opponendam Exceptionem, quando currat, t.2. p.94. n.22. 23. 24. & 25

Biennij ratio *de non numeratæ pecuniæ* Exceptione quæ ſit, tom.2. ibid n.25

Pecunia non numeratæ Exceptio competit: vbi quis antè Chirographum confeſſionis ſe pecuniam profitetur, t.2. p.95. n.26. & 27

Pecunia non numerata Exceptio competit etiam debitori: qui tantum, teſtibus præſentibus ſe accepiſſe pecuniam faſſus eſt, t.2. ibid. n.29

Exceptio *non numeratæ pecuniæ* poteſt opponi etiam ſtante guarentigio inſtrumento, t.2. p.99. n.5. & 6

Exceptio *pecuniæ non numeratæ* poteſt à tertio opponi, etiam vltra biennium, t.2. ibid. n.7

Pecunia non numerata Exceptio, etiam competit ex cauſa de præterito, tomo 2. ibid. num.8

Pecunia non numerata Exceptio non competit ex confeſſato debito in vltima voluntate, vel Codicillis: quid in tranſactione, t.2. ibid. n.10. & 11

Pecunia non numerata, ex quibus præſumatur, tom.2. ibid. num.11

Pecunia non numerata Exceptio, perpetuò competit ciuitati, t.2. p.98. n.1. Quid fiſco, ibid. n.2

Exceptiones oppoſitas contra teſtes illico debet Iudex admittere, t.1. p.239. n.7. & 8

Exceptio de crimine oppoſita contra teſtem in prima inſtantia, ea non probata, quit in ſecunda probari, t.2. p.406. n.1.2. & 3

Exceptio criminis in teſtem quo tempore de iure, etiam hodie in teſtem, opponi poſſit, t.2. ibid. n.4. & 5

Excommunicatio.

Excommunicatio oppoſita in vim peremptoriæ ad graue præiudicium, non probatur, litteris denunciatoriis, nec vno teſte & fama, t.1. p.102. n.3. 4. & 5

Excommunicationis pœna per indirectum habet locum contra Iudæos, t.1. p.61. n.15

Excommunicatus contra excommunicatum non eſt teſtis, t.1. p.402. n.6. & 7.

Excommunicantis intentio regulatur ſecundum Ius, tom.1. p.55. n.3

Præceptum Iudicis, vt quis ferat teſtimonium ſub excommunicatione, quando teneat, ibid. n.5

Executio.

Executio inſtrumenti denegatur, ſi annulletur, aut reſcindatur ſententia Iudicis, ſi ipſum inſtrumentum vulneraſſet, non autem, ſi ſuper executione, aut reuocatione, t.2. p.46. n.19. & 20

Executio Inſtrumenti non ſuſpenditur ex ſententia vulnerante illum interim quo appellatio durat ab ea contra aliquos, t.2. p.47. n.21. & 22

Exemplum.

Exemplum abſque originali, regulariter fidem non facit, t.2. p.14. n.1. & 2. & p.16. n.29. fallit, ibid. n.30. vbi quid de exemplatione.

Exemplum inuentum inter acta Iudicij, & proceſſus, probat, t.2. p.18. n.9. 10. & 11. & vbi coniecturæ concurrunt, vt ei credatur, ib. n.9. 12.13.14.15.& 16. vbi de aliis caſibus.

Exemplum traductum ex originali, quibus præiudicet, & quam probationem faciat, t.2. p.19. n.26. & 27

Exemplo fides adhibetur propter antiquitatem centum annorum, t.2. p.18. n.17. & 18

Exemplar.

Exemplar quale inſtrumentum dicatur actiuè, & paſſiuè, t.2. p.16. n.22. 23. & 24

Exemplar tranſcriptum ex originali alterius Tabellionis regulariter fidem non facit declaratur, tom.2. ibid. n.25.26. 27. & 28

Exemplar deductum ab originali priuilegio quid requirat vt probet, t.2. p.18. n.19. & 20

Exhæredatio.

Exhæredatio liberorum 12. tabul. lege permiſſa aliter poſtea, t.2. p.339. n.4

Exhæredationis liberorum materiam, qui tractent, tomo 2. p.340. n.14

Exhæredari qui & à quibus poſſint pluribus quæſtionibus remiſſiuè inſinuatur, t.2. p.347. n.15

Exhibitio.

Exhibitoria interdicta ad quid tendant; vbi de libero homine exhibendo, & de tabulis exhibendis, tom.1. p.62. n.3. 4. & 5

Titulus de tabulis Exhibendis, quæ comprehendat, & aduerſùs quos competat, & quibus, t.1. ibid. n.4. & 6

Differentiam inter titulos de tabulis Exhibendis, & ad exhibendum, ibid. n.7

Exitus.

Futura, incerta, & dubia ſunt, graueſque Exitus habere ſolent, t.2. p.421. n.3

Expoſitus.

Expoſitus quidam fuit admiſſus ad portionem cuiuſdam Cathedralis, t.2. p.199. n.30

Expoſitus tunc admittetur, vt legitimus ad officia puritatis, quando ſtatutum ſolum expoſcit, vt prætenſores non deſcendant ex Iudæis, vel Mauris, tom.2. ibid. n.31. & 32. ſecus ſi ſtatutum expoſcat, vt prætenſor procedat ex notis, & puris parentibus, ibid. n.33

Expoſitus, cui aſſiſtit præſumptio puritatis poterit iurare ſe non eſſe ex genere Iudæorum, ſeu conuerſorum, t.2. ib. num.32

Diana de Expoſitis loquens, ſubmittit ſe Iudicio Inquiſitorum, t.2. ibid. n.34

Expoſitis ſi dubitetur ortus ab vno ex duobus, quorum alter eſt impuri ſanguinis, non obtinebit, t.2. p.200. n.40

Expurgatio.

Expurgatio defuncti in fauorem vulneratis, non excuſat eum à pœna, ſi alias de delicto conſtat, t.1. p.72. n.15

F

Facinus.

FAcinus Marci Attilij refertur, t.2. p.236. n.18

Factum.

Factum ab aliquo vti Canonico reuocatur ab eodem Epiſcopo creato, t.2. p.420. n.5

Falſitas.

Falſitas commiſſa ſine vitio Notarij, non vitiat capitula ſeparata ab illa parte, in qua ineſt, t.2. p.49. n.10

Teſtium falſitas, & ſi communiter aliis non probetur, ſed inſtrumentis, t.1.p.257. n.8. fallit, ibid. n.9. 10. & 14

Falſitas teſtium vt efficacius probetur duo concurrere debent, t.1. ibid. n.11. 12. & p.238. n.13. & 14

Falſum præſumitur fabricare vtens inſtrumento falſo, t.1. p.258. n.16

Falſitatis exceptio etiam poſt ſententiam opponi quit, & quare, t.2. p.55. n.11. & 12. fallit, p.56. n.13

Falſitatis quæſtio non impedit expeditionem cauſæ, tom.2. p.70. n.9

Falſarius eſt Tabellio, qui poſuit in inſtrumento mutui pecuniam eſſe numeratam, ſi contrarium probetur, t.2. p.69. n.1

Falſum dicitur inſtrumentum, in quo Notarius ſcripſit pecuniam eſſe numeratam, ſi teſtes contrarium dicant, t.2. p.69. n.2. & 6. contra ibid. n.3. 4. & 5

Fama.

Fama vt probetur, quæ requirat, t.1. p.338. n.52

Fama duplex vna alteri contraria, vno tempore eſſe non poſſunt æqualiter, niſi apparenter, t.1. ibid. n.53. 54. 55. 56. 57. 58. & 59.

Fama duplex contraria æqua probata, neutra præualet, non eſt arbitraria, t.1. ibid. n.60. 61. & 62.

Fama duplex vt contraria alia alteri dicatur, eſt ſub diſtinctione, t.1. ibid. n.63. 64. & 65

Fama, quâ fines probantur, quibus Teſtibus probetur, t.1. p.201. n.10

Fama an matrimonium probet? t.2. p.170. n.42

Fama quale facit indicium ad torturam, t.2. ibid. n.42

Familia.

Erciſcundæ Familiæ Iudicium datur inter cohæredes, vt à communione diſcedant, & quid Iudex faciet, t.1. p.80. n.1. 2. & 5

Erciſcundæ Iudicium perſequitur rerum hæreditariarum diuiſionem, & præſtationes quaſdam perſonales: Et ad quid iſtæ ſint inductæ, t.1. ibid. n.3. & 4

Erciſcundæ familiæ Iudicio ſemel finito recurritur ad Iudicium communi diuidundo, t.1. p.81. n.6

Feudum.

Feudi natura eſt, vt non alienetur Domino irrequiſito, t.1. p.114. n.17

Fictio.

Fictio dicitur à lege. Et quæ ſit? t.2. p.121. n.7

Fictio ceſſat, vbi veritas poteſt haberi, t.1. p.103. n.2

Fictiones legum nunquid in foro conſcientiæ locum habeant, t.2. p.125. n.39. Et ad quos caſus referantur, p.126. n.43. & 46

Fictio legis non confunditur cum præſumptione, tom.2. p.126. n.40

Captus ab hoſtibus fingitur in ciuitate deceſſiſſe, tom.2. p.126. n.43

Fictio, vt ſubſiſtat non debet gignere præiudicium alicui, t.2. p.126. n.44

Fictio, vbi figit pedes, non admittit probationem in contrarium, etiam per confeſſionem partis, tom.2. ibid. num.47

Fictio quam connexionem habet cum indicio, & aliis, t.2. p.125. n.31

Fides.

Fides facit fidem, qualiter aſſumatur, t.1. p.102. n.7

Fidem eſſe hoſti ſeruandam, qualiter intelligatur, t.2. p.236. n.13. 15. 16. & 17

Fidem publicam offendens, incidit in crimen læſæ Majeſtatis, t.2. p.237. n.22

Fideiuſſor.

Fideiuſſor iurans ſoluere, adhuc habet, vt ſit excuſſo principali, ita vt nec aliter à creditore compelli queat, tom.2. p.272. n.1. 2. & 3. & quare, ibid. n.4. 5. 6. & 7

Excuſſio, quæ competit fideiuſſori, nititur æquitate, t.2. ib. n.4

Textus noſter intelligitur, t.1. ibid. n.6. & 7

Excuſſio fideiuſſor iurauit obligationem, quando locum habeat *remiſſiuè*, t.2. p.279. n.18

Fideiuſſor mutuatarij debitoris gratis intra annum, ſi poſtea ſub vſuris prorogetur tempus, liberatur, tom.2. p.428. num.16

Filia, Filiatio, Filius.

Filia in parte inſtituta, Filio mortuo, quando facit euaneſcere fideicommiſſum, ſuperſtite Nepte ex filio, t.1. p.137. num.7

Filiæ eo modo, quo filij faciunt euaneſcere fideicommiſſum, niſi voluntas teſtatori repugnet, t.1. p.129. n.3

Filiatio per confeſſionem matris probatur, licet cum iuramento, poſtea contrarium [illegible]at, t.1. p.166. n.1. & num. ſequentibus.

Filiatio, etſi ex iſta nominatione parentum, communiter non probetur fallit, t.1. p.159. n.1

Filiationis dominatio ad quos effectus poſſit, t.1. ibid. n.2

Filiatio qualiter per famam probatur, t.1. ibid. n.7

Filiationis Confeſſio extraiudicialis transfert in aduerſarium onus probandi, t.1. p.160. n.11

Filiationis conjectura, reſultat extractione fratrum & conſanguineorum, t.1. ibid. n.13

Filius præſumitur ex nominatione per Confeſſionem patris factam in Iudicio principaliter, ſecùs ſi incidenter niſi filio conueniat, t.1. ibid. n.15. & 17. Vide, ibid. n.18

Filij nominatio, vt probet, debet eſſe ab vtroque, t.1. ibid. num.16

Filiationis Confeſſio geminata probat, & in antiquis, vbi de quodam grauiſſimo caſu hic Matriti oblato circa duas filias habitas vt legitimas, & tempore matrimonij vnius ſic à patre confeſſum, qui poſtea in teſtamento aliud declarans, adiurat eius vxor qui adhuc viuit, t.1. ibid. n.18. & 20

Filij nominatio probat reſpectu legitimorum & naturalium, ſecùs in ſpuriis, t.1. ibid. n.21

Filius qui ſe legitimum dicit, tenetur id probare, & n.3. ad hæreditatem, ad beneficia, ſeu honores adipiſcendas, ſed cum diſtinctionibus, t.1. p.164. n.1. de quibus, ibid. num.6

Filius in dubio potius naturalis, quam ſpurius præſumitur, & potius ex concubitu quàm ex damnabili coitu, tom.1. p.165. n.10. & 12

Filius non præſumitur ex Sacerdotio, licet educetur à Sacerdote, t.1. ibid. n.13

Filius Lite pendente inter duos parentes ſuper filiatione ei ſuccedit, cuius ſe filium probauerit, t.1. ibid. n.16. quid quando nequit ſciri, p.166. n.17

Filiationis probatio parit duas præiudiciales actiones, t.1. ib. num.18

Filiatio vt probetur in Iudicio, quos articulos formet Aduocatus, t.1. ibid. n.19

Filiatio quando, & ad quid ex ſolo tractatu à parentibus probetur, item & eorum educatione, t.1. p.161. n.1. 2. 3. 4. 5. & 6. vbi diſti[illegible]uitur.

Filius defenditur in poſſeſſione interim quo ſuper filiatione probanda diſcutitur, t.1. ibid. n.6

Filius tractatus, vt talis defenditur contra actorem, etiamſi agat ad alimenta, t.1. ibid. n.7. 8. & 9

Filiatio non ſatis ex tractatu probatur, cum agitur petitorio, t.1. ibid. n.10

Filiatio probatur ex ipſo, quo quis ex vxore legitima etiam adultera naſcatur, ſeu ex concubina, t.1. p.162. n.15. 17. 18. & 22. fallit, ibid. n.19. 23. 24. vſque ad 29

Filius præſumitur verus natus à ſterili, quæ poſt regreſſum mariti abſentis ſtatim genuit; idem ſi ea habitaret extra domum, ad quam vir ſolebat accedere, t.1. ibid. n.30

Filius quando primi, ſeu ſecundi mariti præſumatur, tom.1. p.163. n.32

Filius non ideo, quod naſcitur claudus, præſumitur adulterinus, nec ex eo, quod aſſimiletur adulteræ, tom.1. ibid. num.33

Filiatio probatur Teſtibus, item ex opinione vulgi, ex inſtitutione filij, t.1. ibid. n.34

Filiatio, quando per librum Baptiſmi probetur, ſeu aliis modis, t.1. ibid. n.38. & 39

Filiationis probatio, cui incumbat, t.1. ibid. n.45

Filiatio probetur probato matrimonio inter tales, & de aliis, t.1. ibid. n.46. 47. & 48

Confeſſio patris contra matrem, ſeu parentum, quando Filio proſit, t.1. p.163. n.49

Filiationis probandi modus fictus ſeu verus, tom.1. p.164. num.55

Filius qualiter queat renunciare ſpem, quam habet ad Patris hæreditatem, t.1. p.124. n.18

Filia renuncians hæreditati paternæ, an excludat omninò

Monaſterium

Monaſterium; itavt poſſit Pater Filium ſuum naturalem conſtituere, t.1. ibid. n.19. 20. & 21

Filij in conditione poſiti, cenſentur vocati, t.1. p.126. n.4. 5. & 6

Filius maior fratris maioris prædefuncti repreſentat Patris perſonam, & ſuccedit in maioratu, ſeu anniuerſario, t.1. p.140. n.16

Filius quando in ſucceſſione fideicommiſſi ſuccedat in locum Patris, t.1. p.125. n.2.3. & 4

Fideicommiſſum ſi expiret quando in dubio vltimus vocatus queat diſpenſare, t.1. ibid. n.5

Adoptiuus Filius non excludit ſubſtitutum, tomo 1. p.134. n.1.2. & 3

Filius adoptiuus, an excludat vocatum in defectum liberorum, t.1. p.103. n.3. & 4

Filiorum appellatio comprehendit Nepotes interpretatiuè, t.1, p.132. n.1. 2. & 4

Filij naturales nati ex ſeruitute, in figura tamen matrimonij faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, t.1. p.132. num.1

Filij legitimati poſiti in conditione poſt fideicommiſſum iniunctum, niſi ſubſtituto præiudicant, ſecus ſi ante, t.1. p.133. n.6.,7. & 8

Filij legitimati per ſubſequens matrimonium excludunt, ſubſtitutum ſicut nati ex legitimo matrimonio, t.1. ibid. n.8. 9. & 10. etiam in articulo mortis, p.134. n.12

Filij poſiti in conditione, tam in contractibus, quàm in teſtamentis, ſunt diſpoſitiuè vocati concurrentibus conjecturis, t.1. ibid. n.13

Filia nihil accepto renuntians, qualiter læſa reſtituatur? *remiſſiuè*, t.2. p.395. n.1

Filia ingrediens Religionem, nec Monaſterium, dote accepta reſtitutionem læſionis non habet, nec reſciſſionem ex beneficio *Legis Regiæ*. t.2. ibid. n.4

Mulier accepta dote dari conſueta, allegare læſionem non poteſt, t.2. p.395

Monaſterium conqueri non poteſt de renuntiatione ingredientis Religionem, ſi ei datum fuit, quod aliis dari ſolet, t.2. ibid. n.4

Filia iam profeſſa Monaſterium non reſtituitur etiamſi Pater ea viuente moriatur, ſi fiat renuntiatio iuxta formam Concilij, t.1. p.395. n.5

Filia & Monaſterium, vbi ingreſſa fuit non reſtituitur, etiamſi poſt eius renunciationem fratres ſui morerentur in vita Patris, t.2. ibid. n.6

Filia quæ renuntiauit deſiderans ingredi Monaſterium, non prohibetur reſtitui ob læſionem, t.2. p.396. n.7

Filia renuntians bonis Paternis ex ſuperuenientia filiorum, num poſſit reuocare renuntiam, affirmant plures, negant alij, t.2. ibid. n.8. & 9

Renuntians bonis Maternis, non cenſetur renuntiaſſe fraternis, t.2. ibid. n.10

Renuntiatio per filiam facta circa bona Paterna, & Materna non extenditur ad ea quæ Pater admittit tranſeundo ad ſecunda vota, t.2. ibid. n.11

Renuntiatio hæreditatis tollit Filiæ ſucceſſionem in hæreditate Patris inteſtato morientis, t.2. ibid. n.4. & 5

Filiæ renuntiatio habet vim, vt filia non ſuccedat patri teſtato, aut inteſtato morienti, tollitque regreſſum ad Ius, quod renuntiauit, t.2. ibid. n.5

Filia renuntians ſecundum plures, ſuccedit Patre inteſtato morienti contra, t.2. p.391. n.4. niſi pater vellet eam hæredem facere, ibid. vt n.6. & 7

Reſtitutio, quæ filiæ competit ob enormiſſimam læſionem, non prouenit ratione delatæ, aut non delatæ hæreditatis, vt volunt plures, t.2. ib.n.8.& 9. ac ex alio capite, p.392. n.10. ſed ex dote accepta, vel non, ibid. n.11

Filia & ſi renunciet Iureiurando beneficio ætatis, non inquam auxilio, *Legis 2. Cod de reſcind.* tomo 2. p.302. num.10

Filiæ renuncianti, vt reſtituatur, ſufficiet dicere ſe læſam ex ſimplicitate, t.2. ibid. n.12

Filia quæ renuntiauit hæreditati paternæ; vel maternæ ſibi delatæ, mortuo, poteſt ſibi reſtitutionem petere, relaxata, iuramento, t.2. p.393. n.13

Filia, quæ renuntiauit hæreditati, vt inſtituatur Maioratus ad conſeruandam Familiam, non reſtituitur læſa præſertim ſi ipſa etiam ſit nominata inter vocatos ad maioram, & quibus modis, t.2. p.394. n.12. & 13

Renuntians exiſtentibus fratribus, ipſis mortuis, admittitur ad ſucceſſionem Patris, t.2. ibid. n.14

Filia renuntians ſub conditione, vt vno ex fratribus mortuis ſine liberis ſuccedat admittitur, t.2. ibid. n.15

Filia renuntians, exiſtentibus maſculis, ipſis mortuis, antequam Pater moritur, admittitur ad ſucceſſionem, tomo 2. p.395. n.16

Denuntiatio à Filia facta hæreditatis paternæ, in dubio ſemper præſumitur in fauorem maſculorum, quæ ipſis deficientibus extinguitur, t.2. ibid. n.17

Filio quæ renuntiauit hæreditati Paternæ facit partem cum fratribus, vt legitima accreſcat cui patri voluerit, non ſibi, & exemplificatur, tomo 2. p.397. num.9.10. 11. 12. & 13. idem de Filia dotata in forma ſtatuti, & conſuetudine, p.398. n.13. & 15

Reſtitutio ob læſionem vltra dimidiam, non competit Filiæ, quæ dotem accepit loco legitimæ. Quid ſi aliud deficiat legitimæ, t.2. p.393. n.1. & 2

Filia nequit impugnare, renuntians hæreditati paternæ ob læſionem, ſi dotem accepit de bonis Patris, t.2. ibid. n.3. Secus ſi aliunde, & quare, ibid. n.4

Filia reſtituitur læſa ex renuntiatione, ſicut minor largiens vltra medietatem bonorum donauit ſine cauſa, t.2. p.394. n.5. & 6

Filia renuntians ex cauſa iuſta, & honeſta, ſibi alioquin vtili, aut propter piam, non reſtituitur ob læſionem, ſi dotem congruam teneat, t.2. ibid. n.8.9. & 10

Filia non reſtituitur renuntians ob læſionem, ſi renuntiatio facta fuit fratri, ac patruo, t.2. ibid. n.10

Filia, quæ renuntiare promiſit, nec renuntiauit adhuc eum iuramento obligatur, t.2. p.401. n.21. & 25. & alij contra, ibid. n.24

Renunriatio, & promiſſio renuntiandi differunt, tom.2. p 401. n.12. & 13. Quid ſi iuretur promiſſio, ibid. n.25. Explicatur contrarium, p.402. n.18. & 19

Filia, quæ iurauit ſi renunciauit hæreditati, aſpirare nequit ad ſucceſſionem hæreditatum, quibus renuntiauit, t.2. p 387. num.10

Filia, quæ accepta dote renuntiauit hæreditati cum iuramento, nequit impugnare renuntiationi, ſiue acceperit ante, vel poſt nuptias, t.2. ibid. n.11

Reſtitutio Filiæ enormiter læſæ, propter renuntiatam hæreditatem paternam, quando concedatur, t.2. p.389. n.7. & ſeqq. ſed ſub diſtinctione, ibid. n.12

Filia non dotata, ſi renuntiet ex forma ſtatuti, nec aliud receperit, facit ſibi partem, t.2. p.398. n.13. & 14

Portio Filiæ renuntiantis, non accreſcit fratribus, t.2. ib. n.16

Filia renuntians, vel ſtatuto excluſa admittitur, ſi alter exhæredetur, t.2. ibid. n.17

Filia renuntians, aut ſtatuto excluſa ſuccedit alteri ex fratribus decedenti ſine liberis, t.2. ibid. n.18

Filia renuntians, ſi fratres propter quos renuntiauit eſſent mortui, admittitur ad ſucceſſionem, t.2. ibid. n.19

Filia ſtante ſtatuto, vt dotata non ſuccedat deficientibus maſculis admittitur, t.2. ibid. n.20

Iuramentum Iudæi renuntians paternæ hæreditati, num ipſum conſtringat, t.2. p.398. n.21. & 22

Filia renuntians hæreditati paternæ, intelligitur iuramento certiorata de beneficio Vellaiani, t.2. p.399. n.24

Legitimæ ſupplementum debetur Filiæ reſciſa renuntians ex capite læſionis, t.2. p.400. n.11

Filia minor, quæ accepta dote renuntiauit hæreditati, etiamſi tacuit per decennium, non petens reſtitutionem læſionis, auditur poſt, vt, t.2. ibid. n.12. & 13. & de ratione, ibid. num.15

Actio mota ad petēdam reſtitutionem à Filia dotata aduerſus læſionē oritur in annos 30. à morte Patris, t.2. ib. n.13. & 14

Legitimæ quæſtio ante mortem Patris non habetur, tom.2. ibid. n.14

Filia renuntians fratribus ſine conſenſu Patris, verius eſt, vt non ſit obligata, t.2. p.391. n.1.2. & 4

Filia renuntians hæreditati paternæ, verius eſt vt competenter dotata, non poſſit petere ſupplementum legitimæ, tom.2. p.388. n.1. & 2

Renuntiatio Filiæ facta, patre ſtipulante, ſucceſſionis matris, aut fratris abſentis valet, ſi dotem accipiat, dum nuptui traditur. Et explicatur Antonius Faber, t.2. p.407. n.40. & 41

Filiatio inter duas matres diſceptantes præſumitur pro poſſidente, t.2. p.154. n.15

Filia renuntians poteſt infringere renuntiam, quando pro vnica dote conſtituta ex bonis paternis renuntiauit bonis, Matris, Aui & Fratris, t.2. p.397. n.8

Filiafamilias de dote aduentitia poteſt diſponere ſine interuentu Patris, t.2. p.414. n.10. & 11

Donatio Filiæfamilias inter viuos eſt valida, cum agitur de dote aduentitia, in qua Pater non habet vſumfructum. Quid de donatione locorum nuptialiū, t.2. ibid. n.11. & 13

Præterita Filia dicitur ea, quæ inſtituta fuit, non vt decet, aut exhæredata, quid olim, t.2. p.401. n.17. & 18

Filia renuntians, matre etiam tutrice ſtipulante, obligatur, & etiamſi mater in gratiam liberorum eam renunciationem extorſerit, t.2. p.408. n.43. & 44

Filia renuntians hæreditati paternæ ; etſi legitimæ videatur renuntiaſſe, non inquam alimentis, t.2. p.388. n.4
Filius in cauſa, vbi pater ſe gerit procuratorio nomine quando admittatur teſtis, t.1. p.297. n.5
Filius Patris rebellis, quæ bona & iura amittat : & quæ non, t.1.p.28.n.16.17.18.19.20.23. & p.29. n.27
Renunciatio matris, verius eſt, vt non noceat Filiis, vt veniant, ad hæreditatem, t.2. p.390. n.18. & 19
Filij ex propria perſona ſuccedunt, qui renunciaſſe non videntur Aui hæreditati eo quod ipſorum mater renuntiaret, t.2. ibid. n.19
Renunciatio matris non præiudicat Filiis hæredibus illa præmortua, t.2. ibid. n.20
Filius nonnullis de cauſis non tenetur alloqui nec ſubuenire parentibus, nec tunc indiget abſolutione à iuramento præſtito de his non ſubueniendis, t.2.p.290. n.15
Filij deficientes in reuerentia, & obedientia parentibus exhibenda, mortaliter peccant, niſi ex cauſa excuſentur,t.2. ibid. n.16. & 17
Filiusfamilias accipiens mutuum naturaliter obligatur, t.2. p.380. n.28
Macedonianum Senatuſconſultum primario indultum eſt pro Filiisfamilias, t.2. ibid. n.29
Filius emancipatus qui iurat non petere alimenta à patre emancipato, non adſtringitur iuramento, ſi laboret inopia, t.2. p.389. n.6
Filius contra Patrem teſtis admittitur in crimine hæreſis, t.2. p.184. n.11
Filius denuntiare quando teneatur patrem hæreticum,tom.2. p.185. n.12. 13. & 14
Legitima eſt pars ſucceſſionis abinteſtato, t.2. p.388. n.2
Filius ſimpliciter agnoſcens legatum minus legitima, non videtur renuntiare legitimæ, t.2. ibid. n.3
Filius mortuus repertus in lecto Patris, præſumitur caſu mortuus, vel aliqua culpa, non dolo, ob id pœna eſt arbitraria, t.2. p.152. n.2
Filius poſſidens hæreditatem decem annorum ſpatio, præſumitur eſſe cum iuſſu Patris antecedendi, t.2. p.169.n.15
Alloqui Filius quando cum patre teneatur ſub peccato mortali, t.2. p.289. n.13. fallit, p.290. n.14. & 15
Filij tenentur ſubuenire parentibus, & in quibus, t.2. p.289. n.10.11. & 12
Filij teſtimonium valet, ſi à partibus, non impugnetur, t.1. p.301. n.40
Filiusfamilias libere poteſt diſponere in illis bonis, in quibus Pater non habet vſumfructum, t.2. p.414. n.12
Finium regundorum actio, ſeu Iudicium
Finium regundorum actio & inſtituta, vt veteres termini reſtituantur, vel ſi non apparent dirigantur. Et quo ordine Iudex officium ſuum impertietur, t.1.p.78. n.6.7.8. & 9
Probare quid debeat agens iudicio Finium regundorum. Et qualiter fines probentur, ſeu Iudex procedet, cum non diſtinguuntur, t.1. ibid. n.7.8.& 9
Finium regundorum iudicio, qui occupat fundum, aut eius partem, non ſpectatâ Iudicis ſententiâ punitur amiſſione, t.1. p.79. n.10
Finium regundorium actio quibus, & contra quos competit, t.1. ibid. n.11
Finium regundorum Iudicium eſt reale, & perſonale, & qualiter adiudicatio fiat in illo,t.1.ibid.n.12.& 13
Finium regundorum actio eſt bonæ fidei, t.1. ibid. n.13
Finium regundorum motores lege agrariâ vltrà pœnam legis legis Ciuilis puniuntur pœnâ pecuniariâ, & pœnâ relegationis de reſcripto D.Adriani, t.1. ibid. n.14. & 15
Finium regundorum accuſatio non tollit ciuilem actionem, nec ab ea tollitur, t.1. ibid. n.15
Finium regundorum Iudicio, aliquando fit condemnatio ad pecuniæ præſtationem, t.1. p.76. n.10
Fiſcalis.
Fiſcalis tenetur oſtendere ius ſuum indubitatum, t.1. p.206. num.6
Fœmina.
Fœmina iurans fideiubere non obſtante Vellaiano, qualiter excuſetur à iuramento,t.1.p.274.n.4.& 5.*vide* p.275.n.10
Poſſunt fœminæ habere ius ex priuilegio Apoſtolico conferendi beneficia, t.1. p.366.n.4
Fornicatio
Fornicationis cauſa recepta, ſiue promiſſa, nunquid valeant, t.2.p.263. n.45
Fornicatio qualiter per teſtes probetur, t.2.p.176.n.10
Frater.
Frater pro fratre, aut contra fratrem, nunquid teſtis admittatur in ciuilibus, aut criminalibus, t.2. p.183. n.1. 2. 3. & 4. Et quid pro defenſione, & in crimine hæreſis, p.184. n.5. 6. 7. 8. 9. & 10
Frater qui confitetur ſponte hæreſim ſuam, & de fratre idem dicit, & poſtea negat, nunquid ſuſtineatur in primo dicto, t.2. p.287. n.20. & 21
Frater pro fratre admiſſus teſtis qualiter probet vbi de teſte inhabili pro defenſione, t.2. p.184. n.9
Frater deponens contra fratrem in hæreſi non plenè probat, t.2. ibid. n.10
Fructus.
Fructus debens nequit ſe componere cum capitulo; Quid cum ſacra pœnitentiaria, t.2. p.253. n.44. & 45
Fur
Fur inuentus ſine auriculis, non eo præſumitur taliter famoſus, vt pœnâ ordinariâ plectatur abſque aliis adminiculis, t.2. p.152. n.5. & 6
Fur furans in Caſtris, quali pœnâ plectatur, tomo 2. ibid. num.6
Latrones, & Fures qualiter differant quoad pœnas, tomo 1. p.17. n.10. & 11
Fures de ſe confeſſi poſſunt interrogari de Sociis, & Receptatoribus, t.1. p.16. n.1
Fuga
Fuga qualem præſumptionem faciat delicti remiſſiuè,tom.2. pag.154. n.1

H

Hæres.

HÆres iurantis contractum, tenetur ad contractus obſeruantiam, non ad iuramentum, t.2. p.291. n.3. & 4. Et quid ſi contractus aliàs nullus iuratus ſit, à defuncto, p.292. n.10
Hæres iurantis vſuras ſoluere, non tenetur eas ſoluere, t.2. p.292. n.5
Hæredes non ſeruantes contractum iuratum defuncti, non ſunt periuri, t.2. ibid. n.6.7.8. & 9
Hæres iurantis qualiter ad pœnam queat conueniri, tom.2. p.299 n.17
Hæres iurantis, ſi laicus eſt, conuenitur coram laico, tom.2. p.297. n.1. & 2
Hæres eius, cui iuratum eſt, poteſt compellere iurantem ad obſeruantiam contractus coram Eccleſiaſtico, t.2. ibid. num.3
Hæres inſtitutus ab ingrediente Religionem verius eſt vt conſequatur hæreditatem, ante Monachi mortem naturalem, t.1. p.114. n.2. & 3. & etiam nulla data differentia inter monaſterium bonorum capax aut incapax,p.115. num.5
Hæredis perſona cenſetur nominata in omni diſpoſitione hominis ſimpliciter facta, etiamſi adiecta fuerit dictio taxatiua, t.2. p.90. n.47
Hæreditas.
Hæreditas duarum quarum quælibet mater dicitur infantis quo pacto ei pertineat expenditur, t.2. p.153.n.1.2.3.4.5. 6. 7. & 8
Hæreditas pignus, & funeralis portio diuiditur inter poſſeſſores eiuſdem temporis, intelligitur, tomo 1. pag.142. num.1
Hæreditates quæ deferuntur filiis rebellibus, non applicantur Fiſco, t.1. p.28. n.13. & 19. ſecùs de hæreditate, quæ erat illius rebellis, ibid. n.15
Grauatus reſtituere Hæreditatem poſt mortem, ſi deſcendens Teſtatoris ſit,intelligitur ſi ſine liberis deceſſerit,t.1.p.127. n.4. Limita *remiſſiuè*, p.128. n.5
Hæreſis.
Hæreſis ex diuerſis actibus, & per teſtes ſingulares, quomodo probetur ad pœnam, t.1. p.346.n.20.21. 22.& 23.& cum diſtinctione, p.347. n.27.28.29.30.& 31. Quid in Hiſpania, Luſitania, & Romæ, ibid. n.31.& 32.& p.348.n.41. & 42. vbi de Simonia, & vſura.
Hæreticus, ſeu Iudæus ad pœnam ordinariam criminis ſatis quis probatur duobus conteſtibus omni exceptione maioribus, t.1. p.348. n.35. 36. 37. 38. 39. & 40
Hæreticus.
Hæreticus impœnitens aduerſus quem accuſatione proceditur, pœna ordinaria punitur, ſi deficit in purgatione, t.2. p.138. n.31
Hæreticus, ſiue Iudæus in crimine læſæ Majeſtatis, Simoniæ, & aliis, rectè Teſtis admittitur, tomo 1. pag.293. n.1. & 2
Hypotheca.
Stipulatio, donatio, Hypotheca, ſeu quiuis alius contractus, fieri non poſſunt ſuper hæreditate viuentis, diuidenda poſt eius mortem, &c. t.2. p.410. n.17
Hypotheca generalis non comprehendit quæ ex viuentis hæreditate ad ſe inde peruenerunt, t.2. ibid. n.18

Homicidium.

Homicidium præſumitur malo animo,cum conſtat de facto, t.2. p.161. n.31

Interrogatus de Homicidio, non tenetur fateri ſi non peccauit in committendo, t.t. p.23.& 24.n.1

Homicidium, qui dicit commiſiſſe, ad ſui defenſionem, quando pœna ordinaria puniatur, tomo 1. pagina 24.n.2. 3. & 4

Allegans commiſiſſe Homicidium ad ſui defenſionem,qualiter id probet remiſſiuè, t.t. ibid. n.5

Ordinandus, cui obijcitur Homicidium in quo incidenter punitur, t.t. p.20. n.4

Homo.

Homo liber pignorari non poteſt, t.2.p.270. n.4.6. & 7

Homines liberi obſides dari non prohibentur: & quomodo, ibid. n.5.6. & 7

Homo quilibet non præſumitur liber, t.2. p.193. n.17

Homo nunquid ſit Dominus membrorum ſuorum, vel vitæ ſuæ, t.2. p.71. n.1.2.3.4.5.6. & 1

Honeſtas.

Honeſtas ſeu inhoneſtas quibus probetur, tomo 1. pag.191. num.2

Honor.

Honor, qui à filiis parentibus præſtari debet, in quibus conſiſtat, t.2. p.269. n.5.6. 7.8.9. & 13

Hoſpes

Hoſpes contra ſtabularium, quando vt teſtis poſſit deponere, t.1. p.175.n.1. 2. 3. 4. & 5

I

Ieiuni.

Ieiuni de honeſtate tantum debent eſſe baptizantes, chriſmantes & iurantes; de calumnia, t.1.p.215. n.5

Ieiuni debent eſſe conferentes Ordines ſacros ſumentes Euchariſtiam, t.1. ibid. n.6

Ieiunus quando quis reuera dicitur, tomo 1. pagina 216. num.8

Ieiuni maiorem retinent memoriam, t.1. ibid. n.11

Incertitudo.

Incertitudo non vitiat diſpoſitionem de Iure Ciuili, t.2.p.88. n.20.& 24.quid de Iure Canonico, ibid.n.21.22.23.& 26. plures diſtinguntur caſus.

Incertū in cōtractibus, quid propriè dicatur,t.2.ib.n.21 & 22

Incertitudo in verbo diſpoſitiuo ex parte Promiſſoris vitiat contractum, t.2. ibid. n.26. & 27

Incertitudo circa perſonam hæredis,legatarij, aut alterius honorati vitiat diſpoſitionem, t.2. p.89.n.28

Incertitudo in genere generaliſſima vitiat diſpoſitionem, & in genere ſubalterno, t.2. ibid. n.29. & 30

Incertitudo in genere, quæ non habet fines determinatos vitiat diſpoſitionem, extenditur, t.2.ibid. n.31.& 32.defenditur,ibid.n.36.contra aliam ſententiam, ib.n.33.34. & 35

Incertitudo vitiat diſpoſitionem circa factum,vel rem ædificandam, t.2. ibid. n.37.fallit in cauſa pia,p.90.n.38

Incertitudo verificanda in aliquo futuro euentu, vitiat diſpoſitionem, t.2. ibid. n.42

Incertitudo non vitiat diſpoſitionem ex parte deditoris, t.2. ibid. n.43

Incertitudo ex parte Creditoris, cui fiat promiſſio non vitiat contractum, t.2. ibid. n.44

Incertitudo circa tertiam perſonam nominandam per creditorem non vitiat obligationem, tomo 2. ibid. Declaratur, ibid. n.45. & 46

Incertitudo ex in genere inferiori, quod poteſt verificari ex pluribus differentibus numero non vitiat diſpoſitionem, t.2. p.91. n.48

Incertitudo in verbo executiuo, non vitiat diſpoſitionem, t.2. ibid. n.49

Incertitudo pauperum fauore,non vitiat relictum,t.2.ib.n.51. vt qualiter fiat eius diſtributio, ibid. n.52

Incertitudo quando iuxta iura vitiat diſpoſitionem, intelligitur,cum agitur de contrahenda,vel inducenda obligatione; ſecus de ea diſſoluenda, t.2. ibid. n.53

Infamia

Infamia facti notatus, licet in ciuilibus Teſtis admittatur,t.1. p.398. num.11. fallit in arduis cauſis, & magni præiudicij, p.399. n.15.15 17. 17. & 18

Infamia iuris quæ ſit, t.2. p.398. n.13

Infamia facti, quæ dicatur, t.1. p.399 n.14

Infamia alia legalis, alia Canonica, & quæ iſtæ, t.1. p.403. num.2

Infamis olim, qui ex tempore deſinit eſſe talis,quando teſtis eſſe poſſit, t.t. p.407.n.8.9.10. & 11

Infamis cōtra infamē non teſtificatur, t.1.p.402.n.5.6.7.& 8

Infames infamia Iuris teſtes non admittuntur: quid de infamibus infamia facti, t.1. p.398. num.7. 9. 10. 11. & 12

Infamis per Principem, quit teſtitui, vt teſtis ſit, t.1. p.407. n.12. 13. & 14

Inimicus.

Inimicus recenter reconciliatus Teſtis non admittitur, t.2. p.293. n.6

Innocens.

Innocens propriè appellatur, qui nunquam deliquit, tom.1. p.414. n.5

Inſtantia.

Inſtantia perempta non periit effectus perfectus eius, quid in cauſa criminali tranſactione partium, tomo 1. pag.262. n.4. & 5.

Inſtantia perempta non pereunt litis ordinatoria inter eaſdem perſonas,& in eadem cauſa, t.1.ibid.n.6.7. & 8

Inſtantia rei integrari poteſt ex nouis probationibus per actorem quando reus ab illa fuit abſolutus, t.1. p.206.n.6

Inſtitutio.

Inſtitutio Nepotis, an fiat, ſi eius Pater, hoc eſt Filius Aui ingreſſus ſit Religionem iuxta formam, *l. Gallus, ff. de Lib. & Poſth.*

Inſtrumentum.

Inſtrumenta dicuntur communia, aut ratione dominij, aut vtilitatis, t.1. p.52. n.20

Producens inſtrumentum in actis cauſæ, ſi poſtea illud retrahat poteſt cogi ad illius exhibitionem qui de ſubſtrahente probationes, vel occultante acta producta & de aliis multis, t.t. ibid. n.22. & ſeqq.

Inſtrumentum de quo fit mentio in libello, quo tempore ſit edendum, t.1. p.54. n.2. 3. & 4

Inſtrumento antiquo creditur,& quare dicatur, tom.1.p.198. n.14. & 18. nouem modis diſtinguitur.

Inſtrumenta antiqua, quando dicantur, t.1.p.198. n.15.16. 17. & 18

Inſtrumentum eſſe à Tabellione ſcriptum,& confectum,qualiter in antiquis præſumatur, t.1. ibid. n.18

Edere Reus Inſtrumenta non tenetur conductoribus gabellarum, t.1. p.58. n.6. Quid in praxi, Ibid.

Edere non tenetur Reus Actori inſtrumenta in cauſis piis: niſi expreſſum reperiatur de iure, tomo 1. ibid. num.7 & p.59

Edere Inſtrumenta communia, aut aliena poteſt quis cenſuris compellere,non item propria etiamſi generalis excommunicatio vulgò paulina lata ſit contra occulantes inſtrum. t.1.p.54. n.1. & p.55. n.2. & 4

Edere idem ſignificat aliquando quod exhibere, aliquando in medium proferre, & ad quid inſtrumenta edantur,p.51. num.2

Editio in quo differat ab exhibitione, t.1. ibid. n.3. & 4

Reus qui non tenetur edere Inſtrumenta, tenetur tamen ea exhibere, alias condemnatur ad intereſſe.t.1.ibid. Et quæ teneatur edere, p.52. n.10. & 17

Loci mentio fit in inſtrumentis publicis, t.t.p.189. n.14

Teſtes Inſtrumentarij debent eſſe præſentes, t.1. ibid.n.25

Solemnitas extrinſeca Inſtrumenti non præſumitur, niſi præſtet fidem de ea Tabellio, t.1.ibid. n.25. declaratur, ibid. n.28. 29. & 30

Edere tenetur tertius Inſtrumenta, niſi inde præiudicium patiatur, t.1. p.56. n.1

Edere filius tenetur Inſtrumenta, t.1. ibid. n.2

Edi quando habeant Inſtrumenta communia ratione vtilitatis à Reo.Et quid à Notario, ibid. n.3.4.5.6. & 7

Exhibendum eſt Iudici integrum Inſtrumentum,ſed aduerſario danda eſt tantùm copia Capituli, quo producens vtitur: t.1. ibid. n.8. Quid in praxi, p.57. n.9

Pœnitere nequit qui ſemel Inſtrumentum præſentauit in Iudicio, t.1. p.57. n.10

Exhibere protocollum cogendus eſt ad petitionem partis præmiſſo iuramento ab eo, qui illud habet, t.1.ibid. n.12.

Tabellio vtcumque tenetur Inſtrumentum exhibere,tomo 1. ibid. n.13

Edere tenentur Tabelliones, & Notarij Inſtrumenta,ſicut argentarij tenebantur, t.t. p.60. Et quid de eorum hæredibus, ibid.n.10.& 11. ſeu in legatariis, n.12

Edere tantùm Inſtrumenta rationum Curatores,Procuratores, & negotiorum geſtores tenentur, t.1. p.61. n.13

Edere tenentur Iudæi vſurarij,t.t.ibid.n.14.15. & 16

Edere non tenentur Inſtrumenta,Nautæ,Caupones,& ſtabularij, t.1. p.59. n.3. & 4

Nummularij, ſeu Menſularij, qui, t.1. p.60. n.5. & 7. & an teneantur edere Inſtrumenta Actori, ibid. n.6

Edere Reus Inſtrumenta Actori, non tenetur, etiamſi ad id compellatur per viam denunciationis Euangelicæ, t.1p.55. n.6.8. & 10

Index Rerum,

Occultando Reus inſtrum. Actori, an peccet, tom.1. ibid. n.7. & 8

Edere tenetur Reus Inſtrumenta ad fundandam Actoris replicationem, t.1. ibid. n.1

Edere tenetur Reus Inſtrumenta fiſco in ciuilibus: Et quid in criminalibus, t.1. ibid. n.2. & p.58. n.3.4. & 5

Inſtrumentum nequaquam reaſſumi quit: niſi ex protocollo habente requiſita, t.2. p.118. n.6. & 8

Inſtrumentorum alia publica, alia priuata, & quæ, t.2.p.4.n.2. 3.4. & 5. & quorumlibet plures ſpecies, ibid. n.6

Publici Inſtrumenti ſpecies protocollum originale, Authenticum exemplar, t.2. ibid. n.6

Publica Inſtrumenta diuiduntur in iudicialia, & extraiudicialia, t.2. ibid. n.7. & 8

Priuati Inſtrumenti ſpecies, & Appocha, Antapocha, Singrapha, Libellus rationum, Epiſtola, & quæ, tom.2. ibid. n.9.10. 11.12. & 13

Inſtrumentum publicum fidem facit plenam, tom.2. ibid. n.14. & 16

Inſtrumentum priuatum regulariter fidem non facit in iudicio, t.2. ibid. n.15

Inſtrumentum publicum quando dicatur redactum in publica forma, tom.2. ibid. num.17. & 18. & p.5.n.19.20. 21. 21. 23. & 24

Inſtrumenti nomine comprehenditur omcis ſcriptura facta de quocumque hominum actu, t.2. p.5. n.25

Inſtrumenti nomine comprehenditur omnis ſcriptura priuata teſtibus, & ſubſcriptione munita, t.2. ibid. n.26

Inſtrumentum probat etiam quæ ſub expreſſis tacitè, aut directè comprehenduntur, ita vt in eis executioni mandetur, t.2. ibid. n.27

Inſtrumentum, quod continet aliquid factum, quando executionem habeat, t.2. p.32. n.1

Inſtrumentum, in quo debiti cauſa deducta non eſt, non habet executionem paratam, t.2. p.33. n.3

Executio Inſtrumenti an fiat facta liquidatione accepti antequam addati partitas perueniatur, t.2. ibid. n.4.5. & 6

Inſtrumentum productum in iudicio ante litis conteſtationem, non probat, niſi poſt eam reproducatur cum partis citatione, t.2. p.57. n.1. & 2. quid ſi tale Inſtrumentum fuit impugnatum, ibid. n.3

Inſtrumentum validare, vt de iure valeat, pertinet ad officium Notarij, t.2.p 118.n.13

Inſtrumentum repertum in faſciculis, aut in aliis paruis foliis, ſi careat ſubſtantialibus, nequit reaſſumi, vel ſic repertum vix legatur, t.2.ibid. n.14. & 18

Inſtrumentum extractum ex protocollo occultato, vel quod non reperitur petitum, exhiberi non probat, niſi probetur caſu amiſſum, t.2. ibid. n.17. & 18

Inſtrumenti publici authoritas competit ex confectione Notarij, ſeu Tabellionis authoritate publica conſtituti per Principem, t.2. p.102. n.14. & 15. & probatio producenti competit, ibid. n.16

Falſitatis Inſtrumenti objecta, debet ab objiciente probari, t.2. ibid. n.17

Inſtrumentum nullum, facit nulla in eo contenta, t.2. p.13. num.5

Inſtrumentum reaſſumptum concordans cum protocollo, ſed repugnans matrici, non probat, t.2.p.118. n.4

Inſtrumentum guarentigiatum aliquo modo offuſcatum non meretur executionem, t.2. p.45. n.12

Inſtrumenti executio non ceſſat ſecundùm aliquos ex eo, quod ipſe creditor illum impugnaret, t.2. ibid. n.13. & quod in tali dubio fuit electa pecuniæ depoſitio apud terminum, p.46. n.15

Executio Inſtrumenti cenſualis per hæredem grauatum, qualiter oppoſito de nullitate, ceſſet, t.2. p.46. n.16

Cenſum bullarem redimens à manu hæredis grauati, quando deſinat liberari ab executione, t.2. ibid. n.15

Inſtrumentum regulariter fidem non facit, ſi prius per Notarium redactum non ſit in libro Protocolli, t.2. p.118. num.9

Inſtrumentum in aliqua parte falſum, verius eſt, vt non totum præſumatur falſum, t.2. p.48.n.1.2.3.4.& 5. & à n.6. idem ſi falſitas ſit in acceſſoriis, ſeu eſſet præſumpta, p.49. n.7. 8. & 9

Inſtrumentum emendatum in corpore, & ante ſubſcriptionem cum fide emendæ à Notario factæ, valet; ſecus ſi in margine, t.2. n.26. fallit, ibid. n.27

Inſtrumentum falſum in vna parte, non in totum improbatur, niſi falſitas per ſe totam fidem adimat inſtrumento, t.2. p.49. n.11. & 14

Lectum fuiſſe Inſtrumentum partibus, & teſtibus non præſumitur, niſi caueatur per Notarium in ipſo lectum eſſe, t.2. p.35. Quid de ſigillo, ibid. n.21

Inſtrumenta publica, vt hodie exequi poſſint à quo Tabellione debeāt eſſe confecta, t.2.p.29. n.1 2.3.4.5.6.7.8.& 9

Inſtrumenta publica de Iure Ciuili executionem paratā non habet, t.2.p.30.n.10.fallit, ib.n.11.quid ſi habeant guarentigiam, ibid.n.12. & 13.tam de Iure Ciuili, quam Regio, ibid. n.14. & 15

Inſtrumenta guarentigia, vt exequi poſſint, debent habere certam quantitatem, t.2.ib.n.16.17.& p.31.n.18.19.& 20

Inſtrumentum habens clauſulam guarentigiam, & certam quantitatem, ſed non liquidam, qualiter exequi poſſit, t.2. p.31. n.25. & 32

Inſtrumentum guarentigiatum conceptum ſub conditione, vel in diem nequit executioni mandari, etiamſi hæc tantum ſubintelligantur, t.2. ibid. n.23.24. & 25. vbi declaratur, & vt exequi valeat, quid actor probet, ibid.n.27

Confeſſio Inſtrumentalis de dote exequi poteſt, t.2.ibid.n.25

Inſtrumentum ſocietatis finita ſocietate, exequi poteſt, præcipuè liquidatione facta, vel de conſenſu partium, t.2.p.32. n.28. 29. & 30

Inſtrumenti executiui formula pro cauſis pecuniariis, & de aliis remiſſiuè, t.2. ibid. n.31

Inſtrumentum primò collocatum in protocollo, præſumitur antiquius, t.2. p.76. n.11

Producens Inſtrumentum in Iudicio, regulariter illud impugnare nequit, t.2.ibid. n.12.& 13. fallit quoad præiudicium tertij, ibid. n.14. & 15

Scriptura minus ſolemnis, an probet contra producentem, t.2. p.76. n.14

Producens Inſtrumenta apud acta, videtur contenta in eo approbare, t.2. ibid. n.15. fallit, ibid. n. 17. 18. & 19

Producens Inſtrumentum proteſtans id fieri inquantum pro ſe facit, & non aliter an hoc ſibi proſit, t.2.p.77.n.23

Proteſtatio circa Inſtrumenta producta in iudicio, in quibus proſit, & in quibus non, tom.2. ibid. n.27. 28.29. 30. 31. 32. & 33

Productio inſtrumenti apud acta, probat in actis iudicialibus, t.2. ibid. n.34.& qualiter, p.78. n.38. & 39

Productio Inſtrumenti teſtibus probatur, t.2. ibid.n.39

Adam dicitur protoplaſma, t.2. p.118. n.29

Stephanum dicitur Protomartyr, quia primus poſt Chriſtum, t.2. p.119. n.21

Inſtrumentum redigi in mundum dicitur, quando ponitur in protocollo, t.2. ibid. n.22

Inſtrumentum repertum in faſciculis, liſtis, aut Baſtardello, ſi in abbreuiaturis non continet diem, locum, & teſtes, aut contractus ſubſtantiam, non reaſſumitur. Declara, t.2.ibid. n.23.24. & 25

Inſtrumentum repertum, ligatum in faſciculis, &c. ſi continet diem, locum, contractum, &c. reaſſumi poteſt, adhibitâ cauſæ cognitione, t.2. ibid. n.25

Inſtrumentum repertum in folio ſeparato ab abbreuiaturis, ſed continens ſubſtantialia, vt hic reaſſumi poteſt; idem ſi reperiatur in ſcheda: fallit ſi reperiatur, t.2.ibid.n.26.& 28

Inſtrumentum repertum in ſcheda, abbreuiatura, Baſtardello, &c. melius reaſſumetur iudicis arbitrio, tomo 2. ibidem num.27

Inſtrumenti reaſſumptio, vt rectè fiat, debet fieri exemplatio vnà cum additionibus, intereſſe actionibus, & cancellationibus *ibi* exiſtentibus, t.2. ibid. n.29

Notarius reaſſumens Inſtrumentum Notarij mortui, nequit abbreuiaturas extendere, ſed tantùm tranſcribere, tom.2. ibid. n.30

Reaſſumptionis materiam in Inſtrumentis qui tractant? t.2. ibid. n.31

Emendatio Inſtrumenti non præſumitur, quando littera eſt omnino ſimilis, t.2. p.50. n.28

Inſtrumenta poſſunt in iudicio produci poſt publicatas atteſtationes, t.2. p.59. n.1.& 2. & quæ differentia Teſtium, ibid. n.3. & 4

Teſtes publicatis atteſtationibus poſſunt produci, ſi vnà cum Inſtrumentis producantur, t.2. ibid. n.5

Inſtrumenta poſt concluſum in cauſa, regulariter nequeunt produci, t.2. ibid.n.6. fallit, p.60. n.7.8.9. & 10

Inſtrumenta, ſub qua forma producantur in cauſa publicatis atteſtationibus, vel poſt concluſum in cauſa, t.2. ibid. n.12. & 13

Inſtrumenta per Procuratorem nequeunt produci poſt concluſum in cauſa, abſque ſpeciali mandato, t.2. ibid.n.14

Inſtrumentum non veroſimile non probat, tomo 2. pag.68. n.16. & 17

Inſtrumentum, quando reddatur falſum, ſi teſtes inſtrumentarij examinati, ei contradicunt. Et quando ſi reſpondeant ſe non recordari, ſi fuerunt præſentes eius confectioni, t.2. ibid. n.18. & 19

Falſitas Inſtrumenti poteſt teſtibus probari, & quod illi deeſt, t.2. p.67. n.6

Voci viuæ plus creditur, quam mortuæ, t.2. ibid. n.7

Probatio

Probatio per teſtes eſt naturalis, & Iure diuino inuenta. Per Inſtrumenta eſt de Iure poſitiuo inuenta, t.2. p.67. n.8

Inſtrumentum, quæ aſſertiuè, & diſpoſitiuè, & quæ enuntiatiuè partes ſenſerunt, probat, t.2. p.5. n.29. fallit, ibid. n.30. 31. & 32

Inſtrumentum quod ex omnibus fide dignis conſtat, appellatur probatio probata, t.2. ibid. n.33

Inſtrumentum vt probet continere debeat, t.2. p.6. n.35.36. 37. 38. & 39

Inſtrumentum vt probet debet continere rem veriſimilem, t.2. ibid. n.40. & 41

Inſtrumenti Cancellatio quando eius fidem minuat, t.2. ibid. num.42

Producens Inſtrumentum, totum approbaſſe videtur, tam in diſpoſitiuis, quàm in narratiuis, & enuntiatiuis, t.2. ibid. n.43. & 44. etiam ſi proteſtabis, eſſet eo vti aliqua parte, ibid. n.45

Inſtrumentorum appellatione teſtes continentur, tom.2. ibid. num.46

Ordo literæ in Inſtrumentis quem præferat, creditorum, t.2. ibid. n.47. p.7. n.48

Inſtrumentum confectum eſſe manu Notarij probatur per comparationem litterarum, t.2. p.105. n.17. & 18

Inſtrumenta publica, vt exequi valeant, debent poſt eorum confectionem legi à Teſtibus, t.2. p.34. n.16.17. & 18.

Traductio Inſtrumenti, vt benè fiat, requirit citationem, & alia, de quibus in hoc, t.2. p.103. n.34.35. & 36

Authenticum Inſtrumentum quare ſic dicatur, t.2. p.15. n.7. 8.9.10. 11. & 12. vbi vocatur originale, & protocollum, ibid. n.13.14.15. & 16

Inſtrumenta condita à Notario creato ab imperatore, vel à Pontifice, vbique probant. Quid de creato ab habente Poteſtatem Pontificis, imperatoris, ſeu alterius communitatis, t.2. p.104. n.9. & 10

Inſtrumentum priuatum recognitum à parte, ſi conſtat debitum ex eo iam eſſe præſcriptum, non exequitur, tom.2. p.27. n.24. fallit, p.28. n.26

Inſtrumentum inualidum, quit validari ex ſtatuto, vel conſuetudine, t.2. p.65. n.1. 2. & 3

Inſtrumentum ab excommunicato factum, num. valeat, t.2. p.70. n.8

Inſtrumentum confectum inter duos ſolùm facit præſumptionem contra tertium, t.2. p.12. n.2

Inſtrumentum, de quo Notarius dicit ſe vidiſſe aliud, ad quod ſe refert, quando probat, t.2. p.116. n.11.12.13.14. & 15

Inſtrumentum vt probet, debet quid certum continere ſub oratione perfecta, aliàs per relationem ad aliud non probat, niſi prius conſtet de illo, t.2. p.53. n.6

Inſtrumentum nunquid extra territorium poſſit à Tabellione confici, t.2. p.104. n.1.2.3. & 4. in nonnullis caſibus licet, ibid. n.5. 6.7. & 8

Executio publici Inſtrumenti poteſt fieri ad petitionem creditoris, & eius Ceſſionarij, t.2. p.36. n.14

Emptor poteſt petere executionem Inſtrumenti, ex quo id poſſet venditor. t.2. ibid. n.15

Inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita poſſunt exequi contra tertium ſingularem poſſeſſorem, vel ſucceſſorem: qui debent citari, t.2. p.37. n.16. & 17

Inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita poſſunt exequi contractu ſpeciei, t.2. ibid. n.18

Inſtrumenta publica, ſeu priuata confecta nudo pacto poſſunt exequi, t.2. ibid. n.19

Iactura, vel amiſſio Inſtrumenti probatur iuramento eius, qui amiſit, t. 2. p.72. n.1. & p.73. n.2. & 3. cum ſcriptura eſt de ſubſtantia rei, ibid. n.4

Amiſſio Inſtrumenti probatur iuramento, cum quis ad exhibendum tenetur officio Iudicis, t.2. p.73. n.5

Lacerans Inſtrumentum ex ſuperbia tantum punitur extraordinem, t.2. ibid. n.6

Inſtrumentum confectum per Notarium putatiuum ex communi errore valet, t.2. ibid. n.10. & 11

Tabellarium publicum quid fuerit, & ſit, tom.2. ibid. n.12. 13. & 14

Inſtrumenta inuenta in Archiuo publico, quàm fidem faciant, t.2. p.9. n.15

Metus amittendi publicum Inſtrumentum; pertinens ad ſtatum perſonæ iuſtus eſt, t.2. ibid. n.16

Inſtrumentum, ſiue teſtamentum, continens diuerſa, plurale dicitur, t.2. p.72. n.2

Inſtrumenta publica, ſeu priuata recognita poſſunt exequi contra debitorem, & contra eius hæredem, ſeu hæredes, t.2. p.36. n.12. & 13

Inſtrumenti amiſſio creditur, ſi ſit allegatus veroſimilis caſus, quid in ſtatuto, t.2. ibid. n.12. & 13

Inſtrumentum liquidum, quando dicatur remiſſiuè, t.2. p.22. num.21

Inſtrumentum quando, & quibus Teſtibus queat improbari, t.2. p.9. n.1.2.3. & 4

Teſtes inſtrumentales ad impugnandum, vel confirmandum Inſtrumentum, an debent eſſe omni exceptione maiores, t.2. p.11. n.18

Inſtrumento ſtatur, donec contrariũ probetur, t.2. p.12. n.29

Interdictum.

Interdictum Eccleſiaſticum quando, & quomodo ob debitum pecuniarium, vel ob contumaciam Domini, ſeu Epiſcopi, &c. poſſit decerni in ciuitatem, aut populum, t.2. p.280. n.2.3.4. 5.6.7.8.9.10. & 11

Interdictum Eccleſiaſticum decretum, quo pacto etiam comprehendat innocentes, t.2. p.281. n.12

Interdicti generalis & ſpecialis, nonnullæ differentiæ, tom.2. ibid. n.13.14.15. 16.17.18. & 19

Interdictum Eccleſiaſticum quot diuiſiones habeat, t.2. ibid. n.14. num. ſeqq.

Interdictum vel ponitur ob culpam præteritam, vel rationē cenſuræ ob contumaciam, t.2. ibid. n.17

Iudæus

Iudæus regulariter non admittitur teſtis, nec paganus, tom.1. p.291. n.1. & 2. nec dubius in fide, ibid. n.3.4. & 5. fallit, ibid. n.6. in iudiciis, ſecus in teſtamentis, & contractibus, ibid. n.8. vel quando ageretur de conueniendo Chriſtiano, olim Iudæo, p.292. n.9

Iudæus ſi deponit pro Chriſtiano contra Chriſtianum, verius eſt, vt non credatur, t.2. p.291. n.6. & 7

Iudæus ſi cum aliis Teſtibus Chriſtianis deponit, admittitur, t.1. p.292. n.10

Iudæus, & alius quilibet infidelis productus à Chriſtiano contra alios infideles probat, & aliis in caſibus; t.1. ibid. n.11.12.13. & 14

Iudæus, ſeu hæreticus ab Inquiſitoribus reconciliatus, dum portat ſaccum benedictum, ſeu ſuam pœnitentiam adimplentes, non admittuntur vt Teſtes, t.1. p.293. n.8

Iudæi ad probandam interruptionem præſcriptionis in iudicio, verius eſt, vt Teſtes non admittantur, tom.1. ibid. num.11

Iudæi nequeunt contra Chriſtianos deponere, etiamſi Chriſtiani conſentirent, t.1. p.294. n.12. & 13

Iudæus admiſſus Teſtis, quo ritu & forma iuret, t.1. ibid. n.13. & 14

Iudæi ligantur Legibus Romanorum & Conſtitutionibus Apoſtolicis, t.1. p.62. n.16

Iudex.

Iudex torquens delinquentem ſine neceſſitate, & poſt legitimas probationes tenetur in ſyndicatu, t.1. p.72. n.16

Iudex tortura conuictum de delicto proteſtatur ſe non intendere Reũ torqueri ſuper principali, t.1. p.73. n.22. & 23

Editio fit officio Iudicis, & iure actionis, poſt iudicis iuſſum, t.1. p.61. n.1 & 2 & p.62. n.6

Torqueri quis nequit, nec incarcerari de delicto non conſtet, & condemnatur Iudex contra faciens, t.1. p.4. n.26

Iudex poteſt ſimulationibus vti, vt verum extorqueat, tom.2. p.151. n.1

Claudij Cæſaris dictum refertur, t.2. ibid. n.2

Iudex fidem non ſeruans delinquenti, peccat, tom.2. ibid. num.3

Difficultas non excuſat debitorem à mora, & quid in iudice, t.2. p.47. n.7. & 8

Interrogationes à Iudice fieri poſſunt in cauſa ad ſolam exortæ dubitationis declarationem, t.1. p.394. n.2. & 3. fallit ſi eas faceret ad fundandam intentionem alterius, ibid. n.4. & quid facere debet Iudex in cauſis criminalibus ad fauorem Rei, p.395. n.5

Iudex tenetur Tabellione mortuo, vel eius officio in alium tranſlato, protocola ipſius coram honeſtis perſonis ſtatim incipere, & ſigillo conſignare, & ſic conſignata tradere ſucceſſori recepto, iuramento de bona fide vtendo, t.2. p.100. n.4

Appellationis Iudex poteſt addere, & ſupplere omiſſa à Iudice à quo, t.2. p.72. n.12

Iudex, & Teſtis declarando in articulo mortis iniuſtè ſententiam, aut teſtimonium tuliſſe, non probant, tom.2. p.18. num.9

Iudicem poſſe ſecundum propriam conſcientiam iudicare qualiter ſumatur, t.1. p.448. n.19. & 20

Inhibere quando poſſit Eccleſiaſticus laicum iudicem cognoſcentem de iuramento, vel rei iuratæ, t.2. p.223. n.11. & 12

Inhibitio cui proſit, vel negatur, t.2. p.225. n.15. & 16

Iudex, vt legitimè interroget Reum, quæ debeant interuenire; t.1. p.21. & 22. n.11

Iudex rectè interrogans debet Reo declarare cauſæ ſtatum, indicia, & teſtes, ſed non eorum firmas, tomo 1. p.22. num.12

Iudex quando potiùs vni parti, quàm alteri æqualiter probanti

banti gratificet, t.2. p.334. n.1. 2.3. & 4. vbi quid in beneficialibus, & declaratur, ibid. n.5. & 6
Iudex ex officio inquirens, allegatione omiſſa ſupplet defectum, t.2. p.139. n.36
Iudex, qui abſoluit à Iuramento, non ideo fit competens Iudex cauſæ iuratæ, t.2. p.215. n.48
Iudex ordinarius, & appellationis poteſt infringere ſententiam latam falſis, ſeu corruptis Teſtibus infrà 20. annos quis Iudex eos puniat, t.1. p.257. n.7
Iudices perpetui contrahere poterant de Iure Ciuili cum ſubditis: ſed quid in temporalibus, ſeu de conſuetudine, t.1. p.68. n.1. & 2
Iudices contrahentes cum ſubditis, puniri queunt in ſyndicatu, & quare, t.1. ibid. n.2
Iudices celebrantes contractus cum ſubditis, non prohibitos, tenentur ad obſeruantiam directiua & coactiua lege, t.1. ibid. n.3
Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit incarcerare Laicos, ſeu in eos exequutionem facere abſque auxilio Laici, t.1. p.74. num.5
Iudex interroget Reum abſque fallaciis & machinationibus, vt euitet praxim diabolicam, t.1. p.25. n.15
Iudex abſoluet Reum ab impetitione, ſi actor viſo proceſſu, non benè probat, t.1. p.26. n.28
Iudex debet Teſtes probatorios concordare, in quantum poſſit, & non de facili diſcordantes repellere, tom.1. ibid. num.30
Iudex poteſt ex officio cogere teſtem ad dubium declarandum, non ſic ad addendum, vel minuendum primum dictum, t.1. p.391. n.13. 14. & 15
Iudex repellitur à munere iudicandi, propter actum teſtificandi, quia facilius reperiuntur centum Iudices, quàm vnus teſtis, t.1. p.417. n.9
Iudex, qui dicit ſe pronuntiare ſententiam, ſecundùm conſilium ſapientis nihil facit, t.1. p.91. n 9
Iudex non ex arbitrio, ſed ex probationibus ſententiam probat, t.1. p.46. n.33
Iudex facit, vt periti relatio in actis ponatur, tomo 1. p.88. num.10
Iudex poteſt corrigere dictum teſtis ante ſententiam, tom.1. ibid. n.12
Iudex qui elegit peritos in arte, poteſt ante ſententiam retractare eorum dictum, t.1. p.91. n.5
Iudici licet peritiſſimo non creditur de geſtis, & actis coram eo, t.1. p.86. n.28. & 30
Iudices debent habere Notarium, ſeu duos teſtes idoneos, qui ſcribant acta Iudicij, & quare, t.1. p.276. n.4. & 5. etiam in cauſis de legatis, p.277. n.6. limitatur in cauſis voluntariæ Iuriſdictionis, ibid. n.7. & quam fidem faciant illi veri idonei, t.1. p.179. n.32
Iudex terminum poteſt alicui aſſignare, intra quem ius ſuum deducat in Iudicio, aliàs non audietur, tom.1. p.158. n.1. Quid in ſyndicatu, vulgò *reſidentia*, ibidem num. 3. & 4
Concordare poteſt Iudex teſtes, etiam data imparitate t.1. p.274. n.8.9.10.11. & 12
Iudex poteſt remoueri ab officio iudicandi data neceſſitate, vt tanquam teſtis deponat, tom.1. p.366. n.1. & p.367. n.2. 3. & 4
Iudex quando vult adhærere Teſtibus Actoris, debet exprimere cauſam maioris credulitatis, tomo 1. pagina 334. num.7. 8. & 9
Iudex quit ad offenſam rei recipere teſtes, etiam poſt concluſum in cauſa, & quare, t.1. p.394. n.14. & 15
Iudex interrogans de complicibus quando peccet, t.1. p.21. num.2
Interrogari quando à Iudice poſſit delinquens de aliis complicibus, t.1. ibid. n.2
Iudex non tenetur ad reſtitutionem pœnæ pecuniariæ fiſco vel parti ſoluendæ non damnans reum iuſtè, tom.2. ibid. num.9

Iudicium.

Iudicium communi diuidundo metitur, ac Iudicium familiæ erciſcundæ; & in eo habent locum præſtationes: Et qualiter Iudex diuidet res communes, t.1. p.80. n.7
Iudicium communi diuidundo, pertinet ad diuiſionem rerum alienarum communium, præter res hæreditarias, ad quas aliquando pertinet, t.1. ibid. n.8
Iudicia ſufficiunt legitima, vt contumax pro confeſſo habeatur in Iudicio, vt condemnari poſſit, tom.1. pag.42. num.2
Iudicia familiæ erciſcundæ, & alia dicuntur duplicia, & mixta, & in quo ſenſu, t.1. p.76. n.11
Citatio requiſita in Iudiciis, & in aliis & quare, t.2. p.214. num. ſeq.
Iudicium quando dicatur indubitatum? t.2. p.120. n.2
Indicium minui eſt, quam ſemiplena probatio, ſed ſufficit ad torturam, t.2. p.121. n.9
Læſæ Majeſtatis Iudicium exercetur in defunctum, non vt damnetur ſed vt declaretur delictum commiſiſſe, t.2. p.27. n.4. & 11
Temerarium Iudicium quale ſit peccatum, tom.2. pag.185. num.1. Et quod ſolet confundi cum ſuſpicione, & dubio, ibid. n.2
Iudicium temerarium, regulariter eſt lethale, & poteſt eſſe veniale, t.2. p.186. n.3. 4. 5. & 6
Iudicium temerarium eſt iudicare defunctum eſſe in inferno, & lethale, t.2. ibid. n.6
Dicere aliquem deſcendere à Iudæis, vel à Mauris, lethale regulariter eſt Iudicium, t.2. ibid. n.7
Iudicia duplicia habent cauſam mixtam, & in rem, & in perſonam. Et eadem eſt eorum cauſa & materia, tom.1. p.75. n.5.6.7. & p.76. *vide* ibid. n.11
Differentia inter Iudicia finium regundorum, familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, t.1. p.76. n.8. & 9

Iuramentum, Iurare.

Iuramentum habetur in Iure pro legitima probatione, tom.2. p.204. n.1. & 2. ſi ſit Iudiciale, ibid. n.11
Probatio admittitur aduerſus declarationem iuratam, tom.2. p.204. n.11
Iuramento probantur plura, tom.2. ibid. num.3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10
Iuramentum in iure releuatio probationis dicitur, t.2. p.205. num.12
Princeps, & lex poſſunt facere, ne contractus iurentur, t.2. p.205. n.14
Iuramenti præſtatio quos effectus pariat in genere, t.2. p.205. & 206. n.15. vſque ad numerum 41. quos in ſpecie, ibid. num.42. & 43
Cauſa Iuramento deciſa non retractatur in inſtrumento poſtea reperto, niſi ſpecialiter caueatur, t.2. p.206. n.42
Iuramenti neceſſarij vis, & effectus qui ſint? tom.2. ibid. num.43
Iuramentum promiſſorium, quando inducat obligationem ad ſui obſeruationem, t.2. ibid. n.44
Iuramenti præſtatio, quando admittat probationem, ſeu nihil operetur, t.2. ibid. n.45. 46. 47. & 48
Iuramentum verbis æquiuocis, ſeu amphibologicis præſtitum, qualiter ſuſtineatur, etiam Iudice interrogante, t.2. ibid. num.49. 50. & 51. & p.207. n.52.53.54. 55. & 56 vbi benè expenditur.
Iuramentum petitum à Iudice ſuper rebus occultis, non eſt cur ab interrogato præſtetur. Et obligabit iuxta mentem præſtantis, t.2. p.207. n 52. & 53
Confeſſarius interrogatus de peccato ſibi confeſſo, poteſt illud negare, t.2. p.207. n.54
Iuramentum amphibologicum ioci cauſa præſtitum, tantùm gignit veniale, t.2. p.207. n.57. & 58
Miſſas dictas eſſe ſatis probatur iuramento eius, qui eas dixit, vel per Iuramentum Superioris conuentus, tom.2. p.207. n.59
Iudicatur in foro exteriori ſecundùm verba iurantis, tomo 2. p.208. n.61
Iurantis intentio debet cum iure conformari, tomo 2. ibid. num.62
Iuramento opus eſt, quando ſolet ſtari dicto alterius: quid de citatione? t.2. ibid. n 63
Abſolutio à Iuramento obreptitiè impetrata, non tenet, t.2. p.221. n.22
Abſolutio à Iuramento obtenta ſine citatione valet, ſi non eſt facta mentio de pacto inito, t.2. ibid. n.23
Abſolutiones à Iuramento ante incurſum periurium, poſſunt obtineri ab ordinario, t.2. ibid. n.24
Abſolutio à Iuramento poteſt per Procuratorem impetrari, t.2. ibid. n.25. & 26
Iuramenti remiſſio poteſt abſenti, & ignoranti fieri, tom.2. p.221. n.26
Abſolutionis à Iuramento praxis, declaratur exemplis, t.2. p.221. n.27.28. & 29. & p.222. n.31. 32. 33. 34. & 35. vbi quando debeat vti verbo *relaxare*, vel habilitare.
Iuramenti delatio in ſupplementum probationis, in cauſis criminalibus, qualiter locum habeat, t.2. p.439. n.1. & 2. & p.440. n.4. 5. 6. 7. & 8. Quid in cauſa matrimoniali, ibid. num.9. 10. 11. 12. & 13. Quid in arduis ciuilibus, ibid. num.14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 22. 22. & 23. vbi exemplificatur latè.
Abſolutio à Iuramento ſuper actu, metu celebrato, requirit partis citationem, tomo 2. p.215. num.43. fallit, ibid. n.44. & 45
Iuramentum vt obliget quam ætatem prærequirit in Iurante, t.2. p.208. n.1
Iuramenta inferiorum non derogant iuri ſuperioris: Et qu

ſit, tom.2. pag.283. num.16. 17. 18. 19. & 20
Iuramentum quodlibet vt obliget, virtualiter includit tres conditiones, ſi potuero, ſi licitè, & cum Authoritate Prælati: Expenditur, tomo 2. pag.283. n.9. 10. 11.12. 13. 14. & 15
Iuramentum præſtitum à Prælato de non repetendis rebus, quas renuntiauit metu, & coactione, non valet, t.2.p.227. n.1.2.3.4.5.6.7.8. & 9. vbi latè intelligitur, & de quibus rebus propriis, ſeu ſui Epiſcopatus, vel Eccleſiæ.
Iuramentum non defertur in ſupplementum ex depoſitione Teſtium vicinorum, vel conjunctorum, tom.2. pag.161. num.32
Iurans poteſt propria authoritate contrauenire iuramento materiæ malæ abſque relaxatione, tomo 2. pagina 288. n.22. 23. & 24
Iuramentum promiſſorium neutro iure producit actionem, t.2. p.259. n.8
Habilitario à Iuramento, quando propriè dicatur, & detur, t.2. p.222. n.34. & 35
Iuramentum nunquam trahitur ad incogitata, tom.2.p.284. num.25
Iurans aliquid facere, quod poſt fit impoſſibile, non tenetur, t.2. ibid. n.26. fallit, ibid. n.27
Iurans ſub aliqua conditione, ea non teniente, non tenetur, t.2. ibid. n.28
Iuramentum, & ſi implicitè contineat conditiones aliquas; non ideo dicitur conditionale, tom.2. ibid. num.29. 30. & 31
Iuramentum abſolutum differt à conditionato, tom.2. ibid. n.31. & 32
Iurans ſoluere quando paupertate excuſetur? Quid de compenſando, t.2. ibid. n.34. & 35
Iuramentum probationis non defertur in ſupplementum, cum id, quod quis vult probare non eſt veroſimile, tom.2. p.164. n.15
Iuramentum quod poteſt relaxari præſtat ius retinendi rem iuratam, t.2. p.218. n.65
Iurans falſum repentinè non aſſuetus iurare, non peccat mortaliter, ſecus ſi aſſuetus ſit, t.2. p.209. n.1. & 2
Iuramentum de ſeruandis ſtatutis editis, non porrigatur ad ſtatuta de nouo edita, ſeu edenda, & quare, t.2. p.421. n.1.2. 3.4.5.6. & 7. ſecus ad additionem antiqui ſtatuti iurati, t.2. p.422. n.8. & 9
Condonatio, ſeu remiſſio Iuramenti, tollit eius vim, quoad Deum etiam, t.2. p.218. n.66
Abſolutionis à Iuramenoo aliquæ conditiones, t.2. pag.218. n.67
Remittere poteſt pars Iuramentum in eius fauorem, & exceptionem periurij, t.2. p.223. n.8
Iuramentum ſæpè defertur legitimè probanti, tomo 2. p.69. num.2
Iuramentum adductum fictæ promiſſioni ex diuerſa ratione obligat vel non, t.2. p.417. n.19
Iurans aliquid dare obligatus manet, & hæredibus eius, cui Iuramentum eſt, tom.2.p.245. n.1.2.3. & 6. Et quare ſi ipſe iurans moriatur, ipſius hæres vinculo Iuramenti non ſit obnoxius, ibid. num.4. improbatur ſententia contraria, num.5
Iurans ſimpliciter dare centum Titio, tenetur præſtare hæredibus Titij, t.2. ibid. n.7
Vaſallus, qui ſemel fidelitatis Iuramentum vero Domino præſtitit, non tenetur eius ſucceſſori illud repetere, ſed tantùm recognitionem facere, t.2. p.295. n.8, & 9
Iuramentum fidelitatis, & profeſſionis quit fieri coram alio viciniori Prælato ab Epiſcopo conſecrando, quando moritur Epiſcopus deſignatus in Bulla, t.2. p.256. n.1
Iuramentum ſoluendi intra certum terminum, nunquid ſi terminus prorogetur, cenſeatur, & illud prorogatum, itavt fungens periurus ſit, t.2. p.426. n.24. & 25
Iurans ſeruare ſtatuta alicuius communitatis, cenſetur de his quæ ſunt in vſu, non de edendis niſi de eis expreſsè. ſentiret, t.2. p.422 n.10. & 11
Iurare, & non iurare, eſt in poteſtate hominis, ſed præſtito iam iuramento non pendet ab eo maior vel minor eius obligatio, expenditur, t.2. ibid. n.11. 12. 13. & 14
Teſtus noſter intelligitur, t.2. ibid. n.12.13.& 14
Iurans non tenetur ſeruare ſtatutum vſu non receptum, & quando iuxta iuramentum petentis, t.2. ibid. n.15 .& 16. & quæ non obligant, ibid. n.19
Iurans ſeruare ſecreta alicuius congregationis obligantia ſub certa pœna, nunquid peccet frangendo, tomo 2. ibid. num.17. 18.
Iurans teneri ex vi iuramenti ad obſeruanda minima ſtatuta, t.2. p.423. n.21
Scholaſtici tranſgreſſores præcepti Rectorum Academiarum ſub pœna præſtiti qualiter peccent? t.2. p.423. n.23
Iuramentum ſeruandi ſecretum alicuius congregationis, aut alterius ſpecialis ſecreti, quale peccatum, tom.2. p.423. n.24. & 25
Iuramentum diuiditur in aſſertorium, promiſſorium, ſeu execratorium, in purum, & conditionale, tom.2. p.203. num.17. & 18. & in Iudiciale, & cuius ſint diuiſiones, ibid. n.19. 20. & 21
Iuramentum iudiciale ſolet præſtari quacumque quis conueniatur actione, t.2. p.203. n.20
Iuramentum Iudiciale tres ſpecies recipit in iure nempe vt ſit de calumnia, vel de veritate dicenda, aut litis deciſiuum, t.2. ibid. n.21
Iuramentum obligat tantùm iurantem, non eius hæredem; t.2. p.291. n.1. & 2
Iuramentum damni paſſi poteſt ſtatuto, vel conſuetudine credi in principali, & in incidenti, t.2. p.66. n.7
Iuramentum non petendi relaxationem ab eo non valet. Et ratio, t.2. n.21. p.224. n.20
Iuramento de iurando religionem à parte non remittitur, t.2. ibid. n.22
Remiſſio recipere Iuramenta inter partes, non impeditur fieri, t.2. p.224.n.23
Relaxrai nequit Iuramentum aſſertorium; tomo 2. pag.225. num.24
Iurametnum de ſoluendis vſuris, primario obligat quoad Deum, incidenter quoad homines: Expenditur, t.2.p.212. n.13.14.15.16.& 17
Iuramentum homini factum poteſt includere promiſſionem; aut non: Et qualiter obliget? Et quos? tomo 2. pag.212. num.15
Remiſſio creditoris, qualiter excuſet à Iuramenti obligatione? t.2. ibid. n.16
Iuramenti excellentia eſt, actus ſuâ naturâ reddere efficaces; t.2.ibid. n.17
Iuramenta non retractata ab aſſueto iurare, non habent diſtinctam malitiam à ſua cauſa, ſecus ſi retractentur, t.2. p.209. n.4
Iuramentum quit offerri poſt concluſum in cauſa, & quando iam Actor probauit per Teſtes intentionem, tom.2. p.64. n.16. & 17
Iuramentum vt loco probationis adhibeatur, quando pluſquam ſemiplena probatio requiratur, tom.2. pag.209. num.12
Iuramentum non conſtituit iurantem in mora abſque interpellatione, t.2. p.273. n.14. & 15
Iuramentum nunquid debeat eſſe ſuper re dependenti à voluntate iurantis? *remiſſiuè*, t.2. ibid. n.16
Iuramentum Monachi, per quod offenditur profeſſio non valet, t.2. p.270. n.1
Iuramentum non obligat ad actum, per quem iurans, & cui iuratur, excommunicationem incurrunt, t.2. ibid. n.2
Iurans facturus ſine animo, videtur falſum iurare, tomo 2. p.287. n.12
Iuramentum promiſſorium venialis actus, quale peccatum gignat, t.2. ibid. n.13.14. & 15
Iuramen-um obligar, quoties eſt ſine animæ diſpendio, t.2. p.288. n.17.18.19.20.21. & 22
Iuramentum dicitur temerarium, ſi aliquid promiſſum ſit, venialem culpam continens, t.2. ibid. n.20
Relaxandi Iuramenti cauſæ nonnullæ aſſignantur, tomo 2. p.255. n.1. & 2
Relaxari poteſt ſine cauſa Iurameutum parti præſtitum. Quid ſi recurraiur ad Iudicem, t.2. ibid. n.3.4.5. & 6
Iuramentum turpitudinem continens quit ita Iudice relaxari. Quid ſi iuramentum metu leui præſtitum ſit, t.2. p.225. n.5. Quid ſi nulla turpitudo verſetur ex parte Creditoris, ibid. n.6
Relaxare nunquid Papa poſſit Iuramentum, tomo 2. p.226. num.8
Relaxari quit per Bullam Iuramentum continens turpitudinem ſine præiudicio tertij, t.2. ibid. n.9
Relaxatio, remiſſio, & abſolutio Iuramenti diſtinguuntur, & quæ ſint, t.2. ibid. n.11. 12. & 13
Irritatio Iuramenti à quo fiat, & quid ſit? tomo 2. pag.226. num.14
Diſpenſatio Iuramenti quid? t.2. ibid. n.15
Commutatio Iuramenti quæ? t.2. ibid. n.16
Iuramentum, cuius materia licita eſt, verius eſt ſemper producat obligationem, t.2. p.289. n.1. & 2
Iurans non mutare pecunias, non fideiubere, vbi impeditè id tenetur, peccabit mortaliter, t.2. ibid. n.3. & 4
Iuramentum teſtium, aut Reorum, ſine interpretum, ſcribitur à Notario. Et qua extenſione, t.2. p.244. n.27
Iuramentum nunquid debeat adimpleri in forma ſpecifica; *remiſſiuè*, t.2. p.273. n.17
Iuramentum, vt obliget, etiam habet aliam conditionem

tacitam, *ſi non fuerit notabiliter mutata*, tomo 2.p.283. num.23

Paruitas materiæ quit inueniri in Iuramento promiſſorio, & ſi non in aſſertorio expenditur, tomo 2. p.261. n.26. 27. & 28

Iuramentum fidelitatis nequit per Procuratorem præſtari ab Epiſcopis, niſi de conſenſu eius, cui præſtatur,t.2.p.245. n.1. fallit, ibid. n.2

Iuramentum, quod fit, tactis ſcripturis, qualiter fiat ab eo, cuius manus abciſſæ ſunt, t.2. ibid.n.2. & 3

Iuramentum ſtandi in certo loco valet, tomo 2. pag.170. num.7. & 9

Iuramentum, cuius pars eſt poſſibilis, impoſſibilis, licita, & illicita ſeruatur quoad partem poſſibilem, & licitè, niſi collectiuè fiat, t.2. p.266. n.18

Iuramentum duplex ſolet eſſe oneris, & honoris, primum etiam ab hæreticis ſolet præſtari, ſecus de ſecundo, t.2 p.240. n.23. & 24

Iuramentum ab Epiſcopis præſtandum Pontifici, fit pro conſecrationis munere, t.2. p.238. n.10

Iuramentum ſolemniter factum ſolet fieri multiplici forma, vt tactis Euangelis, & aliis ſacris, t.2. p.241. n.1

Iuramenti Religio obligat, etiam ſi non fiat tactis Euangeliis, & aliis diuinis Scripturis, tomo 2. ibid. num.2. & 3. Quid ſi lex, ſeu conſuetudo aliud ſuadeat, p.241. n.5.6. 7. & 8

Iurantes non loqui Patri, aut Matri, Sorori, aut illis humanitatis officium non exhibere abſoluendi ſunt ab obſeruantia illius, t.2. p.286. n.5

Iuramenti materia qualiter poſſit eſſe peccaminoſa, tom.2. p.265. n.7. 8. & 9

Opus malum, ſeu illicitum, nequit eſſe voti materia,tom.2. p.265. ibid. n.10

Iuramenti materia non eſt res indifferens, aut impoſſibilis, ſiue impeditiua maioris boni, ſeu contraria diuinis conſiliis, t.2. p.265. n.11. Expenditur, p.266. n.12. & 13

Iuramentum de ſoluendis vſuris, ſeu metu extortum, ſatisfit, & impletur momentanea ſolutione, t.2. p.137. n.1. & 2. vbi quid ſi iuraſſet debitor vſuras non repetere, ibid. *dicto n.2. in fine*

Donaſſe præſumitur, qui ſciens ſoluit, t.2. p.257. n.4. 5. 6. & 7. ſecus ſi coactus aliqua neceſſitate ſoluit, ibid. n.8. vel ſi ſoluit nomine alieno, & aliter, vt ibid. n.9. 10. 11. 12. & 13

Actio ex iuramento quibus concurrentibus oriatur de Iure Canonico. Quid de Iure Ciuili, t.2.p.257. n.14. & 15

Contractus iuratus exequi poteſt, vt guarentigius, tom.2. p.258. n.16

Impedimentum probatur iuramento, ſi pro iurante adſit veroſimilis præſumptio, t.2. p.264. n.19

Iuramenti forma, quæ in eo quod præſtant Cardinales, & Prælati ex Decreto Vrbani VIII. in examine Epiſcoporum, t.2. p.244. n.31

Iuramentum ſuper lapidem, quo antiquitus vtebatur,quibus ritibus, & ad quid fiebat, & à quibus originem trahat, t.2. ibid. n.32.33.34. & 35

Iuramentum nullum, nulla indiget abſolutione, niſi fortè declaratiua, t.2. p.286. n.1. vt hic, n.2. & 3

Iuramentum litis deciſiuum aliud eſt voluntarium, aliud neceſſarium, aliud quod dicitur iudiciale, & expenditur, t.2. p.203. n.22.23. & 24

Iuramentum iudiciale differt à conuentionali, tomo 2. ibid. num.25

Iureiurando tranſigi negotium inter litigantes quomodo ſumitur, t.2. ibid. n.25

Doctores de Iuramento agentes, t.2. ibid. n.26

Iuramenti ferendi ab Epiſcopis primo à Rege nominatis,& à Pontifice eligendis, tenor qualis, vt expeditis Bullis, & ante conſecrationem præſtetur, remittitur ſimul cum eis, t.2. p.248. n.35

Iuramentum magis benè adimplet, qui adimplet illud, quod promiſit, t.2. p.258. n.19

Iuramentum promiſſorium de faciendo peccatum veniale, nunquid ſit tantùm veniale, t.2. p.263. n.44

Iuramenti condonatio poteſt ad laicum pertinere, t.2.p.216. n.57. vbi de ratione.

Iuramentum Ioſuè præſtitum Gabaonitis, promiſſum non adimplentibus, fuit adimpletum: Et quare, t.2. p.235. n.10. 11. & 12

Iuramentum per Deum, & per creaturas licet, t.2. pag.202. n.11.12.13.14 15. & 16

Iuramentum habet vires circa res honeſtas, & licitas præſtitum, t.2. p.202. n.1

Iuramentum dicitur quia quod iuratur inſtar iuris eſt, & ſanctè ſeruandum. Et appellatur inſiurandum, t.2. ibid. num.2. & 4

Iuramento præſtito, nulla alia inquiſitio fit,t.2. ibid. n.3

Iuramentum etiam vocatur Sacramentum, tomo 2. ibid. num.5. & 6

Iuramenti definitio, quæ ſit, & quæ eius partes, t.2. ibid. n.7. 8. & 9

Iuramentum ex parte formæ, diuiditur in ſimplex, & ſolemne, t.2. p.242. n.5

Iuramentum, quod à lege petitur, vt fiat corporaliter, nunquid deſideret tactum, Euangeliorum, t.2. ibid. n.6. & 7. quid de conſuetudine, ibid. n.8. Et in electoribus, ibid. n.13. & 14. Quid de ſtylo Rotæ. Quid in Hiſpania, ibid. n.15. & 16

Iuramentum præſumitur latum,tactis Euangeliis, ſi Tabellio dixerit præſtitum eſſe abſque alia demonſtratione.Idem de teſte, t.2. n.9. 10.11. & 12. ſeu præſumitur in forma vſitata, ibid. n.16

Iurant teſtes in Hiſpania, facta Cruce in manibus Notarij, t.2. ibid. n.16

Iuramentum nunquid ſuper altaribus Sanctorum, & reliquiis hodie, ſeu ab antiquitate alia forma fieri deberet, tomo 2. pag.243. n.19. & 21. vbi de iuramento apud Siculos.

Iurans, tactis Euangeliis, ſeu aliis diuinis, punitur plus, quàm qui iurat, voce, aut ſigno ſimpliciter per Deum, t.2. ibid. n.19

Iurandi forma, tactis Euangeliis, & aliis ſcripturis, ex qua cauſa introducta, t.2. ibid. n.20. & 21

Iuramentum, quod præſtatur in Sancto Officio per teſtes, & reos; & ſi de iure tactis Euangeliis, debeat fieri, t.2. ibid. n.22.23.24. & 25. aliter ſtylus, ibid. n.26

Iuramentum promiſſorium per metum extortum,factum animo ſe obligandi valet,t.2.p.300.n.1.& ſeqq. & ibid.n.10. vbi referuntur quatuor dicendi modi. Quid in foro conſcientiæ, ibid. n.11. vbi plura expenduntur iura.

Iuramentum per metum extortum adiectum contractibus à lege reprobatis nullum eſt; Secus ſi in contractibus validis, & tunc eget abſolutione, t.2. ibid.& p.301. num.21. & 22

Recuſari nunquid Iuramentum poſſit, vbi periculum eſt, ne periurium deregatur, t.2. p.437. n.1.2.3.4. & 5

Remittere Iuramentum, nunquid deferens teneatur, ſi ſciat pejeraturum eſſe illum cui defertur, t.2. ibid. n.6.7. & 8.

Et nunquid querela fiat in pejerantem, ibid. n.9

Delatum Iuramentum, quando pro præſtito habeatur, ſi is, cui delatum eſt nolit iurare? Et quando benè à tali iuramento ſe excuſet, t.2. ibid. n.10.11.12. 13.14. & 15. vbi plures referuntur caſus recuſandi iuramentum.

Delatum à iudice Iuramentum in ſupplementum probationis, nunquid habeatur pro præſtito, quando ab ea delatione prouocauit aduerſarius, & interim mortuus eſt, qui iurare debuit, t.2. p.438. n.18.19. & 20

Iuramentum à iudice delatum, in quo differt, ſi à parte,t.2. ibid. n.21

Reus iurare nunquid teneatur, ſi ab actore nihil probante ei deferatur Iuramentum, t.2. p.433. & p.434. n.1.2. & 3. diſtinctione componitur, ibid. n.4

Iurans ſemel reſpondendo poſitionibus, poteſt recuſare iuramentum ſuper eodem, t.2. p.434. n.5.

Iuramentum iudiciale eſt, quod à parte parti defertur, iudice approbante, quando voluntarium, quando neceſſarium, t.2. ibid. n.6.8.9. & 10. Et num referri,aut recuſari queat etiamſi exigatur de facto alieno, p.439. n.11. 12.13. 14. 15. 16. & 17

Textus noſter intelligitur, t.2. ibid. n.8

Iuramentum litem defertur ratione doli, & non culpæ. Non defertur contra hæredem doloſi, t.2. pag.435. num.18 & 19. nec tutoris hæredem, nec tertios poſſeſſores, ibid. num.20

Iuramentum iudiciale datur contra ſucceſſores in dignitatibus, t.2. ibid. n.21

Iudex taxat quantitatem, vſque ad quam in litem iuretur, t.2. p.435. n.22

Vſuræ non debentur quantitatis, de quo iuratum fuerit, t.2. ibid. n.23

Iuramentum debet præſtari eadem forma, quâ delatum eſt, t.2.ibid. n.24

Delatum Iuramentum ſtatim præſtari debet, aut referri,aliter non prodeſt, niſi reus, iam ſuſcepto iuramento poſtulet deliberandi ſpatium, t.2. ibid. n.25. & 26

Verbum *remittere* eſt neceſſitatis Iure impoſitæ gratiam facere, t.2. p.436. n.28

Iuramenti remiſſi, ac delati, aut præſtiti, nunquid eadem ſit vis, t.2. p.436. 29. 30. & 31

Iuramenti deciſorij, & ſuppletorij, quæ differentia, tom.2. p.436. n.32

Iuramentum ſemel iam præſtitum extendi non poteſt ex ſolo conſenſu

conſenſu, & voluntate iurantis, & alium caſum, niſi de nouo præſtetur expreſsè, t.2. p.421. n.3. & 4. & etiamſi Notario dicas vt illud extendat in Inſtrumento, ibid. n.6. declaratur, p.422. n.8. & 9

Recuſari non poteſt delatum Iuramentum; etſi referri non poſſit, t.2. p.439. n.29. 30.31. & 32

Fidelitatis Iuramentum nequit exigi à ſubditis per Epiſcopos, aut Prælatos, niſi benè adminiſtrando cauſam ſibi commiſſam, t.2. p.240. n.18. & 19

Iuramentum quod eſt contra ſubſtantiam actus, caret conſenſu, t.2. p.402. n.29

Concubinarij duo iurantes ſibi fidelitatem, ſeu vnus alteri de non cognoſcendo aliam carnaliter, nunquid obliget, t.2. p.340. n.7.8. 9.10. & 11

Iuramentum per metum extortum, nullum eſt in aliquibus caſibus, t.2. p.302. n.24

Iuramentum leui metu extortum valet, nec relaxari contingit in foro externo, ſecus in interno, t.2.p.303. n.27.28. 29. & 30

Iurans vi, vel metu coactus ſi habeat animum non implendi petendo prius relaxationem, non peccat mortaliter, t.2. ibid. n.31. & 32

Iuramentum vi, vel metu adjectum contractibus iure reprobatis non obligat in conſcientia, tom.2. ibid.& p.304. n.33. & 34

Iuramentum litis deciſiuum permiſſum in iure, t.2. p.429. n.3. n. ſeqq. & n.5

Actor quando dicatur ceſſare in probatione, vt reus abſoluatur, t.2. ibid. n.2

Probatio imperfecta, quando Iuramento bona fiat, tomo 2. ibid. n.3.

Sententia lata ex Iuramento neceſſario, nunquid retractetur ex nouis inſtrumentis, t.2. ibid. n.4

Iuramentum deferri à iudice poteſt actori, vel Reo in ſupplementum quacumque actione quis conueniatur, t.2. ib. n.6. Quando actore, p.430. n.8. ita vt recuſari nequeat, num.9

Iuramentum ſuppletiuum cognitum, etiam de Iure Ciuili, t.2. ibid. n.10

Iuramentum peti poteſt à litigatoribus; imò & à iudice deferri, ſi conſentaneum videatur, etiamſi petitum non ſit, t.2. p.431. n.17.18. & 19

Delatio Iuramenti à iudice facienda in ſupplementum probationis, quando actori, quando autem Reo fiat, tomo 2. ibid. n.20. 21.22. & 23

Iuramentum in litem datur contra ſubtrahentem probationes, & contra recuſantem reſtituere, t.2. ibid. n.24

Iurans ex conſuetudine, & indiſcriminatim, quod peccatum committat, t.2. p.322. n.3. & 4. Et quid ſi abſque aduertentia, ibid. n.5.6.7.8. & 9

Conſuetudo iurandi non eſt per ſe peccatum diſtinctum ab ipſis iurandi actibus, & ex quibus ea indicatur, t.2. ibid. n.2. & 9

Iuramenta inaduertenter dicta, quando afficiantur mortali malitia ſuæ cauſæ, t.2 p.323. n.11

Iurans ex conſuetudine, & mortaliter peccans qualiter liberetur, t.2. ibid. n.12. & 13

Iurans falſo inaduertenter poſt retractam conſuetudinem, peccat venialiter. Quid in habente conſuetudinem, & ex repentina affectione iurat, t.2. ibid. n.13. & 14

Iurans ex conſuetudine, ſi ter, aut quater in foro pœnitentiali, & abſolutus, nec emendatus abſolui poſt non debet, niſi firmiter proponat eam euellere. Et nunquid iudicio Confeſſarij acceptare teneatur aliquam pœnam in medelam ſuæ prauæ conſuetudinis, tom.2. ibid. num.15.& 16. vide p.324. n.19

Iurans ex conſuetudine tenetur eam in confeſſione explicare, vt hic, t.2. p.323. n.17

Præceptum extirpandæ conſuetudinis iurandi, ex quo obliget, t.2. p.324. n.18

Confeſſarius quomodo legerat cum aſſueto ad iurandum, quid ab eo interrogabit: vbi de praxi, quæ vſus fuit Author quando erat Canonicus pœnitentiarius almæ Eccleſiæ Valliſoletanæ, tom.2. ibid. num.19.& 20. vbi de retenta ab illo præbenda permiſſu capituli non obſtante breu. Apoſtol. Vrb. VIII. de anno 1640. contra Canonicos affectos Cathedralium, ibid.

Iuramentum primum de non alienando rem, aliàs prohibitam, non inualidatur per ſecundum contrarium. Et quare, t.2. p.383. n.6

Iuramentum præſtitum latroni per metum, aut per iniuriam ab vſurario extortum, vel quando debitor iurauit de non denuntiando Eccleſiæ eſt obligatorium ob bonum publicum, aliàs non, t.2. p.304. n.1. & 2

Iuramenti præſtiti metu extorti adimpletio, quando ſub mortali, vel veniali obliget, t.2. p.304. n.3.4.& 5.& p.305. n.6.7. & 8

Textus noſtri verba intelliguntur, t.2. ibid. n.7. & 8

Datum ob metum cadentem in conſtantem virum debet in animæ iudicio reſtitui, t.2. ibid. n.9. & 10

Iuramentum præſtitum redeundi ad carcerem iniuſtum, nunquid obliget, aut peccet, qui redit, t.2. ibid. n.11.12.& 13. quid ſi iuſtus ſit carcer, p.306. n.14. & 15

Iurans ex metu graui, ſi poſtea dubitat, probabiliter quit excuſari, t.2. ibid. n.17

Actus contrarius priori Iuramento validus, quando intelligatur, t.2. p.383. n.2.3. & 4

Iuramentum præſtitum raptoris, vel latroni, non eſt ſeruandum, t.2. p.339. n.2. & 3

Expenditur, t.1. p.340. n.5. & 6

Mulier iurans minime fideiubere, obligatur primo Iuramento, & ſi poſtea iuret fideiuſſionem, t.2. p.383. n.7. Et quare, ibid. n.8

Contractus minoris obligat, ſi iuratus ſit, t.2. ibid. n 9.& 10

Iuramentum non obligat extra actum, t.2. ibid. n.10

Minor quando reſtituatur ob læſionem aduersùs contractum à ſe iuratum, t.2. ibid. n.11. & num. ſeqq. De reſolutione, p.284. n.18

Regulæ iuris, *non eſt obligatorium Iuramentum contra bonos mores*, t.1. p.379. n.14

Iuramentum improbatur, quo quis promiſit non exhibere alimenta parentibus, vel econtra, t.2. p.389. n.5

Hæredes vaſalli, qui in vita ſua iurauit, tenentur Domino de nouo iurare, t.2. p.296. n.15. 16.17. & 18

Iuramentum fidelitatis per Procuratorem, qualiter præſtari queat, t.2. p.246. n.19.20.21.22. & 23

Procurator pro alio admittitur ad iurandum, quando actus talis ſit, qui per procuratorem præſtari poſſit; aliter non item, t.2. p.197. n.25. & 26

Iuramentum, quo quis teſtificari debet non præſtatur per Procuratorem, t.2. ibid. n.26

Iuramentum ſatis obligat verbis ſubintellectis, t.2. p.365. n.3. 4.5.& 6. niſi expoſcat expreſſa verba ad eius validationem, ibidem ſub num.8. *verſic.* hæc, p.366. num.9. 10. 11.& 12

Iurare ſatis dicitur, qui rogatus, vt iurat, tangit Euangelia, vel crucem, aut exhibet aliud ſignum, vel annuens, t.2. p.365. n.6. & 7

Præiuratio dicitur interrogatio antecedens ad Iuramentum, t.2. ibid. n.8

Iuramenta poſſe ſeruari integra manente diſpoſitione iuris, qualiter contingat, t.2. p.379. n.7. videbis, ibid. n.21

Iuramentum non eſſe de genere obligationis, ſed probationis dicunt multi, t.2. ibid. n.8. aliter, ibid. n.21

Actus lege Ciuili prohibitus principaliter propter priuatam vtilitatem, & ſi in eo adſit ſecundario fauor publicus, firmatur Iuramento, t.2. ibid. n.9. & n. ſeqq.

Suppletiuum Iuramentum, defertur à iudice, concurrentibus cauſis, de quibus, t.2. pag.432. n.1. 2.3.4. 5.6. 7.8. 9. & 10

Suppletiuum Iuramentum poteſt ferri poſt concluſum in cauſa, tom.2. ibid. n.11.12. & 13. & etiamſi à litigatoribus non petatur, ibid. n.14.15. & 16. & p.433. n.18. & 19

Reus ſubire debet Iuramentum ab actore ſibi oblatum, t.2. ibid. n.20. & 21

Iuramentum, & votum ſimplex caſtitatis, inter coniuges emiſſum, validum eſt, t.2. p.342. n.4

Argumenta diſſoluuntur, t.2. ibid. n.5.6. & 7

Iuramentum num confirmet alias prohibitum lege naturali, diuina, ſeu per bonos mores, *remiſſiuè*, t.2. p.378. n.1. Et qui Doctores de hoc tractent, ibid. n.2

Iuramentum qualiter confirmet actum, contractumve lege Ciuili, aut canonica prohibitum, t.2. ibid. n.2. & 4

Iuramentum ſæpè punitur, quaſi acceſſionis vice, t.2. ibid. num.4

Iuramentum non impedit, quominus in integrum reſtitutio competat puberi grauiter læſo, obtenta ab illo abſolutione; t.2. p.385. n.21. & 22

Impubes maior infante, ac doli capax verius eſt, vt Iuramento obligetur, ſed num ad pœnam periurij integrum, tom.2. ibid. n.23.24.25. & 26

Minor Iurans ſuper contractu in totum tenetur, & obligatur, ſicut maior, t.2. ibid. n.26

Iurans non contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis contractus, verius eſt, vt adhuc audiatur, t.2. p.386. n.28. etiamſi renuntiatio ſit geminata, ibid. n.29

Iuramentum per falſos Deos frangens, nunquid maius peccatum faciat, quam qui per Deum verum, iurans pejerat, t.2. p.389. n.3

Chriſtianus abſolutè, & indeterminatè poteſt petere, vt iuret infidelis ex cauſa rationabili, & neceſſitate exigente, etiamſi credat per falſos Deos iuraturum, t.2. ibid. n.4. Et quare? ibid. n.5. 6. 7.8. 9. 11. 12. & 13

Iuſiurandum relatum ad Iouis lapidem, quale, tom.2. ibid. n.10.& 11

Iuramentum per falſos Deos obligat iurantem ex conſcientia erronea ad illius obſeruantiam, tomo 2. p.370. n.15. 16. & 17

Iuramentum exigere ab infideli parato iurare per falſos Deos, quale peccatum ſit, t.2. ibid. n.18. & 19

Periurus quando dicatur qui commutat Iuramentum authoritate propria, ſeu excuſetur, exemplis exornatur, tom.2. ibid. n.20.21.22.23.24.25.26.27.28. & 29

Iuramentum ſi dubium eſt, nunquid ſit obligatorium, debet ſeruari ſub pœna periurij, t.2. ibid. n.28

Iuramentum vt obliget debet habere tres Comites, nempe veritatem, iuſtitiam, & iudicium, t.2. p.371. n.30. Expenditur latè, ibid. num. ſeqq. ad n.41

Veritas reſpectu aſſertorij iuramenti quæ, & ex quibus à iurante verificetur, tom.2. p.371. n.31. 32.33. 34.35.36. & 37

Iuſtitia ad Iuramentum neceſſaria, ex quibus cognoſcatur t.2. ibid. n.38. & 39

Iudicium ad Iuramentum, quale debeat eſſe, tomo 2. ibid. num.40

Iurandum non eſt ſuper rebus claris, aut pertinentibus ad ſcientias,quæ poſſunt ratione probari, t.2. p.372. n.41

Iuramentum, in quo deficit veritas, iuſtitia, aut iudicium,eſt peccatum, tomo 2. ibid. num.42. ſed quale, ibid. numeris ſequentibus.

Iuramentum aſſertorium, cui deeſt veritas ſemper eſt peccatum mortale,t.2.ibid. n.43.44 45.46.47.& 48

Iurans aduertenter doli capax quod ſcit eſſe falſum, vel quod reuera eſt verum,putat tamen eſſe falſum, peccat mortaliter, & quando venialiter, t.2. ibid. n.44. & 45

Iuramentum non eſt falſum, quando per hyperbolem, aut aliam figuratam locutionem fit, t.2. ibid. n.46. Expenditur, ibid. n.47 & 48

Iuramentum peti licet,ſi adſit iuſta cauſa petendi ab eo,quem ſcio eſſe peieraturum, veluti ſi mea interſit, tom.2.p.366. n 14. 15. 16. 17.& 18. ſed exactio talis iuramenti eſt excuſanda, dum aliter intereſſe recuperari valet,p.367.n.20. Et quando dicatur quem ſcire alterum pejeratum, ibid. num.19

Iudex petere poteſt iuramentum ab vno etiam pejeraturo ad eruendam veritatem, præcipuè altero petente, dum non petatur falſum iurari, t.2. p.366.n.16. & 17

Perſuadere alicui,vt ſuper abiecto vero deponat,aut iure,quo tale eſſe perſuaſus ignorat qualiter liceat, t.2.p.307. n.21. 22. & 23. Quid econtra, ibid. n.24

Iurare quem nobilem eſſe, ſeu purum, quali perſuaſione liceat alicui? t.2. ibid. n.22

Scholaſticum in ſcholis curſaſſe, quali perſuaſione, ſeu ſcientia à teſtibus Iureiurando deponi valeat, tom.2. ibid. num.23

Perſuadere alicui ad iurandum de aliqua re, quam ipſe ex ignorantia veram eſſe putat, licet reuera falſa ſit, qualiter liceat, tomo 2. ibidem num.24.25.26. 27. 28. 29. & 30

Perſuadere vt fiant ab aliquo,quæ intrinſecè mala ſunt,etiamſi perſuaſus reputet bona, non licet, vt fornicatio, furtum t.2. ibid. n.28. 29. & 30

Iuramentum aliquando in Iure non eſt neceſſarium, & ex quibus cauſis, tomo 2. pagina 208. num.2. 3. 4. 5.6. 7. 8. & 9

Iurantes Tabelliones, ſeu Miniſtri Iuſtitiæ non excedere à taxato ſtipendio, nunquid poſſint ob mutationem pretij rerum, plus accipere ſine fractione Iuramenti, t.2. p.356. n.20. 21. & 22

Iuramentum de veritate in criminalibus exigitur à Reo, t.2. p.354. n.1. etiam inuito, p.355. n.2

Iurans non commiſiſſe delictum; aut de calumnia, & poſtea contrarium appareat, non punitur de periurio, t.2. p.355. num.3

Iuramentum promiſſorium, vbi deficit veritas de præſenti, ſemper eſt mortale, & hoc, ſiue res ſit parua; ſiue magna, t.2. p.372. n.49. & 50

Iuramentum comminatorium,vt cum matres, aut ſuperiores iurant filios,vel ſeruos verberaturos quando adimplendum, t.2. ibid. n.51. Et quale eius peccatum, p.373. n.52

Iurans, qui dum promittit, habet intentionem adimplendi, poſtea non adimplet, quale peccatum faciat, diſtinguitur t.2. ibid. n.53

Iuramentum aſſertorium, vbi deficit iuſtitia, quale peccatum, t.2. ibid. n.54.55. & 56

Iuramentum promiſſorium, vbi iuſtitia deficit, quale peccatum, ibid. n.56. & 57

Iurant aliquid facturus contra conſilia Euangelica, vt non futurum religioſum, ſeu non erogaturum eleemoſynam, quale peccatum faciat, tomo 2. ibid. n.58

Iurans non mutuo daturus, non fideiuſſurus, non communicaturus alteri artem, vel ſcientiam, & alia opera pia facturus, qualiter peccet, t.2. ibid. n.59

Iurans rem impoſſibilem facere, mortaliter peccat. Et quid. ſi indifferens, t.2. ibid. n.60

Iuramentum vbi deficit iudicium, quale peccatum ſit,tom.2. ibid. n.61. Et quando excuſetur, p.374. n.62

Periurium dicitur verè Iuramentum, vbi deficit veritas, & quodammodo, vbi deficit iuſtitia. & iudicium, & qualiter contingat, t.2. p.374. n.63

Iuramentum factum per Deum nunquid differat ſpecie à facto per creaturas, t.2. ibid. n.64. & 65

Iuramentum ſeruandum, quod poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, t.2. p.387. n.9

Iuramentum non defertur contra hæredem eius, qui vim intulit, t.2. p.292. n.14

Iurans præſumitur certioratus de actu, quem iurat, t.2.ibid. n.15. & 16

Iurans ſibi præiudicat, etiam ſi ſpecialiter non ſciat omne ius dependens ab actu, ſuper quo iurat, tomo 2. ibidem n.17. & 18

Iuramentum quando ad incogitata extendatur, ſeu ad incognita, t.2. p.293. n.19. & 20

Iuramentum obligat, etiamſi iurans non habeat formalem intentionem, ſe obligandi, t.2. ibid. n.21

Iuramentum defunctorum, qui fuerunt de ciuitate, collegio, ſeu confraternitate, qualiter obliget ſucceſſores, t.2. ibid. n.22.& 23. Et an violantes id, ſint periuri, ibid. n.24

Actio perſonalis non datur contra tertium: vbi quid paupertatis fauore, t.2. p.293 n.25

Homagium quid dicatur de iure, qualiter præſtandum, & quos obliget, t.2. p.293.n.26.27.& 28

Feudumligium quod ſit, t.2.p.294. n.29.30.31. & 33

Homologius quid ſit, t.2. ibid. n.32

Iuramentum fidelitatis ex longo tempore non præſumitur latum, t.2. ibid. n.37. & 38

Iuramentum de non alienando res Eccleſiæ, præſumitur factum ab Epiſcopo, t.2. p.238. n.8

Citatus ad declarandum cum Iuramento, ſi iuret, vt non ſit debitor non tenetur ampliùs iurare ſuper computa, tom.2. p.61. n.17

Iuramentum præſtitum latroni, indiget relaxatione, t.2.ibid. n.12. & 13

Ignorantia Iuramento allegantis probatur,ſed eſt veroſimilis, t.2. p.164. n.18

Iuramentum rei impoſſibilis, cuius pars poſſibilis eſt, nunquid obliget? tomo 2. pag. 362. n.50. Expenditur, p.363. n.52.53. & 57

Iuramentum, cui adeſt dolus, vel error circa ſubſtantiam rei, non obligat: Quid ſi comitans, t.2.p.308. n.18.19.& 20. Quid ſi circa cauſam iurandi, ibid. n.21. 22. & 23

Iuramentum, cui adeſt error diuiduus obligat in parte,in qua error non eſt.Quid ſi iurans cum errore, haberet animum ſe obligandi, t.2. ibid. n.24. & 25

Iuramentum inter coniuges ſeorſim habendi vt temerarium, reprobetur, t.2. p.341. n.1

Iuramentum dolo factum, quare nullum,& quare quod metu fit valeat, t.2. p.311. n.1.2. 3.4. & 5

Iuramentum, vel votum, nunquid inualidatur, quando culpa iurantis, ſeu vouentis, ceſſauit cauſa finalis, t.2. p.312. n.6. 7. & 8

Iurans non tranſire per aliquam domum; eo quod ibi habitat fornicaria, ſi ipſa habitationem deſeruit, ceſſat obligatio iurantis, aut vouentis, t.2. ibid. n.9

Iuramentum violans, eſt ſemper de periuro ſuſpectus, t.2. p.408. n.8

Iuramentum etſi debeat obſeruari,quoties poteſt ſine diſpendio,t.2. p.345. n.6. fallit vbi adeſt noua cauſa, ibid.n.7

Indicere aliquem vt Iuret per falſos Deos non licet, tom.2. p.368. n.1. & 2

Iuramenti probatio in defectum probationis non tollit, neque eneruat vires legitimæ probationis, t.2. p.72. n.10

Iuramentum de non reuocando teſtamentum, non tenet. Et quare, t.2. p.314. n.13

Purgationis Iuramentum, quando actore non probante, reo defertur, ad quos effectus, tom.2. p.454.n.8.9.10.11.12. & ſeqq.

Purgationis Iuramentum, differt in nonnullis à iuramento deciſorio, & aliis, tomo 2. ibid. num.13. 14. 15. 17. & 18

Nautæ caupones purgationis Iuramento de rebus ſibi traditis non conſignatis non ſubſtraxerint excuſantur, tomo 2. p.454. n.18

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſis matrimonialibus.Et nũ probet fugã creditoris,t.2.p.420.n.1.& 2

Confeſſio

Confeſſio quæ oritur ex inſtrumenti productione eo reprobato corruit, nec nocet rei quando apparet quod contra ſentiant; t.2. p.420. n.3
Iuramentum præſtitum alicui nomine proprio expreſſo, in re tamen ad dignitatem pertinenti, qualiter porrigatur ad Succeſſorem dignitatis diſtinguitur, t.2. p.298. n.5.6.7.8.9. 10. 11. & 12
Iurans aliquid facere, v.g. Petro, qualiter, & Succeſſoribus Petri teneatur, t.2. p.298. n.9. & 10
Iurans fidelitatem Prælato ſuo, ſi prælationem amittat, non debet alter ei eam præſtare, t.2. ibid. n.10
Canonicus Iurans ſeruare ſtatuta Eccleſiæ non tenetur ex vi iuramenti, ſi priuatus fuerit Canonicatu, tomo 2. ibid. num.11
Iurans conſtituto in dignitate fidelitatem id repetit in recognitionem Succeſſori, t.2. ibid. n.12
Iurans præſtare auxilium Regi Carolo, v.g. contra omnem hominem, nunquid obnoxius ſit, & eius filio, t.2. ibid. n.13
Iurans aliquid facere, dum eſt Cardinalis, creatus Papa, poteſt contrauenire, t.2. p.324. n.15
Iuramenti confirmatorij tractatus protrahitur, tom.2, p.415. num.1
Confeſſio dotis receptæ à merito facta animo donandi, confirmatur iuramento promiſſorio, tom.2. p.415. n.2. & 3. & ſi contra, n.4
Donatio inter virum, & vxorem Iuramento formatur, t.2. p.415. n.3
Confeſſio dotis receptæ à marito ſine Iuramento, non valet, t.2. ibid. n.4
Confeſſio dotis receptæ à marito facta, non roboratur Iuramento aſſertorio, & quare differat à roborata iuramento promiſſorio, t.2. ibid n.5
Aſſertorium Iuramentum nequit efficere verum, quod ſimulatum, & fictum eſt, t.2. p.426. n.7
Confeſſio dotis receptæ à marito facta ſimul aſſertorio, & promiſſorio Iuramento, valet, tomo 2. pag.416. num.8. & n.9
Iuramentum de re aliqua facienda, quando obligat contra primum, tomo 2. pag.307. num.1.2.3. & 4. cum aliis vſque ad n.14
Actus factus contra primum Iuramentum, quo quis iurauit abſtinere ab illo actu, nunquid ſit validus, t.2. ibid. n.6.7. 9. 10. 11. 12. 13. & 14
Iuramentum per dolum, aut errorem factum, non obligat, regulariter expenditur, t.2. p.308. n.15.16.17.18.19.20. 21.22.23.24. & 25
Iuramentum repetitum cenſetur prorogatione temporis debitori facta ad ſoluendum, t.2. p.423. n.2. & 3
Iuramentum recipere, vel incontinenti iurare paria ſunt, t.2. p.441. n.31
Offerens Iuramentum, poteſt pœnitere, & vti aliis probationibus, t.2. ibid. n.31
Recuſari poſt Iuramentum ab aduerſario oblatum, qui teſtes iam habet examinatos, t.2. ibid. n.31
Ignorantia vouentis, ſiue iurantis, merè negatiua obligat, t.2. p.309. n.29. & 30
Cauſa finalis ſeu impulſiua Iurantis, & vouentis, quæ, t.2. ibid. n.31.32.33.34. & 35
Iuramentum per errorem factum, & dolum circa cauſam finalem, & motiuam, non eſt validum, tomo 2. ibid. num.32
Ceſſante cauſa finali Iuramenti, vel voti ceſſat eius obligatio, t.2. ibid. n.44. Quid de impulſiua, expenditur, p.310. n.36. & 37
Iuramento de expellendo à domo propriam vxorem turpius reputatur, t.2. p.339. n.5
Iurans quibus de cauſis, periurij reus non ſit, t.2. p.316. n.43. 44. & 45
Iuramentum à lege delatum alicui cenſetur etiam delatum eius hæredi, t.2. p.292. n.11. 12. & 13
Iuramentum primum de aliquo faciendo, ſeu dando, quando per ſecundum ceſſat, vel non, & quorum conſenſu, tom.2. p.234. n.37. 38. & 39
Renuncians eum Iuramento, quando poſſit contrauenire contractui ex læſione, t.2. p.390. n.15.16. & 17
Reſtitutio competit Læſæ filiæ renuncianti ex remedio, *legis 2. C. de reſcind* & ſi valeat renunciatio ratione Iuramenti, t.2. ibid. n.16. & 17
Iuramentum poſt concluſum in cauſa, an deferri queat, diſtinguitur inter iudiciale voluntarium, & ſuppletorium, & quæ iſta ſint, tom.1. pag. 395. num.3. & pag.396. n.15. & 18
Iuramentum calumniæ poteſt poſt concluſum in cauſa præſtari, t.2. p.396. n.19
Promiſſio de non alienando, etiamſi ſit cum Iuramento, non impedit alienationem, & translationem Dominij, tom.2. p.337. n.3
Iuramentum in ſuppletorium in dubio, nunquid deferatur Reo, t.2. p.441. n.24. & 25
Citatio in abſolutione à Iuramento, non requiritur, cum narratur exactiſſima geſtorum ſeries: nec in obligatione camerali iurata, t.2. p.215. n.44. & 45
Statutum præcipiens vt vltra probationem Actor Iuramentum præſtet, valere non debet, t.1. p.70. n.13
Iuramentum in ſupplementum datur ſuper probationibus, ex coniecturis, & ei qui iurat de credulitate, tom.1. p.71. n.14. & 15
Mandatum de illicitum iurando, non tenet, tom.2. p.338. num.2
Iuramentum contra bonos mores Iuris naturalis, Diuini, vel Canonici, non tenet, nec confirmat contractus, aut pacta à Iure naturali, Diuino, vel Canonico irrita, t.2. p.339. num.3
Recuſari poteſt Iuramentum ex cauſa iuſta, tom.1. pag.71. num.3
Iurans per extorſionem obſeruare in omnibus cauſis, Iuris ordinem, non tenetur ad alia, quæ extra ius ordinata ſunt, t.2. p.336. n.2
Iuramentum per vim, aut metum à latrone extortum, eſt contra Ius Ciuile, t.2. p.340. n.6
Iuramentum deciſorium, differt à probatorio in neceſſitate illud præſtandi, t.1. p.70. n.9
Iuramentum promiſſorium in obligatione de futuro habet vim expreſſi, t.2. p.401. n.27
Minor Iurans non venire aduerſus contractum, ſi vltrà dimidiam fuiſſet deceptus, habet nihilominus beneficium reſtitutionis, t.2. p.275. n.12
Iuramentum compromiſſi, prorogatione facta, quando repetitum cenſeatur, t.2. p.424. n.7. 8. & 9. diſtinguitur, ibid. n.10.11. 13. & 14
Iurata promiſſio alicuius rei, quæ ſit cum alia commutata, nunquid ad commutatam prorogetur, t.2. p.425. n.15.16. 17.18. 19. 20. & 21

Iuriſdictio.

Iuriſdictionis qualitas, quæ fundat Iuriſdictionem, debet ante omnia probari ſic vt non ſufficiat ſolus titulus delicti, t.2. p.201. n.49
Imperium merum quod eſt actus Iuriſdictionis ſpecies probatur per actus illatiuos, t.2. p.191. n.4

Ius.

Ius Canonicum aliquando appellari Diuinum, tom.2. p.48. num.3
Iuris patronatus cognitio ex Pontificis licentia, poteſt laico committi, t.1. p.368. n.16
Iura omnia eſſe in pectore Papæ, ſeu Principis ſuperioris qualiter ſonet, t.1. p.317. n.18
Regio Iure deficiente, controuerſiæ decernuntur per Ius Canonicum, t.1. p.270. n.20. & 23

Iuſiurandum.

Iuſiurandum vt actionem producat, quas conditiones debeat habere, t.2. p.264. n.1
Actio ex Iureiurando orta, nunquid de Iure Ciuili, aut prætorio ſit, t.2. p.265. n.3.4.5. & 6
Iuſiurandum delatum, nunquid exceptione elidatur, tom.2. p.441. n.27.28.29. & 30
Appellatio à ſententia Iudicis Iureiurando cauſam decidentis, nunquid locum habeat, t.2. q.438. n.23. 24. 25.26. & 27
Iuſiurandum delatum, quo fertur ſententia, habet ſpeciem tractionis, & maiorem authoritatem, quàm res iudicata, t.2. ibid. n.27
Ignorans iureiurando promittens, quando cenſeatur obligatus, t.2. p.309 n.28.29. & 30.
Remitti poteſt à Prætore Iuſiurandi dilatio, & cur? tom.2. p.441. n.33
Sumptus litis, nunquid per Iuſiurandum iudiciale, aut ſuppletiuum decidi valeant, tom.2. ibid. n.24. & pag.342. n.35. 36. 37. & 38

L

Laicus.

Laicus poteſt eſſe Teſtis contra Clericum in ciuilibus, & in criminalibus ciuiliter intentatis etiam ſuper priuatione beneficij, t.2. p.264. n.2 & 3. ſecus ſi de delicto criminaliter agatur, ibid. n.4. & etiam contra ſolum tonſuratum, ibid. n.5. fallit in nonnullis criminalibus, ibid. n.8. 9. & 11
Laicus abſoluere poteſt à iuramento ſuper contractu, &c. cumulatiuè, ſe à iuramento Deo facto vel ſuper re pia ſolus Eccleſia

Eccleſiaſticus, tomo 2. pag.218. num.68

Laici ad fauorem Clericorum admittuntur, tomo 1. p.264. num.10

Laicus aduersùs Clericum non admittitur,etiamſi de crimine agatur per viam Inquiſitionis, t.1. p.265. n.12

Laici in criminibus in ſubſidium aduerſus Clericos, verius eſt vt poſſint eſſe Teſtes, t.1. ibid. n.13. & 16

Laicus accuſare poterit Clericum infamatum de crimine;ſecus ſi infamatus non ſit, t.1. ibid. n.17

Laici examinati contra Clericum, ſi ſunt plures, & ſi non probent, faciunt indicium ad Torturam, t.1. ibid. n.18. ſi deponant immediatè circa delictum, p.266. n.20

Læſio.

Læſio enormis, & enormiſſima ea nempe, quæ eſt vltra dimidiam, differunt ad effectum, vt filia renuntians hæreditati paternæ reſtituatur, t.2. p.389. n.12

Læſio arbitranda eſt officio Iudicis *remiſſiuè*, tomo 2. ibid. num.13

Mulier indotata propter enormiſſimam reſtituitur, non ſic propter enormem tantùm Læſionem, t.2. ibid. n.14

Læſio cum intenditur cauſa renuntiationis hæreditatis attenditur tempus renuntiæ. Explicatur, t.2.p.399. n.1

Læſio quæ dicatur enormiſſima, quæ enormis, circa quos contractus, intelligatur, t.2. p.386.n.30

Læſionis reſtitutio ob hæreditatem Patris renuntiatam *remiſſiuè*, t.2. p.387. n.12

Minor Læſus in contractu iurato, reſtituitur aduersùs eminentiſſimam Læſionem excedentem dimidiam iuſti pretij, t.2. p.384. n.18

Læſis enormiter iura ſolent ſubuenire, t.2. ibid. n.19

Reſtitutio competit maioribus, ſi læſi ſint vltra dimidiam, t.2. p.385. n.20

Minor donans ex mera voluntate, ac honeſta cauſa non reſtituitur ſi iurauit ad Læſionem, t.2. p.394. n.7

Legatum.

Legatum vſusfructus donec mulier honeſtè viuat illud admittit turpiter conuerſando,quod probatur etiamſi Teſtes per diuerſas ſpecies deponant, t.1. p.191. n.2

Legatum Religioſo relictum, cum conditione vt nihil Monaſterio acquiratur valet, accedente licentiâ ſuperioris, & relictum pro ſuis neceſſitatibus, debetur etiam ei pro annis præteritis, t.1. p.139. n.1. & 2

Legatum puellæ relictum in maiori quantitate, ſi nubat non deficit eo quòd ſi minus legetur ei religionem ingredienti, t.1. p.138. n.3. & 4

Legata plura ſub vna clauſula queunt poni, tomo 2. pag.77. num.6

Legatarij.

Legatarij qualiter, & quando queant pro legato ex teſtamento petere executionem, t.2. p.35. n.4. & de praxi petendi, p.36. n.8.9. & 10

Lex.

Lex primo, & principaliter bonorum priuatorum intendens, non videtur obligare tranſgreſſores, ad culpam, ſecus ſi bonum publicum intendat, t.2. p.379. n.15. & 16

Lex improbans conſuetudinem, quando comprehendat, non ſolum præteritam, ſed futuram, tomo 1. pag.74. n.3. 4. & 6

Lex Ciuilis prohibitoria non poteſt impedire virtutem, & potentiam iuriſiurandi, t.2. p.380. n.23. & 24

Lex lata pro tota communitate obligat, capit ipſum Principem non directè, ſed per accidens, t.2. p.65. n.19

Lex dum ſtatuendo fingit, verè, & certè facit, & eſt propter aliquam æquitatis rationem, t.2.p.126.n.41.& 42

Lex Iulia de fundo dotali prohibuit fundi dotalis alienationem, t.2. p.379. n.11

Fiſci cauſa publica dicitur dotis priuata, t.2. ibid. n.12

Leges, & capita explanantur plura. Vſque in finem q. circa pœnam imponendam delicto conatus, tomo 2. pag.131. n.30. & 32

L. 2. Cod. de rebus creditis, & Iureiurando, expenditur,t.1. p.320. n.25.26.27.28.29.30.& 31. Iuriſiurandi contenta religio, ſatis vltorem Deum habet,qualiter ſumatur, ibid. num. ſeqq.

Libellus.

Libellus infamatorius contra nobilitatem, ſeu puritatem alicuius ſub ſecreto, & ſine ſubſcriptione porrectus factis iam informationibus ſufficit ad inquirendum de nouo,t.2. p.63. n.12. & 13

Libellus oblatus contra ruſticum Latino ſermone valet,ſtante intelligentiâ ſui patroni, t.1. p.86. n.29

Liber.

Liber rationũ probat in Iudicio contra Scribentẽ,t.2.p.38.n.2

Libro rationum pro ſcribente non credi multi probant, quid tamen verius, t.2. p.38. n.5. & 6. & quid de parato probare partitam contra ſe in illo ſcriptam, ibid.n.7

Liber priuatus pro tertio contra tertium,non plenè probat,t.2. p.39. n.8. & 9

Libri Parochiæ probant ætatem, mortem, quid de libris paternis, tom.1. p.195. num.38. 39. & 40. & pagina 196. n.43. & 44

Libris Campſorum, Mercatorum, vel Bancheriorum creditur contra ſe: quid pro ſe, & in quibus locis, tomo 2. p.39. n.11. & 12

Liber ſocietatis plenè probat inter ſocios, & qua forma ſcribatur, vt credatur, t.2. ibid. n.13. & 14

Liber rationum quando dicatur connexis in parcellis; quando vero dicatur habere capitula ſeparata, tomo 2. ibid. num.15

Parcellæ ſeu capitula ſeparata in libris rationum quæ ſint, t.2. p.40. n.16. & 17

Fines Diœceſum probantur per Libros antiquos, & de ſententia eorum, t.1. p.193.n.2.16.17. & 18

Libri antiqui ſub cuſtodia publica reperti plenè creduntur, t.1. p.193. n.3. fallit, ibid. n.6. & 7

Liſtri antiqui probant in materia finium inter Eccleſias, t.2. ibid. n.4

Libris Hiſtoriarum & Chronicis, datur fides, qui id de libris Monaſterij, & Confraternitatis Theſauri Eccleſiæ, tom.1. ibid. n.5. & 10

Libri priuati, reperti ſub cuſtodia, qualiter probent,tomo 1 ibid. n.13

Librorum appellatione continentur volumina, ſiue ex membrana, ſiue ex proprio, t.1. ibid. n.14

Mercatorum Libri quando fidem habeant,& qualem, tom.1. p.204. n.1. & 2. Creditur eis vigore ſtatutorum, ſeu conſuetudinis, ibid. n.3. quando ad executionem præferantur aliis inſtrumentis, ibid. n.4

Libri rationum etiam defuncti, qualem fidem faciant, t.1. ibid. n.4.8. & 9. nullam, qui mendaces in aliqua partita, ibid. num.5. & 6. & qui non ſunt compaginati, ibidem num.7

Calculationes & Libri extraiudiciales non habent executionem paratam, t.1. ibid. n.10.& 12

Libri Religioſi, ſeu Scholaſtici, qui ei à Patre donati ſunt, an ſemper ſpectent ad Monaſterium, t.1. p.117. n.18

Licentia.

Licentia conceſſa ab Epiſcopo audiendi confeſſionem, qualiter careat falſitate, ſi notarius in ea exprimat, & *abſoluendi à reſeruatis*, t.2. p.49. n.18

Limina.

Limina intelliguntur, vbi Papa adeſt, nec eorum viſitatio adimpletur, ſi Epiſcopi Papæ legatum inuiſerint, tomo 2. p.147. n.28

Limina Apoſtolorum inuiſere nolentes. Epiſcopi pœnis multis plectuntur, t.2. p.148. n.29. 30.31. & 32

Limina Apoſtolorum ſunt inuiſenda per Epiſcopos certis temporibus iuxta diſtantiam Diœceſum, & Prouinciarum, t.2. p.146. n.4.6.7.8. & 9. qualiter antiquitus, & qualiter hodie, ibid. n.10.11.12.13.14. & 15

Liminum Apoſtolorum obligatio inuiſendi, ortum habuit ab initio naſcentis Eccleſiæ: Et quis Pontifex eam primo decreuit, t.2. ibid. n.5.6. 7.8. & 9

Limina Apoſtolorum quæ ſint, ſeu dicantur, tomo 2. ibid. n.16.17. & 18

Liminum viſitatio, quare ſit præcepta, & non Papæ, tom.2. p.147. n.19. 20.21.22.23.24. & 25

Liminum viſitatio, & ſi Epiſcopis perſonaliter competit, adhuc eis impeditis fit per Nuncium miſſum, & quis talis nuncius nominetur, t.2. p.147. n.26. & 27

Liminum inuiſendorum mandatum conceſſum: Nuntio per Epiſcopum viſitaturo, quæ continere debeat. Et de praxi, t.2. p.248. n.33. & 34

Lis.

Lis adducta ſuper dilatoria, non admittitur ſuper principali, t.1. p.321. n.5

Litteræ.

Litteræ compulſoriales qualiter, & quâ citatione extrahantur, t.2. p.116. n.18. 19. & 20

Litteris ſigillatis creditur, & Ballis Mercatorum, ſi earum ſigillum ſit Authenticum, alias non, t.2.p.51.n.35.36.37. 38.39. 40. & 41

Epiſtola ſigillata, ſigillo Authentico,fidem non facit quando nec amiſſa eſt, aut contradicta ab eo, cui mittitur, vel ſi mortuus eſſet, mittens, t.2. p.51. n.38. & 40. vel ſi non habet nomen ſcribentis, ibid. n.41

Litteris Epiſcopi ſigillatis, quando ſine Teſtibus credatur, etiam contra tertium, & extra officium, t.1. p.99. n.1.2. 3.5. & 6. *de Iudicialibus, & extraiudicialibus*, ibid.n.4

Litteræ Teſtimoniales Epiſcopi, etiam ſigillatæ, non probant ſuper facto præterito; ſecus de præſenti ſuptà, t.1. p.100. n.7. & 11

Epiſcopi

Epiſcopi Litteris creditur vt dimanatis à perſonâ publicâ,non vt à priuatâ, ibid. n.8

Litteris plurium Prælatorum plus creditur, quam vnius, t.1. ibid. n.9

Litteris Vicarij de facto coram Epiſcopo non creditur, t.1. ibid. n.10

Litteræ dimiſſoriales ab Epiſcopo, poſſunt extra territorium concedi: legitimatio quit fieri extra territorium, tomo 1. p.104. n.4

Litteris Epiſcopi ſigillatis, non creditur in cauſis magnis, etiam de quocumque Collatore, t.1. p.100. p.1.& 2. niſi litteræ ſint ſubſcritæ à Notario, ibid. n.3

Litteræ Epiſcopi in ſpectantibus ad eius officium probant in actu extraiudiciali, t.1. p.102. n.6

Litteræ cuiuſcumque Collatoris debent eſſe ſigillatæ à Notario publico, non à Secretario vulgò *de Camera*, t.1.p.101. num.5

Litteras corrigens iuxta mentem Papæ, falſarius non eſt, t.2. p.49. n.19

Litteras marmoreas, ſeu lapideas abradentes puniuntur, t.1. p.196. n.47

Locatio.

Locatio rei Eccleſiaſticæ ad multum tempus, nunquid propriè alienationem ſapiat, t.2. p.229. n.17

M

Majoratus.

Maioratus ex quibus vocationis perpetuus cenſetur, t.1. p.140. n.6. & num. ſequentibus.

Maioratus perpetuus cenſetur, ſi vocaret Teſtator ſucceſſores ordine primogenituræ, t.1. ibid. n.14

Malus

Malus ſemper præſumitur malus reſpectu temporis futuri, non præteriti, t.2. p.49. n.11. 12. & 13

Malus quis non dicitur ex vnico actu mali, t.2.p.190.n.17

Minans malum abſque animo inferendi, ſi iuſtè poterat facere, & non fecit, nunquid poſſit retinere pecuniam ob id extortam, t.2. p.134. n.17

Mandatum.

Mandatum ſuperioris excuſat à pluribus, t.2. p.314. n.16. num. ſeqq.

Manutentio.

Manutentio poteſt ex dicto vnius Teſtis dati, nec admittit exceptionem proprietatis, nec aliam reſpicientem ad petitorium, t.1. p.152. n.10

Manutentio dependens à validitate tituli, datur diſcuſſo titulo, ibid. n.11

Manutentio conceditur in eo ſtatu, quo quis poſſidebat ante Litem motam, t.1. ibid. n.13

Manutenibilis quando dicatur poſſeſſio inſtrumentalis, t.1. ibid. n.14

Manumittens ſeruum cogitur facere, & præſtare inſtrumentis libertatis, t.2. p.82. n.34

Manutentio non datur habenti ſe prò expoliato, ſecus ſi petat ſe reintegrari, t.1. p.153. n.17

Manutentio competit reſignatario, & datur in gradu reſtitutionis in integrum, nec ex eo, quod denegetur, parti alteri cenſetur data, t.1. ibid. n.18

Manutentionis mandatum vnico conceſſum reuocatur detecta poſſeſſione alterius, t.1. ibid. n.19

Manutentio, quando competat in quaſi poſſeſſione exigendi, & qualiter probetur, t.1. ibid. n.20. & 23

Manutentio poteſt peti, etiam poſt latam ſententiam in poſſeſſorio plenario, t.1. ibid. n.24

Manutenibilis non eſt poſſeſſio, quæ habet iuris reſiſtentiam, t.1. ibid. n.26

Manutentio in iuriſdictione, datur ex ſola aſſiſtentia iuris, t.1. ibid. n.27

Manutentio non datur in facultatiuis, t.1. p.154. n.28

Manutentio ex præſentatione, quando detur, t.1 ibid. num.29. & 30

Manutentio, quæ pendit à negotio principali non datur, niſi eo prius diſcuſſo, t.1. ibid. n.31.32. & 33

Manutentionis decretum requirit citationem, t.1. ibid. n.34

Maſculus.

Maſculus ex fœminis iuſtâ interpretatione comprehenditur, t.1. p.129. n.4

Mater.

Mater præſumitur ſuperuiuere infanti, ſecus puberi iam facto, t.1. p.151. n.16

Matricula.

Matricula probat quem eſſe alicuius artis, ſeu Collegij, t.1. pagina 203. num.32. 33. 34. & quando, ibid. num.35. & 36

Matricula transfert onus probandi in aduerſarium, t.2. ibid. num.35

Matrimonium.

Matrimonium quoad vinculum ex adulterio, nullo modo ſeparatur, niſi quoad torum, t.2. p.177. n.32

Matrimonium confitentibus creditur, ſi æqualitas perſonarum, & alia indicia patiantur eſſe contractum. Quid ſi vnus ignoret matrimonium alterius, tomo 1. pag.168. num.4. 6. 8. & 9. vbi quæ ſit qualitas dicta, & indicia, ibid. n.12

Matrimonium rectè probatur per inſtrumenta, per cohabitationem diuturnam, per famam, & alia de Iure Canonico, t.2. p.165. n.1.2.3.4.5.& 6. certis adminiculis, ibid. n.7

Matrimonium fieri vno tantum teſte impeditur, quid ſi tantum ſit de auditu, t.1. p.310. n.46.47. 48. & 49

Matrimonia expedit iuri publico, vt libera ſi ſint, tomo 2. p.417. n.16. & 18

Matrimonium per ſolum inſtrumentum, aut cohabitationem diuturnam, aut per ſolam famam non probatur plenè, niſi hæc concurrant, t.2. p.166. n.11

Matrimonium quando benè probetur teſtibus, vel non, t.2. ib. n.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21. & 22

Matrimonium alleganti incumbit probandi onus, tomo 2. ibid. n.23

Probandi onus incumbit agenti ad reſtitutionem mulieris, vel viri, t.2. ibid. n.24. & 25

Iuramentum ſuppletorium non defertur probanti Matrimonium per vnum teſtem ad vindicationem coniugis conſequendam, t.2. p.167. n.26

Alleganti Matrimonium ſpirituale, incumbit onus probandi, tom.2. p.167. n.27.28.29.30. 31.32. & 33. quod dicitur etiam per ingreſſum Religionis.

Matrona.

Matronæ, & alij in arte periti quales, t.1. p.84. n.1

Exceptio, quæ alios excludit extenditur ad Matronas, & peritos, t.1. ibid. n.2

Nobilitas non prærequiritur in Matronis, t.1. ibid. n.3

Matronæ quot neceſſariæ ſunt, vt de virginitate deponant, t.1. p.84. n.5

Matronæ vt deponant ſuper virginitate quia faciunt, & quid vt deponant de prægnatione, t.1. p.83. n.12. & 13

Matronis duabus aſſerentibus pro virginitate magis creditur, quàm aliis duabus deponentibus contra virginitatem, t.1. p.82. n.6

Matronarum declarationi creditur, donec contrarium probetur, t.1. ibid. n.8

Matronæ & cæteri in arte periti non deponunt. de his quæ perceperunt ſenſu corporeo, ſed tantùm de his, quæ intelligunt ſecundum artis peritiam, t.1. ibid. n.9

Matrix.

Matrix diſcordans à protocollo, tunc nequit reaſſumi inſtrumentum, t.2. p.118. n.5

Maritus.

Maritus pro vxore, nec econtra poteſt eſſe teſtis, t.1. p.300. n.23. 24. & 25. Quid de concubina, ibid. n.26. Quid de amaſio, p.299. n.27. fallit, ibid. num.28.29.30.31.32.33. & 34

Medicus.

Medicus vnus in quo credatur, t.1. p.86. n.24

Medici quando aſpiciant, vt deponant ſuper virginitate, t.1. p.83. n.14

Medicorum Iudicio probatur, an mulier ſit paritura maſculum, item probatur fatuitas: Et quid de mareſcalco vulgò *Errador*, t.1. p.92. n.13

Membrum.

Mutilatus aliquo Membro verius eſt, vt poſſit eſſe Teſtis, t.1. p.264. n.6

Mercator.

Mercatores noſtri temporis, licet de iure non teneantur edere inſtrumenta Actori. Aliter in praxi, tom.1. pag.60. n.8. & 9

Mercatoris viuæ voci creditur, vel alterius iurantis à principio de rectè exercenda negotiatione, t.1. p.39. n.10

Minor.

Minor, & Eccleſia recuſans Regium auditorem, ex cauſa antecedente orta, poteſt reſtitui poſt concluſionem ad probandam recuſationis cauſam, tom.1. p.328. n.2.3.4. & 5

Minor, & Eccleſia, non reſtituuntur poſt concluſionem ad opponendas dilatorias exceptiones, tomo 1. ibidem num.5

Minor & Eccleſia, ſi tantum litigent, vt tertij, verius eſt vt reſtituantur aduerſus probationem omiſſam, tom.1. pagina 327. num.9. 10. 11. 12. & 13. *vide*, p. 328. q.3. num.2

Minor tanquam confeſſus poteſt condemnari vigore ſtatuti,

ſtatuti, & quando ei denegetur reſtitutio, tomo 1. p.39. num.5
Minor ex Confeſſione reſtituitur, ſi appareat eum erraſſe. Et aliquoties ex remedio extraordinario, quod denegatur maiori, t.1. ibid. n.5. & 7
Minores comprehenduntur in ſtatuto aduerſus contumaces Confeſſos, licet facilius reſtituantur ad nouas defenſiones, t.2. p.42. n.3

Miſſio.

Miſſio Notarij ad examinandum Teſtes committitur partis citatione, t.1. p.243. n.16

Monachus.

Monachus facta profeſſione nequit reuocare Teſtamentum, t.1. p.119. n.14. & 15
Monachus acquirit ratione Monaſticæ obedientiæ, & non poſſeſſionis, t.1. p.111. n.20
Monachus potius comparatur filio, quam ſeruo, tom.1. ibid. num.17
Monachus factus ille, qui grauatus eſt, reſtituere hæreditatem, an ſtatim ac profeſſionem fecit reſtituere teneatur, vel poſt mortem remiſſiuè, t.2. p.117. n.1
Legatum relictum Monacho ſub conditione, acquiritur illi Monaſterio, in quo vitam agit, t.1. p.109. n.4
Monachus profeſſus, acquirit primo Monaſterio, in quo erat tempore acquiſitionis, ſed vſumfructum acquirit ſecundo ad quod transfert, t.1. ibid. n.5 6. & 7
Monachus tranſiens de vna Religione ad aliam, poteſt ſecum ferre ſua propria ſcripta, & libros de manu, tom.1. ibid. n.8
Monachi bona tranſeuntis ad aliam Religionem contra ius, pertinent ad primum Monaſterium aliàs ad ſecundum, t.1. p.110. n.9
Offerens ſe Eccleſiæ ſæculari, omnia ſua bona ſecum ad aliam transfert, t.1. ibid. n.10
Monachus tranſiens ad Epiſcopatum, Monaſterio acquirit bona ante acquiſita, t.1. ibid. n.11
Nonachus profeſſus mortuus Patre viuo nequit priuare eum ſuâ legitimâ, t.1. p.120. n.7
Monachus renuntians bonis propter magnam familiam, in defectum ſucceſſorum de familia excludit extraneos, t.1. ibid. n.8
Hæres Monachi profeſſi, ſi moriatur ante ipſum Monachum, tranſmittit hæreditatem ad ſuos, nec remanet caduca, t.1. p.119. n.1
Monachus per profeſſionem amittit beneficium Eccleſiaſticum, t.1. p.120. n.3
Monachus teſtis in teſtamentis poſſit ne eſſe, caſus de facto, t.1. p.388. n.8.9. & 10. quid vbi hæres eſt eius Monaſterium, ibid. n.11. quid in aliis cauſis ſui Monaſterij, ibid. n.12. & p.389. n.19. 23. & 24
Monachus admittitur teſtis ad probandum factum extra capitulum, & num debeat iurare, t.1. p.389. n.20. & 27
Monachus Tabellionis officio non fungitur, poteſt tamen ſignare ſcripturam ab eo ante confectam, t.2. pag.110. num.28
Dicenti ſe Monachum incumbit onus probandi, t.2. p.167. num.33

Monaſterium.

Monaſterium ſuccedens incapax non excludit ſubſtitutum; item quando non vult adire, t.1. p.113. n.15
Monaſterium qualiter adire poſſit hæreditatem Monachi defuncti; t.1. ibid. n.16. & 17
Monaſterium poteſt repudiare hæreditatem Monacho delatam, poſt annum probationis, t.1. p.114. n.19. & 20
Monaſterium, & Eccleſia qualiter dicantur feudi incapaces, t.1. p.117. n.2. quid de emphyteuſi, p.118. n.3
Monaſterium an ſuccedat Nouitio mortuo ante profeſſionem, vel hæredes abinteſtato, vtrumque probabile, t.1. p.115. n.6
Monaſterium habens priuilegium, quod poſſit ſubſtitutum excludere, eo vti poteſt, etiam aduerſus aliud Monaſterium, ne dum contra priuatos, t.1. p.139. n.10
Monaſterium ſuccedit in bonis illius, qui ſe, & ſua obtulit animo vitam mutandi, licet non profitendi, t.1. p.117. num.17
Monaſterium quando excludat ſubſtitutum ſub conditione, *ſi ſine liberis*, t.1. p.106. n.1. & 2
Monaſterium habetur loco filij fictè, & in caſibus à iure expreſſis, t.1. p.107. n.4
Monaſterium qualiter acquirat hæreditatem Monacho relictum, t.1. ibid. n.7
Monaſterium, ſiue Eccleſia, poteſt ab hæreditate excludi, ſi voluntas adſit expreſſa teſtatoris, non alias, t.1. ibid. n.8. & p.108. n.9
Monaſterio quando debeatur pecunia data pro Monacho interfecto, quando patri, vel vtrique, t.1. p.100. n.12. & 13
Monaſterium tenetur ad legitimam præſtandam filio patris Monachi defuncti, non in vita eius, tomo 1. ibid. n.14. & 15
Monaſterium non excludit piam cauſam ſubſtitutam, tom.1. p.104. n.8
Monaſterium qualiter loco filij ſuccedat, & de rationibus, t.1. ibid. n.9
Prima ratio improbatur, t.1. ibid. n.10
Secunda ratio improbatur, t.1. ibid. n.11
Ratio vera, t.1. ibid. n.12
Monaſterium ſuccedens loco filij contra ſubſtitutos, habet ſecuritatem etiam in foro animæ, t.1. ibid. n.13
Monaſterium non excludit ſubſtitutos, ſi adeſt clara, vel coniecturata voluntas teſtatoris, t.1. p.105. n.14. & 15. & p.106. n.17. *vide* q.2.
Monaſterium adire poteſt inuito Monacho hæreditatem illi relictam, t.1. p.113. n.13. & 14
Monaſterium non habetur loco filij, quando liberorum conditio refertur in propriam perſonam, t.1. p.106. n.24
Ius præſentandi, quando per Ingreſſum Religioſi ſpectat ad Monaſterium, t.1. p.115. n.10. & 11
Monaſterium non acquirit bona Nouitij, de quo dubium eſt, an eſſet ingreſſus animo experiendi tantum, t.1. ibid. n.12. & 14. fallit, ibid. n.16
Monaſterium ſuccedit in maioratu, non habente gubernationem, vel iuriſdictionem, t.1. p.116. n.8. & 9

Moneta.

Monetarum plura remiſſiuè, t.2. p.325. n.8
Monetam cudere poteſt Princeps de vili materia vt ferro, corio, & ſi neceſſitas belli vrgeret aliter ſuccurri nequeat, t.2. p.326. n.9

Monitoria

Monitoria conceduntur illis quibus intereſt, & non aliis, t.2. p.330. n.15.18.19. & 21. aliter conceſſa reuocantur, ibid. num.17
Monitoria non conceduntur inſtante iudice laico, t.2. ibid. num.16
Monitoria ab excommunicato quando impetrari queant, t.2. ibid. n.20
Monitoria ſi denegentur quit appellari ab intereſſe habentibus, t.2. ibid. n.21.23. & 24
Monitoria poſſunt lite pendente concedi, tomo 2. p.330. num.22
Monitoria non conceduntur, quoties quis ob indicia coram competenti Iudice quid procedere contra Reum, t.2. p.332. Et quid ſi petantur ab hærede, & opponantur de inuentario, ibid. n.57
Monitoria contra Teſtes, qualiter concedantur, t.2. ibid. n.53.54.55.56. & 58
Monitoriorum vi, qui denuntiare teneantur, vel non, tom.2. p.333. n 60.61.62.63.64.65 .& n.68
Monitorij terminus, nunquid protogari valeat, t.2. ibid. n.64. num.65
Monitoria, ſeu edicta, nunquid obligent ea audientes antequam publicentur, t.2. ibid. n.66. & 57.
Denuntiare tenentur vi Monitorij quæcumque perſonæ cuiuſque dignitatis, etiamſi contrarium iuraſſent, t.2. ibid. num.68
Denuntiare nolentes vi Monitorij puniuntur, t.2. p.334. n.70.
Denuntiare obligari, qualiter teneantur interrogati proferre veritatem, t.2. ibid. n.71
Denuntiare non tenentur omnes, qui afferendo teſtimonia, excuſantur, t.2. ibid. n.72.73. & 74
Denuntiare nemo tenetur, niſi quos pars, vel Iudex intendit, ib. n.85. Quid ſi rimeat damnum, ib. n.76. Quid ante correctionem, ibid. n.77. 78. & 79
Hæreticus occultus vi Monitorij non tenetur ſe prodere. Quid de Confeſſario ſolicitante, t.2. p.335. n.80. & 81. Homicida, fure, ibid. n.82
Scripturas reuelare vi Monitorij quando quis teneatur, vel non, t.2. ibid. n.83
Denuntiare nemo tenetur iuſtum compenſatorem, t.2. ibid. n.84. & 87. quid ſi dubitet de iuſtitia compenſationis, ibid. num.88
Denuntiare non tenetur qui ſcit, quod probare nequit, t.2. ibid. n.87
Monitoria Curia Archiepiſcopalis, vt tollat ſcrupulos, non decernit aduerſus principales non reuelantes, tantùm contra reſtituentes, t.2. ibid. n.88
Reſtitutio vi Monitoriorum præcepta non obligat impotentem, nec compenſationem opponentem, tom.2. ibid. n.89. & 90
Abſolutio à Monitorialibus, à quo concedatur, t.2. p.336. n.91.92. & 93
Monitoria, vt concedantur, quæ requiſita in praxi inueniantur, t.2. ibid. n.94.95.96.97.98. & 99

Doctores

Doctores qui agunt de Monitoriis, ſiue edictis ad finem reuelandi ſecreta, t.2. p.328. n.1

Monitoria dautur in ſubſidium deficiente alia probationes, t.2. ibid. n.2.& 3. & ne euacuetur ſæculare forum, ibid. num.4

Reuelandi obligatio ex vi Monitoriorum, & edictorum quos & quomodo obliget, t.2. ibid. n.3

Excommunicationis remedio non temerè vtendum per iudicem, & de praxi Romanæ Curiæ, in procedendo contra obligatos in forma Cameræ, t.2. ibid. n.4

Monitoria ad reuelandum non conceduntur quando certæ ſunt perſonæ, t.2. ibid. n.5

Monitoria ad finem reuelandi concedunt Pontifex, & Epiſcopus, quid de Vicario generali, cap.1. n.7. de Auditoribus Rotæ, t.2. p.229. n.6. & 7. Quid de Prælatis Epiſcopo inferioribus, ibid. n.9. & de Regularibus, ibid.n.10. & quid de Vicario generali Epiſcopi, t.2. ibid. n.11. 12. 13. & 14

Monitoria non conceduntur pro leuibus, & vulgaribus rebus, & pro qua ſumma concedantur in Curia Romana, tom.2. p.330. n.25.26. 27.28. & 29

Monitoria in Iudicialibus qualiter dari denegentur pro Articulis impertinentibus, & aliis, t.2. p.331. n.30.33.& 33

Monitoria vt concedantur, quas cauſas legitimas requirant, t.2. ibid. n.31

Monitoria non conceduntur contra habentem pro ſe rem iudicatam, & contra habentes rem aliquam iuſte, tom.2. ibid. n.32. & 33

Monitoria ſi ſint infamatoria non conceduntur, tom.2. ibid. n.34. 35. & 36

Monatoria ſub qua forma cõcedantur, t.2.ib.n.37.& 38.Non requiritur citatio partis, ibid. n.39. ſub qua forma publicanda, ibid. n.40

Monitoria in certis ſolemnibus diebus non conceduntur, t.2. ibid. n.41. & 42

Monitoria vt concedantur, qualis debeat eſſe concedentis intentio? Et quæ conſideret Iudex ea concedens, t.2. p.332. n.44. 45 46.47.48. & 49

Teſtes virtute Monitoriorum declaraturi, ſub qua forma verborum faciant, t.2. ibid. n.50

Mors.

Mors Ciuilis æquiparatur naturali, quoties idem reſultat effectus, t.1. p.115. n.3

Mortuus inuentus in terris Chriſtianorum præſumitur fidelis, t.2. p.191. n.6

Bona defuncti, quando publicentur, ſi poſt Mortem veniat damnandus de crimine læſæ Majeſtatis, tom.2.p.26.n.1.2. 3. & 4

Mulier.

Mulier in criminalibus, & in teſtamentis teſtis, quare non admittatur, tom.1. p.350.n.2.3.4.5.6.7.8.9.& 10. vbi de Iure Canonico in criminalibus aliter diſponit praxis.

Mulier verenda, quando teneatur oſtendere Medico, vel Obſtetricibus, t.1. p.93. n.3.4. & 5

Mulier conſignata, ſeu aſſecurata ſuper mariti ſui bonis, & in illorum poſſeſſionem immiſſa, non poteſt illa vendere, & quare, t.2. p.413. n.1. & 2

Alienatio facta à muliere bonorum ſuper quibus eſt conſignata, ſi iuramento firmetur, adhuc non valet. Et quare, t.2. ibid. n.3. & 4

Alienatio alimentorum futurorum, non valet, maximè in præiudicium tertij, t.2. p.413. n.4

Alienari nequit actio competens pro dotis aſſecuratione in damnum mariti, & filiorum, t.2. ibid. n.5

Dotalis fundi dominium ſpectat ad maritum, t.2. ibid. n.6.

Mulier tenetur cauere de conſeruando fundum dotalem, & non alienat, niſi cum iuramento, t.2. p.413. n.7

Alienatio dotis, facta à muliere, valet pro alimentis liberorum, vel ſi maneat ei ſaltim medietas, ſi fiat pro excerando,& pro euidenti vtilitate, &c. t.2. p.414. n.8

Mulier poteſt Principis reſcripto ſe obligare vltra dotis medietatem, adhibita cognitione cauſæ, t.2. ibid. n.9

Mulier nũquid dicatur certiorata de Vellaiano, eo quod Notarius narret in inſtrumento ſe certioraſſe mulierem, t.2. p.275. num.14. & 15. Quid ſi interrogatus Notarius de Vellaiano illud ignoret, p.276. n 16

Mulieris renuntiatio officit beneficio Vellaiani ſibi competenti, etiamſi fiat ſinè iuramento, t.2.p.276.n.17.18.& 19. vbi quid de Iure communi, ibid. n.20. & 21

Mulier fideiubens pro alio cum iuramento, adhuc gaudet Vellaiano, ſi ei non renuntiauit, t.2. ibid. n.22 & 23

Carnaliter cognoſcens mulierem, vt euitet pœnam, debet probare ſe eam cognouiſſe ſub præcedente matrimonij conſenſu. Idem de ſtupro, t.2. p.167. n.1.& 2. vbi de iuuene.

Adiurare Mulierem dicitur is, qui cum ea matrimonium contrahit, t.2. p.168. n.3

Mulier in criminalibus de Iure Ciuili teſtis eſſe poteſt, t.1. p.350.n.11.& 12.ſed quot eſſe debeant, vt plenè delictum probent, p.351. n.14. 15. 16. 17. 18.19. & 20

Mulier infamis teſtis non admittitur, t.1. p.351. n.14

Mulieres, vbi admittuntur teſtes, quantam fidem faciant, t.1. ibid. n.22.23.24.25.26.27.28. & 29

Mulieres iam hodie de Iure Regio, etiam in criminalibus teſtes admittuntur, t.1. p.352. n.30. & 31. præter teſtamenta, n.30. & 32

Mulieres quare teſtes teſtamenti eſſe nequeant antiquitas, nec hodie, t.1. ibid. n.33.34.35. & 36

Mulieres queunt eſſe teſtes in teſtamento inter liberos, t.1. ibid. n.37. & ad pias cauſas, p.353.n.38.militis,ibid.n.39. & in tempore peſtis, ibid. n.40. & 41

Mulier admittitur teſtis in voluntate non reuocatoria teſtatoris, t.1. p.353. n.42

Mulieres in codicillis, & in donationibus cauſa mortis, poſſint ne teſtes eſſe, t.1. ibid. n.43.44.45.46.47.48.49.& 50

Hermaphroditæ præualentes in ſexu fœmineo teſtes non ſunt in teſtamanto, t.1. ibid. n.47.48.49. & 50

Mulieres nequeunt congregari ad ſtatuta condenda; etiam ſi auguſta aliqua, dum nupta ſit, t.1. p.354. n.51. & 52. fallit in Regina, ibid. num.54. & in illuſtribus habentibus feuda, ibid. n.55. Quid in comitiſſa, ibid. n.56. vel in habentibus priuilegium, ibid. n.57

Mulierum vſus nequit inducere conſuetudinem: Quid ſi ad earum artem ſpectet, t.1. ibid. n.53. & 57

Mulier etſi ad ſtatuta condenda ſit inepta eius, vero conſilium deſideratur, t.1. ibid, n.58

Mulier generaliter renuntians auxilio legum, non cenſetur renuntiare Vellaiano. Et quare t.2. p.277. n.2. etiamſi fieret medio Procuratore, ibid. n.3

Allegatio rerum dotalium à Muliere facta cum iuramento valet, t.2. p.379. n.18. fallit, ibid. n.19

Mulier iurans non alienaret fundum, dotale, & poſtea alienare iuret, non valet alienatio contra aliquos, t.2. p.382. n.1. & p.383. n.2 3. & 4

Mulier iurans tranſactionem, obligatur, tom.2. p.416. n.12. & 14. & ſi contra, ibid. n.11. & 13

Mulier iuris ignorantiâ non excuſatur, præter caſus in iure expreſſos, t.2. ibid. n.14

Mulier dicitur certiorata per iuramentum de Vellaiano ſecundum aliquos, aliter, t.2. p.275. n.10. 12.13.14. & 15

Iacens in lecto cum Muliere, non præſumitur cauſa faciendi pœnitentiam, vel delendi peccata: t 2.p.13.175. Quid ſi veſtiti jaceant, p.176. n.20

Mulier, an poſſit eſſe teſtis contra Clericum infamatum, t.1. p.266. n.21

Mulierum fauor, qualiter publicus reputetur circa dotes non alienandas, vt valde renuntietur, t.2. p 379. n.10. 11.16. 17. & 18

Mulier rem dotalem alienans, iuramento adſtringitur, t.2. p.380. n.25

Mulier prohibita contrahere, naturaliter obligatur ſecundum aliquos Verius eſt vt in conſcientia non obligatur, ſi contrahat ſine iuramento, t.2. ibid. n.26. & 27

Mulier, quæ iurat non vendere res dotales, nec alienationi conſentire, & poſtea vendit, & iurat, nunquid talis contractus valeat, t.2. p.337. n.1.2.3. & 4. & ſub diſtinctione, à n.5

Mulier fideiubens pro marito, etſi nimis ſit læſa adhuc tenetur, t.2. p.381. n.38. & 39

Mulieris contractus iuratus valet, etſi à laicis nulla bona pro muliere ſuperſuit ex mariti bonis, t.2. p.382. n.42

Vellaianum eſt priuatiuè indultum pro mulieribus, tomo 2. p.380. n.30

Mulier fideiuſſionem pro viro iuret, obligata manet; ſecus ſi non iuret, tom.2. ibid. n.31. Et de rationibus contra hoc, p.381. n.34.35.36.37. & n.40. intelligitur contraria.

Mutatiò.

Mutatio de facili non præſumitur, t.2. p.189. n.10

Mutare.

Mutans ſcripturam in aliqua re, quæ innititur veritati, falſarius non eſt, expenditur, t.2. p.49. n.15.16.17.18. & 19

Mutans ſubſcriptionem teſtis in aliqua ſchedula deperdita, aliam eius loco ſubrogando, falſarius non eſt, tomo 2. p.49. n.16

Mutans inſtrumentum pecuniæ mutuatæ, in quo deficit numerationis expreſſio, non eſt falſarius, eo quod loco illius faciat alium cum ea expreſſione, t.2. p.49. n.17

Mutuum.

Mutui natura eſt reddere res eiuſdem bonitatis, & ſpeciei, t.2. p.113. n.15

N

Nautæ.

NAutæ, Caupones,& ſtabularij qui ſint ? quæ officia exerceant ? & quid teneantur cuſtodiæ cauſâ viatoribus præſtare, t.1. p.59. n.1. & 2

Negatio, Negatiua.

Negatiua coarctata loco, & tempore ſaltim indirectè probatur, t.1. p.181. n.7

Negatiua verius eſt, vt queat probari 12. modis, t.1.p.182. num.13

Negatiua alia facti, alia iuris, alia qualitatis, & quæ ſint, t.1. ibid. n.14.15. & 16

Negatiua qualitatis, alia accidentalis, alia naturalis, & cui incumbat onus probandi, tomo 1. ibid. num.17.& 18. & p.183. n.19

Negatiuæ, ſeu negationis effectus quadruplex, t.1. p.183. num.21

Negatiuam non adimplementi non tenetur probare, Creditor ſed debitor, & qualiter ſit ibi, t.1. ibid. n.24

Negatiuæ coarctatæ exempla varia,t.1.ibid.n.5.6.& 7.Quando locum & tempus, ſimul, ſeu vnum tantùm probare oporteat, p.184. n.5. & 8. & p.185. n.9

Negatiuæ probandæ teſtes, qualiter debeant deponere, t.1. p.185. n.10.11. & 12

Negatiua etiam coarctata ſolet dari quoad perſonas, tomo 1. ibid. n.13

Orario taxatiua eſt Negatiua reſidui, & quando excludat caſus ſimiles!, t.1. ibid. n.14. & 16

Negatio, ſeu Negatiua alia entis, alia intentionis, tomo 1. p.191. n.6

Negatiua oratio ſignificat probationem, affirmatiua poſitionem,& qualiter id cognoſcatur, t.1.p.192. n.10.& 11

Negans,ſeu affirmans vnum ex duabus illatis, ſeù propoſitis, quando alterum negare, ſeu affirmare cenſeatur,t.2.p.156. n.1.2.3.4.5.6.7.8.9. & 10. componitur diſtinctione inter capitula connexa, & ſeparata, p.157. n.13.14. 15.16.17. & 18. vbi de pluribus caſibus.

Negationes duæ affirmatiuam inducunt, tom.1.p.186. n.22. fallit, ibid. n.25. 26. & 27

Negationes tres Negatiuam inducunt ;tom.1. ibid. num.23. & 24

Negatiua probatur eo ipſo quod contrarium non probetur, ſi ſit determinata in reo & in actore, tomo 1. ibid. n.28. 29. & 30

Probare Negatiuam tenetur, qui ſe fundat in ea benè,tom.1. p.187. n.31. & 32

Negans vnum ex duobus propoſitis, alterum quando affirmet, t.1. ibid. n.32.33.34. & 35

Negans vnam partem poſitionis, quando cenſeatur aliam fateri ; ſeu integram negare, t.1.p.187. n.39. & 40

Poſitiones Negatiuæ admittuntur ex arbitrio iudicantis, & declaratur, t.1. ibid. n.41

Negatiua contra inſtrumentum publicum, probatur alio inſtrumento, vel teſtibus idoneis, t.1. p.188. n.43

Negans debitum in Iudicio, etiamſi non interpelletur extraiudicialiter, condemnatur in expenſis, etiamſi debitor eſſet in diem, t.1. p.85. n.23.24.26. & 27

Negatiua pura dicta, aliàs determinata, nequit probari, & ratio,t.1. p.180. n.3. & 4

Negatiua licet non admittat probationem, admittit purgationem Canonicam, t.1. p.190. n.1.3.4. & 5

Dubia res per Negationem redditur, tomo 1. p.189. n.13. fallit, ibid. n.15

Nemo.

Nemo præſumitur ex infecta radice ortus, t.2. p 192. n.6

Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, præſertim tempore mortis, t.1. p.18. n.7

Neophytus.

Neophytus, id eſt, recenter conuerſus non eſt Teſtis, ſecùs ſi iam ex tempore, t.1. p.203. n.3.4.5.6.7.9.& 10. vbi refertur contrarium.

Nepos.

Nepos ex filia appellatione maſculorum non venit, licet quandoque aliter in vltimis voluntatibus, tomo 1. p.130. num.14

Nepos ex fœmina plus iuris habet, quam eius mater in fideicommiſſo, t.1. p.129. n.5

Neptis.

Neptis ex filio, an excludat filiam, vide, tomo 1.p.132.n.5.& ibid. n.6

Nobilis.

Nobilis Decurio creatus,ſeu adipiſcens aliud officium ſimile, conſeruat ſanguinis priuilegium, t.2. p.109. n.20

Nobilis Mercator, quando priuilegium amittat, t.2. p.108. n.9.& 17

Nobiles vulgò ***hi os de algo***, Tabelliones creati verius eſt, vt gaudeant exemptione à tributis,& ab aliis, tomo 2.p.107. n.1.2.3. & 4

Nobilis Procurator creatus non amittit exemptionem ſuæ nobilitatis, t.2. ibid. n.3

Nobilis exercendo Tabernam, amittit priuilegia. Idem ſi propriis manibus alia officia mechanica, t.2. p.108. n.5.6. 7.8.9.& 10. ſecùs ſi per ſeruos vtatur, ibid.n.11.12.& 13. quid in Hiſpania, ibid. n.14

Notarius.

Notarius, ſeu Tabellio, debet authoritate Iudicis Ordinarij redigere in publicam formam notas Tabellionis mortui, t.2. p.100. n.1.3. & 4. Quid ſi hæres, vel legatarius habeat protocollum, ibid. n.2

Tabellio, ſeu Notarius remoueri nequit ad libitum creantis, t.2. p.111. n.42

Notarius creatus ab Epiſcopo, accepta pecunia non remouetur à Succeſſore, t.2. ibid. n.43

Notariatus officia non poſſunt remoueri ab Epiſcopo ſine legitima cauſa, t.2. ibid. n.44

Rogitus Notarij vel Tabellionis, non eſt neceſſarius in conficiendis publicis ſcripturis, t.2. p.44. n.24. & 25

Notarium debet allegari, & ſi probatione non indigeat, t.2. p.148. n.49

Notarius incontinenti poteſt errorem ſuum corrigere, & addere annum, vel diem 31. Quid ſi iam ſit inſtrumentum in Iudicio præſentatum, t.2. p.110. n.30. & 32.non corrigitur error ab alio, ibid. n.33

Notarius, ſeu Tabellio inquiſitus de falsò circa officium, nequit inſtrumenta conficere, ſecùs extra, t.2. ibid. n.34. 35.36.37. & 38. vbi qualiter declaretur.

Notarij dolo, aut lata culpa, nulla, aut pauca inſtrumenta redacta in protocollo, nequit inſtrumentum redigi in publica forma aliter ſi abeſt dolus,t.2.p.118.n.12. *Vide*, ibid. n.14. vbi aliter ſi fieret Iudicis authoritate.

Notario ſoli, num creditur, vt interpreti, t.2. p.86. n.25

Notarius abſenti cuilibet, & ignoranti ſtipulatur, t.2.p.407. num.41

Notarius, ſiue Tabellio nunquid ex antiquitate legitimus præſumatur, t.2. p.105. n.11.12.13.14.15. & 16

Tabellionatus, ſeu Notariatus officium, non eſt vile, tom.2. p.105. n.19. 20. 21. & 22

Tabelliones dici ſeruos Reipublicæ, qualiter ſumatur, tom.2. p.106. n.23.24. & 25

Exhibere tenetur Notarius omnes ſcripturas ſibi conſignatas, t.2. p.72. n.1.2. & 3. alias tenetur ad intereſſe, ibid. n.5. fallit, ibid. n.4

Notarius poteſt abſenti ſtipulari, t.2. p.107. n.26

Notarius impeditus poteſt alteri committere reaſſumptionem inſtrumenti, t.2. ibid. n.27

Notarius qualiter atteſtans credatur circa iuriſdictionem voluntariam, t.2. ibid. n.28. & 29

Notarius extendere poteſt in groſſa voluntatem teſtatoris, t.2. ibid. n.30. Quid de eius ſucceſſore, ibid. n.31

Notarius deponens contra inſtrumentum confectum, non præiudicat contrahentibus, t.2. ibid. n.33

Notarius addere non poteſt, quæ aliàs eſſent contra mentem contrahentium, aut ſubſtantiam actus, Exemplificatur, t.2. p.114. n.19. 21. & 24

Notarius extendere nequit abbreuiaturam, ſeu addere ſubſtantiale omiſſum, quando aliter non coniecturatur, t.2. ibid. n.20

Notarius nequit corrigendo addere nouam diſpoſitionem, nec inducere nouum effectum, t.2. ibid. n.21

Notarius, quando poſſit, aut non corrigere addendo amiſſum in actu requirente ſcripturam, t.2. ibid. n.22. & 23

Omiſſum reſpiciens actus ſolemnitatem, vitiat actum,ſecus ſi reſpicit aliquod ſeparabile, t.1. p.114. n.24

Dictum à contrahentibus per Notarium omiſſum, quando à Notario ſuppleatur, t.2. p.114. n.25. & 26. vbi diſtinctio ſubſtantialium, & aliarum qualitatum.

Error qualitatum non ſubſtantialium, quas partes petierunt, emendari quit à Notario, non ſic ſi non conſtat de tali errore, niſi per Notarij aſſertionem, tomo 2. p.114. n.26. & 27

Notarius poterit omiſſum addere confeſſatum à partibus, t.2. ibid. n.27

Error Notarij aſſerentis contra partes aliter dicentes non corrigitur, etiam iuramento, t.2. p.115. n.28

Notarius ſcribens aliter quam dictum eſt, non creditur, t.2. ibid. n.29

Notarius quando poſſit corrigere, data erroris probatione, ibid. n.30. & 31

Error Notarij tanto fortius corrigi poteſt,ſi ex præcedentibus, &

& conſequentibus dignoſcatur, tom.2. pag.115. n.31
Notarius, ſiue impeditus, ſiue non poteſt committere reaſſumendum inſtrumentum, etiam priuata, tom.2. ibid. num.32
Subſcriptio Notarij trahit ad ſe totam ſcripturam, t.2.ibid. num.33
Notarius non præſumitur falſarius ſcribens aliud quam à partibus dictum ſit, nec pœna falſi plectitur, niſi ſit malæ famæ, t.2. ibid. n.34.35.& 36
Notarius omittens ſolemnia ſubſtantialia, punitur vt falſarius extraordinariè, niſi probetur bonæ famæ, t.2. ibid. n.36. & 37
Notarius imperitus errans, non punitur vt falſarius, tomo 2. ibid. n.37
Notarius poteſt addere; & ponere in inſtrumento omnia, quæ de natura contractus veniunt. Exemplificatur, t.2. p.113. n.13. 14. & 16. & quare, p.114.n.18. fallit, ibid. n.19
Notarius notorius non præſumitur aliquid addidiſſe ex capite ſuo ibi, t.2. ibid. n.21. in fine.
Notarius, ſiue Tabellio non tenetur cognoſcere contrahentes, etſi id congruat, t.2. p.12. n.20
Notulæ in margine teſtamenti ſcriptæ, fidem non faciunt; etſi teſtamentum reperiatur in protocollo Notarij, tomo 2. p.53. num.3
Notarius ex officio debet ponere, ac redigere inſtrumenta in protocollo, t.2. p.118. n.10. & 13
Notarius poteſt regulariter corrigere errorem,ſed quomodo, & quando, t.2. p.112. n.1. & 2
Error falſæ latinitatis corrigitur per Notarium datâ, aut non data copiâ parti, ſi ſubſtantia non mutetur, tom.2. p.112. n.2. & 3
Correctio falſæ Grammaticæ partes non afficit, t.2.pag.113. num.3
Error in die in dictione poſita à Notario quit corrigi,tom.2. p.113. n.4. & 5. vbi etiam ſi indictio non ponatur ſi conſtet de anno, ibid. n.6. ſiue de veritate alio modo, ibid. num.7
Notarius non opponendo indictionem, non dicitur functus officio ſuo, t.2. p.113. n.6
Corrigere Notarius non poteſt inſtrumentum, ſi ſubſtantia negotij conſiſteret in tempore, t.2. ibid. n.8. fallit, ib.n.9

Nouitius.

Nouitius poteſt celebrare contractus oneroſos, & ſoluere quod debet, t.1. p.123. n.13. & 14
Nouitius ante profeſſionem validè Teſtamentum facit, t.1. p.118. n.4
Nouitius ante profeſſionem eſt tanquam Laicus, tom.1.ibid. num.5
Nouitius in caſibus claris, cenſetur, vt Religioſus, tomo 1. p.116. n.13

Nuntiatio.

Nuntiatio vna noui operis ſufficit ſi plura ædificia ſiant in pluribus diuerſis locis præſentibus, ſecus in diſtantibus, t.2. p.71. n.4

Nuntius

Nuntius citans de commiſſione Iudicis, plenè creditur, t.1. p.188. n.1. & 2. vſque ad 7. fallit. ibid. n.8

Nutritor.

Nutritor, & nutrix regulariter, non poſſunt teſtificari pro ſuo alumno, t.1. p.199. n.16.17.18. & 19

O

Oblatio.

OBlatio illius,qui ſe,& ſua obtulit, quale ius det Monaſterio, t.1. p.103. n.7. vbi quid de oblato in minore ætate?

Obligatio

Obligatio Ciuilis tantum oritur ex Chirographo Confeſſionis, t.2. p.97. n.13. & 14
Obligatio debitoris poſt biennium, vt competat exceptio *non numeratæ*, ſiue non, adhuc eſt Ciuilis, etiamſi accreſcatur naturalis, t.2. p.97. n.15. & 16
Obligatio ex Iuramento promiſſorio, acquiritur Deo, & parti, t.2. p.210. n.4
Obligatio, & ſtipulatio ea non corroboratur, ſi cauſa inſerta non eſſet talis, quæ ſola de per ſe eſſet obligatoria, t.2. p.81. n.25
Obligatio, cui adjicitur iuramentum, qualiter efficax, etiam ſi turpitudinem contineat, t.2. p.210. n.3
Obligatio, quæ oritur ex Chirographo de recepta pecunia, t.2. p.7. n.6. & 7. & p.8. n.8
Obligatio nominibus ex antiquitate quæ, t.2. p.43. n.13. 14. 15. & 16
Obligatio dicitur diuidua, ſiue indiuidua ex rebus in eam deductis, t.2. p.150. n.11
Obligatio de ſubueniendo parentibus, quando obliget, t.2. p.287. n.6.7.8.9. 10. & 11
Obligatus ad factum iuratum, qualiter illud adimplere teneatur. t.2. p.258. n.17.18. & 19

Obſtetrices.

Obſtetrices veniunt nomine medicorum, & peritorum, t.1. p.84. n.4

Offenſa.

Offenſa ex quolibet delicto triplex inuenitur Reipublicæ,Iudici, & parti, quam parte remittente Iudex vindicare poteſt, t.1. p.415. n.9. & 10

Officialis.

Officialis qui grauat partem, qualiter querelandus, tomo 1. p.91. n.6
Officiales ſimpliciter creati ad beneplacitum, debent dici perpetui: Et de ratione, t.2. p.11. n.45.46.47. & 48
Officiales in ingreſſu ſuorum officiorum debent iurare de benè adminiſtrando: vt acceſſores Iudices, p.255. n.57. 58.59.60. & 61

Originale.

Originale probatum per regiſtrationem factam in actis, quando vera dicatur, t.2. p.116. n.2.3.4.5.6. & 7
Originale probat per regiſtrationem factam in actu,t.2.p.18. n.10. & 11. ſi præcedat appoſita hic, ibid. n.10

P

Pactum.

PActum, quo tollitur honor,reuerentiave alicui debita, eſt contra bonos naturales, t.2. p.290. n.18
Pactum de ſuccedendo quando, reſpicit ſucceſſionem hæreditariam, num valet ſub diſtinctione, t.2.p.414. n.14. & 15
Pactum de futura ſucceſſione poteſt concipi tribus modis, & quando valeat, vel non, t.2. ibid. n.15. & 16
Pactum futuræ ſucceſſionis ſuper re vniuerſali non valet. Quid ſi ſuper bonis, non facta mentione hæreditati, t.2. ibid. n.16. & 17.
Pactum à filio æquallter ſuccedendi in bonis Patris, non dicitur de hæreditate viuentis, t.2. ibid. n.18. & 19. Sed videtur non valere, p.415. n.20
Pactum de bonis videtur tollere liberam teſtandi facultatem, & ſi mentionem ſuccedendi non faciat, tomo 2. pag.415. num.20. & 21
Pactum de hæreditate viuentis valet quoties accedit conſenſus de cuius hæreditate paciſcitur, alias reprobatur,t.2. p.408.n.1. Et quid ex *l.*21. *Tauri*, ſi ſine conſenſu publica ſcriptura dotis interuenerit, ibid. n.2
Pactum de hæreditate cum conſenſu valet, donec pater pœniteat, veluti ſi filiam renuntiantem hæredem inſtituat, t.2. p.409. n.4
Præſentia præcisè non acquiritur, & ſufficit ratificatio, vt pactum de hæreditate viuentis valeat, tomo 2. ibid. n.5. 6. 7. & 8
Pactum de hæreditate viuentis inſinuatur, tom.2. pag.403. n.1. & 2
Pactum de hæreditate viuentis cum iuramento factum ſine voluntate Domini firmatur iuramento ſecundùm aliquos, vberius vt non firmetur, t.2. ibid. n.2
Paciſcentes ſuper hæreditate viuentis, ad iuramenti obſeruantiam teneantur ſecundùm aliquos: contra, t.2. p.404. num.3
Pactum de hæreditate viuentis dicitur contra bonos mores, induciteque votum captandæ mortis, vergit in præiudicium tertij, t.2. ibid. n.4
Pactum de hæreditate viuentis, nec valet etiam fauore piæ cauſæ, nec de quota hæreditatis, t.2. ibid.num.5.& 6. nec ſtante ſtatuto, aut conſuetudine, ibid. n.7
Pactum ſuper hæreditate incerti hominis viuentis valet, & inter Principes, Duces, Comites, & milites, t.2. ibid. n.8. & 10
Pactum de hæreditate viuentis nunquam ſtatuto, aut conſuetudine valet ſuſtineri, t.2. p.405
Pactum de ſuccedendo non confirmatur iuramento. Et Quid ſi fiat de non ſuccedendo, tomo 2. pagina 406. num.27
Faber vtrumque æquat, t.2. ibid. n.30. contra, & de differentia, ibid. n.31. & 32
Succedendi Ius eſt ex Iure publico, id eſt, ex Legibus, t.2. p.406. n.29
Publico Iuri pactionibus non renuntiatur, tomo 2. ibidem num.30
Pactum de hæreditate viuentis aufert liberam teſtandi facultatem, & ideo non valet, t.2. p.406.n.31. & 32

Pactum abſolutè negantium de non ſuccedendo, multùm differt à pacto de ſuccedendo, t.2. p.407. n.33
Pactum de ſuccedendo, ſiue non ſuccedendo cum fratribus, quare idem ſit, ac prohibeatur, ibid. t.2. n.34
Pactum dotale, quo promiſit pater iuratus ſe filium, & filiam ex æqua parte hæredes facere, valet, t.2. ibid. n.35. Quare, ibid. n.36. & n.37
Pactiones deſinunt eſſe captatoriæ, quoties interuenit ſcientia, aut ratificatio Patris, aut illius ſuper cuius hæreditate fiunt, t.2. ibid. n.36. & 37
Antonius Faber explicatur in pacto de hæreditate viuentis, ibid. n.38. & 39
Leonis conſtitutio de pactis paternis, t.2. ibid. n.39
Pactum de parte hæreditatis viuentis reprobatur, ſicut de tota ſecundum veriorem ſententiam, t.2.p.410. n.1.
Prohibitionis ratio, eadem eſt in parte, ac in toto, tomo 2. p.411. n.2
Pactum de ſpecie aliqua, aut re particulari, reprobatur, ſicut de tota hæreditate, t.2. ibid. n.3
Pactum de ſuccedendo in re particulari, valet, ſi quis abſque liberis deceſſerit, t.2. ibid. n.4
Pactum mutuæ, ſeu reciprocæ ſucceſſionis, quod vocatur viciſſitudinarium valet. Et quare, t.2 ibid. n.5. & 6
Portio fratris decedentis ſine liberis, venit ad confratrem in pacto viciſſitudinario, t.2. ibid. n.6
Pacta viciſſitudinaria, & ſtatuta de ſucceſſione Regni, non improbantur in caſu deficientium liberorum, tom.2. ibid. num.7
Pactum de hæreditate conſeruanda, eſt permiſſum, tom.2. ibid. n.8
Pactum conceptum de ſuccedendo alicui ſi ſine liberis deceſſerit, non valeat, t.2. ibid. n.9
Pactum à parentibus factum de hæreditate filiorum non valet, t.2. ibid. n.10
Pactum de hæreditate viuentis, eſt irritum, etiam à fauore animæ, t.2. p.432. n.11. & 12
Promittens Caio ſeptem, teſtibus præſentibus, ſe nullum alium hæredem inſtituere præter ipſum obligatur, tomo 2. ibid. n.13
Pactum etiam de ſuccedendo in piis cauſis, reprobatur, t.2. p.405. n.14
Paciſcentes de hæreditate viuentis, quid ex hoc demonſtrent, ibid. n.15
Pactum captandæ mortis, non includitur in cap. quamuis pactum, *de pactis lib.6.* t.405. n.17
Pactum de hæreditate viuentis, in quo differat à ſubſtitutione, & inſtitutione maioratus, t.2. ibid. n.18
Pactum de hæreditate viuentis patris, ſeu alterius tertij, certo modo habenda, vel diuidenda, eſt inualidum, tom.2. p.404. n.11
Pactum de hæreditate viuentis improbatur, non tam ex votis captandæ mortis, quàm quod tollit liberam teſtandi facultatem, t.2. p.412. n.16
Pactum de hæreditate viuentis omni Iure improbatur factum, ignorante Domino, aut diſſentiente, & fiſco acquirit, t.2. p.406. n.25
Pactum à filia factum de non ſuccedendo patri, eſt à Iure improbatum, niſi iuratum ſit, t.2. p.386. n.1. & 2
Pacta inita cum aliquo ſubiecto regulariter intelliguntur repetita in eius augmentum, t.2. p.428. n.22
Conſenſus tacitus ſufficit, vt pactum de hæreditate viuentis valeat, vt diſponendo aliquid contra vim pacti, t.2.p.409. num.8
Pactum, accedente fratrum cenſenſu valet, ſi fiat de hæreditate viuentis inter fratres, & quare, t.2.ibid.n.9. & 10. ſi perſeuerarit vſque ad mortem, ibid. n.11
Mutatio voluntatis non præſumitur in pacto valido ſemel de hæreditate viuentis, benè tamen admittitur etiam contra pactum iuratum de hæreditate, t.2. p.410. n.12. & 13
Pactum cum extraneo de bonis fideicommiſſi viuenté, grauato, fieri poteſt. Idem ſi fiat de Maioratu, t.2. ib.n.14.& 15
Pactum de ſuccedendo, tunc æquiparatur pacto de ſuccedendo, ſi illud adiuuetur conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, t.2. ibid. n.16
Pactum conceptum per verba de futuro, operatur obligationem de præſenti, & producit exceptionem, t.2.p.401.n.16

Papa ſeu Pontifex.

Papa nequit ſeipſum nec ſucceſſores ligare legibus poſitiuis, t.1. p.68. n.6
Papa dicitur ſummus Sacerdos, Princeps, Pontifex, Epiſcopus orbis, &c. t.2.p.247. n.20
Pontifex non communicando in Paſchate, non peccat lætaliter: Et quid ſi faciat contractum Iure humano ſimoniacum, t.1. p.67. n.1
Papa quam poteſtatem temporalem habeat in Imperatorem, & Reges remiſſiuè, t.1.ibid.n.4
Pontifex alienare quit res Eccleſiaſticas; ſi non faciat in ſui vtilitatem, t.1. ibid. n.5
Prouiſus à Papa cùm clauſula idoneitatis, non tenetur probare idoneitatem intrinſecam, & naturalem ſecus extrinſecam, t.2.p.190. n.11. 12. & 13
Indignationem Papæ ſeu Principis incurrentes, priuantur beneficiis, & feudis, t.2. p.248. n.31. & 32
Pontifex an poſſit iudicare Imperatorem, ſeu Regem remiſſiuè, t.1. p.69. n.1
Pontifici aſſerenti aliquid ex proprio motu, & ſcientia creditur in multis caſibus, t.1.p.312.n.1.2.3.4 5. 6.7.8. & 9
Traſſumptum, ſeu ſumptum de regiſtro ſupplicationum Papæ, quando probet, t.1. p.16. n.30

Partus.

Partus quinquagenariæ, quam probationem requirat; tom.1. p.164. n.14

Pater, Parens.

Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua filius agit procuratorio nomine, t.1. p.297. n.1. & 2. niſi commodum habeat inde, ibid. n.3. & 4
Pater ſpiritualis, poteſt eſſe teſtis pro filio; item, & compater, vbi in criminalibus, quæ fides eis adhibeatur, tom.1. p.298. n.7. & 8
Parentes admittuntur teſtes ad probandam ætatem filiorum: Et potius ſi adminiculentur, t.1. ibid. n.10. & 11
Parentes pro filiis in inſtrumentis ſunt teſtes, ſi rogati, & cogniti ſint à contrahentibus, t.1. ibid. n.12. Quid in teſtamento militis, ibid. n.14
Parentes, quando admittuntur teſtes, in cauſa matrimoniali, ſit ex Iudicis arbitrio, idem de aliis cognatis, t.1. p.301. num.46
Parentes pro filiis, teſtes eſſe nequeunt, excipitur cauſa matrimonij, & conſanguinitatis, tom.1.pag.295. n.7.8.9.10. 11. & 12
Parentes pro nepotibus, & filiis emancipatis, teſtes eſſe nequeunt, t.1. p.296. n.14. 15. 16. & 17. fallit vbi veritas aliter nequit haberi, ibid. n.18. & 19
Parentes pro filiis admittuntur in cauſa religionis, ſtatus, t.1. ibid. n.21. & 22. & aliis, 23. & 24
Parentes in criminalibus admittuntur ad defenſionem filiorum, t.1.p.300. n.35. ſed quantæ ſint fidei, p.301. n.38
Parentes, ſeu filij, in cauſa correctionis, teſtes admittuntur, t.1. p.301
Parentela ad beneficia; ſi eſt in concurſu oppoſitorum, debet probari per gradus diſtinctos, t.1. p.378. n.8. & 9
Pater non poteſt etiam cum iuramento priuare filio alimentis, t.2. p.268. n.1
Pater Monachus effectus, amittit vſumfructum quem habet in bonis filij contra alios, t.1.p.111. n.1
Pater poteſt nihilominus hæredem inſtituere filium quæ cum fratre pacta eſt renuntiationem hæreditatis paternæ, t.2. p.402. n.30. 31. & 32. & ibid. n.33. Couarruuiæ dictum intelligitur.
Pater qui iurauit non reuacare Teſtamentum poteſt illud adhuc mutare, t.2. ibid. n.32
Fratres paciſcentes, conſentiente Patre ſuper hæreditate paterna iuramentum æquis portionibus diuidenda, qualiter obligentur, t.2. ibid. n.34
Pater promittens filios æquis portionibus hæredes facere, nequit mutare voluntatem, quia facta eſt inter viuos promiſſos, t.2. ibid. n.35
Patris appellatio Auum non comprehendit, t.1. p.132. n.3
Natus ex parte dubio, ſequitur patrem apud quem ſit procreatus, t.2. p.200. n.41
Teſtandi facultans lata Patrifamilias à lege 12. tabularum fuit, vt de bonis propriis non alienis, t.2. p.401. n.29
Legitima filio competens, dum Pater viuit, eſt in bonis eius, t.2. ibid. n.20

Pauper, Paupertas.

Pauper quis præſumitur, niſi contrarium probetur quod alij non admittunt id ponentes in arbitrio iudicis, t.1. p.251. n.1. fallit p.252. n.13
Paupertas præſumitur ab inſpectione perſonarum & qualitatum, t.1. ibid. n.4.5.6.7.8.9.10.11. & 12
Paupertas quibus, & per quos probetur, t.1.ibid.n.14.15.16. 17.18.19. 20.21.22. 23.24. & 25
Paupertas ſi per teſtes probetur, qualiter hi deponent, t.1. ibid. n.26.& 27. & p.253. n.28
Probandi onus incumbit ei qui aliquid, prætendit, vel ob paupertatem, vel ob diuitias, tom.1. p.253. n.30. fallit ſi excipiendos ſe apponeret adducens paupertatem, ibid.n.31.
Paupertas ob quam fit renuntiatio hæreditatis, aut pietas debet probari clarè ad hoc, vt læſa renuntiatio non ſuccurratur ob læſionem, t.1. p.394. n.11
Paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna, t.2.p.284. num.35

Pauper non ſuſpectus, nec vilis poteſt eſſe Teſtis, t.1.p.142. num.29

Paupertas ſola ſufficit abſque nobilitate vt Iudex mittat ad domum Teſtis pauperis, vt examinetur duobus concurrentibus, t.1. ibid. n.32. 33. 34. & 35

Peccatum.

Peccatum quodlibet mortale non ſufficit, vt quis à teſtimonio repellatur, & quare, t.1. p.403. n.1.3. & 4. fallit quando ſucceſſiuum eſt, ibid. n.5. & 6. nondum factâ pœnitentia, p.405. n.20. in fine.

Peccatum veniale, etiam vergit in diſpendium ſalutis æternæ, t.2. p.288. n.21

Peccatum præſumitur pro ſalute animæ vbi non eſt culpa, t.1. p.5. n.11

Peccati cauſa non eſt directè voluntaria, ſed indirectè, & per accidens, t.2. p.130 n.25

Pecunia.

Soluta dicitur Pecunia ſi alteri ſoluatur de conſenſu eius, t.2. p.69. n.4

Peritus.

Peritus in arte vnus regulariter non facit fidem, t.1. pag.84. n.8. fallit, ibid. n.9.10.11.12. & p.85.n.13.14.15.16.17. 18. & 19

Peritus vnus electus, à partibus vel ſi ex publico deputatus eſt facit fidem, t.1. p.85. n.22. & 23

Perito adhibito, vt teſtis non creditur, t.1. p.84. n.12

Periti electi debent eſſe duo de melioribus loci, aut terræ, t.1. p.88. n.13

Periti conducuntur ad Iudicium per viam relationis, non teſtimonij, t.1. ibid. n.14

Peritis in arte affirmantibus, non creditur magis, quàm negantibus, & qui illorum præferantur, tom.1. p.89. n.2. 3. 4. & 5

Peritiores quæ dicantur, ibid. n.6

Periti teſtantes de potentia viri, aut de virginitate fœminæ magis creduntur, t.1. ibid. n.7. fallit, ibid. n.8. & 9

Periti in arte poſſunt produci publicatis atteſtationibus, t.1. ibid. n.10

Peritis atteſtantibus de ſuâ peritiâ, qualiter credatur: Et quid de notario, t.1. p.87. n.1. & 2

Periti in arte, ſeu Matronæ, quando teneantur iurare, tempore quo deponunt, t.1. ibid. n.4. 5.6.7. & 8

Peritorum electio magis ſpectat ad Iudices, quàm ad partes, t.1. p.88.n.9. & 13

Probandi onus circa pluralitatem peritorum, cui incumbat, t.1. p.91. n.11

Periti quando deponant de credulitate, quando de veritate, t.1. p.92. n.12

Periti diſcordantes tertius eligitu: Et quid facit Iudex, t.1. p.92. n.24

Periti in arte poſſunt deponere ſimul; & palam, tom 1. ibid. num.15

Periti ad comparationem litterarum adhibiti duo requiruntur, t.1. p.88. n.27

Peritorum taxatus numerus debet adhiberi, t.1 ibid. n.32

Perſona.

Perſonæ egregiæ non coguntur venire ad examen, ſed Iudex ad earum domus mittit, & quæ iſtæ tales dicantur, tom.1. p.142. n.1. & 2. p.143. n.4. 5. 6. 7.8. & 9. quid de DD. ibid. n.10. 11. 12. 13. & 14. quid in cauſis criminalibus, ibid. n.17

Perſonæ priuilegiatæ verius eſt vt queant renuntiare priuilegio, vt ad eorum domus mittatur, t.1.p.143.n.19. & 20. & p.144. n.21. & 22. fallit in monialibus, ibid. n.23

Periurium, Periurus.

Periurium quoad effectum periurij non tranſit ad hæredes, ſecus quoad effectum obligationis, t.2. p.321. n.41

Periurium commiſſum, nequit à parte remitti, t.2.p.223.n.6. & 7. Quid de exceptione periurij, ibid. n.8

Periurium in re leui, quando mortale, ſeu veniale, peccatum dicatur, t.2. p.266. n.19

Periurium probatur nouis inſtrumentis, t.2.p.321. n.37

Periurium in Principem, nunquid puniatur acrius quàm in Deum, t.2. ibid. n.38. 39. & 40

Periurium excuſatur Iudicis iuſſu, t.2. p.315.n.14.16.17.18. 19. 20. 21. 22. & 23

Appellatio excuſat à pœna periurij, t.2. p.313. n.1

Periurus, eſt iurans Eccleſiam defendere, aut alia facere, & ſine cauſa diſcedit, t.2. ibid. n.2

Periurium quid ſit? Et quando tale dicatur, tomo 2. ibid. num.4

Periurium quale peccatum ſit, tomo 2. pag.314. n.6. 7. 8. 11. & 12

Periurium penitus euertit humana commercia, tom.2. ibid. num.8

Periurium eſt grauiſſimum delictum, t.2. ibid. n.9

Feſti diei obſeruatio dupliciter ſumitur, t.2. p.314. n.10

Periurium dicitur commiſſum abſque vlla interpellatione pejerantis, t.2. p.324. n.1

Periurij Iudex quis ſit, & non ſi de eo Laicus cognoſcat, vim faciat Eccleſiaſticus eum inhibendo, tom.2. p.325. n.2.3.4. & 5

Periurium vt incurratur ſatis non eſt relatio ad aliud iuramentum, t.2. p.421. n.7

Periurus eſt iurans non reuelare ſecretum, ſi illud propalet, t.2.p.315. n.24.25.26.27.28.& 29. Et ad plures caſus ad num.42

Periurus quando dicatur Prælatus, qui iurauit alienare res Eccleſiæ. Expenditur, tomo 2. pag.229. n.16. & 17. vbi quid de locatione.

Periurus quantumcunque ſit emendatus, teſtis non admittitur, nec ad ſe purgandum, t.1. p.408. n.10

Periurus Teſtis non facit indicium, nec torturam, nec ad Inquiſitionem, nec ad capturam, t.1. p.409. n.11

Periurus Teſtis non admittitur contrà alium periurium, t.1. ibid. n.13

Periurus admittitur Teſtis in illis omnibus, caſibus, in quibus à iuramento ſine dolo receſſit, t.1. ibid. n.17

Periurus ad teſtificandum non admittitur, t.1. p.408. n.7.8. & 9. ſiue in aſſertorio, ſiue promiſſorio, ſiue de præſenti, præterito, aut futuro, ibid. n.10. & etiam ſi talis ſit circa acceſſoria, p.409. n.11

Periurus eſt non ſoluens, elapſô prorogationis tempore, t.2. p.223. n.10

Periurio pœnæ, quæ impoſitæ ſunt de Iure Ciuili, Canonico, & Regio, agitur, t.2. p.318. n.1. & ſeqq. latè.

Periurium inſpectâ antiquitate, non ſolùm Deum ſed etiam leges habuit vltores, t.2. ibid. n.2

Pejerans per genium Principis, fuſtibus caſtigabatur, & grauius qui per Iouem, & amiſſione linguæ, t.2.ib. n.3.& 4

Periurium qualiter punitum fuit, locis ſacræ Scripturæ probatur, t.2. ibid. n.5

Periurium tantùm legibus Eccleſiaſticis, non ciuilibus multis probatur: verius eſt, vt ciuilibus etiam, t.2.ibid. n.6.& 7

Periurium promiſſorium punitur infamiæ pœnâ, & falſi, & hodie amiſſione bonorum, t.2.p.319. n.10. & 11.amiſſione cauſæ. ibid. n.17

Periurium aſſertorium punitur arbitrariè, vel amiſſione dentium, triremibus, infamia, t.2. ibid.n.12.13.14.15.16.17. 18. fallit, ibid. n.19

Pejerantes nonnullis in caſibus vtroque iure pœnas patiuntur, t.2. ibid. n.20. & p.320. n.21.22.23. & 24

Periuri prætextu, nunquid ſententia queat retractari, tom.2. p.320. n.31.32. 33.34. & 35

Periuri priuantur beneficiis, inodati verò periurio non item de in proprio interitu, t.2. p.375. n.1.2.3. 4.5.& 6

Dicta teſtium cauillanda, non ſit, vt euitetur periurium, t.2. p.321. n.42

Periuro non defertur iuramentum ſuppletorium. Et de aliis, t.2. ibid. n.43.44.45.45. & 46

Pœna.

Pœna redemptionis bonorum, quando non tranſit aduerſus hæredes, t.1. p.27. n.3

Pœna conuentionalis nunquid excuſetur propter difficultatem per ignorantiam, vel ætatem, & aliter, t.2.p.317.n.51.52. 53.54.55. & 56

Pœna capitalis ſequi valet ex præſumptione à lege impoſita, t.2. p.141. n.8

Pœna ordinaria delicti imponitur illi, qui Confeſſus eſt incidenter, ſi delictum ſit connexum; vel contingat principale negotium, t.1. p.31. n.12. & p.32. n.13. limita, ibid. num 14

Pœnam mitigari à Iudice, in quibus criminibus intelligitur, t.2.p.131. n.40. & 41

Cogitationis pœnam nemo meretur, t.2. p.128. n.7 Seneca 2. *declaration Quintil declam.*174

Puniri corporaliter non debet delinquens ſine dolo, vbi adeſt culpa, t.2. p.132. n.2

Pœnæ poſitæ in Iure propter mendacium, habent locum, ſi in eo dolus interuenit, t.2. ibid. n.3

Poculum amatorium, ex quo homicidium potuit ſequi, veriſimiliter eſt pœna dignum, & qua diſtinguitur, tomo 2. ibid. n.4

Occidens Caium, volens occidere Titium, quando talis pœna ordinaria homicidij, ſeu extraordinaria puniatur.

Diſtinguitur inter dantem operam rei licitæ, ſeu illicitæ, t.2. p.133. n.6.7.8.9. & 10

Pænitentia

Pœnitentia publica imponi debet, quæ ſit culpæ informis t.2. p.200. n.42

Pœnitentia publica non imponitur, niſi pro delicto manifeſto, t.2. ibid. n.43

Deſcendentes à pœnitentiatis extra S. Officium, de Iure non amouentur ab officiis, t.2. ibid. n.44
Pœnitentiatus à S. Officio, ſi ab aliquo vocetur Iudæus, vel hæreticus, nunquid exprobatorem ad Pallinodiam compellat, t.1. p.187. n.13. 14. 15.16. & 17. Vel ad pœnam pecuniariam, ibid. n.18
Pallinodiam cantare quid ſit remiſſiuè, t.2. ibid. n.13.*in fine*, 15. 16. & 17
Intelligitur Textus noſter, t.2. ibid. n.19. & 20
Pœnitens quit propria authoritate pœnitentiam ſibi impoſitam à Confeſſario commutare in opus melius, t.2. p.233. n.31. 32. & 33
Pœnitentiati per S. Officium abiurant errores de leui, aut de vehementi, tactis Euangeliis, & Cruce, tom.2.p.243. num.26

Poſſeſſio, Poſſeſſor.

Poſſeſſio quando inter duos poſſeſſores dicatur efficacius probata, t.1. p.146. n.1
Poſſeſſio, efficacirer probatur, ſi Teſtes deponant de nudo actu facti percepri ſenſu corporeo, ſi ex eo reſultat ius, de quo quæritur, t.1. p.147. n.5
Poſſeſſio probatur ſi Teſtes deponant de aliquo actu apprehenſiuo ſimul cum titulo, t.1. ibid. n.7
Poſſeſſio probatur ſatis deponendo Teſtes, quiliber circa diuerſum actum poſſidenti, t.1. ibid. n.8. exemplificatur, ibid. n.10. veluti arando, colligendo fructus, recipiendo mercedem, vel penſionem.
Poſſeſſio probatur per inſtrumentum publicum,& per librum cenſualem, t.1. p.148. n.13
Poſſeſſionis titulum nemo tenetur oſtendere, niſi in beneficialibus, t.1.ibid. n.14.& 15. quid de Vaſſallo, vel de habente titulo illegitimo,& præſcribente, ibid. n.16.& 17
Poſſidere commodum eſſe, in quibus verificetur, t.1. ibid. num.18
Dominio probatur ex Poſſeſſione, & fructuum perceptione, t.1. ibid. n. ibid.
Poſſeſſor poteſt conueniri Rei vindicatione, tomo 1. ibid. num.19
Empror qui adipiſcitur Poſſeſſionem Rei, præfertur alteri emptori non adipiſcenti, t.1. ibid. n.20
Beneficiatus, vt foro fruatur, debet probare titulum, & Poſſeſſionem beneficij, t.1. ibid. n.21
Poſſeſſionem operatur fructuum acquiſitionem, tom.1. ibid. num.23
Poſſeſſio beneficij probat eo ipſo collationem præciſè, t.1. ibid. n.24
Beneficium *l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani*, vt concedatur petenti, præcedit probatio Poſſeſſionis defuncti, t.1. ibid. n.25
Contribuere debet habens Poſſeſſionem in aliquo territorio pronunciatione loci, t.1. ibid. n.26
Baro habens Poſſeſſionem feudi, poteſt dare vocem in Parlamento, t.1. ibid. n.27
Poſſeſſio excuſat à caducitate emphyteuſis, t.2. ibid. n.28
Poſſeſſio Rei vindicatæ ab aliquo poſſeſſore traditur vindicandi, qui ex duobus eam vindicantibus vicerit, limitatur, t.1. p.149. n.29. & 30
Poſſeſſio alicuius ſtatus ſeu qualitatis, vt transferat, vel non onus probandi in aduerſarium dignoſcitur regulis quatuor, t.1. p.156. n.1. & ſeqq.
Quaſi Poſſeſſio ſeruitutis, quando transferat onus probandi in aduerſarium, t.1. p.157. n.13. & ſeqq.
Poſſeſſio equi, ſeu alterius animalis, cui adiudicetur, ex duobus æqualiter eam probantibus, t.1. p.149. n.1
Poſſeſſio, quæ vocatur ſummariſſima, veri ex litigantibus maioratum adiudicetur, t.1. ibid. n.3. & 4
Mutatio cauſæ circa Poſſeſſiones cenſetur ex nouo titulo,t.1. ibid. n.5. & 6. & p.150. n.7. & 8
Sequeſtrum rei fit quoties vertitur quænam ſit anterior Poſſeſſio, t.1. p.145. n.28
Poſſeſſio in plenario non vnico Teſte probatur ſicut in ſummario Iudicio, t.1.p.154. n.35.36.37. & 38
Poſſeſſor communiter beatus dicitur, t.1.p.154.n.38
Poſſeſſionis petitæ Articuli qualiter formantur, tom.1.p.155. num.39
Poſſeſſio generalis de Iure vniuerſali quando tantum detur,& quando particularis ad percipiendos fructus, tom.1. ibid. num.40
Poſſeſſor, qui efficacius probat, obtinet, & inter Poſſeſſores æqualiter probantes obtinet antiquioribus, vel qui poſſidet in ſolidum, t.1.p.144.n.16.& 17. vel qui per meliores teſtes probat, n.18
Manutentio conceditur Poſſeſſori antiquiori, in beneficiis, cenſibus, & in aliis caſibus, t.1. ibid. n.19
Poſſeſſor antiquior quis dicatur, t.1. ibid. n 20
Poſſeſſor probãs de antiquiori titulo præfertur,t.1.p.145.n.25
Poſſeſſorium Iudicium, non requirit aliquam proprietatis probationem, licet ea corroboretur, t.1. ibid. n.26
Poſſeſſio anterior, vt talis dicatur, debet eſſe iuſta, tomo 1. ibid. n.27
Poſſeſſor quis ex aliis Poſſeſſoribus obtineat in interdicto retinendæ, t.1. p.143. n.2
Poſſidere duo inſimul non poſſe, qualiter intelligatur, tom.1. ibid. n.3
Dicterium vti poſſideris; ita poſſideatis, quo pacto intelligatur, t.1. ibid. n.4. & p.145. n.33
Poſſeſſor alius eſt, vt proprietarius, alius, vt vſusfructuarius, & quis præferatur, t.1. p.143.n.7.& de variis modis dicendi, num. ſeqq.
Poſſeſſor alius titulatus, & alius ſine titulo, t.1. ibid. n.10
Poſſidens rem, iuriſdictionem, cenſum, ſeu quodlibet aliud ius in eis defenditur, etiam officio Iudicis, tom.1. p.152. num.7. & 8
Poſſeſſorium ſummariſſimum intentans, caueat non articulare ſe, & quod debeat citari pars in informationibus ſumendis, ſpoliatum vel poſſeſſionem eſſe apud alium, quibus teſtibus probatur, & qualiter de eo Iudex pronunciet, t.1. ibid. n.9
Interdictum Poſſeſſorium *de el interim* fauet ei qui melius probat poſſidere quod momentaneum dicitur,& quale ſit, t.1. p.150. n.1
Poſſeſſorium plenarium, & ſummarium, in quo differant, t.1. p.151. n.2
Poſſeſſio ſummaria ex præfato interdicto pluribus ſignificatur vocibus, & de eius praxi, t.1. ibid. n.2. & 4
Poſſidere duo inſolidum non poſſe, quibus exemplis monſtretur, t.2. p.155. n.1. & qualiter vterque ſimul dicatur poſſidere, p.156. n.12. & 13
Tertius Poſſeſſor,qui poſſidet rem ſpecialiter hypothecatam, non eſt citandus à creditore; licet tutius ſit, vt citetur,t.2. p.215.n.40. 41. & 42
Poſſeſſor rei alienatæ à debitore non poteſt reuocatoria conueniri per creditorem, niſi præcedente excuſſione, & citatione ad eam, t.2. ibid. n.42
Poſſeſſor ad impediendam executionem, quando dominus præſumatur? t.2. p.148. n.51

Prælatus.

Prælatus ferens cenſuras, ad eas non tenetur, tom.1. pag.65. num.12
Prælatus quis non præſumitur, nec ordinatus, tom.2.p.167. n.28. & 29
Prælatus, ſeu Abbas poteſt eſſe Teſtis pro ſua Eccleſia, t.1. p.237. n.1.2.3.4.5. & 6
Repudiare poteſt Prælatus Eccleſiæ hæreditatem, t.1. p.114. num.20

Præſumptio.

Præſumptio minus eſt, quam ſemiplena probatio, quomodo intelligatur, t.2. p.135. n.5. expenditur, p.139. n.39
Præſumptio violenta eſt ſufficiens ad ferendam definitiuam ſententiam, t.2. p.135. num.7. Expenditur num. ſeqq. & p.137. n.26. 27. & 28
Præſumptio generaliter diuiditur in eam quæ iuris eſt, & in aliam quæ vocatur hominis, t.2. p.35. n.8
Præſumptio Iuris quæ ſit, & quam probationem faciat, t.2. ibid. n.9. & 10
Præſumptio Iuris & de Iure, quæ, & qualem probationem faciat, t.2. p.136.n.13.14.15. & 16
Præſumptio Iuris, in quo diſtinguitur ab ea, quæ eſt Iuris, & de Iure, t.2. ibid. n.14
Præſumptio Iuris, & de Iure, ſiue ſumitur ab humanis principiis, vel à naturali cauſa, t.2. ibid. n.15. & 16
Præſumptio hominis, quæ, & qualiter probet cuius diuiſio multiplex, t.2. p.137. n.17. & 18
Præſumptio hominis eſt leuis, aut grauis, & vehemens, ſeu violenta: Et quæ ſit vnaquæque, t.2. ibid. n.18.19. & 20
Præſumptio hominis diuiditur etiam in temerariam, & probabilem, in neceſſariam credibilem, ſeu veriſimilem, t.2. ibid. n.21.22.23.24. & 25
Præſumptioni Iuris, quando in dubio ſtetur, tom.2. p.122. n.1.2.3.5. & 6
Præſumptio quando, & quomodo in foro conſcientiæ obſeruetur, t.2. ibid. n.4. 5. & 6
Differentia inter præſumptiones, indicia, coniecturam, ſuſpicionem, argumentum, ſignum, adminiculum,fictionem, t.2. p.123. n.7. Promiſcuè ſumuntur, p.125. n.32
Præſumptio, à quo dominetur? t.2. p.123. n.7
Indicium in quo differat à præſumptione,t.2.p. 123. n.7
Indicium eſt minus præſumptione, t.2. ibid. n.8
Coniectura in quo differat à præſumptione, ſeu ab indicio, t.2. p.123. n.9. & 12
Præſumptio hominis, quæ ſufficit ad condemnandum, transfert onus probandi, ſecus ſi non ſufficiat, tom.2. p.144. num.1.

Digitized by Google

num.1 2, & 3, quæ ſufficiat, ibid. n.7. remiſſiuè.

Præſumptio quæ oritur ex teſtimonio de auditu, non transfert onus probandi, t.2. ibid. n.4. 5. & 6

Præſumptio Iuris, vt transferat onus probandi, vel non, qualis ea ſit, t.2. ibid. n.8.9.10.11. & 12

Præſumptio Iuris in materia abjectiua, non transfert onus probandi, vel ſi probatio poſita eſt in conditione, aut à lege recurritur, t.2. p.145. n.13.14. 15. & 16

Præſumptio Iuris quando faciat plenam probationem, ſeu aliam non patet ex regula, t.2. ibid. n.17

Præſumptio Iuris, & de Iure regulariter non admittit probationem in contrarium: & ſic non refundit probationem in aduerſarium, t.2. ibid.n.18. fallit, ibid. n.19.20.21.22. 23. 24. & 25

Præſumptio ex quibus oriatur principiis? tom.2. pag.121. num.11

Præſumptio potentior tollit minus potentem. Et quæ ſit potentior, relinquitur Iudicis arbitrio, t.2. ibid. n.12.& 13.

Præſumptio vna, quando pluribus non cedat, tomo 2. ibid. num.14

Præſumptio potius ſumitur, vt actus valeat, quàm vt pereat, t.2. ibid. n.15

Præſumptionis, ſeu indicij definitio, quæ ſit, tom.2.p.121. n.6.7. & 8

Præſumptio in pluribus non eget allegatione, tomo 2. p.139. num.37

Præſumptio Iuris, & de Iure eliditur per notarium, t.2.p.147. n.41. & 42

Præſumptio Iuris, & de Iure admittit reſtitutionem ad probandum ex iuſta cauſa? t.2. ibid. n 44.. & 45

Præſumptio Iuris, & de Iure admittit probationem ex conſenſu partium, t.2. ibid. n.46

Præſumptio debet allegari, & probari, & qualiter, & quando, t.2. ibid. n.48

Præſumptio quæ oritur ex facto partis allegari, & probari debet, non ſi aliunde, t.2. p.138. n.33. & 35

Præſumptio de qua noſter textus, cur allegatione partis non indiguit, t.2. p.139. n.35. & 36

Textus noſter de qua præſumptione intelligatur, t.2. p.137. n.26. & 27.

Præſumptio, indicium, ſuſpicio, conjectura, fictio adminiculum, & alia in Iure ſolent eſſe promiſcua, t.2. p.125.n.32. 33.34.35.36. & 37

Præſumptiones tunc ſumuntur cum actus ſunt perfecti, t.2. ibid. n.38

Præſumptio Iuris, & de Iure aufertur per confeſſionem partis, t.2. p.146. n.35. & 36

Præſumptio Iuris dicitur plenam probationem facere, etiam in cauſis puritatis, t.2. p.197. n.12.13. & 14

Præſumptio Iuris, & de Iure plenè probat, tomo 2. p.139. num.12

Præſumptio violenta quæ in ciuilibus plenè probat non ſic in criminalibus, t.2. p.141. n.12

Præſumptio in materia obiectiua, ſiue contra formam, ſiue contra perſonam, non facit plenam probationem, tom.2. p.193. n.16

Præſumptio *nudi cum nuda*, nunquid ad ſeparationem ſufficiat, vel ſint aliæ præſumptiones inſimul neceſſariæ, t.2. p.175. n.8.9.10. & 11

Præſumptiones ad ſeparandum matrimonium, debent eſſe probabiles, legitimæ, vrgentes, violentæ, à iure receptæ, & à natura, t.2. p.175. n.5.6. & 7

Præſumptiones, vt probent, debent eſſe claræ, & indubitatæ, t.2. p.120. n.2

Biennij lapſus, non inducit præſumptionem Iuris, & de Iure, t.2. p.97. n.11. & 12

Prætenſor.

Prætenſor non admittitur ad actum puritatis, ſi incertitudo qualitatum proueniat ex incertitudine Parentum, aliter ſi conſtare poſſit, t.2. p.200. n.37.38. & 39

Prætenſor in Inquiſitione debet dicere quando præſentat Genealogiam, ſe non eſſe ortum ab expoſito vllo, t.2.p.199. num.28

Expoſitus prætenſor, aut aliquis ex eius parentibus, aut auis, aliorúmque aſcendentium probatus non obtinebit circa puritatem prætenſam, t.2. ibid. n.19

Prætor.

Prætor tenetur inuiſere, & conſeruare terminos publicos Prouinciæ, vt effugiat ſyndicatum, t.2. p.78. n.5

Primogenitura.

Primogenituræ venditio facta ab Eſau fratri ſuo, quare valuit. t.2. p.405. n.22

Princeps.

Princeps legibus obligatus eſt ſtrictè iuxta expreſſum in contractibus; ab eo geſtis, non ex bono & æquo, niſi extenſio fiat, ex natura contractûs, t.1. p.66. n.20. & 21

Priceps, ſeu Legiſlator, qui non habet ſuperiorem, non tenentur legibus obligantibus ex æquo. Et quid de taxantibus pretia, t.1. ibid. n.22

Princeps legem ſuam tranſgrediendo an poteſt, tomo 1. ibid. n.23. & 29.

Princeps, qui non ſtat contractibus à ſe celebratis cum ſubditis peccat: Et quid ſi vendat rem vltra taxatum à lege pretium, t.1. ibid. n.24

Princeps non eſt ſolutus lege falcidia, tomo 1. p.64. n.18. & p.65. n.14

Princeps ſolutus eſt, legibus quoad vim coactiuam, non quoad directiuam, tom.1. pag.64. n.10. & 11. & pag.65. num.12

Princeps quantam obligationem habet ſeruandi promiſſam fidem: Et quid ſi fideiubeat pro alio, t.1. p.63. n.3. & 4. & quibus obligetur legibus, p.64. n.6.7. & 8

Donatum à Principe non reuocatur, etiam ſi alteri eandem rem donauerit, & tradiderit, t.1. p.63. n.5

Princeps non ſupremus, ſubditur legi etiam coactiuæ, ſicut alij ſubditi: Et ita ſubdebantur Imperatores Romæ, non verò Reges Hiſpaniæ, t.1. p.65. n.13. & 14

Princeps debet obſeruare ſolemnia iuris ex vi directiuâ, ſed non tenetur vi coactiuâ, t.1. ibid. n.15. & 16

Princeps nequit tollere ius quæſitum, t.1. ibid. n.17

Princeps contrahens nomine dignitatis, obligat ſucceſſores, ſi contrahat pro bono communi, ſecùs ſi proprio nomine t.1. p.76. n.7. & 8

Princeps tenetur ad obſeruantiam legum ex vi legis poſitiuæ ratione diuina, & naturali dictante, t.1. p.65. n.18

Princeps vendens rem tanquam ſuam cum aliena ſit ad quid teneatur, t.1. p.68. n.5

Princeps concedens caſtrum cum iuriſdictione non videatur merum imperium conceſſiſſe remiſſiuè, t.2. p.420. n.7

Principi ſæculari aſſerenti, creditur plenè, t.2. p.312. n.2. vſque ad n.9. ſi habet imperialia Iura Regalia, aut non recognoſcat ſuperiorem, p.313. n.22. Quid verò ſi ſuperiorem recognoſcat, ibid. n.23. & 24

Saluus conductus à Principe conceſſus, & fractus non punitur pœna frangentis fidem publicam, t.2. p.237. n.33

Exemplum ex originali vt probet qua tranſcriptione egeat, & Princeps poſſit officere, vt ei vtique credatur, t.2.pag.19. n.21. & 19

Exemplar quando probet deductum ab alio exemplari, t.2. p.19. n.22

Exemplar, & exemplum qualiter differant; t.2. ibid. n.23. 24. & 25

Priuilegiatus.

Ex poſitis nonnulla Priuilegia conceſſa, notantur remiſſiuè, & nonnulla de eorum materia, t.2. p.196. n.1

Priuilegiati qui ſint à ferendo teſtimonio, t.1. p.422. n.34. 35. & 36. & quando hi compellantur, ibid. n.35. & 36. Quid de Clericis & familiaribus S.Officij remiſſiuè, & de caſu Diui Philip. Aloſio Secretarij Regij noſtri Conſilij Inquiſitionis, ibid. n. ibid.

Probatio.

Probatio ſemiplena quæ ſit? & quam fidem faciat? & eſt duplex maior & minor, t.1. p.45. n.22. & 23

Probatio eſt de ſubſtantia Iudicij ex omni Iure, tomo 1.p.43. num.3

Probatio quid ſit, & quomodo definiatur, expenditur, t.1. p.44. n.4. 5. & 8

Probatio fit non ad inſtruendum aduerſarium: ſed ipſum Iudicem, t.1. ibid. n.5

Probari non debent quæ iuris ſunt, ſed quæ de facto, tom.1. ibid. n.6

Probatione notoria non indigent, t.1. ibid. n.7

Probatio diuiditur magis communiter in plenam, & ſemiplenam, t.1. ibid. n.9. & 10

Probatio plena quæ ſit, t.1. ibid. n.11

Probatio legitimè plena, eſt quæ fit per duos teſtes fide dignos, aut per inſtrumenta, t.1. ibid. n.12

Probationis plenæ ſex ſpecies, ibid. n.13. & n. ſeqq.

Probatio fit per teſtes, inſtrumenta publica, & priuata per iuramentum, per euidentiam facti, peu præſumptiones, & per confeſſionem, t.1. ibid. n.14

Præſumptiones, qualiter probant? t.1. ibid. n.20

Probatio in antiquis fit per Teſtes, & famam, tom.1.p.193. num.15

Probatio in antiquis ſufficit ex indiciis, & conjecturis etiam in caſu quo lex exigeret plenam, t.1. p.195. n.35.& 36

Probatio nulla eſt per rerum naturam contra negantes factum expenditur, t.1. p.180. n.2.3. fallit, p.181. n.8. & declaratur, ibid. n.9. & fit remouendo actum aſſenſu, non ſenſum, ab actu, ibid. n.10. & 11

Probatio in reſcriptis quoad clericatum, & de legitimo matrimonio, qualis debeat eſſe, & in aliis; t.1. p.48. n.4

Probatio per confeſſionem dicitur maior, t.1. p.49. n.6
Probatio Rei non admittitur ſi non excludit probationem Actoris, t.1. p.46. n.35
Pars non admittitur ad probandam, quod ſi non prodeſt, nec alterius partis intentionem excludit, t.1. ibid. n.26
Probatio Iudicialis fit poſt Litem conteſtatam,nec admittitur poſt quartam teſtium productionem extraiudicialis anteà poteſt fieri, t.1. ibid. n.37. & 39
Probatio fieri poterit tam in loco Iudicij,quam extra,& quomodo inter egregias perſonas, t.1. ibid. n.8
Probatio per teſtes, eſt efficacior, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, t.1. p.207. n.1. & 2
Probatio indubio intelligitur de plena, tomo 1. p.48. n.1. & p.49. n.5
Probatio gratiæ & vacaturæ qualiter requiratur, & quando agitur de præiudicio ordinatij, requiritur vt ſit plena, t.1. p.48. n.2. & 3
Probationis facultas præciſè non coanguſtatur ad certum numerum teſtium, tom.1. p.367. n.1.2. & 3. Quid in praxi, ibid. n.4. & 5. & p.368. n.7.8.9.10.11.12.13. & 14
Semiplena Probatio, ſufficit ad poſſeſſorium ſummarium, ſecus ad plenarium, t.1. p.156. n.14. 16. & 17
Probatio non eſt reſtringenda, t.1. p.206. n.3
Probationis regula conſiſtit in duorum,vel trium teſtimonio, t.1. p.306. n.4
Probationes difficiles, quæ communiter dicantur & quæ exigunt plenam probationem, t.1. p.195. n.41. & 42
Probationes duæ ſemiplenæ coniunguntur: Item imperfectæ, indicia, fama, t.1. ibid. 6. & 10
Probationes Actoris, & Rei ſi ſunt pares, Iudex pronunciabit pro Reo, niſi cauſa ſit priuilegiata, t.1. p.25. n.31. & 32
Probationes plenæ, & legitimæ dicuntur, quæ conſenſu litigantium probatæ fuerunt, t.1. p.366. n.15
Probationes omnes ſunt arbitrariæ, & dependent ex mero Iudicis arbitrio, t.1. p.274
Probationes ſemiplenæ qualiter in antiquis coniungantur,t.1. p.47. n.11
Probationes duæ ſemiplenæ qualiter in cauſa hæreſis coniungantur, & quid in praxi, t.1. p.48. n.12
Probare tenetur is, qui prius dicit: *infertur ad plures caſus*, t.1. p.47. n.2
Probationes vtriuſque partis, quando videat Iudex, & quo ordine, t.1. p.45. n.25. 26. & 27. & quid conſiderare debeat inter vtriuſque partis probationes, pag.46. n.29. 30. & 31
Probanda eſt qualitas, quæ fundat iuriſdictionem, & quid faciet delegatus, vt eam probet, t.1. p.47.n.3
Probatio inualida poteſt ex euidenti vtilitate validari ſtatuto, vel conſuetudine, t.2. p.65. n.4. & 5. ita vt faciat vbicumque fidem, num.6. quid in criminalibus, ibid. n.9. & 10. fallit, p.66. n.14. & 15
Probatio per indirectam admittitur aduersùs præſumptionem Iuris, & de Iure, t.2. p.146. n.33
Probatio efficacior deſideratur ab eo, qui probare vult illud; quod non eſt veroſimile, t.2. p.164. n.20
Probatio contra præſumptionem, *l fin. C. arbitrium tutelæ*, quando admittatur *remiſſiuè*, t.2. p.148. n.52
Probatio per præſumptiones, & indicia, habet locum aliis deficientibus probationibus. Et ad quam pœnam, tom.2. p.120. n.1. & 2. DD. ſcribentes, ibid. n.5
Probatio per teſtes præfertur inſtrumentali in modernis, ſecùs in antiquis, vel in caſibus, vbi ſcriptura requiritur, t.1. p.335. n.11.12. 13.14.15. & 16
Probatio per Teſtes eſt naturalis, t.1. ibid. n.12
Probatio per inſtrumenta eſt leuior, facilior, tomo 2. ibid. num.14
Probationes Clariores, & dilucidiores in non veroſimilibus requiruntur, t.2. q.163.n.7
Probationes debent eſſe efficaciores, quando agitur de probando contra illud, quod habet præſumptionem pro ſe, t.2. ibid. n.8
Veriſimilitudo eſt probatio in aliarum defectum, t.2. p.163. num.9
Probatum dicitur quod conjecturis legitimis, ſeu præſumptionibus legum apparet, t.2. p.142. n.13. fallit ſi lex loquatur in termino poſitiuo vel ſuperlatino, ibid. n.14. 15. 16. 17. & 18. vbi expenditur.
Probari debent quæ in facto conſiſtunt, & alleganti incumbit probatio, t.1. ibid. n.20.21.22.23. & 24. Hæc non præſumuntur.
Probare debeat ne qui dicit, vel ſufficiat allegare quando ſit neceſſarium, quando vero non: pluribus exornatur hæc regula, t.2. p.455. n.1. & ſeqq. & n.6
Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe, tomo 2. ibid. n.2
Allegatio partis non facit ius, t.2. ibid. n.4
Alleganti incumbit Probatio in caſibus infrà relatis, t.2. ibid. n.6. & ſeqq. vſque ad n.32

Procurator.

Procurator poteſt comparere pro pluribus Dominis in diuerſis cauſis: vbi de authoritate Curatoris, quid de marito pro vxore? t.2. p.77. n.5
Procurator nequit ex mandato generali mulieris ad renunciandum Vellaiano, renuntiare abſque expreſſo mandato, t.2. p.177. n.3. 4.5. & 6
Procurator iurans falſum ex commiſſione Domini periurus eſt, & pœnas incurrit, non Dominus, t.2. p.317. n.57
Procuratoris reuocatio iuſta valet contra primum contrarium, t.2. p.383. n.4
Procuratoris reuocatio, quatenus vno teſte probetur, tom.1. p.309. n.45

Productio.

Productio inſtrumenti debet fieri coram Iudice; nec ſufficit coram Notario, & datur copia Aduerſario, tomo 2. p.57. num.1
Productio teſtium, in quo differat à dilatione, & quid ſit,t.1. p.413. n.10

Profeſſio.

Profeſſio fidei ex decennali beneficij collatione præſumitur. t.2. p.253. n.47
Profeſſionem facere obligati, nunquid teneantur eam oſtendere, & probare. Et cui incumbat probatio, t.2. p.254. n.48. & 49
Profitentes fidem, debent iurare tactis Euangeliis, t.2. ibid. num.50
Profeſſio fidei poteſt fieri per Procuratorem ſecundum aliquos. Quid in praxi, t.2. ibid. n.51.52. & 53
Profeſſio fidei vt recipiatur ab aliquo, ſolet committi, t.2. ibid. n.53
Profeſſio fidei facere omittens Procurator, nunquid prouiſus faciat fructus ſuos, t.2. ibid. n.54
Profeſſionem fidei facientes, quæ obſeruanda debeant iurare, vbi de forma iuramenti, t.2. ibid. n.55. & 56
Profeſſio fidei intra duos menſes præcepta eſt; in Tridentini Decreto Canonicis Parochis, & aliis, tomo 2. pag.249. n.1. & 2
Profeſſionem fidei facere tenentur magiſtri Theologici, Legum, & Canonum lectores; & magiſtri Grammaticæ, & aliarum artium, t.2. ibid. n.3
Profeſſionem fidei emittunt Canonici, & dignitates Cathedralium, etiam regularium, etiam exempti coram Epiſcopo, ſeu Vicario, & in ſuo capitulo, tomo 2. p.250. n.6.7.8. & 9
Profeſſionem fidei tenentur facere habentes Canonicatum in commendam, t.2. ibid. n.10
Profeſſionem fidei faciunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ, t.2. ibid. n.11
Profeſſionem fidei faciunt Prælati regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſſione, tom.2. ibid. num.12. fallit, ibid. num.13
Profeſſionem fidem iterùm facit, qui de nouo adipiſcitur aliquod beneficium, ſeu præbendam. Quid ſi iterum adipiſcatur eandem quam dimiſerat, t.2. ibid. n.14. 15. 16. 17. & 18
Profeſſio fit etiam à promouendis ad Epiſcopatus, & dignitates conſiſtoriales, t.2. p.251. n.19. & 20
Profeſſionem fidei facere nonnulli excuſantur, ſeu non tenentur, vt Canonici Coadiutores, dignitateſve. Et prouiſi de præbendis in collegiatis, t.2. ibid. n.21. & 22. nec portionarij Cathedralium, ibid. n.23. & 25. nec prouiſi de beneficiis ſimplicibus, ibid. n.24
Profeſſionem fidei facere obligati tenentur ſponte eam emittere, alias ſi differant extra tempus ſubiacent pœnis, t.2. ibid. n.26.27.28.29. & 30
Profeſſionem fidei deferentes, quos fructus queant retinere vbi de diſtributionibus, t.2. p.252. n.32.33.34. Quid de anniuerſariis, ibid. n.35
Profeſſionem fidei omittentes non admittunt beneficia, t.2. p.252. n.36. & 37
Profeſſionem facere omittentes, etiam emittent poſt temporis tranſcurſum, t.2. ibid. n.38
Profeſſionem omittens ex ignorantia, nunquid excuſetur à pœna reſtitutionis in foro exteriori, & in foro animæ,t.2. ibid. n.39. & 40. & à peccato, p.253. n.41
Profeſſionem omittens culpabiliter, tenetur ad reſtitutionem, perceptorum, & cui fiat reſtitutio, tom.2. p.253. n.42. & 43. Et an pœna in foro conſcientiæ obliget, ibid. n.44. & 45. Quid ſi occultè, aut ex incogitantia omiſerit, ibid. num.46
Vſusfructus conſolidatur cum proprietate facta Profeſſione partis, t.1. p.211. n.4. & p.112. n.5. licet aliqui dicant non conſolidari, vſque ad mortem Patris, t.1. ibid. n.6

Patria

Patria poteſtas amittitur per profeſſionem, t.1. p.112.n.7
Vſufructuarius facta profeſſione ſtatim amittit vſumfructum, & pertinet ad ſubſtitutum.t.1.ibid.n.8
Bona Nouitij decedentis, vel diſcedentis ante profeſſionem, pertinent ad hæredes lata, t.1.p.112.n.9

Promiſſio.

Promiſſio facta ex aliqua iuſta cauſa valet, etiamſi cauſa non probetur,nec de ea aliter conſtet, t.2.p.80.n.11
Promiſſio reciproca etiam vallata ſtipulatione,vulgò *apueſta* valet etiamſi ex implemento conditionis nullum commodum reſultet, t.2. p.87. n.19. vbi fallit ſi poſſit procedere delinquendi occaſio, ibid.
Promiſſio quæ habet aliquam tacitam conditionem, etiam adeſt, ſi facta ſit Iuramento,t.2.p.183.n.21.22
Promiſſio ſimplex denuntiando non obligat de præſenti, ſicut ſi iurata eſt, t.1.p.401.n.28
Promiſſio facti alieni quando non obligat, t.2.p.91. n.50.
Promiſſio facta alteri per alterum valet, ne de Iure Canonico remiſſiuè, t.2. p.85. n.32
Promiſſio facta non reſcinditur, quando captiuitas eſt iuſta, t.2. p.236.n.17
Promiſſio ſimplex vſurarum nulla, ex iuramento accipit vires, p.268
Expectatiua, aut Promiſſio primi officij, aut beneficij vacaturi, non valet, t.2. p.405. n.13
Promiſſio facti alieni qualiter obligat promittentem, tom.1. p.273. n.11. 12. & 13
Promiſſiones factæ à Principe ſæculari ante electionem poſt eam reuocantur, t.2. p.420. n.4
Promiſſiones iuratæ de rebus à natura prohibitis, non obligant, ſecus de rebus de Iure poſitiuo, t.2. p.228. n.14
Promiſſio rei promiſſæ durat, non obſtante impotentia reſpectu partis poſſibilis, t.2. p.363. n.54
Promittens adimplere promiſſum non tenetur, ſi ab altera parte non adimpleatur:& quare,t.2.p.234.n.5.fallit,p.235. num.6
Argumenta diſſoluuntur, t.2. ibid. n.6
Promiſſio pura, & non reſpectiua debet adimpleri, etiamſi altera pars non adimpleat promiſſum. Expenditur, tom.2. p.235. n.6. 7.8.& 9
Promittens quod alter eius amicus pro quodam fideiuſſiſſet, ad quid obligatus ſit, t.2. p.274. n.2. & 3

Prorogatio.

Prorogatio ad proferendam ſententiam, nunquid extendatur ad parendum tali ſententiæ vi iuramenti, tom.2. p.428. num.11
Prorogata locatione, non cenſetur prorogatum tempus redimendi, t.2. p.426. n.1
Prorogans creditor debitori delationem ad ſoluendum, nunquid liberetur fideiuſſor, t.2. pag.427. n.7.8.9.10.11.12. 13. & 14

Protocollum.

Protocollum debet produci, quoties præſumitur eſſe apud producentem ſcripturarum ex eo, t.2. p.18. n.6. & quare, ibid. n.7. & 8
Protocollum dicitur liber extenſorum, t.2.p.118. n.11
Protocollum quid ſibi velit, t.2. p.15. n.15.16.17.18.& 19. quod ſi Tabellio non ſeruat, punitur, pag.16. num.20. & 21
Protoc[illegible] exhibitio fit quando inſtrumentum de falſo arguitur, [illegible] p.56.n.14.& 15. fallit, ibid. n.16. 17. 18. & 19. & quid queat Iudex facere contra nolentem exhibere inſtrumentum, ibid. n.19
Protocollo an potius credatur,quam matrici, diſcordant Doctores, t.2. p.117. n.1. & 2. Quid p.118.n.4
Negligentia circa cuſtodiam Protocolli, non afficit partem, ſed Notarium, t.2. p.118. n.18
Protocollum dicitur *aprotos*, & collum, quaſi prima collatio litterarum, t.2. ibid. n.19
Ordo interuerſus in Protocollo inſtrumentorum, facit præſumptionem falſitatis, t.2. p.70. n.10

Publicatio.

Publicatio facta in criminalibus non impedit, vt alij examinari queant, t.1. p.282. n.1.2.3.4.5.6.7.8.9. & 10. contra Paz, ibid. n.11
Publicatio facta teſtium, non impedit, vt minor Eccleſia, ciuitas, ſeu aliæ perſonæ priuilegiatæ reſtituantur ad aliam probationem teſtium, t.1. ibid. n.12. & 13. & p.283,n.14. & 15. declaratur, ibid. n.16. Vbi de termino ad reſtitutionem.
Publicatio teſtium in Iudiciis de regularibus datur reo accuſato in cauſis grauioribus non ſic in leuibus, & quare, t.1. p.329. n.1. & 2
Publicatio ſola non ſufficit ad excludendum aliorum teſtium examen, niſi poſt dedicita teſtificata, tomo 1. p.372. n.2. 3.4. & 5
Publicationis teſtium effectus quis, t.2. p.324. n.16. 17.18. & 19
Publicatio teſtium coram quo Iudice fiat, tom.1. ibid. n.20. & 21. & p.325. n.22. & 23
Publicatio teſtium, debet fieri ad petitionem, & inſtantiam vnius partis litigantis altera prius citata ad aperturam probationum, t.1. p.325. n.24.25. 26. & 27
Publicatio non requirit, vt legantur teſtium dicta, t.2. ibid. num.28
Publicatione teſtium facta hodie aſſignantur partibus ſex dies, vt intra illos allegent, & diſputent, ibid. n.29
Teſtes non publicati communiter non probant, expenditur, t.1. ibid. n.30.31.32.33.34.& 53. limitatur, p.326.n.37. 38.39.40.41.42. & 43
Publicationis teſtium omiſſio, & quod non detur copia eorum in ciuilibus non vitiat proceſſum, t.1. p.322. n.1.2. & 3. Quid in criminalibus, p.323. n.6.7.& 8. Quid de Iure Regio, ibid. n.9
Publicatio teſtium in ſancto Officio eſt neceſſaria, & fit abſque confrontatione eorum Publicatio, eſt notificatio, ſeu manifeſtatio facta partibus dedictis teſtium, tom.1. ibid. num.8
Publicationis forma, quæ & quando ea fiat, t.1.p.324. n.13. 14. & 15
Maior poſt Publicationem, quando, & qualiter aduerſus omiſſam probationem reſtituatur mulier, ſeu ruſticus,t.1. p.283.n.34.35. & 36. & p.284.n.37.38. & 39
Diſputant partes litigantes publicè publicatis iam atteſtationibus vulgò *alegando de bien probando* per ſuos Aduocatos, t.1. p.268. n.3
Poſitiones atteſtationibus publicatis quando poſſint fieri ita vt pars teneatur eis reſpondere, t.1. p.316. n.1. & 2

Puritas

Puritas ſanguinis, quibus probetur teſtibus, t.2. p.194.n.26. 27.28.29.30. & 31
Prætendens ſanguinis puritatem, vulneratur, ſi ſunt aliqui teſtes maculam infingentes, t.2. ibid. n.27
Teſtimonia circa puritatem,præferuntur aliis contra eam,t.2. p.194.n 29 30. & 31. vbi non multùm fidit author.
Informationes duæ, ſi ſint vna pro Puritate, alia contra eam, vtra præferatur, t.2. ibid. n.30. & 31
Puritas ſanguinis, ſeu macula, poteſt Teſtibus ſingularibus probati, t.1. p.345. n.10.11.12.13. & 14
Puritas ſanguinis inter Hiſpanos præſumitur, & inter alios à gentilitia origine antiqua deſcendentes, niſi contrarium probetur per illud opponentem, t.2. p.190. n.14. & 15
Puritatis probatio ex ſtatuto requiſita incumbit communiter prætenſæ expenſis prætenſoris, t.2. p.193. n.20.21.22.23. & 24. niſi aliter obſeruetur.
Sanguinis Puritas recipit mutationem, t.2. p.193.n.16.& 17. Nec eſt à natura inſita, ibid. n.18
Puritas ſanguinis quando, & qualiter probetur teſtibus de auditu latè, t.1. p.379. n.1.2.3. & 4
Puritas iuxta ſtatuta ſanguinis S.Officij, Collegiorum, & Cathedralium Regnorum Hiſpaniæ, eſt poſitiuè probanda, nec ſufficit præſumptiuè, t.2. p.197. n.18
Puritatis informationes, & in cauſis fidei ſigillatæ remittuntur à Commiſſariis, item, & qua fiunt in aliis Tribunalibus, t.1. p.396. n.1
Puritatis probandæ ſtylus in tribunalibus,& collegiis, tom.2. p.192. n.7
Compulſari poſſunt informationes aliorum tribunalium in cauſis puritatis, t.1. p.206. n.4
Expoſiti ſecundùm plures ſunt admittendi ad officia puritatis, & quare, t.2. p.197. n.15.16. & 17
Puritas interrogatio circa aſcendentes prætenſoris, qualiter concipiatur, t.2. p.196. n.2
Puritatis teſtes deponentes, qualiter debeant diſtinguere, vt aſcendentia prætenſoris probetur, t.2. ibid. n.3
Commiſſarius S. Officij nominatus ad faciendam informationem Puritatis quid à teſtibus ex officio debeat exigere? t.2. ibid. n.4
Eligendus, vt Purus, & nobilis, debet talis probari in ſe, & in aſcendentibus, t.2. p.198. n.20
Geniti ex incertis progenitoribus rejiciuntur, tomo 2.p.198. num.21
Improbabile dicitur quod eſt incertum; & ſic puritas in expoſito, t.2. p.198. n.22
Expoſitus auus alicuius prætenſoris nati ex legitimo matrimonio, ei efficit ad puritatem probandam plenè; & poſitiuè, ibid. n.23
Origo probari debet à parentibus, & auis certis, tomo 2.ibid. num.24
Puritas ſanguinis nequit poſitiuè probari in expoſitis. Et quid deinceps pro ſtatuto S. Inquiſitionis ſtabilitum cauetur, t.2. ibid. n.25

Puruſs

Purus, & bonus, vbi integrita, & bonitas ex ſtatuto requiritur, eſt quis ſuis expenſis probandus, t.1. p.191. n.1.2.3. & 4. latè poſt longam diſputationem, p.192. & 193. vſque ad n.10. vbi diſtinctione componitur.

Q

Qualitas.

Qualitas ſpecialiter requiſita ſtatuto, eſt ſpecialiter probanda, t.2. p.192. n.9. & 10

Allegans Qualitates certas, tenetur eas probare, t.2. p.192. num.11

Prætendens rem certo hominum generi conceſſam, tenetur probare ſe illius Qualitatis, & generis eſſe, tomo 2. p.193. num.24

Præſumitur quiſque poſſidere Iure qualitates, quæ communiter aliis conueniunt, t.2. p.191. n.4

R

Raſura.

Raſura inſtrumenti in parte ſubſtantiali, illum vitiat, t.2. p.50.n.23.24. & 25. vbi quid circa annos Domini.

Raſura inſtrumenti non obumbratur comparatione litterarum; t.2. ibid. n.29

Ratio.

Rationes legitimè diſpunctæ quando executioni mandentur, t.2. p.40. n.18.19.20.21.22. & 23

Rationes præſtare qualiter quis compellatur, & reliqui apparentes, t.2. ibid. n.19. & 22

Quid ſi Rationes ſint additionatæ in termino à iudice aſſignato, vt reddantur, t.2. ibid. n.19

Liquidationes ex Ratiociniis regiis, Eccleſiaſticis, ſeu conſilij alicuius ciuitatis exequi valent, t.2. ibid. n.22

Recondictio.

Recondictio tanta eſt cum eiſdem qualitatibus, ſed non cum eiſdem fideiuſſoribus, pœna & executione, t.2. pag.427. num.4

Rector.

Rectores, Clerici, Archipreſbyteri poſſunt teſtificari pro Eccleſia, & aduerſus eam compelli, t.1. p.238. n.13.& 14

Reus.

Reus mentitus in Confeſſione, non punitur vt periurus, t.1. p.22.n.21

Reus qui interrogatus negauit, & à Iudice condemnatus eſt non tenetur reſpondere, ſi iterum interrogatur, & quid dum iam eſt in patibulo, t.1. p.22. & 23. n.22

Reus imponens delictum accuſatori ad quid teneatur remiſſiuè vbi de Reo interrogato, & quod in criminalibus, nolens interrogatus reſpondere, non habeatur pro confeſſo, t.1. p.23. n.23

Reus interrogatus, cùm non vult reſpondere, poteſt Iudex eum ſubjicere tormentis, & non dat ei tempus ad reſpondendum, ſed tantum Actorum copiam, vt ſe poſteà defendat, t.1. p.25. n.13. 14. & 15

Reus qui negauit in tormentis ſe maleficium commiſiſſe, plerumque abſoluitur, t.1. p.24. n.6. 7. 8. & p.25. num.11. & 12

Reus iuridice interrogatus negans delictum non ob id tenetur illicò ad pœnam delicti, & quando fallit, tom.2. p.22. n.7. & 8

Reus aduerſus quem nihil probatum eſt, quando iurare teneatur, t.1. p.71. n.1.4.5. & 6. Et quid de conſuetudine, aut ſtatuto, p.77. n.7

Reus tortus, & negans ſi contra illum legitimæ probationes ſint de delicto poteſt definitiuè condemnari, tom.2. p.72. n.11.14.16. & p.73. n.22. & 23

Reus an puniatur ſi per probationes incidenter, conſtet de aliquo delicto, t.1. p.29. n.3

Reus quare inſtrumenta edere non teneatur Actori, & econtra Actor teneatur, t.1. p.51. n.6. & quid in praxi, ib. n.6. & 8. & p.52. n.9

Reus reſpondere petitionibus, cui teneatur remiſſiuè, tom.1. p.54. n.1

Reus, qui negauit, & poſtea conuictus eſt, & confitetur, non habet beneficium ex forma ſtatuti, t.1. p.41. n.1

Reus interrogatus iuridice nequit mendacium dicere, tom.1. p.22. n.13

Reus interrogatus à Iudice non tenetur veritatem dicere, & idem ſi interrogetur à non ſuo Iudice, t.1. ibid. n.14. & 16

Interrogatus, cum formidine iniuſtæ interrogationis non tenetur aliquando dicere verum, t.1. p.22. n.15

Interrogatus iniuſte poteſt fallere Iudicem interrogantem, ſed non mentiri. Et procedit etiamſi iuret de dicendo, tom.1. ibid. n.16. & 17

Reus cuius delictum non eſt probatum poteſt interrogatus illud celare ſecus ſi ſit probatum, & procedit etiam in criminali cauſa, t.1. ibid. n.18. 19. & 20

Reus compellitur edere communia inſtrumenta vtrique parti, & in qua parte, tom.1. p.52. n.17. & 19. & an ſemel tantum, ibid. n.21

Maioratus poſſeſſor tenetur edere ſcripturam maioratûs, ad petitionem alterius, ibid. n.18

Falſi Reus incidenter confeſſus non punitur in eodem Iudicio, t.1. p.30

Læſæ Majeſtatis Reus, non amittit ipſo Iure dominium bonorum ſuorum vſque ad condemnationem: tamen amittit adminiſtrationem, nec alienare ea poteſt, t.1. p.275. n.5. 6,7. & 8. fallit, ibid. n.10

Læſæ Majeſtatis Reus, amittit etiam Iuriſdictionem, & feuda, quæ habet, t.1. ibid. n.6

Læſæ Majeſtatis Reus, vt amittat bona, requirit ſaltem ſententiam declaratoriam, t.2. p.28. n.9. & 12

Reus, qui in ſe aſſumit onus probandi, & petit abſolui, obtinet etiamſi non probet, actore non probante; ſecus ſi petat vt pronuntietur in eius fauorem, t.2. p.449. n.1.2. & 3. Et qualiter feratur ſententia, p.450. n.6.

Reus, qui actore agente, rei vindicatione adſtringit ſe ad probandum ſe eſſe Dominum, & non probat, tantùm à peritis abſoluitur, ſed non declaratur Dominus. Quid ſi vt probaret, eſſet neceſſum, t.2. p.449. n.3. & 5

Reus definitiuè abſoluitur, actore nihil probante; quando verò tantum ab obſeruatione iudicij, t.2. p.450. n.7.8. & 9. Et quid ad vtrumque ſufficiat, p.352. n.29.30.31. & 32

Reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, ſi Actor vnum in libello deduxit, & aliud in actis probauit, & conſtat libellantem intentam ſolam cauſam expreſſam, t.2. p.446. n.1

Reus ſi nihil præſtiterit, venit abſoluendus, etiam ſi ipſe Reus non petat abſolui, t.2. p.447. n.2

Reus qui ſumpſit probandi onus, & non probauit Actore nihil probante abſoluitur nihilominus fallit quando Reus ſuſcepiſſet onus probandi animo releuandi Actorem, t.2. ibid. n.3. & 4

Reus, Actore non probante, abſoluitur, etiamſi ex forma ſtatuti negetur defenſio, t.2. ibid. n.5

Reus abſoluitur, cum probationes eius, & Actoris ſunt pares, exemplificatur, t.2. ibid. n.6. & 7. & p.448. n.8. quid ſi Actor ſemiplenè probet, aut probationes non ſint per omnia pares, ibid. n.9. & 10

Reus, qui eſt homo nequam, & infamis, nunquid abſoluatur, ſi Actor qui econtra vir nobilis eſt, nihil probat, t.2. ibid. n.11. 12.13.14. & 15

Auli Gellij locus expenditur, t.2. ibid. n.18

Reus accuſatus, qui non vult declarare in caſibus in quibus poteſt interrogari, ad id poteſt per torturam compelli, t.2. p.427. n.7

Reus tortus, & in ratificatione reuocans confeſſionem iterum, atque iterum ſed non vltra torqueri poteſt, t.1. p.386. n.1. 2. & 3

Reus præfertur Actori, ſi æqualiter probet, niſi cauſæ fauor obſtet, p.334. n.5. & 6

Reus nunquid abſoluatur, ſi Actor nihil probet; [illegible] tamen habet pro ſe fauorem cauſæ piæ, t.2. p.445. n.37. [illegible] quid in foro animæ, ibid. n.39. quid vbi adeſt dolus, & difficultas probandi, p.446. n.42. & 43

Reus non abſoluitur, Actore ſemiplenè probante, ſed defertur iuramentum, t.2. p.446. n.41

Actore non probante Reus condemnatur, ſi litem non conteſtetur intra nouem dies, t.2. ibid. n.44

Regula quod non ſufficit allegare niſi probetur, adaptatur Reo & Actori, t.2. ibid. n.45

Regula.

Regula *facta teneant, quæ fieri prohibentur*, non habet locum, quando partes ei renuntiarunt, t.2. p.118. n.7

Regula ſecum trahunt executionem paratam, & de anomis, t.2. p.40. n.23

Relatio.

Relatio Principi facta debet eſſe vera, clara, & ſpecifica, aliàs non dicatur ſufficienter inſtructus, t.2. p.58. n.5. & 6

Relaxatio.

Relaxatio iuramenti inter infideles, aut hæreticos præſtitum, an Iudici competat? t.2. p.222. n.36.37. & 38

Relaxatio iuramenti ad effectum agendi parit leue præiudicium, t.2. p.214. n.38

Relaxatio, ſeu abſolutio à iuramento ad effectum agendi tantùm, non eſt neceſſaria citatio partis; ſecus ſi abſolutionem obligationis iuratæ, t.2. p.213. n.21. 22. 23. 24. 25.26. & 27

Relaxatio

Relaxatio iuramenti, quando ad Principem laicum ſpectet? t.2. p.217. n.58

Relaxatio iuramenti inter contrahentes diuerſæ Diœceſis, cui iudici competat, t.2. p.222. n.1.2. & 3

Relaxatio petita pro foro conſcientiæ debet fieri à Iudice iurantis Epiſcopo, t.2. p.223. n.4

Abſolutio, ſeu Relaxatio iuramenti ad finem agendi, peti poteſt, etiam ſi tantum dies vna ſolutioni ſupereſſet, t.2. ibid. n.5

Relaxatio iuramenti confirmantis contractum, poteſt à minore peti, tom.2. p.229. n.17. & 18. Nunquid à pubere, num.19

Relaxare, ſeu remittere nequit creditor iuramentum præſtitum in Dei honorem, ſecus ſi homini fiat principaliter, t.2. p.218. n.63. & 64

Relaxatio iuramenti inter Clericos præſtiti ſpectat ad Iudicē Eccleſiaſticum quid inter duos laicos, aut Clericum actorem cum laico Reo, tom.2. pag.216. n.56. 57. 58. & 59

Relaxatio iuramenti conceditur propter eius turpitudinem: Vſuræ omni iure prohibitæ, t.2. p.210. n.5

Relaxatio alia iuramenti neceſſaria non eſt, ex quo iam pars iuramentum remiſit in tempore, t.2. p.223. n.9

Relaxatio iuramenti, vel petitur à Iudice, eius cui iuratum eſt, vel ipſius iurantis, t.2. p.219. n.1. & 2 vbi quid verius de Iure: & quid in praxi.

Relaxatio iuramenti in contractu adhibiti, poteſt fieri coram Iudice domicilij, eius cui iuratum eſt, & etiam coram Iudice loci contractus, t.2. p.220. n.4. & 5

Relaxationem iuramenti fieri, poteſt compelli creditor per Iudicem à quo petitur, cenſuris, aut captura? Et qui ordo ſeruetur, t.2. ibid. n.7. Et quis Iudex ſit competens, ibid. n.8. & 9

Relaxatio à iuramento debet peti antequam dies ſolutionis veniat, t.2. ibid. n.7

Reſcindere volens contractum, debet prius petere Relaxationem, ſeu Relaxationem à iuramento. Expenditur, tom.2. ibid. n.10. & 11. & p.221.13. 14. 15. 16. 17. & 18

Relaxatio vnica à iuramento contractus plura capitula continentis, nunquid ſufficiat, t.2. p.221. n.12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18

Abſolutio ad effectum agendi, requiritur etiam in contractu iurato, & per ſtatum annullatum, t.2. p.221. n.17. fallit, ibid. n.19. 20. & 21

Iurans abſolutionem non petere, eget ea, t.2. p.221. n.18

Religio

Religio, licet tranſitus, de vna Religione ad aliam, ſed quando *remiſſiuè*, t.1 p.109. n.1

Religioſus tranſiens de vno Monaſterio ad aliud, quando ſecundo bona ſua acquirat, t.1. ibid. n.2. & 5

Actio, quam habet religioſus ad hæreditatem perſonalis eſt, & quid de ſpe ad eam, t.1. ibid. n.3. & 4

Grauatus, ſi Religionem ingrediatur animo fraudandi ſubſtitutum ille non excluditur, nec Monaſterium commodum conſequitur, ex quo grauatus inducitur ad ingreſſum, t.1. p.141. n.3. & 4

Religioſus.

Religioſus, Canonicus regularis, ſeu conuerſus, teſtes eſſe poſſunt, t.1. p.388. n.1.2.3. & 4. & p.388. n.5. & 6

Religioſis præſumitur in eadem voluntate permanere, tom.1. p.116. n.15. & p.117. n.16

Religioſi conuerſi, vt oblati qui ſint, & in quo differant: Quid de Clericis oblatis Eccleſiæ ſæculari, tom.1. p.105. num.21

Remiſſoria.

Remiſſoria ad probandum Iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione, dari ne debeat, t.1. p.356. n.1.3.4.5. & 6

Remiſſoria quit per partem renuntiari, quoad ſuum intereſſe; ſecus ſi ſit partis aduerſæ, t.250. n.1. & 2

Remiſſoriæ termino pendente, non poteſt nouari, t.1. ibid. n.3. fallit, ibid. n.4. & 5

Examen teſtium, & iuramenti receptio, non remittitur, cui iuriſdictione caret, t.1. p.250. n.5.6.7. & 8. niſi ex conſenſu partium, ibid. n.9

Remiſſoria ſecunda denegatur, niſi prima ſit amiſſa ſeu aliquo impedimento non exequatur, t.1. ibid. n.10.12. & 13. & aliis modis, vbi ſæpius datur, ibid. n.14.15.16. & 17. & p.251. n.18.19.20.21.22. & 23

Remiſſoria non conceditur, quando teſtes ſunt ſuſpecti de ſubornatione, t.1. p.251. n.24. fallit, ibid. n.25

Recuſari num poſſit Iudex remiſſoriæ, t.1. ibid. n.26

Depoſitiones teſtium factæ à delegato, debent ſigillatè remitti, & ſi pars eas aperiat adhuc probant, aperiens, verò punitur pœna falſi, t.1. ibid. n.27

Remiſſoriarum forma, tam mittentis, quàm remittentis, t.1. ibid. n.28

Remiſſoria ad teſtes examinandos ſolet dari, vel ſi ſunt extra prouinciam, vel aliter abſentes, t.1. p.245. n.1. 2.3. & 4

Remiſſoria in cauſis profanis, quando detur, datur ad examinandos Teſtes, ſenes impeditos, aut egregios, tomo 1. p.246. n.5.6. & 7

Remiſſoria, quæ iure non conceditur benè datur, vbi morbo, vel alio impedimento teſtes venire nequeunt, vel ſi producens teſtes, nimis pauper ſit, t.1. ibid. n.8. & 9

Remiſſoria in quibus caſibus concedatur, ſeu denegetur, t.1. ibid. n.10.11.12.13.14.15.16.17. & 18

Remiſſoria à Iudice non denegatur, niſi ob iuſtam cauſam aliàs appellari quit, t.1. ibid. n.19. & 20. & p.247. n.21. 22. & 23

Remiſſoria datur ad probandum appellationem viuâ voce interpoſitam, non ſi in ſcriptis, t.1. p.247. n.23

Remiſſoria multis in caſibus denegatur, vt ſi calumnioſè petatur, & aliis, t.1. ibid. n.24.25.26.27.28. & 29

Remiſſoria in criminalibus datur, ſi neceſſitas vrget, aliàs non. t.1. ibid. n.39.40.41 & 42. p.248. n.43. 44.45.46. 47. 48. 49. 50. & 51

Remiſſoria in criminalibus denegata, Iudex poterit tranſmittere Notarium, ſeu Commiſſarium ad locum, ad quem petitur, t.1. p.248. n.49. 50. & 51

Remiſſoriam poſſunt concedere etiam delegati, & ſubdelegatus Principis, t.1. ibid. n.53.54. & 56. quid de Auditoribus ſacræ Rotæ, ibid. n.55. fallit in arbitris, & compromiſſariis, ibid. n.57

Citatio eſt neceſſaria in Remiſſoria, quæ conceditur ad examen Teſtium, & ad eorum aperturam, t.1. ibid. n.58

Terminus ad examen Teſtium Remiſſorialium, qualis prorogatur, t.1. p.249. n.61.62. & 64. currit à die præſentationis litterarum, ibid. n.63

Remiſſoria non datur poſt ſeruatum terminum ad articulandum, t.1. ibid. n.65

Remiſſoria non datur ad partes Iudicio confidentiæ, & de ſtylo Romanæ Curiæ, t.1. ibid. n.66. & 69. Nec dari ad probandum ſummariam, ibid. n.67. 68. & 70

Remiſſoria in beneficialibus non datur, tom.1. ibid. n.71. & 72. nec ad probandam nullitatem penſionis, & ſi fortè concedenda ſit debet præcedere fumus reuelantiæ, ib. n.76. quid de Rotæ Auditoribus, ibid. n.75

Renuntiatio.

Renuntiatio Teſtium nocet quoad Teſtes, qui poterunt produci tempore renuntiationis, non quo ad alios impeditos, t.1. p.287. n.9

Renuntiatio Teſtium vnius partis, non præiudicat alteri non renuntianti, t.1. ibid. n.10.11. & 12

Renuntiatio facta Teſtium in prima inſtantia, non porrigitur ad ſecundam, nec ad Articulos dependentes, t.1. ibid. n.13.14. & 15. & p.288. n.16. & 17

Renuntiatio generalis Teſtium ante publicationem non ſufficit, quin renuntians admittatur ad probandum, tom.1. ibid. n.18. & 19

Renuntiantem Teſtibus, poteſt Iudices ex iuſta cauſa admittere ad probandum, t.1. ibid. n.20. & 21

Renuntiatio generalis facta per filiam non comprehendit debita iura agnationis etſi ius conſuetudinarium, t.2. p.397. n.1. 2. & 3

Renuntians hæreditati paternæ ſuccedit nihilominus in feudo ſecus ſi renuntiat bonis fraternis, t.2. ibid. n.4

Soror ex fratre dotata, quæ renuntiauit hæreditati fraternæ verius videtur, vt non excludatur per alteram ſororem in capillo exiſtentem, t.2. ibid. n.5.7. & 8

Paragium dicitur legitima, t.2. ibid. n.6

Renuntians lege appoſita vt mortuis ſuis fratribus ſine liberio poſſit redire ad bona renuntiata mortuo vno etiam admittitur, t.2. ibid. n.7

Renuntiatio hæreditatis, vt valida ſit, accedente iuramento exiſtimat Couarr. t.2. p.409 n.6

Renuntiatio hæreditatis paternæ valet, etiamſi conſenſus paternus exprimeretur prius in alia ſcriptura, t.2. ibid. n.7

Renuntiatio omnis hæreditatis paternæ, ac maternæ, perſpectu matris non valet, t.2. p.404. n.9

Renuntiatio perſonalis extinguitur, deficientibus perſonis, quarum contemplatione ſit facta, t.2. p.393. n.15

Renuntiatio iurata nunquam extenditur ad ius non competens, t.2. p.298. n.15. & 16

Renuntiatio hæreditatis paternæ facta à filia, ſi iuret valet, t.2. p.386. n.3

Renuntiatio hæreditatis paternæ facta à filia ingreſſura religionem, firmatur eius iuramento. Et quare, t.2. ib. n.5. & 6

Renuntiatio hæreditatis paternæ facta à filia, nulla dote accepta, & ſi diues ea ſit ex alio capite, quando iuramento firmetur, t.2. ibid. n.7.8. & 9

Renuntiatio in manibus fratrū dicitur captiora, t.2. p.391. n.3

Renuntiatio inuoluntaria, & per metum proprij Iuris, non tenet, t.2. p.150. n.9. & 10

Repulſæ.

Repulſæ contra Teſtes debent ſpecialiter apponi, t.1. p.408. n.1.2. & 3

Repulſas in Teſtes objiciens debet in libello proteſtari, ſi eas objicere, non animo iniuriam Teſtibus inferendi, & hoc cum iuramento, t.1. ibid. n.6

Repulſæ contra Teſtes de iure ante publicationem erant proponendæ, & probandæ ante concluſionem, t.1. p.268.n.1. & 2. quid de Iure Regio, ibid.

Repulſarum objectio, qualiter à Iudice conſideretur, tom.2. p.412. n.11

Repulſæ nequeunt objici à procuratore, abſque ſpeciali mandato ſuæ partis, t.1. ibid. n.12

Repulſæ aduersùs teſtes in ſummario Iudicio receptos,locum non habent: Quid in plenario, t.1. ibid. n.13.14.15.& 16

Repulſæ aduersùs teſtes ex ſola eorum productione poſſunt opponi: Vbi quid ſit teſtium productio, & quod ius acquiratur aduerſæ parti ex ea, t.1. ibid. n.17

Repulſæ non dantur Deo blaſphemanti, niſi ex inimicitia, & denegantur aliis modis, t.1. ibid. n.18

Res.

Res communis quo pacto mea dici poſſit, tomo 1. p.97.n.2. 3. & 4

Reſcriptum.

Reſcriptum Apoſtolicum, quod patitur raſuram,aut Cancellationem in loco non ſuſpecto, probat, t.2. p.47.n.2. & 3

Cancellatio Reſcripti in principali diſpoſitione non probat, t.2. n.4. Quid ſi contingat in facti narratione, ibid. n.5

Reſcriptum præſentatum eſt commune vtrique.Et ſic, ſi illud impetrans nolit iam litigare poterit aduerſa pars eo vti,t.1. p.54. n.5. & 6

Reſcripta contraria qualiter ſuſtineantur, t.2.p.76. n.9.& 10

Reſcriptum datum contra ius diuinum, naturale, ſeu contra ius publicæ vtilitatis,non habet executionem paratam,t.2. p.52. n.1. & 2. niſi habeat clauſulam derogatoriam.

Reſcriptum ſecundum exequi nequit, dum adeſt primum ſuper eadem re, t.2. ibid. n.3

Reſcriptum Principis in præiudicum tertij, non habet executionem, vel datum ſub ſiniſtra relatione, t.2. ibid. n.4. & 5. ſeu impetratum aduerſus ſtylum, ibid. n.6.fallit, ibid. n.10. & 11

Reſcriptum impetratum abſque mandato partis, non valet, aut ab excommunicato, t.2. ibid. n.7. & 8

Reſcriptum latè ſumptum, priuilegium, & diſpenſationem comprehendit, ibid. n.9

Schedulæ, ſeu prouiſiones Regiæ liberatæ ſtylo conſueto, exequi valent, t.2. p.52. n.10

Reſcriptorum executio ſi ſuſpendatur, quæ praxis tunc obſeruetur? t.2. ibid. n.11

Penſionis executio *remiſſiuè*, t.2. ibid. n.12

Reſtitutio.

Reſtitutio, vt fiat aduersùs omiſſam probationem debet præcedere ſummaria cognitio cauſæ & de aliis, tom.1. p.284. n.40.41.42.43. & 44

Reſtitutio aduersùs omiſſam probationem petitur *infrà* 15. *dies* applicatione facta, t.1. ibid. n.45

Reſtitutio aduerſus omiſſam probationem, quando peti poſſit à priuilegiato, cui competit latè, t.1. p.169. n.7.

Reſtitutio non datur aduersùs ſententiam latam ad dictum corruptorum teſtium per preces, ſi deficit falſitas, tom.1. p.256. n.25. & 26

Minor quando reſtituatur aduersùs omiſſam probationem, t.1.p.283. n.20.21.22.23.24.25.26. & 27

Reſpublica reſtituitur aduersùs omiſſam probationem,t.1.ib. num.28

Fiſcus Reſtituitur ad probandum, t.1. ibid. n.29

Eccleſia aduersùs omiſſam probationem,quando Reſtituatur, t.1. ibid. n.30.31.32. & 33

Reſtituere tenetur vſurpans annonæ, vel poſiti ex publico horreo aliquam ſpeciem frumenti, t.1. p.41. n.28.& 33

Reſtituere non tenetur teſtis cui notificatum eſt mandatum Iudicis, & non depoſuit, t.1. p.210. n.1.2.3. & 4. quid de ſe abſcondente, ne diceret contra amicum, ib.n.5.& 6.

Rex.

Rex & alij ſupremi Principes tenentur ſeruare pacta, cum ſubditis inita: Et quare, t.1. p.63. n.1.& 2. & p.66. n.25

Conciliarij Regij qua bonitate, & ſcientia pollere debeant remiſſiuè, t.2. p.325. n.4

Rex iurat, imponit collectas aſſenſu aliorum, implet contractus prædeceſſorum, t.2. p.225. n.5. & 6. remiſſiuè.

Reges non poſſunt alienare etiam cum iuramento res ſuæ coronæ, & an ſubmittere Regna ſua directo dominio Papæ, t.2. p.419. n.1. & 12

S

Salomon.

Salomonis exemplum mandantis diuidi infantem, qualiter fecit legem ad alios Iudices inferiores, t.2. p.148. n.1. & 2. & p.149. n.3. & 4

Salomonis Iudicium mandantis diuidi infantem, vt rectum defenditur ab impugnatione, t.2. ibid. n.4.5.6.7. & 8

Scriptura.

Scriptura priuata recognita introducit hypothecam, & de aliis, t.2. p.23. n.1.2. 3.4. & 5. fallit, ſi non habet diem, nec annum, ibid. n.6. & 7

Scriptura publica, ſeu alia Iuris, aut hominis depoſitio referens ſe ad aliud, de quo non conſtat, quando fidem faciat, vel non, t.1. ibid. n.22.23.24.25.26.27.28.29.30.& 31. ſub diſtinctione.

Scripturæ tutoris, ſeu adminiſtratoris continenti veroſimilia ſtatur magis, quàm aliæ, t.1. p.164. n.10. & 11

Scripturæ, quæ inueniuntur in Archiuo publico, quando ſines, & generaliter probent, t.1.p.101.n.1.& 2.vſque 8.& 9

Scriptura deſideratur ad probandos caſus nonnullos, vt hic, t.1. p.189. n.16. vſque ad n.23

Scriptura priuata quam teſtes recognoſcunt, quando faciat fidem, t.2. p.201. n.1.2.3.4.5.& 6

Scriptura publica producta in iudicio fidem facit etiam ſi eius protocollum non inueniatur, t.2. p.17. n.2.4. & 5

Scriptura, quæ incipit à matrice ipſa, & in breuiatura quod protocollum appellatur non ſufficit, t.2. ibid. n.3

Teſtes qualiter deponere debeant; cum dicunt ſe fuiſſe præſentes priuatæ Scripturæ, t.2.p.21. n.7

Scriptura priuata non recognita, qualem fidem faciat, t.2. ibid. n.8. 9. & 10

Scriptura defuncti plus probat, quàm viui, t.2. ibid. n.11

Scriptura patris priuata probat ſine Teſtibus inter liberos,t.1. ibid. n.12

Scriptura priuata generaliter, non inducit plenam probationem, t.2. ibid.n.13.& 14. etiam ſi confecta ſit manu Notarij, ibid. n.15

Scriptura priuata probat ex conſenſu partium, & aliis modis, t.2. ibid. n.16.17.18.19.20. & 21

Scriptura priuata, quæ Chirographum eſt, ſi probetur ſcriptam, aut ſubſcriptam eſſe ab eo, contrà quem producitur, & qualiter probetur, t.2. p.22.n.22 & 24

Scripturæ duæ productæ contrariæ ſub eodem die & datæ, ab eodem confectæ non valent, quid ſi diuerſæ, hic, t.2.p.75. n.3.4.5.6. & 7

Scriptura minus ſolemnis probat contra producentem, t.2 p.329. n.11

Scriptura priuata recognita à teſtamentariis, non habeat executionem paratam, t.2. p.27. n.23

Scripturam configere, ſeu ſubrogare loco alterius amiſſæ abſque citatione partis non licet; imò eſt peccatum, tomo 2. p.50. n.21. & 21

Comparatio litterarum, non requiritur, vt probet priuata ſcriptura, quando teſtes recognoſcunt ſubſcriptum, nec in in caſu, t.2. p.20. n.5. & 6

Exhibere, ſeu reuelare Scripturas non tenetur vi Monitoriorum: quoties reuelando damnum pateretur: Et quid damno non dato, t.1. p.55. n.11. & 12

Scriptura facta pro memoria, non inducit promiſſionem, & nouationem, t.2. p.53. n.9

Marmoris Scripturæ, lapidis ſeu columnæ creditur, & quando, t.1. p.146. n.45. & 46

Scripturæ duæ contrariæ in Iudicio productæ, nihil probant, t.2. p.73. n.6. 7. 8. & 12. Quid ſi ad concordiam redigi valent, p.74. n.10.fallit, ibid. n.12.13.14.15.16.17. & 18. Et quæ præferatur producta vna ab actore, altera à Reo repugnans, p.75. n.21

Recognitio cenſus, emphyteuſis, vel alterius priuatæ Scripturæ, vt fidem faciat, fiet à maiore 25. annorum, t.2. p.24. n.12

Scriptura priuata recognita à quo tempore fidem faciat, t.2. ibid. n.13. 14. & 15

Scriptura priuata confecta à Notario putatiuo, quantum probet, t.2. ibid. n.16

Creditor hypothecarius prior ex Scriptura priuata, quando præferatur poſteriori ex inſtrumento publico, tom.2.ibid. num.17

Scriptura priuata ab ipſo debitore recognita coram Iudice, habet executionem paratam; idem de Epiſtola, theſſera taliola, de legationis ſchedula, libro rationum, t.2. p.25. n.1. fallit, ibid. n.4

Recognitio priuatæ Scripturæ coram quo fieri ſufficiat, vt plenè probet, t.2. ibid. n.3

Scriptura priuata recognita per confeſſionem fictam partis,

verius

verius eſt vt nequeat exequi, t.2. ibid. n.5. & 6
Recognitio priuatæ ſcripturæ, vt fiat à parte; quid Iudex iubeat, t.2. p.26. n.9. & proceditur viâ ordinariâ, n.14. quibus Teſtibus queat ea probari, p.27. n.18. & 19
Citatio fit in perſonam ad recognitionem faciendam priuatæ ſcripturæ, t.2. p.26. n.9
Recognitio priuatæ ſcrituræ, debet fieri per proprium debitorem, non ſufficit per tertiam perſonam, t.2. ibid. n.10. 11. 12. & 13
Scriptura priuata ſubſcripta à debitore, ſcripta à tertio qualiter executionem debeat paratam, t.2. p.27. n.14. & 17. 18. & 19

Secretum.

Secreta reuelantes, Conſilia Ciuitatis, tenentur pœnâ falſi Item & Cancellariæ Auditores, & alij Miniſtri: etiam Inquiſitionis, qualiter ea obſeruare iurent, t.2. p.315. n.26. & ſeqq.
Iuſtitiæ Miniſtri qualiter ad Secretum teneantur, tom.2. ibid. num.27
Proditor dicitur qui reuelat Secretum priuati, aut fidem ſpopondit, t.2. ibid. n.29
Vaſſallus reuelans Domini Secreta priuatur feudo, t.2. ibid. n.31. & 32
Inquiſitores, Notarij, Conſultores, Qualificatores, & alij à Secretis qualiter iurent de ſecreto non propalando: & an contrarium facientes puniantur, t.2. p.316. n.34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42
Secreti promiſſio inter duos facta, nunquid obliget ſi vna pars illud fregerit propalando, t.2. p.237. n.21
Secreta ſub Sigillo confeſſionis; ea tamen Sacramentalis, non ſit, non obligant ſub eo, ſed tantùm ſigillo ſæculari, taliter quod iuridicè interrogatus debeat ea Iudici propalare, t.1. p.286. n.3. & p.288. q.2.
Secretorum receptum, etiam ſub ſecreto naturali verius eſt, vt iuſta cauſa probari queat; itavt non peccet propalans, exornatur, tom.1. p.288. n.1. 3. 4. 5. & 6. & p.289. n.8. 9. & 10. vbi exemplificatur in Religioſo in Teſtibus, & ob vitandum graue damnum proximi, nec licet Iudici informationem vnius tradere alij litiganti, ibid. n.10
Canonici qualiter teneantur ſeruare Secretum ſui capituli, t.2. p.316. n.42

Senſus.

Senſus maſculinus fœmininum concipit, & in quo differant, quoad ſucceſſionem, t.1. p.131. n.5. 6. & 7

Sententia.

Sententia ex inſtrumento in Iudicio non deducto nequit à Iudice ferri, t.2. p.56. n.20
Sententia lata ex falſis inſtrumentis valet mero Iure, verum reſcinditur exceptione falſitatis quando ſit ipſo iure nulla, t.2. ibid. n.22. & 23
Sententia lata in fauorem reſcripti, ſeu priuilegij valet dum non conſtat de eius falſitate etiam ex oppoſita, t.2. p.54. fallit, p.55. n.3. 4. 5. & 6
Sententia, quæ continet diuerſa capitula, dicitur pluralis: Et quos effectus pariat, t.2. p.71. n.7. 8. 9. & 10
Sententia qualiter proferatur cum reus probauit ſe Dominum, ſed non petit ſe Dominum declarari, vel rem ſibi adiudicari, tom.2. p.453. n.2. 3. & 4. vbi diuerſæ expenduntur ſententiæ.
Sententia lata ad dictum corruptorum teſtium, eſt retractanda, item ſi ex falſis inſtrumentis, t.1. p.154. n.7. & 8. an ſit ipſo Iure nulla, ibid. n.3. 4. 5. & 6
Sententiæ appellatione diffinitiua intelligitur, non interloquutoria, t.1. p.355. n.5
Sententia interloquutoria *de auto de prueba*, quando fieri debet de Iure Regio, vbi de pœna, t.t. p.430. n.2
Sententia ad probandum vulgò *auto de prueba*, qualiter concipiatur? t.t. p.45. n.24
Sententia lati de conſilio ſapientis valet ſemper retractari, t.1. p.41. n.8
Sententia abſolutoria qualiter differat ab ea, quæ eſt tantum ab obſeruatione Iudicij, t.2. p.452. n.25. 26. 27. & 28. vbi quid vtraque operetur.
Sententia contra accuſatum lata, de cuius iniquitate conſtat, non mandatur executioni; imò de Iure Regio, Iudex inconſulto Principe poterit eam reuocare, n.13. *l.4. tit.7. p.3.* t.1. p.393. n.12
Sententia lata ex declaratione peritorum quando queat retractari, t.1. p.90. n.1. 2. 3. 4. & p.91. n.7

Separata.

Separatorum, & connexorum, quale Iudicium fiat, tom.2. p.157. n.13

Seruus.

Seruus efficitur liber per ingreſſum Religionis, t.1. p.210. num. 18

Sigillum.

Sigillum non probat mandatum procuratorium, admittitur illud demonſtrans cum cautione rati, t.2. p.51. n.42
Sigillum teſtamenti, quatenus queat teſtimonio vnus fieri ſuſpectum, t.t. p.307. n.18
Sigillum Auditoris Rotæ, in quo fidem faciat, t.1. p.100. num.12

Scholaris.

Scholaris, ſeu alter priuilegiatus expellens à domo fabrum cauſâ ſtrepitus non tenentur ſoluere eſtimationem domus, quam Faber poterit alteri locare, *lib.3. tit.7. lib.4. recop.* t.1. p.244. n.28

Signum.

Signum Tabellionis eſt de ſubſtantia Scripturæ, t.2. p.41. n.1. & 2. quæ aliter mandatur executioni.
Signum quid ſit: Et in quo differat à veroſimili, t.2. p.123. n.10. & 11

Simonia.

Simonia ad effectum priuationis eſt plenè probanda, & per quos, t.1. p.261. n.1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8
Simonia eſt dare aliquid temporale pro conſequendo beneficio, t.2. p.211. n.8. Et quando liceat dare ob remouendam vexationem, ibid. n.9

Simulatio.

Simulationis exceptio, non obſtante iuramento, poteſt opponi, obtenta prius relaxatione, t.2. p.260
Solutum repetens & ſi ei opponatur de contractu iurato, poteſt nihilominus replicare de ſimulatione contractus, t.2. ibid. n.22
Simulati contractus pœna non debetur, t.2. ibid. n.23
Simulationis probatio quæ ſufficit, t.2. ibid. n.24

Socius.

Socius, quando de ſocio in crimine legitimè interrogetur, t.1. p.426. n.1. 2. & 3. & qualiter fiat interrogatio, ibid. n.4
Socius, qui legitimus eſt teſtis contra ſocium, plenam fidem facit, ſed cum iuramento, t.t. ibid. n.5. & 6
Socij etiam iurati coguntur teſtificare pro detegenda coniuratione, quando veritas aliter haberi non poſſit, t.1. p.424. n.1. & p.425. n.16. 17. & 18
Socius criminis communiter repellitur à ferendo teſtimonio, & ſocius omnium bonorum, quid ſi ſit rei particularis, & aliter, t.1. p.424. n.2. 4. 5. & 6
Socius criminis poteſt eſſe teſtis in hæreſi, in læſa Majeſtate, Simonia, falſa moneta, & in aliis caſibus, t.t. ibid. n.7. & 8

Solutio.

Solutio legati debet fieri de demonſtrato per Teſtatorem, t.2. p.90. n.40
Solutio debet fieri de demonſtrato in contractibus, t.2. ibid. num.41
Solutio Tutoribus, & Adminiſtratoribus facta per debitores rectè fiet, ſi in Apocha conſtet de fide veræ numerationis. Quæ etſi poſterior ſit, præfertur anteriori non veræ, t.2. p.83. n.8. & p.84. n.9

Sponſalia, Sponſus.

Sponſalia diſſoluuntur propter amiſſam pulchritudinem ab ſponſa, t.2. p.354. n.1. & 2. Quid ſi ſponſus pulchritudinem ſuam amitteret deformitate, ibid. n.3. 4. & 6
Deformitas inter Sponſos, de quibus in textu noſtro poſitæ, ſunt cauſa exempli, t.2. ibid. n.6
Sponſalia nunquid diſſoluantur, ſuperueniente aliquo impedimento impediente, ſeu dirimente: Expenditur, t.2. p.355. n.7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13
Sponſalia, vt diſſoluantur ex cauſis deformitatis, quando non egeant Iudicis Authoritate; t.2. ibid. n.14. & 15
Sponſus quando poterit occultam ſponſæ fornicationem propalare, t.2. p.356. n.28
Sponſalia ſolent diſſolui pluribus aliis cauſis: *remiſſiuè*, t.2, ibid. n.19
Sponſalia diſſoluuntur ob amiſſionem naſi, oculorum, ob fœditatem magnam, & morbum paralyticum ſuperuenientem alterius, t.2. p.348. n.1. 2. 3. & 4. Et in caſibus, vbi deformitas alia ſuperueniret, n.7. ſeu infirmitas alia incurabilis, n.8
Sponſalia diſſoluuntur etiamſi Sponſa vnum tantùm oculum amiſiſſet, t.2. p.349. n.6
Sponſalia diſſoluuntur propter infirmitatem alterius ad fauorem ille, ſi alias non item, ibid. n.11. vbi læſus tenetur contrahere, altero non cedente.
Sponſalia diſſoluuntur ob quamcumque notabilem mutationem, quæ à principio obſtaret ea contrahi, tomo 2. ibid. num.12
Sponſalia propter notabilem paupertatem Sponſæ ſuperuenientem, ſeu Sponſi, quando diſſoluantur, t.2. ibid. n.13. 14. 15. & 16. & p.350. n.17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25. Quid ſi iurata ſint, ibid. n.23

Index Rerum,

Sponſalia nunquid diſſoluantur ſi vno Sponſo in eodem ſtatu permanente, alteri accreſcat ingentiſſima diuitiarum copia, t.2. ibid. n.21. & 22

Sponſalia an ſi vterque Sponſus in paupertatem incidant, diſſoluantur, ibid. n.24. & 25

Sponſalia diſſoluuntur, vbi deficit dos promiſſa, etiamſi iurata ſint, t.2. ibid. n.26

Sponſalia diſſolui probabilius, ſi ſponſa diues non vult aſſignare dotem Sponſo licet diuiti. Et quare, t.2.p.351. n.17. & 28. Quid ſi Sponſus Virginem defloraucrit, ibid. n.29 Dos eſt conditio, quaſi intrinſeca Matrimonio, tomo 2. num.28

Sponſalia, quibus deformitas aliqua in Sponſis ſuperuenit, nunquid ipſo iure nulla ſint, aut veniant annullanda, t.2. ibid. n.30. & 31. vbi quid ſi adſit dolus ab aliquo contrahentium ſeu ab alio tertio, ibid. n.32. & 33

Sponſalia contracta dolo appoſito à tertio valida ſunt, competit ius ad diſſoluendum læſo, ibid. n.33. & 34

Impedimentum publicæ honeſtatis non inducitur ex Sponſalibus per dolum dantem cauſam contractui, t.2. ibid. n.35

Sponſalia inter Sponſos iurata diſſoluuntur propter fornicationem ſuperuenientem, tomo 2. pagina 345. num.1. 2.3. 4. 5. 6. & 7

Dicenti ſe non contracturo Sponſalia, ſi à principio ſciret de mutatione cauſæ creditur, t.2. ibid. n.8

Sponſalia diſſoluuntur per fornicationem præcedentem ignoratam, ſi Sponſus exiſtimabat Virginem ducere, t.2. ibid. n.9.10.11.12.12.14.15. & 16

Sponſalia cum vidua contracta diſſoluuntur propter fornicationem ſequutam, imò & per præcedentem ignoratam, t.2. p.346. n.18.19.20. & 21

Sponſi fornicatio non admittit compenſationem cum fornicatione Sponſæ, t.2. ibid. n.22. & quare, n.23. & 24

Sponſalia diſſoluntur per fornicationem Sponſæ vi præciſa admiſſam, t.2. p.347. n.25.26. & 27

Sponſalia nunquid diſſoluantur per viri fornicationem ex vi præciſa, t.2. ibid. n.28. & 39

Sponſalia nunquid diſſoluantur, ſi ſponſa patiatur oſcula, ſeu amplexus, vel tactus impudicos, t.2. ibid. n.30.31. & 32

Sponſalia iurata ob fornicationem diſſoluuntur, nec egent abſolutione à iuramento, t.2 ibid. n.33

Pœna Sponſalibus adjecta, iuramento confirmatur; non enim interdicitur ob commodum pecuniæ, t.2. p.417. n.17

Sponſus quando cenſeatur remittere ius diſſoluendi ſponſalia, ſi conſcius cauſæ præcedentis ſufficientis ignoratæ, vel ſubſequutæ poſtea carnaliter ipſam Sponſam cognoſcat, t.2. p.352. n.1.2.3.4.5.6. 7.8.9. & 10

Sponſus diſſolutis ſponſalibus habuit copulam, non cenſetur ex hoc ipſam reconciliare, vide, t.2. ibid. n.8. & 9

Sponſus deceptus per dolum qualiter altum Sponſum poſſit ad ſponſalia cogere, t.2. ibid. n.11

Sponſalia nunquid diſſoluantur ex cauſis legitimis ante celebrationem ignorantis, & poſtea apparentibus, t.2. p.353. n.14. 15. Et quid ſi Sponſus dubitet de cauſa, ibid. n.16. 17. & 18

Sponſus laborans occulto defectu non pernicioſo fini ipſius Matrimonij quit cogere alterum Sponſum reſilientem ad contrahendum, t.2. ibid. n.19. & 20

Spurij.

Spurij poſſunt eſſe Tabelliones, & Notarij, t.2 p.109. n.21

Spurij non cenſentur indigni Decurionatus dignitate, t.2. ibid. n.22

Statutum.

Statutum loquens de Nepotibus hæreticorum, ſeu reconciliatorum, non habet locum in reconciliato ſponte confeſſo, promiſſa ſibi venia, t.2. p.201. n.47

Admiſſus præſumitur, qui expreſsè prohibitus non eſt, t 2. ibid. n.48

Statutum generale diſponens, vt dicto accuſatoris, vel vnius teſtis credatur, vel alterius generis probationis non officit, t.2. p.66. n.9.10.11.13. & 16

Statutum deponens, vt ingrediens Religionem priuetur iure ſuccedendi non valet, t.1. p.110. n.16

Statutum quorundam communitatum expoſcunt etiam nobilitatem, & Eccleſia Argentens, t.2. p.194. n.35

Statuta ſunt interpretanda, vt rationabilem ſenſum faciant, t.2. p.197. n.14

Statutorum puritatis, & nobilitatis æquitum ordinem qui agant, t.2. ibid. n.10

Expoſiti in pluribus Cathedralibus habentibus Statuta puritatibus ſanguinis, referuntur admiſſi, & de ratione, t.2. ibid. n.11. 12. & 15

Stipulatio

Stipulatio facta ſine cauſæ expreſſione, quando obliget, t.2. p.80. n.12. & 18

Subditi.

Subditi quibus in actibus debeant Superioribus, & Prælatis obedire, t.2. p.255. n.62.63.64.65. & ſeqq. ad n.78. Quid in actibus internis, ibid. n.64

Subditi pro ſuperiore, ſeu Republica, facere queunt nonnulla abſque pœna, t.2. p.315. n.17.18.19.20.21. & 22

Subſcriptio.

Subſcriptio, ſeu firma teſtatoris eſt neceſſaria in codicillis, & teſtamento nuncupatiuo, t.2. p.42. n.11. quid in ſcriptis, ibid. n.12

Subſcriptio Tabellionis eſt de ſubſtantia ſcripturæ, t.2. p.42. n.6. & 6. declaratur, ibid. n.8.9. & 10

Subſtitutio

Subſtitutio hoc modo concepta, *quandocumque filius meus ſine liberis deceſſerit*, eſt fideicommiſſaria, t.1. p.138. n.5

Subſtitutio, quæ ante pubertatem valet, vt directa pupillaris poſt pubertatem valet, vt fideicommiſſaria, t.1. p.139. n.9

Subſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, agens pro immiſſione non tenetur aliquid probare, t.1. p.141. n.1

Succeſſor.

Vocatus à Teſtatore cum clauſula, vt potuiſſet eligere Succeſſorem, potius eſt, vt poſſit eligere vnum, non plures, t.1. p.141. n.17

Succeſſor in maioratu nequit alterare primam fundationem, t.1. ibid. n.18

Suſpicio.

Suſpicio quæ ſit? Et qualiter differat à præſumptione, t.2. p.122. n.12. & 14. Et de ea quot ſunt gradus, p.124. n.15. 16.17.18. & 19

Suſpicio in quo differat à ſcientia, dubio, opinione, fide, ſcrupulo; & quid iſthæc ſibi velint, t.1. p.129. n.20. 21.22. 23. & 24

Suſpicio violenta deſideratur carnalis copulæ, vt vir ſeparetur à coniuge. Nec ſufficit probabilis, t.2. p.175. n.4

Suſpicio falſi ſemper oritur, quando apparet repugnantia inter diuerſas ſcripturas, t.2. p.117. n.3

Suſpicio conjectura, vel præſumptio carnalis copulæ, & adulterij planè ſunt probandæ, vt ſeparatio ſubſequatur, t.2. p.177. n.29

Dubium, ſeu Suſpicio temeraria, quando ſint peccatum mortale, t.2. p.186. n.8.9. 10.11. & 12

Suſpicio majus eſt, quàm dubium, quæ ſi eſt temeraria in re graui, eſt mortalis, t.2. p.187. n.12

Syngrapha.

Syngrapha recognita ab eo, qui eam ſcripſit, negante in ea contenta vera eſſe, quando fidem facit, t.2. p.22. n.23

T

Tabellio.

TAbellio, ſeu Notarius vt quis ſit legitimè creatus, quæ prærequirantur, t.2. p.111. n.49. 50. & 51

Tabellio poteſt eſſe laicus in Tribunali Eccleſiaſtico, tom.2. p.110. n.27

Tabellio, ſiue Notarius proprio inſtrumento ſibi non obligat alium, ſed ipſe obligatur aliis, t.2. p.13. n.4. & 5

Tabellio ſemel dat partibus Authenticam ſcripturam, t.2. p.15. n.13

Tabellio, ſeu Notarius dictum vnius teſtis ad longum ſcribendo de aliis, notat idem dicere ſummatim, quando non minuat eorem fidem, t.1. p.370. n.1.2.3.4. & 5

Tabellionis ſucceſſor authoritate Regia traducit ex protocollis præmortui abſque Iudicis authoritate, & aliis ſolemnibus inſtrumenta, t.2. p.101. n.7

Tabellione mortuo, vel Notario authoritate Iudicis, & de commiſſione mortui, alter Notarius traducit exemplaria, t.2. ibid. n.10. 11. & 12. Quid hodie, ibid. n.13

Tabelliones nunquid queant creari per Comites, Duces, & Marchiones, t.2. p.102. n.18

Notarij Apoſtolici ſuis officiis vtendo in hiſce Regnis Hiſpaniæ, non interſunt negotiis ſæcularibus, t.2. ibid. n.19

Traductio inſtrumenti ex protocollo Notarij mortui, fit cum citatione intereſſe habentium, t.2. ibid. n.20. 21. alias non valet, ibid. n.22. & 23

Traduci inſtrumentum nequit ab alio viuente Tabellione, apud quem confectum fuit: Quid ſi ipſe ſit impeditus, t.2. p.101. n.6. & 7. vel alius ex eius licentia traducat, ibid. n.8

Tabula.

Tabulæ ſignatoriæ quæ apud antiquos, t.2. p.43. n.14. 15. 16. 17. & 18

Tabulæ ſubſignatæ Syngraphi, vel Chirographi vicem obtinebunt, t.2. p.43. n.19. & 20

Chirographi, & Syngraphi differentia, t.2. ibid. n.21

Taxatiua.

Taxatiua excludit tantùm, diſſimilia, amplectitur ſimilia, & eiuſdem rationis, t.1. p.381. n.19

Tempus.

Tempus antiquum eſt quod excedit annos centum quod antiquiſſimum eſt, t.1.p.199. n.42. & 43

Tempus antipuum, quos pareat effectus, exemplis declaratur, t.1. ibid. n.44. & p.200.& num. ſeqq.

Antiqui Temporis præſumptio, quandoque minuitur, quandoque augetur, t.1. p.200. n.56

Tempus non priuat ſententiam, nec impedit contractus, nec iuramentum, nec iudiciales actus factos ante noctem, t.1. p.216. n.14

Tempus antiquum, vt admittatur probatio pur teſtes de auditu, aut per inſtrumenta quantùm dicatur, t.1. p.382. n.24. & 25

Tẽporis diuturnitas facit vt omnia benè acta præſumantur. Exemplificatur, t.2. p.169. n.16.17.18.19.20.21.22.23. 24.25.26. 27.28.29. 30. 31. & 32. fallit ſi ſit in præiudicium tertij, & in aliis caſibus, p.170. n.34. 35.36. 37.38. 39. 40. & 41

Termini.

Terminorum publicorum motores acriter Iure Hiſpano puniuntur. Et quâ differentiâ, t.1. p.78. n.3. & 4. Et quibus Legibus de Iure Ciuili, p.79. n.14. & 15

Teſtamentum.

Teſtamentum conditum ante ingreſſum Religionis, quando valeat, etiam profeſſione ſequuta; ita vt in eo inſtituti hæreditatem conſequantur, t.1. p.118. n.6.7. & 8

Teſtamentum ingreſſuri Religionem, valet etiamſi Monaſterio nihil relinquat. Et etiamſi minus ſolemne ſit, t.1. ibid. n.9. & 10

Teſtamentum vitiatum legato, ſeu in alio non ſubſtantiali non vitiatur in totum, t.2.p.50. n.24. *vide* p.51. n.31. vbi de poſſeſſionis miſſione in hæreditatem, *ex edicto Diui Adriani*.

Teſtamentum legi debet à Tabellione ipſi teſtatori, & eius Teſtibus, t.2. p.34. n.18. fallit, p.35. n.19

Teſtamentum coram Principe factum, ſi non inuenitur, quibus probetur Teſtibus, & quod probetur factum de Iure Canonico, t.1. p.318. n.20

Teſtamentum ſolemne non cancellatum habet paratam executionem, t.2. p 35. n.1. & num. ſeqq.

Teſtamentum Patris ſeu Filij Religioſi, factum inter Filios & Aſcendentes, in quo valeat, t.1. p.120. n.5. & 6

Teſtamenta duo eiuſdem diei, & horæ condita, vter eorum executioni mandetur, t.1. p.149. n.2

Teſtator.

Teſtator inſtituens filium, cauſa conſeruandæ familiæ, excluſa filia excludit & nepotem, t.1. p.126. n.3

Teſtator ponens in conditione liberos maſculos, non tam ad familiam reſpicit, quàm ad maſculinitatem, tom.1.p.130. num.6

Teſtator inſtituens ſub ea conditione hæredem, *inſtituo te hæredem, ſi tu me hæredem inſtitueris*, repellitur, t.2. p.412. n.14

Teſtimonium.

Teſtimonium de auditu eſt, quando teſtis deponit de alieno, non de proprio, & de primo Doctores ordinariè intelliguntur, t.1. p.382. n.30

Teſtes deponentes per ſenſum proprium, regulariter probant, t.1. p.382.n.31. & 32. etiamſi per actum negatiuum, ibid. n.33.34. 35 36.37. & 38

Teſtimonium Iudicis, non creditur, etiamſi præcelſæ ſit dignitatis, t.1. p.306. n.2. 3. 4. 5. & 6. etiam fauore piæ cauſæ, ibid. n.7. fallit, p.310. n.53. & 54

Teſtimonium dicitur ad probandum plenum quod eſt in ore duorum, vel trium Teſtium, t.1.p.316.n.1.licet in pluribus caſibus maior numerus deſideretur, ibid. n.3. 4. 5. & 6.

Teſtimonium ſocij criminis, non facit indicium in acquiquirendum per ſe, niſi in caſibus permiſſis, t.1. p.17. n.1. & 4

Obſtetricum Teſtimonium ſæpè fallibile eſt, expenditur, t.1. p.82. n.2

Matris Teſtimonium, quando non improbetur, t.1.295. n.6

Teſtis.

Teſtis, qui iurauit non deponere, nihilominùs compellitur, & an abſolutio prærequiratur à tali iuramento, t.1.p.419. n.9. & p.420. n.10. & 11

Teſtium receptio abſque citatione partis aduerſæ, nulla eſt, t.1. p.217. n.1.7.8. & 9. cum aliis fallit, ibid. n.1.2.3.4. 5. & 6. Regula procedit etiam coram Iudice delegato, ſeu principe, p.218. n.16, & 17. in ſummariis etiam cauſis, ibid. n.20. & 21. & Mercatorum, ibid.n.23. vbi de ratione fallit regula, p.220. n.45. & p.221. n.50

Torqueri quando poſſit Teſtis vacillans, ſeu varius in S.Officio, & cui dicto ſtetur, t.1. p.173. n.1. & 2

Torqueri non debet Teſtis ex illa vacillatione, & trepidatione, & minus in cauſa hæreſis, t.1. ibid. n.3. & 5

Vnus Teſtis de facto proprio deponens, non planè probat, t.1. p.315. n.43. 44.45. & 46. Quid ſi adiuuetur adminiculis, ibid. n.47.48.49.50. & 51

Teſtis, qui in ſua depoſitione ſe faceret infamem, aut ſocium criminis, non probat, t.1. ibid. n.52

Solutio debiti inſtrumentalis facta, quot probetur Teſtibus, t.1. p.319. n.29. & 30

Vnus Teſtis an ſufficiat in interdicto vti poſſidetis, tomo 1. p.319. n.32

Teſtis ſuper negatiua deponens, ſaltim eſt ſuſpectus de falsò, ſi ea ſit vaga, ſecùs, ſi coarctata, t.1. p.339. n.67

Teſtis deponens ſuper affirmatiua, ex qua reſultat negatiua cadens in ſenſum Teſtis benè probat, expenditur, t.1.ibid. n.70. 71. & 72

Chriſtianus etiam criminoſus, teſtis eſt contra Iudæum, t.1. p.292. n.16. & 17

Nominatio, electio, ſeu præſentatio probetur ne Teſtibus ſingularibus, t.1. p.344. n.1.2.3.4. & 5

Teſtis vacillans in ciuilibus, quando torqueri poſſit, t.1.p.173. n.9. & à quo Iudice, t.1.p.174. n.12

Torqueri poteſt Teſtis, qui veriſimiliter informatus de facto recuſat dicere, t.1. p.174. n.15

Teſtem facto interfuiſſe, qualiter probetur, t.2. ibid. n.21

Teſtis, interrogatus in cauſa hæreſis, negauit, & poſtea veritatem dixit, punitur vt falſus, t.1. ibid. n.24

Variatio Teſtis in loco, & tempore, non vitiat ſententiam ſi hæc non ſint de ſubſtantiâ, t.1.p.175. n.24

Repetitio Teſtium facta poſt publicationem redigitur in ſcriptis per extenſum, t.1 p.396. n.21. 22. & 23

Teſtis reſpõdens vltra interrogata ſuſpectus eſt, t.1.p.321 n.8

Teſtis vt dicatur ſubobſcurè deponens, quæ ambiguitas ſit neceſſaria, t.1. p.391. n.10. 11.12. & 13

Teſtis in propria cauſa, *remiſſiuè*, t.1. p.226. n.45

Legatarius Teſtis an queat eſſe, *remiſſiuè*, t.1. ibid. n.46

Conſors Teſtis, an ſit, *remiſſiuè*, ibid. n.47

Familiares Cardinalium poſſunt eſſe Teſtes pro eis, t.1. ibid. num.48

Correctio Teſtis quando dicitur incontinenti, quando ex interuallo pendet ex arbitrio Iudicis, tomo 1. p.169. n.1. num. ſeqq.

Teſtis iurans ſe non loquutum cum parte credendus eſt, & quando cum ea præſumatur loquutus, t.1.p.170. n.7.& 8

Teſtis incontinenti poteſt ſe corrigere, & quando contraria dicendo, t.1. ibid. n.9.10. & 11

Teſtis poſt interuallum poteſt ſe corrigere ex obliuione veriſimili; ſecus econtra, quam debet probare, tom.1. ibid. n.12.13. & 14

Teſtis inſtructus à parte, quando probet, t.1. p.259. n.1.2. 3.4. 5. & 6

Inſtruere Teſtes intereſſentes negotia vt apertè verba dicant, non eſt peccatum, t.1. ibid. n.7. & 8

Reuelans Teſtis ſuam depoſitionem, an puniatur, t.1. ibid. num.9

Teſtis prece inductus, non dicitur corruptus, ſecus ſi pretio, & quæ ſit differentia, t.1. p.260. n.10

Teſtis nobilis poteſt ſe ex interuallo corrigere, ſi agatur inter viles, & de cauſa modica, t.1. p.170. n.15. & 17

Teſtis vt ſolum addat, an ex interuallo admittatur, t.1. ibid. num.16

Teſtis contraria dicentis in hæreſis cauſa, cui dicto credatur, t.1.p.171. n.20.& 21. & quare, ibid. n.22

Torqueri ſæpius poteſt Teſtis ſæpius varians, t.1. ibid. n.40. fallit, ibid. n.43

Torqueri poteſt Teſtis, varians etiam extraiudiciali variatione, t.1. ibid. n.41

Corrigere poteſt Teſtis dictum ſuum ante publicationem, t 1. ibid. n.45

Torqueri nequit Teſtis allegans rationabilem cauſam ſuæ variationis, t.1. ibid. n.46

Teſtis dictum in tortura, etiamſi ſecundum ſit, regulariter attenditur, etiamſi in ea pars non ſit citata, & etiam ſi ſit poſt publicationem, t.1. ibid. n.26. fallit, p.172. n.31

Teſtis ſæpius torti ſtatur vltimo eius dicto, ſi legitima ſit tortura, t.1. ibid. n.27. & 29

Teſtis primum dictum præualet ſecundo in aliquibus caſibus, t.1. p.172. n.32.32. 33.35.35. & 36

Torqueri quando poſſit Teſtis ex ſua varietate, tom.1. ibid. n 38. & 39

Procurator nequit eſſe Teſtis in cauſa, quam procurat, & etiamſi iam eam non procurat in cauſa appellationis, ſeu ſi ſit reuocatus, t.1. p.232. n.1.2.3.4.5.6. fallit, ibid. n.7. 8.9. & 10

Accuſator nequit teſtificari, t.1. ibid. n.11, & 12

Aduocatus non admittitur Teſtis, niſi de conſenſu partium, vel ſi aliter veritas nequit haberi, t.1. ibid. n.13

Solicitator, ſiue ſalariatus, ſiue non, ſiue electus, à procu-

ratore Teſtes eſſe nequit, t.1. ibid. n.14. 15. & 16

Adminiſtrator, & negotiorum geſtor Teſtis non eſt, tom.1. p.234.n.18. 19. & 20. fallit, ibid. n.21

Publicatio Teſtium, facta in ſummariſſimo, non impedit quod fiat in plenario poſſeſſionis, tomo 1. pagina 280. n.1. 2. & 3

Publicatio facta Teſtium in petitorio, non impedit in poſſeſſorio, niſi eſſent plenariè, recepti in ſummario, tom.1. ibid. n.3

Productio Teſtium in vno Iudicio, non impedit alterum in alio, t.1. ibid. n.4. 5. & 6. & quando perſonæ ſunt diuerſæ, & agendi cauſa petitur aliud, p.281. n.7. & quando contra primam, ſententiam nullitas allegatur, ibidem num.8

Inſtantia perempta poſſunt alij Teſtes poſt publicationem examinari, etiamſi perempta ſit lapſu triennij, t.1. ibid. n.9. & 16

Teſtes alij poſſunt examinari, ſi poſt publicationes, atteſtationes ſint deperditæ, & nequeant apparere, tom.1. ibid. n.11. & 12

Publicatio facta Teſtium in cauſa matrimonij, non impedit, vt alij Teſtes recipiantur, niſi tranſiret in rem iudicatam, vel ſi cauſa eſſet ſuper extrinſecis, t.1. ibid. n.13. 14. & 15

Publicatio nulla Teſtium, ritè examinatorum, non impedit, vt alij examinentur, ſi nullitas influit in receptionem, t.1. ibid. n.18. & 19

Teſtimonio Teſtis vnius plena fides quit à partibus præſtari, tomo 1. pag.365. num.14. ſed qualiter contingat, p.366. n.16. & 17

Teſtis tenetur reſpondere Iudici legitimè interroganti, ſecus ſi extra ordinem, t.1. p.208. n.1. & 2. quid ſi dubitat de bona interrogatione, ibid. n.3. & de aliis, ibid. n.8. & 9

Teſtes interrogatus aduerſus digniſſimam perſonam, ſuſpicionem ſeu timorem habens, ne legitimè interrogetur, melius facit celando, t.1. ibid. n.4

Teſtis legitimè interrogatus, ſi inde nocumentum patiatur ipſe, non tenetur deponere, niſi ad bonum publicum, t.1. ibid. n.5

Teſtis dicitur neſcire quod audiuit à perſonis non fide dignis; nec declarare tenetur, t.1. ibid. n.6. & 7

Teſtis etiam interrogatus cum iuramento, non tenetur deponere, quando de iure non tenetur, t.1. ibid. n.10

Teſtis niſi petitus non tenetur deponere, niſi ex charitate, quando vrget grauis damni reparatio, quid ſi Iudex procedat per Inquiſitionem, t.1. ibid. n.11. & 12

Copia ad opponendum contra Teſtem debet dari aduerſæ parti, t.1. p.217. n.9

Teſtis deponens parte citatâ, quæ iuſto impedimento non comparauit, non valet, tom.1. ibid. n.11. vbi declaratur, p.218. n.12. 13. & 14

Procurator, cum quo lis eſt conteſtata, debet citari ad videndos Teſtes, t.1. ibid. n.15. & 18

Citatio partis aduerſæ procedit etiam in Teſtibus ante Litem conteſtatam, ſeu ad perpetuam, t.1. ibid. n.19

Citantur ad videndum Teſtes omnes oppoſitores, & intereſſe habentes, t.1.ibid. n.24. & 25. nec probant deponentes, etiam ad fauorem non citati, ibid. n.26

Citatio requiritur etiam in publicatione Teſtium, tomo 1. pag.219. num.27. Quid ad aperturam Teſtamenti, ibid. n.28. & 29

Requiritur citatio partis in productione, & admiſſione articulorum, & ad dicendum contra eos, t.1. ibid. n.30.& 31. limitatur in Hiſpania ibi, qualiter ſuppleatur, ibid. n.32. 33. & 34

Citatio ad Teſtes videndus debet eſſe certa, non requiritur perſonalis, tomo 1. ibid. num.35. & 36. ſufficit quandoque per proclama, ſufficit etiam vna, ibidem num.37. & 38

Citatio ad examinationem Teſtium quando requiratur, & in quo actu, t.1. p.220. n.40. & 41

Argumenta diſſoluuntur, t.1. ibid. n.46.47. & 48

Citatio ad recipiendos Teſtes, multis in caſibus eſt neceſſaria, t.1. p.221. n.50. 51. 52.53.54. & 55

Citatio nulla, quando vt vera valeat, t.1. ibid. n.56.57. 58. & p.222. n.62.63.64. & 65

Locus deſignatur vltra citationem, in quo Teſtes ſunt recipiendi, t.1. p.221. n.59

Citatio an ſtylo, conſuetudine, ſeu ſtatuto non prærequiratur ad videndos Teſtes, t.1. ibid. n.60. & 61

Examinatores Teſtium debent ſigillatim, & per extenſum examinare, t.1. p.222. n.66

Teſtes examinati in criminalibus parte non citata non probant, fallit in crimine hæreſis, t.1. ibid. n.67.68.69.& 70. & Læſæ Majeſtatis, ibid. n.71

Teſtes in ſancto Officio examinati, dantur Reo tacitis nominibus in termino publicationis, t.1.n.70. ibid.

Dubia dicta Teſtium, quando probent, vel non, t.1. p.212. n.1.2.3.4.5.6.7. 8.9.10.11. & 12

Dubia dicta Teſtium ſunt interpretanda contra producentem, t.1. ibid. n.7

Depoſitio Teſtis debet per neceſſe concludere, non per poſſibile, ibid. n.8

Teſtis qui deponit per verbum *dubito*, *credo*, per dictionem *vel*, *circa*, *per*, *plus*, vel *vltra*, videtur, ni fallor, quando probet, t.1. ibid. n.8. & p.213. n.28

Deponens Teſtis de Iudicio ſuo, vel ſecundùm ſcientiam ſuam non probat, t.1. p.213. n.24. 25. & 26. quid ſi per iuris verba, ibid. n.27. & 28

Teſtis de credulitate deponens, non plenè probat, niſi reddat concludentem rationem, & vt credatur tria concurrent, t.1. ibid. n.29. & 30

Sententia lata ad dictum de credulitate, aut de dubio Teſtium, non tranſit in rem iudicatam; imò quit per alios fortius deponentes retractari, t.1. ibid. n.31. & 32

Minores 20. annorum, in criminalibus non poſſunt eſſe Teſtes hodie, nec minores 25. annorum, t.1.p.214.n.33. & 34. vbi quid in ciuilibus.

Maiores iam facti poſſunt Teſtificari de ſcitis in minori ætate, t.1. ibid. n.36

Teſtes vbi admittuntur poſt publicationem admittuntur in eodem in cauſa appellationis, tomo 1. p.276. num.7.8. & 9

Examinari non poſſunt Teſtes poſt dedicita teſtificata, t.1. ibid. n.11. fallit, ibid. n.12

Examinari nequeunt Teſtes, nec ſuper eiſdem articulis, nec directo contrariis poſt publicationem, ibid. n.13. fallit independentibus, ibid. n.14. 15. & p.277. n.16. 17. & 18

Examinati Teſtes in prima inſtantia non examinantur in ſecunda appellationis, t.1. p.277. n.19. 20. 21. & 22

Teſtes noui ſuper nouis capitulis, tantùm poſſunt induci in cauſa appellationis ſuper nouis interrogationibus, non item niſi, quando Teſtes erant abſentes in prima inſtantia, t.1. ibid. n.23. & p.278. n.25. & 26. vel ſi non fuerunt examinati ſuper deductis, ibid.n.27.& in aliis caſibus, ibid. n.28. ad 37. *vide*, p.279. n.48. & 49

Teſtis ineptè examinatus, non examinatur iterum, t.1.p.278. n.38.39. & 40. & niſi malè examinaretur à Iudice, p.279. n.41.42. & 43. & aliis modis, ibid. n.45.46. & 47

Teſtis ineptè examinatus, quando dicatur, tomo 1. p.279. num.44

Articulus additus, capitulo, vel articulo primo, ſuſtinetur, t.1. ibid. n.48

Teſtes producere coram Iudice ordinario, quando licet, factâ iam publicatione coram arbitrio, t.1. ibid. n.51.52. & 53. ſecus teſtes producere licebit coram arbitrio, factâ publicatione coram ordinario, t.3. p.280. n.54

Teſtis, qui depoſuit virtute monitorialium, repeti poteſt in forma Iudicij, & referre ad iam dictum, t.1. ibid. n.56

Teſtes de auditu alieno verius eſt, vt probent conſanguinitatem, parentelam, t.1. p.373. n.1.2.3. & 4

Teſtes de auditu admittuntur ad probandam beneficij vnionem, & in poſſeſſorio, & in negotio vetuſtiſſimo, tom.1. p.374. n.6.7. & 8

Teſtes de auditu, vt benè circa conſanguinitatem probent, debent commitati requiſita duodecim, t.1. ibid. n.11.12. 13.14.15.16.17.18.19. & 20

Teſtes de auditu generaliter non probant, tomo 1. pag.375. num.33

Teſtis vnus de auditu conſanguinitatis inter contrahentes, quando impediat Matrimonium, tomo 1. pag.376. n.36. 37. & 41

Teſtes de auditu, dum agitur de derimendo Matrimonio debent habere 12.requiſita noſtri textus; Secùs ſi de illo impediendo, t.1. ibid. n.37.38.39. & 40

Teſtimonium de auditu alieno, etiam cum ſola fama non probat, inducit verò violentam præſumptionem, t.1.p.376. n.43. 44.45. & 46. fallit, p.377. n.47. & 48

Teſtis fundans dictum ſuum ſuper aliena authoritate, & non probat etiam fauore piæ cauſæ, nec Rei valorem, dominium: nec poſſeſſionem, tomo 1. pag.377. n.49. 50. 51. 52. 53. & 54

Teſtis de auditu à parte inter ſe facta non probat, t.1. ibid. num.55

Teſtimonium de auditu, ſi aliis ſit adminiculatum quando probet, t.1. p.377. n.56.57.58.59. & 60

Teſtes de auditu comprobant, tunc demùm ſi alij quo audiuerunt mortui ſint, t.1. ibid. n.59

Teſtes de auditu debent perſonas, à quibus audiuerunt nominare, & tunc qualiter probent, t.1. ibid. n.60

Teſtes de auditu non transferunt onus probandi in aduerſarium, t.1. ibid. n.61. fallit, p.378. n.62

Adminicula

Adminicula quibus Teſtes de auditu probent quæ pendent à Iudicis arbitrio, t.1. p.378. n.63. & 64

Teſtis de immemoriali deponens, quam ætatem debeat habere *remiſſiuè*, t.1. ibid. n 65

Teſtes ſi debeant non cognoſcere litigantes nominatim: tunc ſit exhibitio eorum in veſtimentis, & habito conſueto, t.1. p.362. n.21. Quid in S. Officio, ibid. n.22

Teſtes recepti in inſtrumentis, quando debeant cognoſcere contrahentes, aut ipſi noſci à Notario, tom.1. ibid. n.23. 26. & 28

Teſtes inuentarij debent cognoſcere hæredem, tom.1. ibid. num.24

Teſtes in teſtamentis debent benè cognoſcere teſtatorem, t.1. ibid. n.26

Notarius teneatur ne cognoſcere contrahentes? tomo 1. p.362. n.27

Teſtes interrogantur ſuper ſpecialiter contentis in articulis, & ſuper conſtantiis ſubſtantialibus, tom.1. ibid. n.29. 30. & 31

Teſtis ſuſpectus ne ſit, relinquitur Iudicis arbitrio, tom.1. p.363. n.32

Teſtis quit interrogari de loco, & tempore, non tamen ad angulum, t.1. ibid. n.33. 34. & 35. de aliis, ibid. n.46

Teſtes queunt interrogari de credulitate, & de aliis, t.1. ibid. n 36. 37. & 38

Teſtis de cauſa ſuæ turpitudinis non interrogatur, benè tamen an ſit pauper, vel diues, t.1. ibid. n.38. & 39

Teſtis interrogatus de crimine, tenetur reſpondere ad omnia, quæ aliquem reddunt inhabilem ad teſtificandum, t.1. ibid. num.40

Teſtes examinati, non datis interrogatoriis, probat, tom.1. ibid. n.41

Iudex omittens interrogare Teſtes, aut citare, ad quid teneatur, t.1. ibid. n.43. 44. & 45

Atteſtationes Teſtium inualidæ de conſenſu partium validari queunt, t.1. ibid. n.47

Teſtis, qui dicit *heri neſcio*, *hodiè ſcio* benè creditur, t.1. ibid. n.48

Teſtes in ſimul deponentes, fide carent, t.1. ibid. n.49

Examinari & interrogari debent diligenter Teſtes de circunſtantiis à Iudice, t.1. p.357. n.1

Teſtes non interrogati, tenentur adhuc reddere rationem, t.1. ibid. n.3. fallit, ibid. n.4

Dicta Teſtium ſine ratione ſcientiæ generaliter non probant, t.1. ibid. n.6. & 7

Teſtis debet concludentem rationem ſuæ depoſitionis reddere, t.1. ibid. n.9. & 10. & p.358. n.11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 22. 23. & 24

Teſtis vt probet in mutuò conſuetudine, vel fama, quam reddet rationem, & quam ad Dominium, t.1. pag.358. n.18. & 19

Teſtes non interrogati, non tenentur reddere cauſam ſuæ ſcientiæ in his, quæ facti ſunt, & ſenſu corporeo percipiuntur, tom.1. ibid. n.25. & 26. Quid in criminalibus, p.359. n.27

Teſtes debent teſtificari ex certa ſcientia, & viſu, non de auditu, t.1. p.359. n.28. & 29

Teſtis deponentis ratio debet eſſe per viſum, auditum, guſtum, tactum, & odoratum, & per ſenſum optimum, t.1. ibid. n.30. 31. & 32

Teſtis deponens, dicendo ſe ſcire, qui vicinus fidem facit, t.1. ibid. n.33

Teſtis ſi non interrogatus dicit rationem, eam non tenetur repetere, ſi poſteà interrogetur ſuper ea, nec reddere rationem rationis, t.1. ibid. n.34

Petiti à Iudice electi: vt declarent: non tenentur reddere rationem, t.1. p.360. n.36. fallit, ibid. in aliis, n.37

Teſtis ad purgandam innocentiam Rei, non tenetur rationem reddere, t.1. p.360. n.38

Suppletorum Iuramentum, vt deferatur ad dictum vnius, debuit reddere rationem, t.1. ibid. n.39

Iuramentum de veritate dicenda poſſe à partibus remitti Teſtibus verius eſt, tom.1. p.365. n.1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13

Teſtibus mille ſine iuramento non creditur, nec aliter recipiuntur à Iudice, cui committitur, vt procedat omiſsâ ſolemnitate iuris, t.1. ibid. n.2. & 4

Religioſus vir duci poteſt, vt Teſtis, etiamſi probationibus ſit renuntiatum, t.1. p.365. n.5

Iuramentum in Teſtibus, fuit principaliter inductum in fauorem ipſarum partium, & ſic renuntiabile, t.1. ibid. n.7. fallit in cauſa ardua, & criminali, ibid. n.10. in matrimoniali, ibid. n.11. ſeu beneficij, ibid. n.12

Teſtes alligati & claſſici qui dicebantur, & de eorum fide, t.1. p.211. n.15. & 18

Teſtes qui ſignandis teſtamentis adhibebantur, cur claſſici appellarentur, t.1. p.212. n.19

Teſtes deponentes poſt potum & cibum, non minus creduntur, t.1. p.216. n.12. fallit in ebrio, ſeu turbato, ibid. n.13

Teſtes plures quando duo ſolent deſiderari in aliquibus caſibus, t.1. p.70. n.5

Teſtes alij poſſunt in cauſa coniugali recipi, etiam poſt latam ſententiam, t.1. p.90. n.11

Teſtes ad quorum domos miſſio debet fieri vt examinentur, ſunt valetudinarij, ſenes, & alij impediti, & qui tales dicantur, t.1. p.241. n.20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28. quid ſi pauperes ſint, & non nobiles, t.1. p.242. n.29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36

Teſtes ſenes ad probandos Confines aptiores ſunt ruſtici vicini, t.1. p.197. n.6. 7. 8. quid de Teſtibus de vniuerſitate, ibid. n.9

Teſtes de auditu admittuntur ad probandos Confines, & de credulitate, t.1. ibid. n.10. 11

Teſtes de auditu antiquo, ſeu nominum memoriam, excedente probant, t.1. p.380. n.11. 12. & 13

Teſtes de auditu probant confines, fideicommiſſum, Iuſpatronatus antiquiſſimum, tomo 1. pagina 381. n.15. 16. 17. 19. & 20

Teſtes poſt publicationem, non recipiuntur; niſi fuerint antea nominati, niſi culpa examinatoris non deponerent, t.1. p.326. n.3. & 4. vbi de aliis caſibus, p.327. n.5. 6. & 7

Teſtes qui in Criminibus exceptis adhuc admittuntur inhabiles non ſunt fidei integræ, t.1. p.425. n.19. & 20

Socius pro ſocio, quando in Ciuilibus queat eſſe Teſtis, t.1. p.425. n.21. 22. & 23

Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, ſi bonæ famæ, & plures ſint probant, tomo 1. pagina 370. n.3. 4. & 5

Teſtes infames, quando admittantur in denuntiatione Euangelica, t.1. p.410. n.30

Teſtes de vniuerſitate ſuper Confinibus, quando admittantur, t.1. p.97. n.1. & 2

Teſtes repeti in criminalibus quandocumque ne poſſint, t.1. p.392. n.1. 2. & 3

Teſtes vt probent generis maculam, qualiter deponunt, t.1. p.246. n.16. 17. 18. & 19

Teſtes recepti poſſunt in ſuis dictis ex pluribus cauſis, tom.1. p.391. n.16. 17. 18. 19. 20. & 22

Teſtis non benè examinatus præſumitur Iudicis dolo, tom.1. p.392. n.26

Teſtis libenter ex ſe poteſt ire ad declarandum dictum, t.1. ibid. n 31

Teſtes notati infamia facti repellitur in matrimonialibus, & ingenuitatis, & maioratus, t.1. p.393. n.16. 17. & 18

Teſtes reprobati per ſententiam reprobatoriam, & in Iudicio, quod eſt vnum cum primo non admittuntur, tomo 1. p.411. n.1. 2. 3. 4. 5. & 6. ſecus econtra, ibid. num.1. 2. 3. 7. & 8

Teſtes ſingulares qualiter Iure Regio probent Iudicem, aut Tabellionem ſubornatum, t.1. p.354. n.60

Teſtes examinandi ſunt prius per articulos, quàm interrogandi, t.1. p.360. n.1. & 2

Teſtes quando probent ſine interrogatoriis datis à parte, t.1. p.361. n.4. & 5. & quid Iudex faciet, ibid. n.6. 7. & 8

Teſtis deponens extra articulos non probat regulariter, t.1. ibid. n.9. 10. 11. 12. 13. & 14

Teſtes non cognoſcentes litigantes regulariter non probant, declaratur, t.1. ibid. n.15. & p.362. n.17. 18. 19. 20. 21. & 22

Teſtes, vt probent, debent eſſe benè noti, tomo 1. p.361. num.16

Teſtes deponentes de deſcendentia ex auditu, debent concordare cum perſonis à quibus audiuerint, t.1. p.378. n.7

Teſtes de vniuerſitate, veluti Collegij, Capituli, vel alterius communitatis admittuntur. Et quid de Epiſcopo, tomo 1. pag.93. n.1. & aliis, n.2. & p.94. num.3. vbi de rationibus.

Teſtes de vniuerſitate admittuntur, ſi adeſt intereſſe vniuerſitatis, non autem eorum, t.1. ibid. n.6. Et quando id pateat, p.95. n.11. & 12

Teſtes de vniuerſitate aliquam exceptionem patiuntur, & in aliquibus potiùs admittuntur, quàm alij, t.1. p.94. n.7. & p.95. n.8

Teſtium de vniuerſitate fides ſuppletur per numerum, tom.1. p.95. n.9

Teſtes originarij alicuius terræ, ſeu Religioſi, vel Ciues admittuntur, t.1. ibid. n.10

Teſtes Domeſtici & Familiares, qui ſint, t.1. p.224. n.1. 3. 4. 5. & 6. & qui eorum teſtificare prohibeantur, ibid. n.9. 10. 11. & 12

Teſtes Domeſtici & Familiares, admittuntur, cum alij deficiunt, ſeu ipſi ſunt potius inſtructi, t.1. ibid. nmu.13. 14. & 15. vel quando deponunt contra alios Domeſticos;

p.205. n.17. & 18. probant in antiquis, ibid. n.20. in hæreſi, n.21

Domeſticus Teſtis probat contra producentem, parte non opponente, t.1. ibid. n.19

Parentes, & liberi in eorum cauſis non admittuntur: t.1. ibid. n.21. fallit in probanda conſanguinitate, ibid. n.23. 25. 26. & 27

Teſtes pecuniâ corrupti, etſi falſi non probentur, non probant, & pœnâ falſi puniuntur, t.1.p.254.n.11.12.& 13.& p.255. n.14.15.16. & 17. Reſpondetur contrariis, ibid. n.19

Teſtes non tenentur ad teſtificandum contra conjunctos niſi in defectu aliorum, t.1. p.22. n.1

Teſtis interrogatus, ad quid teneatur *remiſſiuè*, t.1. p.23. num.2

Teſtes amplius produci nequeunt, poſtquam à partibus eſt eis, & allegationibus renuntiatum ſpecialiter, quid ſi generaliter, t.1.p.286. n.1.2.3. fallit in criminalibus Matrimonialibus, p.287. n.5.6.7. & 8

Teſtes, & ſi de vniuerſitate in multis aſſumi poſſunt, tom.1. p.231. n.1. & p.232. n.7. fallit, vbi aliqui comparent, vt actore, & cum mandato procuræ, ibid. n.12.13. & 14. & ſeqq.

Canonici Teſtes pro ſua Eccleſia, quando admittantur, t.1. ibid. n.3.4.5. & 6

Teſtes de vniuerſitate, ſiue Clerici, Religioſi, aut Sæculares quando in ſubſidium admittantur, t.1. ibid. n.4.5. & 6

Teſtes poſſunt compelli cenſuris, aliiſve modis ad ferendum teſtimonium, t.1. p.416. n.1.2.3. & 4. & p.417. n.6. & 7. cum aliis, & n.13. & 14. vbi de Iudicio ſæculari, & Eccleſiaſtico.

Teſtes ad ferendum teſtimonium, tenentur, tam de Iure Ciuili, quàm Caaonico, ne veritas occultetur, & ne malus, vt bonus æſtimetur, t.1. p.417. n.6. & 7

Teſtificandi officium publicum eſt, taliter vt inuitus quis compellatur in cauſis quibuſlibet, ibid. n.10. & 11. vbi præcipuæ ſe ſubtrahat, vel à parte, vel dicat ſe ſcire veritatem.

Teſtes de auditu qualiter probent hominum memoriam non extare, t.1. p.381. n.23

Teſtes de auditu cum probant, non requiritur, vt ſint rogati, t.1. p.383. n.41

Teſtes deponentes ex interjecto pariete, vel cortina, in quibus probent, vel non, t.1. ibid. n.42.43.44.45.46.47.48.49. & 50. vbi de contractibus, vltimis voluntaribus, criminibus & matrimonio, p.384. n.55

Criminoſi Teſtes per ſententiam condemnati, non admittuntur: quid ſi crimen tantùm ſit probatum, nec lata Sententia, t.1. p.397. n.1

Teſtes 12. in S. Officio ad puritatem probandam ſufficiunt, in quolibet aſcendentium gradu, t.1.p.368.n.7. & 8. fallit ſi contingat, vt aliqua impuritatis nota infingatur, ab aliquo, cum tunc plures alij deſiderentur, ibid.n.7.9. & 11

Teſtes in collegiis, quot ex communi ſtylo ad puritatem probandam, t.1. ibid. n.8

Teſtes ſeptem ex ſtatuto Romano, & non plures recipiuntur ad probationem cuiuſlibet capituli cauſæ, t.1. ibid. n.12

Teſtes deponentes ex cortina, vel interjecto pariete, vt fidem faciant debent deponere de nota voce auditi, & de aliis, t.1. p.384. n.56. 57.58. 59. & 60. & n.62. ad 66

Teſtis deponens auditu acclamantis, dicens eius vocem ſibi benè notam, qualem rationem reddat vt probet, t.1. ibid. n.61.62.63.64.65. & 66

Teſtes de viſu in teſtamentis præciſè requiruntur, nec ſufficiunt de auditu, t.1. ibid. n.67. & 68. & de ratione differentiæ inter contractus, vbi valent de auditu, p.385. n.72. & 73

Teſtes de viſu, præciſè requiruntur in omnibus caſibus, qui cadunt ſub prædicamento viſus, & qui iſti ſint, t.1.p.385. n.74. & 75. ad n.90

Dominium, & poſſeſſio per Teſtes de auditu fama, & aliis concurrentibus probatur, aliàs per Teſtes de viſu, tom.1. p.385. n.91

Teſtes plures in numero vincunt potiores, ſi omnes ſunt eiuſdem qualitatis, t.1. p.330. n.2 & 3. alias non item, ib.n.5

Teſtes nobiliores plus probant; item & ditiores, t.1. ibid.n.4. & 6. & Doctor, ibid. n.7

Teſtes digniores præualent aliis, niſi non digniorum eſſet numerus ſuperior multum, t.1.ibid. n.8. & 9

Teſtes affirmantes, plus probant, quàm mille negantes t.1. p.336. n.18.19. 20.21. & 22. procedit in negatiua generica, & in probabili; ſecùs in coarctata ad locum, & tempus, ibid. n.23.24.25.26.27.28.20. & 30

Teſtes negantes, quibus iuris aſſiſtit præſumptio, præferuntur affirmantibus, t.1. p.337. n.34.35.36.37. & 38

Teſtes deponentes ſuper furore in ſpecie, præferuntur negantibus, t.1. ibid. n.39. & 40. & qualiter ſpecialis probatio ſumatur, ibid. n.41. quid ſi Teſtes ſint æquales, aut inæquales numero, aut dignitate, ibid.n.42.43. & 44

Teſtes de metu deponentes, quando plus probent, quàm illum negantes, t.1. ibid. n.45. 46.47. & p.338.n.48.49. 50. & 51

Simonia, vſura, non plenè probatur Teſtibus ſingularibus, t.1. p.348. n.41. & 42

Decimandi ius probatur Teſtibus ſingularibus, tomo 1. ibid. num.44

Teſtes deponentes de diuerſis ſummis debiti conjunguntur ad minorem probandam, t.1. p.349. n.45

Singulares Teſtes in pluribus ſufficiunt, veluti cum agitur de probanda frequentia actuum, ibid. n.46. & 47

Singulares Teſtes probatæ vitæ benè probant, niſi in ſingularitate obſtatiua, t.1. ibid. n.48

Singulares Teſtes, quando ad probandum recipiuntur, debent eſſe plures in numero, quàm duo, vel tres conteſtes, t.1. ibid. n.49

Irregularitas Teſtibus ſingularibus, poteſt probari, tomo 1. ibid. n.51

Teſtes priuilegiati, in quo caſu compelli poſſint ad deponendum, t.1. p.420. n.18.19.20. & 21. & coram quo examinentur, p.421. n.25. & quæ differentia cum non priuilegiatis, ibid. n.26

Teſtes ab vna parte producti, & ab alia inſtrumenta eſt in arbitrio Iudicis, quibus plus credatur, t.1. p.335. n.15

Teſtes in Criminalibus cauſis verius eſt, vt compellantur teſtificare, tomo 1. pag.419. num.6. & 7. fallit, pag. 42. num.15

Teſtes, qui prohibentur, in quo differant ab his, qui admittuntur ad teſtificandum, t.1. p.389. n.26

Teſtes de vniuerſitate, ſunt magis idonei in probando actu, aliis exteris ignoto, t.1. p.96. n.5

Teſtes de vniuerſitate ſuper iura paſcendi quando admittantur, vel non, t.1. p.96. n.1.2. & 3

Si vir excedit mulierem in aliqua qualitate, & vxor virum qualiter eſſe poſſint eſſe Teſtes, tomo 1. pag.302. n.9. & 10

Subtrahens Teſtes à Teſtificando punitur pœnâ extraordinariâ, t.1. p.371. n.1.3.4. & 5

Impediens Teſtes, ne deponant, tenetur parti læſæ adintereſſe actione de dolo, t.1. ibid. n.2

Subtrahens Teſtes, an perdat cauſam, t.1 ibid. n.3.& 4.quid in criminalibus, ibid. n.5

Producens Teſtem pro ſe nequit illum reprobare, t.1. p.328. num.10

Teſtes in qua ætate debeant eſſe, vt cogi queant ad teſtificandum, vel non, t.1.p.421.n.27

Teſtis qui ſe ſubtrahit à teſtificando, quibus puniatur pœnis, t.1. ibid. n.38.29.30.31.32. & 33

Teſtis à Teſtificando ſe ſubtrahens, tenetur parti ad damna, & intereſſe, t.1. p.421. n.33

Teſtis ſe ſubtrahere à teſtificando, quando dicatur, t.1.p.417. num.12

Carceris pœna nunquid mulctetur Teſtis ſe ſubtrahens à teſtificando, t.1. p.418. n.16. & 17

Teſtes nolentes teſtificari, poſſunt compelli à Iudice Ordinario & delegato, t.1. ibid. n.18

Singulares Teſtes ſingularitate obſtatiua nihil probant, t.1. p.340. n.1. 2.3. 4. 5. in diuerſificatiua tantùm ſemiplenè Quid de adminiculatiua, p.341.n.7.8. & 9

Singularitas Teſtium, quid ſit, & quotuplex, tomo 1. ibid. num.2

Singulares Teſtes in hæreſi, Simonia, & aliis, qualiter æſtimentur, t.1. p.241. n.10

Singulares Teſtes in ciuilibus, vt probent aliquando, qualiter accipiantur à Iudice, tomo 1. ibid. num.11. 12. 13. 14. & 15

Teſtes deponentes ſingulariter diuerſis actibus circa poſſeſſionem benè eam probant, t.1. p.342. n.16.17. & 18

Teſtes deponentes de ſingulis actibus eandem cauſam habentibus probant, & originem probant, t.1. ibid. n.19. & 20

Teſtes ſingulares deponentes in cauſis, quæ jungi non poſſunt, probant plenè, t.1. ibid. n.21.22.23

Teſtes ſingulares, quare in probanda Iuriſdictione, poſſeſſione, & aliis jungantur, non item in probanda hæreſi, t.1. ibid. n.24. & aliis nonnullis, p.243. n.25.26.27.28. 29.30.31. 32. & 33. & p.344. n.34. & 35

Teſtis ſe ſpontè offerens examini, non probat, fallit, tom.1. p.214. n.1.2.3.4.5.6. & 7

Teſtes ſecretè & ſigillatim examinentur, quid ſi cauſa ſit ardua, t.1. ibid. n.8. & 9

Teſtis in articulo mortis deponens creditur, ſi articulatè, & cum Iudicio deponat, t.1. ibid. n.10

Teſtes probatæ vitæ, non debent interrogari de qualitatibus negotij, delicti, niſi vacillent, & viles, t.1. pag.209. n.20. & 21

Teſtis dolo, malo deponens contra innocentes punitur, t.1. ibid. n.22. & 23
Falſum committere, dicitur producens Teſtes falſos, tom.1. ibid. n.24
Reſtituere quando non teneantur Teſtes falſum deponentes, t.1. ibid. n.25
Teſtes qualem fidem faciant interrogati ſuper formalitate verborum, t.1. p.210. n.27
Repetitio teſtium facta publicatione, officio Iudicis competit, vt dictum dubium declaretur, t.1. p.284. n.47. & 48. & p.285. n.49. & 50. præcedere citatione partis, ibid. num.51
Teſtes publicationem in cauſis nobilium, quando ſuper eiſdem, vel directo contrariis recipiantur, t.1. ibid. n.52. 53. & 56. in cauſa ſtatus, ibid. n.54. monachatus, ibid. n.55
Teſtis de honeſtate debet eſſe ieiunus cum deponit, tom.1. p.215. n.1.2.& 3. & quâ horâ deponet, p.216. n.10. & 11
Teſtis varij dictum, debet in quantum poſſit concordari, & qualiter, t.1. p.271. n.2.& 3. contra Bartolum, ibid. n.4.& quid Iudex faciet, ibid. n.7. & p.272. n.16
Teſtis varij & contrarij differentia, t.1. p.167. n.4
Teſtis ſibi varius & contrarius, quando credatur, aut non, quando eius primo dicto, ſiue ſecundo ſtetur, quid ſi incontinenti, aut interuallo ſe corrigit, t.1. ib. n.5.6.7.8.& 9
Teſtis dicto vario ſeu contrario, cui credatur, quando vnum dixit extraiudicialiter, aliud iudicialiter, t.1. pag.168. n.13
Teſtis iuratus debet deponere, nec ſufficit, vt poſt depoſitionem iuret, t.1. p.227. n.1.& 2. fallit, ibid. n.3
Teſtis iurat per ſe, non per procuratorem, ſecus in iuramento calumniæ, t.1. p.228. n.6
Teſtis accipiens pecuniam vt dicat verum ante ſententiam non probat, ſecùs ſi poſt, t.1. p.259. n.36
Corruptus Teſtis ex quibus probetur, t.1. p.258. n.20.21.22. 23. & 24. ex quibus non, ibid. n.25. 26. 27. 28. 29. 30. & 31
Corrumpens Teſtes punitur pœnâ falſi, t.1. ibid. n.32. fallit ſi eos corrumpat, vt verum detegant, p.259. n.33. 34.& 35
Dicta Teſtium coram Iudice ordinario, probant in alio Iudicio, t.1. p.261. Quid ſi coram Arbitro, p.262. n.2. & 3. vide, ibid. n.9. vbi expenditur, & ibid. n.3
Teſtis iurat de veritate dicenda, & quod, nec odio, nec amicitiâ deponit, & quod non manifeſtabit dictum, ante publicationem partium alicui, t.1. p.228. n.7.8. & 9. & quâ formâ, ibid. n.10.11. & 12
Examine Teſtium commiſſo, intelligitur commiſſa receptio iuramenti, t.1. ibid. n.13
Teſtis receptus, ſine iuramento, quando probet, quàm præſumptionem faciat, t.1. ibid. n.14.15.& 16.& p.229. n.19. 20.21.23.24. & 25
Remittere poſſunt partes expreſsè de conſenſu Iudicis iuramentum Teſtis deponentis, tomo 1. pag.228. n.17. *vide* p.229. q.4. n.1
Teſtis ſat eſt, vt iuret contra dilationem datam ad iurandum, quæ non currit ſi adeſt impedimentum, tomo 1. p.229. n.26. & 28
Actus Teſtium refertur ad iuramenti tempus, t.1. ibid. n.29
Venditor quando Teſtis eſſe poſſit, t.1. ibid. n.17. p.235
Cedens non eſt Teſtis proceſſionario, t.1. ibid. n.18
Donator pro donatorio Teſtis non eſt, t.1. p.236. n.19
Fideiuſſor non admittitur Teſtis, t.1. ibid. n.20.& 21. fallit, ibid. n.22. & 23
Socius pro ſocio non eſt Teſtis, t.1. ibid. n.24. fallit, ibid. n.26.27.28.29.30.31. & 32
Proxeneta, licet Teſtis eſſe non poſſit, nec eius libris credatur, t.1. ibid. n.33.34.35.36.& 37. tamen fallit, ibid n.38. 39.40.41. & 42
Mediator in crimine Simoniæ Teſtis eſt, non plenarius, t.1. ibid. n.42
Proxeneta, vbi poteſt eſſe Teſtis; ſed non inuitus, niſi vtraque parte volente, t.1. p.237. n.43. Et quid ſi vna, ibid. num.44
Iudex, & arbiter Teſtes cauſæ non poſſunt eſſe, t.1. p.234. n.1. & 2. niſi finitâ cauſâ deponant ſuper his, quæ reſpiciunt proceſſum, ibid. n.3
Teſtis nequit eſſe, qui deponit de cauſa, ſeu de facto proprio, ſeu eſt conſors, & adhærens, t.1. ibid. n.4.5. & 6. & p.235. n.7
Curator eſſe nequit Teſtis in cauſa pupilli, t.1. p.235. n.9.& 11. quid de tutore, ibid. n.21. fallit ibi.
Executor teſtamenti nequit eſſe Teſtis, t.1. ibid. n.10
Actor ad lites nequit eſſe Teſtis in cauſa pupilli, cuius eſt actor, t.1. ibid. n.11
Hæres Teſtis eſſe nequit, t.1. ibid. n.12
Fideicommiſſarius Teſtis eſſe nequit, niſi grauatus reſtituere hæreditatem ſub conditione incerta, t.1. ibid. n.ibid.
Creditor pro debitore Teſtis admittitur, t.1. ibid. n.13. & 14
Debitor ex cauſâ penſionis affectus Teſtis eſt pro ſuo creditore, t.1. ibid. n.15
Teſtis occultans ſe fraudulenter, ne vocetur à Iudice peccat; ſecus ſi bona fide, t.1. p.211. n.7
Teſtis examinatus extra locum non probat, t.1. ib. n.8. fallit, ibid. n.9. idem de examinatis extra terminum probatorium, vel cum examinari non debuerunt, ibid. n.10. fallit, ibid. n.11
Teſtis interrogatus, qui non debuerat, non facit fidem, t.1. ibid. n.13
Teſtes, & inſtrumenta parem vim habent in exercendis litibus: Et quid de acceptione perſonarum, tomo 1. pag.52. num.14
Teſtibus, vel peritis diſcordantibus ſtatur numero maiori, & veriſimiliora deponentibus, t.1. p.274. n.14
Teſtis, qui tempore teſtimonij eſt reputatus idoneus ſi reuera criminoſus ſit, & tempore exceptionis oppoſitæ, talis apparet, repellitur, t.1. p.402. n.9.10.& 11. fallit in teſtamentis, vt hic, ibid. n.12
Teſtis cum examinatur ſi fateatur incidenter aliquod delictum qualiter puniatur, tomo 1. p.32. n.1.& 2.& pag.33. n.3. & 4
Exceptio contra Teſtem eſt anomala, & ſic quandocumque in Iudicio ponitur, t.1. p.33. n.5
Teſtis ſuperſtes dicebatur olim, t.1. p.207. n.3
Teſtes examinari per interrogatoria, t.1. ibid. n.5
Atteſtatio quid, & quotuplex dicatur Teſtis, tomo 1. ibid. num.5
Teſtis contra quem opponitur crimen non repellitur à ferendo teſtimonio in teſtamentis, niſi de eo ſit damnatus; ſin verò opponatur de defectu ætatis, ſexus, vel alterius qualitatis, ſufficit ſola exceptio, tomo 1. pag.405. n.21. 22. & 23
Teſtis habens ſimilem cauſam, & commodi proprij à Teſtimonio repellitur, etiamſi præſtetur illud non ſperare, t.1. p.290. n.1.2. 3.4. & 5
Teſtis nimis animosè deponens, repellitur vt ſuſpectus, & quando talis dicatur, t.1. ibid. n.6. & 7
Teſtis nimis verboſus, ſeu nimis citò reſpondens repellitur vt ſuſpectus, t.1. ibid. n.8 9.10.11
Teſtis deſiderans ex præſumpta affectione Victoriam ſuæ partis idoneus non eſt, t.1. ibid. n.12.13. & 14
Teſtis electus à litigante, ſeu à Iudice adhuc iurat, t.1. p.229. n.1.2.3.& 4. quid de citatione partium ad videndum eum, ſeu peritum deponere, p.230. n.6
Periti, ſeu Teſtes electi, depoſitio quo pacto, quibúſque modis fiat, t.1. p.230. n.7.8.9.10.11. & 12
Peritorum in arte depoſitio poteſt impugnari, tomo 1. ibid. num.12
Scribere poteſt Teſtis iuratus teſtimonium ſuâ propriâ manu, ſed quando, t.1. ibid. n.13.& p.231. n.14
Teſtes iurati ſunt recipiendi etiamſi Iudex habeat clauſulam procedendi, non ſeruato Iuris ordine, tomo 1. ibidem num.15
Teſtis amicus repellitur, & quando, t.1. p.216. n.33. Quid de teſtimonio, ibid. n.33.34.35.36.37.38.39.40. & 41
Producere Teſtes de domo, quis poſſit, & quid hoc ſit, t.1. ibid. n.42. 43. & 44
Vni Teſti deponenti, ratione publici officij plenè creditur, t.1. p.309. n.40. 41. 42. & 43
Teſtis, cui per exceptionem crimen oppoſitum eſt, etiam repellitur à teſtimonio, t.1. p.398. n.2
Vni Teſti plenè creditur in pluribus aliis caſibus, t.1. p.310. n.55. & 56. & quid in fraterna correctione, p.311. n.60. & 61
Vnicus Teſtis, & ſi non faciat plenam fidem; facit tamen præſumptionem, & ſufficit ad torturam, ſi legitimus eſt, t.1. p.311. n.57.58. & 59
Vni, nec Catoni credendum, nec Epiſcopo, t.1. p.306. n.5. & 8. itavt ſtatuto, nec conſuetudine, nec conſtitutione, nec à Papa, nec à Principe integra adhibeatur fides, ibid. n.11. niſi vbi parum eſt præiudicium, & modica cauſa, ibid. n.12. & 13. & in caſibus iactis, p.307. n.15. 16. 17. 18. & 19
Vni Teſti non creditur plenè, etiam in cauſis, vbi Iudex ſola veritate facti inſpecta iudicat, t.1. p.306. n.9
Alumnus Teſtis non eſt, pro alimentatore: Quid de collectaneo, t.1. p.299. n.20. & 21
Vni Teſti, quatenus ex voluntate teſtatoris credatur, tom.1. p.307. n.16
Teſtis quorum dicta magis aptiora ſunt rei ſuper qua litigatur, præferuntur aliis; etiam ſi ſint æquali, dignitatis, t.1. p.331. n.10
Teſtes veriſſimiora dicentes, & ſi pauciores præferuntur, t.1. ibid. n.12.13.14.15.16.17.& 18. etiam ſi æquè digni non ſint

Teſtes

Index Rerum,

Teſtes inhabiles veriſimiliora deponentes, faciunt fidem ad inquirendum, t.1. ibid. n.20

Teſtes in veriſimilia deponentes, ſunt ſuſpecti de falſo, t.1. ibidem num.21. 22. & 23. niſi reddant rationem, ibid. num.25

Teſtes impoſſibilia deponentes non creduntur, tomo 1. ibid. num.24

Teſtes deponentes in ſpecie de re aliqua, præferuntur deponentibus in genere, t.1. ibid. n.26

Teſtes reddentes rationem plus creduntur, tomo 1. p.332. n.27. & 28

Teſtes magis informati præferuntur aliis non narrantibus factum, t.1. ibid. n.29. 30. & 31

Teſtes ſcientes factum, & interrogati partem, tacent, doloſi ſunt, t.1. ibid. n.31

Seniores Teſtes præferuntur iunioribus, t.1.ibid.n.32. fallit, ibid. n.33

Clerici Teſtes præferuntur laicis, tomo 1. ibid. n.34. fallit, ibid. n.35

Teſtes deponentes ad fauorem rei, præferuntur, & accuſantes delictum, t.1. ibid. n.36.37.38.39.40. & 41. pro cauſa fauorabili, p.333. n.46

Teſtes maſculi præferuntur fœminis, & inter has virgo, t.1. p.332. n.42. & 43. fallit, p.333. n.44

Periti Teſtes præferuntur non peritis, t.1.ibid. n.45

Teſtes Notarij, & Tabelliones præferuntur, tomo 1. ibid. n.47. & 48

Teſtes pro litigatore honeſtiori deponentes, præualent, t.1. ibid. n.49

Teſtes deponentes extare hominum memoriam, præualent, eam negantibus, t.1. ibid. n.50. 51. & 52

Teſtis deponens contra ſuum commodum, plus creditur, t.1. ibid. n.53

Teſtes numero plures, quandoque plus creduntur, quandoque digniores, ita vt ſit arbitrarium, tomo 1. ibidem n.54.55. & 56

Teſtes ſi vtrique parens poterit Iudex alteris adhærere, dum in actis faciat ſetibi cauſam adhæſionis, tomo 1. ibidem num.55

Teſtis, qui reuera impeditus fuit excommunicatus, vt deponeret, indiget abſolutione quoad forum fori, tomo 1. p.418. n.19

Teſtes priuilegiati, non coguntur teſtificari, ſeu iam examinati, t.1. ibid. n.20. & 23

Teſtes etiam, quod ſe non ſubtrahendo odio, gratia, vel timore, de Iure Ciuili compelluntur teſtificare, t.1. ibid. num.21

Teſtis tunc poterit puniri ad teſtificandum ſe ſubtrahens, ſi præceſſit monitio, t.1. ibid. n.22

Teſtes etiam non interrogati debent rationem reddere de rebus, quæ ſolo Iudicio intellectus valent percipi, qui poſſunt compelli ad eam reddendam, publicatis atteſtationibus, t.2. p.196. n.5. & 6

Teſtes poſſunt examinari ob non redditam rationem poſt publicatas atteſtationes in cauſis ſtatus, & ſic puritas, & in aliis, t.2. ibid. n.6

Teſtes deponentes, quod nihil puritati aduersùm audiuerint, & ex Iuris præſumptione dicant prætenſorem purum nihil probant, & qualiter debeant deponere, vt probent, tom.2. ibid. n.7. & 8

Teſtis ex quo falſum dixit, præſumitur doloſus., tomo 2. p.132. n.1

Teſtis non deponens veroſimilia non probat, ſed eſt vehementer de falſo ſuſpectus, t.2. p.263. n.6

Teſtes vniformiter deponentes de fama communi puritatis in perſona aui expoſiti cuiuſdam prætenſoris, non ſufficiunt ad probandum puritatem poſitiuè, & quare, tom.2. p.198. n.27

Teſtes totum probabunt ſi conueniant in ſingulis partibus ex quibus rectè totum inferatur, t.2.p.200. n.39

Teſtes duo ſufficiunt pro integra cuiuſlibet Inſtrumenti ſolemnitate, niſi aliter cautum ſit, t.2 p.44. n.26

Priuignus, & Victoricus, non poſſunt adinuicem eſſe Teſtes, t.1. p.299. n.22

Interpres, in quo differat à Teſte, t.1. p.85.n.21

Titulus.

Titulus non præſumitur in beneficiis, t.1. p.239. n.9

Tormentum.

Tormentum poteſt dari Reo conuicto ad aliquos effectus, t.1. p.73. n.17.18.19.20. & 21

Tormentis ſolent purgari indicia, tomo 1. pag.24. num.7. & 9

Tormentis non eſt Reus ſubjiciendus niſi vt veritas clareſcat, quando ſuſpectus redditur, t.1. ibid. n.8

Reus ita torquendus, vt ſaluus eſſe poſſit, vel innocentiâ vel ſupplicio, t.1. ibid. n.9

Tormenta ſunt efficaciſſima ad eruendam veritatem, tom.1. p.24. & 25. n.10. & p.25. n.11

Tortura.

Tortura inferri, vel minari in loco conſueto non poteſt perſonis priuilegiatis; ita vt confeſſio ex eo reſultans non teneat, t.2. p.152. n.7

Tortura indebitè adhibita, & confeſſio, vel negatio non tollit, nec vitiat legitimas probationes proceſſus, tom.1. p.72. n.13

Tortura quando poſſit dari Reo ſuper qualitatibus, & complicibus, t.1. p.73. n.23. & 24

Traditio.

Traditio rei ſimpliciter facta ſine cauſa, non operatur tranſlationem Dominij, t.1. p.81. n.24

Tranſactio.

Tranſactio iurata contraueniens, Deum habet vltorem, t.2. p.46. n.10

L. ſi quis maior, C. de tranſact. num extendatur ad alios contractus præter Tranſactionem, tom.2. ibid. num.11. 10. & 15

Triticum.

Triticum creſcit ſemper, licet exteræ granorum ſpecies ſoleant decreſcere, t.2. p.41. n.29

Tutor.

Tutor nequit prorogare debitoribus Pupilli tempus ſolutionis faciendæ, p.428. n.18.19. & 20

V

Valor.

VAlor Rei per Teſtes, per inſtrumenta probari poteſt, t.1 p.369. n.1

Valor beneficij, & eius narratiua, debet diſtinctè probari, t.1. ibid. n.2

Varietas.

Varietas in vno Teſte, minus concordabilis eſt, quam in pluribus, t.1. p.271. n.3. 5. & 6

Varietas Teſtis, in quibus inſpiciatur, t.1. ibid. n.8

Varius Teſtis non dicitur, vel quando dixit ſe non recordari, ſeu ex primo dicto illegitimo, aut ſi dubitatiuè reſpondet, t.1. ibid. n.9. & 10. Vbi quid ſi ex credulitate, t.1.p.272. n.11. & 12

Varietas euidens Teſtis ſibi contrarij, non eſt concordabilis, t.2. ibid. n.17

Varietas Teſtis in criminalibus, concordabilis an ſit, t.1.ibid. n.18. & in Ciuilibus ſub qua diſtinctione concordatur, p.273. n.19

Varia inſtrumenta concordari debent, t.1. p.273. n.20

Variatio circa circumſtantias, & qualitates, non facit indicium ad Torturam: Quid de mendacio, tomo 1. p.173. n.6. & 7

Vultûs ſola titubatio, non facit indicium ad Torturam, t.1. ibid. n.8

Vaſallus.

Vaſalli Domini, ſeu Regis, quando pro eis admittantur, t.1. p.98. n.2. & 3

Vellaiana, Renuntiatio.

Vellaiani renuntiatio, vt valeat, nunquid debeat eſſe in publico inſtrumento, aut ſufficiat ſcriptura priuata, t.2. p.278. n.9. 10.11. & 12. & p.279. n.14. 15. 16. & 17. vbi quid Iure Regio.

Vellaiani renuntiatio in ſcriptura priuata, etiam à muliere recognita non tenet, t.2. p.279. n.13

Vellaiani renuntiatio facta à Notario, qui interrogatus, dixit ſe neſcire quid ſit Vellaianũ non valet, t.2.p.7.n.2.3.4. & 5

Vellaiani renuntiatio, qualiter locum habeat, t.2. p.275.n.7. 9. 10. & 13. Et ſi fiet cum iuramento valet etiam de Iure Ciuili, n.20. & 21

Vellaiani exceptio.

Vellaiani exceptio competit mulieri, etiam in foro conſcientiæ, quandiu ea gaudere valeat, t.2.p.279. n.19

Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo quos effectus habeat ad probandum, tom.2. p.163. n.1.2.3.4.5.6. & 9

Veriſimilitudo eſt cognata naturæ, & continet imaginem veritatis; & qui arguit ab ea, arguere dicitur à ratione naturali, t.2. ibid. n.3

Verbum.

Numerationis Verbum, ſignificat actũ naturalem, t.2. p.69.n.6

Captare Verbum, quid ſibi velit in iure, t.2.p.412. n.18

Verba naturaliter intelliguntur, & non ciuiliter, t.1.p.114.n.1

Verba *dedit, vendidit, tradidit*, qualiter in iure ſumantur, t.2. p.69. n.3. & 7. vbi de verbo confeſſio de recepto, probat naturalem ſolutionem & realem numerationem, ibid. n.6. *peruenit, ſoluit, accepit.*

Vicinus.

ANT 1316699